BIBLIOTHECA S. J.
Maison Saint-Augustin
ENGHIEN

H. 328

Dc. 161

3840.

Digitized by Google

H. 479/14

COLLEGIUM ANGIENSE SOCIETATIS JESU
IHS

Digitized by Google

Digitized by Google

HISTORIA FRISINGENSIS.

DOM. S. ALOYS.

Digitized by Google

Digitized by Google



Cosmas Asam delin. Monachij. *Joh. Heinr. Störcklin sculps. A. V.*

Digitized by Google

Digitized by Google

HISTORIÆ
FRISINGENSIS
TOMUS I.
PRIMA QUINQUE
AB ADVENTU S. CORBINIANI I. EPISCOPI
SÆCULA,
SEU
RES
AB ANNO CHRISTI DCCXXIV. USQUE AD ANN. MCCXXIV.
FRISINGÆ GESTAS
EXHIBENS.

PARS PRIMA HISTORICA.

In qua
Acta primorum XXV. Antiſtitum Friſingenſium, à Divo Corbiniano usque ad Geroldum, ordine vigeſimum quintum continuata,
Ac
Tum ex vetuſtiſſimis Codicibus, Membranis & Inſtrumentis, domeſticis & extraneis, partim in hac, partim in Parte Altera Inſtrumentaria recitandis: tum è Synchronis, aliísque Scriptoribus deprompta,

JUSSU ET AUSPICIIS
Reverendiſſimi ac Celſiſs. S. R. I. Principis ac Domini,
DOMINI
JOANNIS FRANCISCI,
Ex illuſtriſſimis Baronibus Eckherianis
Epiſcopi Friſingenſis,
Intermixtis, quantum opus videbatur, publicis Eccleſiæ atque Imperii Actis,
Cum erudito Orbe communicantur

A P. CAROLO MEICHELBECK, Benedictino Benedictoburano,
Celſiſſimorum S. R. I. Principum Epiſcopi Friſingenſis, & Abbatis Campidonenſis Conſiliario Eccleſiaſtico.

Anno Chriſti MDCCXXIV. ab inchoato Epiſcopatu M. Sacerdotij Suæ Celſitudinis Friſingenſis L.

AUGUSTÆ VINDEL. ET GRÆCII
Sumptibus PHILIPPI, MARTINI ET JOANNIS VEITH, Fratrum,
ANNO MDCCXXIV.

Digitized by Google

AD
BIBLIOTHECAM
PRINCIPALEM
ARAVSIO-NASSAVIENSEM
DILLENBVRGICAM.

DOM. S. ALOYS. JERSEIENS. S.J.

Digitized by Google

REVERENDISSIMO
AC
CELSISSIMO
S. R. I.

PRINCIPI
AC
DOMINO,

DOMINO
JOANNI
FRANCISCO

EX ILLUSTRISSIMIS BARONIBUS
ECKHERIANIS
EPISCOPO FRISINGENSI,
SACERDOTI JUBILÆO,
&c. &c.

PRINCIPI
AC
DOMINO, DOMINO SUO
CLEMENTISSIMO.

Digitized by Google

REVERENDISSIME

AC

CELSISSIME

SACRÆ FRISINGENSIS ECCLESIÆ

ANTISTES,

ET

S. R. I. PRINCEPS,

DOMINE, DOMINE

CLEMENTISSIME.

JUſſu & auſpiciîs tuîs lucem publicam milleſimô ab incepta nobiliſſima Diœceſi Tua Friſingenſi annô ſubeunt Friſingenſis Hiſtoriæ prima quinque Sæcula, Celſiſſime Princeps. Juſſu, inquam, auſpiciîſque Tuis. Quomodo enim tot

Acta

Acta intra biennium non integrum, ex quo Scriptio iſta huic meæ tenuitati à Tua Celſitudine clementiſſimè demandata fuit, hoc anno jam prodirent, aut quomodo prodire potuiſſent in lucem, niſi Tu ingenti multorum annorum labore materias ex antiquiſſimis chartariorum Friſingenſium Scriniis eruiſſes? niſi erutas Tuâ, Tuorúmque operâ in ordinem digeſſiſſes? digeſtas cum literario Orbe communicari juſſiſſes, & cætera quoque, quæ ad ſapientiſſimum Tuum propoſitum tum neceſſaria, tum utilia adjumenta erant, benigniſſima ſemper largitate cumulatè ſubminiſtrâſſes? Et id quidem Te præſtitiſſe non ſine *Numine Divûm*, certiſſimîs argumentîs convincimur, quæ paucîs hîc orbi exponenda cenſemus.

Narrant de incomparabili illo diſciplinæ Eccleſiaſticæ zelatore Gregorio VII. quòd, cúm parvulus ad fabri ligna edolantis pedes, literarum adhuc inſcius, luderet, ex rejectis ſegmentis illa Davidici oraculi elementa: *Dominabitur à mari usque ad mare* (a) formaverit, manum pueri ductante Numine, quo ſignificaretur, ejus fore ampliſſimam in Orbe auctoritatem: (b) cui oraculo poſtea etiam eventus reſpondit. De Te verò, Celſiſſime Princeps, ex fideli certiſſimáque relatione conſtat, quòd, cùm adhuc prima elementa diſceres, ac poſtea etiam Grammaticæ adhuc operam dares, ſiquando à ſtudiis vacare contigit, ſive penicillô, ſive calamô identidem pinxiſſe imaginem S. Corbiniani primi Friſingenſis Epiſcopi, ludente utique etiam in Te Divinâ Providentiâ, quæ eo jam tempore luculentum argumentum præbuit, natum Te eſſe ad Res Divi Corbiniani illuſtrandas, ad Lituum illius Paſtoralem capeſſendum, ad Eccleſiam ab Eo erectam feliciter non gubernandam duntaxat, verùm etiam maximâ

 vigilan-

vigilantiâ, ſtudio ac labore indefeſſo Orbi literario commendandam. Rhetoricæ cùm poſtea dares operam, accidit, ut in Theatro perſona S. Thomæ Cantuarienſis Archiepiſcopi à Te ſuſtinenda eſſet. Eam Te tam ſcitè geſſiſſe memorant, ut Choragus, Profeſſor Tuus, edixerit, Perſonam Epiſcopi Tibi optimè congruere, & videri ſibi, Te, ſi in virtute ac literis porrò progredi conaturus eſſes, Epiſcopum fore. Ita Corbinianum jam non tantùm in charta pingere, verùm etiam in Tua Perſona Spirantem repræſentare cœpiſti.

Sanè poſthac, cùm Tu quidem de eligendo vitæ ſtatu deliberans vix aliud meditareris, quàm de Religione Divi Benedicti amplectenda, conſcientiæ Tuæ moderator Autor Tibi fuit, ut potiùs inter Canonicos Cathedralis Eccleſiæ Friſingenſis locum quæreres; Sic enim majora Te Deo obſequia cum tempore præſtaturum eſſe. Profectò ſic etiam olim S. Corbiniano Gregorius II. Summus Pontifex Autor fuit, ut Epiſcopus potiùs fieret, quàm in cellula Sua ulteriùs deliteſceret. (c) Cæterùm Tu Spiritualis directoris Tui conſilium ſecutus, & locum in Reverendiſſimo illo Collegio conſecutus pingere in Te ipſo effigiem Corbiniani non ceſsâſti, talémque Te quà cæterarum virtutum cumulô, quà ſuaviſſima animi indole rerúmque prudentiſſimè gerendarum dexteritate omnibus probâſti, ut anno MDCLXXXIV. magnô Suffragiorum numerô in Decanum Cathedralis Eccleſiæ fueris electus.

In ea dignitate conſtituto Tibi Res Corbiniani, Cathedralis nempe Eccleſia & Urbs Friſingenſis adeò curæ fuerunt, ut mox, nutu Tuo, longè concinniori Ordine tam in Choro, quàm ad aras gererentur omnia, ac ritus cæremoniæque accuratiùs obſervarentur. Proximum ſtudium fuit, ut Anti-

quita-

Digitized by Google

quitates S. Corbiniani Friſingenses è ſquallore Suo extraheres, Archivum Cathedralis Collegij digereres, atque concinno Ordine ſingula collocares, juráque Sarta tecta ſervares. Et ei quidem labori cùm Te totum pluribûs annîs impenderes, tantus erga Antiqua monumenta amor in Te exarſit, ut non domi tantùm, verùm etiam foris per Bojariam magnîs Tuîs impensîs, majori verò Sudore inſtitutîs quaquaversúm itineribus veneranda Antiquitatis veſtigia rimareris, omnémque, è quo quidem aliquid diſci poterat, lapidem moveres: quo tempore etiam innumeri alij lapides tuo potiſſimùm nutu, auctoritate & mira architecturæ peritiâ moti, accedente Reverendiſſimi & Illuſtriſſimi Collegij Cathedralis aſſenſu, in ſplendidum Xenodochium, magnificámq; illam, ac majeſtate quadam ſingulari fulgentem S. Georgij turrim maximîs ſumptibûs ſurrexêre, etiam Tuâ, tum Decani, æde aliquot millibûs florenorum ex tuo ærario impensîs in formam longè ſpectabiliorem redactâ, cùm jam antehac ad reſtaurandas etiam alias Canonicorum ædes, à Te inhabitatas, non exiguam pecuniarum Summam profudiſſes. Nihil hîc de ære campano in laudatam ſplendidam Eccleſiæ S. Georgij turrim tuo ac reliqui Reverendiſſimi Collegij tui juſſu illato: nihil de Summa humanitate ac liberalitate Religioſis alíisque hoſpitibus ad Divi Corbiniani exemplum (d) liberaliſſime à Te exhibita coṁemoramus. Supererat tantùm ut effigiei ejusdem S. Corbiniani, hactenùs in Te formatæ, Mitra quoque ac paſtoralis lituus adjiceretur, ipsáque Corbiniani imago adhuc luculentiùs in Te reſplendeſceret.

Curæ id Numini fuit. Unde factum, ut anno Chriſti MDCXCV. (acerrimîs licèt oppoſitionibûs obſtrepentibûs) majori Suffragiorum numero Epiſcopus

Digitized by Google

ſcopus Friſingenſis renunciareris. Quæ quidem electio, Romæ acriter diſcuſſa, ſub protectione Dei Cæli, agente cauſam tuam Romæ Reverendiſſ. & Illuſtriſſimo Domino Franciſco Antonio Begnudellio Baſſo Canonico & Officiali, uti Viennæ Rever^mo D. Andrea Lenzer, itidem Canonico, tandem poſt unius anni decurſum non ſine ſingulari tuo præconio ratihabita fuit, quæ etiam Pontificia confirmatio, eadem, qua accidit, die (dictu mirabile!) Friſingæ innotuit. Cùm enim pia quædam & rebus cæleſtibus addictiſſima Virgo Friſingenſis Directori Suo Spirituali dixiſſet: *hodie Romæ res quædam feliciter ceſſit.* & ille interrogâſſet: *quæ?* reſpondit. *Electio eſt confirmata.* quod veriſſimum fuiſſe poſt aliquot dies Romanæ literæ declarârunt.

Contigit autem feliciſſima illa Tui electio die 29. Januarij, quam Sacram eſſe conſtat ſancto illi Genevenſium Præſuli Franciſco, è Saleſia familia nato, quem DEUS ex judicio univerſæ Eccleſiæ *omnibus omnia factum eſſe* voluit (a) maximô ſanè argumentô, fore, ut Tu quoque, alter Franciſcus, ex Antiquiſſima illuſtriſſimâque familia Eckeriana anno Chriſti 1649. in Feſto S. Galli (cui urſum ſolent appingere) exortus, mitrâ exornatus, & Urſo Friſingenſi præfectus, *omnibus omnia* fieres, & in Tui amorem omnes pertraheres. Sanè quibûs id modîs deinceps feliciſſimè præſtiteris, integro volumine deſcribere poterit poſteritas: cui volumini nunc ego (tametſi formidare debeam admirandam modeſtiam Tuam) præludo, illúdque hîc in compendium contraho.

Prima itaque Tua in Epiſcopali Solio collocati cura animum Tuum ſemper coxit, verſavítque, ut Divino cumprimis Numini, à quo bona cuncta procedunt, maximè placeres. Et quomodo non placuiſ-

Digitized by Google

cuiſſes, dum toto ſacræ gubernationis Tuæ tempore illud ſemper diu noctúque animo circumferres: *Domine dilexi decorem Domûs tuæ.* (f) Id latere neminem potuit, quando ad exornandam Cathedralem Baſilicam incredibilem ferè auri Summam profudiſti, cùm eam, quàm latè patet, unâ cum adjuncto periſtylio, quo ad Sacram Divi Benedicti ædem itur, ipsámque illius Sancti Eccleſiam, nec non cryptam Cathedralis Baſilicæ marmore inſterneres, arîs novîs, etiam marmoreis: item variis, etiam argenteis ſtatuis, ſedilibus faberrimè elaboratis, gypſo, artificioſiſſimóque penicillo ex omni parte, etiam in ipſo fornice, ad omnium aſpectantium ſtuporem exornares, Sacrorum Miniſtros, & Altaria pretiosè & copiosè veſtires, lychnis lampadibúsque argenteis aras colluſtrares, varias Sanctorum Reliquias, ex variis locis ſtudioſiſſimè conquiſitas, publico cultui exponeres, vaſa Sacra, eáque & pretioſa & multa comparares, renovando omnia, vel potiùs nova faciendo omnia; omnem denique munditiem ac nitorem in omnibus ſemper anxiè procurando. Et id quidem parùm fuiſſet animo Tuo, quippe qui nunquam acquieturus erat, niſi etiam ſacros in Eccleſia Cathedrali Ritus cæremoniáſque Pontificales ad leges Romanas accuratiſſimè reduxiſſes, útque Divina officia ſtatîs quaſi momentîs incunctanter decentérque peragerentur, dudùm effeciſſes, ídque non tam mandatô, quàm exemplô, imò directione Tua, dum Eccleſia Friſingenſis nullum unquam, ac Te, accuratiorem Sacrarum cæremoniarum tum Magiſtrum, tum obſervatorem habuit.

Præterea Evchariſtico Numini non ſolùm Hierothecam faſtigiatam pretioſiſſimam, & pro Majori Hebdomade *Sepulchrum* verè *glorioſum* (g) fabricari juſſiſti, verùm ut ejusdem Venerabilis Sacramenti

adoratio maxima incrementa caperet, ac diebûs ſingulîs per Octiduum, Corpori Chriſti Sacrum, novæ Proceſſiones tum intra tum propè Urbem inſtituerentur, providentiſſimè ordinâſti, quas ſingulas, uti etiam cæteras, ſingulîs quintîs feriîs in Cathedrali Eccleſia inſtitui ſolitas, quantùm quidem valetudo permittit, etiam in hac tam provecta ætate præſentiâ Tuâ exornare ſoles, & exemplô Tuô etiam ſubjectas oves ad Tui ſequelam pius Paſtor pertrahere. Ubi nihil dicimus de zelo illo, quo occurrere conſuevisti, dum in ſingulis per Urbem, ac prope Urbem Eccleſiis tum Sanctorum Patronorum, tum alia præcipua Feſta celebrantur. Illud verò quis dignè explicabit, quantô zelo per Diœceſin Tuam Ampliſſimam Divini Numinis cultum promoveris? Certè ij, quibus incumbit, ſingulas Tuas Epiſcopales functiones (quas absque Reverendiſſimi & Illuſtriſſimi Suffraganei Tui opera frequenter exerces & exercuiſti) in tabulas referre, monuêre me, fuiſſe ab ipſa Celſiſſima Perſona Tua conſecratas Eccleſias & Capellas centum Sexaginta Octo: Aras mille, centum triginta tres. Abbates ac Præpoſitos ſeptendecim Sacra benedictione initiatos. Præterea ordinatos à Te fuiſſe Presbyteros ſexcentos octoginta octo: Diaconos Sexcentos viginti quatuor: Subdiaconos Sexcentos & Septem: ut nihil de collatis à Te minoribus, quos vocant, ordinibus dicamus. Sanè cùm frequentes per Tuam Diœceſin, & quidem per montes & valles quaquaversùm ſacras, & ſæpè laborioſiſſimas excurſiones inſtitueres, ſacro ceromate ad prælianda prælia Chriſti bis centies,& octies mille,ſeptingentos & quatuor homines inunxiſſe, & Confirmationis Sacramentô initiâſſe deprehenderis. Porrò quàm conſtanter fortitérque Ipſe pro Dei Tuáque Eccleſia, Subjectarúmque Eccleſiarum juribus, exemplô Sancti

ꝺti illius, de quo diximus, Thomæ Cantuarienſis ſæpiùs pugnaveris, norûnt illi, qui Sacros conflictus Tuos tum propiùs tum eminùs conſpexêre: factus verè *Vir ſecundùm Cor Dei*, meritúsque, ut adderentur Tibi anni vitæ, & uti Eccleſiæ Tuæ annum Milleſimum, ſic Sacerdotij Tui quinquageſimum, Regiminis verò triceſimum feliciter glorioséque nunc perageres.

Jam verò quid poſt DEUM cum S. Corbiniano ardentiùs coleres, quàm Dei parentem Virginem, Cathedralis Eccleſiæ, totiúsque Diœceſis Dominam atque Patronam? Hanc domi, hanc foris arctiſſimè Tibi ſemper devincire conatus es, maximè ex quo tempore Sacerdotij dignitate anno Salutis 1674. in Sacra Divi Benedicti Æde die 24. Martij, initiatus fueras. Vix enim eo gradu eras inſignitus, cùm paulò pòſt, ut primùm per valetudinem licuit, ad celebratiſsimam Ejus ſtatuam, in inclyto noſtro Ettalenſi Monaſterio beneficiis clariſsimam, bidui licèt itinere & ampliùs Friſingâ diſtantem, Te contuliſti, & ad ejus aram primam Deo hoſtiam obtuliſti. Porrò factus poſtea Epiſcopus, cùm primam quidem ordinationem in Eccleſia Tua Cathedrali feciſſes, alteram ſtatim in illa ipſa Ettalenſi Eccleſia peregiſti, dum quatuor ejus Cœnobij Religioſos (è quibus hodie Reverendiſſimus D. Placidus ad loci clavum digniſſimè ſedet) Sacerdotiô initiâſti, luculentiſſimô ſanè argumentô, Te & Sacerdotis & Epiſcopi dignitatem Magnæ Dei Matri pientiſſimè in acceptis referre. Et redhibuit ſanè pia illa Mater Tua amori Tuo mutuas vices, maximè cùm ſæviente undique per Bojariam nupero Marte Suam illam ſtatuam Ettalenſem Monachium tantiſper deferri, ac poſtea etiam Friſingam ad Te Amicum Suum Joannem (ut quidam vir facundus è Suggeſtu interpretatus eſt) portari voluit. Su-

peri! quàm tenerîs amoribûs, quàm dulci lacrimarum gaudio complexus es unà cum devotiſſimo Clero populóque Tuo Matrem Tuam? Divinus Matris hujus Filius, ut ſcribit Chryſoſtomus (h) accurrit ad hos potiſſimùm quibus debet, ſeu debitor quodammodo exiſtit. Certè idipſum præſtare viſa eſt gratiæ Mater, cùm triſti illo tempore ad Te venit, cui ſanè multùm debebat, nempe non ea ſolùm, quæ hactenùs enarravimus, verum etiam longè plura alia, dum Ejusdem cultum in hac Tua Friſingenſi Urbe, & Cathedrali potiſſimum Eccleſia temporis Succeſſu plurimum auxiſti, in Aula Lycæi à Te erecti aram novam Eidem exſtruxiſti, Marianam Sodalitatem erexiſti, ad propugnandam Ejus Immaculatam Conceptionem annuum publicum juramentum, à Te, Cathedrali & aliis Sacris Collegiis, Patribus Profeſſoribus, cæterísque Urbis ordinibus in Cathedrali Eccleſia publicè præſtandum ordinâſti, & quidquid demum in Magnæ Matris honorem fieri à Te unquam poterat, executioni diligentiſſimè mandâſti. Tacemus Sacras peregrinationes, à Tua Celſitudine frequenter ſuſceptas ad ejusdem celebres imagines Oetinganam, Neukirchenſem, Ruedelfinganam & alias, per Bojariam celebres, ubi ſemper præclara ac Principe digna filialis pietatis veſtigia impreſſiſti. Illud verò quomodo tacebimus, quòd ſub feliciſſimo ac verè Mariano Regimine Tuo placuerit Optimo Numini in hac Tua Diœceſi, & quidem in Monte S. Ruperti prope Dorffenſe municipium Eandem Matrem Suam reddere glorioſiſſimam, ac multîs, planéque ſtupendîs beneficiîs, in miſeros mortales collatis adeò celebrem, ut eò loci hodie ferè quadraginta Sæculares Presbyteri ad obſequia tum Ipſius Deiparæ, tum etiam hominum, ex remotis etiam Regionibus illuc convolantium, & peccata Sua Sacra exhomologeſi expiantium

tium

Digitized by Google

tium comodum ſuſtentari valeant, ipsîs illuc tranſeuntibus Hæreticîs meritò res miras, ac naturæ vires longiſſimè excedentes, ibi frequenter fieri ſolitas, obſtupeſcentibus? Quis igitur non agnoſcet, Mariam eſſe Matrem Tuam; Te verò eſſe Mariæ Clientem verè dilectum?

Secundùm Deum ac Mariam cultum eorum maximè Cœlitum, quibus Diœceſis Tua plùs, ac aliis, antiquitùs devincta eſt, promovere allaborâſti. Hinc in crypta Cathedralis Eccleſiæ conſpicimus poſitas à Te ſtatuas quatuor Sanctorum Maximiliani Laureacenſis quondam Epiſcopi ac Martyris, Ruperti Salisburgenſis, Corbiniani primi Epiſcopi Friſingenſis, ac Bonifacij Archiepiſcopi Moguntini & Martyris, Germaniæ Apoſtoli, atque primi Tuæ Diœceſis auctoritate Apoſtolica inſtitutoris, veluti per decurſum Hiſtoriæ noſtræ demonſtrabimus. Propagatio quoque cultûs S. Corbiniani apud Gallos, apud quos miſsæ à Te Sacræ Ejus Reliquiæ maximîs beneficiîs clarent, opus Tuum eſt, uti tot literis ad Te è Gallia datis edocemur, & Viri quoq; Principes non ſolùm Eccleſiaſtici verùm etiam Sæculares faciunt teſtatum. Ipſi Galli ergà Te gratiſſimi, Inſignia Tua gentilitia in marmore expreſsa ad D. Corbiniani aram ſuſpenderunt. Divi quoque Benedicti Antiquiſſimam & Cathedrali Baſilicæ contiguam Eccleſiam, à S. Corbiniano ædificatam (i) ſplendidè quaquaverſùm exornâſti, novas in ea aras, Organum pnevmaticum novum adjunxiſti, promeritus de Magno illo Patriarcha, ut Corporis S. Nonnoſi Præpoſiti ſeu Prioris Soractenſis, Benedictino olim Inſtituto addicti, inventor longè feliciſſimus fieres: qua de re, ſi Deus dederit, alibi dicetur, & ab aliis jamjam dictum ſcriptúmque fuit. Porrò Sacratiſſima Tua ſtudia erga multos alios Cœlites, eorúmq; Eccleſias, Reliquias atque officia per Tuam Diœceſin exactiùs obeunda, ſi exponere pro dignitate vellemus,

Digitized by Google

librum impleremus, & epiſtolæ dedicatoriæ limites longiſſimè excederemus.

Summo in pretio hominibus omnium dignitatum atque Ordinum Te ſemper fuiſſe quis ignorat? Teſtatus inprimis id olim fuit Summus Eccleſiæ Hierarcha Innocentius XII. qui electionem Tuam, graviſſimè impugnatam, non ſolùm ratam habuit, verùm etiam innocentiam Tuam vehementer exagitatam unà cum Eminentiſſimis Patribus magnîs laudibûs extulit, ac privilegiîs omninò ſingularibûs condecoravit. Clemens quoque XI. ob inſolitam, quam ſemper geſſiſti, pauperum curam *verum Eccleſiæ Tuæ Paſtorem* dicere Te auditus eſt. Neque è memoria mea unquam excidet illud, quod in Alma Urbe ipſe expertus ſum. Cùm enim Romæ, uti priùs Friſingæ, cauſa quædam ſanè famoſa & gravis ventilaretur inter PurpuratosPatres, & tum iis,tum ipſiPontifici multa fuiſsent ab una partium,uti prius Friſingæ,ſiniſtrè expoſita,ita, ut melior cauſa jamjam non tam periclitaretur, quàm deſperata propemodum eſſet, tandem audiens Pontifex Friſingenſem Epiſcopum aliter pronunciâſſe,Suos monuit, ut attentè procederent. Quo denique etiam facto,& actîs acerrimè discuſsîs mutati fuêre ſcilicet animi,& victoria ac gloria ſumma penes Te ſtetit, uti non ſolum Roma, ſed univerſa ferè Bojaria,præcipuè tamen Benedictoburanum Monaſterium recenti adhuc memoria tenet, & copioſa acta teſtantur. Et tantus quidem eras Clementi, Pontifici verè maximo, qui etiam Papalibûs quibusdam comiſſionib⁹ Te condecoravit, ac factis à Te comendationib⁹ ferè ſemper propenſiſſimè detulit. Inocentio quoq; XIII. (nuperrimè terris erepto)conſilia Tua fuiſse ſumè probata,infra videbim⁹.

De Auguſtiſſimis Romanorum Imperatoribus Leopoldo, Joſepho & Carolo VI. nec non de Sereniſſimo ac potentiſſimo Bojariæ Electore Maximiliano Emmanuele quid dicemus? Certè ambæ Sereniſ-

ſimæ

ſimæ Domus, Auſtriaca ſcilicet & Bavarica, tametſi ipſæ pluribûs annîs graviter diſſiderent, & in vicinia Friſingenſi ferè quaquaversùm hoſtilia incendia ac direptiones graſſarentur, curârunt tamen, ne quid moleſtiæ Tibi Tuíſque inferretur, eò quòd & fidem integerrimam Imperio ſemper exhiberes,& Auſtriam ac Bojariam non ſolùm nuſpiam offenderes, verùm etiam hanc non paucîs titulîs Tibi obſtrictam haberes: quo factum eſt, ut, cùm utraque pars Sincera Tua ſtudia non commendare non poſſet,Friſingæ inter medios Martis fremitus tuta eſſent omnia: Friſingæ, inquam, quæ eo tempore auxilium erat egentibus, aſylum fugientibus, portus omnibus ſecuriſſimus. Sereniſſimorum ejuſdem potentiſſimi Electoris filiorum, cùm è Styria in Bojariam redirent, ea de Te æſtimatio fuit, ut citiùs Friſingam, quàm Monachium venirent, magnîs tum amoris, tum venerationis indiciîs erga Tuam virtutem editîs. Poſtea, temporis tractu, quæ inter Sereniſſimam Domum Bavaricam & Friſingenſem Principatum à pluribus annis reſtabant quæſtiones circa varia jura ac territoriorum limites, Tuâ Tuorúmque felici operâ ita fuêre compoſitæ, ut hodie neſciatur, quid litigij etiamnum ſit ſuper? Tantam concordiam Celſitudo Tua firmavit, cùm Sereniſſimæ Emanuelæ Thereſiæ, potentiſſimi Bojariæ Electoris Filiæ, ex Aulæ deliciis ad arctum, & Sanctioris diſciplinæ famâ longè latéque celeberrimum Angerenſis Parthenonis clauſtrum digreſſæ,ac, ſtupentibûs etiam Heterodoxîs, Solemnia vota ſub Divi Franciſci Seraphici Regula in manus Reverendiſſimæ Dominæ Abbatiſſæ Mariæ de Victoria, Tuæ ex Fratre conſanguineo Neptis digniſſimæ, nuncupanti, mitratus Pontifex aſſiſteres,Sereniſſimîs Parentibûs ac FratribûsGermanîs oculîs minimè siccîs aſpectantibûs. Imò tam arctîs amoris vinculîs Friſinga demùm

Digitized by Google

mùm cum Monachio coaluit, ut Reverendiſſimus ac Sereniſsimus Bavariæ & Palatinatûs Superioris Dux, & Epiſcopus Ratisbonenſis Theodorus die 19. Novembris anni 1723. conſenſu unanimi Reverendiſſimorum atque Illuſtriſſimorum Cathedralis Eccleſiæ Tuæ Canonicorum Capitularium, ac totius Urbis applauſu in Coadjutorem Tuum fuerit electus, viam ſternente prudentia Tua, qua judicabas, hoc potiſſimùm pacto Cathedrali Tuæ Eccleſiæ deinceps optimè proſpectum, & bene à Te cœpta cuſtoditum iri, Innocentio XIII. Pontifice Maximo, ac Cæſare Carolo VI. conſilium Tuum luculentiſſimis teſtimoniis approbantibûs.

Jam verò quantum vetuſtæ nobiles totius Bojariæ familiæ Tibi debent, poſtquam pro earum illuſtrandis decoribus ac genealogiis tantos labores impendiſti? Certè id nemo eruditorum hominum aut credere aut aſſequi poterit, niſi qui oculis conſpexerit multa illa, eáque vaſta volumina, Tuô quasi immenſô ſtudiô manúque propria accuratiſsimè conſcripta, ac Inſignibûs ſeu armis gentilitiis ferè innumeris ex tumulis, literis, & codicibus undique ſtudioſiſsimè conquisitis illuſtrata, ut jam per Bojariam nemo Scriptorum reperiri queat, qui accuratiores & ampliores genealogias unquam texuerit ingenti Tua, eáque nunquam emoritura gloria. Sanè qui ejus rei argumentum aliquod publicum capere voluerint, adeant duntaxat Cathedralem Tuam Eccleſiam, atque adjunctum periſtylium ſeu ambitum, qui Divi Benedicti ſacram ædem Cathedrali conjungit. Cernent mehercle illuſtriſſima ingenij ac laboris Tui argumenta in effigiebus, epitaphiis, gentilitiis armis non ſolùm Celſiſsimorum Anteceſſorum Tuorum Principum, verùm etiam Canonicorum Cathedralis Eccleſiæ, qui etiam pluribûs abhinc Sæculis è vivis fuêre erepti.

Periê-

Digitized by

Periêrant hæc omnia, niſi ſagaciſſima tua induſtria ea proterentium pedibus ſubtraxiſſet, novíſque coloribûs ſuperinductîs, atque epitaphiîs renovatîs, loco ac ſerie conſpicuis ordinâſset, ac poſteritati ſervâſſet tantô numero & ſplendore, ut jam neſciatur, an alibi per Germaniam ejuscemodi exquiſitiſſimum periſtylium prope Cathedralem aliquam Eccleſiam reperiatur?

Sanè quàm beneficum Te utrique Clero, ſæculari ſcilicet & Regulari in Epiſcopali Tuo Solio ſemper exhibueris, quanta utrique præſtiteris, quis unquam pro dignitate enarrabit? Veneratur in Te Reverendiſſimum atque Illuſtriſſimum Cathedrale Collegium Principem ac Patrem amantiſſimum, atque ad profundenda in ſe beneficia, ubicunque fert occaſio, ſemper promptiſſimum. Idipſum reliquæ Collegiatæ, ac cæteræ Urbis Tuæ Eccleſiæ uno ore deprædicant. Tuis paſtoralibus curis Clerus ſæcularis debet inſtitutum Dorfæ juniorum Sacerdotum ampliſſimum tyrocinium; Capitula Ruralia meliùs ordinata: viſitationes & frequentiùs & commodius peragi ſolitas, Parochias juxta merita laboris, virtutis & Scientiæ conferri conſuetas; protectionem jurium ſuorum, totúmque, quantum fortè ante Te nunquam habuit, virtutum ac diſciplinæ eximium ſplendorem.

Neque verò minora Tibi encomia univerſus ampliſſimæ Diœceſis Tuæ Clerus Regularis attribuere geſtit, dum nullum planè cujuscunque Inſtituti Monaſterium reperiri intra limites Diœceſanos poteſt, cui non gratiam aliquam planè ſingularem contuleris. Præcipuîs tamen titulîs Tibi devinctiſſimus manet Divi Benedicti Ordo, quem jam inde à puero tenerrimîs amoribûs proſecutus es, & clementiſſi-

Digitized by Google

mè etiamnum proſequeris. Huic Tu præ cæteris erectum à Te in hac Urbe Lycæum concredidiſti: utque ferè ſemper Benedictinum hominem ad latus haberes, jam quinque ex eodem Inſtituto noſtro Religioſos Viros in aula Tua Tibi viciniſſimos eſſe juſſisti, è quibus, cum tres primi ad Abbatis munus eſſent temporis ſucceſſu evocati, hodie adhuc duos in Aula clementiſſimè foves. Indigniſſimæ etiam huic tenuitati meæ Hiſtoriæ Tuæ Friſingenſis editionem mira prorsùs dignatione & gratia (qua majorem fortè conferre non poteras) clementiſſimè concredidiſti, ſcribentem innumerìs gratiìs cumulâſti, & autoritate clementiſſima fortiter protexiſti. Taceo arcaniora quædam Tuæ in ordinem noſtrum pietatis ſtudia, quæ utique aliam originem non habent, niſi quòd Tibi perſpectiſſimum, ac dudùm in confeſſo ſit, originem hujus Cathedralis Eccleſiæ Divo Benedicto deberi, uti luculentiſſimè probaturum me in hoc opere penitùs confido: & nunc calamum, in deprædicanda plura alia beneficia Religioſis hominibus, maximè Patribus Capucinis in Urbem tuam Lacopolitanam introductis, præſtita prurientem ægerrimè retraho, qui ad res Tuas magis domeſticas convertendus eſt.

Inter has primô locô occurrit hoc Tuum Palatium Epiſcopale, Tuìs curìs intùs ac forìs ſtudioſiſſimè excultum, commoditatibûs quàm pluribûs noviter exornatum, nec neceſſaria duntaxat, verùm etiam abundanti ſupellectile, Principe digna, nec non ingenti librorum numerô inſtructum. Ad illud ut ſuper hunc Friſingenſem Montem, cui inſidet, curru longè commodiùs veniri poſſet, non exiguìs ſumptibûs viam, quantùm fieri poterat,

com-

complanâſti. Hortus aulicus uterque areolis, arboribûs, floribûs ſelectioribûs, lymphîs ſalientibûs, viíſque ambulatoriîs decoratus, induſtriam Tuam commendant. Arces Iſmaningenſis, Kopfspurgenſis, Lacopolitana, Eiſenhoviana, Maſſenhuſiana, Ottenburgenſis, & Burgkrainenſis novîs ædificiîs ſplendidè auctæ laudes Tuas in ſera tempora nunciabunt, Burgkrainenſis maximè, quam non ſolùm Sacellô venuſtiſſimô pretiosè exornâſti, verùm etiam reductîs in ejus Præfecturam antiquîs Regalibûs juribûs inſignem reddidiſti. Pirkenekkenſe belliſſimum ædificium, à Te in loco amæniſſimo à fundo excitatum primum Autorem Te veneratur. Arcibus illis Tuis etiam Zeilhovianam unà cum adjuncta Hofmarchia, expenſa non modica auri vi adjeciſti, & magnô vicinorum, Iſanenſium maximè, commodô domicilium pro RR. PP. Ord. S. Franciſci ibidem condidiſti. Porrò ut omnia in Præfecturis Tuis rectè agerentur, non es gravatus in Styriam, Carinthiam, Carniolam, ac Comitatum Tyrolenſem excurrere, Téque tum Miniſtris, tum Subditis tuis amantiſſimum Patrem exhibere: quæ itinera ut feliciter perageres, Curæ Superis fuit. Certè cùm anno 1696. in Feſto SS. Angelorum Cuſtodum haud procul Friſaco Carinthiæ Urbe è curru deſcendens ad commodiùs evitandas itineris difficultates Sonipedem conſcendiſſes, ac contra, quàm exiſtimaveras, eo pacto majori periculo Te expoſuiſſes, edocta id fuit eâdem horâ ex ſuperna inſpiratione Virgo illa Friſingenſis (quam ſupra laudavimus) ejusmodi pluribûs vaticiniis celebris, quæ, tantîs licèt locorum Spatiis à Te remota, quantocyùs monuit eos, quorum ſpirituali directione utebatur, Te, Epiſcopum ac Principem in gravi, ac præſentiſſimo vitæ periculo eſſe conſtitutum. Itaque exorandam eſſe Divinam Miſericordiam,

Digitized by Google

diam, ut Te, in tanto diſcrimine incolumem ſervaret. Neque de veritate oraculi ejusdem Virginis dubitatum eſt, verùm Concionator Cathedralis Eccleſiæ è publico Suggeſtu periculum, in quo verſareris, populo ſuggeſſit, atque ut pro Te preces funderentur, admonuit. Et ecce! (quod poſtea accuratiſſimè compertum eſt) eâ ipsâ horâ, qua pro Te ardentia vota fiebant Friſingæ, Sonipes Tuus in petroſa crepidine viæ ordinariæ incedens, defertur ad tantas anguſtias, in quibus revocare gradum non licebat, cum ad dexteram obſiſterent ſepes, ad ſiniſtram via ordinaria deorsùm tendens eſſet valde depreſſa. Quid igitur? Sonipes in hanc denique retrò delapſus Te certiſſimè oppreſſurus erat, niſi manifeſta manus Domini, atque Cuſtos Tuus Angelus eundem ita direxiſſet, ut eo exſiliente in unam, Tu in altera parte ab accurrentibus miniſtris periculo ſubtrahereris. Credidêre interim omnes, caſum illum fieri non potuiſſe citra graviſſimam corporis Tui læſionem. Verùm cùm primùm ex incuſſo terrore Tibi eſſes redditus, deprehenſum eſt, Te planè vivere incolumem, nemine non agnoſcente Divinam bonitatem, quæ Te, ut Scripturæ Verbis utamur, propemodùm equidem ad inferos deduxerat, verùm etiam benigniſſimè reduxerat. Ita iter tuum deinceps feliciſſimè proſequi poteras, certiſſimô argumentô, Deum in adjutorium tuum intendiſſe, & *Angelis Suis*, quorum dies feſtiva agebatur, *mandâſſe de Te, ut cuſtodiant Te in omnibus viis Tuis.* Ita virtus Tua majoribus temporum ſpatiis ſervata fuit. Verum claudimus hanc parentheſin, & ad cætera decora Tua ſtrictim percenſenda revertimur.

Inter hæc occurrit ſplendida porticus, qua è Palatio Epiſcopali ad Baſilicam Cathedralem itur, quámque faberrimîs imaginibûs omnium Anteceſſorum

Tuo-

Tuorum exornâſti, adjectîs ubique armîs gentilitiîs, & eruditô vitæ ſingulorum compendiô. Infra eas Imagines egregiô penicillô pingi juſſiſti omnes ad Friſingenſem Ecclesiam jure proprietatis pertinentes Urbes, Oppida, Caſtra, Arces, aliáque loca nominatiora, ita, ut qui ea Sola, quæ in porticu illa exhibentur, expenderit, egregium totius Friſingenſis Hiſtoriæ compendium reperiat. Aquæductus varios Friſingæ, Burgkrainij & Iſanæ itidem poſteritas Tibi adſcribet immortali laude dignos, uti & canales per vicina trans Iſaram loca paluſtria ductos ad graminis abundantiam, paſcuáque tum cervorum, tum aliorum pecorum pinguiora procuranda. His accedit propè Palatium Tuum ac equile aulicum columnæ marmoreæ inſiſtens Æthiops Friſingenſis ex marmore itidem fabrefactus, lymphas per cornu in altum trudens, eásque in ſubjectum natatile ſpargens, cujus beneficio & Sonipedes à ſordibus mundari, & in caſu incendij Aquæ in ipſo monte hauriri poſſunt. Sed quid dicemus de reliqua ſapientiſſima & exactiſſima diſpoſitione Tua, quam ad incendia reſtinguenda ordinâſti? quid de viis per Tuam hanc ditionem diligentiſſimè reparatis? quid de Typographia ac aliis plurimis ornamentis in Urbem illatis? quid de Gymnaſio, imò Lyceo, ac Seminario in eadem Urbe ſummo juventutis ac totius civitatis bono erectis ac fundatis? quid de ſanctè ingenioſa Congregatione Charitatis in pauperum ſummum & admirandum commodum tuô exemplô atque inſtinctu inſtituta? de Orphanotrophio exinde erecto & fundato? de Noſocomio condito & opportuniſſimè inſtructo? de auro ad centum & triginta florenorum millia in pauperes ac pauperum uſus ex eodem fonte erogato? quid de pietate aliorum, quos exemplô Tuô ad ejusmodi beneficentiam provocâſti, è quibus ij ſoli

Digitized by Google

Reverendiſſimi & Illuſtriſſimi DD. Canonici, qui in electione ſuffragia ſua in Te contulerunt, ad pias & Sanctas cauſas ultra quinquaginta florenorum millia aſſignârunt? quid de aliis triginta millibus Viennâ Auſtriæ ad Tuum propoſitum liberaliſſimè transmiſſis? quid de villis Epiſcopalibus utiliſſimè reparatis & auctis? de re œconomica undequaque in formam meliorem, & ad utilitatem majorem redacta? quid de monetæ & juribus aliis tum reſuſcitatis, tum defenſis? quid de Juſtitia vindicativa adversùs facinoroſos promota? de Dæmonio meridiano, ſeu otio à pauperibus depulſo? Quid denique boni dici vel cogitari poteſt, quod quidem fuerit in viribus Tuis, & Tu Sedi huic Tuæ, ſubditíſque ſummâ clementiâ non præſtiteris? Etiam ad mortuos extendiſti ſanctiſſimas curas Tuas, eos maximè, qui mille abhinc annis benefactores fuêre Eccleſiæ Tuæ, quorum piam memoriam in hoc opere piiſſimô gratitudinis ſtudiô reſuſcitari voluiſti. Adhæc in aliorum etiam mortuorum ſolatium piam ſodalitatem ad noviter erectam à Te S. Barbaræ aram procurâſti, Romæ non approbatam tantùm, ſed etiam gratiîs ſingularibûs decoratam. Quis igitur non intelligit, Te cum S. illo Franciſco Saleſio verè *omnibus omnia* ac formam boni Epiſcopi eſſe factum? quis non videt, Tuam Divi Corbiniani imaginem in Te non eſſe tandem exactiſſimè perfectam & abſolutam, ita nempe, ut ſicut Ille primus Cathedram Friſingæ erexit, ac primi Fundatoris nomen ſibi peperit, ita Tu, poſt mille annos, tum poſt reſtituta, tum renovata, tum condecorata per Tuam Diœceſin ferè omnia Fundator alter appareas. Et tamen, cùm tanta præſtes, ac præſtiteris omnibus, quid modeſtius, quid humilius, ac Te, orbis vidit? quis unquam de ſe humiliùs & ſenſit & dixit? quis ægriùs laudes ſuas audivit? quis pompas omnes,

præter-

prætérquam ſacras, cautiùs declinavit? Videmus non raro Te ad viſitanda ædificia Tua foras prodeuntem: aſt cum quanto famulitio? nempe cum cubiculario, ac uno vel altero famulo pediſſequo, ut peregrini & advenæ aliquando ne quidem in ſuſpicionem venire poſſint, latére in Te Epiſcopum, & S. R. I. Principem. Rursùs quot ſcilicet ſatellites ad Palatium Tuum excubant? ſed nempe quid opus numeroſis excubiis, dum omnes habes fideliſſimos Corporis Tui cuſtodes, quicunque Te nôrunt. Quis enim non optat, ut ſis in longiſſima tempora ſalvus & incolumis? Verùm cùm ſingula Tua decora enarrandi nullum reperiamus finem, coërcenda tandem eſt penna, ne porrò offendamus patientiam Tuam: quæ tamen penna cum tota Friſinga ac Diœceſi Tua Tibi tot encomia debet, quot repeiuntur apices in hoc opere Tuo, quo tandem effeciſti, ne res Friſingenses ulteriùs deliteſcerent in tenebris, ſed ad multorum inſtructionem & ædificationem in publicam lucem prodirent, imò ut Friſinga ſibi ipſi demùm innoteſceret. Vive igitur, Clementiſsime Princeps, & annum hunc Cathedralis Tuæ Eccleſiæ milleſimum, Sacerdotiique Tui quinquageſimum in pleno jubilo perage. *Regi Sæculorum immortali & inviſibili* ſit *ſempiterna laus, honor, & gloria in ſæcula ſæculorum*, (k) qui adeò operibus manuum Tuarum benedixit, ut rerum feliciſſimè geſtarum multitudine ſingulos Anteceſſorum Tuorum longè ſupergreſſus ſis. Omnium bonorum ardentiſsima vota ſunt, ut Optimus DEUS Te Eccleſiæ Tuæ, Diœceſi, Urbibus, ſubditíſque Tuis omnibus diutiſſimè ſervet ſoſpitem & incolumem; dum interim ego ad deoſculandam Epiſcopalem fimbriam humillimè provolutus, librum hunc ad pedes Clementiæ Tuæ depono, méque, Monaſterium Benedi-

Digitized by Google

nedictoburanum, ordinémque Benedictinum univerſum demiſſiſſimè commendo. Friſingæ in hoc Tuo Epiſcopali Palatio die 21. Martij, D. Benedicto Sacra, anno Chriſti 1724.

Reverendiſſimæ Celſitudinis Tuæ

Infimus Cliens

P. Carolus Meichelbek,
Benedictoburanus.

(a) *Pſal. 71. v. 8.* (b) *Ex ejus officio die 28. Maij.* (c) *Aribo cap. 5.* (d) *Idem cap. 1.* (e) *Ex ejus officio die 29. Jan.* (f) *Pſ. 25. v. 8.* (g) *Iſa. cap. 11. v. 10.* (h) *Hom. 7. in cap. 3. ad Rom. circa finem.* (i) *Otto Friſing. lib. 5. cap. 24. Conradus Sacriſta in lib. IV. Traditionum fol. 1.* (k) *1. Timoth. 1.*

CENSURA

Digitized by Google

CENSURA ORDINARII.

Juſſus à Rever^mo & Celſiſſimo Dño. Dño. Joanne Franciſco Epiſcopo ac Principe Friſingenſi &c. &c. attentè, & non ſine maximo guſtu legi præſentem librum, cui titulus eſt : Hiſtoriæ Friſingensis Tomus primus, prima quinque ab Adventu S. Corbiniani primi Epiſcopi Sæcula, ſeu Res ab anno Chriſti DCCXXIV. usque ad annum MCCXXIV. Frisingæ geſtas exhibens. *Et quia hæc Hiſtoria glorioſa incunabula & ſucceſſivè incrementa Eccleſiæ, & Diæceſis Friſingenſis, occaſione Solemnizationis decimi ab ejus fundatione ſæculi, eruditiſſimo, & in inveſtigandis antiquitatibus oculatiſſimo calamo manifeſtat, ſanctique Corbiniani Fundatoris gloriam, ſuæq; fundatæ Eccleſiæ, ſub oblivionis, & confuſionis tenebris priùs deliteſcentem ſplendorem in ſelectiſſimis ſuis membris, & Succeſſoribus, usque ad initium regiminis Geroldi Epiſcopi, ſuavi methodo, ac concinno ſcribendi ordine in publicam lucem producit ; nihilque continere deprehendi, quod Orthodoxam fidem, Principes, aut bonos mores offendere poſſit, benè ve-*

Digitized by Google

rô omnia Catholicæ veritatis nitore, & ſcribendi modeſtiâ ſplendere, prout ſola Rev^{mi} P. Scriptoris nota excellentia pro optima cenſura & teſtimonio ſtat, ideò publicô prælô digniſſimam cenſeo, ut, tanquam lucerna ſuper candelabrum poſita, luceat erudito orbi, gratâ memoriâ erga Rever^{mum} P. Hiſtoriographum apud Friſingenſes, pro tam inſigni ac pretioſo labore, nunquam intermoriturâ. Ita cenſeo Friſingæ 1. Auguſti anno 1724.

FRANCISCUS ANTONIUS
S. R. Imperij Eques, & Nob. D^{nus}
de Fraporta, J. V. D. Eccleſiæ Cathed. Friſingenſis Canonicus Capitularis, & Rev^{mi} ac Celſiſſimi Epiſcopi & Principis Friſingenſis Conſiliarius Eccleſiaſticus.

IN HI-

Digitized by Google

IN

HISTORIAM FRISINGENSEM DISSERTATIONES

PROLEGOMENÆ SEX,

IN QUIBUS DISPUTATUR DE IIS, DE QUIBUS UT IN ANTECESSUM AGAMUS, ET LECTORIS ET SCRIPTORIS INTEREST.

Prima de Situ, origine, & nomine urbis Friſingenſis breviter agit.

Secunda de Religione & morum cultura in modernæ Bojariæ Superioris confinia, ac Friſingam introducta diſſerit.

Tertia de Patria S. Corbiniani tractat.

Quarta Sancti Corbiniani Monachatum examinat.

Quinta repræſentat tempus, quo S. Corbinianus Epiſcopus ſedem Friſingæ figere cœpit: ubi etiam de conſpectu Superioris Bojariæ, tempore adventûs S. Corbiniani agitur.

Sexta agit de occaſione hujus operis: item de ſubſidiis in eodem opere concinnando adhibitis.

Digitized by Google

DISSERTATIO PRIMA
PROLEGOMENA.

De Situ, Origine, & nomine urbis Friſingenſis.

EA hodiernæ Superioris Bojariæ Regio, in qua Friſingam noſtram conſpicimus, portio olim erat Vindeliciæ, quam alii vocabant Rhetiam ſecundam: alii etiam Norico accenſebant, veluti ex Scriptoribus Rerum Boicarum, & membranis vetuſtis facilè demonſtrari poſſet, ſi res poſtularet. Verùm quia id argumenti dudum præoccupârunt Viri eruditiſſimi, qui de rebus geſtis Bojorum ex propoſito ſcripsêre, puta Aventinus, Velſerus, Brunnerus, & alii magnô numerô, operæ pretium non facturos nos eſſe cenſuimus, ſi prolixam ea ſuper re diſputationem texeremus, maximè quia erudito Lectori in ipſo ſtatim limine operis moleſti eſſemus, dum Soli lucem inferre, & antiquam, ut ajunt, crambem recoquere velle videremur:

Friſingæ ſitus & deſcriptio.

Friſinga noſtra eum prædictæ Superioris Bojariæ locum occupat, prope quem Iſaræ, fluvio rapidiſſimo, ex alpibus Tyrolenſibus decurrenti, miſcetur Moſacus amnis, qui propè Moſach, pagum cognominem, quarto ab hac urbe milliario Germanico diſtantem, fontes habet. Urbs ipſa duobus montibus adjacet, quorum primo Palatium Epiſcopale cum Cathedrali Baſilica & adjuncto Sancti Benedicti templo: item altera Divi Andreæ Collegiata Eccleſia, aliiſque pluribus Sacris atque profanis ædificiis ſplendidè inſidet: alterius verò montis verticem inclytum Monaſterium Weihenſtephanenſe Benedictini Inſtituti: umbilicum verò alia S. Viti Collegiata itidem Eccleſia gratiſſimo ſanè ſpectaculo exornat. Poſteriori huic monti vocabulum olim fuiſſe ferunt *Tetmons*, ſeu, ut quidam interpretantur, *Teutonis Mons*, conjecturâ ducti, Teutones olim illic litâſſe Teutoni, gentis ſuæ Autori, cui ipſi veluti ſeri poſteri locum inter Deos conſtituerint. Verùm conjecturis inhærere non vacat. Illi verò proniorem aſſen-

ſum

Digitized by Google

ſum merentur, qui tradunt, Proreges Franciæ, quos Majores domûs vocare ſolebant, cùm ſæpiùs in haſce oras moviſſent exercitus ſuos, illic veluti loco perquam commodo & eminenti, aliquoties conſediſſe, cujus rei argumentum reperta poſteris temporibus ingentis ædificii ac foſſarum rudera præbuiſſe in antiquis Monaſterii Weihenſtephanenſis membranis conſpeximus. Mons altér, intra urbis mœnia incluſus, ac modicè depreſſior, non habet diverſum ab ipſa Urbe nomen, & *Mons Friſingenſis* paſſim vocari conſuevit.

Sanè ex utroque hoc monte longè ampliſſimus proſpectus patet in amœniſſimam ſpatioſiſſimámque planitiem, quippe quæ non modò usque ad Bojariæ, verùm etiam ad Ditionis Salisburgenſis, Comitatûs Tyrolenſis ac Werdenfelſenſis, ipſiúsque adeò Algojæ alpes porrigitur, vaſtiſſimum ſanè atque aptiſſimum ad oculos paſcendos theatrum, fixum illud quidem, ut vocant, ſed tamen ſi centies oculos in illud defixeris, novas ſemper atque novas ſpecies luminibus ingerens. Propiùs in conſpectum hodie incurrunt Monachium Bojariæ Metropolis, Erdinga civitas, Arces complures, Pagique magnô numerô, pars in collibus, pars in humilioribus locis poſiti. Spectabilem etiam ad ſesqui horæ ſpatium ſeſe objicit Iſara fluvius tum inter arva fertiliſſima, tum inter prata ampliſſima, nec non inter paſcua, virgulta ac ſilvulas undas ſuas protrudens, &, quas magno numero indies vehit, rates obtutibus aſpectantium ambitioſè oſtentans. Ponè inter varios limpidiſſimos rivulos numeroſi pecorum greges, &, quod fortè pauca per orbem exempla habet, cervi tanta frequentia absque ſepimento liberi pabulantur, ut eorum aliquando numerus ultra duo millia excreverit. Sanè dum hæc ipſa hodie ſcribimus, admiſsîs in computum etiam ſubulonibûs hinnulîsque, etiamnum ultra mille facilè numerantur, vix in cenſum ferarum referendi, quippe qui aliorum pecorum domeſticorum more in maximos greges cöeunt, & pabulum non ſolùm è pratis ac fruticibus carpunt, verùm etiam aliquando ex ipſorum adeò venatorum manibus, imò, quod ſtupeſcas, ex ore arripiunt: id quod magnis quibusdam Principibus tantam aliquando admirationem movit, ut è ſuis huc mitterent, qui tantæ rei experimentum præſentes caperent. Præterea trans Moſacum amnem, quô locô montem Friſingenſem alluit, ſpatioſô ſeptô concluſæ manent numeroſæ dorcades, quæ in horas ſingulas cominùs ſeſe ſpectabiles offerunt, pabulantur, ſaliunt, ludunt. Virgulta Iſaræ tum inſidentia tum adjacentia phaſianos, per- Proſpectus.

Digitized by

dices, anates lacuſtres offerunt, ac, quod præprimis mirandum, certîs versùs autumnum temporibûs aucupio jucundiſſimo numeroſiſſimam materiam, ſturnos nempe, tantâ copiâ objiciunt, ut aliquoties una nocte viginti propemodùm millia Friſingenſibus Venatoribus in prædam ceſſerint ſpectaculô etiam Regibus dignô. Moſacus, quem diximus, viciniſſimus amnis, poſtquam per Mæandros varios arci, & ſubjecto amœniſſimo viridario propiùs imminet, olores habet, atque aliàs etiam piſcium feracitate Iſaræ neutiquam cedit. Via publica, & inter ſuperiorem ac inferiorem Bojariam Regia, inter prata fertiliſſima protenſa, è propinquo in conſpectu eſt, nemóque illic iter facit, quin videri ex utroque monte ad dimidium horæ ſpatium & ampliùs poſſit. Ipſi duo montes gratiſſimum ſibi invicem ſpectaculum pariunt, & totam inſuper ſubjectam urbem oculis metiendam præbent : à cujus muris non niſi modicô, ac vix unius quadrantis horæ ſpatiô diſtans celeberrimum ſplendidúmque Canonicorum Præmonſtratenſium Monaſterium Neöcellenſe ſub eundem conſpectum cadit, & gratiam exauget. In ſeptentrionem amœnæ ſilvæ, clivi molles, agríque felicis glebæ protenduntur, lætâ ſanè quaquaversùm rerum ſpecie, & egregiô ambulantium civium commodô atque delectamentô. Verùm de his ſatìs in præſens. Plura de aliis præclaris urbis Friſingenſis ornamentis referemus commodioribus locis.

Origo. Originem hujus Urbis nonnulli tribuunt Romanis Præſidibus, qui ſeſe olim in Vindeliciam receperint, ibíque oppida præſidiis, munitionibúsque firmaverint. Addunt aliqui, nomen *Fruxinii* vel *Fruxiniæ*, quòd eundem cum *Friſinga* ſignificatum habeat, ex nomine cujusdam Romani Præfecti *Fruſſinonis* ortum trahere : quòd tamen ambitioſiùs utique quàm fortè veriùs excogitatum, fidem absque antiquis certisque ſuffragatoribus ægrè meretur. Neque veriora aſſerunt, qui *Fruxinium* dictum volunt à vocula *frux*, *frugis*, quod ad ſignificandam ſoli fertilitatem aſſumptum fuiſſe opinantur. Illud tamen certum manet, Friſingam noſtram in vita S. Maximiliani Archiepiſcopi Laureacenſis & Martyris, nuperrimè à R. P. Hieronymo Pezio Mellicenſi caſtigatiùs edita, *Frixiniam* vocari. Sanè à quot Sæculis Friſinga inter urbes numerari cœperit, nemo facilè divinaverit. Primam ejus tituli mentionem reperio in mox laudata Vita S. Maximiliani, in qua Friſinga noſtra inter civitates locum habet. Aribo quoque noſter in Vita S. Corbiniani Epiſcopi Friſingam ſemel iterúm-

Tom. 1. Script. Rer. Auſt. Col. 34.

Aribo cap. 25.

iterúmque ***Civitatem*** appellat, ut ſuô locô memorabimus. Præterea dubitari non poteſt, quin Friſinga noſtra eo tempore, quo S. Corbinianus illuc delatus eſt, fuerit caput ſuperioris Bojariæ, quippe quam conſtat fuiſſe ſedem Grimoaldi, ac poſtea Hugiberti, Bojariæ, alpibus ſubjectæ, Ducum. Neque legimus, in aliis ſuperioris Bojariæ locis frequentiùs, quàm Friſingæ judicia publica fuiſſe exercita, lites diremptas, & Rempublicam adminiſtratam, licèt etiam ſimilia aliquando Aiblingæ, Veringæ, ac poſtea in Cœnobiis recéns tum excitatis contigerint, quod in decurſu Hiſtoriæ noſtræ ampliùs patebit, & dudum ante nos tum alii, tum R. P. Simon Rettenbacher *lib. 1. cap. 13.* in Cremiſanenſibus Annalibus eruditè advertère.

DISSERTATIO SECUNDA PROLEGOMENA.

De Religione Chriſtiana, & Morum Cultura in modernæ Bojariæ ſuperioris Confinia, ac Friſingam introducta.

CUm duodecim Apoſtoli accepta per Spiritum Sanctum omnium locutione linguarum imbuendum Evangelio Mundum diſtributîs ſibi terrarum partibus ſuſcepiſſent, beatiſſimus Petrus, Princeps Apoſtolici Ordinis, ad arcem Romani deſtinabatur Imperii, ut Lux veritatis, quæ in omnium gentium revelabatur ſalutem, efficaciùs ſe ab ipſo Capite per totum Mundi Corpus effunderet, uti graviſſimè ſermocinatur Sanctus Leo Papa ***Serm. 1. de SS. Apoſtolis Petro & Paulo.***

Ab eo tempore (ut ipsâ etiam Sacri textûs phraſi utamur) ***in omnem terram exivit ſonus, & in fines orbis terræ verba*** Apoſtolorum, non illorum utique duntaxat duodecim, quos Dominus in Sacrum ſuum Collegium cooptavit, neque etiam aliorum tantùm *ſeptuaginta duorum*, quos Idem Dominus *deſignavit, & illos miſit binos ante faciem ſuam in omnem civitatem, quò erat Ipſe venturus*, ut Sacer textus habet, ſed eorum quoque, de quibus paulò poſt ſubjecit: ***Rogate ergò Dominum meſſis, ut mittat operarios in meſſem ſuam.***

Sanè quosnam operarios tum ipſe Dominus, tum Domi-

ni Vicarius Petrus, ejusdémque in ſuprema Hierarchia Succeſſores Pontifices miſerint in varia Regna, Provinciásque Europæ, Baroniis, Spondanis, aliísque Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Principibus decernendum committimus, contenti expendere, quinam fuerint, qui huic, in qua ſcribimus, Bojariæ lucem Evangelii primi intulerint?

Præcones Divini verbi ab Oriente.

In ea igitur Regionis noſtræ parte, ex qua ſolem orientem excipimus, offert ſeſe cumprimis Laureacum, percelebris olim Ripenſis Norici civitas, & pervetuſta ac nobilis Romanorum Colonia, deinceps verò in vicum ignobilem temporum hominúmque injuriis redacta, de qua nemo hactenùs dubitavit, quin ei jam inde ab Apoſtolorum temporibus, primóque Chriſti Sæculo Lux Evangelii affulſerit, uti eruditè advertit Clariſſimus P. Hieronymus Pezius Mellicenſis, ſuámque aſſertionem gravibûs teſtimoniîs largè demonſtrat. Illud tamen maximè ambiguum & controverſum eſſe affirmat idem eruditus ſcriptor, quinam illi demùm fuerint, qui prima Chriſtianæ apud Noricos Ripenſes Reipublicæ fundamenta jecerint. Diſcuſſîs deinde doctiſſimè variorum opinionibus, erroribúsque rejectîs cum Vito Arenbeckio concludit iîs verbîs: *Maneat ergo omnium veroſimillimum, nec Laurentium, nec Hermagoram, nec Fortunatum, nec alios Sancti Petri innominatos Diſcipulos* (quos ex aliis Scriptoribus laudaverat) *ſed Solos Sanctos Syrum & Eventium, ambos Epiſcopos Ticinenſes, Laureaci, reliquique Ripenſis Norici primos Apoſtolos, & cæleſtis doctrinæ Magiſtros extitiſſe.* Docuerat autem in antecedentibus *Sanctos Syrum & Eventium è primorum quidem Apoſtolorum cætu non fuiſſe: fuiſſe tamen S. Hermagoræ Epiſcopi Aquilejenſis, qui Sanctum Marcum Evangeliſtam Magiſtrum habuerit, Diſcipulos: idque ſatìs eſſe, ut verum ſit, Eccleſiam Laureacenſem ab Apoſtolis & Doctoribus Romanæ ſedis fundatam, & primîs veræ fidei elementîs imbutam fuiſſe.* Ita vir doctus, qui in gratiam gentis ſuæ quæſtionem iſtam operosè diſcutiendam ſuſcepit.

Tom. 1. Scriptor. Rer. Auſtriac. Diſſert. IV. Prœmiali §. 1.

SS. Syrus & Eventius.

S. Maximilianus Epiſc.

Poſt primos Gentis illius Apoſtolos Communi Scriptorum calculo laudari ſolet Maximilianus, Sæculo III. Pontifex Laureacenſis, idémque Martyr Beatiſſimus: qui quantum ſudoris in iis Norici (hodie ſuperioris Auſtriæ) aliíſque vicinis partibus rei Chriſtianæ tum ſtabiliendæ tum promovendæ impenderit, diſcimus ex ejus vita, à mox laudato P. Hieronymo Pezio recens edita, in qua illud ad propoſitum noſtrum iterum obſervamus, Scriptorem vitæ S. Maximiliani inter eas, quæ olim

Digitized by Google

olim Laureacenſi Metropoli ſubjectæ fuerint, viginti duas *Suffraganeas* (uti vocant) Civitates etiam numerare Frixiniam quo nomine abſque dubio indigitat Friſingam noſtram, quippe quam inter *Pataviam* (hodie Paſſavium) & *Imbripolim*, ſive Ratisbonam mediô locô recenſet: quod utique anſam quibusdam Scriptoribus præbere potuit, ut crederent, Friſingæ jam olim tertiô Sæculô Chriſtianô Epiſcopatum fuiſſe erectum. Certè Vitus Arenbeckius, qui celebre ſuum Chronicon Bojariorum Sixto Friſingenſi Epiſcopo Sæculo XV. nuncupavit, procul dubio iſta legerit, quippe qui ſcripſit, *conſtare, temporibus Imperatoris Cari de Narbona Frixiniæ Baſilicam Chriſti fidelium fuiſſe, quæ S. Maximiliano Archiepiſcopo ſubjecta fuerit.* Ubi tamen benè ſubjecit verba illa: *qui autem Sacerdotes usque ad Sancti præfuerint Corbiniani tempora, neſcitur*: quod idem & nos affirmare cogimur deſtituti membranîs & argumentîs idoneîs, ex quibus certiora de Sacris illis Antiſtitibus haurire, atque cum Lectore communicare liceat. Arenbeckii verba reperiet Lector in eruditiſſimi Viri P. Bernardi Pezii *Theſauro Anecdotorum noviſſimo Tom. III. Part. III. col. 72.* Cui Bernardo quantum hodiernus eruditus Orbis debeat, non ignorant, qui quidem aliquod eruditioni pretium ponunt. Interim ex hactenùs deductis citra notam temeritatis nemo inficiabitur, non ſolùm inferiorem, ſed ſuperiorem quoque Bojariam, Friſingam maximè, Sancto illi Archiepiſcopo & Martyri Maximiliano vetuſtiſſimo quodam gratitudinis vinculo manere devinctam: quod dudum intellexère tum ſupra laudati, tum alii Scriptores. Atque idipſum erat, quod permovit Celſiſſimum ac Reverendiſſimum S. R. I. Principem, & Epiſcopum Friſingenſem Joannem Franciscum, ut inter præcipuos quatuor Bojariæ Apoſtolos S. Maximiliano in antiquiſſima Cathedralis Eccleſiæ Crypta elegantem ſtatuam poneret, eidémque ſacras quasdam Sancti illius Pontificis reliquias inſereret. Neque fas eſt dubitare, quin eâdem de cauſa Clemens XI. Sac. Memor. Pontifex Maximus die 12. Maij ann. 1714. officium S. Maximiliani annis ſingulis non ſolùm in Patavienſi Diœceſi, verùm etiam in reliqua univerſa Bojaria deinceps celebrandum inſtituerit. Sanè Feſtum S. Maximiliani jam Sæculô Chriſti decimô Friſingæ quot annîs celebrari fuiſſe ſolitum, P. Gamanſius S. J. ex vetuſtiſſima Friſingenſi Liturgia annotavit. Quod idem de Feſto SS. Ermachoræ (Hermagoræ) & Fortunati dictum eſto.

Quantum debeant S. Severino ſive Abbati ſive Monacho tum S. Severinus Abbas.

tum Auſtriaci, tum Styri, Carinthii, Salisburgenſes ac Bavari, graviſſimè explicat Martyrologium Romanum ad VI. Id. Januarii iis verbis: *apud Noricos S. Severini Abbatis, qui apud eam gentem Evangelium propagavit, & Noricorum dictus eſt Apoſtolus.* Obiiſſe Sanctum hunc Abbatem circa annum Chriſti 480. Baronius in *Notis.* ad laudatum Martyrologium Romanum monuit; quod ideò addimus, ne S. Severinum videamur velle ineptè referre in cenſum hominum Benedictinorum, quippe quem ultrò fatemur obiiſſe, antequam S. Benedictus Regulam ſuam Monachis ſcripſerit. Vitam S. Severini ab Eugippio illius Diſcipulo accuratè conſcriptam, unà cum obſervationibus præviis nuper, poſt Surium alióſque accuratiùs recudi fecit ſæpè laudatus P. Hier. Pezius *Tom. 1. Scriptorum Rerum Auſtriac.* ad quem Lectorem remittimus.

S. Valentinus Epiſcopus. Taceri hoc loco citra Beatiſſimi Corbiniani offenſam non poſſunt graviſſima de Paſſavio ac locis finitimis relata merita Valentini, loci illius Epiſcopi Sanctiſſimi, qui circa annum Chriſti CCCC. atque adeò ante S. Severinum *poſt exhauſtos innumeros pro Chriſti nomine labores* (verba ſunt Friſingenſis Breviarii) *ſumptô propriis manibus Dominico corpore, mortis ſuæ præſcius, animam ſuam ſanctiſſimè exſpiravit*: quem poſthac S. Corbinianus ſibi præcipuè imitandum propoſuiſſe videtur. Certè illum longè tenerrimo cultu proſecutus eſt, ut ſuo loco videbimus. Atque hi erant viri, per quos tibi Evangelium Chriſti, Bojaria ab Oriente primùm reſplenduit.

à meridie. Ex eadem noſtra Bojaria, qua parte meridiem atque Italiam reſpicit, gentilitatis tenebras ſin primus, certè præcipuus ejus partis Apoſtolus S. Caſſianus Epiſcopus Sabionenſis Sæculô Chriſti IV. abſterſit, uti diſcimus ex catalogo Epiſcoporum Sabionenſium, hodie Brixinenſium, quem Hundius in *Metropoli Salisburgenſi* edidit, Gewoldus verò additionibus illuſtravit. Sabionam (noſtra ætate in celeberrimum Parthenonem Benedictinum converſam, Seben vulgò dictum) fuiſſe iis temporibus partem Norici, ac deinceps Bojariæ, Eruditorum nemo ignorat. Nam Tridentum usque protendebantur Bojorum Principum Ditiones: ubi, ùt habet Romanum Martyrologium, S. Vigilius Epiſcopus & Martyr reliquias idololatriæ extirpare conatus, lapidum imbre percuſſus, pro Chriſti nomine Martyrium implevit. Simillima de S. Lucano Tridentino Epiſcopo Scriptores tradunt. Ita à meridie quoque Bojaria noſtra ſplendoribus Sanctorum illuſtrari cœpit.

S. Caſſianus Epiſc. S. Vigilius Ep.

Ab Occidente. Fatendum nihilominùs eſt, ex nulla alia parte Chriſtum, qui

Digitized by Google

qui Splendor eſt Patris, & Sol juſtitiæ Chriſtianæ, copioſiùs illuxiſſe Bojariæ noſtræ, quàm ex iis plagis, ubi Solem alterum, Planetarum principem, quotidie nobis occidere conſpicimus. Inde enim finibus noſtris ſecundô Sæculô Chriſtianô primus acceſſit S. Lucius Britannorum Rex, qui, teſte Martyrologio Romano, primus ex iis Regibus Chriſti fidem ſuſcepit tempore Eleutherii Papæ. Hic, ùt pulchrè loquitur Andreas Brunnerus S. J. *Annal. Boic. part. 1. lib. 4.* ſimul ac melioris Regni hæres ſcriptus eſt, rerum omnium mortalium contemptor, diadema, ſceptrum, regiásque opes generoſo pede calcans, & rem auſus etiam hodie ſtupendam, voluntarius exul, ad cœlum magnîs paſſibus properavit, Deum ſecutus. Hoc Duce Noricum, Rhætiam, Vindeliciámque ingreſſus, cœleſtis diſciplinæ ludum nuper Rex aperuit, & noſtræ Rudimenta fidei optimus Magiſter tradidit. Ita Brunnerus ex *Andrea Ratisbonenſi, Breviario Curienſi*, ac *Petro de Natalibus.* De S. Lucio poſt Baronium paſſim etiam agunt cœteri Bojariæ Scriptores, Raderus in *Bavaria Sancta.* Adelzreitterus in *Hiſtoria Bavarica*, & alii. S. Lucius Rex.

Poſt Britanniæ Regem Lucium vicina Diœceſis Auguſtana meritò ceu Apoſtolum & Epiſcopum ſuum veneratur S. Narciſſum, quippe qui teſtante ipſo Martyrologio Romano Evangelium in iis partibus prædicavit, Auguſtæ Afram cum aliis quàm pluribus Chriſtianæ fidei præceptis imbuit, Hilariæ domum Eccleſiam conſecravit, Dionyſium Hilariæ Germanum fratrem, & Afræ avunculum ſub ipſum quarti Sæculi Chriſtiani initium Presbyterum ordinavit: veluti habet Breviarium Auguſtanum, & vir Clariſſimus P. Corbinianus Khamm Udalricanus *part. 1. Hierarchiæ Auguſt. cap. 6.* Videri etiam poteſt Breviarium Friſingenſe ad diem XI. Auguſti, quo Divæ Afræ feſtum etiam in hac Diœceſi meritò peragitur, quippe quæ fortiſſimè toleratô pro Chriſti fide ignis ſuppliciô è proxima vicinia Converſionis facem finitimis hiſce civibus Friſingenſibus glorioſè accendit. S. Narciſſus Epiſc.

Deinceps usque ad tempora Beatiſſimi Corbiniani noſtri nemo plus in Boica noſtra pro re Chriſtiana laboráſſe memoratur, quàm S. Rupertus, Magnus Ille Bojariæ Apoſtolus, & Salisburgenſis Eccleſiæ Fundator, à Deo, ac Theodone, gentis Duce, è Francia evocatus. Is, ùt ferunt, exulare juſſus è Patria, ínque Bojariam delatus, Theodone Duce, aliíſque Proceribûs Sacro fonte luſtratis, id unum deinceps egit, ut omnem ex iis Regionibus ſuperſtitionem penitùs in exilium mitteret, S. Rupertus Epiſc. præcipuus Bojorum Apoſtolus.

Digitized by Google

atque labantem ob continuas variorum Barbarorum incurſiones Noricorum fidem erigeret. Sedem tandem & arcem Sacrorum Juvaviæ fixit, Cœnobiúmque ibi ac templum Divo Petro; alterum Divo Maximiliano Laureacenſium Archiepiſcopo & Martyri Sacrum, in Pongau excitavit, quibus Benedictinos Monachos veluti idoneos Sacræ Religionis Præſidiarios impoſuit. Pulcherrimum quoque Bojariæ ornamentum, firmiſſimúmque Munimentum Sacra Oetingæ veteris Ædes, potentiſſimo Bojariæ præſidio, Deiparæ videlicet, Conſecrata Ruperti noſtri opus eſt: ut, quando Huic Auguſtiſſimæ Cœlorum Reginæ omnia ſe debere Boij fatentur, multùm profectò etiam Ruperto debere ſe intelligant, qui Regionis tutelam, eam, inquam, Virginem ſin primus, certè princeps conciliavit, uti ferè habent *faſti Mariani* ad diem 27. Martij. Fuiſſe Rupertum ſub Regula S. Benedicti primum Abbatem Cathedralis eo tempore Monaſterii S. Petri Juvaviæ, hodie Salisburgi, invictè docent Petrenſes noſtri ex veterrimis Codicibus, Necrologiis, Summorum Pontificum, Domeſticorum Archiepiſcoporum, & Canonicorum literis, item ex tabulis, picturis, Scriptoribus etiam extraneis, nulli Sacræ familiæ addictis, & conſtantiſſimâ inſuper traditione ad noſtra usque tempora propagata. Hinc iis recentioribus Scriptoribus, quibus fortè parùm jucunda accidit hæc narratio, tum demùm aſſurgemus, cùm antiquiora, ac graviora momenta, inſtrumenta, inquam, ac teſtimonia Synchrona in apricum produxerint. Nam ut conjecturis & effugiis ex ſolo ingenii artificio profectis poſt tot Sæculorum quietam, ut vocant, poſſeſſionem, tantis firmamentis innixam, acquieſcamus, perſuaderi noſtris, aliiſque Viris eruditis nunquam poterit. Remittimus Lectorem ad ea, quæ dudum ante nos in rem noſtram diſputavit V. C. P. Joſephus Mezger Petrenſis in Hiſtoria Salisburgenſi, Celſiſſimo & Reverendiſſimo Principi & Archiepiſcopo Joanni Erneſto inſcripta, & quidem in annotatione ad Caput XX. libri primi, *pag. 129. 130. & 131.* quæ momenta etiam nos aliquando alicubi expendimus. Cùm prodierit promiſſa ab alio quodam Scriptore aliter ſentiente nova Divi Ruperti ſeu Vita ſeu Hiſtoria, meditabimur, quid reſpondendum ſit.

Fuit Abbas O.S.B.

Exercit. 5. Theol. Hiſt.

Interea illud hìc animadvertimus, præcipuos Ruperti Socios fuiſſe Giſilarium & Chunialdum: qui in vetuſtiſſimo Codice Petrenſi, manu Sæculi octavi exarari cœpto, ſub Rubrica *Monachorum defunctorum* primò loco ponuntur, ac diſertè appellantur *Presbyteri & Monachi;* uti Rupertus ipſe ibidem ſub

Digitized by Google

ſub Rubrica præcedente *Epiſcoporum & Abbatum defunctorum, Epiſcopus & Abbas* vocatur. Ubi ſanè mirum eſt, quomodo allegatus de Giſilario & Chunialdo locus oculos P. Joſephi Mezgeri effugerit? certè nos, dum iſta ſcribimus, Codicem illum aurô ac topazio pretioſiorem, præ manibus ac oculis habemus, Viríſque quà eruditione, quà nobilitate præſtantibus ſæpiùs exhibuimus.

Quonam tempore Sanctiſſimus hic Apoſtolus Rupertus in Noricum è Francia acceſſerit, quóve anno è vivis exceſſerit, ingens inter Scriptores diſſidium dudùm exortum eſt; veluti in Hiſtoria Salisburgenſi primîs ſtatim paginîs legimus. Præcipuè ipſi P. Joſepho Mezgero noſtro, Hiſtoriæ illius Scriptori, cum Mabillonio itidem noſtro ea ſuper re amicum litigium interceſſit, de quo agit ipſe P. Mezgerus in *Diſſertatione Præliminari Hiſtoriæ Salisburgenſis* §. 2. ubi ille Divi Ruperti beatum ad cœlos tranſitum reponit poſt initium Sæculi ſeptimi, nempe ad annum Chriſti 623. Mabillonius verò differt poſt initium Sæculi Octavi, & quidem ad annum Chriſti 718. Ætas S. Ruperti.

Antonius Pagius, qui poſt utrumque illum Clariſſimum Virum ſcripſit, in celebri ſua Critica ad annum Chriſti 590. num. XII. conſtanter adhæret Mabillonio, & mentem ſuam deinceps ad annum Chriſti 718. num VII. ulteriùs declarat.

Ea Doctiſſimorum Virorum diſſenſio movit nonneminem, ut in præcipuum P. Joſephi Mezgeri fundamentum; nempe in antiquitatem inſcriptionis lapidis marmorei ſepulchralis S. Ruperti inquirendum cenſeret, quæ, teſte eodem P. Mezgero ſic habet: *Anno ab Incarnatione Domini DCXXIII. in die Reſurrectionis ejuſdem obiit S. Rupertus, hujus Monaſterii fundator, & primus Salisburgenſis Epiſcopus, hic ſepultus.*

Neque ſanè deerat ratio dubitandi, num hæc inſcriptio redoleret ſtilum & manum ſeptimi Sæculi, quippe quo tempore, in his ſaltem partibus, planè inſolitum erat annos ab Incarnatione Chriſti ponere, uti Eruditis conſtat, & è Friſingenſibus Inſtrumentis per decurſum ad oculum patebit: ubi tacemus cætera, quæ antiquitati inſcriptionis illius opponi poſſent. Itaque data fuit opera, ut oculis conſpiceretur forma literarum lapidis illius ſepulchralis, hac feliciter detectâ judicabant viri antiquorum characterum diſcernendorum minimè imperiti, inſcriptionem illam lapidis ſepulchralis S. Ruperti neutiquam Sæculo Chriſti XV. aut XIV. eſſe antiquiorem: atque eo ipſo fundamentum illud R. P. Mezgeri tantum pondus non habere, quantum is illi tribuendum cenſuerat. Ea obſerva-

Digitized by Google

ſervatione adhibitâ, Mabillonii Sententiæ non potuit non majus pondus accedere, ejúsque opinionem firmare : quam etiam comprobare videtur Aribo Friſingenſis Epiſcopus, ordine Quartus, Sæculi octavi Scriptor, qui, ubi alterum Divi Corbiniani Romanum iter (quod in annum Chriſti 723. incidiſſe probabimus) deſcribit, Capite IX. memorat, Corbinianum veniſſe in Noricum, nempe Bojariam, cui Theodo Dux cum
cap. 9. tribus filiis præerat, *quæ gens*, inquit Aribo, *adhuc rudis erat, & nuper ad Chriſtianitatem converſa.* Et capite proximo de
cap. 10. Norico ſubdit : *carique ibi habebantur Sacerdotes, ſicut Novitiorum mos eſſe compellit.* Quæ ſi vera ſunt, Rupertus, qui quadraginta annorum ſpatiô in convertendo Norico ſeu Bojaria deſudâſſe dicitur, non potuit deceſſiſſe ipsîs centum ante Corbiniani adventum annîs : aliàs enim Aribo tempore adventûs S. Corbiniani non diceret Noricos *gentem adhuc rudem, & nuper ad Chriſtianitatem converſam* atque *Novitiam*: quippe quæ jam ante plures quàm centum annos ſcita Evangelii ex Ruperto, ejúsque Sociis didiciſſet. Itaque vero longè ſimilius eſt, Rupertum primùm deceſſiſſe anno 718. quàm anno 623. quod idem egregiè ſuadent plura alia argumenta, ab eruditiſſimis Mabillonio & Pagio expenſa : quæ tamen hic ponderare noſtrum non eſt. Itaque de iis alii viderint.

Alii Viri Apoſtolici. Circa, imò fortè paulò ante eadem tempora etiam S. Columbani Diſcipuli tum de Regionibus finitimis, tum de Bojaria ipſa optimè mereri conati ſunt, Euſtaſius potiſſimùm, ac (ut quidam addunt) Magnus, quorum labores paſſim in Bojorum actis commendantur. Euſtaſium fuiſſe S. Columbani Diſcipulum, nemo, quod ſciam, in dubium vocat. Si
Ætas S. Magni Abb. Faucenſis. Sanctus Magnus Theodori, biographi ſui Socius fuit, ísque Theodorus nedum de Utilone Bojariæ Duce, verùm etiam de Pipino Francorum Rege, de Leone III. Papa, & *Karolo jam facto Imperatore*, de S. Symberto, de Lantone, imò etiam Nitcario Epiſcopis Auguſtanis ſcripſit, uti videre eſt apud Henricum Caniſium; idémque demonſtrari poteſt ex Benedictoburano MS. Codice Sæculi XI. ſi, inquam, hæc ita ſe habeant, omninò negandum eſt, quòd, is, quem Theodorus laudat Sodalem ſuum, Sanctus Magnus unquam S. Columbanum viderit. Obiît S. Columbanus anno Chriſti 615. ùt habet Ma-
Lib. ii. N. xvii. billonius *Tom. I. Annalium Ord. S. Benedicti.* At verò Nitcarius, ſeu Nidgarius Epiſcopus Auguſtanus, de quo Theodorus noſter ſcripſit, & cui proinde ipſe Theodorus aut ſynchronus aut ſuperſtes fuit, ſaltem ex mente Clariſſimi P. Corbiniani

Khamm

Digitized by Google

Khamm in *Hierarchia Auguſtana part.* 1. *ſect. IV.* obiit primùm anno 869. 15. Aprilis, ut adeò obitus Sanctorum Columbani atque Nitcarii diſtent ipsîs ducentîs & ampliùs annîs. Quî igitur intelligi poteſt, quòd S. Magnus, Sodalis hujus Theodori, qui de S. Nitcario Sæculi noni homine ſcripſit, ante ducentos annos cum S. Columbano negotium habuerit, ejúsque diſcipulus fuerit? atque hæc diſputatio prorſus nihil, ùt ſpero, inter eruditos detrahit S. Magno, Faucenſium noſtrorum Patrono, primóque Abbati; quippe cujus Sanctitatem quotidiana omnes naturæ vires excedentia beneficia etiamnum teſtantur, ipſisque etiam Heterodoxis lumen Catholicæ fidei aliquando accendunt. Id unum relinquitur quaſi manibûs palpabile: aut S. Magnum, qui apud Faucenſes ac finitimos populos ſummam venerationem habet, non fuiſſe S. Columbani Diſcipulum: aut Theodorum neutiquam fuiſſe ipſius Magni Sodalem.

Circa annum Chriſti 697. Brunnerus cum aliis Rerum Boicarum Scriptoribus in Bojariam introducit SS. Marinum & Anianum, inclyti Monaſterii noſtri Rottenſis Tutelares: qui ex patria ſua Hibernia ad limina Apoſtolorum Romam delati, benè precante Summo Pontifice Eugenio primo ad Bojos digreſſi, eos Sacratioris Philoſophiæ, maximarúmque virtútum radiîs impleverint. Ita illi quidem Scriptores. Verùm, ut nos monuit R. P. Wolfgangus Dullinger, Monaſterii illius SubPrior, & antiquitatum Rottenſium diligentiſſimus ſcrutator, Rottenſes Membranæ vitam dictorum Sanctorum ad tempora potiùs Carolomanni & Pipini, adeóque ad medium Sæculum octavum conſtanter differunt: quibus nos haud inviti accedimus, manúsque damus. Hæc de Viris Sanctiſſimis, qui ex partibus occiduis ad nos delati, *iter fecerunt ei, qui aſcendit ſuper occaſum*, ut Pſaltes Regius loquitur. Supereſt, ut de iis Chriſtianæ fidei Præconibus agamus, qui Evangelii ſementem circa Danubium ante SS. Rupertum & Corbinianum, alióſque Viros Apoſtolicos ſparſerunt, & à partibus Septentrionis Superiori Bojariæ ſigna Chriſti intulerunt. SS. Marinus & Anianus.

In qua narratione texenda fideliorem graviorémque Magiſtrum non reperio, quàm Reverendiſſimum D. Cœleſtinum, S. Emmerammi intra Ratisbonam Abbatem, qui *Mauſolæum* S. Emmerammi ex optimis atque vetuſtiſſimis Imperialis Monaſterii ſui Membranis anno Chriſti 1671. magnâ fide, gravique eruditione idiomate Germanico conſcripſit, ſæpiùs deinceps recuſum. Laudat ille inprimis S. Lucium velut primum Prædicatores à ſeptentrione.

Digitized by Google

Iterum S. Lucius. apud Reginoburgenſes, ſive Ratisbonenſes Divini verbi ſecundô Sæculô Miniſtrum, de quo nos ſupra jamjam mentionem ingeſſimus. Quintô dein Sæculô Chriſtianô Sanctum quemdam Lupum adducit, in odium nunciati Evangelii Martyriô affectum.

Reginotrudis Ducissa. His viris ſubjungit mulierem fortem, Reginotrudem ſcilicet, Franciæ Regis filiam, à teneris innutritam Religioni Chriſtianæ, ac deinceps Theodoni Bojariæ Duci nuptam, quæ fidei Chiſtianæ viam ſtraverit, Ducíque perſuaſerit, ut Rupertum in Boicam accerſeret, qui Bojis viam ad cœlum monſtraret. Denique idem Reverendiſſimus Cœleſtinus in celebrandis meritis Evergetæ ſui Divi Emmerammi Epiſcopi & Martyris totus eſt. Illuſtriſſimum hoc ſidus in Aquitania exortum circa medium Sæculi ſeptimi Bojariæ illuxit. Expeditionem Sacram Vir Sanctus in Hunnos paraverat, gentis feritatem impietatémque, Rei Chriſtianæ à tot Sæculis ſemper infeſtiſſimam Chriſtianæ manſuetudinis doctrinæque armis expugnaturus. Verùm aliud viſum eſt Superis: Dum enim ille ad Hunnos properat, Bojariæ Ducis precibûs Reginoburgi detentus, quam lucem Hunnis inferre optaverat, Bojis intulit, dum integrô trienniô labores Sanctiſſimos erudiendæ genti optimus Magiſter impendit, ſed quibus aula nonniſi truculentiſſimum Minerval repoſuit. Nam cùm ille Romam iter ingreſſus, interea verò Reginoburgi ſtupri Utæ Ducis filiæ illati accuſatus eſſet, Landbertus, Utæ Germanus, Helffendorffii, Oenum inter & Iſaram ſitô pagô, hærentem citato curſu inſecutus, incumbentem Divinis laudibus Sanctum Epiſcopum non auditum, nedum convictum ſannîs primùm acerbiſſimîs aggreditur, mox ſcalæ radiis illigato manuum pedúmque digitos, aures deinde narésque articulatim lenta manu reſecat, oculos & linguam ſtirpitùs evellit, nec niſi laſſata tyrannide ſemianimem relinguit, Beatiſſimâ animâ paulò poſt non ad Romana, ſed cœleſtia limina evolante. Nunquam ſanè crudeliorem lanienam Bojaria noſtra vidit, nunquam pretioſiorem ſanguinem bibit. Reginoburgenſes deinceps præcipitati Conſilii ſui luculentiſſimè convicti, Magiſtro ſuo integerrimo cœleſtes honores ſtatuêre, Sanctiſſimis ejus exuviis ſacram ædem adjuncto ſub Divi Benedicti norma Monaſterio ſuperinduxêre, ejuſdémque potentiſſimam opem quàm ſæpiſſimè imploravêre atque ſenſêre. Friſingenſis hæc Diœceſis, poſt aliquos ab ea laniena annos à Divo Corbiniano inſtituta, in hanc usque diem felicem ſe meritò judicat, quòd nobiliſſimo illo

S. Emmerammus Episc.

illo ſanguine rigata, uberioribus deinceps cœli roribus atque gratiis digna ſit reddita. Helffendorffium, Lanienæ locus, ſub Erimberto, S. Corbiniani fratre, atque in Friſingenſi ſede Succeſſore, Cathedrali huic Collegio dono datus, ab eodem Religioſiſſimo Antiſtite ſacra æde condecoratus fuit, Dei Sanctiſſimique Martyris Emmerammi honoribus conſecratâ, ut ſuo loco iterum monebimus.

Extat & aliud prope Veringam in honorem ejusdem Martyris erectum vetuſtiſſimum Sacellum, eo nimirùm in loco conſtructum, ubi Sacrum pignus Iſaræ fluvio impoſitum cœleſti quadam pompa inter ingentia prodigia Reginoburgum deinceps delatum fuit, Friſingenſibus Proto-Martyris ſui feſtum annua celebritate hucusque devotè recolentibus. Petrenſes noſtri manu Sæculi VIII. Emmerammum inter Epiſcopos & Abbates defunctos, Societati ſuæ adſcriptos, primô loco recenſuêre.

Hæc de viris illis atque operariis Apoſtolicis, quos Magnus ille *Paterfamilias manè hora tertia & ſexta*, primis nempe Chriſtianæ fidei ſæculis, *in vineam ſuam*, Bojariam, ex quatuor Orbis plagis miſit.

Interea dum Magni illi Operarii ſubigendæ vineæ Bavaricæ pars ſudorem, pars etiam ſanguinem impendebant, non deſuêre etiam magni quidam Principes Chriſtiani, qui Bojis à ſe devictis leges ad normam Evangelii formatas præſcripsêre. De his apud Baſilium Joannem Herold in *Originum ac Germanicarum antiquitatum libris*, è celeberrima Bibliotheca Fuldenſis noſtri Monaſterii erutis, & Baſileæ anno Chriſti 1557. in lucem protractis hæc legimus. *Theodoricus Rex Francorum cùm eſſet Cathalaunis, elegit viros ſapientes, qui in Regno ſuo legibus antiquis eruditi erant. Ipſo autem dictante juſſit conſcribere legem Francorum & Bojariorum, unicuiq; genti, quæ in ejus poteſtate erat, ſecundùm conſuetudinem ſuam; addiditque addenda, et improviſa & incompoſita reſecavit, & quæ erant ſecundum legem Paganorum, mutavit ſecundùm legem Chriſtianorum: et quidquid Theodoricus Rex propter vetuſtiſſimam conſuetudinem emendare non potuit, poſt hæc Hildebartus Rex inchoavit corrigere: ſed Clotorius Rex perfecit. Hæc omnia Dagobertus Rex glorioſiſſimus renovavit &c.* hæc ibi.

Reges Chriſtiani, Legum Bojariæ conditores.

Sanè antiquiſſimas illas Bojariorum leges laudatus Heroldus deinceps recitat à pag. 58. usque ad paginam 120. ubi eas Lector reperiet. Et hæc fermè ſunt, quæ ad Bojorum

Digitized by Google

jorum culturam præſtitêre Viri Sancti, Magníque Principes, antequam optimo Numini placuit ad plenam operis conſummationem Corbinianum noſtrum in Bojariam deſtinare.

DISSERTATIO PROLEGOMENA TERTIA.

De Patria S. Corbiniani Primi Epiſcopi Friſingenſis.

QUæſtionem de Patria S. Corbiniani non carere omni difficultate, ex eo manifeſtum fit, quòd Boicarum Rerum Scriptores, ipſíque adeò domeſtici Codices planè in diverſas ſententias abeant, & alii quidem in Gallia, alii in ea antiquæ Bojariæ parte, quæ hodie Atheſina Provincia eſt, natum fuiſſe contendant. Pro Atheſina Provincia certat Magnus ille Traditionum Friſingenſium liber, quem Sæculo Chriſti duodecimo conſcripſit Conradus Sacriſta, Cathedralis Eccleſiæ Canonicus, nóſque librum Traditionum quartum appellabimus, ubi primô ſtatim foliô ipſius autographi meliùs, quàm apud Hundium, hæc legimus. *Beatus Corbinianus .... Montem iſtum, qui Friſinga dicitur, accepit: ubi primò Eccleſiam, quæ usque hodie cernitur, in honorem B. Benedicti conſtruxit, & Monachorum Conventum ibi coadunavit. Cui poſt morum informationes ſicut providus Diſpenſator etiam temporalia providit. Nam Maiſe, unde ipſe oriundus extitit, & Chorzes et Camina ..... ad iſtam ſedem, quam fundavit, jure proprietatis contulit.* Ubi vides, Lector, Codicem illum ſatis apertè *Maiſe* (Majas) Patriam Divi Corbiniani appellare.

Momenta pro Atheſina Provincia.

Magno illi Traditionum Friſingenſium libro inſiſtit Joannes Freibergerus Licentiatus, Cathedralis Eccleſiæ Friſingenſis itidem Canonicus, & S. Petri in Vohburg Paſtor in ſuo opere: cui titulus: *Origo Chriſtianæ Religionis Eccleſiæ Friſingenſis.* duobus abhinc Sæculis, nempe anno Chriſti 1520. 4. Maij. Landishuti typis impreſſo, ubi ſequentia primâ ſtatim paginâ occurrunt: *Corbinianus ex Baldechiſo, ac Matre Corbinianâ, claris Parentibus generatus, in ipſa puericia Divinâ gratiâ illuminatus, oriundus ex Melitonenſi, circumjacentibus Maiſe & Thorſes propè Meranum, natus in Caſtro Zenburgk.* Ubi Freibergerus equidem de Melitonenſi quadam ditione mentionem

Digitized by Google

nem facit, eámque Divi Corbiniani Patriam ſtatuit : at non intelligit illam Melitonenſem in Gallia, ſed longè aliam, nempe *prope Meranum & Maiſe*, ſcilicet non procul à Tyrolenſi Caſtro, & Atheſi fluvio ſitam, quam vir quidam eruditiſſimus, loci accola, à me interrogatus, non aliam eſſe reſpondit, quàm vicinam Præfecturam ſeu Dynaſtiam, Mölten nuncupatam : quam explicationem video etiam fuiſſe olim annotatam in illo Epiſcoporum Friſingenſium Catalogo, quem *Chronicam quintam* appellant. Sanè Caſtrum, Zenburgk à Freibergero appellatum, hodie vocamus *Zenonberg*, vel Zennenberg, Maijs & Meraniæ conterminum : cujus nomen Bruſchius in Collectaneis à Zenone Imperatore, Freibergerus verò à Divo Zenone, ſingulari illo Divi Corbiniani tutelari derivant. In deſcriptione Comitatûs Tyrolenſis, quæ anno Chriſti 1703. Auguſtanîs typîs prodiît, legimus, Caſtrum illud *Zenonberg* aliquando Tyrolenſium Principum Regiam fuiſſe. Eandem de Divi Corbiniani Patria ſententiam tenet Aventinus, quem ducem tantò proniùs in ſua Metropoli Salisburgenſi ſequitur Hundius, quantò certiùs ejus aſſertionem ipſi Magno traditionum Friſingenſium libro innixam deprehendit. Neque deſunt aliæ conjecturæ, quæ idem ſuadere videantur. Certum enim ex ipſo Aribone eſt, adeò Majas, & loca illa vicina cordi fuiſſe D. Corbiniano, ac ullum in orbe locum. Nam prope Majas in ſolitudine vivere optavit. Majîs (vulgò *Mais*, ùt diximus, non verò Mätſch, ùt nonnemo locorum illorum minùs peritus) primum Eccleſiæ ſuæ Friſingenſi prædium & vineas comparavit. Freibergerus Majenſe illud prædium Divi Corbiniani *Patrimonium* alicubi appellat. Majas, non verò in Galliam, metu Pilitrudis Friſingâ exactus, fugit. Majîs ſepulturæ tradi à Luitprando Langobardorum Rege, & Hugiberto Bojariæ Principe inſtante mortis die petiit, & impetravit : & tandem Majîs ab Aribone quadrageſimo ab obitu anno reductus nonniſi cum ingenti fragore loco illi valedixit, utì ex iis patebit ampliùs, quæ in conſequentibus referemus : ut adeò temeritatis argui non poſſint, qui S. Corbinianum Tyrolenſibus hactenùs accenſuêre : in quorum ſententiam pronos nos antehac fuiſſe, nihil diffitemur.

Oppoſitam nihilominùs ſententiam, quæ Gallis Corbinianum adjudicat, præfert Marcus Velſerus *lib. 4. Rerum Boicarum*, ubi vitam Divi Corbiniani ſtilô elegantiſſimô delineavit : quæ ſcriptio adeò arriſit Viris eruditiſſimis Matth. Radero S. J. & Chriſtophoro Gewoldo, ut hic eam ſuis ad Hundii Enervantur.

Metropolim additionibus : ille verò *volumini primo Bavariæ Sanctæ* totam inſerendam cenſuerit. Applaudunt eidem ſententiæ Brunnerus *Annal. Boic. part. 1. lib. 5.* item Scriptor *Boicæ gentis; Annalium lib. 7. n. 17.* Ex noſtris Benedictinis P. Ægidius Ranbeck Shyrenſis in *Calendario Benedictino* ad diem 8. Septembris. P. Joſephus Mezger in *Hiſtoria Salisburgenſi lib. 3. cap. 5.* Joannes Mabillonius in *Actis Sanctorum Ord. S. Benedicti, Sæculi III. part. 1. ad annum DCCXXX.* Item in Annalibus Ordinis S. Benedicti Tom. II. lib. 19. n. 74. aliique perquàm multi : eáque ſententia tantam ſibi famam peperit, ut etiam Friſingenſi *Breviario* inſertam conſpiciamus.

In hoc diſſidio meritò ad Aribonem recurrimus, primum ſcilicet Divi Corbiniani biographum, & in ſede Friſingenſi proximum, poſt Erimbertum & Joſephum, Succeſſorem, qui, utì cæteris Scriptoribus omnibus propinquior S. Corbiniano vixit, ac Patriam, & reliqua illius acta pleniùs ſcire potuit, ita etiam fideliter retuliſſe omninò cenſendus eſt. Quàm enim turpem notam inuſſiſſet nomini ſuo, imò ipſi Dignitatis Epiſcopalis Majeſtati Aribo noſter, ſi fabulas de S. Corbiniano retuliſſet eo maximè tempore, quo adhuc ſupererant innumeri, qui S. Corbiniano, primùm ante 30. aut 40. annos mortuo, potuerunt convivere, Ejúſque Cunabula, & res ſanctiſſimè geſtas vivâ memoriâ retinere?

Hic igitur Aribo noſter primo ſtatim capite vitæ Divi Corbiniani hæc habet: Primò Corbinianum *ortum fuiſſe ex Regione Melitonenſi.* Secundo *Natum in vico, qui dicitur Caſtrus.* Tertiò. Illum *ad Beati Confeſſoris Chriſti Germani Eccleſiam in eodem Caſtro conſtructam ſe contuliſſe, atque juxta eam parvum ſibi conſtruxiſſe ergaſtulum.* Addit poſtea in ſequentibus Aribo, Corbinianum à Gregorio Papa Romæ Dignitate Epiſcopali, additô inſuper *Palliô* ornatum, *in Galliam reverſum eſſe &c.*

cap. 5. & 6.

Ex his Aribonis verbis ſequentia opponimus primæ ſententiæ ſuperiùs relatæ. Natus eſt Corbinianus *in vico, qui dicitur Caſtrus.* Atqui prope Majas & Meraniam non reperitur *vicus* aliquis, *qui dicitur* Caſtrus; *Caſtrus* enim apud Aribonem manifeſtè eſt nomen proprium, utì vocabulum *vicus* eſt nomen ſolùm appellativum, ùt vocant Grammatici : deinde quis unquam prope Majas & Meraniam, aut in Caſtro *Zenonberg* Eccleſiam *Beato Confeſſori Chriſti Germano* conſecratam vidit, aut aliqua ejus rudera monſtravit? Rurſùm ſi Corbinianus,

nus, Pontificiâ Dignitate Romæ auctus, ab Aribone dicitur *reverſus eſſe in Gallias,* utique priùs venire debuit ex Galliis. Non enim reverti dicimur, niſi unde venimus. Vides Lector, quàm non commodè poſſint verba Aribonis torqueri in ſententiam Atheſinis faventem?

Cæterùm quantum repugnat Aribo iis, qui D. Corbinianum in Atheſina Provincia Natales ſortitum fuiſſe exiſtimant, tantum favet cæteris, qui ejus Cunas in Gallia quærunt. Eſt in Gallia, & quidem ejus parte ac Regione Melitonenſi ſeu Melodunenſi (de Melun) vicus, ſeu oppidum, *Caſtris*, *Caſtras*, *Chatres* apud Mabillonium locis ſupra allegatis appellatum, in Zeileri verò *Topographia Galliæ* Chaſtra dictum, quarto milliari à Lutecia Pariſiorum, in via Aurelianenſi ad Amnem Orgiam (l'Orge) ſitum, uti laudatus Mabillonius aſſerit. Eſt inſuper, eodem teſte, prope muros illius hodierni oppidi Eccleſia S. Germano Epiſcopo ſacra, hodie Parœcialis, dependens à Monaſterio noſtro Benedictino Sancti Germani Pariſienſi, utì altera ipſius oppidi intramurana Sancti Clementis Paræcialis Eccleſia pendet à Monaſterio noſtro Foſſatenſi.

Præterea in illa S. Germani Eccleſia jam ab antiquis temporibus feſtum Civis ſui S. Corbiniani quot annis Dominicâ poſt feſtum Nativitatis B. V. proximâ Caſtrenſes propriô officiô concelebrant, dum in Atheſina Provincia nulla illius Sancti in Divino officio fit memoria, quod ipſi, ſæpiùs ad eum locum delati, experientiâ didicimus. Imò cùm adhuc Divi Corbiniani Sacra Lipſana Majîs olim aſſervarentur, neglecto illius cultui indoluit Aribo, ùt conſtat ex iis illius verbis, ubi de reductione Sacrarum ipſius Exuviarum cap. 39. ſcribit hunc in modum: *Cœpi ego Hæres* (Aribo) *licèt indignus ipſius Friſingenſis Sedis Epiſcopus cogitare, quid de tanti Patris corpore agere debuiſſem, qui ſine honore debito, et absque Sancto illic jacebat officio, & exinde debitus ei honor deferri nequiverat &c.* Quæ cùm ita ſint, nemo, credo, deinceps ſuſpicabitur ex Aribonis mente Sanctum Corbinianum Atheſinis eſſe adſcribendum.

Huc ſerviunt & alia quædam momenta, quæ in ipſis *Corbiniani*, & Fratris Erimberti nominibus latére conſpicimus, & Gallicum aliquid arguere ſentimus. In Gallia reperitur antiquum Palatium, quod dicitur *Corbinianum*, ùt videre eſt apud Mabillonium noſtrum in celebratiſſimo illo de *Re Diplomatica* Opere *lib. IV. pag. 277.* item in Annalium Ord. S. Benedicti *tom. II. pag. 621.* Rurſus in Gallia apud Æduos extat

Monaſterium noſtri Ordinis *Corbinianum* nomine; de quo agit idem Mabillonius tom. II. Annal. Ord. S. Benedicti *pag. 202.* & rurſus *pag.* 335. Tacemus nomina Monaſteriorum noſtrorum *Corbejenſis* : item Corbionenſis apud Gallos celebria, & cum Corbiniani vocabulo quiddam commune habentia. In Atheſina Provincia nil ſimile, Lector, reperies.

Erimberti quoque Nomen in Gallia, ante Sancti Corbiniani Nativitatem fuiſſe celebre, res eſt comperta. Nam ſi de ſolis noſtri Ordinis hominibus, eo nomine in Gallia ante Sancti Corbiniani & Erimberti ætatem inſignitis ſermonem inſtituamus, duos celeberrimos Erimbertos in eo Regno reperimus. Primus eſt Sanctus Erembertus ex Monacho Fontanellenſi anno Chriſti 658. factus Epiſcopus Toloſanus, uti ſcribit Mabillonius *Annalium Ord. noſtri tom.* 1. *pag.* 447. *et* 748. & Antonius Pagius in ſua *celeberrima Critica tom. III. ad annum Chriſti* 671. *num III.* Alter Erimbertus erat nutritus in Monaſterio noſtro Corbejenſi, ex libera Fratrum ſuorum Monachorum electione deinceps factus loci Abbas circa annum Chriſti 681. ùt rurſus habet Mabillonius noſter eodem *tom. Annal.* pag. 502. & 565. Taceo etiam quemdam Erimbertum Vice-Dominum, de quo agit idem celeberrimus Scriptor *tom. II. Annal. pag.* 453. Verùm hæc de nominibus Corbiniani & Erimberti ſatis. Interim ex hactenùs deductis manifeſtum relinquitur, Conradum Friſingenſem Sacriſtam & Canonicum, uti etiam Freibergerum, Aventinum, atque Hundium nonniſi ex occaſione nominum quorundam æquivocorum eò prolapſos, ut Sanctum Corbinianum ſive Tyrolenſem, ſive Atheſinum appellarent.

DISSERTATIO QUARTA
PROLEGOMENA.

De Monachatu Sancti Corbiniani.

Primi Eccleſiæ Friſingenſis Miniſtri Monachi.

Teſtes domeſtici.

QUòd Sanctus Corbinianus in novam ſuam Cathedralem Eccleſiam Benedictini Inſtituti homines introduxerit, certius eſt, quàm ut ullâ tergiverſatione celari poſſit. Dudùm id teſtatus eſt Magnus ille Otto Friſingenſis Epiſcopus in celebri ſuo Chronico *lib. 5. cap. 24.* iis verbîs : Montem Friſingenſem (Corbinianus) *accepit, ubi pri-*

mò

mò Eccleſiam, quæ uſque hodie cernitur, in honore Beati Benedicti conſtruxerat, ac Monachorum ibi Sacrum Conventum adunavit. Othonis effatum ſecutus eſt Conradus Sacriſta, & Canonicus Friſingenſis in libro Traditionum quarto, quem *fol. 1.* aliàs Magnum appellant: quorum veſtigiis etiam inſtitit Scriptor ſexti Traditionum Friſingenſium libri, quem aliàs *Rubrum* *fol. 1.* vocant. Item Joannes Freibergerus itidem Friſingenſis Canonicus in laudato illo opuſculo, cui titulus eſt inditus: *Origo* *pluribûs locis.* *Chriſtianæ Religionis Eccleſiæ Friſingenſis.* His ex extraneis Extranei. ſubſcribunt Franciſcus Irenicus in ſua Exegeſi Germaniæ lib. XI. ſub verbo *Friſingen.* Velſerus *Rer. Boic. lib. IV.* Hundius in Metropoli. Gewoldus in *Additionibus* ad eandem Metropolim: & alii Scriptores ſinceram veritatem amantes, ac de celandis Monachorum decoribus minùs ſoliciti. Verùm his Teſtes Synchroni. omnibûs Teſtimoniîs alia longè majora & vetuſtiora Cozrohus noſter ejuſdem Cathedralis Eccleſiæ Friſingenſis Presbyter & Monachus, Scriptoribus Bojariæ hactenùs penitùs ignotus, in vetuſtiſſimo illo ſuo Traditionum Friſingenſium libro, quem antiquum dicunt, nos verò *Primum* nuncupabimus, juſſu Hittonis, ſexti Epiſcopi Friſingenſis diligentiſſimè conſcripto, ac poſtea præcipiente Erchambertô Succeſſore continuato ſuppeditat: ubi inter alia quàm plurima eam in rem ſervientia *fol.* 324. legimus Traditionem, ſive quod idem eſt, Donationem Wagonis cujuſdam Capellani, quam more Sæculi ſui, parùm attentîs Grammaticæ legibûs ſcripſit in hunc modum: *In nomine Domini noſtri JESU Chriſti. Notum ſit cunctis fidelibus, veraciſque viris qualiter ego Wago Capellanus, cogitans pro redemptionem animæ mea, ut aliquam indulgentiam delictorum meorum adipiſcere merear, renovavi priſtinam Traditionem, quam jam ante actam habui, ad domum S. Mariæ ad Frigiſingas: nunc verò quidquid Genitores mei mihi in propriam hæreditatem reliquerunt, ſeu quicquid ego ipſe Wago propria adquiſitionis adgregavi, firmiter iterum tradidi, & renovavi in Altarem Beatæ Mariæ Virginis ad Frigiſingas cum conſenſu Hittoni Epiſcopi, qui ipſo die Paſtor & Rector dominicarum ovium ipſius domui præeſſe dinoſcebatur. Eo modo cum concordia & confirmatione ipſa mea traditio peracta eſt firmiter & inviolabiliter, ut ipſas res meas habeant Monachi ad utilitatibus eorum, qui in ipſo Domo* (in dem Domb) *Regulæ S. Benedicti profeſſi ſunt, & qui ipſam obſervare nituntur &c.* ita Wago: qui in eodem Donationis inſtrumento paulò pòſt rurſùs agit de Monachis, *qui in ipſo domo profeſſi ſunt Regulam*

Digitized by Google

S. Benedicti &c. facta eſt autem ea donatio *in ipſo domo Beata Maria ad Frigiſinga &c.*

Simillima habet Machtbertus Vir Nobilis, in donatione Eccleſiæ Friſingenſis Beatæ Mariæ Virginis ſub Erchamberto Epiſcopo, ubi inter cætera ſic conſtituit: *poſt obitum verò ipſius* (fratris mei) *ad domum S. Maria confirmatum permaneant* (quod ſcilicet legaverat) *ad Friſingas ipſis Monachis, qui ibidem Regulam S. Benedicti obſervare nituntur &c.* Ipſe Hitto, laudatiſſimus ille Friſingenſis Epiſcopus, ordine ſextus, cùm anno Chriſti DCCCXXV. prid. Kal. Maij egregiam donationem Eccleſiæ ſuæ Friſingenſi feciſſet, apertè teſtatus eſt, velle ſe, ut bona illa à ſe donata *poſſideant Monachi, ut memoria,* inquit, *mea multis temporibus in domo S. Mariæ et S. Benedicti Confeſſoris permaneat*: uti disertè fatentur plures Traditionum Friſingenſium pretioſiſſimi Codices, & ſuis locis ampliùs demonſtrabimus. Unde nihil mirandum, ſi in antiquisſimis inſtrumentis Donationum familiæ Friſingenſi factarum occurrant vocabula: *Monaſterium S. Corbiniani*: *Cœnobium*: *Clauſtrum*: item: *plurima turma Servorum Dei*: quo nomine apud antiquos intelligi *Monachos*, nôrunt Eruditi, & Mabillonius frequenter demonſtrat. Atque ne ulla dubitandi ratio ſit reliqua, in aliis inſtrumentis dicitur, ac repetitur: *plurima Norma Monachorum ad canendas Chriſti laudes adunata*, nempe in Domo S. Mariæ Friſingæ. Denique quid eſt, quod in quodam inſtrumento ſub Joſepho Epiſcopo occurrat mentio de illo indumento Monaſtico pedum, quos *pedûles* vocamus, & de quo agit S. P. Benedictus Regulæ ſuæ Capite LV? item de *Cappa Monachica?* Poſſet etiam Monachatus Friſingenſium egregiè probari ex arctiſſima Societate eorundem Friſingenſium noſtrorum cum Monachis Benedictinis Scarantienſibus, Schlechdorffenſibus, ac Schlierſeenſibus. Item cum Monachis Augiæ Divitis, de quibus Mabillonius *tom. IV. Veter. Analect. pag.* 645. agit, & hæc ex eorum Necrologio verba exſcribit: *Nomina fratrum de Friſigingun Ercambertus Epiſcopus. Herolf Chorepiſcopus. Atto Epiſcopus. Sigihant Chorepiſcopus.* Sic etiam in antiquiſſimo Salisburgenſiū noſtrorum Codice manu Coæva ſcripto inter Epiſcopos vivos, cum Monaſterio S. Petri Societatem habentes pag. 10. legitur *Atto Epiſcopus, & Congregatio ipſius &c.* & alio loco, manu itidem Synchrona: *Hitto* Epiſcopus. In quo eodem Codice *pag.* 20. inter Epiſcopos mortuos annotantur *Gurbinianus Epiſcopus. Ermpertus Epiſcopus. Joſeph Epiſcopus. Arpio Epiſcopus*: quos omnes fuiſſe

Vide in noſtra parte altera N. 12. & 477.

Friſin-

Friſingenſes primos ſex Epiſcopos extra dubium eſt, veluti in Hiſtoriæ decurſu ad oculum patebit. Mabillonius in laudatis Analectis *pag. 454.* exhibet Ritus quosdam Friſingenſium, ante annos nongentos conſcriptos, qui toti Regulam S. Benedicti ſapiunt, & pluries de *Domo S. Benedicti* mentionem faciunt: uti videbimus in Parte noſtra altera ſeu Diplomatica hujus operis, in quam ſcriptum illud antiquiſſimum rejicimus, & ſub *Numero 2.* reponimus.

Verùm opponet hic fortaſſis nonnemo, occurrere quidem aliquoties in Friſingenſibus Membranis mentionem Monachorum: interea tamen longè frequentiùs, imò frequentiſſimè occurrere mentionem *Presbyterorum, Diaconorum, Clericorum.* Ergò hos, non illos fuiſſe primos Friſingenſis Eccleſiæ Miniſtros. Objectio.

Verùm erras largè, quisquis iſta objicis Lector; quis eſt enim, qui negare aut velit aut poſſit, Monachos ſacris potiſſimùm Ordinibus initiatos eſſe *Clericos, Diaconos, Presbyteros?* & amabò! nunquid aliâ formulâ aut ritu Monachus in Diaconum aut Presbyterum ab Epiſcopo inauguratur, alióque charactere inſignitur ac alii, qui fortè heri, aut hodie primùm veſtes profanas exuerunt, nigrámque aſſumpſerunt? Quòdſi igitur quàm ſæpiſſimè occurrat nomen Presbyteri, aut Diaconi, Monachi nomine non adjecto, non idcircò inferas, talem Presbyterum aut Diaconum non fuiſſe Monachum. Nam (quod Lectori benè inculcatum cupio) antiquis illis temporibus hæc uſitata erant: primò Monachi titulus non adjiciebatur Sanctis Epiſcopis, & ſæpè etiam Presbyteris & Diaconis licèt Monachis, ſed ii ſolo ordinis majoris, nempe Presbyteri & Diaconi nomine deſignabantur, dicendo v. g. *Beda Presbyter, Paulus Diaconus, Joannes Diaconus*, qui tamen erant certiſſimè Monachi, & quidem absque dubio Benedictini. Secundò Monachi Presbyteri aut Diaconi inſtrumentis ſubſcribentes, Monachi titulum ſæpenumero omittebant, uti eruditiſſimè probat Mabillonius *tom. 1. annal. Ord. S. Bendicti.* Locis in Indice generali ſub vocabulo *Monachi* allegatis: idémque ad evidentiam demonſtrari poteſt exemplô Cozrohi noſtri, qui dum v. g. viginti inſtrumentis nomen ſuum ſubſcripſit, Monachi tamen titulum fortè in unico duntaxat expreſſit, aliquando etiam Diaconi, ac poſtea Presbyteri nomen omiſit, ſed peccatorem duntaxat ſeſe appellavit. Idem obſervavit Tagibertus Friſingenſis Monachus ac Notarius, ac plures alii, veluti in Inſtrumentis ab iis ſubſcriptis obſerva-

ſerva-

ſervabimus : eáque de re ſæpiùs redibit mentio. Vides igitur Lector, quàm tu malè inferas dicendo : *in Eccleſia Friſingenſi erant Presbyteri, Diaconi, Clerici : Ergò ibi non erant Monachi.* Quaſi verò inferre liceret : *Monachii reperiuntur Presbyteri : Ergò Monachii non reperiuntur Boji.*

Verùm utut iſta, quæ hactenùs diſputavimus, animum benè diſpoſitum planè convincant, Friſingenſem Cathedralem Eccleſiam à primæva ſui inſtitutione habuiſſe Miniſtros Monachos, illud tamen nondum fortaſſis confeciſſe videbimur, Ipſum Sanctum Corbinianum fuiſſe aliquando Benedictinum : quod proinde ulteriùs probandum reſtat.

An etiam ipſe S. Corbinianus fuerit Benedictinus? In ea quæſtione rurſus præprimis ad Aribonem Vitæ Divi Corbiniani primum Scriptorem recurrendum eſt. Et Aribo quidem, ut candidè fateamur, nullibi expreſſam mentionem facit, neque conceptìs verbìs aſſerit, Sanctum Corbinianum vixiſſe ſub Divi Benedicti Regula. Interea tamen ex ipſo Aribone abundè demonſtrari poteſt, Virum illum Sanctiſſimum, nempe Sanctum Corbinianum, Regulæ S. Benedicti quaſi à
cap. 4. puero ſeſe conſecraſſe. Scribit enim Aribo, Corbinianum unicè exoptâſſe *ſub Sanctæ Converſationis Regula vitam du-*
Affirmatur. *cere.* Quænam autem erat (Corbiniani ætate) apud Gallos, Francos, Germanos, Alemannos, & Noricos *Sanctæ Converſationis Regula*, niſi Regula Sancti Benedicti? quænam alia *Regula* tam diſſertè, tam luculenter, tam expreſſis, ac, ùt Scholaſtici vocant, *formalibùs* vocabulìs agit de Sanctæ *Converſationis initio, proceſſu*, ac *perfectione*, niſi Regula S. Benedicti, cujus vel ſolum Prologum & Epilogum, ſeu ultimum caput Lector expendat. Ibi ſic loquitur Monachorum Pater:
cap. 73. ℣. 1. *Regulam hanc deſcripſimus, ut eam obſervantes in Monaſteriis aliquatenùs vel honeſtatem morum, aut initium* NB. *Converſa-*
Prolog. ℣. 25. *tionis nos demonſtremus habere.* Item : *Proceſſu* NB. *Converſationis .... inenarrabili dulcedine curritur via Mandato-*
cap. 37. ℣. 2. *rum Dei.* Rursùs : *ad Perfectionem* NB. *Converſationis qui feſtinat, ſunt doctrinæ Sanctorum Patrum, quarum obſervatio perducit hominem ad celſitudinem perfectionis &c.* Qui idem Beatiſſimus Pater capite primo Sanctæ Regulæ deplorans vitam *Sarabaitarum*, ac *Gyrovagum* ait : *de quorum*
cap. 1. ℣. 5. *omnium miſerrima Converſatione melius eſt ſilere, quàm loqui.* Quam igitur Lector aſſignabis Regulam, quæ de Sancta Converſatione diſtinctiùs agat?

Deinde Aribo dum Corbiniani adhuc juvenis mores, atque virtutes deſcribit, plerúmque phraſibus ac præceptis Regulæ S. Be-

S. Benedicti utitur. Quid enim aliud ſapiunt illa Ariboni s *cap. 1.* verba, quàm Inſtitutum, & aliquoties ipſiſſima vocabula S. Regulæ, dum ſcriptor ille ſic profatur. *Qui* (Corbinianus) *dum bonæ indolis puer excreviſſet, Divina inſpiratione compunctus Sacræ Religionis Officium viriliter diligebat.* Quæ illa *Sacra Religio* tempore S. Corbiniani, & quod nam illius *officium?* pergit Aribo. *Cœpitque Pſalmodiam diligere, jejunium amare, vigiliis & orationibus inſiſtere, pauperes, quantum potuit, recreare, hoſpitalitatem ſectari, & in boni Operis cultu ſtudioſè perſiſtere.* Quæ quid ſunt, niſi ipſa Benedictinæ Regulæ inſtituta & verba, tum alibi, tum maximè *cap. 4. & 53.* expreſſa? Subjungit Aribo: *ad Beati Confeſſoris Chriſti Germani Eccleſiam . . . . parvum ſibi conſtruxit ergaſtulum*: & in ſequentibus clariùs rem expoſiturus Aribo ergaſtulum illud vocat *Cellulam*, ac poſteà *Cellam.* Quo nomine unà cum Sapientiſſimo Velſero eruditi omnes intelligunt *Monaſterium*, & idem diſertè aſſeritur in *Proprio*, ùt vocant, Breviarii Friſingenſis. Et quis Bojorum neſcit, Cellam Dominæ noſtræ, Cellam Principum, Cellam Dei, Cellam Dietrami, item Neocellam eſſe inclyta atque hodiedum florentia Sanctorum Benedicti, Auguſtini, Bernardi atque Norberti *Monaſteria?* Rursùs fusè narrat Aribo, quam rigidè nocturno tempore ſæpiùs ſervaverit ſilentium. Ubi hoc, niſi in S. Benedicti Regula cautum Sæculo VII. & VIII. reperies Lector? *Frater Anſericus*, qui, Aribone teſte, *Cellario præerat*, quid niſi Monachum ex præcepto Regulæ Benedictinæ *cap.* 31. officio illi præpoſitum arguit? Certè eadem S. Benedicti Regula, à Divo Mauro noſtro dudùm ante S. Corbinianum in Galliam allata, tam profundas ibi Sæculô ſextô & ſeptimô ſenſim radices egerat, ut Regulæ aliæ omnes, cæteráque inſtituta Monaſtica in deſuetudinem ac penè oblivionem ſenſim abierint, uti eruditiſſimè probat Hæfftenus noſter *Diſquiſit. Monaſtic. lib. 2. diſquiſit. 2.* quod ſanè conforme erat Decreto S. Gregorii noſtri Magni, qui in approbatione ejusdem S. Regulæ diſertis verbis præcepit, ut, *ubicunque latinæ literæ legerentur, eam obſervarent, quicunque ad Converſionis gratiam acceſſuri eſſent.* Profectò ſola S. Benedicti Regula tum audiebat in Conciliis Auguſtodunenſi anno DCLXX. uti poſtea in Liptinenſi anno DCCLIII. in Sueſſionenſi DCCLIV. Vernenſi DCCLV. & aliis quibusdam ſequentibus, uti egregiè demonſtrat eruditiſſimus Mabillonius in præfatione Sæculi primi Benedictini Num. LXV. qui conſuli poteſt.

S. Regula à cap. 9. usque 20. cap. 4. ℣. 19. cap. 53. per tot.

cap. 42.

Deinde, amabò, quid eſt, quòd Aribo acta S. Corbiniani *cap. 8.* diſertè illuſtret actis Sanctorum Benedicti & Scholaſticæ, ùt ſuo loco iterum monebimus? Demùm ſi alterius cujuspiam Legislatoris Regulam ſecutus eſt Sanctus Corbinianus, cur non illi, ſed Sancto Benedicto Friſingæ prope Cathedralem Baſilicam, excitavit Eccleſiam illam, in cujus ara primaria hæc viſitur inſcriptio:

Altare

Cum Eccleſia hac à primis Epiſcopatûs temporibus Sancto Patriarchæ Benedicto Sacrum: In qua ipſa Eccleſia, dum hæc ſcribimus, Divina officia à Reverendiſſimo & Illuſtriſſimo Cathedrali Collegio, cæteríſque ejusdem Cathedralis Eccleſiæ Miniſtris quotidie peraguntur, dum ipſa Cathedralis Eccleſia magnîs Sumptibûs à Celſiſſimo ac Reverendiſſimo Principe & Epiſcopo JOANNE FRANCISCO ceu ſponſa Millenaria ſplendidiſſimè exornatur? Cur nullum alterius Sancti Legislatoris veſtigium aut imaginem Corbinianus reliquit? Verùm quid moramur? appellamus ad teſtes optimos, incorruptos, Benedictinis legibus minimè adſtrictos, nempe Domeſticos hujus Palatii Epiſcoporum Friſingenſium Catalogos, qui quamvis in aliis quibusdam Rerum Friſingenſium actis paſſim non conveniant, in hoc tamen unanimi ſuffragio conſpirant, nempe Sanctum Corbinianum Friſingæ vixiſſe *ſub Regula S. Benedicti.* Extant in hoc Epiſcopali tabulario *Chronica* ſex diverſæ, diverſorum Antiſtitum Friſingenſium juſſu conſcriptæ, quæ Catalogos illos Epiſcoporum exhibent. *Chronica prima* (utimur enim vocabulo, quod Codici exteriùs adſcriptum reperimus) idiomate Germanico exarata *fol.* 3. *b.* ſic habet: *Corbinianus in illo loco* (Tetmons, hodie Weihenſtephan) *cœpit ædificare oratorium ſeu Capellam, quam in honorem S. Stephani Proto-Martyris dedicavit, ubi cum duodecim fratribus ſub Regula S. Benedicti religioſiſſimè vixit.* Eadem planè repetuntur in *Chronica ſecunda fol.* 3. *b.* ubi poſtea *fol.* 4. *a.* additur, Sanctum Corbinianum *fratres ſuos traduxiſſe in Montem Friſingenſem, Monaſterium ibi ædificâſſe, ac cum ſuis diſcipulis religioſè & ſanctè vixiſſe. Chronica tertia fol.* 5. *a.* de eodem S. Corbiniano hæc ſuggerit: *tunc ſecum accepit fratres ex Monte Weihenſtephan ad Montem Cathedralem Friſingam, et ibi cum fratribus ſecundùm Regulam S. Benedicti Monaſticè, religioſè, & ſanctè vixit. Quarta Chronica* MS. eſt Joannis Freibergeri, Friſingenſis Canonici, in qua is equidem non meminit Regulæ S. Benedicti. Verùm, ut ex pleniori ipſius Opere,

Cumulantur teſtimonia.

Aribo cap. 23.

Opere, Landiſhuti anno Chriſti 1520. 4. Maij impreſſo abundè conſtat, Freibergerus S. Corbinianum Benedictino Inſtituto luculentiſſimè adnumerat, dum ſic de Eo ſcribit: *ſub Regula S. Benedicti religioſiſſimè vixit.* Et ubi agit de morte Sancti Corbiniani, ſic pergit: *usque ad finem vitæ ſub Regula S. Benedicti & vixit permanſit.* Idem Freibergerus *Monaſterii* Friſingenſis ſæpiùs meminit. *Quinta Chronica fol. 2. a.* hæc exhibet de S. Corbiniano: *Vir Dei ædificat templum in honorem S. Benedicti, & Monaſterium, ubi Ipſe & Conventus in ſervitio Dei religioſam vitam vivebat.* Quintæ huic *Chronicæ* in eadem Compactura reperio adjunctum alium Epiſcoporum Friſingenſium Catalogum, quem nobis *Sextum Chronicon* appellare licebit. Ibi primo ſtatim folio video repeti verba Othonis, jam ſuperiùs allata, quæ Codice illo confirmantur. His ſex Catalogis egregiè reſpondet Scriptum quoddam, ab Illuſtriſſima quadam Manu in noſtros uſus conceſſum, cui Titulus: Series Epiſcoporum Friſingenſium, ubi de Sancto Corbiniano hæc legimus: *ædificavit in Monte, ubi nunc Cathedralis Eccleſia erecta eſt, S. Benedicto Eccleſiam, & cum Conſenſu Grimoaldi Clero ſibi ſubdito Monaſterium conſtruxit, ac profeſſus eſt Regulam S. Benedicti.* Hinc, bone Lector, non miraberis, quòd antiquus quidam Monaſterii Benedictoburani Codex, Chronico loci colligatus, & ex Monumentis S. Ægidii Norimbergæ olim exſcriptus, ubi de Viris Illuſtribus Ordinis noſtri agit, de S. Corbiniano inter Epiſcopos hæc verba ponat: *S. Corbinianus, primus Abbas & Epiſcopus Friſingenſis.* Et infra inter Abbates. *S. Corbinianus Abbas Friſingenſis.* In Codice quoque Tegernſeenſi, cui titulus (*Catalogus Paparum* &c. &c.) ubi inter alia agitur *de Monachis S. Benedicti, qui Legati ſeu Apoſtolici Nuntii atque Prædicatores propter Converſionem infidelium, ſeu aliquam aliam Eccleſiæ utilitatem à Deo vel Summis Pontificibus ad exteras nationes miſſi ſunt,* recenſetur *Corbinianus Monachus .... Epiſcopus Friſingenſis.* Denique ne neſcias, quàm inveterata ſit in hac Aula opinio de Monachatu Benedictino S. Corbiniani, in porticu Magnifica, quæ eandem Aulam Cathedrali Eccleſiæ jungit, imagini ejusdem S. Corbiniani adſcripta viſuntur hæc ipſa verba: *Sanctus Corbinianus .... Eccleſiam S. Benedicto erigit, adjuncto fratribus ſuis, cum quibus Regulam S. Benedicti profitebatur, Monaſterio, ubi continuas Deo Laudes decantarent.* Simillima occurrunt in Kalendariis Friſingenſibus, anno Chriſti 1708. & 1709. impreſſis, quibus nemo ho- *fol. 100.*

minum Benedictinorum manum appoſuit. Verùm iſta ſatis in præſens, ne patientiâ Lectoris abutamur. Oportebat tamen iſta adducere, ne ſegniores videremur in Rebus Majorum noſtrorum illuſtrandis, quàm aliquando alii Scriptores ſunt ſolicitiores in iis accuratè obſcurandis atque obliterandis : in quorum cenſum quemdam non ignobilem Bojariæ Scriptorem reponimus, qui librum ſextum Traditionum Friſingenſium, aliàs *Rubrum* à Compactura dictum, ejúſque folia alicubi accuratè adduxit, & multam de Benedictinis Monachis Friſingenſibus, atque ædificata à S. Corbiniano Divi Benedicti Eccleſia atque Monaſterio mentionem, & quidem primo ſtatim folio reperit, verùm eam rem totam ſilentiô preſſit : cujus ſilentii Criſin Lectori committimus. Objectiuncularum aliquarum ſcrupulos diſſipabimus tùm in vita Sancti Corbiniani, ad mentem Aribonis à nobis conſcribenda : tum etiam in reliquo Hiſtoriæ decurſu, ubi etiam cætera, quæ hactenùs utcunque diſſeruimus, ampliùs illuſtrabimus.

DISSERTATIO PROLEGOMENA QUINTA.

De Tempore, quo S. Corbinianus Epiſcopus ſedem Friſingæ figere cœpit : ubi etiam de Conſpectu Superioris Bojariæ, tempore adventûs S. Corbiniani.

Aribo, Vitæ S. Corbiniani primus Scriptor.

QUi alium Ducem in ſtatuendo Divi Corbiniani ad Friſingenſes adventu, atque Epiſcopatu erecto ſequuntur, quàm eum, quem præprimis expendere & ſequi deberent, Aribonem ſcilicet, Divi Corbiniani tertium in ſede Friſingenſi Succeſſorem, atque vel ideò omni fide digniſſimum, rerúmque geſtarum ſcientiſſimum, in diverſas prorsùs ſententias atque errores abeunt : quibus convellendis minimè immorandum cenſemus. N. 1. Sanè ex Aribonis ſcriptione, quam in parte altera Diplomatica integram recenſebimus, Corbiniano ſtatuenda ſunt tempora, quæ Pippino Heriſtallo Majori Domûs Galliæ : Gregorio II. Pontifici, & Grimoaldo Bojariæ Duci reſpondeant, & annos Ducis Hugiberti non excedant : cum his enim, Aribone teſte, convixit Corbinianus. Nam tempore Pippini Pro-Regis ſeu Majoris Domûs, qui ob

geſtam

Digitized by Google

geſtam poteſtatem Regiam etiam aliquando Rex appellabatur, Corbinianus à multis frequentatus, imò ab ipſo quoque hoc Pippino, ut pro ſe oraret, per unum aliquem ex chariſſimis Optimatibus, antequam primum Romanum iter inſtitueret, interpellatus fuit, id enim Aribo *cap. 4.* affirmat. A Gregorio Pontifice ſynchrono, nempe ejus nominis ſecundo, in Epiſcopum inauguratus, ac Pallio, ſummo Magiſterii Chriſtiani ornamento, donatus eſt. Sic Aribo *cap. 6.* Quæ Corbinianum inter & Grimoaldum Ducem interceſſêre graviſſima negotia, nemo ignorat, & Aribo *cap.* 10. 18. 19. *& ſeqq.* docet.

Hugibertus Dux Corbiniano facultatem conceſſit, ut Majîs humari poſſet: uti Aribo *cap.* 29. ſcripſit. Quis igitur Eruditorum non intelligit, intra horum ſynchronorum, atque Nominatiſſimorum Virorum tempora concludi debere S. Corbiniani vitam? Hæc cùm non ſatis expendiſſet Otho Friſingenſis, Scriptor aliàs celeberrimus, in Metachroniſmum palpabilem incidit, dum S. Corbinianum usque ad Pippinum Regem, imò etiam ad Taſſilonem, &, quod prorsùs admiratione dignum eſt, etiam ad Taſſilonis filium Theodonem, adeóque usque ad annum Chriſti 770. & ultra extulit. Quod quàm non reſpondeat veriori rerum geſtarum ſucceſſui, quis non agnoſcit, cùm in hanc usque diem in Friſingenſi ampliſſimo tabulario ſuperſint coæva inſtrumenta, ex quibus luce meridiana clariùs apparet, ne quidem Erimbertum aut Joſephum, Sancti Corbiniani immediatos in Epiſcopatu Succeſſores, usque ad annum Chriſti 770. provixiſſe: id quod ſuîs locîs luculentiſſimè demonſtrabimus. Scio, miratos ſæpè fuiſſe Viros eruditos, quî fieri potuerit, ut Otho, in exteris Hiſtoriis egregiè verſatus, circa Divi Corbiniani tamen ætatem, rerúmque geſtarum ſeriem tantoperè cæſpitaverit? quibus reſpondendum cenſemus, potuiſſe Othonem facilè in errorem labi ex Pippini nomine; quippe ſub quo is non Pippinum Heriſtallum (qui aliquando Rex dicebatur) ſed Illius ex filio Carolo Martello Nepotem, poſt annum Chriſti 750. in Regem inunctum, intellexerit, eóque pactô Corbinianum etiam Taſſilonis Synchronum aſſeruerit. Certè Othonem nonniſi ſummatim ac Curſim in ſuo Chronico de S. Corbiniano egiſſe, dudùm ante nos Baronius atque Spondanus animadvertêre. Quæ omnia monere viſum eſt, ut appareat, quàm pronum fuerit errare quibusdam Scriptoribus atque Lectoribus poſterioribus, qui Othonem ſibi in ea Hiſtoria ſequendum eſſe cenſuerunt.

cui nihil derogat Otho Friſingenſis.

Ordinationem ſeu inaugurationem Epiſcopalem Corbiniani

Conſecratio S Corbiniani.

Digitized by Google

niani Baronius, Spondanus, & Pagius ad annum Chriſti 716. referunt, & Gregorio II. Pontifici Maximo unà cum Aribone attribuunt. Non deſunt tamen, qui malint eam Conſecrationem adſcribere Conſtantino Papæ, Gregorii Deceſſori, ea ratione ducti, quòd Aribo aſſerat, Corbinianum, jam ordinatum Epiſcopum, in Gallia cum Pippino Majore Domûs, qui anno Chriſti 714. defuncto adhuc convixiſſe, quo tempore Gregorius II. nondum Solium Petri conſcenderit. Quo in genere illud certum eſſe omnibus debet, Aribonem attenta temporum & eventuum vera Coordinatione & Comparatione aut in Gregorio, aut in Pippino fuiſſe hallucinatum. Sanè an in Gregorio, an verò in Pippino error faciliùs irrepere Ariboni potuerit, acutè dijudicat Antonius Pagius in ſæpè laudata Critica ſua ad annum Chriſti 716. ubi cum eruditiſſimo Cointio optimè exiſtimat, longè vero ſimilius eſſe, Aribonem falli in iis, quæ poſt primam Corbiniani Romanam profectionem de Pippino narrat, quàm in iis, quæ de Gregorio II. Pontifice Maximo priùs narraverat. Vix enim Quartus Epiſcopus Friſingenſis (nempe ipſe Aribo) ignorare potuit nomen Pontificis Romani, qui ante annos non admodùm multos Primum Epiſcopum Friſingenſem conſecraverat. Facilè autem ignorare, aut minùs accuratè examinare potuit, quo anno Pippinus Heriſtallus obierit, & Carolus Martellus filius eidem ceu Galliæ Pro-Rex ſucceſſerit. Ita ferè doctiſſimus Pagius, & benè. Faciliùs enim ad ſtellas, quàm ad Solem caligamus.

ab Antonio Pagio ad verum annum figitur.

Corbinianus nondum Epiſcopus Friſing.

Interea utut ſatis certum teneamus annum, quo Corbinianus Charactere Epiſcopali initiatus fuerit, non idcircò tamen ſtatim inferet prudens Lector, eum jam ex illo tempore Friſingenſis Cathedræ fundamenta jeciſſe. Aribo id ſatis indicat, dum de Corbiniano *cap. 6.* hæc ſcribit: *Coactus ergò Sacerdotalem ſuſcepit Benedictionem, acceptóque Pallio cum Benedictione & adjutorio B. Petri Apoſtoli, ut ubique prædicationis officium exercere ubicunque in toto Orbe poſſet, ex tanti Patris* (Pontificis) *Conceſſu poteſtatem habuiſſet;* more nempe illius Sæculi, quo multi viri ſcientia ac virtute præſtantes Epiſcopali Charactere inſigniti, & ad Gentium converſionem miſſi, & tamen non idcircò certæ ſtatim Eccleſiæ fuère affixi; qui eapropter nonniſi *Regionarii*, aut etiam *Portatiles* Epiſcopi à Scriptoribus antiquis appellantur. Ac talis eo quidem tempore erat Corbinianus noſter, qui, Aribone teſte, ex eo tempore *continuis ſeptem annis* in Gallia permanſit, nec tantùm

tantùm Monachis & Clericis, verùm etiam Virginibus atque Viduis quà verbo, quà opere Chriſtianæ juſtitiæ atque Virtutis ſemitam monſtravit, ut Aribo ſcribit.

Usque ad annum Chriſti 724.

Hìc attende Lector! ſeptem annos continuos poſt ſuſceptum Epiſcopi Munus in Gallia Corbinianus exegit, quo ipſo tempore, ſi Calculum ab anno 716. duxeris, annum Chriſti ſeptingenteſimum viceſimum quartum imminuiſſe fateberis. Eo igitur anno poſt ingentes, & ſtudiô quæſitas itineris ambages rursùs Romam delatus Corbinianus, abſolvique ab Epiſcopali onere fruſtra deſiderans, re infecta abire, poſtea Friſingam venire, & Cathedram ibi erigere à Grimoaldo Duce compulſus eſt, ut ſuo loco ex Aribone pleniùs recenſebimus. Ita ſincerum erectæ Friſingenſis Cathedræ annum tenemus absque ulla provehendæ antiquitatis libidine. Adſtipulatur nobis Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Princeps Baronius: item Spondanus, & accuratiſſimus Pagius ad annum Chriſti 724. Suffragantur etiam acta Conciliorum Editionis Harduinianæ, ubi in Indice Tomi III. ad eum annum allegatur *Concilium Romanum, in quo S. Corbinianus dimiſſionem ab Epiſcopatu petens à Pontifice, non obtinuit.* Ita ibi. Quibus omnibus eruditiſſimis teſtibus liceat accenſere Guilielmum Cave in *Scriptoribus Eccleſiaſticis*, ubi referens Concilia Sæculo Chriſti VIII. celebrata ſic habet: *Concilium Romanum III. anno DCCXXIV. in cauſa Corbiniani Friſingenſis Epiſcopi habitum.* Ubi vides, Lector, quanta firmitate vera initia Friſingenſis Epiſcopatûs ad eum annum figantur? itaque hic ipſe eſt annus, quo Corbinianus Officium Epiſcopi apud Friſingam in ipſum ſtatim Ducem Grimoaldum exercere cœpit, ut ſuo loco referemus.

Videri etiam poteſt Staravolſcius in Epitome Conciliorum pag. 133.

Superior Bojaria indigebat Epiſcopo.

Non alia Norici aut Vindeliciæ pars eo tempore proprio Epiſcopo magìs indigebat, quàm ea, quæ hodie eſt Bojaria Superior. Laureacenſes usque ad initium octavi Sæculi Chriſtiani jam plures Archiepiſcopos & Epiſcopos numeraverant, & hoc quidem tempore, nempe anno Chriſti 724. Vivilo ſacra iis jura Patavii adminiſtrabat, veluti habetur apud P. Hieron. Pezium *Tom. 1. Scriptor. Rer. Auſtriac. in Chronico Laureacenſium & Batavienſium Archiepiſcoporum & Epiſcoporum Columm. 6. & 15.*

His accedit Catalogus Patavienſium Pontificum apud Hundium, & conveniunt etiam alii Scriptores. Salisburgenſibus quoque poſt Rupertum & Vitalem eo tempore Flobargiſus præerat Epiſcopus, idémque S. Petri Abbas, uti conſtat ex P. Mezgeri noſtri Hiſtoria Salisburgenſi, Dükero & aliis. Sabio-

Digitized by Google

Sabionam quoque jam dudum rexerant multi Sacri Antiſtites; & hoc tempore Maſtulo loco ac populo vicino præerat, uti rursùs ex Hundio diſcimus. Quis Auguſtanæ Sedi dudùm erectæ tum præfuerit, num Bricho an Zayſo, incertum relinquit noſter P. Corbinianus Khamm in ſua *1. parte Hierarchiæ Auguſtanæ.* Illud cenſemus vero quàm ſimillimum, non vacâſſe ſedem illam, quo tempore Corbinianus Friſingam novus ac primus Pontifex acceſſit. Vix certiora de Epiſcopis Ratisbonenſibus, quàm de Auguſtanis ejus temporis haurire licet ex *Mauſolæo* S. Emmerammi aliàs jam laudato, niſi fortè illud apprehendere libuerit, quod Cap. 26. refert Reverendiſſimus Mauſolæi Scriptor, ſcilicet Landrado, Monaſterii S. Emmerammi tunc Abbati, poſt 25. annorum geſtum Regimen anno 735. defuncto, convixiſſe Ratharium Epiſcopum. Ita in omnibus vicinis urbibus, quæ quidem tum in Bojaria extiterunt, reperiebantur Sacri Doctores atque Antiſtites. Sola Friſinga, Ducum Superioris Bojariæ eo tempore Regia Sacrorum Præſidem deſiderabat, ídque eò etiam vehementiùs, quò certiùs in iis partibus deerant alia rei Chriſtianæ ſubſidia, puta Monaſteria, Scholæ, atque alia id genus virtutis & doctrinæ ſeminaria. Monaſteria Benedictoburanum, Tegernſeenſe, & Schlechdorffenſe non extabant: de Weſſofontano, Pollingano ac Schefftlarienſi nemo adhuc cogitabat, ut de aliis poſterorum ſæculorum quàm pluribus Monaſteriis Superioris Bojariæ taceamus. Sed quid tunc Monachium erat, Urbs illa hodie tam ſplendida, totiúsque Bojariæ Magnificum Caput, niſi villa quædam, prope quam primum poſt medium Sæculum duodecimum, adeóque quingentis & ampliùs ab adventu Corbiniani annis jacta fuêre prima tanti moliminis fundamenta? Landishuti quoque, inter inferioris Bojariæ oppida hodie præcipui atque elegantiſſimi nomen erat penitùs incognitum, quippe cujus primordia & Natales à Boicarum Rerum Scriptoribus usque ad initium Sæculi decimi tertii deprimuntur.

Deinde ſi Corbiniani tempore juxta Othonis Friſingenſis teſtimonium, Mons ipſe Friſingenſis *ſylvis circumſeptus quaſi venatorum ſpecula* fuit: & ſi ipſius Othonis Epiſcopi tempore *manſerunt adhuc ſylvarum in plano inter arundineta veſtigia*: quàm ſilveſtrem exiſtimamus fuiſſe reliquam Regionem, eam maximè, quæ versùs Alpes in Meridiem vaſtiſſimîs ſpatiîs protenditur? Neque verò facilè quis perſuaſerit, in terris adeò incultis, atque à Sacris Operariis tam procul diſtantibus habi-

habitâſſe animos Cultiſſimos: ut adeò Magni Coloni operam & ſudores univerſa Superior Bojaria dudùm poſtulaverit, quem denique anno Chriſti 724. miſerente Numine in Divo Corbiniano accepit, ad eam, quam hodie meritò miramur & ſtupeſcimus, culturam, nitorem, ac Majeſtatem temporum ſucceſſu redigenda.

DISSERTATIO SEXTA PROLEGOMENA.

De Occaſione, & adjumentis hujus Operis.

EXhibuimus hactenùs breviter Conſpectum Superioris Bojariæ, qualis erat, antequam Optimo Numini placuit mittere Corbinianum, fidelem nempe ac Magnum illum Operarium, qui aliam faciem animis ac terris noſtris induceret inciperet. Momentum illud, quod Cœleſtis Pater dudùm poſuerat (ut cum ſcriptura loquamur) demùm, ut diximus, occurrit anno à Nato Redemptore Septingenteſimo viceſimo quarto, Gregorio II. Summo Pontifice: Orienti fœdè imperantibus Leone Iſauro, & Conſtantino Copronymo: Francorum verò Rege Theoderico, Dagoberti III. filio, Pro-Rege Carolo Martello: Bojariæ Superióris Duce Grimoaldo, uti apud Hiſtoricos paſſim videre eſt.

Poſt decurſa deinceps ab erecta Friſingenſi Eccleſia decem penè ſæculorum longiſſima ſpatia non defuère magna quædam atque verè illuſtria ingenia, quæ Celſiſſimo ac Reverendiſſimo S. R. I. Principi & Epiſcopo Friſingenſi JOANNI FRANCISCO identidem modeſtè ſuggererent, præ foribus eſſe complementum Sæculi decimi, adeóque milleſimum annum Epiſcopatûs Friſingenſis, in infinitarum propemodùm animarum ſalutem conditi. Deliberandum itaque eſſe, quo potiſſimum pacto tantæ rei grata memoria apùd Seros poſteros ſuſcitaretur, atque cum primis Deo ter optimo Maximo veluti unico fonti omnis boni ob ſervatum poſt tantam temporum intercapedinem Epiſcopatum feſtiva atque publica gratiarum actio decerneretur, ac Magni denique Corbiniani, aliorúmque Succeſſorum Epiſcoporum: nec non Benefactorum glorioſa de hac ſede ac gente merita Orbi innoteſcerent.

Momenta pro condenda Hiſtoria Friſingenſi.

His aliud graviſſimum momentum accedebat, quòd ſcilicet ipſiſſimus annus Chriſti ſeptingenteſimus viceſimus quartus,

tus, futurus eſſet quinquageſimus Sacerdotii ab eodem Celſiſſimo Principe ſuſcepti, atque vel eo ſolo nomine Res jubilum publicum, & quidem tanta ſede, tantóque Præſule ac Principe dignum omninò poſtularet, ne illuſtria aliorum per hæc tempora exempla ſive negligi, ſive parvipendi exiſtimarentur, ſicque ſanctæ conſolationis atque communis congratulationis & applauſûs occaſio fideliſſimis, Paſtorique ſuo addictiſſimis Ovibus, imò etiam finitimis populis neutiquam ſubtraheretur.

Mirum eſt, quàm diu ſuſpenſum tenuerint ea Conſilia ac Monita animum Clementiſſimi Piiſſimique Principis, timentis unicè, ne prætenſæ Dei, Cœlitúmque gloriæ ſeſe miſceret vanitas quædam: &, quæ Numini equidem ac Divis hujus Cathedræ Patronis omninò deberentur gratiæ, fortaſſis inferis non penitùs diſplicerent. Diſceptabatur ſanè usque ad Martium Menſem anni milleſimi ſeptingenteſimi viceſimi ſecundi, cùm demùm prævalentibus ſuorum optimis Conſiliis victas manus Modeſtiſſimus Princeps dedit, déque iis, quæ in rem forent tum neceſſaria tum utilia, deliberari permiſit.

Judicârunt igitur, qui totius Conſilii erant Optimi Architecti, cogitandum (inter alia) præprimis eſſe, ut Res præcipuæ à Divo Corbiniano, Ejúsque Succeſſoribus per decem Sæculorum decurſum geſtæ conſcriberentur, tenuia quidem hujus Cathedræ initia, progreſſus verò mirabiles, fructúsque maximi exponerentur, ac demum Acta Epiſcoporum, hactenùs etiam Eruditis magnam partem parùm cognita, demùm Orbi univerſo fierent anno decimo Sæculari manifeſta. Et hæc quidem, Lector, erat occaſio, cur præſens ſcriptio decerneretur, quæ quidem, ſi Rerum exponendarum antiquitatem, arduitatem, Majeſtatem atque Amplitudinem ſpectes, ob temporis arctas anguſtias paucula folia impletura fuerat, niſi Magna ſubſidia acceſſiſſent.

Adjumenta. In horum ſubſidiorum cenſum ex laboribus dudùm demortuorum Friſingenſium Scriptorum, primus venit vetuſtiſſimus ille, & jam ſupra laudatus Tabularii Friſingenſis Codex, quem vocant *Librum antiquum Traditionum*, nos verò ad vitandam Nominum Confuſionem deinceps *primum Traditionum Librum* appellabimus, juſſu Hittonis, Sexti hujus Sedis Epiſcopi verè vigilantiſſimi ſcribi cœptum, ac poſtea ſub Erchamberto Succeſſore pientiſſimo usque ad medium Sæculum nonum continuatum. Continet pretioſiſſimus hic Codex plus quàm 500. Traditiones ſeu Donationes, tum ipſi Friſingenſi Eccleſiæ, tum aliis Eccleſiis ab ea pendentibus ſub ſex im-

Liber Traditionum primus.

immediatis Sancti Corbiniani Succeſſoribus Erimberto, Joſepho, Aribone, Attone, Hittone atque Erchamberto usque ad medium Sæculum nonum factas, iis in Computum non adductis, quas poſteri quidam more olim uſitato, inſeruêre, ubi ſcilicet Membrana, aut Membranæ pars vacua, & notandis poſterioribus rebus idonea remanſerat. Cozrohus, Codicis hujus Scriptor diligentiſſimus, Monachus hujus Cathedralis Eccleſiæ Friſingenſis fuit (quod ipſus aliquoties indicat) ab Hittone & Erchamberto Epiſcopis ad conficienda, ſcribenda, ac ſubſcribenda tum Traditionum, ſeu Donationum, tum Commutationum inſtrumenta ſæpiſſimè adhibitus; de quo frequens in conſequentibus redibit mentio.

Secundum locum ſibi vendicat vetuſtiſſimus itidem Codex Commutationum, in quo ingenti induſtria fuêre annotata ea, quæ huic Eccleſiæ acceſsêre prædia, villæ, ædificia, prata, agri, paſcua, ſilvæ, aquæ & aquarum decurſus, Mancipia, & id genus plura alia, pro quibus Epiſcopi Conſentiente Cathedralis hujus Eccleſiæ familia ceſſerunt alia id genus bona, locis aut remotioribus, aut incommodioribus ſita. Secundus.

Initium hujus Codicis videtur deberi eidem, quem mox laudavimus, Cozroho, cujus nomen ac Manum indicant plura inſtrumenta in eo Codice expreſſa. Succeſsêre deinceps aliæ Manus Sæculi IX. & ſequentium, qui Codicem illum continuârunt. Cæterùm in eodem Codice reperio quàm plurimas alias chartas non Commutationum tantùm, verùm etiam piarum Donationum, quæ poſterioribus temporibus fuêre eidem inſertæ: atque vel eo titulo nos Codicem illum non immeritò impoſterùm vocabimus *Librum ſecundum Traditionum*, maximè quia etiam ea, quæ ex Commutationibus ad proprietatem alicujus Eccleſiæ perveniunt, eidem *tradi* dici poſſint.

Tertio loco memorandus venit alius præcipuorum Documentorum Friſingenſium Codex Sæculo XII. ſcriptus, ſed nullo hactenùs nomine domi inſignitus: quem nos idcircò *Librum Traditionum tertium* nuncupabimus. Huic Codici in fine annexa cernimus quædam poſteriora documenta, manu Sæculi XIII. exarata. Tertius.

Quartum locum obtinet *Liber Traditionum Magnus*, ſic dictus, quod cæteros id genus Codices Friſingenſes mole ſuperet. Hic eſt ille Codex, quem jam aliàs laudavimus, conſcriptus à Conrado hujus Eccleſiæ Cathedralis Canonico, & qualem ſeipſum vocat, Sacriſta, anno ſalutis 1187. ſub Ottone II. Epiſcopo Friſingenſi. Is continet exactam ſeriem Epiſcoporum Friſingenſium usque ad prædictum Ottonem, variáſque Do- Quartus.

Digitized by Google

nationes ac tractatus ſub ipſis concluſos. In fine hujus etiam Codicis reperimus aliqua folia, ubi manu recentiori breviter enumerantur Succeſſores Epiſcopi usque ad Albertum, è Comite de Hohenberg & Haigerlohe Epiſcopum Friſingenſem XXXV. qui Sæculo XIV. vixit. Ac demùm manu Sæculi XV. etiam de aliis poſterioribus Epiſcopis paucula quædam adjunguntur. Hic Codex erit nobis *Liber Traditionum quartus.*

Quintus. Quintus Codex membraneus manu Sæculi decimi tertii Conſcriptus, exhibet Contractus diverſos, ſub, & ab Epiſcopis atque Canonicis Friſingenſibus illo potiſſimùm Sæculo celebratos: quibus tamen etiam quædam Acta antecedentium Sæculorum paſſim miſcentur. Hunc Codicem nos *Librum Traditionum quintum* dicemus.

Sextus. Codex ſextus, itidem membraneus, à compactura rubri coloris dictus *Ruber*, circa finem Sæculi XIV. à Scriptore nobis incognito exaratus, ac in fine alia manu Sæculi XV. ac demùm rursùs aliâ Sæculi XVII. auctus, repetit quàm plurima, quæ in Codicibus hactenùs laudatis fuère recenſita, iisque paucula quædam addit. Hic Codex *Libri Traditionum ſexti* nomine à nobis ſæpiùs allegabitur. Cæterùm quæ in ſex hiſce Codicibus leguntur apographa, eorum autographæ ac originariæ literæ maximam partem ſuperſunt in ampliſſimo ac verè locupletiſſimo Tabulario Friſingenſi hactenùs tanta fidelitate atque felicitate cuſtodito, ut fas ſit dubitare, num multa alia per orbem Epiſcopalia Chartaria ſuperſint, quæ Friſingenſe æquare aut ſuperare poſſint: quod, ut ſperamus, res ipſa per decurſum Operis noſtri monſtrabit. De ſex Epiſcoporum Friſingenſium Catalogis jam ſupra mentionem ingeſſimus. In iis Acta Epiſcoporum Compendiô exhibentur. Friſingenſes Scriptores plerósque itidem in ſuperioribus jam laudavimus, quibus ſuis locis adjungemus Radevicum, Celeberrimum Hiſtoriographum, Cathedralis hujus Eccleſiæ Canonicum. Et hæc quidem ſubſidia nobis reliquêre mortui. Nunc ad vivos eſt deveniendum, qui Operis noſtri tum Auctores, tum Adjutores fuerunt.

Autores & Adjutores domeſtici. Inter hos uti Dignitate, ita meritò incomparabili primum ſuſpicimus ipſum Celſiſſimum ac Reverendiſſimum S. R. I. Principem atque Epiſcopum, D. D. JOANNEM FRANCISCUM, Virum illum, quem niſi Anteceſſoribus ſuis omnibus in perluſtrandis, perveſtigandis, diſcutiendísque Eccleſiæ ſuæ antiquiſſimis Membranis, Codicibus, lapidibúsque longiſſimè prætulerimus, cœci ſumus. Superi! quid Friſinga aſſervat, quod Eruditiſſimus Iſte Princeps ignorat? & quomodo ignoraret,

Digitized by Google

raret, qui jam ab adito Eccleſiæ Cathedralis Decanatu, nempe ab anno Chriſti 1684. usque in hunc, quo ſcribimus, annum ſe totum evolvendis Friſingenſibus Monumentis impendit, &, ut è terra quoque Rei antiquariæ ſubſidia erueret, infinita propemodùm induſtria ac ſagacitate verè nullum non lapidem ſepulchralem, tum intra Diœceſin, tum in Cathedrali potiſſimùm Eccleſia movit, uti nemo ignorat? quot quantósque Codices ac Tomos propria hujus Principis manu è vetuſtis Monumentis Conſcriptos vidimus? quam quæſtionem in Rebus obſcuris movimus, quam Ipſe non dexterrimè expediret, ac declararet? quid denique ad Operis hujus editionem unquam optavimus, quod Clementiſſimus Dominus non ſuppeditaret, imò etiam vota noſtra dudùm præverteret, etiam universâ ſuâ Bibliothecâ in uſus noſtros oblatâ?

Suſpicienda hæc Celſiſſimi Principis exempla atque veſtigia quantis, Superi! paſſibûs ſecutus eſt Illuſtriſſimus & Excellentiſſimus Dominus, D. Franciſcus Sigismundus Antonius Baro de Egkher in Kapfing & Liechtenegg, Dominus in Kalling, Sereniſſimorum S. R. I. Principum Electorum Colonienſis ac Bavari Camerarius, ac Celſiſſimi Principis & Epiſcopi Friſingenſis Conſiliarius intimus, Supremus Aulæ Mareſchallus, & Præfectus Dominii in Burckrain &c. nunc, dum hæc ipſa ad prælum paramus, etiam à Sereniſſimo ac Potentiſſimo Bavariæ Principe Electore inter Intimos Conſiliarios receptus. Hic vir, hic eſt, qui ab annis ferè triginta adeò in excutiendis Friſingenſibus Chartariis labore ſanè obſtupeſcendo deſudavit, ut denique Documenta Friſingenſia omnia in ordinem optimum maxima felicitate, ac meritô immortali, inter tot alios arduos ſemperque felices labores, redegerit, & juxta annorum ſeriem conſcripſerit, ſummô utique commodô noſtrô, eoque tanto, ut libenter fateamur, nos, quamdiu operi concinnando operam noſtram contulimus, verè quotidie, ac ferè ſemper in Ejus *vitula arâſſe*: qua ſi caruiſſemus, de opere ad annum Chriſti 1724. edendo deſperandum utique fuiſſet. Et hi quidem ſunt, qui nos tum inſtructionibûs, tum ſubſidiîs & adminiculîs quotidianis adjuvare dignati fuêre; quæ omnia cum ſubmiſſiſſima veneratione atque ingenua gratitudine narramus, ut, cùm Lector ex Scriptione noſtra ſeſe alicubi profeciſſe fortaſſis ſenſerit, ſciat, quibusnam Autoribus id debeat referre in acceptis.

Neque verò reticenda ſunt inſignia merita Perilluſtris D. Joannis Michaelis Prey de Straskirchen, Celſiſſimi Principis & Epiſcopi Conſiliarii Aulici, & Archivi Præfecti. Is enim tum

eidem Celſiſſimo Principi, tum Illuſtriſſimo Mareſchallo jam à pluribus annis in Re Antiquaria & Hiſtorica operoſiſſimè collaboravit, fructu in uſus noſtros maximè redundante.

Qui eminùs adjuvêre labores noſtros communicando nobiſcum ea, quæ in Domeſticis Scriniis aſſervabantur, & ad Rerum Friſingenſium illuſtrationem conferre quidpiam poterant, fuêre ſequentes. Primò loco, gratiſſimóque animò veneramur Reverendiſſimum & Illuſtriſſimum Cathedralis Eccleſiæ Friſingenſis Collegium, è cujus gratia ad Illius Bibliothecam & Tabularium aditus nobis patuit.

Extranei. Proximum locum meretur Reverendiſſimus & Ampliſſimus Dominus Dominus Placidus, antiquiſſimi Monaſterii S. Petri Salisburgi Abbas, qui pro ea, qua Celſiſſimum ac Reverendiſſimum S. R. I. Principem & Epiſcopum JOANNEM FRANCISCUM proſequitur, humillima reverentia, transmiſit Codicem illum vetuſtiſſimum, in quo primo loco manu Sæculi octavi exhibentur primævæ Societates prædicti antiquiſſimi, & eo tempore Cathedralis Monaſterii S. Petri, in quarum numero non ſine ingenti noſtro ſolatio etiam accuratè deſignantur primi ſex Friſingenſes Epiſcopi, & inter mortuos quidem *Gurbinianus* (nempe Corbinianus) *Ermperhtus*, *Joſeph*, & *Arpio*, nempe Aribo. Inter vivos *Atto & Congregatio ipſius*, item *Hitto Epiſcopus:* ut jam ſupra monuimus: ac poſtea manibûs recentiorum Sæculorum ſubjunguntur alii poſteriores Epiſcopi Friſingenſes. Interſeruntur Societates cum variis Monaſteriis, quas enumerare longum foret. Denique in eodem Codice variis ſequentium temporum characteribûs variæ donationes, Monaſterio illi antiquiſſimo factæ, longo ordine deſcribuntur.

Alia vetuſta ſubſidia literaria ſubmiſêre Reverendiſſimi & Ampliſſimi Domini Domini Abbates Petrus Tegernſeenſis, Ildephonſus Weihenſtephanenſis, Æmilianus Rottenſis, & extra hanc Diœceſin poſiti Reverendiſſimi Domini Abbates Taſſilo Weſſofontanus, & Maurus Andecenſis: quorum juſſa non ſine ſingulari induſtria executi ſunt Reverendi Patres Wolfgangus Dullinger Rottenſis, Benedictus Friepeis Prior Andecenſis, atque Cœleſtinus Leuthner Weſſofontanus.

Ex Ordine Regularium Canonicorum S. Auguſtini multum nobis gratioſè contulêre Reverendiſſimi Domini Præpoſiti Patritius Raittenbuechenſis, Cajetanus Beurbergenſis, Præſidius Weyarenſis, Georgius Beyhartinganus, ac Petrus Dietrami-Cellenſis: quibus maximò meritò accenſendus eſt Reverendiſſimus Dominus Albertus Pollinganus Præpoſitus, qui, tametſi Epiſcopatûs Friſingenſis jurisdictioni non ſubjaceat, operâ tamen

Digitized by Google

men Clariſſimorum Virorum ac Canonicorum ſuorum Philippi Saller, atque Euſebii Amorth multa nos edocuit. Cæterorum Dominorum Præpoſitorum juſſu documenta quædam ſuppeditârunt Viri Clariſſimi Gaudentius Mayr Decanus Raittenbuechenſis, Beño Zaisberger Decanus Beurbergenſis aliique.

E Præmonſtratenſium Canonicorum Ordine promptiſſimam ſemper manum obtulit Reverendiſſimus Dominus Jacobus Neocellenſium Abbas; quam eandem laudem debemus Reverendiſſimo Domino Hermanno Schefftlarienſium Abbati.

Plus etiam profecimus ex ſingulari humanitate plurimùm Reverendorum, & Clariſſimorum Dominorum Canonicorum Collegiatæ Eccleſiæ S. Andreæ Friſingæ: quod idem de Collegiatæ Eccleſiæ S. Viti Clariſſimis Dominis Canonicis dictum cupimus.

Denique etiam Reverendiſſimus Dominus P. Joſephus Preiſs S. J. Collegii Monacenſis Rector ex Eberſpergenſibus Antiquitatibus Codices duos ad illuſtrandam Friſingenſem Hiſtoriam huc transmiſit. Vir etiam Clariſſimus atque Eruditiſſimus P. Bernardus Pezius Mellicenſis non minùs transmiſsîs Manuſcriptîs Monumentis, quàm impreſsîs ſuîs nobiliſſimîs operibûs plurimùm nobis contulit.

Horum omnium ardens ſerviendi Celſiſſimo Principi ſtudium quodammodò prævertit Reverendiſſimus & Ampliſſimus Dominus Magnus, Benedictoburanus Abbas: qui, cùm intellexiſſet, unius è ſuis operâ ex voto, gratiâque ſingulari Ejusdem Clementiſſimi Principis & Epiſcopi conſcribendam eſſe Friſingenſem Hiſtoriam, nihil planè omiſit eorum, quæ quidem ex Monaſterii ſui viribus ad rem conducere poterant. Ac demùm, cùm nos temporis anguſtiæ premerent, etiam è noſtris ſocium laboris R. P. Leonardum Hohenauer nobis conceſſit. Quibus proinde omnibus quà dignitatum gloriâ, quà eruditione Clariſſimis Viris totum, quod intra arctas temporis anguſtias ad prælum à nobis utcunque parari poterat, Lector adſcribet; & nos hoc publico gratitudinis teſtimonio iis attribuimus.

Porrò præſens Opus, exhibens prima quinque Hiſtoriæ Friſingenſis Sæcula in duas partes tribuere viſum eſt, Hiſtoricam, ſive Chronologicam primam, cujus contextui nonniſi inſtrumenta præcipua, & Lectori magìs neceſſaria inſeremus: Inſtrumentariam ſeu Diplomaticam alteram, in quam ſcilicet inſtrumenta cætera, quæ Hiſtoriam firmare & illuſtrare poſſint, ſuo ordine conjiciemus. Partitio Operis.

Cæterùm ubi aſſertiones noſtras non documentîs & inſtrumentîs, ſed ſola unius vel alterius Scriptoris fide & autoritate Mens Scriptoris.

com-

communimus, facilè intelliget prudens Lector, nos ejusmodi teſtimoniis non poſtulare majorem fidem, ac eam, quam ſolent adhibere Eruditi. Ea ſanè, quæ nobis viſa fuêre dubia, iîs ſcribendi modîs expreſſimus, ex quibus nemo non videre debeat, nos circa ejusmodi eventus nihil certi ſtatuere velle. Interim, Lector, veritati, quoad fieri à nobis potuit, diligentiſſimè ſemper litare ſtuduimus, ſecuti Sanctum illum Magnúmque Dionyſium Epiſcopum Alexandrinum, qui in *lib. 2. de Promiſſionibus apud Euſebium lib. 7. Hiſtor. Cap. 24.* de ſe ſic habet: *ſtudiosè cavebamus, ne ea, quæ nobis ſemel placuiſſent, tametſi falſa eſſe deprehenderentur, pertinaciter defenderemus. Nec aliorum objectiones ſubterfugiebamus: ſed, quoad fieri poterat, ad ea, de quibus inſtituta erat Diſputatio, eniti, eaq; ſtabilire conabamur: ſin autem rationibus convicti eſſemus, non pudebat nos mutare ſententiam, & aliis aſſentiri: quin potiùs cum bona animi conſcientia, absque ulla ſimulatione, expanſis ad Deum cordibus, quæcunque certiſſimis argumentis confirmata eſſent, ſuſcipiebamus.* Ita Ille, & nos cum Illo.

Stilum quod concernit, claritatem in omnibus ſectari pro virili ſtuduimus, nec latinè nimìs, nec nimìs, ùt ſpero, barbarè tecum, Lector, ſermocinaturi. Illud nihilominùs monendus es, offendi neminem prudentem debere, ubi vetuſtiſſimorum Codicum barbara ac inculta vocabula, phraſésque Gramaticæ Regulis minimè conformatas tota ſinceritate exſcripſimus. Eruditis certè id genus barbariſmorum atque ſolœciſmorum adeò non diſplicere ſolet, ut illud etiam, ceu ſincerum antiquæ ſimplicitatis teſtimonium æſtiment & ament. Memineris etiam, Lector, in Negotiîs & Rebus Chriſtianis Res potiùs quàm verba eſſe ſpectanda: neque ſemper reperiri vocabula Ciceroniana, quibus res latiniſſimè explicemus, quæ Ciceronibus, Liviis, aliîsque ejus generis Scriptoribus nunquam innotuêre. Quos porrò Scriptores paſſim ſequendos ac laudandos eſſe cenſuerimus, ſuîs locîs, Lector, invenies. Quando agimus de quorundam aſſertionibus atque opinionibus refellendis, argumenta noſtra ſolidè, uti ſperamus, at non aſperè proferimus, reticito ejus, quem amice impugnamus, nomine, tum, ne veritatem deſtituamus, tum ne fratrē offendamus, ſed cum omnibus pacem habeamus.

Tu, interim, bone Lector, fruere qualicunque labore noſtro: & totum, quod pro illuſtrandis Friſingenſibus Rebus non noſtra nixi tenuitate, ſed ſolo Superiorum nutu juſſúque ſcripſimus, æqui boníque Conſule. Fortè ſuo tempore in alio Opere ſupplebuntur, quæ in præſenti deſiderantur: & emendabuntur, quæ emendanda erunt.

HISTO-

Digitized by Google

HISTORIÆ FRISINGENSIS SÆCULUM PRIMUM,

Ab anno Chriſti 724. usque ad annum 824.

Sive

LIBER PRIMUS

De Epiſcopis Friſingenſibus Primi Sæculi Friſingenſis.

CAPUT PRIMUM.

Vita S. Corbiniani, hujus Sedis Fundatoris, ac Primi Epiſcopi, ad Aribonis potiſſimùm mentem conſcripta.

§. I.

Natales & adoleſcentia Corbiniani.

MElodunum, Civitas Epiſcopalis, inter Celtas pervetuſta, ac jam inde à Julio Cæſare non ignobilis, aliquà ſui parte inſulam Sequanæ fluminis occupat: reliquæ verò partes ipſius fluvii Crepidinibus adjacent, binis faberrimìs pontibûs inter ſe conjunctæ. *Regionis Meltonenſis* nomine Melodunenſem agrum ab Aribone, vitæ Sancti Corbiniani præcipuo Scriptore, intelligi, Velſerus aliique tradunt, ídque ex iis præcipuè poteſt confirmari, quæ nos ſuprà diſcuſſimus. Patriam illam fuiſſe ſive Majorum, ſive etiam ipſorum Divi Corbiniani Parentum, ex eo fit manifeſtum, quia Corbinianum inde *ortum* Aribo teſtatur. Cunabula Corbiniano præbuit *Caſtrus*, vicus quondam, hodie oppidum, ab Oriente Melodunum, versùs Meridiem Aurelianos, versùs Occidentem Carnutum, versùs Septentrionem verò Lutetiam Pariſiorum reſpiciens, cæterùm Orgiæ amni adſitum. Patri Waldekiſo, Matri Corbinianæ nomen erat, de quibus illuſtrius nihil Aribo poſteris nuntiare potuit, quàm quòd Corbinianum mundo dederint. Id circa annum Chriſti 680. contigiſſe, infrà commodiùs oſtendemus. Waldekiſus Pater diem hunc obiit, antequam primam lucem Corbinianus filius aſpiceret. Hic in ſacro Regenerationis lavacro Waldekiſi, Patris ſui, nomen equidem tulit; verùm deinceps à Corbiniana Matre nonniſi Corbiniani nomine appellari cœpit, ſive id tenerrimo in filiolum amo-

Hofmann. Lex. Univerſale.
Corbiniani patria.
Zeilerus in Topograph.
Part. Alt. n. 1. c. 1.
Lib. 4. Rer. Boic.
Diſſert. 3. Proleg. Cap. 1.
§. XIII.

amori Mater tribuerit, ſive agnoverit, non Matris tantùm, verùm etiam Patris munia ſibi impoſterùm ſuſcipienda eſſe in filio ad vitam meliorem efformando. Matris exemplum ſecuti Cæteri tum domeſtici, tum vicini, Waldekiſum noſtrum deinceps uno ore dixêre Corbinianum, eoque nomine etiamnum tum à Sacris tum profanis Scriptoribus appellatur.

Juventus. *Arib. c. 1.*

Corbinianus, cùm vix pueritiam exceſſiſſet, magnis ſtatim indiciis probavit, ſe ſortitum eſſe animam bonam, & ad ardua virtutis proclivem. Sanè quam ætatem alii adoleſcentuli aut ludicris tranſigunt, aut curioſis actibus otioque inſumunt, Corbinianus, ſanctiori impulſu, Cultui Creatoris ſui meliùs impendendam cenſuit. Nihil enim adeò Corbiniani animum rapuit, quàm ſanctior Philoſophia, nempe ſuaviſſima atque aſſidua Sacrorum Voluminum Lectio atque meditatio. Ex ea didicit jejuniis, vigiliis, ſacrisque precationibûs lubrica adoleſcentiæ compeſcere, Pſalmodiâ delectari, pauperibus opem amanter ferre, hoſpitibus colligendis, atque eâ, quâ poſſet, Charitate fovendis operam dare, concupiſcentiis acerbè imperare, maximam caſtiſſimi pudoris curam habere, denique aſſiduis virtutum exercitiis totum ſeſe impendere. Neque dubitare fas eſt, quin Corbinianus ab ipſo pueritiæ ſuæ tempore amore ſingulari atque tenerrimô proſequi didicerit veræ Sapientiæ Matrem Mariam. Ferunt enim, apud Carnutum, vetuſtiſſimam Galliæ Celticæ, & hodie Epiſcopalem Civitatem, Caſtrenſibus finitimam, jam ante Julii Cæſaris tempora Druydas, Gallorum veterum Sacerdotes, docuiſſe, Virginem aliquam parituram, atque humano generi ſalutem eſſe allaturam: & ideò *Virgini* huic *parituræ* templum à Priſco, Romanorum in Galliis Præfecto, fuiſſe erectum, poſita inter cæteras Gentilium imagines effigie Virginis, parvulum manu geſtantis, cui ſæpiùs tum Priſcus Ipſe, tum populus dona obtulerint, felicitatémque variam eo pacto conſecuti ſint. Inde eveniſſe, ut, cùm Savinianus ac Potentianus, quos S. Petrus ad Galliæ Converſionem miſerat, Gentem illam ad fidem Chriſti præ aliis populis longè proniorem invenerint; quæ, cùm eousque *Virginem parituram* tantis ſtudiis coluiſſet, deinceps *parientem*, ac *Parentem* etiam teneriorib̂us amoribûs fuerit proſecuta. Quæ etiam procul dubio ratio eſt, cur ea Carnotenſis Eccleſia (hodie Cathedralis illius urbis) cenſeatur eſſe omnium totius Galliæ antiquiſſima. Hæc cùm ignorare non potuerit Corbinianus, non potuit etiam imperare ſibi, quin in caſtiſſimos Virginis Parentis amores prorumperet, Mariæque totus adhæreret, cujus olim Friſingæ Sacerdos futurus erat. Quod licèt Aribo non commemoret, vero tamen eſſe quàm ſimillimum, nemo prudens bonúſque inficiabitur.

Zeiller. in Top. Hofman in Lexic. Univerſ.

Solitudine delectatur.

In his virtutum, Diviniorisque Philoſophiæ exercitiis Corbinianus ſenſim tantos progreſſus fecit, ut etiam ſeveriùs ſapere, de abjiciendis ſpebus humanis cogitare, déque eligenda ſolitudine conſilia inire cæperit. Viſum eſt Beato Juveni prope Eccleſiam loci, Sancto Germano Epiſcopo ſacram, conſidere, ſibique Cellulam conſtruere, ad quam nemini pateret aditus, niſi iis, qui ſibi afferrent, quæ ad vitam ſervandam eſſent neceſſaria: interim verò ipſi portitores ſpiritualis vitæ pabulis reficerentur, atque (quod præcipuè ſpectabat Corbinianus) ad ſui imitationem ſacris diſciplinis excolerentur. Succeſſit equidem ea res ad vota Corbiniani: verùm cùm non pauculi tantùm illi, quos ſibi ſelegerat Corbinianus, ſanctioris vitæ pabula eſurirent, ſed multò plures eâ fame piè laborarent, ingens quotidie Accolarum numerus, ſpiritualibûs alimoniis paſcendus ſenſim confluxerat. Cæterùm cùm inter hos non deeſſent, qui Corbiniano etiam varia Munuſculorum genera offerrent, is ea quidem humiliter acceptare ſolebat, verùm non in ſua commoda, ſed propemodùm omnia in pauperum uſus cenſebat, nonniſi ea portione ſibi ſuiſque ſervata, quam neceſſitas ad vitam protrahendam poſtulâſſet. Et talem quidem ſe ferebat Corbinianus, cùm adoleſceret, futurique veri Paſtoris ſpirantia lineamenta in ſeſe etiam neſcius depingeret.

§. II.

Digitized by Google

§. II.

Corbiniani Profectus Ætate, Sapientiâ, Gratiâ apud Deum & homines.

VIdimus hactenùs, Corbinianum eos, quorum operâ indigebat, alióſque ad ſui imitationem, quà verbo, quà opere pellexiſſe, eoſque ad Lectionem Scripturarum, ad Pſalmodiam, ad jejunia, ad vigilias, ad orationes ſanctas, ad pauperum Curam, ad hoſpitum ſuſceptionem, ad continentiæ caſtiſſimum amorem, ad ſui, dignitatum, ac mundi contemptum provocâſſe. Et habuêre effectum piiſſimi Juvenis ſancta vota, cùm legamus, eum deinceps numerâſſe Cellæ ſuæ ſocios fratres, inter quos Regula illa (quæ præter ea, quæ hactenùs diſtinctè enarravimus, etiam ſilentium nocturnis horîs imperat) pleniùs introducta fuerit. Acceſsêre itaque etiam ipſi Cellæ Beati Viri incrementa aliqua, & inter hæc *Cellarium*, ſeu *vinaria Cella*, cui (ex ejuſdem Regulæ præſcripto) *Frater* quidam præerat, *Anſericus* nomine. Auctâ Corbiniani ſacrâ familiâ increvêre etiam populi in eam ſtudia, quæ tanta aliquando Vindemiæ tempore fuêre, ut oblatæ Vinearum primitiæ, muſtúmque recenter ex uva expreſſum vas quoddam, ſeu dolium repleverint. Accidit verò poſtea medio noctis Conticinio, ut muſtum vehementer efferveſceret, doliíque Cuneolum ſeu epiſtomium impetu excuteret, ut crepitus uſque ad Corbiniani Cellulam auréſque pertingeret. Intellexit equidem Corbinianus, quid ſonus ille portenderet. Verùm ſilentii ſervandi tenaci ſtudio adactus, nec ipſus accurrit, neque ut alius è ſuis accurreret, quemquam monuit, ſed rem Optimo Numini flexo poplite commendavit, nec niſi poſt perſolutas Deo Matutinas Laudes (uti Regula jubet) tintinnabuli ſigno miniſtros ſeu fratres convocavit, & quid noctu factum eſſe ſuſpicaretur, expoſuit. Statim verò, ùt frater Anſericus, Rei vinariæ Præfectus, arrepta clave *Cellarium* reſeravit, apparuit, quàm accepta Deo fuerit præſcripti ſacri ſilentii tam exquiſita cuſtodia.

Cella Corbiniani augetur.

Aribo cap. 2.

S. Bened. Reg. Cap. 42. v. 6.

Cap. 31. 46.

Silentium prodigiô coronatur.

Cap. 42. 38.

Anſericus enim in ipſo vinariæ Cellæ ingreſſu rejectum quidem æſtuantis Muſti fervore è dolio epiſtomium pede deprehendit, manúque levavit; at nihilominùs dolium adeò plenum reperit, ut ne gutta quidem vini erupiſſe deprehenſa fuerit, luculentô ſanè ſervati ſancti ſilentii præmiô: quod ipſum tamen etiam à ſuis novô, eôque cautiſſimô ſilentiô premi humillimus Corbinianus juſſit. Verùm ne vicinis Civibus incognita maneret Numinis ad præmiandum Corbiniani nocturnum ſilentium bonitas, alio poſthac eventu mirabili factum eſt.

Mulam Viri Sancti extra ſtabulum abſque cuſtodia errantem nonnemo cùm conſpexiſſet, occaſione utendum ratus, eam conſcendit, & in vicini ſaltûs latibulis ſceleri ſuo tenebras quæſivit. Die itaque in veſperum declinante, cùm famuli animal non adeſſe adverterent, quantis poterant curis illud quærere conati ſunt. Verùm irrita fuit quærentium cura. Itaque venêre ad Corbinianum, atque (ex Regulæ præſcripto) jacturam animalis nunciaverunt. Corbinianus benignè ſuos audiens, bonô animô eſſe juſſit, ad preces ſe contulit, ſilentiúmque rursùs cuſtodivit, donec Matutinæ Laudes Optimo Numini fuiſſent perſolutæ. Inter ipſas autem Matutinas preces Divinâ illuſtratione intellexit, mulam quamprimùm cum fure redituram eſſe ad ſtabulum ſuum. Actis itaque Deo, Tutelaríque ſuo S. Germano gratiîs rursùs tintinnabuli ſeu Campanulæ ſonitu ſuos ad ſe evocavit, futurum furis ac mulæ reditum nunciavit, iíſque anxiè præcepit, ne furi redeunti quidquam moleſtiæ inferrent. Et hem! vix verba finierat vir Sanctus, cùm mula *Cellæ* (nempe Monaſterii) oſtium ingreditur, ſeſſorémque ſuum fœdè per nemora raptatum ac laceratum,

Aribo Cap. 3.

Novum Silentii præmium.

Cap. 46. v. 1.

Digitized by Google

proſrúſque rigentem, & quaſi exanimem affert, adeò affixum animalis dorſo, quaſi vinculis eidem arctiſſimè fuiſſet colligatus. Is cùm viribûs ſuîs deſcendere, atque à mula ſe expedire neutiquam poſſet, tandem famulorum ope ex mula depoſitus, vix non in lapidem riguit, atque ſine ſenſu humi mutus jacuit. Tum Corbinianus miſerum hominem correptione paternâ increpitum, quaſi dormientem è gravi lethargo ſuſcitavit, in ſpem veniæ erexit, atque indulgentiam precantem ac meliora ſpondentem benignè nec ſine munuſculo dimiſit. Aribo factum iſtud eo ipsô epiphonemate, verbîſque commendavit, quibûs Magnus ille noſter Gregorius Pontifex olim uſus eſt, dum eventum haud ſanè abſimilem de S. Benedicto, imò *de ligato Ruſtico, ſolò aſpectu viri Dei ſolutò*, narrâſſet: Viros nempe Sanctos aliquando mira quædam equidem precibûs: quædam verò etiam quaſi acceptâ ad id Divinitùs poteſtate patrare. Quod epiphonema adjecerit Aribo fortaſſis eô conſiliô, ut oſtenderet, Corbinianum non tantùm Regulæ S. Benedicti, ut hactenùs vidimus, fuiſſe accuratum Sectatorem, verùm etiam in patrandis rebus mirabilibus Benedicti imitatorem.

Lib. 2. Dial. Cap. 30. & 31.

§. III.

Primum Corbiniani iter Romanum, Ejúſque in Epiſcopum ſecuta inauguratio.

Fama Corbiniani.

NOn poterat ſilentiô inter Incolas & Accolas premi tam illuſtre Miraculum, quo Corbiniani manſuetudinem atque Sanctitatem Deus orbi teſtatam eſſe voluit. Etiam in ipſam Galliæ Aulam rerum à Corbiniano eousque geſtarum admiratio penetravit, atque Pippinum Heriſtallum Pro-Regem, è cujus nutu Regni univerſi gubernatio pendebat, permovit, ut è ſuîs Proceribus virum præprimis dilectum mitteret, qui ſe ſancti Viri precibus impensè commendaret. Pro-Regis exemplum ſecuti Nobiles & ignobiles, ſenes, juvenéſque utriusque ſexûs, certatim ad Corbinianum convolârunt, tum ut cœleſtem ex Ejus ore doctrinam haurirent, tum ut oblatîs Illi munuſculîs favorem Numinis ſibi conciliarent. Verùm quid ad iſta humillimus Corbinianus? Certè cùm ſæpè ſecum ſeriò expenderet, ſe in ipſa ſua dilecta ſolitudine ſolitudinem deinceps minimè reperire, in ſua paupertate divitias invenire, in ſuo Oratorio orationis impedimenta cumulari, in ſua humilitate periculoſis vanæ gloriæ titillationibus januam aperiri, in ipſa Cella ſua Divinarum Rerum contemplationi ac ſtudio obicem poni; indoluit ſcilicet infelicitati ſuæ, quam etiam *fletibûs atque lamentîs, ſuſpiriîs & gemitibûs*, ut Aribo ait; aſſiduò deploravit, certus tam populoſæ ſolitudini, quam quidem jam ab annis quatuordecim incoluiſſet, nuncium mittere, atque alibi rebus votiſque ſuis cautiùs providere. Occurrit verò animo, id in aliquo, Romanæ ſive Urbis, ſive viciniæ angulo obtineri commodè poſſe, ubi ignotus ipſe omnibus eſſet, & ab iis, quæ enumeravimus, periculis unà cum ſociis remotus degeret. His accedebat, quòd videret, jacturam Eccleſiæ S. Germani compenſari poſſe tot Sanctorum Romanæ Urbis Baſilicîs, Eâ maximè, in qua Principum Apoſtolorum ſacratiſſima pignora eſſent repoſita, tótque Cœleſtium Gratiarum Theſauri fidelibus indies diſpenſarentur. Et ea quidem Conſideratio usque adeò permovit Corbiniani animum, ut tandem convaſaret, eamqúe, quam quidem ſibi neceſſariam fore exiſtimabat, ſupellectilem colligeret, & unà cum ſodalibus ſuis Romam abiret, quam etiam Urbem denique feliciter attigit, ſtatímque ad Baſilicam Principis Apoſtolorum delatus, æſtuantis animi ſuſpiria Optimo Numini, ac Beatiſſimis Apoſtolis ardentiſſimè commendavit.

Quam is averſatur.

Et Romam ſe confert. Arib. Cap. 5.

Sede-

Digitized by Google

Sedebat eo tempore in Petri Solio Gregorius, eo nomine Secundus Summus Pontifex, atque Chriſti in terris ſanctiſſimus Vicarius, de quo in ejus Officio, juſſu Sanctiſſimi Domini Noſtri Clementis Papæ XI. Breviario noſtro Monaſtico anno Chriſti 1719. die 22. Auguſti inſerto legimus, quòd *à pueritia Monachus S. Patris Benedicti* fuerit: quod ipſum nuperrimè poſt alios aſſeruit R. P. Gregorius Kolb S. J. in Celebri Univerſitate Friburgenſi Briſgojæ Hiſtoriarum Profeſſor, in ſua *Serie Romanorum Pontificum*, ubi de hoc Gregorio agens ait, Eum ante Pontificatum *ex S. Benedicti Regula ingentes fructus* hauſiſſe: & videri poſſunt, quæ de hoc Pontifice latiùs deduxit Mabillonius in *Actis Sanctorum Ordinis S. Benedicti, Sæculo III.* ad annum Chriſti DCCXXXI. Hunc Pontificem & ſapientia & ſanctitate, rebúſque grandibûs pro Dei Eccleſia geſtîs, Maximis Quibusvis Prædeceſſorum ſuorum æquiparandum eſſe, conſtans Eruditorum ſenſus eſt: & teſte, quem mox laudavimus, P. Gregorio Kolb, meritus eſt hic Pontifex quorundam Criſin aut ſententiam, qua Gregorium II. deſcripſerunt in hunc fermè modum: *Si hujus geſta fuiſſent annotata, veluti Divi Gregorii Magni, par primo Gregorio fuiſſet ſecundus, ſecundo primus, uterque magnus.* Hæc addimus, ut agnoſcat Lector, cum quanto Viro deinceps negotium Corbinianus noſter habuerit.

Ferd. Ughellus in Italia Sacra Tom. I.

à pag. 521.

Ad hunc igitur Pontificem delatus Corbinianus, atque ad Ejus alloquium admiſſus ſtatim ad Illius pedes in genua ſeſe provolvit, atque permittente Pontifice ardentiſſima animi ſui vota demiſiſſimô quodam, ſed tamen etiam graviſſimô dicendi genere expoſuit, nempe non aliò deinceps ſpectare intimos cordis ſui æſtus, quàm ut bonâ Pontificis veniâ ſibi liceret in quodam angulo, à Divi Petri Baſilica non ita remoto, cum ſuis vitam pauperem *ſub Sanctæ Converſationis Regula* inſtituere, ac Rebus Divinis reliquum vitæ ſuæ extra mundi tumultus impendere, ac in Divino Servitio mortem opperiri. Didiciſſe enim ſe malô ſuô, quantis à Cœlo aberrandi periculis obnoxii eſſent, quibus frequens inter Mundi negotia converſatio, favor hominum, fortunarúmque cumuli arriderent. Sibi certè id genus lenocinia cordi non eſſe, ſed intolerabilia videri. Compateretur itaque ſibi communis Chriſti fidelium Pater, & vota ſua ſapientiſſimô conſiliô juvaret, atque Gratiâ ſuâ, ac Benedictione ſe, ſociósque ſuos bearet.

Venit ad Pontificem.

Vid. Diſſert. 4. Prolegi.

Hæc humillimâ, ſuaviſſimâque facundiâ diſſerentem Corbinianum non ſine ſtupore audiit Pontifex, facileque intelligens, in peregrino illo homine latere magnam, ſanctam, & inſuper etiam ſacrarum rerum ſcientiâ exculiſſimam animam, de nulla re minùs cogitavit, quàm de votis Corbiniani exaudiendis. Adhibitô potiùs Domeſticorum ſuorum Conſiliô, atque ex eorum etiam judicio intelligens, Corbinianum neutiquam ad ſolitudinem, ſed ad ſalutem multorum eſſe natum, eidem ſignificavit, fixum ſibi eſſe, Corbinianum Sacris Eccleſiæ Ordinibus initiare, Epiſcopum etiam conſecrare, & ad promovendam plurimorum ſalutem dimittere.

Quàm inexſpectata, ſimúlque terrifica Corbiniano acciderit ea Pontificis reſponſio, cogitari poteſt, dici non poteſt. Certè quaſi ſacrum inter & ſaxum, ùt ajunt, hærens Corbinianus, quid reponeret Pontifici, non reperiebat. Nam ſi conſentiret, actum eſſe de Summa votorum ſuorum, nempe de vita quietè impoſterùm ac ſolitariè producenda. Si refragaretur, Numinis iram eſſe pertimeſcendam. Demùm poſt diuturnam atque ſummîs anxietatibus plenam deliberationem, cùm adverteret, Pontificem in ſua ſententia perſiſtere, ſibique integrum non eſſe Pontificiis mandatis obſiſtere, confiſus de Adjutorio Dei manus dedit, atque in Epiſcopum ſeſe ordinari permiſit: Cui Pontifex, admirandîs Corbiniani dotibus, virtutibus, Zelo prorsùs ſingulari ac ſuaviſſimâ oris facundiâ permotus, mira dignatione etiam *Pallium*, ut vocant, & cum eo plenitudinem Pontificalis Officii, ac prædicationis ubique

Invito Mytra cum Pallio imponitur.

Arib. Cap. 6.

Digitized by Google

que terrarum exercendæ facultatem adjecit. Id contigiſſe anno Chriſti 716. alibi diximus.

Diſſert. 5. Proleg.

Poſt tam mirabilem tamque inexſpectatam tum ſui, tum rerum ſuarum metamorphoſin, cùm Corbinianus ſibi diutiùs Romæ hærendum non eſſe intelligeret, in Gallias reverſus eſt, ubi quibûs poterat modîs partes omnes ſeduli Paſtoris optimè explevit, nec in plebe tantùm, verùm etiam inter homines Divino obſequio arctiùs adſtrictos maxima animarum lucra reportavit, non ſine rebus quibusdam ſupra naturæ vires geſtis, ut mox recenſebimus.

Redit in Gallias.

§. IV.

Zelus Corbiniani miraculô coronatur.

Arib. Cap. 7. Otto lib. 5. c. 24.

REm miram narraturi ſumus, quam poſt Aribonem & Ottonem Friſingenſem, Epiſcopos, alióſque Hiſtoriographos Eccleſiaſticos etiam recenſet P. Baldaſſar Francolini S. J. in ſuo *Clerico Romano*. Res ita habet.

pag. 53.

Diſſert. 5. proleg.

Corbinianus ad Aulam vocatur.

Contigit, ut Carolus Martellus (non verò Pippinus Heriſtallus, uti alibi jam monuimus) Major Domûs, ſeu Pro-Rex Galliæ, Corbinianum, verbo Dei in Galliis diſſeminando intentum, ad Aulam accerſeret. Paruit Vir Sanctus, & in viam ocyùs ſe dedit, experturus, ecquid ſe Major Domûs vellet? In eo autem itinere conſtitutus, cùm oppido cuidam immineret, vidit eminùs turbam hominum, & inter eos Latronem, reſti collo inſertâ, manibûſque poſt terga revinctîs jamjam in furcam ob auſus nefarios agendum. Miſertus itaque hominis piiſſimus Pater, ſonipedem acriter impulit, & ad confertum populum quanta potuit feſtinatione properavit, jámque factus propinquior magnîs vocibûs clamavit, ut ante feralis mandati executionem juſtitiæ Miniſtri nonnihil ſubſiſterent. Quod cùm ex Epiſcopi voto illi annuerent, ipſe ex equo proſiliens, prono in terram corpore ſupplex judicibus accidit, ùt reum ſibi donare, vel certè ejus ſupplicium euſque differre vellent, dum ipſe cum Pro-Rege, ad quem aliàs iter haberet, ea ſuper re egiſſet, & vitæ veniam reo impetrâſſet. Verùm nihil evicit Corbinianus, Judicibûs Epiſcopum obteſtantibûs, ne ſupplicio tam neceſſario, támque juſto moras vellet injicere. Actum eſſe de hominis vita, Legis mandato, non ſua auctoritate eum damnatum eſſe. Si veniam Latroni darent, fore, ut ipſi in ſua capita conſciſcerent patibularii pœnas. Actum proinde agere Corbinianum: obſtare Leges Patrias: moriendum eſſe Latroni. At ſaltem, inquit Epiſcopus, eam mihi veniam dabitis, ut remotîs tantiſper arbitris, paucula ei monita ſalubria in aurem inſtillem? Id aſſecutus, qua potuit paternâ ac ſolitâ ſanctâque facundiâ reum cohortatus eſt, ut amore ſalutis æternæ ſibi omnes animæ receſſus panderet, peccata omnia fideliter exponeret, nihilque ſileret, quidquid vel cogitatu, vel locutione, vel ipſo pravo opere unquam contra Deum, contra proximum, contra ſeipſum deliquiſſet. Et verò mitiſſimo, atque ſalutis alienæ cupidiſſimo Epiſcopo facilè annuit miſer, peccataque omnia, quæ quidem animo occurrerant, integerrimâ confeſſione non ſine ingentibus contriti animi indiciis expoſuit, veniámque poſtulavit. Corbinianus ad hoc S. Crucis ſignum, velut abſolutionis & ſalutis æternæ judicium, ac munimen contra quævis occurrentia mala, fronti pectoríque hominis impreſſit, reum benè ſperare juſſum, Deo, Judici ſupremo, commendavit, eique vultu ſubtriſti valefaciens, ſonipedem rursùs conſcendit, & iter ad Carolum Pro-Regem proſecutus eſt quàm potuit celeriter, Latrone interim ex furca à Lictoribus ſuſpensô. Poſthac altera die (nam longiùs ab aula ſupplicii locus aberat) ad Carolum venit Corbinianus: in cujus conſpectum delatus in genua confeſtim cecidit, ſummis precibus obteſtatus Principem, ut, quidquid ageretur de Latrone quodam heri in furcam acto, ſaltem

Pro latrone fit ſupplex.

Digitized by Google

ſaltem cadaver illius ſibi dono daret: pretioſum ſibi munus fore Latronis exuvias. Addidit, qua ratione ſummîs precibûs apud Miniſtros Regios nihil effeciſſet, ut adeò ad eum, penes quem Regia poteſtas eſſet, confugere opus haberet, à quo proinde eam gratiam ſibi humiliter flagitaret.

Obſtupuit utique ad eas preces Carolus, cùm non caperet, quorſum ea Viri Sancti petitio ſpectaret? quid enim? nefarii hominis, infami ſuppliciô affecti, exuvias peteret Vir Sanctus? quo id fine? qua utilitate? quo conſilio? humiliorem eſſe eam poſtulationem, quàm ut vel ab Epiſcopo fieret, vel ProRegi exponeretur. Verùm cùm precationem ſuam urgeret Epiſcopus, negari nihil poterat piæ importunitati. Carolus itaque precibus annuit, miſitque, *Arib. Cap. 8.* qui Latronis cadaver ad Aulam aſportarent. His è ſuis quoque nonneminem adjunxit Corbinianus, additæ etiam fuêre ad loci Magiſtratum literæ, ne Principis juſſa exequentibus obex poneretur, & Corbiniani preces irritæ eſſe pergerent. Ventum igitur eſt bonîs avibûs ad patibulum, è quo Adelbertus (id Latroni nomen erat) ſpectabatur pendulus. Jámque ſcalæ admotæ erant, paratuſque currus, in quo ad Aulam deveheretur cadaver, cùm ecce! ſpirantem, viventem, imò in eo ipſo valetudinis robore, in quo ante triduum ſanctiſſimæ Crucis ſigno munitus à Corbiniano fuerat, conſtitutum deprehendunt: qui è furca ſolutus ſtatim cum iis, quos Princeps & Epiſcopus miſerant, ad Aulam venit, ingentem populi frequentiam excivit ad inſolens illud ſpectaculum concurſantis. *Tunc idem Adelbertus* (ſubdit Aribo) *quaſi paſſer à laqueo pœnarum, habitum mutavit, & in Sanctæ Converſationis vita ſub Magiſterio Viri Dei poſt multa temporum ſpatia finem vivendi fecit.* Quæ Aribonis de Sanctæ Converſationis vita verba quid ſibi velint, tum ex alibi deductis Lector intelliget, tum etiam ex vetuſtiſſimo de S. Corbiniani Carmine, quod refert Arenbeckius *lib. 2. Chronici Bojariorum cap. 22.* apud Clariſſimum P. Bernardum Pezium in *Theſauro Anecdotorum Noviſſimo tom. 3. part. 3.* ubi hæc lego piâ ſimplicitate, ſed magnâ fidelitate ſcripta:

Eúmque demum liberat. *Diſſert. 4. Prolog.* *Col. 78.*

Judicem precatur, ne Latro morte puniatur.
Latronem redimit ab exitio triduanum,
His ordinat Monachum à Crucis morte redemptum.

Vides, Lector, quid veteres intellexerint, quando ſcripſerunt, hominem *mutâſſe habitum*, & *in Sanctæ Converſationis vita vixiſſe*: vides, Corbinianum hujus Monaſticæ vitæ fuiſſe Magiſtrum?

Sanè Aribo pulchrô rurſus epiphonemate hiſtoriam iſtam claudit. Comparans ſcilicet preces Corbiniani cum precibus Sanctæ Scholaſticæ Virginis, quæ, quod non impetraverat à S. Benedicto, impetravit poſtea à Deo; uti Corbinianus, quam Reo vitam non impetraverat à Judice, demùm ab Eadem Divina Bonitate conſecutus eſt.

Cæterùm cùm dicat Aribo, Adelbertum poſthac in *Sanctæ Converſationis vita ſub Magiſterio Viri Dei poſt multa temporum ſpatia finem vivendi feciſſe*, videtur neceſſariâ conſecutione fatendum eſſe, eum Friſingam uſque ſecutum fuiſſe Sanctum Corbinianum. Nam poſt pauculos ab eo factos annos Friſingam Corbinianus venit, uti in conſequentibus ex eodem Aribone memorabimus.

§. V.

Alterum Corbiniani Romanum iter.

Quæ cauſa Corbinianum iter primum Romanum inire compulit, eadem ferè, ut alterum etiam iter ingrederetur, effecit, nempe vanæ gloriæ mundanique applauſûs horror, paupertatis, ſanctæque tranquillitatis amor, ac inexplebile nonniſi rebus Divinis vacandi deſiderium. Res mira *Iterum plauſum fugit.*

in

Digitized by Google

in ſervato, ac poſthac in Monachum mutato Adelberto coram populo, atque in ipſa Galliæ Aula, geſta, quid niſi admirationem, applauſum, concurſum, munera, ac ſanctæ quietis turbationem potuit acceſſere, quæ tamen omnia Ille cane pejus & angue fugiebat? Itaque rursùs ad antiquam ſuam S. Germa-
Arib. Cap. 9. ni Cellulam ſibi confugiendum ratus, nonniſi cum ſuis, quos hactenùs inſtruxerat, Diſcipulis vivere conſtituit, labore manuum ſuarum (ſic enim Aribonem hìc, & in ſequentibus accipimus) vitam ſuſtentaturis. Idem Aribo diſcipulos illos *Clericos* appellavit.

Si *Clericos* illos (dicet fortaſſis nonnemo) appellavit Aribo, ergò Monachi non erant, neque Monaſticam Regulam ſequebantur. Sed parce, quisquis iſta objicis, optime Lector. Ad ea inprimis te remittimus, quæ in Diſſertatione noſtra Prolegomena quarta deduximus: quibus nunc addimus ſequentia.

An Clerici nomen tribuendum etiam Monachis? *Clericorum* nomine à Majoribus noſtris quàm ſæpiſſimè ſignificatos fuiſſe Monachos, res inter ſincerè Eruditos dudùm nota eſt. Eruditiſſimus, atque in ſcrutandis Antiquitatibus longè verſatiſſimus Mabillonius noſter tum alibi
Num. 27. & 28. ſæpè, tum præcipuè in præfatione Sæculi II. Actorum Ordinis noſtri latè demonſtrat, *Clericatûs* nomine ab antiquis Scriptoribus Monaſticam tonſuram, ac ſolemnem Habitûs Religioſi ſuſceptionem non rarò fuiſſe deſignatam. Exempla ejus rei præclara adducit ex Gregorio Turonenſi: ex Conditore Libri de geſtis S. Marculfi Abbatis Nantenſis: ex Jona Sæculi VII. Scriptore: ex Aigrado in actis S. Ansberti Rotomagenſis Epiſcopi: ex Biographo Sanctæ Sigolenæ: ex Chronographo Fontanellenſis Cœnobii, aliíſque: quæ quidem exempla ipſe Mabillonius ſufficere credit ad refellendam eorum perſuaſionem atque errorem, qui, ubicunque *Clerici* nomen expreſſum hodie legerint, Clericos ſæculares, non verò aliquando etiam Regulares ac Monachos intelligi opinantur, ideâ ſanè mirabili; quaſi verò is, cui Epiſcopus aliquot comas ex more exemit, Clericus dici debeat, non verò ille, qui, depoſitis dudùm Comis, ſervitio Dei in aliqua ſacra familia arctiùs ſe addixit, ac inſuper ipſo etiam Sacerdotii gradu initiatus eſt? Quid, obſecro, ad hæc ridicula dicerent ii, qui annîs abhinc nongentîs vixêre, & ſcripsêre? Exempla à Mabillonio in rem noſtram adducta, ne Lectori graves ſimus, non repetimus, ſed ut in ſuo fonte inſpiciantur, rogamus. Interea Monachos etiam in hac ipſa Bojaria olim fuiſſe dictos Clericos, pauculîs monſtramus. Taſſilonem famoſum illum Bojariæ Ducem, à Carolo Magno exautoratum, atque in Monachum fuiſſe attonſum, quis Bojariæ Scriptorum ignorat? & tamen Welto quidam in Donatione Eccleſiæ Friſingenſi ſub Attone quinto Epiſcopo facta ait, id contigiſſe *anno Secundo, quando Domnus Rex Carolus Bajuriam adquiſivit, ac Taſſilonem clericavit*, uti legimus in *libro Traditionum primo*, ſive *antiquo fol.* 159. *b.* Cui loco egregiè ad propoſitum noſtrum conſonat, quod habetur apud Mabillonium *Sæculi III. Benedictini part.* 2. *pag.* 445. ubi ex Annalibus Nazarianis poſt Taſſilonis detruſionem in Monaſterium dicitur: *ibidem* (Taſſilo) *Clericus effectus eſt.* Vides, Lector, Taſſilonem *clericare*, aut *Clericum efficere* idem antiquis Scriptoribus fuiſſe, ac Taſſilonem *in Monachum tondere!* ſed ad propiora veniamus.

Salomon quidam, hujus Cathedralis Eccleſiæ Monachus in traditione quadam ſub eodem Attone Epiſcopo facta vocatur *Monachus* in eodem primo Traditionum libro *fol.* 133. *&* 153. Et tamen ſequenti ſtatim foliô 154. vocatur *Clericus*. Idem de quàm pluribus aliis, & quidem præcipuis Viris Eccleſiæ Friſingenſis alibi fortaſſis pleniùs & commodiùs demonſtrabimus.

In inclyto atque hujus Diœceſis præcipuo Monaſterio Tegernſeenſi quid niſi Monachorum Collegium erat Sæculô Chriſti undecimô? Et tamen cùm ibi piiſſimâ morte defunctus eſſet Ellingerus Abbas, Monachi ejusdem piis ad Deum ſuffra-

Digitized by Google

ſuffragiis commendaturi Religioſum ſuum Contubernium, ejúsque Colonos, hæc inſcripsêre tumulo:

Abba Ellingere hîc Clerum, populúmque tuere.

De quo videri poteſt Metropolis Hundii à Gewoldo aucta *tom.* 3. *pag.* 392. Ipſe Aribo dum de *Clero* S. Corbiniani aliquoties mentionem ingerit, à poſteris hujus Epiſcopalis Palatii Scriptoribus unanimi conſenſu non fuit intellectus niſi de Monachis Corbiniani diſcipulis, veluti luculentiſſimum fit ex iis, quæ è ſeptem catalogis Epiſcoporum Friſingenſium ſupra adduximus. Denique ſi nomine *Clericorum* in eo, quem præ manibus habemus, loco Aribo non intellexit niſi Sæculares Clericos, in contubernio viri Sancti manentes, non verò Monachos, quid ſtatuemus de Adelberto ſupra deſcripto, quem à Corbiniano ordinatum eſſe *Monachum*, & poſthac *per multa temporum ſpatia ſub ejus Magiſterio* vitam produxiſſe ibidem demonſtravimus? Certè Clerus Sancti Corbiniani alius non erat, quàm Clerus Hittonis, nempe *Norma plurima Monachorum, ad laudes Chriſti canendas adunata*, ùt alibi monſtravimus. Itaque certum manet, ab Aribone ab eo, quem explicamus, loco non intelligi Clericos Sæculares, ſed Regulares ac Monachos, qualis nempe fuit Lintto ille, qui *habitum ſæcularem in Domo S. Mariæ* (Friſingæ) *depoſuit, & Clericatûs Monachicam profeſſus eſt vitam*, uti habetur in eodem primo Traditionum libro fol. 219. Item qualis fuit Stephanus III. Papa, de quo legimus, quòd ante Pontificatum in Monaſterio S. Chryſogoni fuerit *Clericus atque Monachus effectus*. Verùm iſta incidenter, & ad monendum Lectorem, in lectione vetuſtorum Codicum neutiquam pertinaciter inhærendum eſſe uſui vocabulorum, qualis apud rudiores aliquando eſt hodie, qui convincuntur nullam diſtinctionem admittere inter Clerum Regularem & Sæcularem, ſed totum *Clericatum* ſolis Sæcularibus tribuere, ac ſeipſos fallere. Redimus ad ordinem Hiſtoriæ.

Diſſert. 4. Proleg.

Mabillon. tom. 2. Annal. pag. 214.

Corbinianus ad Cellam ſuam regreſſus, quamvis ſummis conatibûs eò collaboraverit, ut in tranquillo, ſanctóque otio divinis rebus poſſet intendere, actum tamen ſemper egit, & erumpentibûs è Cella virtutum radiis fidelium turmas ad ſe traxit, ac beneficentiam provocavit. Hæc cùm Corbiniano indies graviora, ac demùm intolerabilia viderentur, occurrit animo, non occaſione virtutum, ſed intuitu impoſitæ ſibi Epiſcopalis Dignitatis creſcere famam ac fortunas ſuas. Ergò re maturiſſimè perpensâ atque Deo commendatâ decrevit Romam rursùs adire, Epiſcopalia munia à ſe amoliri, ſecreta alicujus Monaſterii petere, atque alterius Magiſterio ſeſe ſubmittere. Romam itaque eô quidem, quô priùs animô regredi conſtituit, at non eôdem itinere, ſed flexuoſô, & per eas gentes, ad quas fama virtutum illius nondum pervenerat. Itaque non Regiâ viâ, ſed ſecretioribûs callibûs è Gallia venit in Alemanniam ſive Sueviam: ex Alemannia in Germaniam, quæ ſcilicet trans Danubium ſita eſt: inde in Noricum, quô nomine Aribo manifeſtè Bojariam noſtram intelligit. Ad Bojos ubi progreſſus eſt, miſeratus ruditatem gentis ad Chriſtum *nuper* converſæ, ac memor officii Apoſtolici ſibi à Vicario Chriſti impoſiti paſſim de myſteriis fidei verba fecit, tantô gaudiô à *Novitiis* (quos Aribo vocat) Chriſtianis excepta, ut Corbiniani fama brevì in Regiam (Ratisbonam puta) penetraverit.

Corbinianus de abdicanda dignitate conſilia agit, ac de novo itinere Romano.
Arib. Cap. 9.
Quod etiam ingreditur.

Et ad Bojos venit.

Theodo Dux eô nunciô mirè recreatus, totus ſtatim in eo fuit, ut Corbinianum ad ſeſe accerſitum quantis poſſet precibûs & cohortationibûs pervinceret, ut ſedem in Boica figeret, rudibúsque Bojis Magiſtrum ſeſe daret. Aſt irritæ fuêre preces, cùm cerneret Corbinianus, ſe non minùs in Bojaria, quàm antehac in Gallia honorum, divitiarum, ac perturbationum periculis fore obnoxium. Oblata nihilominùs à Theodone donaria humiliter acceptavit, quippe quæ tum in uſus itineris, tum ad pauperum ſolatium ſibi profutura erant. A Theodonis Aula progreſſus Corbinianus venit in partes filii ejus Grimoaldi, alpi-

Arib. Cap. 10.
Honorificè exceptus.

alpibus & Italiæ viciniores, quæ ei ex partitione Bojariæ à Theodone Parente facta obtigerant, Regiâ Friſingæ conſtitutâ. In eo quoque itinere cùm paſſim de rebus cœleſtibus ſermocinaretur, mirum eſt, quantum ſui deſiderium ex-

Etiam à Grimoaldo Duce.

citaverit non in Duce tantùm, verùm etiam in populo, eum ſibi verbi DEI Doctorem & Paſtorem ſummis conſtantiſſimiſque precibûs depoſcente, Grimoaldô inſuper Eidem hæreditatem inter filios offerente. Verùm Corbinianus vel ad ſola honorum, divitiarúmque nomina ſanctè offenſus, retineri ſeſe minimè paſſus eſt: quem idcircò dimiſit equidem Princeps, at non niſi additis muneribûs, imò etiam viæ comitibûs, qui eum usque ad Longobardo-

Vintſchgau.

rum fines honorificè quidem perducerent, interea tamen Venuſtæ vallis incolas, alióſque vicinos hortarentur, ut redeuntem Româ Corbinianum obſervarent, neque inde dimitterent, donec re ad Aulam delatâ intelligerent, quid porrò Dux fieri vellet?

Ut ſemper hactenùs ſolita fuerat Divina Clementia fugientem honores Corbinianum eventibûs mirabilibûs condecorare, ita in hoc quoque itinere Eun-

Arib. c. 11.

dem voluit reddere inter populos glorioſum. Friſingâ versùs Italiam iter proſequens unà cum ſociis ſuis, ac Comitibus à Grimoaldo Duce ſibi adjunctis intra Alpes ad Breones venerat, aliàs etiam Briones, Breunos, & Brennos dictos, antiquæ Rhetiæ prope Oenum fluvium incolas; qua de re videri poteſt Cluverius in *Germania antiqua*, & Cellarius in *Notitia Orbis antiqui*. Ex quo (ut hìc juverit obiter animadvertere) manifeſtè colligitur, Corbinianum non aliâ viâ inſtituiſſe iter ſuum, niſi eâ, quæ in hodierno Comitatu Tyrolenſi vocatur *ſuperior*, & quâ prope Oenum venitur ad anguſtias, vulgò *Finſtermünz* dictas, ac deinceps in *Venuſtam*, ſive, ùt aliis appellare placet, *Venuſticam Vallem*, vulgò, ùt ſuprà monuimus, *Vintſchgau* appellatam.

Ad hunc, inquam, locum delatus Corbinianus, quietis capiendæ causâ pernoctavit; cùm, ſociis omnibûs noctu indormiſcentibûs, urſus famelicus è ſilva proxima proſiliens unum è clitellariis Corbiniani equis incuſtoditum adoritur, ſternit, ſibiq́ue lautum cœnaculum parat, ac devorat. Expergefacti tandem ſocii aliqui, & inter hos ſupra dictus Anſericus, urſum lanienæ ſuæ incubantem, ſuæq́ue ingluviei opiparè indulgentem conſpicantur, atque territi ad Corbinianum accurrunt, & jacturam nunciant. Tum Corbinianus Deô fretus, atque ad fratrem Anſericum converſus, hem tibi, inquit, flagellum, quô Beſtiam caſtiges, ac poſtea probè contuſæ, interpoſitô Dei mandatô ſar-

Urſo imponit ſarcinas.

cinas imponas, vicariam pro clitellario equo operam deinceps præſtaturæ. Paruit Corbiniano Anſericus, Anſerico obſtupeſcenti urſus, &, quod obſequium hactenùs equus exhibuerat, deinceps inter cætera doſſuaria jumenta poſitô ſilveſtri ingeniô in itinere fideliter impendit.

Videor mihi hìc audire obſtrepentem eruditiſſimum è Gallis virum, qui, cùm in *Notis ad Opera Beati Servati Lupi* noſtri retuliſſet verba ejusdem Servati Lupi, de S. Maximino Trevirenſium Epiſcopo ſimillimum eventum narrantis, auſus eſt eam notam apponere, *ſumptum id eſſe ex Poëticis figmentis* &c.

Verùm cùm Vir eruditus non addat rationem, quâ fuerit permotus ad eam notam eruditiſſimo Lupo inurendam, & aliàs Propheta dicat, quòd Deus, qui eſt *mirabilis in Sanctis ſuis*, homini, præcipuè tantâ ſanctitate conſpicuo, *omnia ſubjecerit ſub pedibus ejus*, ſanè non apparet, cur hìc ſcriptorem illum Gallum audiamus, cùm aliàs eâdem facilitate negari poſſent omnia, quæ de obedientia à feris præſtita, tum in Scriptura ſacra, tum in innumeris Sanctorum Actis leguntur, delendúmque illud ex officio B. Agathæ foret, quod illa Quintiano Præſidi reſpondit: *Si feras mihi promittis, auditô Chriſti nomine manſueſcunt:* quod dicere avertant à nobis Superi! Friſingenſes certè ſanctiùs

Hinc Urſus Inſigne Urbis Friſingenſis.

credunt Ariboni Epiſcopo ſuo, Teſti utique graviſſimo, ac fortè rei geſtæ fermè ſynchrono; atque ideò Corbiniani urſum urbis ſuæ Inſignibus meritò inſeruerunt.

Tri-

Digitized by Google

Aribo cap. 12.

Corbiniano ſubducitur ſonipes.

Tridentum progreſſus Corbinianus cùm inter equos unum formâ præſtantiorem (Theodonis, ùt videtur, aut Grimoaldi donum) adduxiſſet, eum non Urſi alicujus ſed Hurſingi Comitis, à Langobardorum Rege urbi illi Præfecti audaciâ amiſit. Quæſierat ille è Corbiniano, an ſonipes ille non eſſet fortè venalis? Cupere enim ſe paratô pretiô eum ſibi comparare. Corbinianus verò, qui & equi operâ ob itineris incommoda indigebat, & mercaturam inſtituere nunquam cogitaverat, modeſtâ vultûs compoſitione & ſilentiô amicè prodidit, ægrè ſe, ſuóſque ſocios equô illô in via carituros eſſe. Tum Hurſingus, quod impetrare pretiô non poterat, auſus eſt ſublegere furtô, ſed paulò pôſt acerbiſſimè luendô, uti audiemus, cùm Corbinianum Româ Tridentum reducem narratione comitabimur.

à Rege Langobardorum honores exhibentur.

Longè humanior erga Corbinianum ipſe Langobardorum Rex Luitprandus fuit, qui eum Papiam ſeu Ticinum ad ſe delatum benigniſſimè complexus eſt, eúmque ſeptem dies integros ſecum detinuit, atque de rebus cœleſtibus ſuaviſſimè diſſerentem cupidiſſimè audivit, nec niſi favoribûs regiîs cumulatum dimiſit, poſtquam ſe, ſuáque omnia precibus Viri Dei impensè comendâſſet.

Alius equus abducitur.

Regis ſui illuſtre exemplum (ùt aliquando fieri ſolet) minimè ſecutus eſt Miniſter Regis, urbis Præfectus, Comes itineris ab eodem Rege Corbiniano usque ad Padum fluvium adjunctus. Is eâdem, quâ nuper Hurſingus, pravâ cupiditate incenſus alium Corbiniani ſonipedem ab eodem petierat pretiô oblatô. Verùm Corbinianus factam jam duorum equorum jacturam meritò cauſatus, carere equô ſeſe non poſſe modeſtâ excuſatione affirmabat. Verùm quidquid memoraret Sacer Antiſtes, fruſtra fuit. Diſparuit mirâ nequitiâ equus, ad ſtabulum Præfecti urbis duci juſſus. Verùm quas Deo pœnas dederit etiam hic alter abigeus, ſuô locô, ubi narrationis ordo exegerit, conſpiciemus.

Piſces miraculò eidem obveniunt.

Cùm iter ſuum proſequeretur Corbinianus, bis accidit, ut feriâ ſextâ nihil in penu, præter carnes, ſupereſſet, quibus eâ die veſci non licebat. Verùm, qui *volucres cœli & piſces maris* præſtò vult eſſe ad obſequia ſervorum ſuorum Deus, primò quidem aquilæ: poſtea verò mirabili Anſerici operâ piſces Corbiniano miſit, uti diffusè Aribo recenſet. *Cap. 14.*

Diluitur objectio.

Si cæterîs diebûs carnes admiſit Corbinianus, (objicit nonnemo) tunc Benedicti legibus morem non geſſit, aut in triceſimum nonum Regulæ Caput peccavit.

Reſpondemus, Regulam S. Benedicti, teſte magnô Gregoriô noſtrô, ejusdem confirmatore, eſſe *diſcretione præcipuam.* Fratribus, *qui in via ſunt*, nihil inculcatur, quàm *ut non eos prætereant horæ conſtitutæ, ſed, ut poſſunt, agant ſibi, & ſervitutis penſum non negligant reddere.* *Cap. 50.* Neque de abſtinentia à carnibus aliô locô aliquid additur, ubi agitur *de fratribus in via directis.* *Cap. 67.* Sic etiam circa vini & veſtimentorum uſum S. Benedictus modeſtiſſimam Regulam ſcripſit, ubi ſemper Regionum, atque ejusmodi circumſtantiarum rationem haberi voluit. Mabillonius recenſet exempla aliorum quorundam Sanctorum Ordinis noſtri Virorum, qui aliquando eſum carnium (extra Monaſterium ac in itinere maximè) ſibi licitum eſſe cenſuerunt. *Tom. 2. Annal. pag. 235.* Certè abſtinentiam à Carnibus non eſſe, ac per conſequens nunquam fuiſſe de ſubſtantialibus Ordinis S. Benedicti, declaravit Sixtus IV. in Privilegio Ciſtercienſibus anno 1475. Idib. Dec. conceſſo, uti hæc & ſimilia Hæfftenus deducit. *Diſquiſit. Monaſt. lib. 10. Diſquiſit. 15.* Itaque contra diſcretiſſimam S. Benedicti Regulam nihil commiſit Corbinianus, ſi in tanto itinere conſtitutus, atque aliâ alimoniâ deſtitutus, carnes comedit, qui ipsâ ſextâ feriâ piſces nonniſi miraculô obtinuit.

Digitized by Google

§. VI.

Corbinianus, re Romæ infectâ, redit Majas.

Arib. Cap. 15. Corbinianus Epiſcopale munus à ſe amoliri conatus.

CUm Romam iterum attigiſſet Corbinianus, prima ei cura fuit *ad utraque Beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli limina*, nempe ad illam Divi Petri Baſilicam, quam Vaticanam dicimus, & alteram Divi Pauli viâ Oſtienſi, ſeſe conferre, ac vota animi, omnis honoris impatientis, Beatiſſimis Apoſtolis commendare. Tum ad Gregorii Pontificis pedes iterum provolutus, verùm ſtatim ſurgere, atque Pontifici aſſidere juſſus, dona quædam (piô tum Romam peregrinantium more) eidem primò obtulit, atque ferventia animi ad vitam ſolitariam, Monaſticamque unicè adſpirantis deſideria explicavit. Mox in ſecretius conclave à Pontifice ductus, jam non tam verbîs, quàm fletibûs, lachrymîs atque ſingultibûs cauſam ſuam egit, atque quantas animi turbationes, anguſtias & timores ab impoſito ſibi Epiſcopali onere eousque ſenſerit, expoſuit, nullum animi ſolatium ſibi ſupereſſe teſtatus, niſi Pontifex ſibi, detractô Epiſcopali honore, facultatem concederet, aut Cœnobio, aut Cellulæ privatæ ſeſe includendi, aut denique in ſilva quadam agrum colendi.

Obſtupuit ad tam lachrymoſa eloquentiæ flumina, atque admirabilem Corbiniani humilitatem Pontifex, dimiſsôque tantiſper à ſe virô ſanctô, deinceps non ſolô ſuô, ſed adhibitô etiam Suorum conſiliô de Corbiniani votis deliberandum eſſe cenſuit. Modeſtiam illam Corbiniani noſtrô maximè ſæculô admiratione dignam exiſtimat Brunnerus, quòd *nulla rariùs Romam cauſa deferatur, quàm honores deprecantium.* Addimus nos, rarò in ventilanda alicujus Epiſcopi, miſſionem ab officio petentis, cauſa à Pontificibus *Synodum* (ùt quidem Aribo, & poſt eum Harduinus, Cave, & alii vocant) fuiſſe congregatam. Tanti ponderis Sapientiſſimo Pontifici videbantur eſſe Corbiniani proces.

In eo Presbyterio (ùt ad annum Chriſti 724. Baronius vocat) ſeu eorum, qui in Urbe præſtò erant, Epiſcoporum aliorúmque Eccleſiaſticorum virorum conventu expoſuit Pontifex, quid? à quo? quantisq́ue precibûs à ſe fuerit poſtulatum? ac, num Corbiniani precibus deferendum eſſet, Patres rogavit.

Sed fruſtra.

Convocati Viri graviſſimi, cùm pias Corbiniani preces ad Scripturæ, Conciliorum ac SS. Patrum trutinam maturiſſimè revocâſſent, unô demùm ore concluſerunt, nefas eſſe, tantum virum ab eo, quod ſemel ſuſcepiſſet, Epiſcopali officio dimittere. Ipſam humilitatem, ob quam ſolam ille ſeſe eô honore indignum cenſeret, digniſſimum illum, atque aptiſſimum reddere ad munus tam ſublime utiliter, & cum fructu animarum ampliſſimo gerendum. Itaque eandem animi demiſſionem, ob quam, licèt invitus, antehàc ad eam dignitatem fuerat evectus, debere etiam obtinere à Pontifice, ne eâ ſeſe abdicare unquam Corbinianus permittatur. Productus deinde in medium Corbinianus, cùm non haberet, quod graviſſimis momentis, ſibi in ampliſſimo Patrum conſeſſu objectis reſponderet, & Pontificem propoſiti ſui tenacem adverteret, ne manifeſtæ Dei voluntati porrò obniteretur, tandem manus dedit, ſed lachrymîs irriguas. Dehinc Romæ aliquamdiu moratus, cùm cætera, quæ oportebat. diſpoſuiſſet, benè precante Pontifice, urbi mœſtus valedixit.

Arib. Cap. 16. Supplicium ejus, qui caballum rapuerat.

Eâ ipsâ horâ, quâ Româ rediens Corbinianus rursùm Ticinenſibus muris imminuit, ecce! obvium habet funus nobile, comitantibûs urbis Proceribûs ad ſepulturam elatum. Obſtupuêre ad obviantis Epiſcopi conſpectum funeris Comites, cúmque nollent eam, quam ſtatim animô conceperant, ſententiam

tiam præcipitare, diligenti inquiſitione indagârunt, quis Advena Ille Epiſcopus, & an reapſe Corbinianus eſſet? cúmque Corbinianum eſſe intelligerent, eum ipſum ſcilicet, cui defunctus ille equum ſeſe ſubduxiſſe ſæpiùs, ac palàm dolentiſſimis vocibûs teſtatus nuper fuerat, in ſtuporem verſi non poterant non palpare ſeveriſſimam Numinis vindictam, eámque vel ideò manifeſtam, quòd eâ ipsâ horâ, quâ urbem ingrederetur Corbinianus, efferretur mortuus is, qui injuriâ illum affecerat. Pervenit poſteà ilicò fama Divinæ ultionis ad Aulam, in quam Corbinianus ſtatim deductus, & cum ſumma veneratione receptus eſt. Vix Regem demiſiſſimè ſalutaverat Vir Sanctus, cùm adeſt recèns defuncti uxor vidua mœſtiſſima, & inter amaros ſingultus ad Corbiniani pedes accidit. Ibi mariti ſui ſcelus palàm confeſſa, audiente ipsô Luitprandô Rege, ordine expoſuit, eâ ipsâ, quâ equum abduxiſſet, die maritum ſuum in languorem incidiſſe, vimque mali grandia indies habuiſſe incrementa, donec tandem ex Medicorum judicio ad extrema delatus ſit. Interea cum probè intellexiſſe, mali totius originem non aliunde, niſi è furto equi, Corbiniano ſublecti, deſcendere; & ea quidem de cauſa præcepiſſe ſibi, ut equi abducti cautam haberet curam usque ad Viri Sancti reditum, cúmque regreſſuro ocyùs reſtitueret unà cum ſolidis ducentis pro reſarciendo damno, ex equi abductione iter agenti Epiſcopo illato. Cæterùm impenſiſſimè rogâſſe, ut Corbinianus pro grandi illa, quâ in animarum ſalutem flagraret, charitate veniam ſibi facinoris indulgere, & potenti ſuô ſuffragiô Deum ſibi propitium reddere dignetur: interim ſonipedem abductum foris adſtare ſanum ac integrum. Hæc dicens Matrona Nobilis unà ducentos ſolidos ex mariti defuncti mandato obtulit.

Rursùs Ticini à Rege benignè excipitur Corbinianus.

Ubi ſonipedem recipit.

Vidit iſta & audivit præſens Luitprandus, terroréque facti concuſſus ad pedes Corbiniani accidere non erubuit, obteſtatus magnis precibûs, ut equum, & oblatas pecunias non reſpueret, neque ulteriori dolore nobilem Viduam, imò ſe ſuóſque conficeret. Ita coactus eſt Corbinianus non ſonipedem tantùm, ſed & pecunias, vellet, nollet, recipere, niſi mallet tantorum ſupplicum timores cumulare. Diſcedenti poſtea piiſſimus Rex rursùs alia inſuper munera, ac viæ ſolatia adjecit.

Cum pio fœnore.

Nondum Tridento propinquaverat Corbinianus, cùm jam fama de ejus reditu illuc pervolavit. Hurſingus, quem ſupra diximus, urbis Præfectus, re intellectâ cenſuit, occurrendum eſſe Sancto Epiſcopo, veniámque ſceleris ſubtractô alterô equô admiſſi petendam. Ut in conſpectum Corbinianus venit, humiliter ſalutato advolutus eſt flexô poplite Hurſingus, expoſuitque, quàm graviter luiſſet ſuam in ſubducendo ſonipede audaciam, nempe grandi quadraginta duorum jumentorum jacturâ, lue elephantiacâ (elephantinam Aribo vocat) extinctorum. Obtulit deinde idem Hurſingus in expiationem ſceleris admiſſi duos alios equos, & ducentos inſuper auri ſolidos. Cui Corbinianus facilè veniam dedit, poſthac à fámulis Comitis usque ad Bojariæ fines, Majas nempe, atque ad Venuſtam Vallem, cum plurima reverentiæ ſignificatione ductus. Adeò nec hominibus, nec beſtiis impune fuit res Corbiniani invadere ac temerare.

Arib. Cap. 17. Hurſingi reſipiſcentia.

§. VII.

Corbinianus Majîs interceptus ad Grimoaldum Ducem venit.

PRoſequentibus Tridentô iter versùs Bojariæ fines neutiquam patebat eô tempore via illa, quâ hodie Bulſanô Brixinam inter Rupes prope Iſacum Torrentem commodiſſimè itur. Ea enim via pauculis abhinc ſæculis ingeniô & operâ cujusdam Civis Bulſanenſis (Khuntero cognomen erat)

Arib. Cap. 18. Olim non erat ea, quæ hodie eſt, per mediam Tyrolim via.

Digitized by Google

reperta, & impenſis ingentibûs Principis terræ parata fuit, uti ſaxo inciſum legunt, qui illic iter faciunt. Erat equidem alia Bulſanenſibus verſùs Sabionam, locúmque, ubi hodie Brixina viſitur, via, ſed ardua nimìs, quippe ſupra montes aſperrimos & excelſos ducens, cujus veſtigia etiamnum ſuperſunt & monſtrantur ab accolis, quod oculìs ipſi comperimus. Itaque qui Sæculò Chriſti octavô ex Italia in Bojariæ fines venire commodè volebant, Tridentô iter verſùs Majas (urbem olim, nunc pagum ampliſſimum) relictô ad dexteram Bulſanô, atque bis ſupra Atheſin fluvium inſtituere debebant. Hinc non aliis, quàm Majenſibus, & vicinæ Vallis Venuſtæ Incolis mandavit Grimoaldus Bojariæ Dux, ut redeuntem ex Italia Corbinianum interciperent. Neque verò ſpes Principem, nec Corbinianus Majenſes fefellit. Itaque Majîs ſubſiſtere juſſus eſt, dum Grimoaldus Dux de Ejus reditu fuiſſet edoctus. Illud itineris ſui impedimentum denique non gravatè tulit Vir Sanctus, ſed à Numinis Clementia ſibi injectum cenſuit.

Corbinianus intercipitur.

Audierat eô tempore Corbinianus, prope Majas reperiri Sacellum, in quo Sancti Valentini Patavienſis olim Epiſcopi Reliquiæ eſſent reconditæ. Sanctus ille Epiſcopus, Valentinus, inquam, circa annum Chriſti CCCC. exanclatìs graviſſimìs pro Dei Gloria ac animarum ſalute in Norico laboribûs in odium fidei Pataviô pulſus, ut, quod vitæ reliquum erat, Deo in ſolitudine dulciùs impenderet, prope Majas Oratorium ſibi ſub Patrocinio, ùt ferunt, S. Stephani Martyris, Patavienſium Patroni, ſtruxerat, ubi demùm ſanctè mortuus, terræque mandatus eſt. Supereſt in hanc diem Sacellum illud, & in vicina arce *Neyberg*, olim Trautmansdorff dicta, monſtratur locus, cui *Sancti Valentini Camera* nomen hodieque adhæret, veluti recentibûs literîs nunciatum nobis Meraniâ, viciniſſimâ Majenſibus urbe, fuit.

Ad S. Valentini exuvias confugit.

Tam ſanctâ opportunitate utendum ratus Corbinianus, ad Beati Viri ſacras Exuvias ſeſe contulit, preces Deo fudit, Valentinumque ſibi Patronum delegit. Cùm verò frequens id ageret, advertit demùm, Sanctum illum Epiſcopum locum ſibi elegiſſe, qui ſilveſter quidem eſſet, ſed tamen culturam facilè admitteret, *Camina* eô tempore dictus. Arriſêre inſuper decurrentes ex vicinis montibus rivuli duo, quorum uni *Timone*, alteri *Finale* nomen erat, alvei verò ſucceſſu temporum irruentibûs per Alpes grandioribûs torrentibûs abſorpti hodie neſciuntur, & nomina nonniſi in Aribone, & aliorum, qui ex ipſo ſcripſêre, libris ſuperſunt. Tantô loci illius amore captum ſeſe ſenſit Corbinianus, ut jam tunc de illo ſibi comparando conſilia iniret, atque, cujúsnam dominio locus ſubeſſet, indagare inciperet.

Hæc ex literis Meranienſibus ad nos datis. Alii aliter interpretantur.

Friſingam invitatur.

Verùm inter iſta adſunt miſſi à Grimoaldo Nuncii, Principis nomine ſupplices, ut ad ejus Aulam citò ſeſe conferre Corbinianus vellet. Porrò invitationi, cæterà perquàm humanæ, non obſcurè adjectum fuit, nî fortaſſis ſponte ſuâ venire Corbinianus cogitaret, non defore modos, quibûs ad Grimoaldum trahi poſſet etiam invitus. Audiît iſta non ſine aliquo horrore Corbinianus, neſcio quid tempeſtatis præſagiente animô.

Arib. Cap. 19.

Quapropter relictîs apud Majenſes ſarcinîs ſuîs ſubtriſte ad Grimoaldum, Friſingæ degentem, iter inſtituit. Factus Aulæ propinquior, edoctusque, Grimoaldum contra divinæ Autoritatis, Canonúmque Decreta uxorem, Theodibaldi fratris ſui, nuper defuncti, thori habere ſociam, Divini honoris Zelô incenſus, ſpretâ, quam ſine piaculo obtinere non poſſet, Principis gratiâ, denunciavit operâ cujusdam Miniſtri Grimoaldo, ſe priùs in Aula Eundem nunquam ſalutaturum, quàm Is inceſtuoſæ conjugi, vitæque veteri, adverſùs orthodoxas leges hactenùs actæ, valediceret.

Cunctatur coram Duce comparere.

Malè ea res Grimoaldum, peſſimè Pilitrudem (id enim mulieri nomen) habuit. Grimoaldo aut præſentiâ Corbiniani, aut Pilitrudis conſuetudine carendum erat, grandi utrinque & penè intolerabili jacturâ. Pilitrudis, ſi facien-

ciendum eſſet divortium, facilè conjiciebat, neminem poſthac fore, qui ſuæ vel libidini vel faſtui vacare vellet, quæ res ipſâ morte videbatur acerbior. Quid igitur? funeſta Herodiadis conſilia animum procacis fœminæ ſubeunt; hujus illa ſceleſtas partes ſuſtinere jamjam cogitabat. Neque res latuit Epiſcopum, qui tamen, animô minimè dejectô, oppoſitas Joannis partes nihilò ſegniùs ſibi exequendas cenſuit, Principique identidem illud denunciavit: *non licet tibi habere uxorem fratris tui.* Arguebat, obſecrabat, increpabat, certus mori potiùs quàm cedere inceſtuoſis Principibus. Apud ſupremum quoque Numen agebat precibûs aſſiduis, ut ſaniora Conſilia occæcatis Conjugibus ſuggerere, potentíque ſtimulô duritiem cordium flectere ob ſui nominis gloriam dignaretur. Et verò voluêre apud miſerentis Numinis Clementiam Corbiniani preces, quod apud Grimoaldum & Pilitrudem valituræ non erant. Quadraginta tamen dies fluxêre, donec ad futurum magni diei judicium trepidare, atque libidinem nefandam execrari didicerunt. Adfuêre igitur tandem ad pedes Epiſcopi, ſceleriſque veniam pronis in terram corporibus deprecati ſunt, polliciti nuncium mittere priſtinis ſordibus, dummodò DEI auctoritate ſibi ignoſcere Corbinianus vellet. Donec inceſtuoſum thorum ejuraret.

Non potuit ſe Corbinianus continere, quin paternâ pietate complecteretur fatentes reos. His proinde DEI nomine ignovit, Cruce, ex more, ſuper eos ductâ: Cæterùm pro eluendo pœnarum reatu eleemoſynis, jejuniis, & orationibûs iis injunctîs. Ita conciliatîs tandem animîs paſſus eſt Corbinianus in Aulam ſeſe deduci, ubi poſthac non deſtitit ſaluberrimîs monitîs vigilantiſſimi Paſtoris munia ſtrenuè implere, atque Sedem Epiſcopalem Friſingæ utcunque figere. Id contigiſſe anno Chriſti 724. alibi ex Baronio, Spondano, Pagio, Harduino, atque Guilielmo Cave oſtendimus.

§. VIII.

Corbiniani Curæ pro Friſingenſi Eccleſia.

DUdùm ante Corbiniani adventum in Caſtro Friſingenſi erectam fuiſſe in Deiparæ Virginis honorem Eccleſiam, tum ex Aribone conſtat: tum etiam ex vita S. Maximiliani ſupra demonſtravimus. Huic Eccleſiæ fuiſſe à Corbiniano adjunctam aliam, Divo Benedicto ſacram, itidem non tantùm ex Ottone Friſingenſi Epiſcopo, aliíſque Eidem coævis Scriptoribus, verùm etiam ex longè vetuſtioribus membranis itidem ſuprà probavimus, ubi etiam didicimus, iis Eccleſiis fuiſſe additum Monachorum Conventum. *Arib. cap. 10.* *Diſſert. 2. Proleg.* *Diſſertat. 4. Proleg.*

Non poterant verò conſervari fabricæ illarum Eccleſiarum, neque Corbinianus cum ſuis habebat, unde ſtabilem Friſingæ ſedem figeret, niſi de comparandis quibuſdam, atque Eccleſiæ Friſingenſi adjiciendis prædiis ageret.

Deliberandum itaque erat, ubi, & quæ prædia, quibúſve auxiliis eſſent comparanda? De Grimoaldi equidem benignitate certus eſſe poterat Corbinianus, niſi malignîs Pilitrudis conſiliis & lenociniis rursùs corrumpi eum poſſe timeret. Vicina interim Urbi Friſingenſi prædia fortaſſis non arridebant, ne rei domeſticæ Grimoaldi Ducis quidquam detraheretur, atque cavillandi occaſio Aulicis præberetur. Hærebat verò in animo ille prope Majas & S. Valentini Sacellum locus, quem ſuprà deſcripſimus, & qui extra Pilitrudis atque aliorum conſpectum ac invidiam poſitus eſſet, atque in futuros, quos timebat, eventus aſylum præbere poſſet; quippe in ipſis Bojariæ finibus tum quidem ſitus, & prope quem ſarcinas ſuas depoſuiſſe Corbinianum ſuprà diximus. Prudentiſſimô itaque Conſiliô uſus Grimoaldo perſuaſit, ut datô ad redimenda peccata pretiô locum euſque Sylveſtrem compararet, atque Friſingenſi Eccleſiæ adji-

Digitized by Google

adjiceret. Neque annuit duntaxat benignus Princeps, verùm etiam unà cum Corbiniano Majas venit, atque oblatò Nobilibus Venditoribus juſtò pretiò agros, prata, vineas cum vicinarum alpium parte, à Corbiniano tantoperè ſuſpirata, coëmit, literis atque inſtrumentis ex more confectis, atque ſibi traditis. Totum verò, quod comparaverat Grimoaldus, deinceps ſtatim Eccleſiæ Beatiſſimæ Virginis Friſingenſi, adhibitis Teſtibûs, per manus Corbiniani contulit perpetuis illius uſibus ſerviturum. Quo rerum ſucceſſu lætus Corbinianus ſtatim culturæ ſolicitam manum adhibuit, vineas ampliavit, arbores fructiferas plantavit, domum ædificavit, ac præcipuè ibidem (non verò Friſingæ, ùt Aribonem minùs accuratè interpretatur Mabillonius) antiquum S. Valentini Oratorium aut reſuſcitavit, aut ampliavit, illúdque tum ipſius S. Valentini, tum S. Zenonis Veronenſis Epiſcopi & Martyris patrociniis initiavit: unde accidit, ut Sancti Illi duo Epiſcopi, à Corbiniano in Evergetas ſuos electi, in hanc uſque diem annuo officio in Friſingenſi Diœceſi colantur.

Prima Eccleſiæ Frigenſis prædia.

Arib. cap. 21. Eo ipſo tempore Dux à vidua quadam, Fauſta nomine, in ea vicinia, nempe propè Majas domicilium habente, bona quædam comparaverat in vico Venuſtæ vallis, *Chorzes* (non *Chories*, uti habent recentiores quidam vitiati Codices) hodie Chortſeh dicto, ſita, certis conditionibûs in venditricis futurum commodum adjectis. Cùm verò non ita multò pòſt, ùt videtur, vidua diem ſuum obiiſſet, Corbinianus ex oblatis ſibi antehac tum in Gallia, tum in Norico atque Italia pecuniis nongentos auri ſolidos (quæ ingens erat pecuniarum eo tempore ſumma) Duci numeravit, ac poſtea tum Corbinianus ipſe, tum Grimoaldus bona illa eidem Eccleſiæ Friſingenſi obtulerunt, atque hæc erant humilia illa, & ſancta hujus Cathedralis Eccleſiæ, poſteris annis & ſæculis maximis incrementis augendæ primordia.

Quibus mox alia accedunt,

Pretiò à Corbiniano datò.

§. IX.

Mira in Monte S. Stephani patrata.

Arib. cap. 23. ACcidit aliquando, ut Corbinianus Friſingæ neſcio quo corporis incommodo detentus ad matutinas laudes DEO perſolvendas aſcendere non poſſet ad Oratorium S. Stephani, in quo eo quidem tempore ipſe unà cum ſuis horas Canonicas cantare ſolebat. Itaque cùm comparere ipſe quidem non poſſet, fecit tamen, ut ſui comparerent, iiſque, uti regula S. Benedicti *verſ. 1.* *cap.* 47. Abbati præcipit, *horam operis Dei noctu ſignificavit.*

Paruêre illi, ac montem conſcendêre alacres. Verùm cùm Eccleſiæ jamjam fierent propiores, videbant prorumpentes è feneſtris, ipsóque adeò tectô tantos cœleſtis cujusdam luminis fulgores ac radios, qui omnes noctis tenebras illic fugarent. In ipſa deinde Eccleſia perſonuit tam ſuavis modulantium, canentiúmque chorus, ut nunquam aptiùs dici potuerit illud: *Prævenerunt Principes* (Angeli) *conjuncti Pſallentibus.* Cæterùm ubi Monachi Eccleſiæ januam jamjam ingreſſuri erant, locum iis ceſſit cœleſtis Muſica, ac voces quidem, fulgoréſque ceſsârunt, odorem tamen cœleſtem adhuc ſenſêre omnes, íſque ad integrum triduum ſuperfuit, ac iis, quæ Monachi narraverant, fidem fecit. Non deſunt, qui ſcribant, Corbinianum ſuam illam à Sodalibus abſentiam poſthac largè defleviſſe, non aliâ utiquie ratione, quàm quòd cœleſtis illius Muſicæ ſolatiò carendum ſibi fuiſſet. Certè montem illum ab eo tempore adeò æſtimare cœpit, ut habitaculum ſibi, ſuíſque ibi ſtruxerit. Incommodum equidem evenerat, quòd nullæ ibi aquæ in uſus quotidianos reperirentur, ſed magno labore ex præterfluente ad pedem montis Moſaco fluvio aſportari deberent. *Arib. cap. 24.* Verùm Corbinianus ſuos blandè ſolatus, ſolus aliquando in montis umbilico ambulans ad exemplum magni illius quondam Pontificis Clementis, *ora-*

Modulatio cœleſtis in Eccleſia S. Stephani.

Prope quam poſtea Corbinianus ſibi ſuíſque domicilium ſtruxit.

vit

Digitized by Google

vit ad Dominum, ut ſervis ſuis fontis venam aperiret. Fiduciâ deinde plenus, eum, quô nitebatur, ſcipionem in ea montis parte, quæ meridiem reſpicit, infixit, ſtatímque tantum aquæ effluere cœpit, quantum ſuffecturum erat neceſſitatibus atque deſideriis Miniſtrorum DEI. Perennis etiamnum fons ille manat, manétque in ſingulare tum valentium, tum ægrotantium ſolatium, de quo ſuîs locis plura dicenda occurrent ſingulari mentione digna. Ac fontem excitavit.

Cæterùm tametſi factum iſtud Corbiniani poſt alia ſupra de Eccleſia Beatæ Mariæ ac S. Benedicti recenſita Aribo hôc primùm locô referat; ut adeò ex ordine Hiſtoriæ ab eo ſcriptæ Corbinianus priùs videri poſſit incoluiſſe montem S. Mariæ, quàm S. Stephani; reperitur tamen in nonnullis codicibus Friſingenſibus, Corbinianum priùs congregâſſe Fratres & Conventum in monte S. Stephani, ac poſtea primùm cum iis in montem ſanctæ Mariæ commigrâſſe, uti ex iis diſcet Lector, quæ in Diſſertat. IV. Prolegomena adduximus. Nos in re incerti nil certi ſtatuimus, & illud ſolùm obſervamus, non apparere rationem, cur S. Corbinianus, ſi montem S. Mariæ ſemel incolere cœpit, eum poſthac deſeruerit, & alterum S. Stephani elegerit; eóque rursùs abdicato ad B. Virginem migraverit.

§. X.

Corbinianus metu Pilitrudis Friſingâ Majas abit.

GRimoaldus aliquando Corbinianum, hoſpitem ſibi acceptiſſimum, ad prandium ſecum ſumendum invitaverat: comparuit Corbinianus, vidénſque cibos menſæ impoſitos, largitorem omnium bonorum Deum devotiſſimè laudans, gratias ei dixit, atque ſalutiferæ Crucis ſignô manu in aëre ſuper cibos ductâ ſalutem, Cœleſtémque benedictionem iis omnibus precatus eſt, qui tam inſignibûs Divinæ Beneficentiæ donîs reficiendi erant. Contigit verò poſtea, ut Grimoaldus Dux panem è menſa ſuo, quem in deliciis habebat, cani projiceret. Ea res maximoperè non afflixit tantùm, verùm etiam commovit virum ſanctum (qui ex Aribonis teſtimonio *contra vitia ad iraſcendum facilis erat, velox ad ignoſcendum*) quod ſcilicet Grimoaldus eſcam, Eccleſiaſtica precatione benedictam, ſepoſita tum ſacræ Benedictionis, tum Chriſtianorum rituum debita reverentiâ, non dubitaret cani vorandam objicere. Indignatus itaque Grimoaldo Doctrinæ Chriſtianæ adeò incurio, mirô priſci rigoris exemplô menſam dextero pede evertit, negavítque, illum eâ benedictione, cibiſque dignum eſſe, quibûs ipſe canes dignos cenſuerit. Addidit ſibi poſthac fas non eſſe, ad ejusmodi prandium Grimoaldi venire: & cum dicto è Palatio digreſſus donum ſe contulit. *Arib. cap. 22.* *Arib. cap. 51.* Priſtini rigoris exemplum.

Commodiſſima erat Pilitrudi ea occaſio Corbinianum carbonibûs nigerrimîs Grimoaldo depingendi. Laſciva Mulier dudùm nihil aliud optaverat, quàm ut perniciem exitiúmque accerſeret ei, qui ſe è Grimoaldi amplexibus abſtraxiſſet. Hinc eâ occaſione utendum rata, Grimoaldo continuò inſultavit, atque exprobravit, an nondum adverteret, quem in Corbiniano virum coleret, ſuperbiſſimum ſcilicet ſacrificulum, Ducalis Majeſtatis, & Gratiarum collatarum audaciſſimum contemptorem, nihil deinceps non auſurum in Principem, quem nuper etiam uxore, atque hæredibus ulterioribûs ſpoliaverit, & nunc etiam blanditiis innocui Catelli, ac demùm cibîs ipſis judicaverit indignum, menſam inſuper Ducalem temeraverit, aulam totam ſtupore facinoris impleverit. Tollendum utique eſſe protervum hominem, ne gravioribus periculis aula univerſa cum ipſo Principe obnoxia maneat. Hæc & his ſimilia Pilitrudis. Pilitrudis iras acuit.

Verùm Grimoaldus longè mitiùs interpretatus pias Corbiniani admonitiones, veritúſque, ne Friſingâ diſcederet vir zelo DEI plenus, & tot mirîs even- Quibus Grimoaldus obnititur.

tibûs à DEO honoratus, unà cum ſuis è Palatio ad Corbinianum ſeſe contulit, veniam erroris rogavit, emendationem condixit, ac præterea donaria quædam adjecit. Porrò ſupplici Corbinianus facilè iterum ignovit, cúmque illô in gratiam, ac poſtea etiam ad menſam rediit. Addit Aribo, eo tempore fortunas Corbiniani magna auctaria accepiſſe, quamvis ille ea minimè amâſſet.

Alteram adversùs Corbinianum furendi occaſionem Pilitrudi dedit, quod alio deinceps tempore contigit. Pomeridianîs horis aliquando Corbinianus ad Cathedralem ſuam B. Mariæ Virginis Eccleſiam properabat, laudes conſuetas perſoluturus Supremo Numini: Cùm ecce! obviam habet ruſticanam quandam Mulierculam, jam antehac ex rei Magicæ ſuſpicione ſibi graviter delatam. Qui veneficam comitabantur, carnes portabant; nonnemo etiam jumentum ex fune ducebat. Suſpicatus rem à fœmina mala non agi bonam Corbinianus interrogat, quid negotii Friſingæ Muliercula illa habuiſſet? quid fercula, quid jumentum, quid comitatus ille vellet? Illa nihil tergiverſata reponit Pontifici, vocatam ſe à Pilitrude fuiſſe, ejúsque filium, ſpectrîs Dæmonum territum & malè affectum, potenti quodam carmine & artibûs ſuîs incolumitati dexterrimè reſtituiſſe: & inde quidem ea, quæ videret, ſoteria ex Principis fœminæ remuneratione domum reportare magnô utique ſuô meritô? Cohorruit ad impudentes Veneficæ voces Corbinianus. Hinc juſtô Divini honoris zelô impulſus, ex equo prorumpit, in os veneficæ involat, eâque probè depalmatâ prædam, peſſimîs artibûs partam, inter egenos ad *Urbis* portam diſtribuit, Mulieris ſcelus, atque irrogatam Divinæ Majeſtati injuriam deplorans.

Corbin. Veneficam depalmat,

Ea res dudùm meditata atrocia Pilitrudis conſilia immensùm acuit, poſtquam nempe venefica illa Mulier in furorem verſa, ſparsîs crinibûs, facie cruentatâ, lachrymîs copiosè prorumpentibus ad Pilitrudem curſu contendit, vocibûsque efferatîs factam ſibi, imò Pilitrudi, & toti Ducali Domui intolerabilem injuriam conqueſta eſt, vindictámque clamavit.

Et furias novas Pilitrudis laceſſit.

Sanè quantùm Pilitrudis, Corbiniano, ùt vidimus, dudùm infenſiſſima, ad eas fœminæ Ruſticanæ voces expalluerit, quàm furere animô cæperit, nemo ſatìs expreſſerit. Neque verò intra animum ſe continuit impotentis fœminæ rabies, etiam in voces, non attentîs arbitrîs circumſtantibûs, prorupit, non commiſſuram ſeſe, ut porrò proviveret Corbinianus. Illud nihilominùs (ùt ſunt aſtutiſſimæ aliquando fœminarum iræ) cavere ſtuduit, ne arcana, quæ coqueret, conſilia ſua Grimoaldo innoteſcerent, quippe qui omni procul dubio moras nefando facinori injecturus eſſet.

Inſidiæ Corbiniano ſtructæ.

Ninus quidam, aliàs Pilitrudi à ſecretis, ad funeſtam Cataſtrophen exequendam Miniſter electus eſt. Huic in mandatis dedit furiîs acta Princeps, ut aſſumptâ ſelectorum ſociorum manu nocte proximâ Epiſcopum opprimeret, inventúmque è vita, quo poſſet modô, ocyùs exturbaret. Spopondit feralem operam Ninus, rémque, ùt potuit, egit clanculùm: Ita tamen ſecretò res agi inter plures non poterat, quin è fideli quodam ac DEUM timente nefanda conſilia reſciret Erimbertus, Corbiniani tum ſanguine, tum Religione frater. Hic, ùt erat edoctus, imminentis periculi Corbinianum extemplò commonuit, facilémque fidem reperit. Corbinianus fugam ſibi, ſuîsque, exemplô Magni

Quà ille declinat.

illius Athanaſii neceſſariam facilè intelligens, ad villam quamdam vicinam noctu declinavit: poſtea verò ſummo manè versùs Majas, nempe ad locum, Eccleſiæ ſuæ Friſingenſi jam aliàs, ùt diximus, prope oppidum illud pretio comparatum, proſecutus eſt iter, Niniqúe & Pilitrudis atrociſſima Conſilia feliciter eluſit eo ipſo diluculô, quo Ninus ædes viri ſancti ſive milite, ſive aliîs meditati ſceleris ſociis cinxerat, éaſque, Epiſcopô nullibi repertô, ſolo æquaverat.

)o(

§. XI.

Digitized by Google

§. XI.

Grimoaldi, Pilitrudis, Filiorum, ac Nini fata.

CORbinianus, ùt primùm Majas feliciter cum ſuis attigit, Grimoaldo ſignificavit, inſtare tum ipſi, tum Pilitrudi, ni reſipiſcerent, vindicem Numinis dexteram. *Diſponeret* itaque *domui ſuæ*, & peccata digná pœnitentiâ elueret. Grimoaldus eô nunciô graviſſimè percuſſus, ut rebus ſuis conſuleret, magnîs precibûs apud Corbinianum egit, ut reditum maturaret ſecurus periculi. Sed nequicquam. Perſtitit in ſententia Corbinianus, eâ utique Magni Athanaſii doctrinâ fultus, etiam *ipſum Verbum Patris, propter nos hominem factum, non indignum putâſſe, cum quæreretur, abſcondere ſe, & cum perſecutionem pateretur, fugere, & inſidias declinare.* *Arib. Cap. 26.* Corbinianus vindictæ Divinæ Grimoaldo præco.

His acceſſit, quòd ignorare non potuerit Corbinianus recentia ac funeſta Alpeidis apud Tungrenſes in Lambertum, & Geilæ apud Herbipolenſes in Chilianum, Sanctiſſimos Epiſcopos, exempla, ùt optimè Velſerus advertit. Itaque Grimoaldo aliud non reſpondit, quàm, ſequi ſe maximi Viri Eliæ exemplum, qui Jezabelis furiis peſſimæ mulieris, Prophetas ſubtraxerit. Sanè Grimoaldum ac Pilitrudem ſenſim in ſordes priſtinas relapſos fuiſſe cum Baronio Spondanus aſſerit, idque ex Aribone facilè eruitur, apud quem nullibi legimus, Pilitrudem ex Urbe vel Palatio fuiſſe ejectam, minùs, Grimoaldum aliam ſibi uxorem copulâſſe. Aribo etiam poſt recenſitam inceſtuoſorum Conjugum pœnitentiam Pilitrudem *inceſtam uxorem*, Grimoaldum verò ejus virum appellat. Filiolum Pilitrudis etiam tunc matris curæ fuiſſe commiſſum, ſupra ex Aribone retulimus: & ſuſpicari pronum eſt, Corbinianô ex urbe inſidiarum metu dilapsô, Pilitrudem deinceps liberiùs Grimoaldo imperitâſſe, & hinc ſuppliciorum metu rursùs utrumque à Corbiniano ad pœnitentiam fuiſſe impulſum. Ergò vindicta Dei, quam Corbinianus nunciaverat, præ foribus erat. Ea, quô modô ſecuta fuerit, nunc diſpiciemus. Fructu nullô.

Interfectum ab inſidiatoribus fuiſſe Grimoaldum non ita multò poſt ſeceſſionem Corbiniani, ùt is prædixerat, conſenſus Scriptorum eſt, ipſeque Aribo teſtatur: à quibus verò illis, & quam ob cauſam, ſilent prope omnes: & Brunnerus cum Scriptore *Boicæ Gentis Annalium* apertè fatetur, eam rem ſibi non eſſe compertam. Aventinus tamen recenſet eventum in hunc modum: Grimoaldus interficitur. Cap. 27. *Annal. Bojor. l. 3. mihi pag. 283.* à quibus?

Theodo Dux (ad quem in altero ſuo itinere Romano Corbinianum deflexiſſe diximus) ſibi, tribúsque filiis ſuis univerſam Bojariam in quatuor partes diviſerat, id quod etiam Aribo disertè fatetur. Filiorum nomina primi *Theodo*, aliàs etiam Theodoaldus: ſecundi *Grimoaldus*: tertii *Hugibertus* erant. *Theodo Pater* (inquit Aventinus) *Reginoburgium, Bojariam inferiorem, Nariſcos ſibi retinuit. Bathaviæ*, nempe Patavio, *Juvaviæ*, ſeu Salisburgo, *Utino*, id eſt Oetingæ, *& finitimis locis Hugobertum præfecit: Superiori Bojariæ, Alpibus ſubditæ, Grimoaldum impoſuit: hic in Fruxinenſi arce habitavit, ubi villæ, & veſtigium Regiæ, quam Grimoltshuſium, id eſt, Grimoaldi domum etiam nunc appellant. Theodo filius Atheſinam vallem ſupra Tridentum, quam Venuſticam vocant, & conterminos fines, partem Theodoperti Patrui, qui jam obierat, adminiſtravit.* De hoc Theodoperto, cujus portionem Theodo, ſeu Theodoaldus, ùt modò diximus, adminiſtrandam ſuſceperat, ulteriùs refert Aventinus in vernacula ac emendatiori Operis ſui editione, quòd habuerit tres filios, Landfridum, Waldramum, & Elilandum, veros illius, quam diximus, portionis hæredes, ſed qui neutiquam adhuc ex ephebis exceſſerant: quos proinde laudatus Theodo ſeu Theodoaldus educan- Cap. 10. Fol. 274. 275.

Digitized by Google

dos, & ad omnem virtutem formandos ſuſceperat. Defuncti per ea tempora Theodonis Patris partem Grimoaldus occupavit: & cùm non ita multò pòſt etiam Theodo ſeu Theodoaldus frater fatis conceſſiſſet, non ſolùm relictam ejus viduam Pilitrudem, Francam natione, ob formæ præſtantiam, repugnantibûs licèt ſacris codicibûs, ſibi in uxorem adſcivit, verùm etiam Atheſinam Provinciam, hactenùs à Theodone fratre ſeu Theodoaldo tutorió nomine adminiſtratam, ſibi uſurpavit, cognatîs ſuîs, Theodoperti, ùt diximus, filiis (qui interim jamjam adoleverant) portionem ex hæreditate ſibi debitam fruſtra poſtulantibûs. Cùm nihil poſt integros etiam annos valeret cognata Juvenum Principum innocentia, fatigata tandem patientia ad arma juſtiſſima ſe convertere neceſſe habuit. Auxit animi fiduciam tum cauſa, quâ compellebantur, æquiſſima, tum Luitprandus, Longobardorum Rex, arctiſſimîs non tantùm ſummorum beneficiorum, à Theodoperto illorum Parente olim acceptorum, verùm etiam proximæ affinitatis vinculîs iiſdem adſtrictus; quippe qui ſororem illorum Guntrudam in Regii thalami conſortem adſciverat. Et eô ipsô tempore Majas Pilitrudis metu dilapſus erat Corbinianus, ex cujus fuga conjiciebant ſapientes juvenes, Corbinianô familiariſſimè uſi, Dei manum unà cum eodem ſanctо Epiſcopo à Palatio Grimoaldi receſſiſſe, ſpémque ſibi imminere potiundi tandem hæreditate, quam Theodopertus Parens ſibi reliquiſſet. Ergò occaſione utendum rati, quam poterant pro virium ſuarum ratione validam aliquot militum manum contrahunt moturi in Grimoaldum, dum interim Luitprandus ſororius loca ad Atheſin, ſanguinis jure ſibi debita, occuparet. Utrumque cecidit feliciter. Commiſſâ primâ velitatione cecidit Grimoaldus: Luitprandus vel facillimô, vel nullô negotiô Regionem Atheſinam occupavit: adeò orphanorum Principum innocentiam, cauſámque optimam defendit, Grimoaldi verò injuſtitias puniit juſtus utrinque DEUS.

Quo in loco ea velitatio, & Grimoaldi cædes ſecuta ſit, *nondum, licèt curioſè perſcrutatus fuerim, inveni*, inquit Aventinus, quem Lector conſulet locîs ſupra notatîs: ubi denique additur, quâ ratione Carolus Martellus inter diſſidentes Bojariæ Principes Regiâ auctoritate pacem ſtabilierit, & quam cuique partem deinceps aſſignaverit poſſidendam. Iſta ex Aventino: cui licèt aliquoties minimè deferendum cenſeamus, hìc tamen adſtipulandum eſſe cenſuimus, maximè, cùm nihil hìc referat Aventinus, quod Aribonis ſcriptioni non exactè reſpondeat, imò etiam inſuper egregiè explicet, niſi illud fortaſſis negandum eſſe cenſeamus, quod addit Aventinus: ſcilicet Adalbertum, Otkarium, & Uttonem inclytorum Monaſteriorum Tegernſeenſis, S. Hippoliti, atque Ill-Monaſterienſis Fundatores, fuiſſe Grimoaldi filios. Certum enim eſt, hos poſt Grimoaldi necem adhuc ſupervixiſſe multis annîs, ùt ſuîs locîs demonſtrabimus, cùm tamen Aribo de Grimoaldi filiis ſcribat, eos hæreditate privatos è vivis miſerè exceſſiſſe: quamquam id denique de ſolis filiis, ex Pilitrudis inceſto conſortio natîs, dictum ab Aribone fuiſſe, interpretari poſſemus.

Certiora de cæde Grimoaldi ſiquis ſuggeſſerit, manus lubentes dabimus. Illud communi Scriptorum Boicorum calculô certum eſt, Landfridum, Waldramum, atque Elilandum poſthac Benedictoburani, aliorúmque plurium Monaſteriorum fuiſſe primos Fundatores, qua de re fortaſſis alibi recurret mentio.

Arib. Cap. 27. Ninus meditati flagitii pœnas dat.

Cæterùm intra hæc non ſtetit Divina Vindicta. Ninus, meditati in Corbinianum ſceleris peſſimus Miniſter, dum alvum levat, haſtâ in corpus transadactâ impuram animam cum ſordibus ejecit. Pilitrudis Carolum Martellum in Gallias ſecuta, poſthac faſtidita, gratiâ Pro-Regis, ac bonîs omnibûs exuta, demùm non habuit, niſi aſellum, qui eam veluti piaculare oſtentum è Gallia in Italiam deportaret, ubi tandem malorum ac vitæ finem invenit; incertum, num animâ priùs ritè ac feliciter à ſordibus peſſimorum facinorum expiatâ?

§. XII.

Digitized by Google

§. XII.

Corbiniani reditus Friſingam, & ſancta Mors.

CArolus Martellus, Major Domûs, ad ſedandas turbas, rixáſque inter Bojariæ Principes exortas Regiâ Autoritate cum Exercitu miſſus, Hugibertum, interfecti nuper Grimoaldi fratrem natu-minorem, hactenùs Bathaviæ, Juvavio, & Utino, aliiſque ultra Oenum Bojariæ locis præfectum, deinceps universæ Bojariæ Ducem præeſſe voluit, cæteris, qui ſuas ſibi portiones poſtulaverant, in Comitatus miſsis. Ita Bojariæ pax, Bojaria Hugiberto obtigit ſublatâ regnantium multitudine, & Pilitrude in Galliam abductâ, ùt modò diximus. Hugibertus rerum in univerſa Bojaria potitus antiquius nihil habuit, quàm ut Corbinianum Friſingam revocaret. Id obtinuit miſsâ honeſtiſſimâ Legatione, rediítque Friſingam ad Eccleſiam ſuam Corbinianus, non ſine incredibili Ducis, totiúsque populi ſolatiô & applauſu.

Hugibertus novus Bojar. Dux.

Corbinianum reducit Friſingam.

Rei eventum, pacémque inter Bojos conſtitutam Brunnerus ad annum Chriſti 722. vel 723. refert. Mabillonius cum Aventino ex veterrimis Francorum Annalibus ad annum Chriſti 725. figit. Auctor verò Boicæ gentis Annalium ad annum reparatæ ſalutis 728. differt: cui ut & nos ſubſcribamus, temporis ratio, & rerum, poſt erectionem Sedis Friſingenſis, ad annum Chriſti 724. cum ſelectiſſimis Scriptoribus à nobis repoſitam usque ad pacem ſecutam, geſtarum multitudo ac magnitudo poſtulat. Sanè Corbiniani reditum non ita diu ante Beatiſſimam Ejus mortem contigiſſe, etiam ex eo conjici poſſe videtur, quòd poſthac de iis, quæ deinceps Friſingæ geſſit, vix paucula tradantur. Id unum exprimit Aribo, quòd Hugibertus *ſacrô fontis lavacrô eum* (Corbinianum) *ſibi ſociaverit:* quem locum interpretatur Velſerus, *Credo*, inquit, *quòd Principis liberos Epiſcopus tinxerit.*

Equidem non ignoramus, in quibusdam rerum Friſingenſium Codicibus Corbiniano tribui tum erectionem, tum Dedicationem variarum Eccleſiarum, nempe S. Georgii im Moß / quæ hodie inter Parochiales urbis Friſingenſis Eccleſias præcipua eſt: item Oratorii S. Stephani in monte vicino, hodie Weihenſtephan, ubi certum eſt, eundem Corbinianum aliquamdiu domicilium habuiſſe: rursùs Dedicationem Eccleſiæ S. Valentini in Altenhauſen. Verùm aliqua horum difficultate non carent: potuit utique S. Corbinianus conſecrare Eccleſiam S. Georgii, hodie Parochialem; aſt non apparet, cur ea utpote in centro urbis poſita, dicatur condita fuiſſe im Moß / ſive in loco paluſtri. S. Stephani Oratorium jam ante S. Corbiniani adventum fuiſſe celebre, & frequentatum à fidelibus, Aribonem expendentibus fiet ſatis manifeſtum. De Eccleſia S. Valentini in Altenhauſen occurrent rationes dubitandi, cùm de Aribonis Epiſcopatu diſſeremus. Itaque his non juvat certitudinem adſtruere, donec clarioribûs monumentis certiora doceamur.

De conſecratione quarundam Eccleſiarum.

Illud tamen certum, atque indubitatum manere debet, Corbinianum impetrâſſe plebi & familiæ ſuæ libertatem eligendi Epiſcopum, illámque conceſſionem literis Regiis fuiſſe firmatam, tametſi ejus rei Aribo mentionem nullibi faciat. Teſtatur id Ludovicus III. Imperator, Diplomate datô Waldoni hujus Sedis Epiſcopo annô Chriſti DCCCCVI. quod hodiéque in chartario Reverendiſſimi & Illuſtriſſimi Collegii Cathedralis planè illæſum extat, veluti in rebus geſtis ejusdem Waldonis ampliùs oſtenſuros nos eſſe ſperamus. Tribuendum id ſanè eſt Spiritui Prophetico Viri Sancti, qui, tametſi ipſe non eſſet à Pontifice Maximo affixus Friſingenſi huic Eccleſiæ, nihilominùs prævidit, eam deinceps ſemper habituram eſſe Epiſcopos proprios, & Cathedram ſtabilem, cujus rei initium S. Bonifacii noſtri operâ in Erimberto, Corbiniani fratre,

Corbinianus impetrat ſuis liberam electionem Epiſcopi.

Digitized by Google

factum eſſe, infra diffusè narrabimus. Et fuiſſe tum Erimbertum ipſum, tum Succeſſores Epiſcopos omnes à Friſingenſibus liberè electos, ex ipſo, quod laudavimus, Imperatoris Diplomate conſtat. Oportebat hanc Electionis libertatem Friſingenſibus impetrare, ne extraneis pateret acceſſus, qui nolunt *intrare in ovile per oſtium*, ſed *aliunde aſcendere* tentant, non Paſtoris, ſed Raptoris munia habituri, quod alicubi experientia jamjam docuerat. Deinde id etiam exigebat S. Benedicti Regula, quæ *Cap.* 64. Electionem Antiſtitis jubet eſſe liberam. Exempla quoque recentia non deerant, quibus ad obtinendam ſuis Electionis libertatem Corbinianus urgebatur. Waldomarus Abbas Monaſterii Foſſatenſis, à quo Eccleſia Parochialis Oppidi Caſtrenſis, Patriæ Sancti Corbiniani, dependet, ante annos pauculos, nempe anno Chriſti 717. petierat, & *à Rege confirmationem obtinuerat Privilegii, à ſuperioribus Regibus & Pontificibus eidem Monaſterio conceſſi, ut in ipſo Monaſterio nulla extranea vel oppoſita perſona ſine voluntate Abbatis vel Fratrum ſuorum ad dominandum vel competendum ingredi præſumat, ſed quem Abbas elegerit, & melior pars Monachorum de ipſa Congregatione, vel, ſi neceſſitas fuerit, de quolibet Monaſterio poſt deceſſum Abbatis, vel quandocunque ipſe Abbas voluerit, licentiam habeant conſtituendi Abbatem, ſicut in privilegio maniſeſtiſſimè deſignatur:* qua de re videri poteſt Mabillonius *Tom.* 2. *Annalium* ad dictum annum Chriſti 717. Et præcedenti primùm annô Chriſti 716. Ceolfridus Abbas Wirenſis, ac Girwenſis Monaſteriorum abdicatô Magiſtratu ſuos monuerat, ut ex ſuis ſibi Patrem eligerent, qui aptior eſſet ad regendum, idque *juxta ſtatuta Privilegii, juxtáque Regulam Sancti Abbatis Benedicti:* quod itidem Mabillonius ad dictum annum adducit: miſſa facimus id genus quàm plurima alia, quæ apud Scriptores paſſim occurrunt. Neque minùs providè ſucceſſorum commodis invigilavit Corbinianus, quando eidem Eccleſiæ Friſingenſi ingenti ſtudiô multa prædia, prata, vineas, & alia ejuſcemodi bona adjecit, ùt alibi monuimus, & ipſe Aribo tradit: adeò, ut qui negaret, Corbinianum ceu Epiſcopum, ùt vocant, ſolùm *Miſſionarium*, ſeu *Regionarium* fuiſſe verum ejuſdem Eccleſiæ Friſingenſis Sponſum, inficiari tamen non poſſet, fuiſſe illius verum Patrem, ac primum, providentiſſimum, Sanctiſſimúmque Fundatorem, qui prima inſuper Epiſcopi munia in ea exercuerit, non baculô tantùm & Mytrâ, verùm præterea ſacrô etiam Palliô conſpicuus.

Verus fundator Eccleſiæ Friſingenſis. Cap. 22.

Interea ad finem Beatiſſimi Viri vita properabat. Et mortis quidem tempus adeò ſibi perſpectum habebat Corbinianus, ut non diem tantùm, ſed & horam obitûs ſui, magni Patris Benedicti exemplô, Fratribus prædiceret.

Aribo cap. 29. Mortis præſcius.

Ea ubi jamjam propinquaverat, anxius adhuc de Eccleſia ſua Præſul Erimbertum, ſanguine & Religione fratrem, ac poſtea Succeſſorem ſuum, Ticinum ad Luitprandum, qui, ùt diximus, interim Majas occupaverat, miſit, expoſiturum Regi ultima vota ſua, ac humiles preces, quarum hæc ſumma erat: pateretur Rex Majenſia prædia, Deiparæ ad Ædem Friſingenſem tum à Grimoaldo, tum à ſe donata, eidem Eccleſiæ eſſe perpetua. Deinde permitteret corpus ſuum à morte, propediem inſtante, Majis prope Divum Valentinum ſepeliri. Iſta per Erimbertum à Luitprando; per alium è Diſcipulis ab Hugiberto Duce id unum petiît, ut idem corpus ſuum exanime juberet Majas deferri, quod idem Dux jam aliàs eidem promiſiſſet.

Ad cœlum migrat.

Hæc ubi tum pro Eccleſia ſua, tum pro ſuo corpore ſolicitus Præſul diſpoſuerat, animæ deinceps ſolius curam habuit. Die mortis illuceſcente, (octava Septembris erat) quaſi ad Nuptiales compariturus epulas, corpus ex more lavit, capillóſque ac barbam tonderi Sibi voluit. Id ubi contigit, ſacris indutus veſtibûs Sacrificium offert, Sibique ipſi ad æternitatem iter inſtituturo Divinum illud Viaticum manibûs propriis miniſtrat. Domum regreſſus in lectulum ſeſe componit, vinum poſtulat, eòque vix ſummîs labris deguſtatô,

Cru-

Digitized by Google

Crucis ſignum fronti imprimens, absque ullo cruciatûs indicio magnam illam, ſanctámque animam in Manus Creatoris ſui placidiſſimè reddidit, cœleſtibus gaudiis æternùm coronandam.

§. XIII.

Sancti Corbiniani Exuviæ Majas deportantur, ubi etiam de anno Mortis Illius.

SUpererat, ut defuncti Sanctiſſimi antiſtitis voluntas de transferendo Majas corpore ſuo executioni mandaretur: id verò, ùt prudenter advertit Freibergerus, difficillimum erat, ardenti populi ſtudio translationi tanti theſauri ſeſe vehementer opponente. Inde factum eſt, ut in Æde Cathedrali tumularentur Sacræ Exuviæ, verùm incautè prorsùs, & invitô Numine. Cœlum enim aſſiduas per continuos triginta dies ac noctes pluvias ſpargens, ceſſaturum non erat, niſi pia quidem, ſed malè cauta Friſingenſium duritia molleſceret. Adfuêre tandem remiſſi ab Hugiberto nuncii, qui mandatum Principis de transvehendo ſacro corpore attulerunt: cui cùm opponere nemo ſeſe auderet, & aliàs major adhuc Divini Numinis vindicta impendere timeretur, tandem è tumba levatum eſt Sacrum pignus, repertúmque formâ venuſtiſſimum, placideque dormienti, ac ſpiranti adeò ſimile, ut non deeſſent, qui vivum crederent. Illud, cùm & Ducis, & ipſius quoque Supremi Numinis voluntas urgeret, deſtinato currui in confertiſſima illacrymantis populi frequentia impoſitum fuit. *Arib. Cap. 30. & 31.* *Arib. Cap. 32.*

Verùm (quæ eſt aliquando apud homines etiam inter triſtes rerum eventus inſolentia) inter reliqui populi pias lachrymas non defuit procaciſſima quædam puella, Magata nomine, quæ aſtanti ſibi ſociæ fœminæ jocô deteſtabili diceret, hunc Epiſcopum, Corbinianum ſcilicet, fuiſſe antehac ſibi perquàm familiarem, & voluptatum egregium ſocium. Aſt non tulit ſceleſti oris impudentiſſimam ſpurcitiem Divina Nemeſis. Ipsô enim temporis momentô pedum alter Magatæ riguit, ac femur in tantam curvitatem induruit, ut malum illud quantiscunque fletibus & precibus, dum viveret, amoliri à ſe non potuerit. Cæterùm exanime Corbiniani cadaver in ipſo itinere ſanguine tam calido manare cœpit, qualem è viventium, valentiúmque naribûs prorumpere experimur. Hunc fictili exceptum vaſe itineris Comites effoſsâ terrâ condiderunt, eo ipſo in loco, ubi primò pernoctandum erat cum ſacris Exuviis: de quo eodem looo, ac ſacro ſanguine redibit mentio, cùm Ordo Hiſtoriæ poſtulaverit. *Arib. Cap. 33.* *Puella procax punitur.* *Corbiniani corpus incorruptum.* *Arib. Cap. 34.*

Cùm in partes *Vallenſium*, ſeu, ùt in aliis Codicibus legitur, *Vallenenſium* (Incolarum ſcilicet vallis Reni, ſeu *Innthall*, ſi benè interpretamur) deveniſſet ſacratiſſimum Corbiniani Corpus, Dominicus quidam, Romanus Civis, ingenti febrium æſtu dudùm vexatus meritis Beati Viri ſanitatem ſperans conſequi, Corpus ſuum ſacris Exuviis, ſive Currui, ſive portitorum humeris incumbentibus, ſubdere conatus eſt, effectu tam felici in ſupplicem deſcendente, ut, cùm inde ſe erexiſſet, totus vegetus ac valens ſonipedem ſuum conſcenderit, Præco factus ejus Meriti, quo apud DEUM Corbinianus polleret. *Quemdam febri liberat.*

Poſtquam Majas, à Longobardis, ùt diximus, occupatum oppidum ventum eſt, Longobardici Præſidiarii, inſidias à Bojis veriti, ingreſſuris ſeſe oppoſuêre, longè aliud, quàm viri ſancti corpus afferri ſuſpicati. Sed comodùm eo ipſo tempore Ticino à Rege literæ advenêre, quibus præcipiebat Luitprandus, ut ſacrum pignus cum omni veneratione Majas admitteretur. Illic poſthac reſeratô ſarcophagô, pallióque & ſudariô, quibus ſacrum cadaver tegebatur, *Arib. Cap. 35.* *Cap. 36.*

Digitized by Google

tur, tantiſper remotô, iterum Corbinianus quaſi redivivus apparuit, cùm & formâ vividâ ſplenderet corpus, & iterum calidus è naribus ſanguis prorumperet. *Cap. 37. Fulgore cœleſti illuſtratur.* Maximam ea res venerationem Divo conciliavit, præcipuè, cùm poſtea illatô in tumulum ſibi dudùm electum corpore, faces non humanæ, ſed cœleſtes collucere viſæ ſunt, admirabili fragrantiâ, ad ſepulturæ locum ſparsâ.

Cap. 38. Parvulus fluctibus ſubtrahitur. Cùm Majîs ita repoſitum eſſet Beatiſſimi Præſulis ſacrum pignus, contigit, ut aliquando ipsâ Divo Corbiniano ſacra die puer parvulus ſub ipſum ferè diluculum oberraret, incautúsque per præcipitium in præterfluentem inter Rupes Paſſarem * torrentem, magnîs tum, ùt ſæpè ſolet, fluctibûs tumultuantem, rueret. Nemo erat, qui non & vorticibûs hauſtum, & ad ingentium ſaxorum ſcopulos colliſum crederet; ea duntaxat Cognatorum cura erat, ut cadaver ſicubi fortè reperiri poſſet, contraherent ſepulturæ mandandum. Hæc ita tentantibus apparuit eminùs parvulus ille ſanus ac integer, ſaxo cuidam prægrandi adhærens: Cui cùm ob vim torrentis nec navigiô, nec aliâ ope appropiare poſſent, demùm ope funium per ſaxorum præcipitia ſeſe demittentes ſanum & integrum reduxerunt. Nemo erat, qui ſalutem parvuli non adſcriberet Meritis Divi Corbiniani, quem DEUS in eo ipſo illius Feſto voluerit reddere glorioſum. Subdit Aribo, cùm iſta narrâſſet, de puerulo illo hæc verba ſanè notanda: *qui* (parvulus) *Divinæ Largitatis munere ipſo præerat Epiſcopatui multîs diebûs:* quæ verba ponderans Mabillonius interrogantis in *Quis ille parvulus?* morem ſubdit: *An Joſeph, Aribonis Deceſſor, qui Italus Veronenſis fuiſſe dicitur?*

* *Paſſyr.*

Verùm id negandum eſſe ſuſpicamur ex eo, quia Joſephus Cathedram Friſingenſem jam conſcendit anno Chriſti 749. ùt ſuô locô dicemus. Qui, ſi poſt mortem Corbiniani, adeoque poſt annum Chriſti 730. adhuc fuiſſet *puer parvulus*, ſex ſcilicet, vel ſeptem annorum, dicendus eſſet factus fuiſſe Epiſcopus, antequam triceſimum vitæ annum attigiſſet, quod nec ratio dicere, nec Canones fieri permittunt. Ad hæc, ſi verum eſt, quod quidam recentiores Friſingenſes Codices tradunt, Joſephum fuiſſe patriâ Veronenſem, ſanè non apparet, quâ ratione in pueritia ſua in Paſſarim fluvium prolapſus eſſe dici poſſit, cùm Verona Majîs, ubi Paſſaris Atheſi fluvio miſcetur, diſtet itinere trium ad minùs dierum, uti perſpectum eſt locorum illorum non ignaris. Itaque Aribo in puero illo parvulo alium neminem videtur voluiſſe deſignare, niſi ſeipſum; qui, ſicut gratô animô beneficium à S. Corbiniano ſibi collatum mundo non tacuit, ita gloriolam, quæ inde manare poterat, tacendo nomen ſuum à ſe amoliri piè conatus eſt.

Legimus, fontem, olim in vicino monte S. Stephani à Corbiniano ſuſcitatum, poſt abductas Friſingâ Ejus ſacras Exuvias exaruiſſe, donec eadem ſacra lipſana Friſingam reducta fuerint. Verùm de his agemus, cùm Hiſtoriæ ſeries *Baculus S. Corbiniani furtò ſubducitur.* eò nos perduxerit. Porrò Scipio, ſeu baculus, quo vir ſanctus fontem illum in Umbilico Montis S. Stephani elicuit, tum ad perpetuam Rei memoriam, tum ad venerationem publicam ſuſpenſus pependerat in Cathedrali Baſilica haud procul à *tabernaculo*, in quo ſcilicet, Catholico more, aſſervari ſolet Euchariſtiæ Sacramentum: aſt anno Chriſti 1581. in feſto Deiparæ ab Angelo ſalutatæ, neſcitur à quo? ſublatus, & hucusque nondum reſtitutus eſt. Hæc è Catalogo Epiſcoporum Friſingenſium, plurium ſucceſſivè ſcribentium induſtriâ usque ad Viti Adami tempora perductô, cujus domeſtica inſcriptio eſt: *Chronica tertia.*

Annus obitûs S. Corbiniani. Corbinianum ad cœlos migrâſſe anno CHRISTI 730. aſſerit Velſerus *Rer. Boic. lib.* 4. prope finem: ejúsque ſententiam confirmat Mabillonius *Seculi III. Benedictini part.* I. ad eundem annum. Conſentit Baronius in *Notis ad Martyrologium Romanum IV. Idus Septembris.* Brunnerus *Annal. Boic. part.* I. *lib.* 5. Gabriel Bucelinus in *Annalibus Germaniæ:* item

Digitized by Google

item in *Germaniæ ſacræ part.* 1. Scriptor *Boicæ gentis annalium part.* 1. *lib.* 7. *n.* 21. Antonius Pagius in *Critica* ſua ad annum 730. Quibus omnibus accenſeri, aut etiam præferri debent tres Catalogi Epiſcoporum Friſingenſium, tertius, quintus, & ſextus, in quibus annus mortis Divi Corbiniani dicitur fuiſſe Chriſti Septingenteſimus Triceſimus, ubi tamen non diffitemur, alibi obitum Corbiniani ad annum Chriſti 732. differri. Nos lubenter judicio ac teſtimoniis plurium accedimus, & annum Chriſti 730. amplectimur. Et quoniam alibi *Diſſert. 4. Proleg.* gravibûs teſtimoniis fulti Corbinianum ad annum Chriſti 724. Friſingam veluti ejus loci Paſtorem introduximus, fateri cogimur, eum nonniſi ſex annorum ſpatium illi Eccleſiæ fundandæ, dotandæ, atque regendæ impendere potuiſſe.

Non erat grandævus. Quot ætatis annos numeraverit Corbinianus, cùm cœlo beatam animam transſcriberet, nemo Scriptorum hactenùs prodidit; facilè foret ætatis Ejus annos ſupputare, ſi conſtaret, quot annos numerârit Corbinianus, cùm ad Beati Germani Epiſcopi Eccleſiam ſibi Cellam conſtruxit. Nam cætera ex Aribone conſtant, nempe Corbinianum poſt ſui Epiſcopalem inaugurationem, & ante ſuum ad Friſingenſes adventum annos ſeptem adhuc exegiſſe in Gallia; priùs verò in ſua ad S. Germani Eccleſiam exſtructa Cella vixiſſe annis quatuordecim; quibus viginti & uni annis ſi adjiciamus años Epiſcopatûs ſex, iisque ob duo itinera Romana unum añum ultrò adnumeremus, poſteriores vitæ illius annos viginti octo tenemus. Illud unum ea in re certum eſt, Erimbertum, Corbiniani fratrem, eò fuiſſe natu majorem. Cùm enim narret Aribo, Corbinianô *Cap. 1.* nondum natô Waldekiſum Patrem rebûs humanîs exceſſiſſe, neceſſum eſt fateri, Erimbertum ante Corbinianum natum fuiſſe, niſi fingamus, Corbinianam Matrem ad ſecundas nuptias convolâſſe, aſt fingere Hiſtoricorum non eſt. Et quoniam Erimbertus primùm poſt novendecim ab obitu Corbiniani años è vivis ereptus eſt, ùt ſuô locô videbimus, cogimur aſſerere, Corbinianum ad provectam ætatem non perveniſſe, ac fortè añum ætatis quinquageſimum non ſuperâſſe, neque ante annum Chriſti 680. orbi natum fuiſſe. Sed nempe teſte Divinô eloquiô *ætas ſenectutis* eſt *vita immaculata:* & Corbinianus *Conſummatus in brevi, explevit tempora multa. placita enim erat DEO anima Illius.* *Sap. Cap. 4.* & fortaſſis præviderat Vir humillimus, ſibi, ſi proviveret, adhuc plures in Mundo honores imminere, quorum eum fuiſſe verè impatientem ex toto vitæ Illius decurſu perſpeximus. Hinc votis Corbiniani DEUS tandem annuit, & animam cœlo dudum maturam honoribûs minimè perituris coronavit.

Hîs ad Aribonis potiſſimùm mentem de vita, rebus geſtis, ac ſancta Morte Divi Corbiniani diligenter, ùt ſperamus, exactîs, & variâ tum monumentorum, tum Scriptorum authoritate firmatîs, eruditi Lectoris judicio permittitur, quid fortaſſis circa ea, quæ expendimus, affirmare, quid negare velit vel poſſit: Aribonis univerſam ſcriptionem nos in altera hujus operis parte primô ſtatim locô referemus. Corbinianum, uti animô humillimum, ita etiam ſtaturâ corporis non fuiſſe adeò procerum, ex ſacris Ejus lipſanis metimur: & licèt oſſa à juſta viri ſtatura non admodùm deficiant, ſacri certè Capitis moles *Nec vaſti corporis.* planè magna non eſt, ita in corpore non magno hæſit magna illa anima, quæ Magno huic, uti rerum ſeries docebit, Epiſcopatui ſexennii ſpatiô initia dedit in terris, nunc verò eidem potenti patrocinio ſemper aſſiſtit in cœlis. Morte Divi Corbiniani ad annum Chriſti 730. affixa, intelligimus Eum migrâſſe è vita, cùm Romanæ Eccleſiæ adhuc præſideret Gregorius II. qui eum quatuordecim abhinc annis conſecraverat Epiſcopum. Orientis Imperio tum præerant Leo Iſaurus, & Conſtantinus Copronymus, Regno Galliæ Theodoricus Dagoberti III. filius, ùt Mabillonius refert: Bojariæ verò Hugibertus Dux dominabatur. De vicinis quibusdam ejus temporis Epiſcopis alibi dictum eſt. Cor- *Diſſert. 5. Proleg.* biniani defuncti nomen Salisburgenſes S. Petri Monachi mox in librum Societatum ſuarum retulerunt, ùt itidem jam monuimus. Cæterùm poſt obitum

Corbiniani Sedes Epiſcopalis Friſingenſis decenniô vacavit, Ejus tamen ſacrâ familia Friſingæ perſtitit, ùt paulò infra videbimus.

Lib. 2. Cap. 22. Chronic. Bojar.

De Sancto Corbiniano extat antiquiſſimum, ac piâ ſimplicitate plenum Carmen apud Arenbeckium, quod ſubjungimus:

Mittit hunc Præſulem Gregorius (junior) *Corbinianum.*
Spina concutitur, ſed muſtum non violatur.
Præſulis reducit fur mulam furtim ſubactam.
Defert piſcem Aquila Præſuli cælitùs emiſſum.
Domitat hic urſum poſt equum peremptum.
Judicem precatur, ne Latro morte puniatur.
Latronem redimit ab exitio triduanum.
Hic ordinat Monachum à Crucis morte redemptum.
Vir virgâ montem compellit mittere fontem.
Reficit æternis Epiſcopus populum verbis.
Sumptô viaticô transfertur anima cælo.
Corpus ſacratum ter deno die tollunt tumulatum.
Friſingam vehitur Præſul inclytus ſepeliendus.
Languores ſanat, arreptos à Dæmone curat.

Hæc antiquiſſimus verſificator Friſingenſis. Nos de reductione Reliquiarum Beatiſſimi Corbiniani agemus, cùm tempus, ac rerum geſtarum ſeries ſub Aribone monuerit.

CAPUT II.

De Erimberto, Secundo Friſingenſi Epiſcopo: ubi etiam de S. Bonifacio Archiepiſcopo Moguntino, Sedis Apoſtolicæ Legato, & Germaniæ Apoſtolo.

§. I.

De Patria, genere, & adventu Erimberti ad Friſingenſes.

Erimbertus Corbiniani frater.

ERimbertum fuiſſe S. Corbiniani non Religione tantùm, ſed etiam ſanguine fratrem, & quidem natu majorem, ex hactenùs deductis manifeſtum relinquitur. Hinc non eſt, cur de ejus patria, parentibúſque plura diſſeramus. Porrò Erimbertum unà cum ſancto fratre ſuo Corbiniano Friſingæ vixiſſe, bis ex Aribone edocemur, nempe ubi ille aſſerit, Corbinianum à fratre ſuo Erimberto de prævertendis Nini inſidiis fuiſſe commonitum: & ubi narrat, Erimbertum octavo ante obitum Corbiniani die fuiſſe ab eodem miſſum ad Luitprandum Longobardorum Regem exorandum, ut bona Eccleſiæ Friſingenſi tum à ſe, tum à Grimoaldo Duce comparata, & antehac in Boica, tum verò poſt occupatas Majas in Longobardica ditione ſita, eidem Eccleſiæ permitteret eſſe ſtabilia, ac inſuper pateretur ſuum à ſecuta morte, propediem inſtante, corpus humari propè Majas ad ſacra Divi Valentini Epiſcopi Lipſana: quod utrumque feliciter Erimbertus impetravit. Non deſunt, qui ſcribant, Corbiniani cadaver fuiſſe Friſingenſi tumulo illatum ab eodem

Arib. cap. 26.
Arib. Cap. 29.

eodem Erimberto fratre. Verùm cùm de his Aribo nihil afferat, & aliàs Erimbertus ob iter longiſſimum Friſingâ Ticinum usque inſtitutum octavô, ex quo miſſus fuerat die, (quô Corbinianus obiit) Friſingam redux venire nullô modô potuerit, exiſtimandum potiùs eſt, & res ipſa ſuadere videtur, Erimbertum Ticinô, unà cum obtento Regis ad Majenſes præſidiarios mandato, in reditu ſancti fratris ſui exuviis Majis occurriſſe, vel certè eas Friſingâ Majas comitatum, ibidem S. Valentini Sacello, fundóque Friſingenſis Eccleſiæ ritu Chriſtianô intuliſſe. Cæterùm Erimbertum poſt Corbiniani mortem Friſingam cum confirmatione bonorum ſupra recenſitorum à Luitprando obtenta regreſſum, deinceps à Sodalibus ſuis fuiſſe in Antiſtitem electum, diſcimus ex alibi laudato Cæſareo Ludovici III. Regis Diplomate annô Chriſti 906. Friſingenſi Eccleſiæ conceſſo, in quo luculenter aſſeritur, *omnes Paſtores ejusdem Sedis per ordinem eandem electionis ſecuritatem uſque ad Waltonem Epiſcopum* ordine decimum, *obtinuiſſe.* Itaque Regiminis Erimberti initium ad finem anni ſeptingenteſimi triceſimi commodè referri poſſe exiſtimamus. Dignitatem illam fuiſſe Erimberto tum intuitu ſanctiſſimi fratris, tum etiam propriarum virtutum ac meritorum conſideratione delatam, nemo non intelligit. Sanè cùm conſtet, Erimbertum primùm elapsîs poſtea aliquot annîs Epiſcopalî infulâ à Sancto Bonifacio, ceu Legato Apoſtolico, fuiſſe redimitum, ideò, velut ante nos dudùm advertit illuſtriſſima manus, quam ſuprà Diſſertatione VI. prolegomenâ laudavimus, idémque aſſeritur in Friſingenſi Kalendario, annô Chriſti 1708. impreſſo, cenſendum eſt, eum non quidem Epiſcopi, ſed tamen Abbatis munus eousque geſſiſſe, & dici fortaſſis potuiſſe Epiſcopum electum, aſt nondum conſecratum, ſeu ad exercenda Epiſcopi munia initiatum, donec tandem ſolennem illam inaugurationem ſanctiſſimus ille Antiſtes Bonifacius Erimberto addidit: de quo Bonifacio ut hôc locô diffuſiùs agamus, tum Friſingenſis Hiſtoria, tum Erimberti Acta omninò poſtulant, quæ absque inſertis Bonifacii geſtis, luce, ſplendore, ac gloriâ præcipuâ deſtituerentur.

Eidem in Sede ſuccedit.

§. II.

Bonifacii Apoſtolatus in Germania uſque ad Corbiniani obitum.

Angliam, ſive Saxoniam transmarinam, non verò Scotiam aut Hiberniam Bonifacio fuiſſe patriam Mabillonius probat tum ex ejusdem Epiſtolis, tum ex iis Wandalberti verbis, quæ ponit Nonis Junii:

Bonifacius Anglus. *Acta Sanctorum Ord. S. B. Part. 2. Sæc. III. pag. 2.*

Nonîs Antiſtes fulget Bonifacius, Anglîs
Editus &c.

Stirpi Regiæ fuiſſe affinem, tradunt qui fidem habent verſibus in Arcis Moguntinæ templo deſcriptis in hæc verba:

E ſtirpe natus Regia Bonifacius
Britanniam ultrò deſerens,
Authoritate Pontificis ſummi fuit
Apoſtolus Germaniæ.

Certè Petrus Stevartius in Commentario *de vita & rebus geſtis S. Walburgæ,* Divum Wilibaldum vocat magni Martyris Bonifacii ex ſorore nepotem: Wilibaldum autem natum eſſe Richardô Patre, qui Regiâ dignitate fulſerit, quidam antiqui Codices produnt, qualis eſt, quem Euſtadii in Parthenone Walburgino reperit, & edidit laudatus Stevartius. Exiſtimat nihilominùs Mabillonius, eos, qui Regium genus Bonifacio tribuunt, nullô argumentô niti legitimô: quod longè magìs dicendum videtur de Joanne Schönleben, qui, ubi

Digitized by Google

agit de Sanctis Auſtriacæ Domûs, putat, S. Corbinianum, atque eo ipſo etiam Erimbertum, fuiſſe cognatum S. Bonifacii noſtri. Quod totum utùt ſe habeat: illud velut rem indubitatam tenent omnes, fuiſſe Bonifacium nobili ortum proſapiâ, parentibûſque cumprimìs copioſìs. Nativitatem Bonifacii incidiſſe in annum Chriſti 680. veriſimile eidem Mabillonio, atque ſociis Bollandianis videtur, veluti nos ſupra in eundem ferè annum nativitatem Corbiniani ex conjecturis quibusdam Chronologicis retulimus. Winfridi vocabulum in ſacro regenerationis lavacro parvulus tulerat: ſed quod poſtea, nempe annô Chriſti 719. in Bonifacii nomen felici omine mutatum eſt, uti ſuô locô dicemus, interea Winfridi nomine eum appellaturi, niſi res aliter poſtulet.

Antehac dictus Winfridus.

Admiranda ſunt, quæ vel in ipſa pueritia Winfridus geſſit, cùm nihil puerile, ſed ingentia futuræ ſanctitatis indicia etiam in quadrimo parvulo deprehenderentur. Ille non niſi de Divini Numinis honore, de rerum cœleſtium amore, de ſtatu vitæ deligendo, de ſcientiarum Divinarum adipiſcendarum ſtudio, vitæque Monaſticæ deſiderio loquebatur, quod tamen moleſtè ferebat parens tamdiu, donec immiſsô divinitùs morbô, accedente inſuper maturô cognatorum conſiliô, rectiùs ſapere, & filiolum ſeptennem ad Monaſterium Adeſcancaſtrenſe dimittere didicit. Quantos ſanè deinceps tum in virtutum, tum ſcientiarum ſtudio progreſſus Winfridus fecerit, accedente cumprimìs *divino* (ut vitæ primus Scriptor S. Wilibaldus loquitur) *ingenio*, paucis explicari non poteſt, neque capit hic locus. Illud unum hîc annotandum cenſuimus, quod multi Scriptores, quaſi datâ operâ reticent, atque tenebris involvere nituntur, nempe S. Bonifacium in Monaſterio illo ſuo vixiſſe ſub Regula S. Benedicti. Certè id manifeſtè docet S. Wilibaldus, præcipuus, ùt diximus, vitæ Bonifacianæ Scriptor, ab ipſis ſociis Bollandianis laudatus: ait enim, Bonifacium *labore manuum quotidiano*, *& diſciplinali officiorum adminiſtratione ſecundum præfinitam beati Patris Benedicti rectæ inſtitutionis formam inſtitiſſe.* Sanè quantâ fide dignus ſit ſanctus hic vitæ Bonifacii Scriptor, ex eo Lector eruditus conjiciet, tum quòd ipſe Bonifacii fuerit æqualis, imò, ùt infrà videbimus, familiariſſimus: tum quòd ſcriptionem ſuam Lullo, Moguntino Archiepiſcopo, Bonifacii ſucceſſori, & Megingozo Epiſcopo Herbipolitano, viris eidem Bonifacio antehac conjunctiſſimis, & ab eodem Bonifacio in utroque Eccleſiarum illarum faſtigio poſitis, & inſuper ſcriptionis illius correctoribus nuncupaverit. Omittimus penè innumera aliorum poſteriorum Scriptorum teſtimonia. Illud tamen ſilere non expedit, quod Bonifacius in Concilio primo Germanico, in loco incerto annô Chriſti 742. congregato, teſte Othlonô in vita S. Bonifacii *Canone 7.* ſtatui voluit, nempe, *ut Presbyteri vel Diaconi non ſagis*, *Clericorum more*, *ſed caſulis* (intellige ex Mabillonio, tunicis talaribûs) *utantur*, *ritu ſervorum Dei*, nempe Monachorum, ùt idem Mabillonius explicat: ubi meritò obſervamus, etiam ſæculares Presbyteros, atque Diaconos contra Clericos aliquando fuiſſe diſtinctos, atque præ iis ad exactiorem diſciplinam adſtrictos. Additur in eodem Canone: *ut Monachi & Ancillæ Dei Monaſteriales juxta regulam S. Benedicti vivere ſtudeant:* qui Canon in ſequenti ad Liptinas celebrato Concilio confirmatus eſt, velut teſtatur in Diplomate ſuo Carolomannus Dux & Princeps Francorum. Nihil hîc de Fuldenſi, nihil de pluribus aliis Monaſteriis à Divo Bonifacio ſub eadem Regula erectis adducimus, fortaſſis infrà, cùm res poſtulaverit, aliqua ea de re commemoraturi.

Fit Monachus.

Annal. T. 2. lib. 21. num. 68.

Acta Concil. edit. Hard. Tom. 3. col. 1919. 1920. & ſeqq.

Scripſeramus iſta, hiſque ſimilia olim, nempe Annô Chriſti 1707. & 1708. cùm vir quidam eruditus, ſed nobis eô tempore ne quidem ex nomine notus, qua neſcio de cauſa graviter ſe à nobis ſauciatum palàm conqueſtus, tandem datis literis ſignificavit, à Divo Bonifacio Sturmium, diſcipulum ſuum, futurum primum Fuldenſis Monaſterii, à ſe excitati, Abbatem miſſum fuiſſe ad

ad Caſſinenſe Divi Benedicti Monaſterium, ubi diſceret, quæ alios doceret. Ex quo ſic arguebat Vir clariſſimus. *Si jam priùs innotuiſſet S. Benedicti Regula apud Anglos, eadémque Monachiſmô ibi florente, præ manibus cunctorum fuiſſet: quid ab Anglicano Monacho, ab ipſo, inquam, Bonifacio, Anglicanum Monachum Sturmium diſcipulum ſuum ſub regulari obſervantia S. Wigberti* (aliis Winberti) *educatum, Caſſinum mitti oportuiſſet ad diſcendum, quod jam in patria à pueritia didiciſſet?* Hæc Vir ille, ſed utinam circumſpectè! utinam ſincerè! utinam erga S. Wilibaldi graviſſimum teſtimonium, erga maximorum & coævorum Præſulum cenſuram reverenter! Damus, imò contendimus, quòd S. Bonifacius diſcipulum ſuum Sturmium miſerit ad Caſſinates noſtros. Damus, imò certiſſimum profitemur, quòd eum miſerit ad diſcendum, quæ futuros diſcipulos ſuos doceret; at quis prudens exinde contra teſtes illos graviſſimos, & quidem Synchronos inferat, Divi Benedicti Regulam priùs fuiſſe Anglis incognitam vel inuſitatam! Audi vir clariſſime! non miſit Bonifacius Sturmium ſuum, ut Regulam S. Benedicti diſceret; eam enim, ſi non habuiſſet ad manum, potuiſſet ex vicinis Franciæ Monaſteriis poſtulare, domi à Fuldenſibus exſcribendam, legendam, obſervandam. Quid igitur? miſit Sturmium Bonifacius (more etiam hodie non Monachis duntaxat, ſed etiam aliis Viris Eccleſiaſticis uſitatô) ad domum ipſam primam S. Benedicti Abbatis, non ut Regulam novam acciperet, alteriúsque ſchematis Monachus fieret, ſed ut Regulæ, in quam dudum juraverat, accuratam & primævam praxin, & obſervationis modum diſceret, & ad Caſſinenſium mores deinceps futuram ſuam Fuldenſem Congregationem componeret. Hem ejus rei teſtem omni exceptione facilè majorem, ſanctum ſcilicet Eigilem, ipſius Sturmii diſcipulum. Is in vita ſancti præceptoris ſui ita habet: *Porrò cùm fratres Regulam S. Patris Benedicti* (ergò jam antea ſibi notam) *inhianter obſervare deſiderâſſent, & ad Monaſticæ diſciplinæ normam ſua corpora, mentéſque toto animo inclinâſſent, conſilium utile inîerunt, quatenùs aliqui ex ipſis ad magna alicubi mitterentur Monaſteria, ut fratrum ibi concordiam & converſationem Regularem* (non verò Regulam nudam) *perfectè diſcerent. Quod cùm ſancto fuiſſet indicatum Epiſcopo* (Bonifacio) *prudens illorum collaudavit conſilium, & hanc legationem ſtudioſo Sturmio injunxit.* Simillima tradit Rudolfus Sæculi IX. Monachus Fuldenſis in vita S. Liobæ: vides igitur prudens Lector, quòd Bonifacius, quòd Sturmius, quòd Fuldenſes fratres non Regulam Benedictinam (quippe cui ſeſe jam antehac ſacramentô addixerant) ſed obſervantiæ duntaxat methodum diſcere ex Caſſinenſi, & aliis Monaſteriis optârint, eô ferè modô, quô hodiéque Religioſi Divorum Auguſtini, Dominici, Franciſci, & aliorum Patrum Alumni, ſicubi ſive utilitas, ſive neceſſitas aliquando poſtulat, ſuas obſervationes inſtaurant ad exempla eorum ſive contuberniorum, ſive provinciarum ſuarum, quæ Regulæ ſuæ preſſiùs inhærent, obſervantiâ exactiori florent, Deíque gloriæ & proximorum ſaluti laudabiliùs, & cum fœnore animarum majori invigilant. Et quis neſcit, fieri aliquando, ut una Eccleſia Cathedralis, tametſi ſacrarum ceremoniarum ac rituum libros penes ſe habeat, ab altera tamen, ubi eorum obſervantia eſt accuratior, inſtructionem, miſsis etiam piis exploratoribûs quærat? Verùm iſta eruditis & bonis plùs, quàm ſatìs. Cum aliis hîc nobis non eſt negotium, qui à Lectore veniam ſperamus, ſi debito in propriam Regulam affectui, ac ſinceræ veritati contra quorumdam vililitigationes nonnihil indulſimus: Cætera, quæ nobis de S. Bonifacii Monachatu Benedictino ſuppetunt gravia argumenta, nunc quidem ſupprimimus: verùm ſi res ſuaſerit, alibi fortè proferemus. Nunc ad pertexendum Hiſtoriæ filum.

Objectio. — Eluditur. — Acta SS. O. S. B. part. 3. T. 3. pag. 276.

Tantum ex Winberti ſanctiſſimi Abbatis inſtitutione profecerat Winfridus ſeu Bonifacius noſter, ut jam non diſcipulum, ſed Magiſtrum deinceps

Scientia ac virtus Bonifacii celebratur.

agere

juberetur, imò rogaretur, diſcipulis plurimis ob celeberrimam Nominis famam ad eum ex Anglia univerſa paſſim confluentibûs, ejúſque magiſterium ambientibûs. Ille nihilò ſublimiores ex ea popularium ſuorum laude capiens ſpiritus, uti profectu diſcipulorum ſuorum delectabatur unicè, ita ſi quos craſſioris, tardioríſque ingenii comperiſſet, ex eorum tenuiorî profectu anſam ſibi profundæ humilitatis, ſanctæque commiſerationis arripiebat, nullibi piè ambitioſior, quàm ubi de proferendis majoribus ſeipſum contemnendi cauſis agebatur. Triceſimò ætatis annò cùm jam priùs ob inſignem ſapientiæ & ſanctimoniæ laudem, in alios quoque largè diſpenſatam, Patris inſtar ab omnibus haberetur, ſacerdotio fuit initiatus: quæ dignitas quantum in Winfrido auxerit virtutum omnium decorem, ex *operum* potiùs *teſtimonio*, quàm *verborum indicio* colligi poſſe, cum Wilibaldo Othlonus (alter ejus vitæ ſcriptor, Emmerammianus Monachus, diu Fuldæ verſatus) commemorat. Regiâ deinceps legatione (volente ſacrorum Antiſtitum, Procerúmque Synodo) ad Pertwaldum noſtrum, Cantuarienſem Archiepiſcopum in arduo quodam negotio functus, tantùm adjecit nominis ſui celebritati, ut deinceps publicis etiam conventibus ſæpiùs intereſſe juberetur. Verùm quàm non titillaverit nova illa gloria Winfridum, quippe longè aliud, quàm famam, dignitatéſque meditantem, paulò pòſt ipſus docuit; cùm enim jam ab annis pluribus nonniſi divinæ gloriæ propagatio, Gentiliúmque ſalus identidem provocarent, & æſtibus inſolitis incenderent animum, tandem obſecundandum Divino Numini ratus, calentia animi de gentium converſione vota Abbati, ſodalibúſque ſuis expoſuit. Dici non poteſt, quàm ea res percuſſerit Cœnobiarchæ, totiúſque ſacri Contubernii animos, Winfridi præſentiâ, virtute, doctrinâ, converſatione, atque ſanctiſſimis exemplis ægerrimè carituros. Re tamen diu, ac maturè perpenſâ, cùm intelligerent, quantum animarum lucrum facere Winfridus poſſet, tum Abbas, tum ſodales Monachi conſensêre. Preces deinde publicæ à ſacro fratrum cœtu pro Winfrido ad DEUM non ſine lacrymarum imbribus fuêre fuſæ, ut Optimus DEUS *Angelum bonum* ituro ad Barbaros Winfrido jungeret. Addita viæ ſolatia duo è fratrum numero, futuri itineris comites, & adjutores. In Friſiam primam ſuam ſacram expeditionem facere Winfridus certus erat. Verùm (ut ſunt impervia humanis ſcrutationibus DEI conſilia) nihil tum quidem profecêre quantæcúnque Winfridi curæ. Hoſtilibus conflictibus ea ipſa tempeſtate, anno ſcilicet Chriſti 715. inter ſe collidebantur Carolus Martellus Major Domûs Franciæ, & Ratbodus Friſiæ Dux, quem alii Regem vocant. Hinc uti leges, ita etiam Winfridi prædicationes inter arma, ſtrepitúſque bellicos vel ſilere jubebantur, vel audiri non poterant. Winfridus, cùm fruſtrà ſe agere intelligeret, Ultrajectum tantiſper commigravit, ubi poſtea aliquandiu commoratus, ac demum occaſionem alloquendi ipſum Ratbodum nactus, gravi oratione eundem interpellavit, ut ſacratiſſima Chriſti dogmata ſuis prædicari, & viam ad cœlum monſtrari permitteret. Verùm cùm ſurdo ſe loqui adverteret, & ſacris excurſionibus viam etiam aliæ cauſæ intercluderent, præciſâ ſibi tum quidem omni ſpe quidquam ad rei Chriſtianæ augmentum efficiendi, in patriam ac Monaſterium tantiſper revertendum eſſe cenſuit, illuc reverſus, afflictos ex Abbatis nuper defuncti caſu animos reperit, verùm dolori ſtatim ingens auctarium addidit, cùm oblatos Abbatis honores conſtantiſſimò animò deprecaretur, novámque, & ſecuriorem ad promovendam animarum ſalutem expeditionem meditaretur.

Regiâ legatione fungitur.

Converſionem populorum meditatur.

Venit in Friſiam.

Surdis loquitur.

Ad ſuos redit.

Eam ſecutam eſſe primùm anno Chriſti 718. poſt accuratam rei diſcuſſionem concluſit Mabillonius; quô annô, ut addit idem ſcriptor, & quidem autumnô jam adultô, demum ex inſula Britannia ſolvit Romam petiturus, ubi à Gregorio II. prædicandi in Germania verbi DEI facultatem obtineret. *Diſcedenti* (proſequitur laudatus ſcriptor) *Daniel, Wenlanus apud occidentales Saxones*

Annal. T. 2. l. 20. n. 1. & 26.

Romam petit.

xones

xones Epiſcopus binas literas commendatitias dedit, unas involutas ſeu clauſas ad Gregorium Papam: alteras encyclicas univerſis Regibus, Ducibus, Epiſcopis, Abbatibus, Presbyteris, cæteriſque fidelibus inſcriptas, quibus propoſito Abrahæ & Loth exemplo eos hortatur, ut Religioſum Presbyterum, Deique omnipotentis famulum Winfrithum eâ, quâ par eſt, charitate cum ſuis excipiant, divinæ promiſſionis oraculo, & cœleſti mercede confiſi. Extat hæc Epiſtola inter Bonifacianas ordine tertia: quæ verò Papæ Gregorio directa erat, deſideratur: hactenùs Mabillonius. Et his quidem literis inſtructus Winfridus poſt graviſſima itinera terrâ marìque confecta, demum Romam pervenit.

Prima Winfridi cura ſanctiſſima Romæ fuit, ut DEUM, beatiſſimóſque Apoſtolos redderet ſibi, propoſitóque ſuo propitios. Quod ubi multis per varias Eccleſias obſecrationibus exoraverat, tandem Gregorii II. conſpectui ſe demiſsè obtulit, exhibitiſque Danielis Epiſcopi literis, quid animô deſtinâſſet, cum ingenti demiſſione, ſingulari tamen ſanctâque facundiâ explicuit, útque (ſiquidem vota ſua probarentur Vicario Chriſti) prædicandi Evangelium Barbaris munus ſibi demandaretur, humillimè flagitavit. Gregorius ſummis DEI dotibûs mirè recreatus, ſubſiſtere aliquamdiu Romæ Winfridum juſſit, ut matura cum eo conſilia capere, & inire poſſet. Adhibitis itaque multis conſultationibûs Winfridum ad Germaniæ converſionem Pontifex deſtinavit, literáſque publicas, injunctum prædicationis opus unà cum inſigni commendatione exhibentes, addidit, ſcriptas Idibus Maji anno Chriſti 719. uti jamjam in præcedentibus monuimus, id unum hìc advertentes, literas illas fuiſſe inſcriptas non Winfrido, ſed Bonifacio, quod argumento eſt, inquit Mabillonius, tum Winfrido nomen à Pontifice mutatum fuiſſe, dictúmq; Bonifacium, ominoſô ſanè nomine, cujus præſagium rerum ſubſequentium eventus confirmavit. Ita rurſus ille. Ad Germaniæ converſionem deſtinatur.

Quanta ex eo tempore Bonifacius apud Thuringos, Friſios, alióſque Germaniæ populos uſque ad annum CHRISTI 723. præſtiterit, non eſt hujus loci pluribûs deſcribere. Gregorius Pontifex fecundiſſimos prædicationis Bonifacianæ eventus edoctus, eum Romam evocavit Epiſcopali charactere inſigniendum, & majori cum authoritate deinceps ad continuandum prædicationis munus in Germaniam remittendum. Ille ubi Romam advenit, expoſitâ prædicationis ſuæ ratione, authoritate Apoſtolicâ coactus eſt, inaugurationem Epiſcopalem admittere: quam etiam obediens Bonifacius ſuſcepit pridie Kal. Decembris, nempe ipsô Divi Andreæ Apoſtoli feſtivô die, quô etiam jusjurandum ad Sepulchrum beati Petri præſtitit, ſe nunquam ab Eccleſia Catholica deſciturum, ſed beato Petro, ejúſque Vicario Gregorio, ac ſucceſſoribus fidem, atque opem per omnia exhibiturum: Epiſcopos verò, qui ab inſtitutis & diſciplina majorum recederent, defugiturum, imò repreſſurum, ſi poſſet, aut ſtatim ad Pontificem delaturum, ſi ſecùs faxit, diras ſibi imprecari, &c. Rurſus Romam vocatur. Fit Epiſcopus.

Hìs ita peractis Bonifacius non ſine accuratiſſimis inſtructionibus, ac novis literis Pontificiis in Germaniam cum ſociis rediit, ubi patrociniis etiam Caroli Martelli Principis munitus, Haſſorum & Turingorum converſioni porrò inſtitit. Operarios deinde, & laborum ſocios, pleróſque ex Anglis, aliquos etiam ex Francis ſibi adſcivit, quos inter primô ferè locô numeranda veniunt magna illa nomina, Lullus, Burchardus, Megingozus, Wilibaldus, ac Wunibaldus germani fratres, ipſius Bonifacii, ùt quidam juxta dicta volunt, conſanguinei; ex fœminis Tecla, Lioba, & Walburgis; ſoror Wilibaldi & Wunibaldi, quos omnes Monaſtico inſtituto addictos fuiſſe eruditi hodie conſentiunt. Dici non poteſt, quantos ſancta illa, & verè Apoſtolica ſocietas per Germaniam fructus dederit. Hinc ſublatô è vivis ſanctô Gregoriô Papâ, ejus Nominis ſecundô, eodem adhuc anno Chriſti 731. ſucceſſor in Petri Sede Gregorius III. Bonifacio literas cum amore, tum gaudiô plenas ſcripſit, iiſque Pallium adjunxit, ut Bonifacius deinceps eo indutus inter Haſſis & Turingis Chriſtum annunciat. Palliô donatur.

Ac poteſtate inſtituendi Epiſcopatus. ter Archiepiſcopos cenſeretur, additâ inſuper fermè inſolitâ facultate inſtituendi alios in Germania Epiſcopos, hôc ſolô adjectô, ut in Epiſcoporum conſecratione duos aut tres Epiſcopos adhiberet, curámque haberet, ne quô modô dignitas Epiſcopalis vileſceret. Hæc de rebus Bonifacii usque ad annum Chriſti 731. geſtis recenſere opus erat, ut Lector intelligat, quem virum, & res Boicæ poſt Corbiniani obitum, qui in annum ſuperiorem inciderat, poſtulaverint, & Superi, ſummô noſtrô. imò totius Germaniæ bonô conceſſerint.

§. III.

S. Bonifacius Bojariam in 4. Epiſcopatus partitur, & Erimbertum conſecrat Epiſcopum.

Hæreſes à Bojaria proſcribit. CORbinianô è vivis ſublatô res Chriſtiana per majorem Bojariæ partem in antiquum chaos relapſura fuerat, niſi ejusdem conſervatio ſuperis cordi fuiſſet. Non erant ea tempeſtate Epiſcopi certis Bojariæ Eccleſiis affixi, neque ſacra ipſarum Eccleſiarum jurisdictio definitis limitibûs erat circumſcripta. Inde factum, ut inimicus paſſim ſpargeret zizania, è quibus funeſta heterodoxorum dogmatum lolia copioſè ſuccreſcerent. Fuit ejusmodi lolium, peſſimi ſcilicet conatis homo Eremwolfus quidam, qui turbidô rei Chriſtianæ ſtatu utendum ratus, ovémque mentitus erroribûs incautos involvit in iis potiſſimùm Bojariæ partibus, in quibus nemo reperiebatur, qui hominem peſtilentem, prout res poſtulabat, tum dignitate tum doctrinæ vigore inſectaretur. Et erat tanta mali vis, & corruptionis periculum, ut fama longè latéque ſerperet, & ad ipſum quoque Bonifacium tandem deveniret. Is, ut primùm de perverſis hæretici hominis conatibus edoctus eſt, illicò in Bojariam advolavit, & peſtem hanc virulentæ doctrinæ ac militiæ ſuæ convictam è fidelium cœtu proſcripſit, atque ex Eccleſia ejecit: infectos verò ejus venenô rudiores Bojariæ incolas ſaniora dogmata docuit, Eccleſias luſtravit, puriora virtutum ſemina ſparſit, & ubicunque ſeſe ingerebat occaſio, ad Monaſteria excitanda piorum animis ſtimulos addidit, certus, nihil opportuniùs erroribus, ac deceptionibus populi opponi poſſe, quàm ſacra religioſorum virorum contubernia. Porrò quæ per Bojariam Monaſteria Bonifacii inſtinctu non ita multò pôſt ſurrexerint, dicemus ſuis locis. Eum ad Bojos Bonifacii adventum ſcriptorum aliqui ad annum Chriſti 733. referunt, alii ad annum 736. differunt: qua in re nil certi ſtatui poſſe videtur, cùm primarii vitæ Bonifacianæ Scriptores nihil ſuggerant, ex quo certum rerum geſtarum annum eruere liceat. Exiſtimamus tamen, veritatem propiùs attingere, qui Bonifacii adventum ad annum Chriſti 733. aut ſequentem conſignant.

Doctrinam orthodoxam reſtituit.

Rebûs in Bojaria eum in modum quoad tum quidem fieri poterat, ad vota diſpoſitis, ad Sodales ſuos Bonifacius rediit, Thuringiæ & Haſſiæ negotiis invigilaturus; parùm enim agere ſibi videbatur Bonifacius, niſi ageret omnia, & ubivis gentium ſuperſtitionibus ac vitiis bellum indiceret, optimo jure à Baronio dictus *tonitrui filius*, eò quòd fulminis inſtar impietatis munitiones deſtruxerit. Et quoniam ſucceſſu rerum laborúmque ſuorum feliciſſimô pluribus annis deinceps uſus fuerat, aliàs verò nuſquam adhuc Gregorio III. tum Eccleſiæ clavum tenenti ſeſe præſentem ſtiterat, Romam tertiò proficiſci ſtatuit.

Tertiùm Romam venit. Tertiam illam profectionem Romanam contigiſſe anno Chriſti 738. Scriptores conſenſu tradunt. Magnus Britannorum, Francorum, Bojorúmque numerus Sanctum Præſulem Romam ſecutus eſt: quæ res Viri ſancti venerationem mirificè auxit. Romæ rurſum maximis ab amantiſſimo Pontifice gratiis cumulatus, & à Romanis omnibus in ſumma veneratione habitus fuit: cui etiam

Digitized by Google

etiam ibidem diutiùs commorandum erat, ut concurrentis ad ſe populi multitudinis, ejúsque alloquium, & pias adhortationes ardenter efflagitanti fieret ſatis. Porrò dictô rursus Sedi Pontificiæ ſacramentô, reditum ad Germanos ſuos urgenti, Pontifex iterum ad Epiſcopos, Abbates, & Optimates Germaniæ literas dedit, eósque, ut morem Bonifacio veluti Romani Pontificis vices gerenti, in omnibus, ut par eſſet, gererent, ſeriò commonuit. Verſantes tum in Bojaria, & Alemannia Epiſcopos peculiariter hortatus eſt, ut locum ſibi deligerent, ubi Synodum cogerent, atque de conſtituendis Eccleſiaſticis rebus ſalutaria conſilia caperent.

In Germaniam redit.

Bonifacius dum in Germaniam redire feſtinat, ad Luitprandum Longobardorum Regem Ticinum deflexit, ibíque benignè, uti antehac Corbinianus, habitus, & aliquamdiu detentus eſt.

Utilo dominatur Bojariæ.

Interea Hugibertus Bojariæ Dux fatis conceſſerat, eidémque ſucceſſerat Utilo, à quibusdam Oatilo, Odilo, & Odilio & Otilo, nuncupatus. Hæſitant ſcriptores, num Utilo ſanguinis jure, an alio nomine Ducatum tenuerit? qua in re neque nos quidquam ſtatuere poſſumus, deſtituti inſtrumentis idoneis. De anno, in quem tum mors Hugiberti, tum initium Ducatûs Utilonis, inciderit, inter eosdem ſcriptores notabile diſſidium reperimus, quod ut nonnihil expendamus, extra inſtituti noſtri rationem non eſſe cenſemus.

Ejus epocha.

Arenbeckius Utilonis initia refert ad annum Chriſti 735. *vel quaſi.* Arenbeckio ſubſcribit Aventinus; & Aventinum alicubi ferè ſequitur Mabillonius. Contra verò Chronicon antiquum Salisburgenſe, à P. Hieronymo Pezio editum, & à Scriptore uſque ad annum Chriſti 1398. productum, deſignat annum Chriſti 739. cui calculum ſuum Velſerus & Brunerus adjiciunt. Aſt Mauſolæum S. Emmerami & Adelzreitterus rem dubiam ſive ad annum 738. ſive 739. ſive denique ad 740. referunt. Steindelius annum 740. abſolutè ponit Adelzreittero teſte. In quo Hiſtoricorum diſſidio nos in præſens nihil certi definituri, id unum diſcutiendum hìc ſuſcipimus, ad quos annos initia Utilonis non poſſint referri, quod occaſione itineris Bonifaciani confecturos nos eſſe ſperamus.

Tom. 1. Scriptor. Rer. Eccleſ.

Hæſerat aliquantum, ùt ſuprà ſcribere cœpimus, Ticini apud Luitprandum Bonifacius, Româ in Germaniam reverſurus. Romam acceſſerat annô 738. autumnô adultô; Non ita multò pòſt, nempe circa initium anni 739. reditum ad Germanos inſtituit, uti Mabillonius benè probat in notis ad num. XXVIII. vitæ Bonifacianæ ab Othlono conſcriptæ. In ipſo reditu, cùm iterùm Ticini apud Regem nonnihil moraretur, non ab alio, quàm ab Utilone Duce in Bojariam invitatus eſt, quod nemo dubitat, idémque in Bonifacii vita diſertè aſſeritur. Itaque initium regiminis Utilonis rejici neutiquam poteſt ad annum 740. ùt manibûs palpamus. Sed nec ad annum 739. conſignari poteſt, ne dicendum ſit, initium Ducatûs Utilonis, & invitationem ab Utilone factam contigiſſe eodem planè tempore, nempe circa initium anni 739. quod utut impoſſibile non ſit, dicere tamen duriusculum eſt. Itaque omninò decernendum videtur, initium Regiminis Utilonis ſaltem retrahi debere ad annum 738. id, quod ſuo loco, ubi de Joſepho Epiſcopo agendum erit, adhuc certiùs innoteſcet, interea de his ſatis.

Bonifacius quosdam Pſeudo-epiſcopos è Bojaria ejicit.

Bonifacius in Bojoariam delatus, provinciam rursus multa & laborioſa morum, doctrinæque emendatione purgandam deprehendit. Enimverò licèt antehac Eremwolfum lupum illum calidiſſimum è Bojaria elimináſſet, vulgúsque ejus doctrinis peſtiferis infectum inſtillatos ab illo errores dedocuiſſet, non deerant tamen alii quidam ſacrilegi, qui prætenſa Pontificia legatione ampliſſimam tractandorum ſacrorum poteſtatem ſibi commiſſam mentirentur, atque in novos errores populum præcipitarent. Et verò tantò graviùs invaluit mali magnitudo, quantò magìs vulgus imperitum paſtorum, doctorúmque

Orthodoxorum defectu patebat peſſimorum inveteratorum impoſturis. Tam pervicax tamen malum non fuit, ut Bonifacii operam, curáſque eliderer, quod, qua ratione effecerit Bonifacius, moxnarraturi ſumus.

Quatuor ibi Epiſcopatus inſtituit.

Perluſtraverat diligentiſſimâ viſitatione Bojariam Bonifacius, totúmque ſerpentium errorum malum in Paſtorum ſtabilium defectum redundare adverterat. Ergò Apoſtolica Authoritate fretus operi ingenti manus admovendas cenſuit. Collata fuêre ſuper conſtituendis quorumdam locorum ordinariis Epiſcopis cum Utilone, ejúſque Optimatibus conſilia. Annuêre illi Bonifacio, ut Bojariam univerſam in quatuor Epiſcopatus (*Parochias* tum vocabant) diſtribueret, eóſque certìs limitibûs circumſcriberet; ut, quas quiſque Epiſcopus oves paſcendas haberet, & de quarum inſtructione DEO, ſummóque Pontifici rationem redderet, omnes noſſent, & fines alienos non invaderent, ſuos verò exactè curarent. Saliſburgenſi itaque Sedi, in Monaſterio S. Petri erectæ præfecit Bonifacius Joannem Epiſcopum & Abbatem, qui in Monaſterio Vintshellenſi Angliæ Benedictinam Regulam antehac profeſſus, poſteà inter alios ſocios ex eadem Anglia ab eo evocatus fuerat, ut ex Hiſtoria Saliſburgenſi diſcimus. (Lib. 2. Cap. 8.) Friſingenſi Cathedræ, ac *Monaſterio S. Corbiniani*, ùt in quibusdam Inſtrumentis nuncupari rectè alibi diximus, Erimbertum noſtrum impoſuit, jam antehac à ſuis electum, ùt ex ſuprà adductis apparet. Ratisbonenſibus Præſulem dedit Gaubaldum, qui in Monaſterio S. Emmerami epiſcopium ſuum conſtituit, uti ex Mauſolæo ejuſdem S. Emmerami conſtat. (Cap. 26.) Vivilonem nuper ipſe Gregorius III. Pontifex ordinaverat: qui proinde in Sede Patavienſi perſtitit. Bonifacius tamen illius, utì & cæterarum Diœceſium, terminos deſcripſit; quonam in loco recèns inſtituti Antiſtites ſacrìs cæremoniìs, & charactere Epiſcopali inſigniti fuerint, incertum eſt. Dubium tamen vix eſſe poteſt, quin in ſua quiſque Eccleſia à Bonifacio conſecrationem obtinuerit, adhibitis ſemper duobûs, aut tribûs aliìs Epiſcopìs, utì Bonifacium à Pontifice juſſum fuiſſe ſuprà expoſuimus.

A Pontifice poſteà confirmatos.

Totius negotii geſti ſeriem Bonifacius ſtatim nunciavit Pontifici: qui eo rerum ſucceſſu mirè exhilaratus, factum Bonifacii datìs literìs amore pleniſſimìs commendavit, &, prout optaverat Bonifacius, ad quæſtiones quaſdam propoſitas exactè reſpondit, ac non ſolùm tres illos novos Epiſcopos, verùm etiam Vivilonem inſtructioni, & correctioni illius ſubjecit, adjectâ inſuper poteſtate, atque exhortatione etiam alibi terrarum, ubi res poſtularet, Epiſcopos Apoſtolica delegata Auctoritate conſtituendi. Literæ illæ Pontificiæ tanti utique nobis eſſe debent, ut hìc plenè recitentur, atque Bojorum animis inſculpantur; itaque eæ ſic habent:

Reverendiſſimo & Sanctiſſimo Fratri Bonifacio Coëpiſcopo Gregorius Servus Servorum Dei.

DOctoris Gentium egregii & Beati Pauli Apoſtoli vox eſt, dicentis: Diligentibus DEUM, omnia cooperantur in bonum. Agnoſcentes itaque in Syllabis fraternitatis tuæ, quia de Germaniæ gentibus, quas ſua pietate Deus noſter de poteſtate Paganorum liberavit, & ad centum millia animas in ſinu Sanctæ Matris Eccleſiæ, tuo conamine, & Caroli Principis Francorum aggregare dignatus eſt, ſed & in Bojoariorum provincia, quæ à te acta ſunt, agnoſcentes, Datori omnium bonorum Domino DEO noſtro, extenſis ad Cælum manibûs gratias retulimus: quia januam Miſericordiæ & pietatis in illis partibus Heſperiis, ad cognoſcendam viam ſalutis aperuit, & miſit Angelum ſuum, qui præparavit viam ante te. Igitur quia judicaſti perrexiſſe te ad gentem Bojoariorum, & inveniſſe eos extra ordinem Eccleſiaſticum viventes, dum Epiſcopos non habebant in Provincia, niſi unum nomine Vivilum, quem nos paulò

ante

Digitized by Google

ante ordinavimus, & quia cum aſſenſu Utilonis Ducis eorundem Bojoariorum, ſeu Optimatium Provinciæ illius, tres alios ordinâſſes Epiſcopos, & in quatuor partes illam diviſiſti, id eſt in quatuor Parochias, ut unusquisque Epiſcopus ſuam habeat Parochiam, benè & ſatis prudenter peregiſti frater, quoniam Apoſtolicam præceptionem ex noſtra vice implêſti, & ſicut tibi præcepimus, ita egiſti; itaque non deſinas frater Reverendiſſime docere eos Sanctam, Catholicam, & Apoſtolicam Romanæ Sedis traditionem, ut illuminentur rudes, & viam ſalutis teneant, per quam poſſint ad æterna præmia pervenire. Presbyteros autem, quos ibidem reperiſti, ſi incogniti fuerint viri illi, à quibus fuerint ordinati, & dubium eſt, eos Epiſcopos fuiſſe, qui eos ordinaverunt, ſi bonæ actionis, & Catholici viri ſunt ipſi Presbyteri, & in Miniſterio Chriſti, omníque lege ſancta educati, ab Epiſcopo ſuo benedictionem Presbyteratûs ſuſcipiant, & conſecrentur, & ſic Miniſteriô ſacrô fungantur. Illi verò, qui baptizati ſunt per diverſitatem & declinationem linguarum gentilitatis, ſi tamen in nomine Sanctæ Trinitatis baptizati ſunt, oportet eos per manûs impoſitionem, & ſacri Chriſmatis confirmari. Nam Vivilus Epiſcopus à nobis eſt ordinatus. Hic ſi aliquid excedit contra Canonicam Regulam, doce & corrige eum, juxta Romanæ Eccleſiæ traditionem, quam à nobis accepiſti. De Concilio verò, ut juxta ripam Danubii debeas celebrare, noſtra vice, præcipimus fraternitati tuæ Apoſtolica auctoritate, te ibidem præſentari. Et in quantum tibi Dominus vires dederit, prædicare verbum ſalutis non ceſſes, ut Religio Chriſtiana in nomine Domini creſcat, & multiplicetur. Nec enim habebis licentiam, Frater, pro incepti laboris utilitate in uno morari loco, ſed confirmatis cordibus fratrum, & omnium fidelium, qui rareſcunt in illis Heſperiis partibus, ubi tibi Dominus aperuerit viam ſalutis, prædicare non deſiſtas. Et ubi locum inveneris, ſecundùm Canonicam Regulam Epiſcopos ordina ex noſtra vice, & Apoſtolicam atque Canonicam traditionem eos tenere edoce. Ex hoc enim magnum mercedis præmium tibi præparabis, quoniam Omnipotenti DEO facies plebem perfectam. Non pigeat, Dilectiſſime Frater, itinera carpere aſpera, & diverſa, ut Chriſtiana fides longè, latéque tuo Conamine extendatur, ſcriptum namque eſt, arcta & anguſta via eſt, quæ ducit ad vitam. Operare itaque Frater opus bonum, quod cæpiſti, ut in die Chriſti JESU merearis dicere: Ecce ego, & pueri, quos dediſti mihi, non perdidi ex eis quemquam. Et iterum, Domine quinque talenta dediſti mihi, ecce alia quinque ſuperlucratus ſum. ut ſubſequenter merearis audire vocem Domini dicentis; Euge ſerve bone & fidelis, quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituam, intra in gaudium Domini tui. Data IV. Kalend. Novembris, imperante Domino piiſſimo Auguſto Leone, Imperii ejus anno XXIII. ſed & Conſtantini Imperatoris ejus filii anno XX. indictione VIII.

Hæc literarum Pontificiarum eſt formula: Cujus notas Chronologicas reſpondere anno Chriſti 739. Eruditiſſimi Scriptores Mabillonius, & Pagius docent. Tu interim bone Lector nunquam negabis, vera & ſincera ſtabilitorum Epiſcopatuum Bojariæ initia, ac benè coordinatæ Chriſtianæ Religionis decora poſt DEUM, ac Pontificiam Sedem, Benedictinis potiſſimùm hominibus, ac præprimìs Sancto noſtro Bonifacio Germaniæ Apoſtolo in acceptis eſſe ferenda.

§. IV.

Bonifacius cætera Pontificis juſſa executioni mandat.

IN ea, quam ex Othlono mox recitavimus, Gregorii III. ad Bonifacium epiſtola, duo præcipuè injuncta fuiſſe conſpicimus, nempe ut juxta *Ripam Danubii* Concilium convocaret: &, ubi ſuaderet rei Chriſtianæ utilitas, etiam alios per Germaniam Epiſcopos inſtitueret, Cathedráſque erigeret.

Bonifacius anno 740. nullum Concilium celebravit.

Baronius, ut oſtenderet, Bonifacium Gregorii mandatis quantocyùs feciſſe ſatis, ſtatim ad annum Chriſti 740. commemorat, Concilium à Bonifacio fuiſſe celebratum. Sed hallucinatum hìc fuiſſe magnum illum, & doctiſſimum Annalium Eccleſiaſticorum Scriptorem, vel ex eo unico conſtat, quòd is rem probet ex epiſtola Bonifacii, data ad Cuthbertum Cantuarienſem in Anglia Epiſcopum. In ea enim epiſtola ait Bonifacius, ſe, juſſu Pontificis Romani, & (quod accuratè obſervandum) rogatu *Principum Francorum & Gallorum* Synodum congregâſſe. Id cùm ex ipſius Bonifacii teſtimonio certum ſit, planè non apparet, quomodo ea Synodus potuerit convocari anno 740? De aliis enim Principibus utique intelligi Bonifacius non poteſt, quàm de Carolomanno, & Pippino, Caroli Martelli filiis. Atqui anno Chriſti 740. nondum Regni habenas capeſſiverant duo illi Principes ac Germani Fratres, Patre primùm annô ſequenti mortuô, uti, Pagiô teſte, inter omnes convenit. Fruſtra igitur Synodus illa ad annum Chriſti 740. ponitur. Nec dubium eſt, quin ea ipſa, quam adduximus, ratio etiam alios permoverit, ut ab ea Baronii ſententia recederent, ac primam Bonifacii Synodum ad annum Chriſti 742. & ad Zachariæ Pontificis tempora proferrent, qua de re ſingulariter conſulendus eſt Pagius ad dictum annum 740. & 742. Ex quo tamen nemo prudens inferet, Bonifacium Gregorii III. Pontificis mandatis non obtemperâſſe. Duo enim præceperat Pontifex, nempe ut Synodum inſtitueret: & Epiſcopos, ubi neceſſitas expoſceret, novos conſecraret. Poſterius mandatum primô locô Bonifacius exequendum cenſuit: primum verò in aliud commodius tempus tranſtulit, optimâ ſanè ratione, nempe ut inſtitutis priùs pluribûs Epiſcopis, Synodus frequentior coaleſceret, ſicque majori Patrum numero de promovenda re Chriſtiana conſilia caperentur.

Non tamen defuit mandatis Pontificis.

Eiſtettenſem Epiſcopatum erigit.

Inter cæteros, quos Epiſcopali munere digniſſimos Bonifacius cenſuerat, erat Wilibaldus ille, de quo in ſuperioribus dictum eſt. Is, peractô Hieroſolomitanô itinere, decimô jam annô in ipſo ſacro Caſſinenſi Monaſterio ſub Divi Benedicti Regula vitam ſanctiſſimè agebat. Hunc ut à Pontifice Bonifacius obtineret, eidem ſupplex factus eſt, rogavítque, ut Wilibaldus interpoſitâ Pontificiâ Auctoritate Romam evocaretur, ac poſtea in Bojariam mitteretur. Annuit Pontifex, ac Wilibaldum Romam vocavit, ſtatímque, ut ad Bonifacium ſeſe conferret, diſtrictè præcepit. Paruit vir Sanctus, atque itineri ſeſe continuò accinxit.

Egit interea Bonifacius cum Suitgario prædivite Comite de Hirsberg, qui ad cultûs Divini propagationem ingens terræ ſpatium Bonifacio obtulerat: concluſúmque inter eos fuit, terram illam Wilibaldo eſſe conferendam, futuro digniſſimo animarum Paſtori. Monitus ea ſuper re fuit Bojariæ Dux Utilo, ad quem etiam Wilibaldus, ſtatim, ac in Bojariam venit, ſe contulit, ſeptem deinceps diebûs in Aula commoratus. Rebûs in Aula peractîs Wilibaldus ad Suitgarium Comitem primùm, poſtea uterque ad Sanctum Bonifacium apud Friſingenſes commorantem inſtituit iter. Bonifacius viros Religioſiſſimos Friſingæ cum maxima cordis lætitia complexus, locum ampliſſimum, à Suitgario ſibi oblatum, Wilibaldo contulit, & utrumque monuit, ut Eiſtettum (aliis

Euſta-

Euſtadium, Aichſtadium, & Aureatum dictum) ſeſe conferrent, terram eousque incultam, Chriſtianæ Religionis ferè expertem, luſtrarent, ac de loco, in quo Monaſterium conderetur, ſedésque Epiſcopalis conſtitueretur, deliberarent. Paruêre Wilibaldus ac Suitgarius, ac luſtratâ Provinciâ locum illum elegerunt, qui, ùt nonnulli ſuſpicantur, à quercuum copia, hodiéque *Aichſtett* dicitur. Inde Friſingam uterque ad Bonifacium ſeſe recepit, ubi etiam prima Nobiliſſimi Epiſcopatûs Eiſtettenſis fundatio concluſa fuit, Comite univerſam toparchiam offerente. Rebûs ita concluſis Bonifacius & Wilibaldus cum Illuſtriſſimo Comite Suitgario Friſingâ Eiſtettum conceſsêre, ubi ſacer Antiſtes Bonifacius Wilibaldum ſtatim Presbyterii honore inſignivit, futurô primùm annô eum inauguraturus Pontificem. Id non contigiſſe primùm Annô Chriſti 746. manifeſtum fit ex eo, quòd Wilibaldus jam in prima Synodo Bonifaciana Annô Chriſti 742. convocatâ, comparuerit Epiſcopali charactere inſignitus, ùt ex ipſis Carolomanni Principis literis conſtat: ut adeò longè veriùs primæva Eiſtettenſis Eccleſiæ inſtitutio ad Annum Chriſti 740. referatur, ita ſcilicet, ut eôdem annô locus Wilibaldo dicatur fuiſſe traditus, íſque in Feſto S. Mariæ Magdalenæ ad Presbyterii Ordinem ibi fuerit promotus: ſequenti verò annô Chriſti 741. Epiſcopali dignitate auctus: ac demùm annô Chriſti 742. Mytrâ Pontificiâ jam conſpicuus ad Synodum venerit. Id factum eſt Friſingæ.

De iis rebus Lector benevolus conſulere poterit Arenpeckii *Chronicon Bojoariorum lib. 2. cap.* 27. apud P. Bernardum Pezium *Tom. III. Anecdotorum part. III.* Item Henricum Caniſium *tom.* 4. *antiq. Lect. à pag.* 475. *usque ad pag.* 513. Acta Sanctorum Mabillonii *Sæc. III. part.* 2. *à pag.* 365. *usque* 392. Ac rurſus Mabillonii Annales Ord. S. Bened. *tom.* 2. *lib.* 21. Demùm Antonium Pagium in Critica ad annos Chriſti 740. 741. & 742.

Sanè quô tempore Bonifacius Wilibaldum Epiſcopali charactere inſignivit, is quadrageſimum primum ætatis annum agebat. Bonifacio Wilibaldum conſecranti cooperati ſunt Burcardus Herbipolenſis, & Wizo Buriburgenſis Epiſcopi, ambo paulò ante conſecrati Pontifices ab eodem Bonifacio, qui etiam Erfordienſibus Pontificem dederat Adalarium. Et hæc quidem omnia ad mentem Gregorii Papæ: cujus tamen Pontificis obitus in hunc ipſum annum Chriſti 741. ac Menſem Novembrem incidit, poſtquam Carolus Martellus Franciæ Pro-Rex menſe Octobri eum in æternitatem præceſſerat. Interea, uti ſperamus, luculenter demonſtratum manet, Bonifacium mandata Pontificis circa novorum Epiſcoporum inſtitutionem ſanctè fuiſſe executum: quod hìc præcipuè probandum ſuſcepimus. Alii Epiſcopatus à Bonifacio inſtituti.

Ad eandem fermè laudem Bonifacii inſuper præcipuè pertinet, quòd Ejus potiſſimùm inſtinctu plura inſuper Monaſteria per Bojariam fuerint condita. Inter hæc primô fortè locô memorandum venit Monaſterium Benedictoburanum, cujus fundatores Landfridus, Waldramus, & Elilandus ſuprà laudati, crebrìs viſitationibûs à Bonifacio, cùm ſæpiùs in Bojariam veniſſet, ſalutati, monitíſque ſaluberrimìs incitati, non ſua duntaxat omnia conſtruendis pluribus Monaſteriis tradidêre, verùm etiam tandem ſeſe ipſos Deo ſub Divi Benedicti Regula mancipârunt, ſacrô Habitu ab Ipſo Bonifacio induti, cùm primariam Eccleſiam Benedictoburanam, ab iis ædificatam, honori beatiſſimi Patris Benedicti dedicâſſet, quod in omnibus Chronicis Benedictoburanis ad hos ipſos annos refertur, quibûs Epiſcopatus à Bonifacio in Bojaria, & alibi fuiſſe erectos hactenùs intelleximus. Fuiſſe ab eodem S. Bonifacio etiam ſacris ritibus initiatam Eccleſiam Monaſterii in Altenmünſter, Benedictini tunc Ordinis, ex vita Sancti Altonis manifeſtum eſt, quamvis de anno rei geſtæ inter Scriptores diſſidium ſit. Nec dubitaverim ego, quin etiam Alberto & Okario Bonifacius ſive adhortationibûs, ſive exemplis Auctor fuerit, ut Tegernſeenſe, atque Illmenſe Monaſteria conderent, quorum initia ad eoſdem ferè annos pertinere infrà videbimus. Monaſteria condita. *Act. SS. O. S. B. part.* 3. *T.* 2. *pag.* 218.

 Cæte-

Digitized by Google

Et Cathedralibus Eccleſiis adjuncta.

Cæterùm prope ipſas Cathedrales Bojariæ Eccleſias ferè omnes eo tempore ſolita fuiſſe erigi Monaſteria, aut Monaſteriis jam erectis Cathedras Epiſcopales adjungi, explorata res eſt. Id enim factum eſſe Salisburgi, Friſingæ, ac Ratisbonæ nemo eruditus dubitat. Ipſe etiam S. Wilibaldus poſtquam *Epiſcopatûs gradum accepit, in loco, qui dicitur Eiſtet, Monaſterium conſtruere incipiebat, atque ibidem ſacram Monaſterialis vitæ diſciplinam in uſum prioris vitæ, quod videndo ad S. Benedictum*, nempe in Caſſinenſi Monaſterio, *& non ſolùm ibi, ſed & in multis Monachorum manſionibus exploraverat, in ſemetipſo oſtenderet*, uti legimus in ejus vita, quæ extat apud Mabillonium *Seculi III. Benedictini part.* 2. (Pag. 382.) Hinc meritò Gretſerus S. J. in obſervationibus in vitam S. Wilibaldi ait, certum eſſe, *Germanicum nomen* Münſter / *quo multis in locis Eccleſiæ Cathedrales appellantur, à Monaſterio deſcendere, quia primi illi Canonici vitam Monaſticam profitebantur.* Ita ille.

Longiſſimum foret enumerare alia Monaſteria, tum à Bonifacii Diſcipulis alibi: tum à Sancto Pirminio in Bojaria inferiori circa ea tempora erecta. Verùm ad noſtrum propoſitum ea non ita prope accedunt, quibus hîc ſolùm diſquirendum reſtat, num S. Bonifacius non tantùm expleverit juſſa Pontificis in ordinandis pluribus Epiſcopis, verùm etiam in convocatione Synodi *ad Ripam Danubii?*

Bonifacius Synodum convocat.

Diximus, Synodum aliquam Bonifacianam Bavaricam à Baronio perperàm ad annum Chriſti 740. fuiſſe poſitam, eámque Bojariæ Scriptoribus Velſero, Brunnero, Adelzreittero, ipsíſque adeò vitæ Bonifacianæ primariis Scriptoribus Wilibaldo & Othlono eſſe planè incognitam: quam etiam ignoravit Mabillonius, & Antonius Pagius operosè impugnavit. Fuiſſe verò poſtea à Bonifacio Anno 742. congregatam aliquam Synodum, certum eſt: ſed locus, ubi celebrata fuerit, etiam accuratioribus Criticis manet incertus. Bonifacium Anno 742. Ratisbonam Epiſcopos convocâſſe, habetur etiam in Mauſolæo Divi Emmerammi, cui applaudit Hiſtoria Salisburgenſis Mezgeri: verùm cùm nulli in eam rem antiqui Suffragatores idonei producantur, ſuſpicari licebit, Mauſolæi & dictæ Hiſtoriæ Scriptores ex eo duntaxat duxiſſe conjecturam de Synodo Ratisbonæ celebrata, quòd Gregorius eam juſſerit conſcribi *ad Ripam Danubii:* id quod poſtea reipſa contigiſſe tunc fatebimur, cùm Canones illi Ratisbonenſes fuerint producti, qui hactenùs, quantum nobis conſtat, nullibi comparuêre. (Apud Francos.) Interea primam Synodum Bonifacianam potiùs in aliqua Franciæ parte, quàm in Bojariæ Metropoli (Ratisbonæ) fuiſſe congregatam, certum eſſe videtur tum ex Othlono, qui eam in *Francis* fuiſſe celebratam teſtatur, tum ex ipſa Synodo, cùm in ea nulla fiat mentio Epiſcoporum Bojariæ, ſed Franciæ duntaxat, & aliarum Regionum, Carolomanno, & Pippino ſubjectarum. Antonius Pagius ſuſpicatur, Synodum *ad Ripam Danubii* fuiſſe impeditam ſive ex morte Gregorii III. ſive ob incompoſitam Eccleſiarum Germaniæ œconomiam, aut alias rationes incognitas. Nobis autem veriſimile videtur, impedimentum illud proveniſſe *ex rogatu Principum Francorum, & Gallorum*, (*S. Bonif. in ep. ad Cuthbertum. T. 3. Conc. col. 1925. edit. Hardwin.*) qui ſcilicet malebant Synodum congregari in aliqua urbium ſuæ poteſtati ſubjectarum, quàm Ratisbonæ, ſcilicet in Regia Bojariæ, cujus Dux Utilo illo ipſo tempore Gallorum & Francorum jugo ſeſe, ac Provincias ſuas ſubtrahere, ac Regis titulum ſibi aſſumere toto niſu conabatur, uti bellum ſequenti annô 743. exortum luculentiſſimè demonſtravit. Et fortè ea ipſa cauſa erat, cur in prima illa Bonifaciana Synodo nemo Epiſcoporum Bojariæ comparuerit. Interea quidquid demùm de his omnibus ſentire fortè aliis lubeat, certum eſt, Bonifacium Pontificiæ juſſioni, quoad fieri potuit, in convocando Concilio obſecundâſſe. Neque dubium eſt, quin Bonifacius, qui Acta illius Synodi cum Cuthberto Angliæ Metropolita communicavit, ea etiam ad Bojariæ Epiſcopos, à ſe inſtitutos, tranſmiſerit: quod itidem ſecutis temporibus

Digitized by Google

ribûs contigiſſe circa Decreta Concilii Aquisgranenſis, ſuô locô videbimus.

Canones ejus Concilii, Germaniæ primi, in Synodo ſequenti Liptinenſi fuêre confirmati, ùt paſſim Scriptores, & Acta Conciliorum probant. Illos, cùm ſint prolixiores, malumus in partem noſtram ſecundam Diplomaticam differre, ex quibus apparebit, eos nihil diverſum continere ab iis, quos Bonifacius Cuthberto perſcripſit, & Baronius ad annum Chriſti 740. non ita providè retraxit.

Edit. Harduin. T. 3. à col. 1919.
Part. alt. n. 3.

Bonifacius, quem hactenùs nonniſi moliendis pro Dei gloria rebus maximis religioſiſſimè inſudâſſe perſpeximus, etiam deinceps pro Dei Eccleſia tum intra, tum extra Bojariam labores ingentes impendit, poſtquam à Zacharia Pontifice novam prædicandi in Bojaria Verbum Dei facultatem, eámque ampliſſimam impetravit. Verùm ea omnia percurrere non eſt hujus loci. Meritus tandem fuit, ut, poſtquam Gervilio Moguntinus Epiſcopus ob commiſſum homicidium dignitate ſuâ motus eſſet, deinceps ipſe præficeretur Sedi illi Moguntinæ, quæ in ipſius gratiam deinceps futura eſſet Metropolis totius Germaniæ, cui Friſingenſem quoque Eccleſiam, tametſi in Norico ſitam, usque ad initia Archiepiſcopatûs Salisburgenſis fuiſſe ſubjectam, vix eſt, cur dubitemus, cùm Gregorius III. Papa etiam Patavienſem Epiſcopum Vivilum ſive Vivilonem correctioni Sancti Bonifacii ſubjecerit, veluti ex Ejus epiſtola ſuprà recitatâ fit manifeſtum.

Fit primus Archiepiſcopus Moguntinus.

Agnovit olim Germania collata in ſe ab Apoſtolo ſuo Bonifacio beneficia, quæ hactenùs utcunque recenſuimus, & alia ferè innumera, quæ hiſce inſerere propoſiti noſtri ratio non permittit. Bojariæ etiam ſeu Norici Epiſcopi Monaſterio Fuldenſi, à Bonifacio excitato, profusâ liberalitate fuêre addicti. *Extant fideles tabulæ* (inquit Brunnerus *part. 1. lib. 5. Annalium Boicorum*, Broweri antiquitates allegans) *quibûs Epiſcoporum Boicæ erga Fuldenſe Cœnobium liberalitas eſt conſignata. Salisburgenſis Eccleſia ex Salinarum proventibus talenta annua duodecim repræſentavit. Ratisbonenſis ex vinearum, fundorúmque reditu olei tantum, quantum equi clitellarii duo lagenîs deferrent: piſcem inſuper, inſigni magnitudine, Eſocem* (Hauſen vulgò) *proprium Danubii ſpolium. Eadem munera Batavenſis Epiſcopus Vivilus cum fide miſit: ſed eô vitâ functô, poſteriores ſuæ pietatis pœnituit. Caſei in alpibus preſſi Erinberti Friſingenſium Epiſcopi donum fuêre. Wilibaldus verò Eiſtettenſis Præſul omnem villæ unius uſumfructum Fuldenſibus transſcripſit. Tam prædiorum villarúmque à reliqua plebe Fuldenſibus adjectorum, vix iniri numerus poſſit. Certè ex ſola Alemannia, ſive Suevia, & Boica aliquot millium donatio recenſita, tam felicis glebæ & ſoli, ut fundus unicus indomitos equos octoginta, quinquaginta boves, porcos nonaginta ſæpè mitteret.* Hæc Brunnerus. Imò hæc olim in Bonifacii reverentiam Germania, ac præcipuè Bojaria noſtra. *Olim*, inquam, non verò *hodie*. Noſtrâ enim ætate, cùm plurima quidem de extimarum gentium Apoſtolis etiam vulgus non ignoret, de propriæ tamen patriæ Apoſtolis ſcitur aut parùm, aut nihil; & quæ domeſtica ſunt, vilia ſunt, & negliguntur. Sola ferè extranea, & nova placent. Quod quàm ſit à ratione alienum, & in Deum, gentíſque propriæ Apoſtolos incurium, etiam cæci vident.

Antiqua Germaniæ erga Bonifacium gratitudo.

Num. X. pag. 674.

§. V.

Profanus Bojariæ ſtatus ſub Erimberto Epiſcopo.

Expendimus hactenùs, quid ab aliquot annis Hierarchæ Romani Gregorius III. & Zacharias Pontifices, atque Apoſtolicus ſanctæ Sedis Legatus Bonifacius præſtiterint ad animarum ſalutem in Bojaria procurandam. Nunc res poſtulat, ut etiam paucîs agamus de profano per eos annos

ſtatu:

ſtatu: absque cujus notitia Erimberti noſtri reliqua hiſtoriola mutila foret, & obſcura.

Carolus Martellus.

Quô ferè tempore Erimbertus noſter Eccleſiam iſtam Friſingenſem ſuſcepit regendam, Theodoricô Franciæ Rege Anno Chriſti 737. mortuô, ſecutum eſt Interregnum ſpatiô propemodùm quinque annorum, quibus Carolus Princeps, cognomentô Tudes, ſeu Martellus, regnavit usque ad annum 741. utì in Chronologia brevi Sæculi III. Benedictini Mabillonius tradit. Filios ex legitima uxore Carolus duos habebat, Carolomannum, & Pippinum, de quibus ſuprà meminimus; Filiam verò Hiltrudem. Ex Sonichilde Boja alium Filium ſuſtulit, Griphonem nomine. Carolus Princeps, cùm mortem ſibi inſtare intelligeret, Regnum inter duos illos priores Filios partitus eſt, Pippino Neuſtriâ, eâ nempe Galliæ parte, quæ Occidentem potiſſimùm reſpicit: Carolomanno verò Auſtriâ, ſeu eâ alterâ parte, quâ Gallia, imò Francia Solem Orientem excipit, traditâ. Griphonis ſive natalium vitiô, ſive tenerioris ætatis prætextu, nulla ratio habita eſt: & tumultus ab incauto Juvene tum quidem ſuſcitati, brevì habuêre finem, poſtquam is expugnatô, quod occupaverat, Laudunô à fratribus datus fuit in cuſtodiam. Indigniſſimè interea id tulit Griphonis Mater Sonichildis, aſtúque fœmineô ultura contemptum, ſuadâ quadam muliebri conſilium ſuggeſſit Hiltrudi, ut deluſis fratribûs, à quorum dominandi libidine nonniſi tyrannidem, & parem cum Griphone ſortem exſpectare poſſet, in Bojariam fugeret, ubi absque dubio ad thorum præpotentis Principis aſſumenda eſſet. Et profectò placuit conſilium Hiltrudi, quippe quæ rebûs ſuîs clàm diſpoſitîs è Gallia in Bojariam feliciter delata eſt.

Regnum Carolomanno & Pippino filiis diſtribuit.

Griphone neglecto.

Hinc turbæ.

Utilonis Ducis cum Hiltrude conjugium: ex quo Taſſilo.

Bojis, ùt alibi vidimus, eâ tempeſtate Utilo Dux præerat, ingentis ſpiritûs Princeps. Hic ut primùm profugam è Gallia nobiliſſimam Virginem contuitus eſt, eam in ſponſam ſibi elegit, atque ex ea ſequenti ſtatim annô natum ſibi Taſſilonem filium vidit. Et hæc quidem omnia communi Scriptorum calculô comprobantur; inter quos tamen controverſia intercedit, cuinam ſcilicet æræ Chriſtianæ anno Nativitas Taſſilonis reſpondeat? ex cujus dubii ſolida deciſione, cùm plura alia pendeant, operæ pretium facturi videmur, ſi rem breviter quidem, aſt non indiligenter diſcuſſerimus. Diverſa Scriptorum placita paucîs referimus. Arenbeckius Taſſilonis Nativitatem reponit ad annum Chriſti 740. Aventinus, quem ſequitur Scriptor Mauſolæi S. Emmerami ad annum 741. Oculatiores verò Bojorum Hiſtoriographi Velſerus, Raderus, Brunnerus, Adelzreitterus, Rettenbacherus ad annum 742. conſignant. Alii denique cum Steindelio ad annum 743. differunt.

Ex his neque Arenbeckii, neque Aventini opinionem ſuſtineri hodie poſſe, certi ſumus: quod facilè conficimus. Martellus ex calculo hodie receptiſſimo obiit annô Chriſti 741. menſe Octobri, ùt ſuprà jam monuimus. Secuta eſt Regni diviſio inter Carolomannum, & Pippinum. Huic ſucceſſit Lauduni à tumultuante Griphone occupati obſidio. Hinc deditio, & ipſius Griphonis in cuſtodiam retruſio. Subſecuta fuêre enarrata Sonichildis conſilia: fuga Hiltrudis è Gallia in Bojariam, ejúsque cum Utilone Duce connubium. Quæ omnia, ſi intra ſemeſtre contigiſſe dixerimus, rebus hiſce geſtis nonniſi arctas temporis anguſtias conſtituemus, & Utilonis interim cum Hiltrude nuptias ante menſem Aprilem ſequentis anni 742. non fuiſſe celebratas dicere cogemur. Demus deinde, quòd poſthac ſtatim intrà novem menſium intercapedinem ex Ducali illo thoro natus ſit Taſſilo, propiùs ſanè fortaſſis erit, ut ejus natalem lucem ad annum 743. quàm ad annum 742. ne dicam 741. reponamus: quod eruditi Lectoris criſi lubentes committimus. Et hæc quidem de Taſſilonis nativitate.

Utilo regiam dignitatem meditatur.

Inter hæc Utilo ſive gloriâ Prædeceſſorum ſuorum, ſive ambitione Majorum Domûs Franciæ, quibus ipſe hactenùs ad evertendos, atque ejiciendos è Galliis

Galliis Saracenos maximam opem, validiſſimámque manum contulerat, excitatus, poſito Ducis nomine Rex appellari voluit, nihilô inferiorem ſe ratus iis, qui Regiô quidem Franciæ titulô abſtinerent, ſed reapſe nonniſi imaginarium Regis nomen alteri (Chilidérico) permitterent, ipſi verò tam Regi, quàm populis liberrimè jus dicerent, ac rerum potirentur.

Ea Utilonis conſilia veluti Francicæ Majeſtati illatam injuriam jamdiu interpretati Carolomannus & Pippinus, cùm aliîs gravioribûs bellîs feliciter defuncti eſſent, tandem anno 743. Arma in Boicum movent. Neque ſine Regia armatorum multitudine hoſtibus occurrit Utilo usque ad Lycum fluvium. Verùm ſive quòd Carolomannus ac Pippinus militum numero aut alacritate prævalerent, ſive quòd Boji exiguam in Ducis ſui Utilonis causa fiduciam ponerent, turbatîs à Franco Milite Bojorum ordinibûs, ultra Oenum Utilo fugatus, & ad mitiora conſilia converſus, ſequenti anno Chriſti 744. cum Francis pacem conſtituit, & Regis titulum abjecit. Et Francorum in ſe arma concitat. Quibus cedere cogitur.

Non obſtabant eæ per Bojariam turbæ, quo minùs egregias interim radices in ea Provincia ageret Chriſtiana Religio, cùm & Utilo, & alii Viri Illuſtres paſſim Religioſa per eam Provinciam contubernia excitarent, quidam etiam ſeipſos in iis DEO conſecrarent. Inter cœnobia illa præcipuô locô commemorandum venit ſuprà laudatum ampliſſimum Tegernſeenſe Monaſterium, cujus opulentiſſimi, nobiliſſimique Conditores fuêre Adalbertus quidam, & Okarius, germani fratres, ſive ex Bojariæ ſive Burgundiæ Ducum, Regúmque ſanguine exorti. Ex iis Adalbertus in primum Abbatem lectus, tantâ Sanctitatis famâ eidem præfuit, ut Monachorum numerus ad centum quinquaginta excreviſſe dicatur: quibus omnibus alendis abundè proviſum erat à profuſiſſima Fundatorum pietate. Erimbertus noſter Eccleſiam illam circa annum Chriſti 746. Ritu Chriſtiano Divini Numinis, ac S. Petri & Pauli Apoſtolorum honoribus conſecravit, cooperantibûs ſibi Joanne Salisburgenſi, atque Garibaldo Ratisbonenſi Epiſcopis, ùt monumenta Tegernſeenſia probant, & Arenbeckius tradit. Monaſterii Tegernſeenſis primordia. *P. Bern. Pez. Anecdot. T. 3. p. 3. Col. 489. Chron. Bav. Cap. 29.*

Nec dubium cuiquam eſſe debet, idem præſtitiſſe Erimbertum noſtrum Ilminenſi Monaſterio, eorundem Fundatorum grandi liberalitate erecto, cui primum Abbatem præfectum fuiſſe tradunt Utonem, fundatoribus affinitate conjunctum. Addidêre viri illi glorioſiſſimi duobus hiſce Monaſteriis Collegium quoddam ſæcularium Canonicorum S. Hippolyti. Verùm quia illud ſitum erat in Ripenſi Norico, nempe in hodierna Auſtria inferiori, ad Erimberti curas non pertinebat. De eo agit Vir Cl. P. Hieronymus Pezius *T. 1. de Scriptoribus Rerum Auſtriacar. pag.* 739. *& ſeqq.* ubi etiam tradit, ad Ilmum fluvium conditum fuiſſe ſtatim ab initio Collegium ſæcularium Canonicorum; verùm aliter habet Hundius in Metropoli, qui videri poteſt, & nomen *Illmünſter*, ſeu *Ilmi Monaſterium*, ei opinioni luculenter refragatur. Cui accedit, quòd conſtet, ei Monaſterio præfuiſſe Abbatem B. Lullum, Divi Virgilii ſocium, ùt infrà ſub Aribone Epiſcopo dicemus. De aliarum Diœceſium Monaſteriis hoc tempore per Bojariam inſtitutis hìc agere, noſtrum non eſt. Et Ilminenſis ſeu Ilmünſter.

Cæterùm poſtquam ea ipſa ætate, nempe circa annum Chriſti 746. Carolomannus, florentiſſimus Princeps, ejuratis ſpebûs caducis in Italiam, ac Monaſterium Montis Soractis primùm: poſtea in ipſum Divi Benedicti Caſſinenſe contubernium ſtupente toto orbe ſeceſſerat, atque ibidem Monachum induerat, univerſis Regni Curîs Pippino relictîs, Gripho, teſte Annaliſta Metenſi, ab eodem Pippino dimiſſus è cuſtodia, inſuper habito fratris favore, rurſus Regnum ambire, résque novas moliri cœpit. Itaque ad Saxones primùm (inimicam eo tempore Francis gentem) delatus, verùm inde repentino Pippini adventu ejectus, ad Bojos cum tumultuariis copiis venit, imparatos opprimit, Hiltrudem ſororem ſuam, & Taſſilonem ſuum ex ea Nepotem in deditionem accipit, & nemine reſiſtente jura Bojis dicere incipit. Abſentem eo tempore, Carolomannus Princeps fit Monachus Caſſinenſis. Griphone rurſus tumultuante.

Digitized by Google

aut morbo impeditum Utilonem fuiſſe facilè mihi perſuadeo: cùm Scriptores, ubi de novis illis Griphonis tumultibus agunt, nullam Utilonis mentionem ingerant; mortuum eo tempore fuiſſe Utilonem Scriptores quidam opinantur. Verùm gratis id aſſeri, nos ſuô locô certiſſimis argumentis demonſtrabimus.

Interea non tulit illatam tum ſorori tum Nepoti ſuo injuriam Pippinus. Itaque cum maximo Exercitu delatus in Bojariam, Griphonem inde ejecit, & Taſſilonem, adhuc parvulum, Ducem dixit: ab eóque anno Taſſilo deinceps annos ſui Ducatûs numerare ſolitus eſt, uti inter cæteros R. P. Simon Rettenbacher eruditè advertit.

Taſſilonis epocha. *Annal. Cremifan. lib. 1. pag. 17.*

Sed nempe quiſnam cenſendus ſit annus Taſſilonis primus, à quo is epocham ſui Ducatûs duxerit, hoc opus, hic labor eſt decernere, Scriptoribûs rurſus in diverſas opiniones diſtractis. Neque otiosè agendum eſſe in deſignanda epocha illa, monent nos documenta ſanè multa, à Taſſilone ſubſcripta, quæ impoſterùm accuratè tractanda occurrent, ut certos rebus geſtis annos (quoad equidem fieri poteſt) deinceps aſſignare valeamus. Arembeckius *in Chronico Bojoariorum lib.* 2. *cap.* 8. tradit, Taſſilonem iniiſſe Ducatum vivente adhuc Genitore anno 747. quem ſequi convincitur Laudatus P. Simon Rettenbacher, eruditus Annalium Cremiſanenſium Scriptor, dum *lib.* 1. *cap* 8. initia illius Monaſterii ponit ad annum 777. quem Thaſſilo in Diplomate vocavit annum Ducatûs ſui triceſimum, quamvis ipſe P. Rettenbacher antehac *cap.* 7. in annotatione marginali decima alium annum deſignaverit. Subſcribit eidem Arembeckii ſententiæ etiam eruditiſſimus Mabillonius. Contrà verò Annales Bertiniani & Rhegino malunt ponere annum Chriſti 748. atque eidem opinioni à Rerum Boicarum Scriptoribus calculum ſuum adjicere videtur Adelzreitterus, & ex extraneis Pagius. Communior verò Scriptorum ſententia primordia Ducatûs Thaſſilonis transfert ad annum Chriſti 749. Ita enim habent Annales Francorum Fuldenſes: item Annales Eginhardi Metenſes, & alii, uti videre eſt apud Marquardum Freherum *de Rerum Germanicarum Scriptoribus T.* 1. *editionis tertiæ Struvianæ;* quibus è noſtris Boicis Hiſtoriographis Viri eruditiſſimi Velſerus, & Brunnerus accedunt. In hoc Scriptorum diſſidio, & rerum Caligine cenſemus omninò eligendam eſſe ſententiam, ſecundô locô poſitam, ita ut epocha Ducatûs Thaſſilonis incidat in annum Chriſti 748. uti epocha Regni Pippini, teſte Pagio & aliîs, certiſſimè ponenda eſt anno 752. Cape, Lector benevole, mentem noſtram ex hoc ſchemate, ad diſſipandas tenebras, uti ſperamus, non ineptô, & infrà quaſi ad oculum demonſtrandô.

Annus Chriſti.	Ducatûs Thaſſilonis.	Unctionis Pippini.
748us	1us	- -
749	2	- -
750	3	- -
751	4	- -
752	5	1us
753	6	2
754	7	3
755	8	4
756	9	5
757	10	6
758	11	7
759	12	8
760	13	9
761	14	10
762	15	11
763	16	12
764	17	13

765

Digitized by Google

765	18	14
766	19	15
767	20	16
768	21	17

Qui idem annus fuit Pippini ultimus, Caroli verò filii primus. Sed continuemus ſchema.

769	22	Caroli, 2
770	23	3
771	24	4
772	25	5
773	26	6
774	27	7
775	28	8
776	29	9
777	30	10
778	31	11
779	32	12
780	33	13
781	34	14
782	35	15
783	36	16
784	37	17
785	38	18
786	39	19
787	40	20
788	41	21

Quo anno Thaſſilo exautoratus, & in Monaſterium detruſus eſt.

Ut hujus Shematis veritatem demonſtremus ad oculum, alia re non indigemus, quàm coævis inſtrumentis, hactenùs nunquam in lucem productis. Et ecce tibi optima!

Legimus in aureo illo, ac vetuſtiſſimo, ſive primo Traditionum Friſingenſium libro Traditionem *Timonis de Toalpach*, factam ſub Joſepho Epiſcopo, in qua notæ Chronologicæ hæ ponuntur. *Anno ſecundo Regnante excellentiſſimo Pippino Rege, quando Domnus Apoſtolicus in partibus Galliæ venerat, anno ſexto Taſſilonis electiſſimi Ducis.* Quæres modò, Lector, quis ſit annus, quo Domnus Apoſtolicus, nempe Stephanus II. (aliis III.) in Galliam venerit? Reſpondet Baronius, id contigiſſe anno Chriſti 753. & poſt Baronium idipſum Pagius aſſeverat. Rectè. Ergò annus Chriſti 753. fuit Pippini ſecundus, Taſſilonis ſextus, uti accuratè Schema noſtrum exhibet; ſed ad alia Teſtimonia. *Fol. 10. & 11.*

Sequitur in eodem libro rurſus alia donatio, quæ facta dicitur *anno IV. Regnante Domno Pippino inluſtriſſimo Rege, & in VIII. anno Taſſilonis Venerabilis Ducis.* Ubi rurſus videmus, initia Regiminis Taſſilonis iterum integro ac completo quadriennio præmitti initio Regiminis Pippini: iiſque notis Chronologicis deſignari annum Chriſti 755. *Fol. 21. b.*

Rurſus in eodem venerabili Codice exprimitur alia donatio facta *Regnante Inluſtriſſimo Rege Domno Pippino anno octavo Regni ejus: & Venerabile Duce Taſſilone anno 12. Regni ejus, indictione XII.* Ubi iterum quatuor completîs annîs epochæ Pippini & Taſſilonis diſtant, Chronologicis hiſce notîs annum Chriſti 759. deſignantibus, etiam Indictione optimè reſpondente. Ergò verum manet, Epocham Taſſilonis duci non poſſe, niſi ab anno CHRISTI 748. Quam ſententiam etiam egregiè fulciunt Antiquiſſimi Annales Ratisbonenſes continuati nonniſi uſque ad annum Chriſti 820. ac editi à Mabillonio noſtro *Fol. 23. a.*

Tom. 4. *Analect. pag.* 476. ubi ſic habetur. *Anno à Nativitate Domini DCC. XLVIII. Pipinus Griſonem de Bajovvaria expulit, & Taſſiloni Ducatum dedit.*

Schemati noſtro etiam accuratè conſonat illud ex vita S. Ruperti. *Anno Incarnationis Domini* 773. *dedicata eſt primò Eccleſia S. Rudberti à S. Virgilio, anno* 26. *Regni Taſſilonis Ducis.* Quibus Teſtimoniis nihil addendum eſſe cenſemus, atque opinamur, eos, qui hactenùs aliter ſcripsêre, promptô animô noſtræ ſententiæ fuiſſe acceſſuros, ſi Inſtrumenta vidiſſent, quæ nobis præ oculis ac manibus habere conceſſum eſt, maximè cùm non appareat, in quonam chartario ſinceriora ac vetuſtiora de Taſſilone Boico Principe reperiri poſſint inſtrumenta, quàm in hoc Friſingenſi. Interim, licèt quinquennem, aut ad ſummum ſexennem puerulum Taſſilonem jam fuiſſe anno 748. Ducem appellatum certum ſit, non debebant tamen ex his quidam Scriptores inferre, Utilonem eô annô fuiſſe mortuum. Nam ut Pippinus parvulum Taſſilonem, ſuum ex Sorore Nepotem, ſingulari amoris privilegiô appellaret Ducem, opus non erat, ut Utilo eſſet ſive mortuus, ſive exautoratus, quia utique parvulo illi non fuit idcircò delatum Provinciæ imperium ſtatim capeſſendum, ſed ſpes tantùm, & jus ſucceſſionis, ac quædam cum Patre in Ducatu Societas. Sic enim etiam ipſe Taſſilo annô ſui Ducatûs triceſimô filiolum ſuum Theodonem vocavit Ducem, addendo, *Anno etiam Ducatûs ejus* (Theodonis) *primo*, absque eo, quòd ipſe Taſſilo aut ſtatim mori, aut Ducatu ſe abdicare cogitaret, uti ſuo tempore luculenter demonſtrabimus in Diplomate fundationis Cremiſanenſis annô Chriſti 777. factæ. Sanè Utilonem diu adhuc ſupervixiſſe, ac Bojariæ etiam præfuiſſe, poſtquam Pippinus Taſſilonem Ducem appellavit, ex iis meridianâ luce clariùs apparebit, quæ ſub Joſepho Epiſcopo III. geſta fuiſſe commemorabimus. Nunc hîs ita diſcuſsîs ad pertexendam Eremberti noſtri hiſtoriam revertimur.

Taſſilo Dux appellatur, quamvis Utilo inter vivos adhuc ſuperfuerit.

§. VI.

Cætera geſta, & obitus Erimberti Epiſcopi.

UTut Erimberti Sacrum Regimen in ea, quæ hactenùs deſcripſimus, turbida Bojariæ tempora inciderit, non deſunt tamen Inſtrumenta, quibus pia fidelium quorundam erga Domum Beatæ Mariæ Friſingenſem liberalitas ea ætate commendetur. Occurrit primô locô donatio quorundam bonorum in vico Zollinga, trans Ambronem fluvium ſitô, Friſingâ nonniſi unico milliari germanico diſtante, Friſingenſi Eccleſiæ à Moatberto quodam, ejúsque conjuge Totana ſub Utilone Duce, atque Erimberto Epiſcopo facta. Inſtrumentum tum ob inſignem antiquitatem, tum ob notam Chronologicam ſtatim hìc inſerendum cenſuimus; ſic igitur habet:

Donatio in Zolling.

DOminus noſter JEſus Chriſtus ac Redemptor omnium per ſanctum Evangelium clara voce intonat dicens: Theſaurizate vobis theſauros in cælo, ubi neque erugo, neque tinea demolitur, & ubi fures non effodiunt, nec furantur. Ego tamen Moatbertus unà cum conjuge mea Totana nomine in quantum potui hujuscemodi exemplum ſecutus, tradidi ad domum Sanctæ Mariæ ſemper Virginis in loco Frigiſinga, ubi Erinbertus Epiſcopus Sacerdos præeſſe dignoſcitur, quicquid Pater meus Petto mihi in hæreditatem reliquit in loco, quod dicitur Zollinga, ſeu quicquid ad me legibus pertinere videbatur, in omnibus trado atque transfundo ad jam dictum domum in manus Erinberti Epiſcopi in præſentia cunctæ familiæ ſanctæ Mariæ, id eſt, caſas, curtes, campis, pratis, paſcuis, ſilvis, aquis, aquarúmque decurſibus,

bus,

bus, mancipias, jumentas, pecodes, & omnem utenſiliam in ea verò ratione firma donatione, ut poſt obitum meum & conjuge mea, hereditas mea hæc pro me & meis hæreditas ſit Sanctorum in perpetuum ut ſi quis de Heredibus meis, vel qualibet oppoſita perſona contra hæc donationem venire vel frangere voluerit, inprimis iram Dei incurrat, & omnium Sanctorum atque Angelorum agmina extraneus permaneat, & inſolubile vinculo damnatus ſit, & quod repetit, evindicare & Judice terreno culpabilis ſit auri D. ſolidos, & quod retulit reſtituat quadruplum & donatio iſta firma & ſtabilis permaneat ſtipulatione ſubnexa. Actum in Caſtro Frigiſinga menſis Septembris die XII. anno Glorioſiſſimi Ducis Oatilonis VIII. ✠ Signum Moatberti, qui hanc donationem fieri rogavit, & Conjunx ejus Totana ſimul cum illo conſentiens & firmans: ✠ Signum Quartini Presbyteri. ✠ Signum Felix Presb. ✠ Signum anulo judicis. ✠ Signum Reginoni Judicis. Signum Cunoni. ✠ Signum Sindo. Signum Maurini. ✠ Signum Hroado. ✠ Signum Hroadunc. ✠ Signum Wrmbarti. ✠ Signum Reginolf. ✠ Signum Reginpaldi. ✠ Signum Cundpaldo. ✠ Signum Cympho. ✠ Signum Chimmi. ✠ Signum Birtilo. Signum Ato. Ego benignus ac ſi indignus Presbiter ſcripſi & ſubſcripſi Oatilone Duce confirmante.

Ex hujus vetuſtiſſimæ Membranæ Chronologica Nota intelligimus, Donationem iſtam factam eſſe anno Chriſti 745. cùm epocham Utilonis Ducis ad annum Chriſti 738. ſuprà conſtituerimus.

Cæterùm tametſi nullum aliud inſtrumentum Donationis, ſub ipſo Erimberto exaratum, occurrat, ex iis tamen, quæ in ſubſequentibus Joſephi & Aribonis Epiſcoporum actis recenſebimus, manifeſtum fiet, non ſolùm hanc, ſed plures etiam alias donationes in Helffendorf, Tullingen & Dirnzhauſen, ſedente Erimbertô Friſingenſi Eccleſiæ acceſſiſſe. Plura inſtrumenta cùm ipſe Cozrohus non invenerit, ea cum aliis jam eo tempore periiſſe cenſebimus, quod ipſe Cozrohus in ſuo Procemio deplorat, ut ſuô locô ſub Hittone Epiſcopo monebimus.

Ab hoc Epiſcopo conſecratam fuiſſe Eccleſiam Sancti Emmerammi in Helffendorf, locô ſcilicet, Martyriô Ipſius Sancti Epiſcopi illuſtri; itidem conſtat ex Inſtrumento, tempore Aribonis conſcriptô, quod iterum ſuô locô referemus. Idem Epiſcopus Eccleſiam in Biberbach Deo dedicavit. De Tegernſeenſi Eccleſia ſacris ritibûs initiatâ jam alibi diximus.

Certum eſt, obiiſſe Erimbertum Calendis Januarii. Id enim non ſolùm domeſtici Epiſcoporum Catalogi, verùm etiam Kalendarium vetuſtiſſimum Friſingenſe, quod vidit & exſcripſit P. Gamantius S. J. Vir autem Clariſs. Eccardus Hannoveranus excerpta illius nobiſcum communicavit. Annum verò (more ſuo) non deſignârunt Scriptores veteres: & poſteriores in eo deſignando non conveniunt. Video, in Chronico Domeſtico tertio poni annum Chriſti 749. In primo & ſecundo annum 751. In quinto & ſexto annum 758. alibi 750.

Sanè qui Documenta Documentis contulêre, mortem piiſſimi hujus Antiſtitis ultra annum 749. differri vix poſſe deprehenderunt, uti in conſequentibus apparebit.

Præfuiſſe cenſetur Erimbertus Eccleſiæ Beatæ Mariæ Friſingenſi, & familiæ S. Corbiniani, Abbatis quidem nomine ac munere annîs novem: deinceps verò velut Epiſcopum annis decem. Tumulo illatus eſt Erimbertus prope aram S. Matthæi in Eccleſia Cathedrali: ubi cùm anno Chriſti 1699. die 29. Auguſti juſſu hodierni Celſiſſimi ac Reverendiſſimi Principis & Epiſcopi JOANNIS FRANCISCI aperirentur ſepulchra complura primorum Loci Epiſcoporum eô conſiliô, ut area Cathedralis Eccleſiæ, eousque inæqualis & gibboſa, majoris decoris ergò complanaretur, ac via ſterneretur illic è ſacro Veſtiario ſeu Sacrario ad aras progredientibus Sacerdotibus commodior, inventum eſt

Kalend. Friſing. de Anno MDCCVIII.

Sepultura Erimberti.

Erimberti Corpus, in quo hæc potiſſimùm fuêre notata. Caput erat oblongum, è quo nonniſi dentes tres deſiderabantur. Eidem Capiti impoſita erat Mytra, antiquô, ſed perquàm artificioſô opere filis aureis contexta. Digitus ornatus erat annulô aureô, cui inſertus cernebatur ſapphirus. Tota annuli rotunditas deprehendebatur inſtar canaliculi, in medio vacua. Pedum Paſtorale non ſpectabatur integrum, ſed majori duntaxat ſui parte ibi repoſitum. Sandalia (calceamenti ſcilicet genus, quô Epiſcopi Sacris ſolenni ritu operantes utuntur) erant fibulata ex corio variè inciſo, quod antiquis illis temporibûs Eccleſiæ mos poſtulabat, quo ſcilicet ſignificaretur promptitudo Epiſcopi ad prædicandum verbum Dei, uti apud Dominicum Macrum in ſuo *Hierolexico* advertit Albinus *de Divinis Officiis*. Idque etiam eò accuratiùs exprimitur in Sandaliis Erimberti, quòd parte ſui anteriori ſint acuta, eâ ferè figurâ, quæ hodiéque Hungaris eſt uſitata. Supererant inſuper partes notabiles, atque pretioſæ veſtimentorum ſacrorum, quæ funeri Erimberti ſuperinductæ fuerant. Mirabamur etiam (nam & mihi paulò pòſt rem omnem oculis conſpicere, ac manibûs contrectare licuit) inhærentes ſacris illis veſtibus ternites, quo nomine vermium, ex carnibus putrefactorum corporum naſci ſolitorum, genus intelligimus. Auxit admirationem ſanguis in denſitatem concretus; ut planè ſtupore defixi hæreremus, quòd ex corpore, jam ante annos plus quàm nongentos tumulatô ſupereſſent indicia talia, qualia ſæpiſſimè alia defunctorum corpora nec poſt annos viginti duntaxat habere ſolent. Corpus illud Venerabile, cùm primùm operarii ſatisfeciſſent mandatis, in novum, ſed meliorem tumulum compoſitum eſt. Erimberti fuiſſe eas exuvias æſtimabatur ex traditione antiquiſſima, & Chronicis domeſticis, quæ docent, Corpora primorum S. Corbiniani Succeſſorum fuiſſe juxta tempora ac ordinem mortis tumulata prope Aram S. Matthæi: item ex conſuetudine antiquiſſima, quâ ipsis Calendis Januarii locus ille inſternebatur pannô nigrô accensis tribûs cereis: uti etiam die 2. Novembris, quo Commemoratio omnium defunctorum fidelium peragitur: item ex ipſius ſepulchri forma humili, cùm ſubſequentium Epiſcoporum ſarcophagi fuerint deprehenſi ex lapidibus, hic verò Erimberti nonniſi ex argilla, ſeu terra figulari. Cæterùm de Erimberto in libro Traditionum quarto ſeu magno ſequens diſtichon legimus:

Mundo defunctus Pater Erimberte ſecundus
Fratrem conſequeris proximus & meritis.

Erimberti ætate, & quidem annô Chriſti 747. Divum noſtrum Bonifacium à Zacharia Pontifice datum fuiſſe ſponſum Moguntinæ Eccleſiæ, in ejus gratiam factæ Metropoli totius Germaniæ, alibi diximus, & paſſim Scriptores meminêre. Ac ſic demùm in eandem noſtram Germaniam introducta fuit Hierarchia ſacra, ad promovendam rem Chriſtianam tantis votis à Summis Pontificibus, boniſque omnibus deſiderata ac ſuſpirata.

Quinam ex Monachis Divi Corbiniani Sociis tempore Erimberti in erecto Friſingenſi Conventu ſuperfuerint, non ita conſtat, cùm, ùt diximus, nonniſi unicum Inſtrumentum ſuperſit, quod Erimberti tempore confectum eſt. Superfuiſſe autem plures, certum omninò omnibus eſſe debet, quia ab iis Erimbertum fuiſſe electum, ex Diplomate Cæſareo ſuprà evicimus.

Referuntur in illo Erimberti Inſtrumento inter teſtes *Quartinus Presbyter, Felix Presbyter, & Benignus Presbyter.* Nomina verò illa plurimùm abhorrere ab aſperitate vocabulorum, quæ ea ætate inter Bojarios uſitata erant, vel ex ſolis Inſtrumentis Friſingenſibus palpabile eſt. Unde eos fuiſſe Monachos, ſ[illegible] Corbiniano, ſive ab ipſo Erimberto olim aliunde Friſingam adductos, pr[illegible]am eſt ſuſpicari. Neque ullâ ratione obſtat, quòd nomen Monachi in Inſtrumento non adjiciatur. Id enim cauſæ noſtræ nihil officere in ſuperioribus ſemel iterúmque pluribûs demonſtravimus: quibus plura hìc adjicere non vacat.

Quòd-

Digitized by Google

Quòdſi ad annum Chriſti 749. mortem Erimberti benè retulimus, conſequens eſt, ut dicamus, eum obiiſſe annô ſacri ſui Friſingenſis Regiminis univerſim decimô nonô, Pontificalis verò dignitatis decimô: Zachariæ Pontificis nonô: Imperatore Orientis Conſtantinô Copronymô: Rege Francorum Childericô: Majore Domûs Pippinô: Utilone Bojariæ Duce, neutiquam tunc jam mortuô: & Taſſilone parvulô nondum quidem rerum Bojariæ potiente, ſed tamen Duce deſignatô. Saliſburgenſibus ſacra jura adhuc diſpenſabat Joannes Epiſcopus, idémque Monaſterii S. Petri Abbas: Ratisbonenſem Eccleſiam etiamnum regebat Garibaldus: Pataviensem Beatus, qui Vivilo ſeu Viviloni ſucceſſerat. Quis verò Sabionenſi Eccleſiæ eô annô præfuerit, ignorare nos ultrò fatemur. Erimberti nomen Saliſburgenſes noſtri in Necrologio ſuo, ac libro Societatum ſtatim poſt Vivilonem Patavienſem poſuêre: poſt Erimbertum verò Beatum, itidem Patavienſem Epiſcopum, qui in Catalogis Epiſcoporum Patavienſium, quos Hundius, & P. Gabriel Bucelinus recenſent, deſideratur, uti Mabillonius noſter optimè demonſtrat; cujus ſententia ex laudato vetuſtiſſimo Codice Petrenſi ſolidè roboratur. Nunc ad Joſephum, Epiſcopum tertium, gradum faciamus. *Tom. 4. veter. Analect. pag. 527. & 532.*

CAPUT III.

De Joſepho, Epiſcopo Friſingenſi III.

§. I.

Joſephi electio: Eccleſiæ Friſingenſis incrementa: atque Iſanenſis initia.

EXtat in libro primo Traditionum Friſingenſium Inſtrumentnm quoddam donationis factæ ad Eccleſiam Cathedralem B. V. Friſingæ, expeditum ſub Joſepho Epiſcopo annô Utilonis Ducis duodecimô, die XII. Februarii, quod paulò inferiùs adducemus. Atqui annus duodecimus Utilonis alius non eſt, quàm Chriſti 749[us] cùm Utilo cæperit Ducatum annô Chriſti 738. ùt alibi diximus. Includendo autem annum 738. & 749. deprehendimus, annum illum Utilonis fuiſſe duodecimum, quamvis adhuc nondum completum, uti attentè expendentibus fiet manifeſtum. Itaque ſatis certum eſt, annô 749. die 12. Februarii Joſephum jam fuiſſe electum in Epiſcopum, Erimbertô præcedentibûs Kalendîs Januarii ejuſdem anni terris ereptô. *Annus electionis.*

Qui genus, unde domo fuerit Joſephus noſter, nullîs argumentîs idoneîs demonſtrari poteſt. Veronenſem patriâ fuiſſe, quidam Catalogi Epiſcoporum Friſingenſium produnt; qualis eſt, quem Hundius in *Metropoli* allegat. Huic opinioni accedit conjectura aliqua, quòd ſcilicet Joſephus fuerit devotiſſimus Sancto Zenoni Epiſcopo Veronenſi, quippe in cujus honorem Ipſe Monaſterium in Iſana (Iſen) erexerit, ac in ea Eccleſia voluerit terræ commendari. Verùm iſta tanti non ſunt, ut certitudinem inter Eruditos pariant. Vidi ego in recentioribus quibusdam Codicibus Vitæ Sancti Corbiniani agi de Cive quodam *Veronenſi*: & tamen in vetuſtis Codicibus legitur *Breonenſi*; quæ duo magnam diverſitatem habent, uti ex iis palpari poteſt, quæ de Breonibus in vita Sancti Corbiniani annotavimus. Si ſimilis depravatio etiam irrepſiſſet in *Patria Joſephi Epiſcopi.* *Tom. 1. pag. 103.* *§. 5.*

Joſe-

Digitized by Google

Joſephi noſtri Acta, dicendus is eſſet non Veronenſis, ſed Breonenſis. Neque deeſt conjectura, Eum Breonenſem potiùs, quàm Veronenſem fuiſſe. Nam Breonenſibus Corbinianus & Erimbertus in ſuis itineribus Italicis ſæpiùs innotuerunt, maximè cùm eo loci Corbinianus urſum nemine non ſtupente cicurem reddiderit: cum Veronenſibus verò (quantum ex reliquiis vetuſtorum Documentorum colligere licet) nec Ipſe, nec Erimbertus ullum unquam negotium habuerit. Deinde ipſe etiam Sanctus Corbinianus maximâ veneratione Sanctum Zenonem Epiſcopum Veronenſem coluit, & tamen ipſe Veronenſis non fuit. Verùm ad certiora veniamus.

Arib. Cap. 20.

Eligitur libere.

Joſephum non fuiſſe aliunde accitum, ſed è gremio Friſingenſis familiæ ſeu Monaſterii electum, dubitare vix ſinit tum religioſiſſima obſervantia, à Divo Corbiniano, & Erimberto inter ſuos introducta, ut adeò inter eos non defuerit, qui Epiſcopale munus cum dignitate gereret: tum libertas eligendi à Sancto Corbiniano eidem ſuæ ſacræ familiæ ad mentem Regulæ Sancti Benedicti impetrata. Neque tantîs ſtudiîs eo tempore prenſabatur Epiſcopalis Dignitas, ùt fieri conſuevit poſterîs temporibûs, quibus aliquando de lana potiùs, quàm de ovibus agitur. Joſephum inſigni pietate ac Zelô Epiſcopali munere digniſſimum fuiſſe, vel ex eo intelligimus, quòd non ſolùm fidelium liberalitatem erga Cathedralem ſuam Eccleſiam provocârit, verùm etiam novo Monaſterio Iſanenſi ingentes curas impenderit.

Liberalitas cujusdam Amilonis erga Friſingenſem Eccleſiam.

Primus, quem circa ipſa Epiſcopatûs Joſephi primordia in Eccleſiam Friſingenſem munificum fuiſſe legimus, erat quidam Amilo nomine, Wolfperchi filius, qui in manus Epiſcopi noſtri transfudit totum, quod hæreditatis titulô acceperat in *Wolfberthesbuſia:* quod loci vocabulum à Parente Donatoris Wolfperchto videtur fuiſſe deſumptum. Contigit ea donatio annô Ducis Utilonis XII. Chriſti 749. die 12. Februarii, ipſéque Utilo præſens aderat, uti diſertè in Inſtrumento exprimitur. Taſſilo Utilonis filiolus eidem traditioni, ſub Joſepho Epiſcopo, ac Parente ſuo Utilone factæ, confirmationis quoddam robur adjecit. Ubi manibûs palpamus, Utilonem adhuc Joſephi Epiſcopi tempore ſuperfuiſſe, ac Taſſilonem cum eodem Parente ſuo in gerendo Ducatu ſocietatem quandam habuiſſe. Inter teſtes ejus Inſtrumenti annotatur *Arbeo*, futurus nempe Joſephi Succeſſor: qui ſicut Monachus, ac poſtea Abbas fuit, ita nemo bonus negabit, etiam cæteros, inter quos locum in Inſtrumento ipſe habuit, non fuiſſe alterius conditionis homines, ſed itidem Monachos: quod ex paulò pôſt dicendis luculentiùs eluceſcet. Ubi interim præmonendus eſt Lector, Donationum Friſingenſi Eccleſiæ factarum teſtes ferè ſemper fuiſſe *de Familia*, ſeu Conventu ejusdem Eccleſiæ, veluti in progreſſu Hiſtoriæ fiet manifeſtum. Inſtrumentum donationis non piget hiſce inſerere, quod ſic habet:

An Wolfertshauſen?

DUm in Dei nomine cogitante vel tractante de anima mea ſeu de vita futura, ut in quantitate apud pio Domino veniam merear accipere, idcirco ego peccator Amilo rem propriam meam, quam Genitor meus Wolfperht mihi in hereditatem reliquid in loco, quod dicitur UUolfperthesbuſis, trado atque transfundo ad Eccleſiam Sanctæ Mariæ ſemper Virginis, quæ ſita eſt in publico loco nuncupante Frigiſinga in manus Joſeph Epiſcopi in preſentia Oatiloni Ducis, ut Chriſto propitio habeat poteſtatem ad ſalvandum & ad dominandum, jam non adſligendum, ſed ad meliorandum. Si ego ipſe aut aliquis de Heredibus meis vel quislibet oppoſita vel extranea perſona contra hanc donationem venire aut eam frangere voluerit, inprimis iram Dei incurrat, & ab omni loca Sanctorum excommunicatus vel extraneus appareat, & inſuper unà cum diſtringente fiſco auri libras III. & argenti libras V. coactus exſolvat, & quod repetit, evindicare non valeat, ſed præſens Donatio iſta firma & ſtabilis perma-

Digitized by Google

permaneat ſtipulatione ſubnexa. Actum eſt hoc XII. die Menſis Februarii, in loco nuncupante Machinga. Anno XII. Oatiloni Ducis. Et poſt hæc ego Taſſilo Dux Bajoariorum hanc epiſtulam confirmavi propria manu ✠ ſignum Amilonis, qui hanc traditionem fieri rogavit. ✠ ſignum Rathari. ✠ ſignum UVattini. ✠ ſignum Liutprandi. ✠ ſignum Hrodeo ✠ ſignum Fridaberti. ✠ ſignum Reginheri. ✠ ſignum Hroadolti. ✠ ſignum Fridrih. ✠ ſignum Arbeo. ✠ ſignum Cundhari. ✠ ſignum Cozrati. ✠ ſignum Goatſridi. Ego Benignus indignus Presbiter rogatus & petitus ſcripſi & ſubſcripſi.

Aliam donationem anno Taſſilonis Ducis tertio, CHRISTI 750. die 3. Septembris precibûs Joſephus impetravit. Arctiora erant vicina paſcua, quæ eousque ad Friſingenſem Conventum pertinebant, quàm ut pecoribus ad neceſſarios proventus capiendos alendis ſufficerent. Interea nemo non videbat, ampliſſima circa Erchingam tum prata tum paſcua jacere planè inculta, ac nulli hominum uſui deſervire, quæ tamen numeroſiſſimo gregi paſcendo abundè pabulum miniſtrare poſſent. Itaque Joſephus iis, ad quos jure dominii ampliſſima illa planities pertinebat, nempe Viris Nobilibus de Fagen, ſupplex factus eſt, ut loca illa, unde nemo hominum quidquam utilitatis caperet, permitterent Eccleſiæ Friſingenſi eſſe utilia. Et ſanè facilem aſſenſum Præſul Optimus obtinuit: & Taſſilo Dux, aliíque Viri Nobiles aſſenſum Joſepho præbuêre. Donationis literæ ſcriptæ fuêre in hæc verba:

Item Nobilium de Fagana, ſeu Vagen.

DUm in Dei ego nomine Joſephus Epiſcopus Paſtor atque Rector Dominicarum ovium conſiſtentium Beatæ DEI Genitricis Mariæ, ſeu & cæterorum Sanctorum in Caſtello nuncupante Frigiſinga, dum erga eodem loco conexæ arvæ Ducali paſcua non ſufficerant, appetivi locum ad proprios Heredes, quo vocatur Erichinga, & ibidem pro neceſſitate domos conſtruxi, quia antea jam temporibus plurimis inculta atque deſerta remanſit, omnis autem Poſſeſſores hujus loci prumptis viribus donantes atque tradentes pro remedium animarum ſuarum, imprimis glorioſiſſimus Taſſilo Dux Bajoarorum quicquid ad Feringas pertinebat pariter ipſis conſentientibus Alfrid cum fratribus ſuis & participibus eorum atque conſortiis, reliquas autem partes quicquid ad Genealogiam, quæ vocatur Fagana pertinebat, tradiderunt ipſi, id ſunt: Ragino, Anulo, Wetti, Wurmhart, & cuncti participes eorum, donantes atque transfundentes ſeu firmitatem ſecundùm jus Bajoarorum facientes ut ipſaque hujus loci, id eſt Erichinga, fines utrorumque Genealogiarum ſine fraude ditionibus Beatæ prædictæ DEI Genitricis Mariæ conſiſtere in perpetuum firma permaneat, ut nulla requiſitio ab Heredibus vel futuris prolibus, eorumque qui firmitatem nectebant, adeſſe debeat; ut ſi quis contra hæc firmitatis epiſtolam fraudare conaverit cum prædictam DEI Genetrice Mariam communicet cauſam id itaque Epiſtola firmitatis hujus præſente Domno inluſtriſſimo Duce noſtro Taſſilone, & Judicum ejus conſentientibus cum illo pariter, quorum nomina ex parte ſcripta hic retinentur, qui ſignum manuum eorum firmaverunt; ✠ ſignum manus Taſſilonis Ducis. ✠ ſignum manus Raginonis teſtes ſunt qui enterfuit. ✠ ſignum manus Oadalhart teſtes qui enterfuit. ✠ ſignum manus Alivvic teſtes. ✠ ſignum manus Tatonis teſtes. ✠ ſignum manus Chunipertbti. ✠ ſignum manus Puni. ✠ ſignum manus Hrodhardi Judicis. ſignum manus Pettonis. ✠ ſignum manus Odalfridi. ſignum manus Reginperti. ✠ ſignum manus Einhardi. Actum in villa, qui dicitur Deoinga, regnante Domino inluſtriſſimo Duce noſtro Taſſilone, die tertio menſis ſeptimi anno tertiò Regni ejus. Et ego Taſſilo Dux Bajoarorum confirmavi hanc epiſtolam. Ego Atto indignus Presbiter juſſus conſcripſi.

Digitized by Google

Donationem iſtam, Friſingenſi Eccleſiæ longè utiliſſimam, factam eſſe annô CHRISTI 750. ex anno Taſſilonis tertiô, ibi deſignatô, clarè intelligimus. Atto Presbyter, qui donationis formulam conſcripſit, noſtrô quidem judiciô alius non eſt, quàm qui poſtea futurus erat Scarantienſis Monaſterii Abbas, ac demùm, poſt Aribonem, Friſingenſis Epiſcopus. Poterat iſta donatio confirmari à Taſſilone, octenni parvulo, cùm etiam Miniſtri ſeu Judices donationi ſubſcriberent; eámque ratam haberēt. Sigillorum uſus eo tempore adhuc in ejusmodi tum Donationum tum Confirmationum literis ſignandis aut rarus, aut nullus erat, ſed ſufficiebat ſignum manu propria ductum, veluti è ſexcentis donationibus Friſingenſi Eccleſiæ factis conſtat; illud interim non capimus, quod quidam tradunt: nempe Taſſilonem anno Chriſti 750. ætatulæ ſuæ ad ſummum octavô, equô ſublimem cervos, aut etiam apros fuiſſe inſectatum; Certè ſi eo innocuæ voluptatis genere gaudere Taſſilo unquam voluit, in ætatem robuſtiorem differre neceſſariò debuit. In tot Taſſilonis Inſtrumentis Friſingæ aſſervatis nullum de Taſſilonis, etiam adulti, venationibus veſtigium occurrit.

Erchingæ deſcriptio.

Sanè paſcua illa ſpatioſa Erchingenſia, ubi tantus pecorum, cervorúmque numerus cernitur, usque in hodiernum, quo ſcribimus, diem ad Friſingenſem Eccleſiam pertinent unà cum villa perampla, cui dudum acceſſit Arx, fortalitii inſtar foſsâ circumdata, quæ auram liberrimam, & proſpectum quaqua versùm largiſſimum, amœniſſimúmque habet, cervis, pecoribûs, volatilibûs circum circa ingenti numero ludentibûs, adeò, ut eadem arx Friſingenſi aulæ, in eam viciniam ſeſe aliquando animi causâ conferenti, jucundum diverſorium præbeat, maximè cùm Erchinga nonniſi ſesqui milliario germanico ab hac urbe diſtet, & medio itinere inter Friſingenſem, & Iſmaningenſem nobiliſſimam arcem à Celſiſſimo & Reverendiſſimo Principe & Epiſcopo Joanne Franciſco è fundamentis ſuſcitatam, cubet, ac vicinam inſuper habeat aliam arcem in Pirkenek, quæ primum ſui Conditorem Eundem Celſiſſimum Principem laudat, ſylvulâ amœniſſimâ circumcincta, pluribûs rivulîs totum inter eas arces ſpatium belliſſimè irrigantibûs.

Fuiſſe Joſephum noſtrum non ſolùm Friſingenſis, verùm etiam Iſanenſis Eccleſiæ Oeconomum ſedulum, colligimus ex donationibus, eidem Iſanenſi Eccleſiæ factîs. Et Ipſe quidem Joſephus Epiſcopus dicitur Eccleſiam illam DEO, ac Divo Zenoni Veronenſi Epiſcopo conſecrâſſe, eíque Sacrorum virorum contubernium adjunxiſſe; id enim diſcimus ex omnibus Chronicis & Indicibus Friſingenſium Epiſcoporum; dotavit eam Eccleſiam Joſephus Epiſcopus prædiis compluribûs, tum pretiô comparatîs, tum ex fidelium liberalitate oblatîs. Donationum Inſtrumenta dùo hic annectimus; primum hæc continet:

*Dum in DEI nomine cogitante vel tractante de anima mea ſeu de vita futura, ut in quantitate apud pio Domino veniam merear accipere. Idcirco ego peccator Chuniberth rem propriam meam, quam Genitor meus Adalperht mihi in hæreditatem reliquid, dono atque transfundo ad Eccleſiam Sancti Zenonis quæ ſita eſt infra fluminae dicitur quae Iſana, * dono atque transfundo ad ipſa loca Sanctorum, ubi jam diximus, omnia quicquid habemus in vico, qui dicitur Paingas* (pagus eſt Præfecturæ Aiblingenſis, hodie *Pang*) *cum rebus omnibus acquiſitis quicquid ibidem pertinet ſub noſtra poteſtate hoc ſunt manſos X. cùm familiis. Inprimis Pollo & Conjunx ejus Mahthilt cum omni familia eorum, Eparhelm & Conjunx ejus ſimiliter Oadalheid, Frocnolf cum Conjuge ſua, Zliupkis cum Conjuge ſua, Lantuni & Conjunx ejus, Agilolf & Conjunx ejus, Wacheri & Conjunx ejus. Hartinc & Conjunx ejus. Horſcolf & Conjunx ejus, Otheri & Conjunx ejus Item Luiphaid cum duobus infantibus, & hac omnes cum Coloniis & uxoribus & filiis vel familiis ſeu cum omnibus utenſiliis & adhuc alia, quæ invenire potuimus ipſos ſimiliter adfirmamus ita ut jam dixi-*

* Iſn.

Digitized by Google

diximus præſente Epiſcopo Joſeph & aliis Sacerdotibus, ſeu & omnem plebem, qui in circuitu ſteterunt, & cum manu propria poſuit ſuper Altarem Sancti Zenonis, & tradidit omnem rem ſupradictam ea ratione, firma donatione Etiam ſi ego ipſe aut aliquis de heredibus meis vel quislibet oppoſita perſona, qui contra hanc donationem venire, aut frangere eam voluerit, inprimis iram DEI incurrat & ab omnibus locis Sanctorum excommunicatus vel extraneus appareat, & inſuper una cum diſtringente fiſco cum auri libras V. componat, argenti libras X. & quod repetit, evindicari non valeat, ſed præſens donatio iſta firma & ſtabilis permaneat ſtipulatione ſubnexa. Actum in Eccleſia Sancti Zenonis, regnante Taſſilone Duce anno V. VI. Id. Auguſti, & hæc ſunt teſtes. ✠ ſignum Chuniperhti, qui hanc traditionem fieri fecit. ✠ ſignum Victoris Diac. ✠ ſignum Sigiperht. ✠ ſignum Hulzilo. ✠ ſignum Virecudi Clerici. ✠ ſignum Sladio Judicis. ✠ ſignum Erlohc. ✠ ſignum Irminhart. ✠ ſignum Balduini Presbyteri. ✠ ſignum Deotrici. ✠ ſignum Timuni. ✠ ſignum Haholti. ſignum Hailat. Ego Alprih indignus Presbiter rogatus & Petitus hanc donationem ſcripſi manu mea.

Hujus donationis annus cùm fuerit Taſſilonis quintus, dubium nobis eſſe vix poteſt, quin fuerit Chriſti ſeptingenteſimus quinquageſimus ſecundus, uti ex ſchemate noſtro apparet. Cæterùm hæc eſt prima mentio, quæ in Friſingenſibus Membranis de Eccleſia Sancti Zenonis in Iſen occurrit.

Alterum inſtrumentum continens plures donationes, à variis eidem Eccleſiæ Iſanenſi, incertìs tamen annìs oblatas, ſic habet: *Notum eſt cunctis fidelibus veracisque viris, qualiter Domnus Joſeph Epiſcopus cum multis fidelibus veracisque viris congregavit & coadunavit rem, quæ pertinet ad domum Sancti Zenonis quod ædificatum eſt infra flumine, quæ dicitur Iſana, aliud adquiſivit Domnus Joſeph Epiſcopus cum pecunia, aliud tradiderunt & donaverunt fideles Viros & ditaverunt domum DEI, quod ſuprà diximus, & Sancti Zenonis tradiderunt partem terreſtriam, ut adquirerent ſibi feliciter Cæleſtem Patriam poſſidere, & animas eorum à periculis liberare. Inprimis Oatilo Dux tradidit VIII. manſos veſtitos, & Ipſe Joſeph adquiſivit & comparavit manſos veſtitos VI. Ramuuolf tradidit manſos VII. Alpolt tradidit manſos V. Eccho tradidit manſos V. Altumar Presbyter tradidit manſos III. Sundarheri tradidit manſos IIII. Pirhtilo tradidit manſos II. Heimperth tradidit manſum I. Warmunt tradidit manſum I. Eiho tradidit manſum I. Hittilo tradidit manſ. Hulzilo tradidit manſos II. Reginheri tradidit manſos III. Timo tradit manſos III. & quicquid habuit illa die. Pernhart tradidit Coloniam unam, Wolfheri tradebat unam Coloniam.*

Ex hoc inſtrumento iterum convincimur, Utilonem Ducem adhuc inter vivos fuiſſe, cùm Joſephus Epiſcopus Eccleſiam ſuam Iſanenſem dotaret. Cæterùm monemus hìc Lectorem, antiquorum vocabulorum minùs peritum, vocabulô *Manſus* intelligi certam menſuram agri, uti rectè monemur apud Freherum in *Gloſſario vocum ſemilatinarum ac barbararum*, Tomo primo in nova editione Argentoratenſi adjecto. *Manſus veſtitus* idem nobis eſt, ac *manſus cultus:* qualis nempe opponitur *manſo apſo*, ſeu non culto: id quod colligimus ex celebri illo Arnonis Salisburgenſis Inſtrumento, quod Dükerus in ſuo Chronico ſub eodem Arnone refert, in quo multiplex mentio occurrit de *manſis veſtitis* & *apſis*, & inter alia de quodam terræ ſpatio dicitur, quod jaceat *apſum:* quo vocabulo quid intelligemus, niſi agrum *non cultum?*

Quid manſus veſtitus?

A pag. 42.

Pag. 46.

Cæterùm qualénam eo quidem tempore Sacrum Virorum Contubernium Iſanæ Joſephus erexerit, diſcimus ex rebus ſub Aribone Epiſcopo, Joſephi Succeſſore, item ſub Attone & Hittone geſtìs, ubi Iſana vocatur *Monaſterium*, & inſuper indicari videtur, Abbatem ibi Monachis præfuiſſe, uti ſuô locô expendemus; quod totum egregiè confirmatur ex eo, quòd Cozrohus noſter in primo Indice Primi Traditionum libri Iſanam *Cellulam S. Zenonis* appellet. Eundem loquendi-modum adhibet Hoholtus in inſtrumento, quod infra §. III. producemus.

Monaſterium Iſanæ.

Digitized by Google

Noſtrá ætate Iſana eſt Municipium Friſingenſe: & Divi Zenonis *Collegiatam*, ùt vocant, Eccleſiam Sæculares Canonici jam à multis ſæculis obtinent. De ea Eccleſia ac loco frequens in noſtra Hiſtoria mentio occurret.

Annô Pippini Regis ſecundô, Taſſilonis ſextô, Chriſti ſeptingenteſimô quinquageſimô tertiò Joſephus noſter dedicavit Eccleſiam in *Toalpach*, nempe Tulbach, Moſpurgenſis Præfecturæ vico, in honorem tum Beati Joannis Baptiſtæ, tum Beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli conſtructam, atque munificè dotatam, Eccleſiæque Friſingenſi donatam, à Timone quodam ad ultimam ſenectam perductô, uti fuſiùs habetur in Inſtrumento, ſanctâ ſimplicitate plenô, quod hìc producimus:

DUm in Dei nomine cogitante vel tractante me de anima mea ſeu de vita futura ut in quantitatem apud pio Domino veniam merear accipere; Ego Timo prævaricator præcepta Dei in multis modis usque ad ultimam ætatem hujus rei metum conpunctus ſecundum Judicium Sacerdotum Eccleſiam conſtruxi in honore Beati Johannis Baptiſtæ ſeu & Petri Principis Apoſtolorum vel cæterorum Sanctorum per conſenſum Venerabilis Ducis Taſſilonis, vel cunctorum commorantium urbem Germaniæ, quos ad eadem rem convocari quievi, rem propriam, quam Genitor meus Suarzolh mihi in hereditatem reliquid in villa nuncupante Toolpach, vel quod poſt obitum illius in eadem finem juſtè adquaſivi, dono atque transfundo ad dictum ſupradictæ Eccleſiæ, quam mihi ipſe conſtruxi, ut jam præfatus ſum in honorem Sancti Joannis Baptiſtæ cum Sociis ſuis in Natali ipſius dedicante Venerabiliſſimo Joſeph Epiſcopo. Nam & ego ipſe Timo omnia quicquid ad eadem pertinebat locum per manus Joſephi Epiſcopi tradidi coram omni populo, qui ibidem fuerunt ad domum Sanctæ Mariæ ſemper Virginis in loco Frigiſinga, dono atque transfundo caſas, curtes, mancipias, ſervos, liberos, tributales, omnem cultam, incultam, campis, ſilvis, pratis, aquis, aquarum decurrentibus, mulinos, vineas, greges, jumenta vel quicquid ad ipſum confinium pertinebat, ut hæc donatio firma atque ſtabiles permaneat ſtibulatione ſubnexa. Nam ſi ego ipſe aut aliquis de Heredibus meis, vel qualibet oppoſita perſona contra hanc donationem ire aut infrangere voluerit, inprimis iram Dei incurrat & anathematus ſit ab omnibus, quorum domus Dei ad regendum commiſſa eſt, & inſolubile vinculo damnatus permaneat, & Judici, qui eodem tempore fuerit ſolvat auri libras XII. & argento ſimiliter XII., & quod repetit vindicare non valeat. Hæc ſunt nomina Teſtium per aurem tractorum vel qui Signum manu firmaverunt. Signum manus ipſi Timonis, qui hæc ſupradictam rem transfundavit. Signum manus Arbionis Archipresbiteri teſtis Wolfmar presbyter, Ribuni presbiter, Victor Archi-Diaconus, Hununc Madalhart, Matto, Milo, Epo, Mahhel, Alpolt, Luitpreth, Utto, Perhteoz, Zeizilo, Fater, Immo, Oadalfrid, Ernuſt, Reginhoh, Polo, Trogo, Zello, Adalfrao, hæc ſunt XXIIII, qui ſecundum ritum gentis Bajoarorum per aures tracti ſunt, in manus Joſeph Epiſcopi. Nam ſummus & primus ſeu noviſſimus teſtis Deus omnipotens ſit, qui cuncta providit, ad illum commiſſa ſit hæc donatio, & ad omnem agminam Angelorum vel Sanctorum omnium. Hæc ſunt nomina ſamulorum ſervientium ſeu liberorum tributalium: Meginheri, Hilpico, Matto, Adalfrid, Deothelm, Manno, Wabhilo, Cunzo, Wolfolt, Luithad, Mahtrid, Lupo, Hietirad, Adalman, Nahthram, Zeizo, Ratkis, Othelm, Otcoh. Acta hæc epiſtula accepit eam ipſe Timo propriis manibus coram Teſtibus ſeu cæteris adſtantibus, atque hæc conſentientibus involuto palleo ipſam epiſtulam ſuper altare poſita tradidit in manus ſupradicti Venerabilis Joſeph Epiſcopi ad regendum, atque dominandum ſeu & ſalvandum. Ego indignus ac ſi peccator Arbeo Archipresbiter rogatus ac petitus ſeu juſſus hanc donationem ſcripſi & ſubſcripſi & teſtes firmavi anno ſecundo regnante excellentiſſimo Pippino Rege,

Digitized by Google

ge, quando Domnus Apoſtolicus in partibus Galliæ venerat, anno ſexto Regni Taſſilonis electiſſimi Ducis VIII. Kal. Julii, Luna XXVIII. Actum in villa quæ vocatur Toolpahc.

Ex hoc Inſtrumento inter cætera intelligimus, Aribonem temporis ſucceſſu factum eſſe Archipresbyterum Joſephi, ſed quem adhuc majores dignitates excepturæ erant, uti paulò pòſt videbimus.

Anno Chriſti 755. pridie Idus Martii, ac poſtea X. Kal. Auguſti ejusdem anni Cathedrali huic Eccleſiæ bona quàmplurima, nempe Caſas, *Curtes*, id eſt, prædia ruſtica, agros, prata, paſcua, ſilvas, piſcationes, mancipia, pecudes, ſupellectilem, terras cultas & incultas Eparharus quidam, & Starcholfus contulère. Prolixè id teſtantur Inſtrumenta, quæ hìc ſubjungimus. Primum ſequentia ſic exhibet:

Donatio Eparhasi Presbyteri.

DUm in Dei nomine cogitante me de anima mea, ut in quantitate apud pio Domino veniam merear accipere, ego Eperheri Presbiter rem propriam, quam Genitor meus Chunihari mihi in hereditatem reliquid, propriam portionem, quam de fratribus meis recepi, dono atque transfundo ad altarem Beatæ Mariæ ſemper Virginis & Petri Apoſtolorum Principis cum Sociis eorum, per conſenſum fratrum meorum Colonias VIIII. cum eadem donationem, quam Genitrix mea prius tradidit per manum meam & fratrum meorum, quam pari modo per epiſtulam hæc confirmo dono atque transfundo caſas, curtes, pratas, paſcuis, ſilvis, aquis, aquarum decurſibus, mancipias, jumentas, pecodes, & omnem utenſiliam, in eadem modum, ut apud patre meo utebatur, & hereditas mea hæc pro me & meis hereditas ſit Sanctorum in perpetuum, ut ſi quis de Heredibus meis, vel qualibet oppoſita perſona contra hæc donationem venire vel frangere temptaverit, inprimis iram Dei incurrat & omnium Sanctorum atque Angelorum agmina extraneus permaneat, & inſolubile vinculo damnatus ſit & quod repetit evindicare non valeat, & Judice terreno culpabilis ſit auri libras X. argenti libras X., & quod rettulit, reſtituat quadruplum. Ego Adalſrid in omnibus his ſermonibus, ſicut ſupra dictum eſt, hereditatem meam omnem ad eadem Eccleſiam Beatæ Mariæ Dei Genitricis in loco Frigiſinga ſimili modo confirmo, in ipſo die tradidi poſt finem meum pari confirmatione conſtitui & teſtes firmavi Colonias duos cum reliqua utenſilia omnia præſente cuncto populo facta hæc donatio & præſente Arbione Archipresbitero. Hæc ſunt teſtes ſcientes & providentes atque confirmantes; & hæc ſunt nomina eorum: Arbeo, Eperhari, Erchanperth, Albuni Presbiteri, Sigifrid Diaconus, Adalſrid Monachus. Fridhari, Adalſrid, Walheri, Helmrih, Carthari, Helmker, Fridurih, Chumhari. Hæc ſunt modo teſtes videntes & audientes atque firmantes, ut firma & ſtabilis permaneat peracta traditio hæc. Actum in villa Forhaah II. Idus Martii Luna XVIII. indictione X. anno IIII. Regnante Domno Pippino inluſtriſſimo Rege, & in VIII. anno Regni Taſſilonis venerabilis Duci. Ego Heres, id eſt, Arbeo rogatus atque petitus hæc donatione ſcripſi & ſubſcripſi & teſtes firmavi, & ipſe teſtis adſui hæc videns & audiens.

In hoc Inſtrumento obſervamus, Aribonem non ſolùm teſtem, verùm etiam Scriptorem Donationis egiſſe, ac ſuum Aribonis nomen (quod idem Bojis erat ac Erb) latinè reddidiſſe, ſéque *Hæredem* vocâſſe: quo nomine deinceps perſæpè uſus eſt. Inter teſtes, poſt Presbyteros & Diaconos, ponitur Adalfrid *Monachus*, haud dubiè, quòd is nondum ſacro Eccleſiaſtico ordine eſſet inſignitus. Verùm de his ſuô locô.

Progredimur ad Inſtrumentum Starcholfi, cujus tenor eſt ſequens:

Donatio Starcholfi.

DUm in Dei nomine cogitante vel tractante me de anima mea ſeu de vita futura, ut in quantitate apud pio Domino veniam merear accipere hoſpitem

Digitized by Google

ſpitem mundi me fateor, finem meum conſidero recepturum, prout gero ſecundum promiſſionem Dei. Id me erogante rem propriam in villa, quæ dicitur Aſſoltrapah (hodie Aſſalterbach , Præfecturæ Pfaffenhovienſis) *omnem quod Genitor meus Timo in hereditatem reliquid, ad Eccleſiam Beatæ Mariæ ſemper Virginis in loco Frigiſinga conſtructam. Ego Starcholf tradidi & tranſfundavi ut poſt obitum meum hereditas ſit Sanctorum, ab oriente confinio, quod dicitur Poaſinpah, & ſuper hoc Culturam, quam Waldcoz habet, & ipſum cum omne utenſilia ſua ab occidente Orintilapah confinio, & ſuper hos rivos contra Aquilonem ſecundum rectitudinem ſulcis usque in locum, quæ dicitur Rotinſuuipar à Meridie. Phetarabha flumen terminum deſignetur infra hos terminos ad ſupradictum locum trado atque tranſfundo Mancipias, Servos, tributales, Caſas, Curtes, ſilvas, Pradas & alias pratas ſuper Iſura flumine inter duas foſſas, quod ſuperiores pratas vocant, paſcua infra termino aquas, Mulinos* (nempe Molendina, uti noſter P. Martene interpretatur) *piſcationes omnem rem cultam, non cultam, ſecundum quod ad ipſum confinium pertinet, jumentos IIII. oves XXX. Porcos XX. in augmentatione & nutrimento & poſſeſſionem æternam, ut donatio hæc firma & ſtabilis permaneat, pro me & meis Anteceſſoribus. Nam ſi quis contra hæc donationem frangere vel venire conaverit, prolatum & diſtrictum ſibi Dei judicium faciat, & cum agmina Angelorum habeat cauſam & ſciat, ſe alienam invaſiſſe, & Judice tereno ſolvat, ùt mos eſt, ſuum UUergelt* (id eſt pretium æſtimationis, quo ejusmodi perſona taxatur: uti Velſerus explicat) *Et hæc epiſtula non minùs firma permaneat. Et hæc teſtes Uuolſmar, Marcellus, Ribhuni Sacerdotes. Seculares hæc ſunt: Utto, Alpolt, Neuo, Poſo, Raginhart, Sigiberi, Haduperht, Alpruh, Cauuipald, Alpheri, Ratolh ad confirmandam & teſtificandam traditionem. Actum in villa Aſſoltrapah X. Kal. Auguſti anno IIII. regnante Domno Pippino inluſtriſſimo Rege noſtro. Et anno VIII. Regni Taſſilonis Duci Venerabilis. Ego Arbeo indignus presbiter rogatus & petitus donationis Epiſtulam ſcripſi & ſubſcripſi.*

Et hæ quidem Donationes primò hôc Epiſcopatûs Joſephi ſeptenniò obvenêre Friſingenſi Eccleſiæ. Alias infra videbimus, dum interea, quid eodem tempore in reliqua Bojaria, Italia, Francia ac Friſia geſtum ſit, ad illuſtrandam Friſingenſem Hiſtoriam neceſſariò expendendum eſt.

§. II.

Acta illius Temporis publica.

An Utilo eo tempore factus ſit Monachus?

SUpervixiſſe Utilonem Bojariæ Ducem, poſtquam Taſſilo filiolus Dux à Pippino appellatus eſt, ex Inſtrumentis hactenùs adductis manifeſtum eſt. Suſpicantur Scriptores aliqui, Utilonem deinceps Monaſticam vitam amplexum fuiſſe. Verùm aliud nos docebunt ea, quæ inter ipſum Utilonem, & S. Virgilium, tunc Sancti Petri Salisburgi Abbatem, adhuc poſtea evenêre diſſidia: ut mihi quidem Utilo videatur amâſſe, atque elegiſſe vitam à turbinibus Aulæ remotam, ita tamen, ut, ſi res poſtularet, ſemper ad reſumendas Patriæ habenas præſtò eſſet.

Ratchiſus Langob. Rex Monaſticam vitam amplectitur.

Magìs ſeriò rem egit eo tempore Ratchiſus Langobardorum Rex, qui devictâ, ùt vocant, Pentapoli, nempe expugnatìs quinque Italiæ Civitatibûs Arimino, Piſauro, Fano, Auximo, & Ancona, Zacharia Pontifice auctore, factus eſt *Clericus* (utì in vita S. Anſelmi Abbatis Nonantulani habetur) nempe Monachus *Caſſinenſis*. Clerici enim nomine à pluribus illius temporis Scriptoribus *Monachum* fuiſſe ſignificatum, rectè etiam advertit Antonius Pagius ad Annum Chriſti 750. quo ea res contigit: & nos aliàs idem ſuprà usque ad nau-

ſeam

Digitized by Google

ſeam oſtendimus. Ita eo tempore in uno Monaſterio Caſſinenſi duo maximi, potentiſſimíque totius Europæ Principes, Carolomannus (de quo in præcedentibus dictum) atque Ratchiſius calcatis ſceptris atque coronis; quas alii etiam dato ſanguine conſectantur, humilem Monachorum vitam elegerunt, & ſervire DEO, quàm imperare Mundo maluerunt.

Quòd ſponte ſua, in Monaſterium ſecedendo, fecère Carolomannus & Ratchiſius, paulò pòſt, nempe anno Chriſti 752. pati coactus eſt Childericus Francorum Rex, ex Merovingis ultimus, ademptô Sceptrô in Monachum attonſus, Pippinô in Regem electô. De Regni Francici translatione in Pippinum, Eginhardus noſter, Carolo Magno, Pippini filio, à ſecretis; poſtea Monachus, & Abbas variorum Monaſteriorum, in vita ejusdem Caroli ſic ſcribit: *Gens Merovingorum, de qua Franci Reges ſibi creare ſoliti erant, uſque in Childericum Regem, qui juſſu Stephani Romani Pontificis depoſitus ac detonſus, atque in Monaſterium truſus eſt, duraſſe perhibetur: quæ licèt in illo finita poſſit videri, tamen jam dudùm nullius vigoris erat, nec quidquam in ſe clarum, præter inane Regis vocabulum, præferebat. Nam & opes, & potentia Regni penes palatii Præfectos, qui Majores Domûs dicebantur, & ad quos ſumma Imperii pertinebat, tenebantur, neque Regi aliud relinquebatur, quàm ut Regio tantùm nomine contentus, crine profuſò, barbâ ſubmiſsâ ſolio reſideret, ac ſpeciem dominantis effingeret, Legatos undecunque venientes, audiret, eisque abeuntibus reſponſa, quæ erat edoctus, vel etiam juſſus, ex ſua velut poteſtate redderet, cùm præter inutile Regis nomen, & precarium vitæ ſtipendium, quod ei Præfectus Aulæ, prout videbatur, exhibebat, nihil aliud proprij poſſideret, quàm unam parvi reditûs villam, in qua domum, ex qua famulos ſibi neceſſaria miniſtrantes, atque obſequium exhibentes, paucæ numeroſitatis habebat. Quocunque eundum erat, carpentô ibat, quod bubûs junctis & bubulcô, Ruſtico more, agente trahebatur. Sic ad Palatium, ſic ad publicum populi ſui Conventum, qui annuatim ob Regni utilitatem celebrabantur, ire, ſic domum redire ſolebat. Ad Regni adminiſtrationem, & omnia, quæ vel domi vel foris agenda ac diſponenda erant, Præfectus Aulæ procurabat. Quo officio tum, cùm Childericus deponebatur, Pippinus Caroli* (Magni) *Regis velut hæreditario jure fungebatur...... Pippinus autem per auctoritatem Romani Pontificis* (Zachariæ) *ex Præfecto Palatii Rex conſtitutus eſt.* Ita Eginhardus noſter, & ex Eginhardo Pagius ad annum Chriſti 751.

Childericus in Monaſterium intruditur.

Miſera Regum Franciæ eo tempore conditio

Conveniunt Scriptores, unctionem Pippini, juſſu ejusdem Pontificis, à Sancto noſtro Bonifacio factam eſſe anno 752. atque inde epocham Pippini duci, Pagius ad eundem annum invictè probat, ùt ſuprà monuimus; quam epocham etiam nos hactenùs ſecuti ſumus, & ſequemur impoſterùm. Bernardus à Mallinkrot Decanus Monaſterienſis in eruditiſſimo ſuo *de Archicancellariis Sac. Rom. Imperii* Opere tradit, S. Bonifacium eodem anno, Chriſti 752. fuiſſe Pippini Regis Archicancellarium, ídque probat ex literis, Epternacenſi Monaſterio conceſſis, in quarum fine hæc leguntur: *Bonifacius Archicancellarius recognovit.* In quodnam Monaſterium detruſus ſit Childericus, non convenit inter Scriptores. Mabillonius & Pagius (quorum exquiſitiſſimam eruditionem atque fidelitatem præ aliis veneramur) deſignant Monaſterium Galliæ Sithienſe; uxor illius Giſala inter Religioſas Moniales Parthenonis, ad Cochelum Bojariæ lacum nuper inſtituti, ac Benedictoburano Monaſterio ſubjecti, ſe recondidit, atque in utrumque Monaſterium, Benedictoburanum ſcilicet atque Cochelenſe (quorum poſterius jam ab Hunnorum tempore deſiit) magnificè liberalis fuit; qua de re agitur apud Clar. P. Bernardum Pezium in *theſauro Anecdotorum Noviſſimo Tom. III. part. III. Col.* 609. & 610. Videri etiam poteſt Aventinus *Annal. Bojor. lib.* 3. *mihi pag.* 300. Certè ejusdem Giſalæ vetuſtiſſimi quidam Codices hodiéque in dicto Monaſterio Benedictoburano exhibentur

Giſala Monialis in Cochl.

illæſi,

illæſi, & apud Eruditos, qui viderunt, ingentem, ùt par eſt, venerationem habent.

Zacharias PP. moritur.

Poſt eas profanarum Coronarum viciſſitudines etiam in Apoſtolico Palatio ſecuta eſt mutatio, Zacharia Pontifice poſt Pippini inunctionem mortuô. Quantum huic Pontifici debeat Francia, ex translato in Pippinum Sceptrô apparuit. Germania noſtra eidem Pontifici manet devinctiſſima, uti abundè demonſtrant epiſtolæ, à Zacharia ad Bonifacium, à Bonifacio ad Zachariam datæ. Divi etiam Benedicti Inſtitutum ſibi arctiſſimè devinxit idem Zacharias Pontifex, dum Dialogos Magni Gregorii noſtri (quem P. Gregorius Kolb S. I. *certò eſſe in Pontificem electum ex Ordine S. Benedicti aſſerit*) atque adeò etiam Divi Benedicti Acta Græcè vertit, Græcíſque legenda exhibuit. In Zachariæ locum

Succedit Stephanus II.

ſublectus eſt Stephanus II. Romanus, ex eodem noſtro *Divi Benedicti Ordine*, qui, ùt ſubjungit mox laudatus P. Gregorius Kolb, *dies poſt electionem ſuam numeravit tres duntaxat, dubiò poſteris relictò, an ob breviſſimam temporis periodum dicendus fuerit felix, an infelix magis? infelix hac in parte forſan ſolùm potuit dici, quòd ob dies Pontificatûs ſui pauciſſimos Stephanum è numero Pontificum multi excluſerunt Hiſtorici: noſtrum verò ut in numerum veniat, electum fuiſſe Pontificem ſufficiat.* Ita P. Kolb in ſerie Romanorum Pontificum. Verè *ſic tranſit gloria mundi*, quod recèns electis Pontificibus occini ſolet.

Pag. 109.

Et mox Stephanus III. *aliis* II.

Nova poſtea electione ſubrogatus eſt Stephanus alter Romanus, dictus communiter ſecundus, quoniam prioris (qui ante conſecrationem obiêrat) nulla ratio habita eſt, ùt Mabillonius in Annalibus ad annum Chriſti 752. tradit: „qui paulò pòſt de S. Bonifacio noſtro in rem noſtram ſubjungit: accepta Stephani Papæ electione, Bonifacius Epiſcopus ac Germaniæ Apoſtolus, non „ſtatim literas ad novum Pontificem dedit, ſed paulò ſeriùs: quod ipſe excuſat epiſtolâ 91. qua familiaritatem & unitatem Sanctæ Sedis Apoſtolicæ, qualem ſub tribus ejus Anteceſſoribus habuerat, ab eo ſibi concedi rogat, paratum ſe dicens ad ea omnia perſequenda, quæ per triginta ſex annos ad Eccleſiæ utilitatem facere conatus fuerat: & ad emendanda errata, quæ hoc in „munere commiſiſſet; ideò verò tardiùs ſcripſiſſe ait, quòd præoccupatus fuiſſet in reſtauratione Eccleſiarum, quas Pagani incenderant, qui per titulos & „cellas noſtras (inquit Bonifacius) plùs quàm triginta Eccleſias vaſtaverunt & „incenderunt; ita Bonifacius, & cum eo Mabillonius.

Cui ſcribit Bonifacius.

Ac poſtea in Friſiam redit.

Ad annum Chriſti 753. refertur, quòd idem S. Bonifacius, Germaniæ noſtræ præcipuus Apoſtolus, ſubrogatô ſibi in Sede Moguntina Lullô, in Friſiam redire animo conſtituerit, ut ibi prædicationis ſuæ, ac Martyrii coronam acciperet, ubi prima Chriſtianæ doctrinæ ſemina ſparſerat; id reipſa poſtea conſecutus eſt anno 755. & quidem, juxta S. Wilibaldum Biographum ſequentem in modum.

Statuerat diem certam Bonifacius, quâ converſis ad Chriſtum, & Baptiſmi gratiam conſecutis Friſonibus *Confirmationis* quoque Sacramentum impenderet. Porrò illuceſcente quæ deſtinata fuerat die, cùm exſpectarentur vocati Friſii, non ii, qui ad ſacram inunctionem invitati erant, ùt cum quibusdam aliis Othlonus putat, ſed juxta Wilibaldum, alii, quos videlicet auri Cupido acciverat, ſummo mane comparuêre, & quidem armati magnô numerô, jugulis primùm Bonifacii & Sodalium, deinde ſperatis auri, ac pretioſæ ſuppellectilis theſauris imminentes. Advertêre ſtatim truculenta, quæ Sicarii molirentur, conſilia, qui in Bonifacii comitatu erant: hinc & ipſorum aliqui de corripiendis, quæ quidem reperiri poſſent, qualibuscunque armis ſoliciti erant, ut ſe, ac maximè Sanctum Epiſcopum, lanienæ ac crudelitati barbaræ eximere poſſent. Et eadem quidem conſilia agitabant Neophyti, pro Bonifacio, Ejúſque Sodalibus ſoliciti. At obſtitit clementer Bonifacius, útque arma tum Socii ſui tum Neophyti ponerent, paternè cohortatus eſt, aſſerens, non eſſe mala pro

malis

Digitized by Google

malis rependenda, ſed tempus monere, ut ad glorioſam Martyrii Coronam omnes paratò ſeſe animò offerrent, agonémque ſuum optimo Numini commendarent, certi, poſt exiguam temporis atque doloris morulam in cœlis fidei, laborum, & fuſi ſanguinis recipere ampliſſimam mercedem, & vitâ gaudere feliciſſimâ ac ſempiternâ. Ibi ſuos ad Martyrium perferendum cohortatur.

Vix ejusmodi verba finiêrat, cùm irruens ex omni parte Gentilium furor breviculô temporis ſpatiô Bonifacium, cum Suis crudeliſſima cæde immolavit gratiſſimas Cœlo Victimas. Et ab impiis trucidatur. Itum deinde ad agendas prædas, ciſtæque ac ſcrinia, in quibus recondita erat ſacra ſuppellex, nempe Sanctorum Reliquiæ, Codices ſacri, cum annona modica, magna feſtinatione ad naves fuêre aſportatæ à Barbaris, ignorantibus, ecquid tandem theſauri in iis latitaret? mota deinde inter ſicarios quæſtio de præda dividenda, nonniſi ferrô deciſa fuit. Dum enim è prædis quisque aliud votis ſuis deſtinat, aliis idem ſibi poſtulantibûs, altercatio exorta in furias & mutuas cædes concitavit barbaros, iîs ipsîs, quos in Bonifacium, Ejúsque ſocios modò adegerant, gladiîs perimendos; adeò celeri pede latronibus inſtitit Divina Nemeſis.

Qui è ſtrage illa ſuperfuêre barbari, ingenti perfuſi gaudiô, ſibi ſolis omnem prædam à Dijs fuiſſe ſervatam exiſtimabant; aſt ubi effracta fuêre exiſtimatorum theſaurorum conditoria, inaniſſimîs ſpebûs deluſi, lymphaticorum inſtar, codices ſacros ibidem repertos per prata, locáque tum paluſtria, tum aliis ſordibus fœtida ſparſerunt, grandiori tamen veſaniâ, quàm nocumentô. Vaſa, thecæ, capſæ diripiuntur. Omnes enim ſacri illi Codices mox à fidelibus reperti, & ad varias Eccleſias deinceps delati, ſuperfuêre Othloni adhuc tempore, nempe circa finem undecimi ſæculi Chriſtiani; qui inter cætera teſtatur, ſacrum quemdam Codicem, quem vix unquam ſeponere ſolitus fuerat Bonifacius, quémque vibrati in ſe gladii ictui objecerat, mucrone quidem perfoſſum fuiſſe, ita tamen, ut nulla ſacri illius voluminis litera fuerit expuncta: eundémque Codicem hodiéque extare Serarius & Browerus ſcribunt. Sed vide, obſecro, benigne Lector, quæ de tribus ejusmodi vetuſtiſſimis Bonifacii Codicibus nuperrimè in lucem dedit Vir Clariſſ. & eruditiſſimus Joan. Fridericus Schannat Fuldenſis Hiſtoriographus ſuis Vindemiis literariis, quorum exemplar, è prælo haud dudum eluctatum, nullo prorsùs meritô noſtrô communicare nobiſcum voluit. Sanè eos etiam, qui ſacros illos Codices, atque reliquam Eccleſiaſticam ſuppellectilem dictum in modum diripuerant & abjecerant, ſtatim poſt triduum, à perpetrato flagitio exactum, DEI vindicta comprehendit. Cùm enim devotiſſimi Bonifacio Chriſtiani impiam eidem Præceptori ſuo Sanctiſſimo, ſociisque illatam necem intellexiſſent, tum rei atrocitate, tùm tenerrimâ in trucidatum meliorem Parentem ſuum Bonifacium pietate commoti, ad arma convolârunt, & ſuperſtites Sicariorum reliquias partim in fugam conjecerunt, partim ingenti ſtrage proſtraverunt. Illud verò admirationem meretur, quòd ſuperſtites Friſii, qui viventis Bonifacii doctrinam aſpernati fuerant, eò interemptô Divina corruptione Magiſtra eandem promptis animîs ſuſceperint. Barbari puniuntur. Cæterùm exuviæ Præſulis Sanctiſſimi deinceps Trajectum, inde Moguntiam, demùm ad Monaſterium ſuum Fuldenſe, inter plures eventus mirabiles delatæ, ibidem in Baſilica aſſervantur, profuſis in ſupplices beneficiis clariſſimæ.

Hæc nonnihil diffuſiùs in Apoſtoli Germani gratiam devotiſſimô calamô explicare oportebat, monente Othlono in vita Ejusdem Sancti Bonifacii his ipsîs verbis: *Confidenter dico, quia quicunque filiorum ejus* (Bonifacii) *Germanorum videlicet, agnitò tanti Patris labore, vel ex ſcriptis, vel vulgaribus dictis, non eum, quantacunque prævalet, veneratione amplectitur, in honore, quem Parentibus exhibere jubemur, negligens invenitur. Quòdſi negligentia peccatum eſt, & omne peccatum punitur: negligentia ſimul punienda creditur.* Elogium S. Bonifacii. Præmiſerat autem Othlonus: *Sicut Abraham Pater omnium dictus eſt Chriſto*

credentium: haud aliter Sanctus Præſul Bonifacius omnium Germaniæ Incolarum dici poteſt, pro eo, quòd illos verbo ſanctæ prædicationis primitus Chriſto genuit, exemplis confirmavit, poſtremò animam quoque ſuam pro ipſis poſuit, qua charitate nemo majorem valet exhibere. Hæc Othlonus, *libro primo vitæ Div. Bonifacii* circa finem. Quæ cùm etiam Friſingenſem hanc Cathedram, & Bojos univerſos præcipuè reſpiciant, omitti non poſſe viſa ſunt.

Apud Mabill. in Actis SS. Ord. S. B. Sæcul. III. part. II. pag. 53.

Idem, qui Sancto Bonifacio, annus (Chriſti 755.) ultimus etiam fuit Carolomanno Principi, quem abjectô Franciæ Principatu Monaſticen amplexatum fuiſſe, aliàs diximus. Ejus memoriam ad Bojos etiam pertinere, intelligent ii omnes, qui meminerint, eum fuiſſe Principem *Auſtriæ*, id eſt, Orientalis Franciæ, ad quam Bojaria noſtra pertinebat, quod Utilo Dux, poſitô Regis titulô, teſtatus eſt. Apud Caſſinates noſtros Carolomannus *Beati*, imò etiam *Sancti* elogiô honoratur. Sequenti anno, Chriſti 656. Pippinus Ticinum obſidione cingens, Taſſilonem noſtrum, *prope puerum* in caſtris & procinctu habuit, inquit Velſerus: qui Taſſilo poſtea annô proximô comitantibus Bojorum Primoribus (quibus an Joſephum Epiſcopum noſtrum accenſere liceat, incertum eſt) conventum Francorum Compendii adiit, ac ſe ſuáque tam Pippino Regi, quàm filiis ejus Carolo & Carolomanno in clientelam ſolenni gentis more, interpoſitô etiam ad Divorum Dionyſii, Martini ac Germani corpora Sanctiſſimô juramentô tradidit; ægrè id tuliſſe Patrem Taſſilonis Utilonem, teſtatur Reverendiſſimus Autor Mauſolæi S. Emmerammi, & ipſum etiam Taſſilonem ejus rei pœnitudinem ſubiiſſe, ſubſecuta deinceps fata docuêre. Cæterùm eodem anno Stephanus Papa III. fatis conceſſit, locúmque reliquit fratri ſuo Germano, dicto Paulo I. paupertatis Cultori, ac pauperum Patri eximio. Verùm nunc Friſingam quaſi è diverticulo redeundum eſt.

Carolomannus obit.

Taſſilo in caſtris Pippini.

Scriptores communiter. Eidem Sacramentum dicit.

Cap. 26.

Stephano III. Paulus I. ſufficitur.

§. III.

Novi Benefactores Eccleſiæ Friſingenſis. Scarantienſis Monaſterii Fundatio: Et Mors Joſephi Epiſcopi.

INter Munificos Eccleſiæ Friſingenſis Cultores primô locô memorandus venit Hammincus quidam, qui Eccleſiæ Friſingenſi multa bona contulit ex utraque Iſaræ parte, num ſupra, num infra aut prope Friſingam, incertum. Inſtrumentum Donationis, quod in hujus Operis parte altera recitamus, Aribo ſcripſit Taſſilonis Ducis juſſu Menſe Decembri anno 757. utique poſtquam Taſſilo cum ſuis Compendiô jam redierat. Circa idem tempus Thedericus quidam largam donationem de *Theoruneshuſun* (nempe *Dirnzhauſen*) jam antehac ſub *Beatæ memoriæ* Erimberto Epiſcopo factam, Joſepho noſtro confirmavit. Scripſit hujus etiam donationis membranam Aribo, in qua tamen Chronologicæ Notæ non conveniunt, cùm annus Taſſilonis decimus cum Indictione duodecima componi non poſſit; itaque aut in annos Taſſilonis, aut in Indictionem error irrepſit.

Part. Alt. N. 4.

N. 5.

Accuratiores temporis notas habet Inſtrumentum Haholti & filii ejus Arnonis, qui Eccleſiam in *Poatilinbach*, id eſt, Pietenbach, Burgkrainenſis Dominii, ſuadente Joſepho Epiſcopo conſtruxerunt, egregiè dotârunt, ac tandem Eccleſiæ Cathedrali donârunt. Viſum eſt, illud Inſtrumentum ſtatim hìc inſerere. Sic igitur habet:

In Chriſti nomine. Ego Haholt nuncio cunctis in Bajouuarja provincia manentibus, qualiter peccatis meis facientibus cauſa circa me contigit, quòd à qui-

Digitized by Google

quidam homine vulnere inflictus vitaq; diſperatus jacebam, parentibus meis mihi conſilium dantibus, ut Joſephum Epiſcopum ad conſolationem animæ meæ, & ad profectum filii noſtri Arnonis nomine ad conſilium vocâſſem, & ipſe Venerandus Epiſcopus ſicut rogavi ad medelam mihi infirmo advenit, & ſimul nobiſcum conſilium dans, ut in ipſa hereditate mea Eccleſiam ædificâſſem, quod dicitur ad Poatilinpach. Et ego Haholt ipſo Conſiliô audito congaudens miſericordiæ ejus feci, ſicut ipſe dixit; ædificatâ Eccleſiâ ad dedicandam ipſam Eccleſiam invitavi iterum Epiſcopum Joſephum, & ipſe dedicandô perfecit, ſicut rogavi. Dedicata autem Eccleſia, advocatâ Conjuge & filio meo Arnone ſimul cum aliis Parentibus meis, cum eorum conſilio & conſenſu, & eorum manibus impoſitîs quicquic propriæ hæreditatis habere videbar in loco prænotato, firmiter tradidi in manus Joſephi Epiſcopi, ut per ipſam firmiter traditionem factam firmiter tenetur ad domum Sanctæ Mariæ à die præſente ad Frigiſingas, niſi quòd filius meus nomine Arnad finem vitæ ſuæ in beneficium de domo Sanctæ Mariæ habuiſſet ipſam cauſam meam ad augendum & emeliorandum, non in nullo comminuendum, hoc complacitavi, & cum teſtibus confirmavi. Poſtea verò Divina pietas ſpatium vitæ, virtutémque corporis & animæ dedit, quòd volui ad Frigiſingas venire, & ipſam traditionem confirmare, ſed Divina Gratia volente contigit Joſephum Epiſcopum venire ad fluvium Iſanæ ad cellam & Oratorium Sancti Zenonis, & Ego ipſe Haholt revertens cum Conjuge, & ipſo filio noſtro Arnone ibidem ad Epiſcopum veniens, & multis ibidem congregatis præſentibus, ego & Conjux mea communem Carum filium noſtrum adprehenſis manibus, & elevatis filii noſtri Arnonis pari conſenſu obſeravimus filium noſtrum in altarem Sanctæ Mariæ in domo Sancti Zenonis ædificato, ut in ipſa offerſione cum omni integritate hæreditatis noſtræ perſiſteret ad domum Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas, quicquid præſente tempore viſi fuerimus habere vel exinde adgregare, vel adquirere potuimus ad nos pertinentibus, Mancipiis, Curtiferis, ædificiis, pecoribus, agris, pratis, cultis, & incultis, paſcuis, ſilvis, pomeriis, farinariis, aquis, aquarumque decurſibus, omnia in omnibus perpetualiter ad Frigiſinga tradidimus ad domum Sanctæ Mariæ Virginis pro redemptione animarum noſtrarum; hoc factum eſt ad Iſane in domo Sancti Zenonis. Anno Incarnationis Domini DCCLVIII. Indict. XI. anno XI. Taſſiloni Ducis Regni ejus; in menſe Majo VIII. Kal. Jun. Iſti teſtes per aures tracti: Heilrat, Ejo, Katolt, Oato, Podalunc, Eodunc, Uurmheri, Helmperht, Cauuo, Eonolt; Uuolfhert, Vuillahelm, Cotehelm. Timo. hanc traditionis Cartulam Heres Presbyter conſcripſit, juſſione Joſephi Epiſcopi, ſeu rogatione Haholti, & filii ejus Arnonis traditorum. Ita Haholtus: Cujus Inſtrumentum ideò lubentes huc inſeruimus, quòd Notæ illius Chronologicæ ex noſtra opinione ſint accuratiſſimæ. Obſervabit etiam Lector, Iſanam vocari *Cellam* & *Oratorium* S. Zenonis: quæ ſunt verè propria Monaſteriorum nomina apud veteres, ùt alibi monuimus.

Arnonem, Haholti filium, eſſe eum ipſum, qui poſtea Archiepiſcopus Salisburgenſis renuntiatus fuit, olim exiſtimavimus. Verùm, certiora edocti, errorem noſtrum ſuô locô diluemus, dum Arnonem illum aliunde evocatum fuiſſe demonſtrabimus.

Anno XII. Taſſilonis Ducis, Chriſti 759. Chuniperhtus quidam condidit in honorem Beati Apoſtolorum Principis Eccleſiam in Pohe, id eſt, in Pach, Cranſpergenſis Præfecturæ, eámque egregiè dotatam defenſioni Joſephi Epiſcopi, ac Succeſſorum Epiſcoporum ſubjecit. Joſephus eandem conſecravit, atque in defenſionem accepit. Subſcripsêre præter Chuniperhtum *Joſeph Epiſcopus, Manno Epiſcopus* Neoburgenſis ad Danubium (qui Epiſcopatus ſecutîs temporibûs magnam partem Auguſtano acceſſit) ac præter multos alios Aribo, qui inſtrumentum conſcripſit, Taſſilonis autoritate poſtea firmatum. Eodem anno N.Y.

Digitized by Google

no aliam Eccleſiam excitavit Adaluncus quidam in *Abunſna*, nempe *Abens*, Abenſpergenſis Præfecturæ, multis bonis eidem adjectis. Invitatus Joſephus
N. 7. Epiſcopus noſter ſacris cæremoniis eam initiavit: Adaluncus verò Cathedrali huic Eccleſiæ addixit. Proximô annô Wettinus quidam eidem Eccleſiæ Ca-
N. 8. thedrali amplam donationem in *Hroadolfing*, hodie Ruedlfing, adjecit.

Secuta eſt eodem anno alia Donatio Fridaperhti in *Eparaba*, quo nomine
N. 9. intelligimus *Ebrach* Waſſerburgenſis Præfecturæ.

N. 10. Acceſſit alia traditio Davidis in *Mammendorff* Dachavienſis Præfecturæ, ſed annô incertô. In Inſtrumento Donationis inter teſtes nominatur *Alto re-*
S. Alto Abb. *clauſus*, quem non fuiſſe alium, quàm S. Altonem, primum Abbatem Monaſterii, ab ejus nomine *Alto-Münſter* dicti, omninò perſuaſum habemus. De-
N. 11. mùm Taſſilo Dux eidem Friſingenſi Eccleſiæ inſigni munificentiâ confirmavit donationem jam antehac à Patre ſuo Utilone factam in *Haſalbach*. Inſtrumentum Donationis ſeu Confirmationis Taſſilo manu propria munivit, nullis cæteroquin Notis Chronologicis adjectis. Inter teſtes ſingulari notâ digniſſi-
S. Virgilius. mus eſt *Virgilius Abbas*, qui abſque dubio alius non eſt, quàm Vir ille Sanctus, qui poſtea vicinorum Epiſcoporum, atque inter eos (uti omninò videtur) etiam Joſephi noſtri hortatu permotus, ab iisdem ſacris Præſulibus Salisburgenſis Epiſcopus fuit conſecratus, cùm priùs fuiſſet Abbas Monaſterii S. Petri ibidem, uti habetur apertè in celeberrimo illo Indiculo Arnonis Archiepiſcopi, quem ſuprà ex Dükero laudavimus, idémque in Salisburgenſi Hi-
pag. 1046. ſtoria recitatur. De hoc S. Virgilio in conſequentibus ſæpiùs redibit mentio.

Monaſterium Scarantienſe. Præprimis memorabilis hìc eſt Fundatio Monaſterii in Scarantia, vulgò *Scharniz*, facta anno Taſſilonis Ducis XVI. Chriſti 763. Res ita contigit.

Reginpertus quidam conſentiente germanô Fratre ſuô Irminfridô, & Matre Akilindâ, atque conſanguineis Otilone & Croſone in Scarantienſi ſolitudine Eccleſiam Divo Petro Apoſtolorum Principi conſtruxerant, adjectô Cœnobiô, cui prædia quàm plurima tum intra, tum extra montes poſita, item piſcationes, paſcua, & id genus alia deſtinaverant. Taſſilonis igitur impetratô aſſenſu Reginpertus unà cum fratre ſuo eum in finem Joſepho Epiſcopo prædicta bona conſignavit, ut loci curam ſuſciperet, atque Abbatem cum conſenſu Fratrum ibi conſtitueret. Decreti fuêre in cenſum annuum, Eccleſiæ Friſingenſi exhibendum, *duo pedúles*, conformes Regulæ, nempe S. Benedicti;
p. 6. 13. 81. qui *Cap.* 55. agens de *indumentis Fratrum* tertiò *pedúles* commemorat. Annuit Joſephus noſter, & è ſuis Aribonem, Archipresbyterum ſuum, primum Abbatem Fratribus illis præfecit, inter quos etiam numerabantur Fundatores illius Cœnobii Reginpertus & Croſo, quorum poſteriori Aribo *Corona* (Mo-
N. 12. naſticæ) ſignum dedit, uti in Inſtrumento dicitur. Sanè quid deinceps circa illud Monaſterium contigerit, ſuis locis annotabimus.

Cæterùm *pedúles* eſſe quoddam indumentum pedum, Monachis antiquitùs uſitatum, diſcimus ex Macro in *Hierolexico*: Hæffteno in *Diſquiſitionibus Monaſticis*, & aliis. Paulus Diaconus *pedúles* pro Tibialibus accepit, quando dixit: *non debent Monachi cauſſari, ſi pedúles alibi fuerint.* Verùm iſta incidenter.

N. 90. Idem Joſephus Epiſcopus conſtruxit Eccleſiam S. Martini in Biberbach (Dachavienſis Præfecturæ) hodiéque ſuperſtitem, & Divo Martino ſacram, Filialem Parochiæ Vierkirchenſis, poſtquam tres *Titulos* (intellige tres ſacras ædiculas) in unam Eccleſiam congeſſit, qui tituli jam antehac ad Erimbertum pertinuerant. Quo anno id contigerit, non reperimus annotatum. Extant in hodiernum diem quodam pacto tituli illi, Aræ nempe tres; prima Divo Martino, altera Beatæ Mariæ Virgini, & tertia S. Bartholomæo Apoſtolo conſecrata. Atque hæc ferè ſunt, quæ ex reſiduis antiquiſſimis membranis Friſingenſibus de Joſepho noſtro erui potuêre.

Quo

Digitized by Google

Quo anno, quóve anni die è vita Joſephus migraverit, nihil conſtat ex vetuſtis Codicibus. Extant tamen Catalogi Friſingenſium Epiſcoporum tres, in quibus obitus Illius ponitur anno Chriſti 764. die 17. Januarii: quod ſanè veroſimile eſt, quia annô proximô, nempe 765. Aribonem jam fuiſſe Epiſcopum conſtat ex Inſtrumentis ſuô locô adducendis. Ad eandem diem obitus Joſephi Epiſcopi etiam in Gamanſii Excerptis reponitur.

Maximam fuiſſe Joſephi noſtri inter fideles exiſtimationem, diſcimus ex Arnolfo noſtro in vita S. Emmerammi, ubi *Cap.* 4. de puella quadam Friſingenſis Diœceſis, quæ anno integro nihil cibi, nihil potûs admiſerat, eóque pacto ad extremam maciem deducta erat. *Tunc Parentes*, inquit Arnolfus, *quid quirent facere ignorantes, conſilium inierunt, ut eam Joſeph Friſingenſi Epiſcopo præſentarent, ſperantes ejus auctoritate filiam communi reddere vitæ.* Et fecit equidem Joſephus, quidquid potuit. Verùm quia puellæ ſanitas honori S. Emmerammi à Deo deſtinata erat, ea Ratiſbonam mittenda fuit, ubi etiam ſanitatis gratiam accepit. Nobis interea ſatis eſt demonſtrâſſe, Joſephum apud ſuos famâ ingentis virtutis ac ſanctitatis claruiſſe.

Apud Henric. Caniſ. antiq. Lect. T. 2. cap. 4. pag. 43.

Opinio populi de virtute Joſephi Epiſcopi.

Cæterùm Epiſcopus hic noſter tumulum ſibi elegit in Eccleſia Sancti Zenonis, à ſe, ùt ferunt, unà cum Monaſterio conſtructa, apud poſteros titulô *Beati* honorari ſolitus. Celſiſſimus ac Reverendiſſimus Princeps, & Epiſcopus JOANNES FRANCISCUS (quem Superi ſervent Eccleſiæ & populo ſuo!) cùm antiqua per totam ferè Bojariam Epitaphia ſtudiô ingenti, propriâ manu conſcriberet, Iſanæ in lapide ſepulchrali Joſephi Epiſcopi hanc inſcriptionem invenit. *Hic eſt ſepultus Beatus Joſephus Epiſcopus Friſingenſis, fundator hujus Eccleſiæ, & obiit annô Domini ſeptingenteſimô ſexageſimô quartô. Tranſpoſitus eſt in Tumbam iſtam per Dominum Chriſtianum Starch, Decanum hujus Eccleſiæ anno Domini* 1473.

Beatus appellatur.

E quibus & aliis ſuprà adductis apparet, qua ratione corrigendi ſint Scriptores, qui & Joſephi mortem, & Aribonis electionem ad alios præcedentes annos retrahunt. Itaque Joſephi ex hac vita tranſitus contigit annô à conſcenſa Epiſcopali Cathedra decimô quintô, ſub Pontificatu Pauli I. qui Stephano anno Chriſti 757. ſucceſſerat: Conſtantinô Copronymô Orienti etiamnum imperante: Sanctô Virgiliô noſtrô Saliſburgenſi, Sympertô Ratiſbonenſi, Anthelmô Patavienſi Eccleſiæ præſidentibûs. Quis Sabionenſem Epiſcopatum eo tempore gubernârit, nobis hactenùs incognitum manet. Bojariæ Utilo ejúsque filius Taſſilo Duces præerant. Petrenſes noſtri Joſephi Epiſcopi nomen poſt Gawibaldum Ratiſbonenſem, & Sidonium Patavienſem Epiſcopos mortuorum Faſtis inſcripſêre.

CAPUT IV.

De Aribone, Epiſcopo Friſingenſi IV.

§. I.

Aribonis Electio, & Merita præcedentia.

ARibonem fuiſſe Parvulum illum, qui ope S. Corbiniani è vorticibus rapidiſſimi torrentis Paſſaris prope Majas mirabiliter ereptus fuerit, ſatis, ùt opinamur, in ſuperioribus evicimus, ubi vitam Divi Corbiniani concluſimus. Conſequens eſt, ut eum aut Majîs, aut prope Majas natum fuiſſe dicamus. Et ſanè is non poterat ſe gratum magis exhi-

Cap. 1. §. 13.

Digitized by Google

bere Tutelari ſuo Corbiniano, quàm ſi vitæ reliquum, quod Corbiniano ex aſſe debebat, Friſingæ Deo inter illius poſteros conſecraret. Quantos ſanè Aribo inter Friſingenſes noſtros fecerit cum in virtutis, tum literarum ſtudio progreſſus, tractu temporis res ipſa docuit, dum deinceps ad Presbyteratûs gradum promotus, Joſepho Epiſcopo à ſcribendis Inſtrumentis, Archipresbyter, poſtea Abbas Scarantienſis, ùt hactenùs vidimus: demum verò Friſingam revocatus, ac Mytrâ Epiſcopali redimitus fuit. Attone, de quo itidem in præcedentibus mentionem fecimus, Scarantienſibus in ſecundum Abbatem datô. Id contigiſſe Anno Chriſti 764. ex eo colligimus, quòd eodem anno, & quidem die 17. Januarii Deceſſor Illius Joſephus obîerit, ùt ſuprà inſinuavimus. Diem Electionis nullibi invenimus deſignatam. Cæterùm illius nomen diverſimodè ſcribitur. Alibi enim legitur Arbio, alibi Arbeo. Rurſus Arpio, & Arpeo, quæ utique omnia idem ſignificant, & etymologiam manifeſtè deducunt à veteri Theodiſco vocabulo *Arbon*, quod hodie caſtigatiùs redditur vocabulô Erb / latinè *Hæres*, Hebraicè *Cyrinus:* unde etiam, ùt ſuprà jam monuimus, Aribo noſter ſeipſum vocavit *Hæredem:* & alibi *Cyrinum*: velut etiam benè notavit Velſerus.

Rer. Boic. l. 5. pag. 308. 309.

Aribo inter Scriptores Eccleſiaſticos reponitur.

Solet Aribo noſter recenſeri inter Scriptores Eccleſiaſticos, ùt videre eſt apud Dominicum Cave Sæculô octavô ad annum Chriſti 760. idque meritô ſuô, eoquòd non tantùm vitam Divi Corbiniani, ùt ſæpè jam commemoravimus: verùm etiam vitam S. Emmerammi Epiſcopi & Martyris literis commendaverit, uti legimus in epiſtola Arnolfi Comitis & Monachi ejuſdem S. Emmerammi, quam Henricus Caniſius refert. Ubi etiam ipſe Arnolfus eum *Cyrinum*, ac *Hæredem* appellat.

Tom. 2. antiq. Lect. pag. 7. & 8.

Fuiſſe Aribonem virum in ſacris Codicibus, in Regula S. Benedicti, in ejuſdem vita, à S. Gregorio conſcriptâ, & aliîs id generis Codicibûs exercitatiſſimum, nemo negabit, quisquis ſcriptam ab illo vitam S. Corbiniani eruditè expenderit. Interea dum ad Acta Aribonis noſtri literis conſignanda deveniamus, opus eſt, ut Bojariæ circa ea tempora conſpectum Lectori exhibeamus.

§. II.

Status Bojariæ extra Friſingam.

UTilonem Bojariæ Ducem, utùt ſeſe fortaſſis ab Aulæ ſtrepitu ad tempus retraxerit, nihilominùs ſupervixiſſe usque dum S. Virgilius Abbatiæ S. Petri Salisburgi admotus eſt, planè usque ad evidentiam conſtat ex ſuprà laudato Indiculo Arnonis, ubi recenſetur exorta Utilonem inter & Virgilium Abbatem controverſia, dum Utilo Dux, à Capellano ſuo Urſo inductus, partem quorundam prædiorum, ad Divi Petri Monaſterium pertinentium, voluit eidem detrahere, atque Urſo ad aliam *Cellam*, ſive Monaſterium, nempe S. Maximiliani in Pongau, tradere, Virgiliô Abbate ſeſe pro viribus opponente. Neque ab his abludunt, quæ referuntur in Libro *Donationum Eccleſiæ Salisburgenſis* apud Henricum Caniſium *Tom. 6. antiq. Lect.* Imò ſententiam noſtram magis confirmant. Fuit autem Virgilius factus Abbas S. Petri Salisburgi Anno Chriſti 754. Si benè calculum duxit Scriptor Hiſtoriæ Salisburgenſis Mezgerus noſter, qui tamen non diſſimulat, pleróſque Scriptores ſubſecuta primordia Epiſcopatûs S. Virgilii differre usque ad Annum Chriſti 764. veluti iidem Scriptores Utilonis obitum primùm reponunt ad annum Chriſti 765. quibus Scriptor vitæ S. Virgilii, S. Eberhardi Diſcipulus, apertè accedit, ſaltem quatenùs S. Virgilium Pippino Regi, & Bojariæ Duci Utiloni Synchronum ſtatuit. Illud inſuper ex his certum manet, S. Virgilium non adiiſſe Epiſcopatum Salisburgenſem anno Chriſti 746. quod nonnemo exiſtimavit: quemadmodum

pag. 1153. & 1154.

Lib. 2. Cap. 9.

Act. SS. O. S. B. apud Mabill. Sæcul. III. part. II. pag. 310. Nova editio Frobeni Argentorati T. 1. in Chronico Lauresh. pag. 114.

modum etiam ex hactenùs diſputatis manifeſtum eſt, Utilonem non obiiſſe anno Chriſti 748. quod Antonius Pagius, aliíque credidêre.

De Taſſilone Bojariæ Duce, Utilonis filio, quem Pippino Regi Sacramentum dixiſſe ſuprà recenſuimus, Annaliſta Mettenſis ad iſta tempora hæc habet: *Anno Dominicæ Incarnationis 763. Pippinus Rex habuit Placitum generale* (intellige, Conventum publicum) *Francorum in Nivernis. Inde ob infidelitatem Waifarii perfidi Ducis quartum iter in Aquitaniam direxit. In eodem Placito Taſſilonem Ducem Bajoariorum habuit: qui poſtpoſitis Sacramentis & jusjurando, quod quondam Regi Pippino, Avunculo ſuo, promiſerat, ſine licentia ejus ad usque Bojariam fugit, & nunquam amplius faciem Regis Pippini videre meruit.* Annaliſtæ huic conſentiunt Boici Scriptores Velſerus & Brunnerus cum aliis. Quo id conſilio Taſſilo fecerit, non proditur. Fortè non inanis conjectura eſt ſcribentium, Taſſilonem noluiſſe ſuô ſuorúmque ſanguine Francis emere victorias, nihil ſibi profuturas: indecorum quoque cenſuiſſe, ut, quem Boji Principem venerarentur, Franci inter ſervos numerarent. Verùm utcunque ſe res habeat: Pippinus de Taſſilonis potentiſſimi Ducis ſeceſſione meritò anxius, in annum ſequentem Wormatiam novum Conventum coëgit, ubi communibûs ſuffragiis concluſum fuit, deſertorem ferrô ulciſci. Et verò, abſque dubio, bellô petita fuiſſet Bojaria, niſi ſatiùs viſum eſſet Aquitanico bello finem imponere. Itaque meditata in Bojum conſilia ex periculi metu, & virium defectu, intra iram perſtitêre, quæ, cùm in aciem educi non poſſet, premi debuit. Sunt, qui cum Pagio ad annum Chriſti 764. ſcribant, Taſſilonem, poſtquam à Pippino ſeſe retraxerat, ſupplicem eſſe factum ſummo Pontifici, ut miſsîs in Franciam Legatîs pacem inter ſe, & Pippinum componeret. Neque precibus defuiſſe Pontificem, atque è ſuis quosdam ad illud iter deſtinâſſe: qui tamen, cùm Ticinum veniſſent, progredi ulteriùs probibiti ſint à Deſiderio Langobardorum Rege, qui filiam ſuam Liutburgam, Francis inimiciſſimam, Taſſiloni in matrimonium vel jam collocaverat, vel brevì ſe collocaturum ſperaverat. Illud communi fermè omnium Scriptorum calculô circumfertur, eo quidem tempore Taſſilonem cum Francis in gratiam minimè rediiſſe, donec Carolus Rex, deinceps Magnus appellatus, miſsô Sturmione noſtrô, Fuldenſi Abbate, eum ad renovandum fœdus invitavit, atque ad obſequium reduxit: qua de re egregiè Brunnerus, qui conſuli poteſt.

Taſſilo Dux fidem non ſervat Pippino.

Fruſtra bellum contra Taſſilonem decernitur.

Annal. Boic. P. [illegible] 5. num. 13. & ſeqq.

Romæ in mortuorum numerum Anno Chriſti 767. relatus eſt Paulus I. Pontifex Maximus. Is Succeſſorem habuit Stephanum IV. ex Ordine Sancti Benedicti aſſumptum. Quô anno Chriſti 772. è vivis ſublatô, in Petri Cathedram aſſumptus eſt Hadrianus I. qui Theodonem, Taſſilonis noſtri filium, ſalutaribûs undis Romæ abluit. S. Virgilius circa eadem tempora Salisburgi ſplendidam Divo Ruperto Baſilicam non ſine miraculo excitavit. Utilonis Ducis mortem Velſerus ad annum Chriſti 765. reponit. Nos ad Aribonem reviſimus.

Ferd. Ughell. in Italia Sacra. T. 1.

Rer. Boic. l. 5. pag. 197.

§. III.

Donationes quædam, ſub Aribone Eccleſiæ Friſingenſi factæ: ubi de primordiis Monaſterii Inticenſis.

POapo, Vir nobilis, ut peccatorum ſuorum veniam conſequeretur, ſibíque Deum, ſupremum Judicem, propitium redderet, adhibitô nobilium Cognatorum conſiliô, filiorúmque conſenſu hæreditatem ſuam Domui S. Mariæ Friſingæ tradere conſtituerat. Accidit verò eo tempore, ut publica Synodus (neſcitur, qua ex cauſa) Friſingæ celebraretur. Itaque laudatus

Incrementa Eccleſiæ Friſingenſis.

tus Poapo unà cum Cognatis ad prædictam Eccleſiam delatus, animi ſui propoſitum Hæredi Epiſcopo expoſuit. Probavit pium conſilium Aribo, & promiſit, curaturum ſeſe, ut memoria Poaponis Suorúmque in dicta Eccleſia fieret perpetua. Itaque Poapo coram dictis Cognatis & aliis Teſtibus ſæpè memoratæ Eccleſiæ Beatæ Virginis Friſingæ donavit, quidquid juris habuerat ad *Wihſe*, & ad *Holze* (fortè in Wiechs Aiblingenſis, & in Holzen Schwabenſis Præfecturæ) eâ tamen adjectâ conditione, ut ipſe cum filiis, eorum, quæ donata fuerant, uſumfructum ad vitæ dies haberet: poſt mortem verò omnia *Monaſterio S. Mariæ* cederent. Cujus Donationis teſtis eſt Hæres Epiſcopus,
N. 13. cum tota familia Sanctæ Mariæ. Chronologicæ Notæ, Inſtrnmento donationis adjectæ, ſibi non reſpondent, dum exprimitur annus Pippini Regis XVI. Chriſti DCCLXV. Indictio IV. ut adeò, ſi anno Chriſti ibi deſignato inhærendum ſit, Pippino debeat aſſignari potiùs annus XIV. & Indictio III. uti eruditi agnoſcent. Verùm ejusmodi ſphalmata in Notas Chronologicas ſæpiùs irrepere, nôrunt, qui evolvendis antiquis Inſtrumentis operam diu navârunt.

Eodem anno acceſſit alia Donatio Hroadheri cujusdam, qui Eccleſiæ Bea-
N. 14. tæ Mariæ bona quædam in *Suuindach & Polach* certis conditionibûs adjectis tradidit. Succeſſit nova traditio ex hæreditate Eginonis Monachi, quam Ari-
N. 15. bo noſter redhibitô quodam pretiô acquiſivit in *Irmina* & *Perahbah*. Subjungitur traditio Patrimonii Anonis, itidem, ùt videtur, Monachi, qui inſi-
N. 16. gnia bona in *Priſing* eidem Eccleſiæ contulit. Similis Donatio ſecuta eſt in
N. 17. *Chrakinachra*, ſeu Krainaker, ubi Aribo Eccleſiam ſancti Valentini conſecravit, ejúsque dotem, in ſuam diſpoſitionem oblatam, acceptavit. Ubi optimè obſervatur, in omnibus Dedicationum actibus notari dotem Eccleſiarum; ipſas verò Eccleſias, eum in modum dotatas, ſaltem poſt mortem Fundatorum fuiſſe poteſtati ac diſpoſitioni Epiſcopi commiſſas: *ut auctoritas priſcorum declarat:* quæ verba non in præſenti tantùm, verùm etiam in multis aliis ejusmodi Inſtrumentis adjiciuntur. Cæterùm inter teſtes hujus Donationis laudatur Atto Abbas, utique non alius, quàm qui Ariboni in Regimine Scarantienſis Monaſterii ſucceſſit. Reginperthus quoque Presbyter, ibidem notatus, non videtur eſſe diverſus ab eo, qui ejusdem Scarantienſis Monaſterii primarius Fundator, ac poſtea Monachus fuit, velut ſuperiùs probavimus.

N. 18. 19. 20. 21. Circa idem tempus ſub Aribone Epiſcopo Eccleſiæ Beatæ Virginis Mariæ ad Rotam fluvium: item Eccleſiæ S. Michaëlis Archangeli in Holzhauſen: rurſus Eccleſiæ Sancti Zenonis Iſanenſi, ac denique Eccleſiæ Beatæ Virginis in *Germania* in *monte*, fortè *Germanſperg*, ex fidelium quorundam pietate eximia dona fuêre oblata: quæ omnia diſtinctiùs recenſere non eſſet, niſi Lectoris patientiâ abuti.

Memoriam ſingularem ſibi depoſcit ea Donatio, quâ Taſſilo Dux ab Attone, S. Petri in Scarantia Abbate exoratus, ejusdem Monaſterio tradidit locum *India*, aliàs etiam *Intica*, & *Campogelau*, hodie *Innching* dictum, ſitum in hodierno Comitatu Tyrolis, ubi Dravus fluvius inter aſperrima montium juga fontes habet. Erat is locus eousque inacceſſus & inhoſpitus, ſpatioſus tamen, & qui ad culturam redigi poſſet, ſi Colonorum induſtria accederet. Hunc locum Atto noſter donari ſibi à Taſſilone petiit ad novum Monaſterium eo fine ibi erigendum, ut vicina *Sclavanorum* (nempe Sclavoniæ & adjacentium locorum) Gens, quæ eousque antiquis gentilitatis tenebris involuta erat, eò faciliùs ad Chriſti Sacra (Monachorum utique operá) adduci poſſet. Acceptiſſimam ſibi fuiſſe eam Attonis Abbatis petitionem teſtatur ipſe Taſſilo, qui idcircò etiam *manu propria, ut potuit, characteres chirographi inchoando depinxit.* Actum id eſt in *Pauzano*, nempe Bulſani, vulgò *Bozen*, cùm ipſe Dux rediret ex Italia anno Ducatûs 22. Chriſti 769. conſentientibûs Judicibûs, & Optimatibûs: inter quos in Inſtrumento adducitur *Alimus Epiſcopus*, nem-

Digitized by Google

nempe Sabionenſis. Totum Inſtrumentum in parte altera cum Lectore communicamus. N. 11.

De hoc Monaſterio, poſthac in Collegium Canonicorum Sæcularium converſô, atque municipiô progreſſu temporis adjectô, ſæpiùs deinceps erit ſcribendi occaſio. Si verba R. P. Antonii Foreſti *part.* 3. *lib.* 3. benè interpretamur, ad ejusdem Monaſterii Dotationem etiam Deſiderius, Langobardorum Rex, Taſſilonis Ducis Socer, multa adjecit.

§. IV.

Reductio Corporis Sancti Corbiniani Majîs Friſingam.

SAcratiſſimas Beati Corbiniani Exuvias in ſuperioribus Majas inter miracula comitati ſumus. Nunc tempus monet, ut earum reductionem, ab Aribone factam, ex ipſius Aribonis Scriptis hîc recenſeamus. Eam non contigiſſe primùm anno Chriſti 770. convincimus duobus Inſtrumentis Donationum, Friſingenſi Eccleſiæ annô Taſſilonis vigeſimô ſecundô, Chriſti 769. à Sikifrido quodam & Adalperto factarum, quippe in quibus primò occurrunt verba illa, deinceps ſæpiſſimè repetenda: *ubi* (intellige in Cathedrali Friſingenſi Baſilica) *ipſe pretioſus* (Corbinianus) *in corpore humatus eſſe cernitur.* De iis Inſtrumentis mox infrà agemus.

Cap. 1. §. 13.

Annus reductionis Reliquiarum S. Corbiniani examinatur.

Neque hìc attendimus, quod objici nobis poſſet: nempe Corbiniani Reliquias fuiſſe Majas delatas anno Chriſti 730. ac, teſte Aribone, primùm, poſt quadraginta annos, adeóque non ante annum Chriſti 770. inde eſſe reportatas. Non, inquam, iſta attendimus. Nam verba illa, quibus de 40. annorum intercapedine loqui Aribo dicitur; tametſi in quibusdam recentioribus Codicibus (qualis eſt, quo Surius, & ex Surio Mabillonius uſi ſunt) omninò reperiantur; deſunt tamen in Codice Benedictoburano, ante annos ferè 700. ſcripto: ac præterea magnam interpolationis ſuſpicionem pariunt, dum aliter in Suriano, aliter in Andecenſi, Sæculo XV. exſcriptô, leguntur. Præterea Aribo in prædictis Codicibus, ac multis eorum locis nimìs latinus eſt, neque ullâ ratione præfert eam ſimplicitatem, quâ Epiſcopus ille Inſtrumenta ſuperiùs allegata conſcripſit: Et, ſi Benedictoburanum Codicem cum Suriano atque Andecenſi Lector contulerit, plures etiam alias manifeſtas interpolationes & correctiones deprehendet. Quæ etiam ratio fuit, ut alteri hujus Operis parti primô ſtatim numerô totum genuinum, ſibíque ſimilem Aribonem è Codice Benedictoburano inſereremus. Itaque non eſt, cur eos juniores Codices attendamus, minùs, cur eos duobus illis antiquiſſimis Inſtrumentis præferamus. Sanè interpolatori indignamur minimè; quippe qui fortaſſis indicare aliud non voluit, quàm quadraginta *circiter* annos fluxiſſe à translatione S. Corbiniani usque ad Ejus reductionem: quod ei lubentes damus, dum nos annum 38. vel 39. ſtatuimus. Verùm de his judicet Lector. Supereſt, ut quis, qua occaſione, quo rei ſucceſſu ſacrum illud Pignus Friſingam revexerit, exponamus.

Langobardi Majîs, ùt in ſuperioribus perſpeximus, potiti, ſacras Divi Valentini, Patavienſis olim Epiſcopi Reliquias Tridentum abduxerant, quas deinceps mutatô rurſus rerum ſtatu Taſſilo Dux Tridentô in Eccleſiam Patavienſem non ſine maxima veneratione reportari juſſit. Id cùm perſæpè animô perpendiſſet Aribo noſter, ac minimè ignoraret, non aliam ob cauſam Corbinianum voluiſſe Majîs ſepeliri, quàm ut Exuviæ ſuæ prope Beatiſſimi Epiſcopi Valentini ſacra Lipſana tumularentur, atque iis quodammodo conjungerentur,

Arib. Cap. 39.

Occaſio deliberandi de ea reductione.

Digitized by Google

occurrebat demùm animo, ablatô illinc, atque ad propriam Patavienſem Eccleſiam translatô Beati illius Epiſcopi corpore, etiam Corbinianum denique exemplum ſui illius quondam ſacri Evergetæ ſecuturum, paſſurúmque, ut & Reliquiæ ſuæ reducantur ad Eccleſiam Friſingenſem à ſe erectam atque fundatam: maximè cùm Majis deinceps remotior à Divi Valentini lipſanis eſſet, quàm ſi Friſingæ forent Exuviæ ſuæ. Nihil tamen temerè in eo negotio agendum ratus, cum Viris prudentiâ ac virtute præprimis conſpicuis contulit, an ſcilicet, quóve pacto Reliquiæ illæ Majis Friſingam reducendæ eſſent? Suasêre viri illi graviſſimi, qui ad conſilium vocati fuerant, ut Synodum Epiſcopus cogeret, ibíque, quid fieri vel poſſet, vel deberet, cum Clero ſuo univerſo deliberaret. Conſilium optimum libenter amplexus Aribo non ſolùm Eccleſiaſticos viros ſuæ Diœceſeos, verùm etiam vicinos Epiſcopos ad ſe invitavit, iiſque animi ſui curas expoſuit, dolere nempe ſe, refrixiſſe Majenſium pietatem, adeò, ut Beatiſſimi Patroni ac veriſſimi hujus Epiſcopatûs Fundatoris Corbiniani Reliquiæ ibidem aut nullum, aut nonniſi tepidum cultum habeant; non ibi celebrari Viri ſancti Officium: non laudes decantari Numini in Sepulturæ loco: non reperiri ad Tumulum luminaria, maximè poſtquam Beati Valentini Sacra oſſa inde Tridentum atque Patavium fuiſſent ablata. Deinde dubitari haud immeritò, an Corbinianus, qui nonniſi ob ſummam Beati Valentini venerationem Majîs humari voluiſſet, nunc, abductо inde illius corpore, ad ſuos reportari omninò optaret? Hæc poſtquam Præſul Religioſiſſimus gravi oratione propoſuit, totus ille ſacer Conventus cenſuit, triduanô jejuniô per totam Diœceſin inſtituendô, pſalmodiîs item atque Sacrificiîs humillimè exorandam eſſe Divinam Clementiam, ut voluntatis ſuæ beneplacitum quovis modo oſtenderet, neque permitteret, ut quidquam contra illud in Synodo decerneretur. Triduô itaque illô inter pia virtutum exercitia ſanctè transactô, non defuit Bonitas DEI, ſed ſeptem ex eo Cœtu viros in ſomnis admonuit, placere ſibi, ut Corbiniani Reliquiæ Friſingam reducantur. Id ubi Venerabili Epiſcopo noſtro innotuit, rem univerſo ſacro Cœtui Ipſe expoſuit, ac gaudio ingenti animos demulſit. Actis poſtea Divinæ Clementiæ pro Cœleſti illo favore gratiîs ſolutus eſt ſacer Conventus.

Convocatur Synodus.

Decernitur reductio.

Cap. 40. Annuente deinceps etiam Taſſilone Duce Aribo miſit è ſuis viros quosdam Eccleſiaſticos, pietate ac prudentiâ ſingulari fulgentes, additô famulitiô congruô, & adjunctâ eâ ſuppellectile, quæ ad ſacrum theſaurum cum debito honore reportandum videbantur neceſſaria. Ut Majas venêre, qui ab Epiſcopo

Cap. 41. miſſi fuerant, confeſtim ad Sancti Viri tumulum ſeſe contulerunt, proníque in terram, DEO, Beatóque Corbiniano propoſitum ſuum commendaverunt. Et quidam equidem eorum pernoctare in Sacello juſſi ſunt: cæteri in diverſorium ſeſe receperunt. Contigit verò, ut paulò pòſt ſerenô cœlô tantus ſubitò in Sacello fragor audiretur, qui & tonitrui impetum ſuperaret, & non ſacellum duntaxat, ſed ipſam etiam urbem concuteret, tanto terrore iis, qui in Sacello remanſerant, incuſsô, ut in terram proſtrati veluti exanimes hærerent. Viribûs deinde receptis, cùm è Sacello egreſſi eſſent, obvios è diverſorio habuêre ſocios ſuos, cum quibus ſtatim in ſæpè dictam ſacram ædiculam rediêrunt, totámque ibi noctem vigilando & orando conſumpſerunt, fragorem illum piè interpretati ſignum quoddam à S. Epiſcopo datum ad reditum unà cum ſacris illius Exuviis Friſingam citò maturandum.

Et executioni mandatur.

Cap. 42. Orto poſtea ſole non ſine pio terrore tumulo Beatiſſimi Viri propinquantes, eundem, freti mandatô Epiſcopi, & tot aliorum Sacrorum Præſulum conſiliô, aperuerunt. Et hem mirum ſpectaculum! triceſimô octavô aut nonô ab obitu annô Corpus Beatiſſimi Corbiniani conſpexerunt adeò integrum, & omnis corruptionis expers, ut non cum mortuô, ſed cum placidè dormiente viderentur habere negotium. Itaque illud è tumulo cum ea, qua par erat, ſumma reve-

Digitized by Google

reverentia, ſuaviſſimóque animi ſolatio levârunt, ſtatímque in geſtatorio, ad id quàm decentiſſimè præparato, compoſuerunt, humeris ſuis inde exportandum. Adeò verò nihil obſtitit piis eorum conatibus, ut Corbinianus quaſi alas quasdam portitoribus addidiſſe viſus ſit. Tanta quippe facilitate ac celeritate ſacrum pondus è Sacello, Friſingam versùs, Religioſi viri deportabant, ut etiam Socios ſuos equites, ponè ſequentes, fatigarent.

Sacrum corpus in eo itinere ubique cum ſumma veneratione exceptum, cœleſtem opem quibusdam contulit: nam & cujusdam manum aridam ſanavit: ex alio dæmonem, peſſimum inſeſſorem, ejecit. Non ſine prodigiis. *Arib. Cap.* 43. 44.

Cùm ad eum locum, ubi ſanguinem, è Divi naribus emiſſum, & in vaſe fictili in terram defoſſum fuiſſe ſuperiùs narravimus, ventum eſſet, accidit, ut is, qui ſacro agmini Crucem ex more Chriſtiano præferebat, imprudens ac inſcius haſtile Crucis ibidem defigeret, ubi Sanguis ſacer defoſſus latebat. Dictu iterum mirabile! adeò fluidus, rubénsque deprehenſus eſt Sacer ille cruor, ut eâ primùm die è naribus ſani & vegeti hominis manâſſe viſus ſit. Quæ cauſa fuit, ut eo ipſo in loco ſtatim condendæ Eccleſiæ initium fieret: in qua etiam, repoſitô ibi ſacri illius ſanguinis theſaurô, deinceps multa fidelium devotioni beneficia fuére collata. Cap. 45.

Poſt hæc cùm ſacrum corpus in Friſingenſem viciniam deportatum eſſet, obvios habuit Pontifices, & alios Viros Eccleſiaſticos Bojariæ cum ipſo Duce Taſſilone, ac maximâ populi frequentiâ: qui omnes Divinam Bonitatem hymnìs, canticìs, gaudiìs atque jubilìs in Divo Corbiniano collaudantes, Corpus Illius usque ad Beatæ Virginis Eccleſiam Cathedralem devotiſſimè comitati fuêre: ubi etiam eodem, quo priùs, loco ritu feſtiviſſimô fuit repoſitum, prodigiìs multìs illuſtre. Cap. 46.

In Suriano Codice refertur, fontem à Divo Corbiniano ſuſcitatum, atque poſt Ejus mortem exſiccatum, reductô ſacro Illius Corpore priſtinam aquarum abundantiam miniſtrâſſe. Idipſum habet Andecenſis Codex, quamvis non iìsdem verbìs. In vetuſtiori Codice Benedictoburano omittitur illa narratio; unde ſuſpicamur, hìc iterum interveniſſe interpolatorem, qui equidem rem veram ſcripſit (fontem enim illum hodiéque manare aquas ſaluberrimas oculìs cernimus) ſed tamen Aribonis Hiſtoriæ aliquid ſuperaddidiſſe convincitur. In Chronico inclyti Monaſterii Weihenſtephanenſis ſubditur: rediiſſe equidem fontem, & aquas iterum reddidiſſe; ſubſequentibus tamen temporibus ſemel, iterúmque aquam quærentibus denegâſſe *propter malitiam hominum, qui turpitudinem ſuam illic exercere non formidabant.* Subjungitur fragmentum cujusdam de fonte illo carminis, quod ſic habet: Cap. 34.

Transactis igitur per tempora plura diebus
Conceſſas quondam plebs ſitiebat aquas.
Accendunt animos in vota, precésque retexunt
Ipſe fatigatur voce polus querula.
Jejunant itaque, & tridui ſtatione peracta
Quæritur admotis fortè locus crucibus.
Hac freti Clerus, plebs, innuptæq; puellæ
Aſſunt, & Chriſtum ſupplice voce rogant.

Pergit loci Chronographus: *Rursùs itaque ſupplicibus Chriſtiadarum votis largiſluæ aquæ ibi manare cœperunt, ut homines fontem hunc ſolâ Dei Clementia, & Beati Corbiniani meritìs ſibi eſſe conceſſum intelligerent. Ceſſent igitur ibi ſordes & turpia dicta, & ſolùm honeſtus & neceſſarius quæratur aquarum uſus;* hæc ille.

Sacellum deinceps ſacro Fonti illi à Majoribus ſuperædificatum, ſed annorum lapſu ruinæ proximum pauculis abhinc, dum iſta ſcribimus, annis Re- Fonti S. Corbiniani ſuperſtruitur ſacellum.

verendiſſimus & Ampliſſimus D. Ildephonſus, incly ti Monaſterii Weihenſtephanenſis Abbas, & Congregationis Benedictino-Bavaricæ Præſes Generalis, demolitus eſt, & ſumptibûs ſanè ingentibûs aliud ſplendidum Templum potiùs quàm Sacellum aut Capellam ibidem erexit, quod die 16. Julii anno 1721. Celſiſſimus ac Reverendiſſimus Princeps & Epiſcopus JOANNES FRANCISCUS honoribus Beatiſſimi Corbiniani feſtiviſſimè conſecravit. Pervetuſtum de fonte illô carmen, ſupra laudatum reponimus pleniori manu in parte hujus Operis
N. 23. Altera, quod è Codice Andecenſi deprompſimus, ex quo plura Lector intelliget.

§. V.

Novæ Donationes factæ Eccleſiæ Friſingenſi.

MAgnam fuiſſe fidelium pietatem atque liberalitatem erga Beatiſſimæ Virginis Cathedralem Eccleſiam Friſingenſem, ex iis probatum manet, quæ tum in vita ipſius S. Corbiniani, tum in Actis Erimberti, Joſephi, atque Aribonis hactenùs retulimus. Reducto autem ad ſuos ſancti Præſulis corpore longè majora fuiſſe in ſacram illam Baſilicam, familiámque piorum ſtudia, ex iis apparebit, quæ deinceps ſumus adducturi. Occurrit primô locô ea Donatio, quam factam eſſe Anno 769. ſupra jamjam inſinuavimus, & quidem à Sikifrido *ad ſepulchrum Sancti Corbiniani Confeſſoris Chriſti in loco Frigiſingas, ubi ipſe pretioſus in corpore humatus eſſe cernitur.* In ea traditione Sikifridus unà cum filio Erchanfrido offert *ad domum S. Corbiniani*, totum, quidquid jure hæreditario ſibi obtigerat in *Epermunteshuſir*: fortè Eberzhauſen, Dachavienſis Præfecturæ (ita tamen duntaxat, ut eorum bonorum uſus primùm poſt obitum ſuum cedat in dominium Rectoris ac Gubernatoris *Monaſterii S. Corbiniani.*) Contigit hæc donatio anno *Taſſilonis Ducis XXII.*
N. 24. *VI Kalendas Martias*, id eſt: Anno Chriſti 769. die 24. Februarii. Sikifridi exemplum ſtrenuè ſecutus eſt Adalpertus Presbyter, qui omnem ſuam poſſeſſionem in *Dabininga* (nempe Teining) Cathedrali Eccleſiæ Friſingenſi præſen-
N. 25. tavit anno ſuprà notatô, *Taſſilonis XXII. XI. Kal. Majas.* In inſtrumento repetitur illud: *ubi . . . . Sanctus Corbinianus requieſcit in corpore.*

Subſecuta eſt proximô annô Donatio Oadelkeri Presbyteri, qui poſtquam Parens illius *Seculum reliquerat*. & habitum mutaverat, id eſt, Monachum Friſingæ induerat, & omnem præpinguem hæreditatem certis adjectis conditionibûs ipſi Oadelkero filio, præſente Aribone Epiſcopo, commiſerat, demùm, eodem Cellone Patre ſuo rurſus annuente, totum, quod uterque habuerat in
* Vulgò *Glon.* lat. *Gelonus.* *Poach*, & *ad Ripam fluminis Clana* *, Eccleſiæ Friſingenſi B. Mariæ Virginis & S. Corbiniani, ibi conditi, liberaliter contulit. Inſtrumentum, vel ob ſolos nobiliſſimos teſtes perquam notabile ſtatim hìc inſerendum cenſuimus: quod hæc continet:

DUm in Dei nomine ego Oadalgaer Divina Clementia Presbiter nuncupatus cogitante vel tractante me de anima mea ſeu de vita futura, ut in quantitate apud pio Domino veniam merear accipere corpori meo crepiſcente languore Cotidianis afligor doloribus reſoluta genua iuventutis amiſſa vigore ſuſpiriis fruor analatum fragilis ſeptam parietis animam fictili tecumine ſubpoſitam contueor futuram vitam, fateor veritatis teſtimonium repperio, qui ait: relinque omnia, quæ habes, & veni ſequere me, & habebis theſaurum in cælo; propterea univerſam ſubſtantiam, quam Genitor meus Cello in hereditatem mihi reliquit ipſo preſente atque conſentiente ſeculum dum relinquiſſet atque habitum mutäſſet, propria manu univerſam ſubſtantiam, id eſt communem hereditatem noſtram mihi tradebat in conſpectu Arbionis Epiſcopi atque

cun-

cuncto Clero atque nobilium Virorum ſeu noſtrorum finitimorum , quorum in preſentia in Caſtro Frigiſingas nuncupante intemerata & ſemper Virginis atque Dei Genetricis Eccleſia Mariæ unà cum Socio Beato Chriſti Confeſſore Corbiniano, cujus corpus infra mœnijs conditus eſſe dinnoſcitur, & Reliquiarum earum conſotius , quorum ditioni univerſam hereditatem noſtram tam pro me quam Genitore conſentiente ipſo atque Genetrice tradedi atque transfundavi, excepto neceſſitate cogente, ſi inſtiterit tempus , ut uterer eorum utenſilijs non ut proprijs ſed quaſi beneficijs Eccleſiæ; poſt obitum verò meum vel traditio hæc firma & ſtabilis permaneat ſtibulatione ſubnexa, conſentiente viro inluſtriſſimo Duce Domno Taſſilone, qui manu propria traditionem firmavit ; hanc tradedi namque in loco nuncupante Poh, & in alium locum Ripa Clanis flumina, quem poſſidemus inter utriſque locis colonijs quinque, cum omnibus eorum utenſilijs tradedi caſas , curtes , pratas, paſcuam, aquas earum decurſos, territorium, finas, ſilvas, ſaltores, planities, vel quicquid jure poſſidere videbamur omnem rem inquiſitam, ut ſi quis Parentorum, nempe cognatorum meorum vel oppoſita perſona contra hanc donationem inire temptaverit, inſolubile vinculo æterna damnationis reati retributionem recipiat, & cum ſancta Dei Genetrice atque prædicto Confeſſore Chriſti rationis teneat cauſam, & inſuper Judice terreno auri librarum duarum, argenti quinque culpabilis exiſtat , & donatio hæc nihilominus firma permaneat. Actum in oppido Frigiſingas ſub die Conſule, quod eſt VI. Kal. Octb. anno XXIII. regnante eminentiſſimo Domno Taſſilone Duce. Hæc ſunt teſtes, qui manu propria firmaverunt, aut per aurem, aut per verba ad teſtimonium conducti. Inprimis Domnus Dux Taſſilo teſtis: deinde Alim & Heres Epiſcopi teſtes. Uualtrih. Ratolt:. Hununc: Reginolf : Engilpald : Horskeo Presbiteri: Arn: Reginolt: Pern Diaconi. Cundhari : Mazii: Salucho Judices Haimo: Acgeo & reliqui innumeri. Ego Oadalger donator ſcripſi & ſubſcripſi propria manu & teſtes firmavi. Et ego Cello manu propria ſcripſi & ipſe tradidi. Virgilius Epiſcopus teſtes. Wiſurih Epiſcopus teſtes. Chunihard teſtes. Chunihoh teſtes. Ex hujus Membranæ Chronologicis notis certum nobis eſt, hanc Donationem accidiſſe Anno Chriſti 770. die 26. Septembris, præſentibus Taſſilone Duce, Sancto Virgilio Salisburgenſi, Alimo Sabionenſi, & Wiſerico Patavienſi Epiſcopis. Cellonem, Donatoris Parentem, factum eſſe apud Friſingenſes Monachum, ex ijs verbis fit manifeſtum, ubi dicitur, eum *ſæculum reliquiſſe, & habitum mutâſſe.* Sanè an ipſe Oadalger Monachus factus fuerit, definire non audemus. Conjecturam tamen dicimus, eum unum ex familia Friſingenſi fuiſſe, tum quòd ejus nomen ſæpiùs in Inſtrumentis illius temporis occurrat, tum quòd alicubi dicatur *ab infantia educatus ab Attone.*

Sed quomodo, inquis, Monachus fuit tum Cello Parens, tum Oadalger filius, qui proprium habuiſſe convincuntur ex Inſtrumento? Reſpondemus, & Cellonem, & Oadalgerum omnem rerum donatarum proprietatem exuiſſe, ac Friſingenſi Eccleſiæ conſecrâſſe; teſtatur enim Oadalger, ſe tradere ac transfundere omnem ſuam hæreditatem in Eccleſiam Beatæ Mariæ, & in caſu neceſſitatis ſe fructibûs eorum bonorum non uſurum *ut propriîs, ſed quaſi beneficiîs Eccleſiæ*: quod eo tempore apud Friſingenſes inſolitum non erat, veluti per Hiſtoriæ decurſum ex multis aliis Inſtrumentis docebimur. Objectio tollitur.

Reponet nonnemo. Si Cello, ejúſque filius Monachi fuêre, *omnia neceſſaria à Patre Monaſterii ſperare* debuerunt , ita jubente Sacra Divi Benedicti Cap. 33. Regulâ. Reſpondemus , ſubjungi prædictis Sacræ Regulæ verbis : *Nec quidquam liceat habere, quod Abbas non dederit, aut permiſerit.* verſ. 6. Si Aribo Epiſcopus, qui Friſingenſium Monachorum, ac *Monaſterii S. Corbiniani* tum *Pater* fuit, ſive Celloni, ſive Oadalgero aliquid ſuadente utilitate permiſit, nemo illorum in Regulam Sancti Benedicti peccavit.

Digitized by Google

§. VI.
Synodus Dingolfingana.

Rer. Boic. lib. 5. pag. mihi 318.

COncilia, Conventúſque cogere, & Leges condere, Regum apud Francos munus, Taſſilo Dux, altiora ſpirans, propalàm utrumque ſumpſit, ait Velſerus.

Conventum ejusmodi Aſchaimii, Bojariæ, ac Diœceſeos Friſingenſis vico, ſub Taſſilone convocatum fuiſſe, quidam ſcribunt. Verùm quid ibi actum fuerit, omnes, ùt quidem exiſtimamus, hactenùs ignorant, Actis, ùt videtur, dudùm deperditis. Concilii quoque Dingolfingani non tam Acta, quàm fragmenta ſupereſſe, veluti magnæ navis laceras tabulas, idem mox laudatus Velſerus affirmat: & Antonius Pagius in ſua *Critica* ad annum Chriſti 772. omninò exiſtimat, ea, quæ tum ab ipſo Velſero, tum à Gewoldo in *Additionibus* ad Epiſcopos Patavienſes referuntur, non eſſe niſi partum cujusdam Anonymi poſterioris, ſummatim narrantis, quæ in eo Concilio geſta & concluſa fuère: quod ipſum ſuadere videtur Titulus, qui alius non eſt, niſi hic talis: *De Concilio, quod Dux Taſſilo apud Dingolvingam celebravit.* Tacemus articulos adeò ſtrictim fuiſſe poſitos, ut indiculi potiùs, quàm ſincerorum ac primogeniorum Actorum naturam ſapiant. Verùm utcunque iſta ſe habeant, illud certum eſt, fuiſſe Dingolfingæ celebratam Synodum, & quidem anno Chriſti 772. Indictione 10. quotuscunque is demùm fuerit Taſſilonis annus, circa quem apud Pagium Scriptores & antiquæ Membranæ non concordant: nobis verò ex noſtra ſupputatione debet eſſe annus Taſſilonis XXV. qui domeſtica potiùs, eáque veterrima Documenta attendere ſolemus, quàm ſphalmata, quæ apud extraneos Scriptores frequentiùs occurrunt.

Acta primigenia exciderunt.

pag. 310.

Annus Synodi.

An fuerit celebrata præmonito Pontifice?

Num de Synodo congreganda Taſſilo Pontificem præmonuerit, nullibi hactenùs legiſſe meminimus. Illud verò non ignoramus, Taſſilonem Sedi Pontificiæ fuiſſe devotiſſimum, quod ex itinere ipſius unà cum Conjuge & parvulo filio Theodone Romam inſtituto rectè conjicimus, maximè cùm idem Theodo filiolus ab ipſo Pontifice fuerit ſacrô fonte ablutus. Sed fortaſſe ſatis fuerit Taſſiloni & Epiſcopis ac Abbatibus Bojariæ, quòd jam dudum à Gregorio III. ac poſtea à Zacharia Pontifice literis fuerint admoniti, ut de Capitibus orthodoxæ Religionis, ac morum reformatione annuos Conventus agerent. Neque apparet, cur Pontificiis illis exhortationibûs fultus Taſſilo Provinciæ ſuæ Epiſcopos ad ejusmodi Conventum invitare, ac convocare non potuerit?

Patres Synodi.

Comparuère cum Taſſilone Epiſcopi ſequentes, qui vario ordine à variis enumerantur. Manno Nuiuenpurgenſis, ſive Neoburgenſis ad Danubium Epiſcopus: Alimus Epiſcopus Sabionenſis: Sanctus Virgilius Epiſcopus Salisburgenſis: Wiſericus Patavienſis: Sympertus Ratisbonenſis: & Hæres, ſive Aribo noſter, Epiſcopus Friſingenſis. Ex Abbatibus noſtris Synodo interfuère Opportunus, Wolfbertus, Adalbertus, Ato, Uto, Landfridus, Albunus, Ruothardus, Erneſtus, Reginpertus, Volchanhart, Perchkoz, & Sigido. His omnibus Abbatibus Aventinus equidem aſſignat Cœnobia ſua. Verùm ut Aventino circa omnes aſſentiamur, impetrare à nobis non poſſumus. Opportunum fuiſſe Abbatem Menenſem ſeu Lunælacenſem, non diffitemur. Wolfbertum Quercui, ſeu Altahæ inferiori, Erneſtum ſuperiori præfuiſſe, conſentimus. Adalbertum Tegernſeënſibus, Attonem Scarantienſibus, Utonem Ilmenſibus, Landfridum Burenſibus ſeu Benedictoburanis jura dixiſſe, ultrò aſſerimus. Sigidonem quoque Weltenburgenſem Cœnobiarcham fuiſſe, non deſunt

deſunt momenta, cur adſtipulemur, cùm circa ea tempora in Catalogo Weltenburgenſi ſaltem Sigidi cujusdam nomen deprehendamus. At Reginpertum potiùs Moſpurgenſem, quàm Pfaffo-Monaſterienſem fuiſſe exiſtimamus. Certè ad illud ipſum tempus in Libro Societatum Monaſterii S. Petri Salisburgi coævâ manu ſcripto, occurrit Reginpertus, Moſpurgenſium noſtrorum Abbas. De Volcardo quoque ſeu Volchanarto Auſtravienſi ſeu Oſterhovienſi, de Bertholdo ſeu Perhkoz Chiemenſi, & Albuno Sandavienſi non habemus alios teſtes præter Aventinum: quo in genere illud unum certum eſt, circa annum Chriſti 772. jam plura, quàm 15. Monaſteria ſub Divi Benedicti Regula in Bojaria floruiſſe. Quod de Ruothardo Weſſobrunnenſi Abbate aſſerit Aventinus, exiſtimamus ſuſtineri non poſſe, cùm nullus Ruothardus in Catalogo Abbatum Weſſofontanorum, ad illud maximè tempus, occurrat. Monaſterio S. Emmerammi Ratisbonæ eo tempore Abbas præerat Babo; quem tamen cùm in hac Synodo non reperiamus, credi poteſt, eum aut ex infirmitate fuiſſe domi detentum, aut Sympertum Epiſcopum, Monaſterii Sancti Emmerammi incolam atque Amplificatorem præcipuum, ejus munia ſuſcepiſſe. Multò evidentius eſt, S. Virgilium (qui eo tempore adhuc Abbatis S. Petri Salisburgi munus nondum Berthrico ceſſerat) non ſolùm ùt Epiſcopum, verùm etiam ùt Abbatem S. Petri comparuiſſe. Et horum utrumque Aventinus non malè aſſeruit. Cæterùm Ruothardum malim ego dicere Abbatem Iſanenſem, eò quòd ipſô annô Chriſti 772. Monaſterium Sancti Zenonis in Iſen habuerit Abbatem *Hrodhartum*, veluti §. *ſeq.* oſtendemus. Dolendum interea eſt, primigenia Synodi Acta aut periiſſe, aut hactenùs in lucem emiſſa non fuiſſe, quippe è quibus multò copioſiorem rerum atque perſonarum notitiam licuiſſet haurire.

Cæterùm Decreta illius Synodi pleraque tam ſunt obſcura, ut neque Velſerus, neque Brunnerus (quos inter Boicarum Rerum Scriptores præcipuô locô veneramur) interpretationem ſibi aſſumendam cenſuerint. Aventinus aliqua Concilii capita manifeſtè depravavit. Scribit enim inter cætera, ſtatutum Dingolfingæ fuiſſe: ut *Monachorum quisque in Conclavi ſuo deliteat, juxta vocabuli ſui rationem. Suam ſolius curam habeat.* Quod ſanè Synodus illa nullibi mandavit, ſed *Curam* aliarum etiam animarum, ab Abbate proprio committi Monachis poſſe, in propriis maximè villis, apertè declaravit. Verum eſt, Monacho (& omnibus aliis, qui Religioſæ cuidam Communitati ſeſe per vota ſolennia adſtrinxerunt) foras non licere prodire ſuapte voluntate aut arbitrio: multò minùs toti illi hominum Religioſorum generi convenit extra Clauſtrum moras trahere. Verùm ſiqua extra Monaſterium agenda ſunt ex Superiorum mandato, aut ſi etiam exercenda committitur animarum cura, nec Regula Monachorum, nec Concilium Dingolfinganum ullum ponit obicem, imò id apertiſſimè permittit. Certè obſcura Concilii verba meditantibus alius ſenſus non occurret, quàm hic, nempe: probari in Concilio non potuiſſe, Parochias, & publicam (id eſt, in quovis loco aut Eccleſia) Sacramentorum adminiſtrationem debere commendari Monachis, niſi in caſu neceſſitatis, & ita, ut Monachi non trahant longam moram extra Monaſterium; in propriis tamen villis ab Abbate Monachis curam illam omninò committi poſſe. Et hoc eſt, quod Concilium ſtatuit, & aliter ſtatuere non potuit. Vitæ virorum Apoſtolicorum, ex Monachorum contuberniis ad animarum ſalutem è clauſtris tum evocatorum, tum ab Abbatibus ſuis emiſſorum, novendecim Concilii Dingolfingani Patribus (quorum ad minus quindecim erant Regulæ S. Benedicti addicti) non poterant eſſe incognitæ. Quomodo enim neſciiſſent exempla ipſius Beatiſſimi Benedicti, Monachorum Patris, qui, teſte Magnô Gregoriô, *Idola contrivit, aras eorum ſubvertit, lucos ſuccidit, & commorantem circumquaque multitudinem prædicatione continua ad fidem vocavit?* Bonifacii, Germaniæ Apoſtoli, ex Monachis aſſumpti (qui ante annos

Decreta Concilii Dingolfing.

Quorum nullo Monachis adminiſtratio Sacramentorum prohibetur.

Lib. 2. Dialog. Cap. 8.

nos

Digitized by Google

nos primùm viginti Bojariæ Epiſcopatus, ac plura Monaſteria inſtituerat) tam clara, támque recentia erant Apoſtolici muneris exempla, ut nemo Epiſcoporum illorum tam ab omni ratione potuerit eſſe alienus, ut aliud contra Monachos ſive ſtatuere vellet, ſive ſtatui poſſe cenſeret. Itaque Aventinus, & qui cum Aventino nugantur, dictum ſibi putent illud Bonifacii Papæ IV. *Cap. Sunt nonnulli* 25. *Cauſ.* 16. *q.* 1. quod Hæfftenus noſter *Diſquiſitionum Monaſticarum lib.* 2. *tract.* 7. *Diſquiſit.* 4. pleniùs adducit. *Sunt nonnulli* (ait laudatus Pontifex) *nullo dogmate fulti, ſed magis Zelò amaritudinis quàm dilectionis inflammati, aſſerentes, Monachos, qui mundo mortui ſunt, & Deo vivunt, ſacerdotali officio indignos: neque pœnitentiam, neque Chriſtianitatem ſeu abſolutionem largiri poſſe per Sacerdotalis Officii injunctam gratiam. Sed omninò falluntur. Nam ſi ex hac cauſa veteres æmuli vera prædicarent, Apoſtolicæ Sedis compar B. Gregorius, Monaſtico cultu pollens, ad ſummum apicem nullatenùs conſcenderet, cui ſolvendi & ligandi poteſtas conceſſa eſt. Auguſtinus quoque ejuſdem Sancti Gregorii diſcipulus, Anglorum prædicator egregius, aliíque quàm plurimi Sancti Viri pretioſo Monachorum habitu fulgentes, nequaquam à quoquam Pontificali officio ſubarrarentur. Neque enim Benedictus, Monachorum Pater & Præceptor almificus hujus rei aliquo modo fuit interdictor, ſed eos ſecularium negotiorum edixit fore expertes tantummodò. Quod quidem Apoſtolicis documentis, & omnium Patrum inſtitutis, non ſolùm Monachis, ſed etiam Canonicis imperatur. Nemo enim militans Deo, implicat ſe negotiis ſecularibus. Tantorum igitur Patrum inſtituti exemplis (quibus periculoſiſſimum eſt refragari) credimus, à Sacerdotibus Monachis ligandi ſolvendíque officium, Deo operante, dignè adminiſtrari, ſi eos dignè contigerit hoc Miniſterio ſublimari. Decertantes igitur Monaſticæ Profeſſionis Presbyteros Sacerdotalis potentiæ arcere officiò, omni modo præcipimus, ut ab hujusmodi auſibus reprimantur impoſterum. Quare quanto quiſque eſt celſior, tanto & illis erit potentior.* Hæc Bonifacius Papa tum in Corpore Juris Canonici, tum apud Hæfftenum; qui hoc argumentum pluribùs eruditè proſequitur: ad quem Lectorem remittimus.

Alia Decreta Concilii Dingolfingani Patres condidêre de diei Dominicæ feriis; de hæreditatibus ad Eccleſiam delatis: de Donationibus ei factis: de Conjugiis: de Exhæreditatione & aliis. Inter quæ principem locum tenet initum inter Epiſcopos illos atque Abbates pium fœdus in ſolatium eorum, qui ex ipſis, eorúmque Sodalibus è vita migrarent. Conventum eſt hunc in modum: *ut ſi eorum quis de hac luce migraret, unusquiſque ſuperſtitum Epiſcoporum vel Abbatum pro defuncto, in domo ſua Epiſcopali vel Cœnobio centum Miſſas ſpeciales, & eodem numero pſalteria cantare faciat: ipſe verò de propria perſona, vel à Religioſis ſibimet ſubjectis, implere omninò prænotatum faciat numerum. Presbyteris ſive Monachis, cùm de hoc Seculo migraverint, Epiſcopus ſeu Abbas, pro uno Presbytero vel uno Monacho* 30. *Miſſas ſpeciales, totidem pſalteria faciant celebrari.* Ita Scriptor, qui Acta Synodi in compendium redegit. Ubi monemus Lectorem, hanc Societatem inter Epiſcopos, Abbates, eorúmque Sodales non fuiſſe primam, cùm in vetuſtiſſimo Codice Societatum Monaſterii S. Petri Salisburgi jam videamus recenſeri *Haimrammum Epiſcopum, Gurbinianum Epiſcopum, Agnellum Epiſcopum, Vivolum Epiſcopum, Erhardum Epiſcopum** (Superi, quanta nomina) ac plures alios Epiſcopos dudùm ante hanc Synodum mortuos. Interea tamen certum videtur, numerum Sacrificiorum, ſacrarúmque precationum pro defuncto perſolvendarum primùm in hoc Conventu fuiſſe definitum. Sanè ejusmodi pia Fœdera etiamnum inter Clauſtrales ſanctè vigere, nemo ignorat. Progreſſu temporis ſimilia, ùt vocant, Pacta inter quosdam Sodales Marianos, atque alios coaluêre. Cæterùm ex dicta Conſtitutione Dingolfingana manifeſtum eſt,

Pactum inter Epiſcopos & Abbates pro mortuis.

* in margine.

Digitized by Google

eſt, aut omnes, aut propè omnes per Bojariam Abbates fuiſſe Presbyteros: quod à nonnullis aliquando in dubium fuiſſe tractum novimus.

Demùm Taſſilo in dicto Concilio leges quasdam etiam populares & Provinciales condidit, quas idem Velſerus recenſet. Verùm id Francis probari non potuiſſe certum eſt: quibus inſuper diſplicere debuit, quòd Taſſilo, inſuper habitâ juramenti Religione paſſim *Principis* nomen ſibi uſurparet, qui titulus ea ætate meritò potior fuit habitus, ac titulus *Ducis*. Principis erat imperare: Ducis, imperata facere. *Regni* quoque Taſſilonis ingeſta in Synodo mentio, atque inter Chronologicas Notas diſſimulatio annorum Regis Franciæ, quid aliud indicabant, quàm ſupremum, atque ab alio neutiquam dependentem Bojariæ Principatum? Verùm iſta omnia Taſſiloni nonniſi triſtes eventus cum tempore ſecuturos portendebant. pag. 314. An Taſſilo potuerit condere leges populares?

§. VII.

Nova Eccleſiæ Friſingenſis Incrementa.

REductô Friſingam Divi Corbiniani Corpore, Eccleſiæ ac Familiæ Cathedrali plura identidem bona acceſſiſſe ſuprà monuimus, & nunc ulteriùs ac pleniùs demonſtrandum ſuſcipimus. Tantus verò Donationum numerus occurrit, ut vel ſola Benefactorum nomina recenſere laborioſum Scriptori, Lectori verò moleſtum eſſe debeat. Hinc ea ſolùm Inſtrumenta, omiſſis quàm plurimis aliis, & in Partem Alteram rejectis, ſtrictim percurremus, unde Rei Hiſtoricæ aliqua lux affundi poſſit.

Occurrit primô locô Donatio Eccleſiæ S. Heimmerammi ſeu Emmerammi Martyris in Helffendorff, quam olim ab Erimberto Epiſcopo dedicatam fuiſſe, alibi diximus. Fecit eam Donationem Iſanæ Ortlaipus quidam cum conſenſu Abbatis ſui Hrodharti anno Taſſilonis Ducis 25. Chriſti 772. Ex quo Inſtrumento conjecturam ſupra haud immeritò fecimus, hunc Hrodhartum fuiſſe Abbatem *Monaſterii* Iſanenſis, cùm in nullo cæterorum Abbatum Bojariæ Catalogo nomen Hrodharti occurrat. Proxima eodem anno erat donatio Hiltiprandi cujusdam, qui ex equo lapſus, ac confractô craniô, & defluente cerebrô à Medicis deſperatus bona ſua in pago Truchtering Eccleſiæ B. V. M. Friſingenſi addixit, poſtquam Taſſilo Dux *Conſanguinitatis non immemor, & Servitutis quantitatem compenſans*, amplum conſenſum præſtitit. Ex quibus intelligimus, Hiltiprandum quodam ſanguinis vinculô fuiſſe Taſſiloni conjunctum. N. 26. N. 27.

Donatio concernens jura tum profana tum Eccleſiaſtica in *Ilmina*, *Heimhuſis*, *Perhah*, *Furihulze* & *Kyſinbach* facta eſt à Rihberto quodam. Inſtrumentum ſcriptum fuit Ratisbonæ in Eccleſia S. Emmerammi præſente Aribone noſtro. N. 28.

Alia traditio de *Roraga Muſſea* (nempe Rörmoſen) item in *Clana*, id eſt *Glon*, & *Ahaloh*, hodie *Alach*, erat aliquo modo patrimonium Hrodini, unius ex familia Friſingenſis Eccleſiæ. Facta eſt die *Synodali*, ſcilicet *quintâ feriâ ante Paſcha, in qua chriſma conficitur.* Ex quo ſuſpicamur, nomine *diei Synodalis* hic non intelligi niſi diem, quo major Cleri numerus convenire ad Chriſmatis conſecrationem conſuevit. N. 29.

Donatio Albuniæ, Ancillæ Dei, quâ bona ſua in Petenbach (vicus eſt Dachavienſis Præfecturæ) Eccleſiæ Friſingenſi offert, prodit, Monialem illam (id enim nomine *Ancillæ Dei* intelligimus) aliquo *parentelæ nexu* Ariboni fuiſſe conjunctam: atque illud inſuper disertè indicat, non tantùm S. Corbiniani, ſed etiam Sociorum Ejus Reliquias in veneratione publica eo tempore fuiſſe: quod etiam alibi paſſim in ejusmodi Membranis inſinuari conſpicimus. Sanè inter ſocios illos Erimbertum præcipuô locô numerari debere, non eſt, N. 30.

Digitized by Google

cur dubitemus. De Monialibus Friſingenſibus deinceps ſæpiùs occurret mentio.

In Donatione de *Zidalbach*, fortè *Zeidlbach*, inter teſtes iterum refertur S. Virgilius: & Taſſilo Dux dicitur fuiſſe præſens; illud tamen advertimus, annum Taſſilonis XXV. cum Indictione XIV. ibi deſignatâ non poſſe componi. Cùm enim annus Taſſilonis viceſimus quintus ſit Chriſti 772. ei non reſpondet Indictio XIV. ſed X. uti apud Pagium videri poteſt. Itaque aut in numerum

N. 31. anni, aut Indictionis irrepſit error. Cæterùm facta eſt ea donatio VI. Idus (ſive die octava) Menſis Septembris, qua videlicet olim Beata Virgo Maria nata eſt terris, Corbinianus verò datus eſt cœlis.

Ubi ulteriùs obſervamus, quòd, cùm S. Virgilium Epiſcopum ſæpiùs repe- riamus in Inſtrumentis Friſingenſibus, palàm fiat, eum Friſingæ aliquoties Aribonis familiaritate fuiſſe delectatum.

Donatio Wolfberti Presbyteri, qua Eccleſiam à ſe Divo Valentino in Altenhauſen conſtructam, eodem anno, Chriſti 772. Friſingenſi Eccleſiæ tradidit,

N. 32. indicare videtur, dictam ejus loci Eccleſiam non fuiſſe conſecratam à S. Corbiniano, quod tamen in quodam Epiſcoporum Friſingenſium Catalogo annotatum vidimus.

Non vacat hic fuſiùs enarrare donationes alias quàm plurimas Eccleſiæ Friſingenſi ſub Aribone Epiſcopo factas. Sufficiat vel ſola nomina locorum ſuggerere, in quibus variæ ac notabiles poſſeſſiones tum familiæ Friſingenſi, tum alijs quibusdam Eccleſijs Ariboni ſubjectis; fuère eo tempore oblatæ, nempe

N. 33. 34. ad *Wirmam fluvium*, *Sindilhuſir*, *Chreidorf*, *Flocht*, ad *Rotam* fluvium, in
35. 36. 37. *Prama*, *Phetraha*, *Schvveinbach*, *Premareim*, *Oaſinvvanc*, *Pohhi*, *Drut-*
38. 39. 40. *perthesſhuſis Dorfen*, *Feldui*, *Zolling*, *Perga*, *Freteraha*, *Slivvesheim*, *Tei-*
41. 42. 43. *tinheſci*, *Svvindahn*, ad *Ambram* fluvium; *ad Iſna*, *Tegrinbach*, *Phetrah.*
44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. *Polaſinga*, *Hohinperc*, *Kiſalbach*, *Holze*, *Dornegindorf*, *Pacharan*, *Hroa-*
51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. *dolveshuſir*, *Stenesdorf*, *Pohlohe*, *Pipurge*. *Azalinga*, *Riutte*. *Haſalpach*,
58. 59. 60. 61. 62. 63. *Arvzzapach*, *Ruchozhoſa*, *Rubarteshuſen*. *Pipurch*, & *Rota*.

64. 65. Quæ quidem nomina locorum obiter indicâſſe ſufficiat, cùm ex ijs Lector abundè perſpicere poſſit, quantæ acceſſiones Friſingenſibus Rebus ſub Religioſiſſimo Aribonis Regimine factæ fuerint. Verùm his in ſequentibus adhuc alias donationes adjiciemus; interim non deſunt quædam alia, quæ hic inſerere oportet.

§. VIII.

De Migratione Scarantienſium ad Monaſterium Schlecdorff.

Cap. 3. §. 3. SCarantienſi Monaſterio ſub Joſepho Epiſcopo anno Chriſti 763. datum fuiſſe initium, Abbatémque primum eidem præfuiſſe Aribonem noſtrum, ſuprà oſtendimus. Ariboni, anno 764. ad Mytram Friſingenſem vocato, Attonem in Scarantienſium Regimine ſucceſſiſſe Abbatem, cúmque egregijs tum à Deſiderio Longobardorum Rege, tum à Taſſilone Duce ad condendum Monaſterium Inticenſe muneribus anno Chriſti 769. fuiſſe affectum, itidem in ſuperioribus retulimus. Nunc tempus monet, ut proxima ejuſdem Scarantienſis Monaſterii Acta producamus.

Extat in libro antiquo, ſeu primô traditionum Friſingenſium Charta, in

Primi Abbates Scarantiæ. qua Aribo de ſeipſo agens hæc ferè habet: ſe fratribus in *Scaritia* ſeu *Scarantia* congregatis, præcipuè verò Reginperto, qui cum conſenſu Taſſilonis Ducis, & Epiſcopi Joſephi in fundo ac dominio proprio Monaſterium illud condere cæperant, locô ſui (ad Epiſcopatum aſſumpti) propoſuiſſe in Abbatem *fratrem*,

Digitized by Google

trem, & *charitatis ſocium*, Attonem, ea tamen conditione, ut poſtea prædicto Attoni nemo alius in Abbatia ſuccedat, niſi ipſe Reginpertus, ſive dein Atto vivus ſive mortuus Scarantienſis Cænobij clavum deponeret. Cæterùm cautum fuiſſe, ut tam Reginpertò, quàm Attone mortuis nemo illuc Abbatem mittat niſi Epiſcopi Succeſſòres, qui Abbatem ex ipſo Scarantienſi gremio, & non aliunde eligere debeant, excepto, ſi ibi non reperiretur, qui Abbatis munus gerere dignè poſſet: tunc enim liberum Epiſcopo fore aliunde alium acerſere, & fratribus illis Abbatem præficere. Monet verò inter hæc & plura alia Aribo, ſe Scarantienſibus autorem fuiſſe, ut nivoſa ventoſáque ſolitudine relicta, extra Alpes in loco, cui *Schledorff* nomen, ſedem firmarent. Literas ſtatim hic ſubjicimus in hunc modum ſcriptas: Migrationis Autor Aribo.

IN Nomine Summi Dei, Patríſque & Filii, atque Sancti Spiritui. Ego Heres Epiſcopus divini Largitoris munere fratres, quos ſub gradu minori ad regendos ſuſcepi, Scaritiæ deſerti congregatos, id eſt Reginperhtum, nec non & fratrem ejus, qui in alode proprio per conſenſu Domno & Deceſſore noſtro Joſeppo Monaſterium condere cœperunt, & poſtmodum per noſtrum Conſilium locum mutaverunt ad Schledorf, meque occupatum cùm agnoviſſem, fratrem, & caritatis mihi Socium Attonem Religioſum Raginperto per conſenſu, atque fratribus meis, quæ vici propoſuimus. Stetit namque ipſos coadunare poſſeſſiones, ſicut norma hujus declarat vitæ, ut quicquid propria habuiſſent, ad ipſam cummunitatem conjeciſſent, & poſt Attonem Abbatem ipſe Raginpertus præeſſe debeat, tam ipſo vivente, quàm ejus poſt obitum. Et nos quidem ſtatuimus eorum poſt obitum, ut nullus ibi Abbatem mittere debeat, niſi ipſi Epiſcopi, poſt nos qui fuerit ſibi ex eadem congregatione elegant Abbatem, excepto omni modo ſi defuerit talis, qui dignus ſit regularis, tunc ſubjaceat ſententia eorum per Conſenſu Epiſcopus alium loci ejus reſtituat. Nos autem manum noſtram non ſubtrahimus, tamen Canonicam per omnia firmamus manu noſtra permanere ſententiam, & Regularem tramitem, ut ordo depoſcit.

Attone hunc in modum Schlechdorffium cum ſuis digreſſo, Anulo quidam & filius ejus Oadalker bona quædam in vico Chemberg ſita ad conciliandam animabus ſuis Divinam Bonitatem eidem Abbati obtulerunt, aſt non niſi ad dies vitæ ipſius Attonis. Hæc ipſa verò bona deinceps Patre & filio illo ulteriùs conſentientibûs Atto Abbas Monaſterio Schlecdorffenſi, vel potiùs ejus loci Tutelaribus Patronis, quorum ibi Reliquiæ habebantur, perpetua eſſe voluit. Inſtrumentum ſic habet: Donatio facta Schlechdorffenſibus.

REgnante in perpetuo Domino noſtro Jheſu Chriſto, anno XXV. regnante Domno Taſſilone Duce Bojoariorum inluſtriſſimo viro. Ego itaque Atto Abba pro remedium animarum, quæ ſe nobis commendaverunt, renovo, & reſtituo hereditatem, quam commendaverunt mihi ad vitam meam Anulo, & filius ejus Oadalker in loco nuncupante Chemperc, per Conſenſum Domni Taſſiloni Ducis ad Monaſterium nominato Slehdorf, eò quòd jam Præfati Viri in hoc ipſam rem commendaverunt mihi, ut poſt obitum meum jam dictum locum Chemperc cum omni integritate, ſeu ſi ego ipſe aliquid lucri adquirere potuiſſem ad Sanctorum Reliquias, quæ ibidem venerantur inviolabiliter poſſidendum, vel perfruendum jure perpetuo pro animabus eorum confirmâſſem. Nunc autem reſtaurabo, & confirmabo petitiones eorum, reddóque, & reſtituo ipſas res in præſentia Venerabilium Virorum, quorum nomina ſubter inſeruntur, ad ſanctam domum Dei, quod primitùs celebratur in honore Sancti Dionifij, & ubi Sanctus Tertulinus requieſcit in corpore, quem à Sede Apoſtolica Reginpertus Monachus concedente Adriano Papa ad partibus Bojoariæ me adjuvante perduxit. Actum in villa prædicta Chemperc ſub die Conſule, quod facit XV. Kalendas Septembris, Indictione V. Kienberg villa, Crantſpergenſis Præfecturæ.

Hæc nomina teſtium: Arbeo Epiſcopus, Lantfrid teſtis, Chunihart, Tatto teſtis, Cundheri teſtis, Arn Diaconus, Ratolt teſtis. Ego Altman ex ore Attonis Abbatis juſſione Arbionis Epiſcopi conſcripſi hanc cartulam.

Hoc ipſum inſtrumentum, quod in primo ſeu antiquo Traditionum Friſingenſium libro *fol.* 135. exhibetur, repetitur poſtea *fol.* 160. Cum aliqua tamen verborum mutatione, dum ibi ait Atto, ſe bona prædicta in Kemberg tradere ad Corpus Sancti ac Beatiſſimi *Tertuliani* (Tertulini) *Martyris, quem hæredem mihi, inquit, Omnipotens Deus conſtituit, & à diebus meis ubicunque conlocatum fuerit Corpus ejus, in noſtra ſit providentia, quia à Sede Apoſtolica concedente & commendante nobis, Beatiſſimus Adrianus Papa ſollicitè ſummo cum ſtudio devotionis commiſit curandum;* hæc ibi.

In his vetuſtiſſimis inſtrumentis advertimus, annum Taſſilonis XXV. (qui eſt Chriſti 772.) non convenire cum Indictione V. ſed X. ùt ex Pagio advertimus. Hinc concludes Lector, librarium iterum fuiſſe lapſum, ponendo Indictionem V. ubi ponenda fuerat X.

Rurſus obſervabit ex his Lector, primum Schlechdorffenſis Monaſterii Patronum non fuiſſe S. Tertulinum ſed S. Dionyſium, quippe in Cujus Eccleſiam Reliquiæ Divi Tertulini fuère illatæ. Inſuper ex eodem documento conſtat, non ſoli Reginperto, verùm etiam Attoni Abbati deberi tranſlationem Reliquiarum S. Tertulini; enim Atto, *ſe adjuvante* Reginpertum Reliquias illas impetrâſſe: ac ſibi etiam cuſtodiam earum à Pontifice fuiſſe demandatam.

Obſervamus inſuper, in dicto Inſtrumento poſt Aribonem Epiſcopum primò locô inter teſtes numerari Landfridum, qui absque dubio alius non eſt, quàm Burenſis ſeu Benedictoburanus Abbas, quippe Coævus, & omnium aliorum ejus Temporis Abbatum Schlechdorffio viciniſſimus.

Primi conditores Monaſterii Schlechdorffenſis.

Hîs ita deductîs corrigendi videbuntur nonnemini Codices quàm plures, uti & Scriptores Bojariæ præcipui, nempe Andreas Ratisbonenſis, Arembekius, Aventinus, Velſerus, Brunnerus, & Adelzreitterus, qui omnes uno ore fundationem primam Schlechdorffenſis Monaſterii Landfrido, Waldramo, atque Elilando tribuunt, extraneîs Scriptoribûs domeſticos noſtros longa ſerie ſequentibûs, eò quòd id apertè refragari videatur Documentis Friſingenſibus hactenùs laudatis, in quibus vera Schlechdorffenſis Monaſterii initia Reginperto potiùs, quàm cuivis alteri debeant referri in acceptis, Aribone Epiſcopo, & Attone opem & operam conferentibus, ac familiam illam Religioſam è Scarantia Schlechdorffium educentibus.

Verùm cùm duriſſimum ſit, omnes, & quidem præcipuos Bojariæ Scriptores, tótque vetuſtos variorum Monaſteriorum Codices tanti Sphalmatis reos agere, operæ pretium facturi videmur, ſi oſtenderimus, Documenta Friſingenſia laudatis Scriptoribus atque Codicibus in hac materia nihil derogare.

Affirmant Documenta Friſingenſia, Reginpertum fuiſſe primum Scarantienſis Monaſterii fundatorem? nihil abnuunt Scriptores ac Codices noſtri. Affirmant Friſingenſes Membranæ, migrationem è Scarantia factam eſſe ex Conſilio Aribonis? id nullibi negari deprehendimus. Aſt non idcircò apparet, quomodo inferri poſſit, Aribonem, aut Reginpertum eſſe primum Monaſterii Schlechdorffenſis fundatorem. Certè latent in adductis Friſingenſibus Tabulis aliqua, quæ cautè ſunt obſervanda. Nam ex iis conſtat primò, ante migrationem illam, & Corporis S. Tertulini advectionem, in *Schlechdorffenſi loco* jam fuiſſe Eccleſiam Sancto Dionyſio ſacram. Hanc quòd vel Reginpertus ædificaverit, vel Aribo aut Joſephus conſecraverit, altum in Documentis eſt ſilentium. Multò etiam minùs explicatur, à Reginperto, vel Aribone Epiſcopo, aut Attone Abbate fuiſſe in Schlechdorff ædificatum novum Monaſterium. Quidſi igitur oſtendere poſſimus, quis ibi ante Reginpertum Eccleſiam ædificaverit? quis eam conſecraverit? quis Monaſterium adjunxerit? certè ſi hæc exhi-

Digitized by Google

exhibuerimus, omnis de primæva Monaſterii Schlechdorffenſis origine dubitandi ratio planè erit ſublata.

Deteguntur.

Inter ea monumenta, quæ ad rem præſentem aliquid conferre poſſunt, meritò recenſemus Chronicon illud Monaſterii Benedictoburani, quod in *theſauro Anecdotorum noviſſimo* in lucem protulit Clar. P. Bernardus Pezius. Ibi diſertè legitur: Landfridum, Waldramum, & Elilandum fratres, ſuprà jam laudatos, tertiam inter eas, quas ædificaverint, Eccleſias, excitâſſe in *Schlechdorffenſi loco*, & Sancto Bonifacio ſupplicâſſe, ut eam Eccleſiam, poſt Benedictoburanam, ſacris ritibus initiaret. Porrò annuiſſe Sanctum Præſulem colligitur apertè ex ſequentibus: & idem ex multis Membranis, præſertim ex *Rotulo* quodam, ùt vocant, Benedictoburano, medio Sæculo XI. diligentiſſimè conſcripto oſtendi poteſt: imò Schlechdorffenſes in hodiernum diem indubitatum tenent, primum ſuæ Eccleſiæ Conſecratorem fuiſſe S. Bonifacium. Subditur in allegato Chronico, Landfridum, à S. Bonifacio conſtitutum primum Abbatem Burenſem, ſeu Benedictoburanum, *poſtquam* (is) *omnia ritè ordinavit, in Schlechdorffenſi Monaſterio viginti quinque Monachos inſtituiſſe:* Et hoc ipſum plures Codices tum Benedictoburani, tum Tegernſeenſes, & Scriptores paſſim commemorant. Quis igitur non videt, id totum factum jam fuiſſe, cùm S. Bonifacius adhuc in vivis, & in Bojaria eſſet, nimirùm ante annum Chriſti 750. atque per conſequens ad minus 22. annis, antè, quàm Scarantienſes ad Schlechdorffenſe Monaſterium migrarent? Vides igitur, Lector, quis Eccleſiam Schlechdorffenſem cum Monaſterio primus condiderit? quis Eccleſiam dedicaverit? itaque minimè hallucinantur, qui primam Schlechdorffenſis Monaſterii Originem Landfrido potiùs noſtro, quàm cuivis alteri adſcribunt.

T. 3. part. 3. à Col. 595. Cap. 2.

Objectio ſolvitur.

Cur verò, inquis, nulla ejus rei in ijs, quæ præ manibus habemus, inſtrumentis fit mentio? Reſpondemus, in ejusmodi inſtrumentis, in quibus non agitur, niſi de Electione Abbatis, ac vita cœnobitica: item de aliqua donatione & ſimilibus, locum non eſſe diſputationi de primæva Eccleſiæ erectione atque conſecratione, aut alijs, qui præceſſêre, tractatibus. Eccleſiam aliquam in Schlechdorff jam extitiſſe ante Scarantienſium adventum, vel ex eo colligitur, quòd, ſi nova ibi (nempe in Schlechdorff) Eccleſia fuiſſet ædificanda, utique dedicanda fuiſſet, aut Beato Petro Apoſtolo, cujus Scarantienſem Eccleſiam Atto cum ſuis deſeruerat: aut certè S. Tertulino, cujus Sacras Exuvias, ſumma veneratione colendas, à Pontifice nuper adduxerat. Sanè cur id Atto non fecerit, melior ratio aſſignari non poteſt, quàm quia Eccleſia ibi antea erecta, jam habuit Patronum S. Dionyſium: Cujus proinde honori Atto Abbas cum ſuis nihil detrahere voluit. Sed quî factum eſt, ais, ut Landfridus Scarantienſibus Monaſterium & Eccleſiam à ſe inſtitutam cederet, aut ſuos inde revocaret?

Nova difficultas removetur. Ubi ſupra Col. 605.

Reſpondemus, Landfridum de accerſendis aliunde Monachis, & augendo Monaſteriorum ac Cœnobitarum numero ſemper fuiſſe maximè ſolicitum. Certè in vetuſtiſſimo Landfridi Epitaphio, à Pezio edito, inter cætera de eo ſic habetur:

Quantas hic traxit Monachorum denique turmas,
*Difficile dictu eſt * artæ ad conſortia vitæ.*

* Arcta.

Landfridum quinque Monaſteriis à ſe ædificatis, Monachos, è variis Provinciis congregatos dediſſe, Bojariæ Scriptores præcipui tradunt, nempe Burenſi, Schlechdorffenſi, Staffſeenſi, Sandavienſi ac Weſſofontano. Paſſerus apud P. Corbinianum Khamm etiam Sextum Thierhauptanum addit. Monialium quoque ad Dei laudes congregandarum Landfridum perquàm ſtudioſum fuiſſe, Cochelenſis & Pollinganus Parthenones, ab eodem ac fratribus illius conſtructi, teſtes ſunt. Potuit igitur Landfridus, qui *ex variis Provinciis Monachos*

Hierarch. Auguſt. part. 1. pag. 79.

nachos congregâſſe dicitur, facilè annuere Ariboni, vel etiam eum rogare, ut ſuos ex aſperis Scarantiæ montibus ad amœniorem extra alpes planitiem educeret, atque in Monaſterio Schlechdorffenſi collocaret. Aliquid ſimile eo tempore interveniſſe, qualecunque illud ſit, dicere neceſſe eſt, ne tot ſcripturis atque Scriptoribus fidem denegemus: qua tamen de re plenam judicandi facultatem Lectori lubentes permittimus: dum nobis ſatis eſt, Abbatem Landfridum iis tractatibus interfuiſſe, & inter teſtes habuiſſe primum locum, qui apud veteres frequentiſſimè donatoribus aſſignabatur, uti ex tot Friſingenſibus Inſtrumentis clariſſimum eſt. Nos in parte Operis ſecunda tres alias dona-
Num. 66. 67. 68. tiones de *Horcaningen*, *Dorſingeshuſum*, & *Reiſtingum*: item ad *Fiskon* Divo Tertulino circa hæc tempora factas recenſebimus.

§. IX.

Primordia Monaſteriorum Scheſſtlarienſis, & Schlierſeenſis.

AD annum Chriſti 778. revocanda videntur prima initia Celeberrimi poſthac futuri Monaſterii Scheffdarienſis, dum hæc de illo legimus in antiquo ſeu primo Traditionum Friſingenſium libro: *De Oratorio Adalgarti & Odalgeri in loco Scaſtilare nuncupante * conſtructe * & tradito ipſo altare * cum dote ſua per manum Dedicatoris Waltrih Epiſcopi * atque hæredis directi Luitfridi presbyteri ad domum Epiſcopalem vel Eccleſia Hæredis Epiſcopi, cui Dioceſes * ſubjacere * eſſe dinoſcitur ad confirmandum traditionem hanc, id eſt, ad beata & intemerata Virginis Mariæ domum Frigiſingas caſtro conſtructam in anno XXXI. Regni Taſſilonis Ducis ſub die Conſule, quod erat XII. Kal. Martias, Indictione I. Et hæc * teſtes & eorum nomina, Waltrih Epiſcopus, Liutfrid, Hununc Presbyteri. Atto. Helmker. Madalger. Erchinolf. Starcholf. Urſo. Waldman. Ego Sundarheri Diaconus ex ore Hæredis Epiſcopi juſſus conſcripſi.*

* *al.* nuncupato.
* *al.* conſtructo.
* *al.* altari.
* *al. additur* Patavienſis.
* *al.* Dioceſis.
* *al.* ſubjecta.
* *al.* hi.

Ex his (niſi immanè fallimur) ſatis conſtat, primum Oratorium Scheffdariæ fuiſſe conſtructum ac dotatum ab Adalgarto quodam & Oadalgero, conſecratum à Walderico Patavienſi Epiſcopo; & ab eodem, ac Luitfrido Presbytero donationem illam fuiſſe exhibitam Ariboni Epiſcopo, ceu Loci Ordinario, ut eam Eccleſiæ Friſingenſi confirmaret. Annus Taſſilonis XXXI. alius non eſt, quàm Chriſti 778. Dies XII. Kal. Martias denotat diem 18. Februarii. Unde videmus, quàm vana ſint, quæ in Hundii Metropoli (ubi agitur de primordiis Scheffdarienſis Monaſterii) ex Aventino afferuntur, quo loco aſſeritur, locum illum Taſſilonis tempore fuiſſe vocatum *Petinbach*: & Eccleſiam fuiſſe conſtructam ab Udalrico quodam, traditámque Canonicis Regularibus, poſtea Benedictinis. Certè charta noſtra vetuſtiſſima longè aliud innuit, atque demonſtrat, locum illum jam ipſius Taſſilonis tempore fuiſſe vocatum *Scaſtilare*, ſeu Scheffdarn: Oratorium fuiſſe conditum non ab Udalrico quodam, ſed ab Adalgarto & Oadalgero: traditúmque non Canonicis Regularibus, ſed Ariboni Epiſcopo, ejúſque Eccleſiæ Friſingenſi, nempe Benedictinis hominibus, qui eo tempore Eccleſiam Friſingenſem obtinebant, ut nemo eruditus & bonus deinceps negabit. Hæc de ſinceris illius Monaſterii initiis. Plura ſuô locô ac tempore dabimus: nunc verò aliud ejus rei egregium exemplum ſubjicimus.

Aventini, & aliorum quorumdam errores deteguntur.

Annô proximô, Taſſilonis Ducis XXXII. Chriſti 779. Adaluncus quidam unà cum fratribus ſuis Hiltipaldo, Kerpaldo, Antonio, & Otakiro ſtatuerunt Divinis obſequiis ſe, ac ſua omnia arctiùs mancipare, vitam Monaſticam amplecti,

Monaſterii Schlierſeenſis cunabula.

plecti, ac omnem hæreditatem ſuam Monaſterio in vaſta ſolitudine prope lacum Sylurnum (Schlierſee) excitando conſecrare. Id totum etiam pauló pòſt feliciter datum eſt executioni, annuente Aribone noſtro, qui etiam Oratorium à dictis fratribus conſtructum conſecravit, novos Monachos in ſuam ſacram juriſdictionem ac tutelam admiſit, ac petentibus Magiſtrum dedit Virum Venerabilem Perchtcozum, qui eos Regulam S. Benedicti doceret. Hic adeò ſeſe probavit novo illi Monachorum cœtui, ut eum poſt biennium etiam in Abbatem ſuum elegerint, atque ad Epiſcopum noſtrum adduxerint, ab eo conformiter dictæ ſacræ Regulæ ordinandum: id quod Aribo lubens aſſenſit: eodémque tempore inter ſæpè dictos Monachos atque Epiſcopum conventum eſt, ut deinceps Regula S. Benedicti in dicto Monaſterio Schlierſee obſervaretur, ac, quotieſcunque res poſtularet, Abbas è gremio Schlierſeenſi juxta dictam Regulam eligeretur, ſiquidem adeſſet, qui eam dignitatem meritis æquaret. Sin minùs, aſſumeretur è domo Epiſcopali Friſingenſi, in qua nempe eandem S. Benedicti Regulam obſervatam fuiſſe, clarè, ùt puto, in noſtris Prolegomenis demonſtravimus, ac vel ex hoc loco palpari manibûs poteſt. Inſtrumentum apponimus.

R*Egnante in perpetuo Domino noſtro Jheſu Chriſto. Ego itaque in Dei nomine Adalunc ſimul cum fratribus noſtris nomine Hiltipald, ſeu Kerpalt, nec non & Antoni, ſive Otakir inſpirante Divina gratia ſecularia negotia deſerentes locum nobis eligimus commune hereditate noſtra, ſive Parentum noſtrorum in vaſta ſolitudine heremi, qui dicitur Schlierſeo, & ibidem adjuvante Domino Deo noſtro Cellulam more ſolito conſtruximus. Nam & Oratorium cum conſenſu Epiſcopi Domni Arpionis edificavimus. Deinde advocante prædicto Epiſcopo ad conſecrandam prædictam Eccleſiam ita factum eſt. Deinde ſub ditione ipſius Epiſcopi nosmetipſos commendavimus per omnia, & de manu Epiſcopali electum nobis Magiſtrum virum Venerabilem nomine Perhtcoz in noſtro ſuſcepimus magiſterio, dein poſt biennium complacuit fratribus eligere prædictum Perhtcoz ibidem Abbatem per conſenſum fratrum adduximus eum ad prædictum Epiſcopum juxta Ordinem regule Sancti Benedicti electum ordinavit, & nobis poſuit Abbatem. Ideóque decrevimus cum conſenſu ipſius prædicti Epiſcopi noſtri, ut ſecundùm auctoritatem Sancti Benedicti regulam regerentur, & ibidem regulariter de ipſis fratribus ſibimetipſi eligerent Abbatem, ipſo ordinante Epiſcopo domo Sanctæ Mariæ, ſi ibidem forſitan defuerint tales inter ipſos fratres, de domo epiſcopali eligant Abbatem ordinante Epiſcopo. Actum in prædicto Monaſterio Slierſe, ſub die Conſule, quod facit XII. Kalendas Februarii Indictione XII. regnante Domno Taſſilone anno XXXII. & ipſi ſupra ſcripti fratres invicem teſtes extiterunt.*

Ita ſub Aribone quoque noſtro, imò ab Aribone Res Monaſtica non minùs, quàm ſub Joſepho præclara incrementa accepit.

Mediâ illâ tempeſtate poſtquam Bojariæ Dux Taſſilo ad tot alias Eccleſias ac Monaſteria tum conſtruenda, tum dotanda conſenſum dederat, & aliquoties etiam prædia, aliáque bona adjecerat, excitatus maximè Majorum, atque Anteceſſorum ſuorum exempló, qui propriis ſuis Opibûs integra, & quidem plura Monaſteria per Bojariam inſtituerant, annô Ducatûs ſui triceſimô *ſtatuit & ipſe in animo ſuo Monaſterium ædificare: quod & factum eſt.* Hinc enim ſurrexit nobile illud, atque inclytum Monaſterium Cremiſanenſe, præter, & ante quod neſcio, an aliud Taſſiloni ex aſſe adſcribi poſſit, utùt juxta modò dicta compertiſſimum ſit, Taſſilonem ad plurium Monaſteriorum tum fundationem tum dotationem non ſolùm aſſenſum præbuiſſe, verùm etiam liberalem manum porrexiſſe, eóque nomine eorum fundatorem habitum fuiſſe, quod idem de Ludovico Pio Mabillonius tradit, cui tribuebantur plura Monaſte-

Taſſilo condit Monaſterium Cremiſanenſe ſuis ſumptibûs.

Annal. T. 2. l. 28. n. 1.

naſteria, *quibus vel inſtaurandis, vel de novo condendis aſſenſum tantùm & favorem præbuit.*

Scribunt aliqui, Taſſilonem Cremiſanenſem Eccleſiam erexiſſe propitiandis filii ſui Guntheri, ab Apro in venatione occiſi, manibus. Ego verò, ſi quidem id verum eſt, mirari nunquam deſinam, cur in Inſtrumento Fundationis Cremiſanenſis nec verbulò quidem unicô Taſſilo ſui illius filii, aut propoſiti mentionem facere voluerit, ſed hoc unum expreſſerit, id ſe facere *propter amorem æternum, & timorem horribilem, ut evitare valeam manſionem Diaboli, & habere merear manſionem cum Chriſto.* Extat illud Inſtrumentum in Annalibus Cremiſanenſibus *cap.* 9. quod ut Lector expendere velit, optamus:
N. 69. dum nos interim ſolum ejus initium & finem (omiſsis opulentæ dotationis nominibûs) in parte altera exhibemus.

Taſſilonis venationes perquàm ſuſpectæ.

Taſſilonis interim tot aliæ venationes, tenerrimæ etiam illius ætati adſcriptæ, in quibus etiam multa mirabilia, imò & miracula eveniſſe narrantur, num eruditis, re benè perpensâ, probari poſſint, judicium eſto aliorum: qui etiam benè expensîs ipſius Taſſilonis in laudato Inſtrumento verbîs decernent, num Taſſilo aliud quoque, vel etiam plura Monaſteria ante Cremiſanenſe fundaverit ſuîs opibûs? Id unum hìc adnotâſſe ad propoſitum noſtrum ſufficiat, quòd Atto noſter, Schlechdorffenſis Abbas, item Hrodhart Abbas Iſanenſis inter teſtes Fundationis Cremiſanenſis graviſſimos reperiantur deſcripti: ipſa porrò tam ſolennis donatio à Carolo Magno duplici diplomate confirmata fuit, quorum utrumque in laudatis Annalibus Cremiſanenſibus exhibetur.

§. X.

Donationes partim ultimîs, partim incertîs annîs factæ Ariboni, & Eccleſiis eidem ſubjectis.

FRaudandi non ſunt laude ſua cæteri quoque Friſingenſis Eccleſiæ Benefactores, nominatim Cunzo quidam, qui bona quædam hæreditaria:
Num. 70. Folchmarus, qui ſe, omnémque ſuam ſubſtantiam Friſingenſi Eccleſiæ obtulêre.

Pater quoque quidam, qui Priſingæ Oratorium quoddam condiderat, il-
N. 71. lud Ariboni donavit, poſtquam is ſacrîs ritibûs illud conſecraverat. Salomon etiam Presbyter dimidium hæreditatis ſuæ tradidit Sancto Stephano in Aitterbach, cujus Eccleſiam Ariboni commiſit. Ex inſtrumento donationis certorum bonorum Schwabingæ & Sentlingæ, factæ ab Alpolto & Huaſano anno Taſſilonis Ducis XXXV. Chriſti 782. intelligimus, Schefftlariam eo tempore jam fuiſſe converſam in Monaſterium. Literæ ſic habent:

PReceptum Evangelicum tonat per orbem terrarum, in quo fideles ammonet, ut caduca diſpiciant, & ad æternam patriam tendant, ut lucrum ſibi in proventione faciant, ſicut ab ore veritatis Evangeliſta conclamat: theſaurizate vobis theſauros in cœlo. Inter his auditoribus quidam Vir Religioſus animatus cum timore Divino, cujus vocabulum eſt Alpolt, & filius ejus Huaſuni, tradiderunt, atque transfundaverunt propriam hereditatem illorum, quæ eſt in loco, quæ dicitur Svvapinga, & in alio loco, cujus vocabulum eſt Sentilingas ad Monaſterium Beati Dionyſii Martyris Chriſti, quod conſitum eſt ſecus flumine profluente precipito lapſu, quam autumant coloni illius Iſuram, in ibidem locis, quicquid proprie hereditatis adquiſitioni ſuæ, cultis, & incultis, mobilibus, & immobilibus, ſilvis, ruris, pratis, paſcuis, fontibus, vel rivolis eorum, ſive cum ædificatione tota ſtructura, atque cum omni familia Servorum, & Ancillarum, quibus ab avis, atque protavis hereditarios conſi-

Digitized by Google

*conſiſtunt, hæc omnia Deo offerebant propter remuneratione æternæ vitæ, &
devitare metum gehenni ignis, ut nullus habeat poteſtatem propinquorum, co-
heredúmque eorum hanc traditionem irritam facere. Et hoc conſtituimus, ut
neque nos ipſi, aut Succeſſores noſtri, quod minimè credimus, quod ſi preſump-
ſerit aliquis horum, quorum ſuperius mentionem fecimus, quolibet modo inju-
ſtè inire temptavit, iram Dei incurrat, & cum Athleta Chriſti mereat ratio-
nem habere, & inter hedis deputatus. Et hæc teſtes per aures ſignati: Ez-
zilo, Lantperht, Oadalrih, Cundhart, & nos ipſi, qui tradidimus Apolt,
& Oaſuni. Actum eſt hoc in curte, qui dicitur Nivvihingas * Indictione VIII.* * al. Muuihingas.
*Hoc autem decrevit fieri princeps Clariſſimus Taſſilo, in anno, quo regnum ob-
tinuit XXXV. ſeu filius ipſius nobiliſſimus Theoto hanc traditionem probavit
perenniter ad prædictum domum ſtabiliter perſeverare. Scripſi autem hanc
Cartulam traditionis ego Leidrat licèt indignus & peccator, tamen Diaconus
juſſus à principe ſummo Taſſilone.*

Obſervabit ulteriùs in hoc Inſtrumento eruditus Lector, donationem illam
non ſolùm à Taſſilone, verùm etiam à filio ejus Theodone fuiſſe probatam.
Unde novum habemus argumentum, Theodonem à Taſſilone Patre fuiſſe ad-
hibitum Ducatûs ſocium, veluti Taſſilo olim Utilonis Parentis in adminiſtran-
do eodem Ducatu collega fuit. Leidradum, ſeu Ledradum, qui inſtrumen-
tum juſſu Taſſilonis ſcripſit, exiſtimamus non eſſe alium, quàm Bojum ſeu
Noricum illum, qui poſtea ſub Caroli Imperio in Lugdunenſium Pontificem
electus, rebûs maximìs geſtìs circa annum 814. abdicato Pontificatu in Sueſ-
ſionenſi S. Medardi Cœnobio Monachum induit, ſanctitatis famâ clariſſimus.
De quo Raderus in *Bavaria Sancta:* & Mabillonius *Tom. 2. Annalium O. S. B.*
agunt. Certè in Membranis Friſingenſibus occurrit Leitrat *Diaconus*, *Presby-
ter*, *Scriptor*, & quidem de familia Friſingenſi, de quo videri poteſt Inſtru-
mentum, in Parte Altera *num.* 146. à nobis adductum.

Ex eadem membrana conjicimus, prope, & intra Sentlingam & Schwa-
bingam eo tempore nemora quædam, & loca inculta extitiſſe. Curtis *Nivvi-
bingas*, vel, ùt aliter legi poteſt, *Muuihingas*, in qua hæc donatio facta fuiſ-
ſe dicitur, videtur non fuiſſe alia, quàm prædium illud, Sentlingam inter &
Schwabingam medium, ubi poſtea Sæculô Chriſti duodecimô conſtructa fuit
hodierna Metropolis Bojariæ Monachium, ſeu *München*, quod, ùt ſuſpica-
mur, à Curte illa *Muuihinga* nomen accepit, quamvis minimè ignoremus,
alios aliter ſentire, nullô tamen coævô Suffragatore in medium adductô.

Incertis Aribonis annis diverſi fideles Friſingenſi Eccleſiæ adjecerunt varia
bona in *Pantinprunnin*, *Wirma*, *Ebinga*, *Mahaleibhi*, *Kermoresvvanc*, N. 72. 73. 74.
Stroagum, *Rupilinga & Aguſinga*, *Perahanga*, *Linta*, *Perahah*, *Irminharti* 75. 76. 77. 78.
villa, *Pohhe*, *Filuſa*, *Munigiſingun*, *Otingas & Tegarinvvac*, *Holzhuſir*, 79. 80. 81. 82.
Cotingas, *Hagananga*, *Piparpach*, *Munninpac*, *& Perchak.* Neque reti- 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89.
cenda eſt donatio cujusdam Sigismundi, qui filium ſuum Juuan cum omni 90. 91. 92.
ſua hæreditate Friſingenſi Eccleſiæ obtulit. Oblationem illam Taſſilo Dux ra- 93.
tam habuit: coram cujus Legato Pern, ſeu Perno Presbyter prædictum filium
clericavit, id eſt, in Monachum totondit, prout uſus illius vocabuli eo tem-
pore erat, ùt alibi ſæpiùs monuimus. Certè Perno, cùm Presbyter tantùm
eſſet, aliter Iuuanum *clericare* non potuit. Perno ipſe erat unus *de familia
Friſingenſi*, nempe Monachus, prout expreſsè appellatur in primo Traditio- fol. 152.
num libro, tum in permutatione inter Attonem Epiſcopum, & Reginpertum
Abbatem Moſpurgenſem facta, tum in donatione de *Steinhart*, ùt ſuìs locìs fol. 258.
videbimus. Carolus quoque Rex, qui ipſum Taſſilonem in Monaſterium poſt-
hac detruſit, eum *clericaſſe* dicitur. fol. 159.

Alia jura & bona Friſingenſia eidem Friſingenſi Eccleſiæ liberaliter tranſcri-
pſit quidam Wolfachar, prout inſtrumentum à nobis ſuô locô exhibendum teſta- N. 94.

 bitur.

N. 95. bitur. Aribonis ætate etiam quædam donationes acceſsêre Eccleſiæ S. Andreæ ad Monaſterium Hukiperti, quod quale ſit, ignorare nos ultrò fatemur. De-
N. 96. nique etiam Eccleſiæ S. Stephani juxta fluvium *Filſe* à Taſſilone Duce dos quædam adjecta fuit.

§. XI.

Pippini Regis obitus, & Succeſſio. Aribonis Epiſcopi Mors.

Pippino Regi ſuccedit Carolus filius.

Pippino Regi anno Chriſti 772. mortuo ſucceſsêre filii duo, Carolus & Carolomannus, uterque Rex appellatus. Carolomannô verò paulò pòſt in ipſo ætatis flore è vivis ereptô totius Regni moles Carolo incubuit. Is uxorem habuit Bertham, Deſiderii Longobardorum Regis filiam, Luitburgæ, quæ Taſſilonis uxor erat, ſororem. Bertham cùm poſtea repudiâſſet Carolus, Luitburga furiis exarſit, ac Taſſilonis animum adversùs Carolum graviſſimè concitavit. Cùm verò temporis ſucceſſu Carolus Pontificis hortatu etiam Deſiderium Longobardorum Regem, Berthæ & Luitburgæ parentem, Ticini obſeſſum cepiſſet, & Regnum Longobardicum in Francos transtuliſſet, in ultimam rabiem verſa Luitburga, quidquid potuit irarum apud Taſſilonem in Carolum evomuit, animóque jam dudum à Francis alienô graviſſimas vindictæ faces admovit, in ſuam ſuorúmque perniciem facilè erupturas, niſi ſacratiores Conſiliarii Divus Virgilius, & Aribo noſter mitiora identidem ſuadendô, flammas reſtinxiſſent. De Aribone noſtro hæc Brunnerus habet: *Vir fuit*, inquit, *recti rigidiſſimus Cuſtos, nullius unquam conſilii niſi publicè profuturi Author: ambitioni Principum conſtanter obnixus.* Certè quamdiu Taſſilo Aribonis ac Virgilii monitis obtemperavit, ſalvæ erant res Bojorum: ut primùm ab iis receſſit, peſſum iêre omnia. Porrò ultimis annis nil ampliùs valuêre Aribonis, nil Virgilii conſilia. Et merebatur Taſſilonis faſtus intolerabilis, ut non tantùm bona ei conſilia, ſed ipſos etiam Conſiliarios Deus ſubmoveret, & volentem in præceps ruere ſineret, veluti in conſequentibus apparebit.

Contra quem Taſſilo concitatur.

Nihil proficientibus melioribus conſiliariis.

Annus obitûs Aribonis.

Aribo in quibuſdam domeſticis Epiſcoporum Friſingenſium Catalogis dicitur obiiſſe anno Chriſti 782. juxta alios verò anno 784. Præferimus nos opinionem poſteriorem, quippe quam egregiè confirmatam cernimus antiquiſſimo, ac fermè Synchrono teſtimonio Annalium Ratisbonenſium à Mabillonio, ùt alibi diximus, editorum, ubi hæc legimus: *Anno DCCLXXXIIII. Hultigart Regina*, & Arpeo obierunt: & Atto Epiſcopus factus eſt.* Ex quo etiam conficimus, Aribonem non deceſſiſſe anno Pontificatus ſui 18vo. ſed viceſimô. Diem obitûs ſignant quartum Menſis Maji. Cui ſententiæ etiam ſubſcribunt Gamanſii Notæ. Aribonem fuiſſe de hac Friſingenſi Eccleſia optimè meritum, nemo inficiabitur, qui expenderit, ex ipſius ſolius calamo primordia hujus Cathedræ, vitámque Divi Corbiniani ſolidè ad nos perveniſſe, ipſáſque adeò Ejuſdem Sancti Viri Exuvias nonniſi Aribonis operâ Friſingam reductas fuiſſe. Idem Aribo, ùt ſuprà jamjam inſinuavimus, etiam Divi Emmerammi vitam in literas redegit, prout apud Henricum Caniſium teſtatur Arnolfus Comes, Sancti Emmerammi Ratisbonæ Monachus, ubi etiam deplorat, illam Aribonis Scriptionem fuiſſe depravatam: gaudet verò à Meginfredo Magdeburgenſi Magiſtro & Præpoſito, antehac, teſte Trithemiô, Fuldenſi Monachô, fuiſſe renovatam. Cætera, quæ in ſuperioribus magno numero de Aribone jam adduximus, in memoriam hìc non revocamus. Quot, & quasnam Eccleſias Aribo conſecraverit, Inſtrumenta ſuô locô docebunt.

* Uxor Caroli Magni.

Aribonis merita.

Tom. 2. pag. 7. & 8.

Tom. 1. Annal. Hirſaug. ad annum M.X.

Aribo-

Aribonem ad Superos comitatus eſt Divus Virgilius Salisburgenſis Epiſcopus, cujus obitum ad eundem annum Chriſti 784. Salisburgenſis Hiſtoria, aliíque conſignant. Eodem anno, Velſero teſte, obiit Symbertus Ratisbonenſis Epiſcopus, qui ad Taſſilonem Carolo conciliandum diligentem ſemper operam adhibuerat.

Mors S. Virgilii: item Symberti & S. Wilibaldi Epiſcoporum. *Lib. 2. Cap. 14. Rer. Boic. lib. 5. pag. 387. Velſ. ibid. pag. 386.*

Præceſſerat tres illos celeberrimos Antiſtites ad cœlos Wilibaldus, Sanctiſſimus ille Eiſtettenſium Pontifex, anno 781. humanis rebus exemptus. Ita quatuor ſummi in Bojaria Præſules non magnô temporis intervallô è Mundo exceſſêre, è quibus Wilibaldo Gerochus, Symperto Conſtantinus, Virgilio Berthricus, S. Petri Salisburgi Abbas, Ariboni Atto Abbas Schlehdorffenſis ſucceſsêre, Hadriano Pontifice Eccleſiæ Catholicæ præſidente, Carolo, Pippini filio, Sceptrum Regium Francorum regente.

In quarto ſeu magno Traditionum Friſingenſium libro de Aribone reperimus verſus antiquos ſequentes:

Pro virtute dato functus moderamine ſacro
Hac quartus ſerie cerneris Arbo pie.

Coævi Salisburgenſes Monachi noſtri Aribonem poſt Sigiricum Ratisbonenſem, Mannonem Niwiburgenſem, Killach incertæ Sedis, Wiſuricum Patavienſem & Wilibaldum Eiſtettenſem Epiſcopos in mortuali fœderatorum Catalogo Synchrona manu commemoravêre.

Aliorum Sanctorum Virorum in vicinia obitus.

Ad hæc eadem tempora pertinet etiam memoria Sanctorum Marini ſeu Maurini Epiſcopi, & Declani Diaconi, qui Divum Virgilium è Scotia ſive Hibernia in Bojariam noſtram ſecuti ſunt, eidémque ad animarum ſalutem ſtrenuè collaborârunt. Exiſtimare licebit, eos haud procul Friſingâ è vita diſceſſiſſe. Certè eorum Sacra Lipſana in vicino inclyto Monaſterio Neocellenſi jacent recondita, & beneficia petentibus fidelibus præſtant, uti in *Bavaria Sancta* Raderus teſtatur.

Volum. 2. edit. pag. 115.

Circa illos ipſos annos exiſtimamus ad cœlos migrâſſe alium Sancti Virgilii Socium, nempe Beatum Lullum, Abbatem Illmonaſterienſem, qui in eodem ſuo Monaſterio conditus jacet.

Henric. Caniſ. T. 4. antiq. Lect. pag. 474.

In laudato Tegernſeenſi Codice ubi agitur de cæteris S. Virgilii ſociis, hæc deſcripta reperimus. *Duo alij apud Rot* (nempe Rottenſe Monaſterium) *ſcilicet Marinus Epiſcopus, & Anianus Archidiaconus: quorum beata oſſa terra commendata ſunt ibidem. Et Sanctus Alto apud Altmünſter; & ſic ſanctus grex beatorum virorum diviſim in diverſis locis Regna Cœleſtia adepti ſunt. Hæc ibi.* Cæterùm, quæ fata, dejectis præcipuîs illis Boicæ felicitatis columnîs Taſſilonem manſerint, paulò pòſt ſub Attone Epiſcopo edocebimur.

Fol. 872. a.

CAPUT V.

Atto Quintus Epiſcopus Friſingenſis.

§. I.

Acta Attonis usque ad ſuſceptum Epiſcopatum: item Epiſcopatûs initia.

Attonis Natales incerti.

ATtonem noſtrum videmus alicubi vocari nobilem Bojum de Kienberg. Quo verò argumento, aut veterum teſtimonio id aſſeratur, hactenùs ignoramus: & conſtat, pauciſſima exempla octavi ſæculi reperiri, quibus ejusmodi tituli appendice nobilitas fuerit decorata. Certiora ſunt, quæ hactenùs ſparſim de Attone ex documentis antiquiſſimis exſcripſimus, & nunc, ut totum Attonem, quoad fieri poteſt usque ad ejus ad Friſingenſes reditum, Lectori ob oculos ponamus, hîc ſummatim repetimus.

Acta ante Epiſcopatum.

Attonem multos annos in Monaſterio ac familia Friſingenſi exegiſſe, certum eſt. Aribo, illius in Abbatia Scarantienſi atque Epiſcopatu deceſſor, eundem Scarantienſibus Abbatem dedit. Joſephus Aribonis Anteceſſor, Attonem jam Presbyterum, ad conficienda Donationum inſtrumenta adhibuit; imò ſub Erimberto quoque Attonis nomen reperimus, licèt nullo adjecto ſtatûs aut Ordinis vocabulo: quod mirum non eſt; nam, ut ſæpiùs hactenùs Lectorem monuimus, exempla frequentiſſima, ac ferè ſine numero in Friſingenſibus Codicibus habemus, ubi nudo nomine Scriptoris, teſtis, aut etiam donatoris expreſſo, nec Clerici nec Monachi, nec Diaconi, nec Presbyteri titulus ponitur, aut, ſi horum unum adjicitur, alterum plerumque reticetur. Itaque licèt Attonis noſtri nomini nihil horum nominum alicubi adjiciatur, attamen negari non debet, eum fuiſſe Friſingenſis familiæ (ſic enim *Conventus* appellari ſolebat:) veterem alumnum.

Virtus & merita.

Viri hujus exactiſſima probitas tum maximè declarata fuit, cùm eum Aribo novellæ Scarantienſi plantationi Magiſtrum præfecit, à qua poſtea unanimi conſenſu etiam in Abbatem electus eſt. Quanti eum, ejúsque Sodales Scarantienſes Monachos, Deſiderius Longobardorum Rex, & Taſſilo Bojariæ Dux fecerint, ex inſignibus Inticenſis deſerti, aliorúmque bonorum donationibus facilè intelligi poteſt. Cæterùm ex eo, quòd Atto noſter Deſiderio Regi innotuerit: quòd donationem Inticenſem Bulſani acceperit: quòd unà cum Reginperto Monacho, Scarantienſis Monaſterii fundatore à Zacharia Pontifice Corpus S. Tertullini impetraverit, rectè utique deducimus, eum unà cum ſuo Reginperto ad Apoſtolorum limina jam tunc profectum, atque à Taſſilone inter primæ admiſſionis amicos fuiſſe habitum; veluti eum etiam fundationi inclyti Monaſterii Cremiſanenſis Taſſilo voluit eſſe præſentem. Comparuiſſe eum rurſus in celebri Synodo Dingolfingana, ſupra vidimus, ubi etiam edocti ſumus, eundem Monaſterio Schlechdorffenſi amplas poſſeſſiones impetrâſſe. Hæc Atto noſter, cùm adhuc Scarantienſibus, ac poſtea Schlechdorffenſibus præeſſet, digniſſimus utique, qui ad capeſſendum Epiſcopalem lituum Friſingam revocaretur: quod etiam vivente adhuc, ut opinamur, Aribone, anno Chriſti 782. Taſſilonis 35. contigit, veluti docemur ex duplici donatione eodem anno Friſingenſi Eccleſiæ ipſíque Attoni ab Adalhelmo quodam facta: ubi Atto adhuc bis non niſi Abbas nominatur: quod, ut fas eſt conjicere, ideò contigit, quia Atto

Digitized by Google

Atto eo tempore nondum quidem Epiſcopus, ſed tamen Epiſcopi Aribonis Adjutor fuit, primùm anno 784. poſt Aribonis deceſſum, in faſtigium Cathedræ Friſingenſis ſublimatus, uti laudati Synchroni Annales Ratisbonenſes produnt. Sanè à quo poſthac ſacram inunctionem obtinuerit, non conſtat, velut etiam id de Joſepho & Aribone ex nullo documento eruere potuimus. Laudatum inſtrumentum utrumque ſtatim ſubjungimus, ut eò commodiùs Lectori ſententia noſtra innoteſcat. Sic verò ſonant literæ.

Regnante in perpetuo Domino noſtro Jheſu anni regni Taſſilonis glorioſi Ducis genti Bajuuarorum XXXV. Itaque ego Adalhelm conpunctus de divina miſericordia Dei noſtri, & propter remedium anime meæ, ſeu æternæ retributionis dono, atque firmiter trado hereditatem meam in loco, qui dicitur Adalhelmeshuſir * *totum ex integro ad reliquias ſanctæ Mariæ, & in eodem loco Eccleſiam ædificare cœpimus, & ea perfecta ibidem firmiter cuncta pertinentia hereditatis meæ, nec non Presbytero Oadalpaldo, & cariſſimo filio noſtro Altilo tradidi ad poſſidendum, & cuſtodiendum Attoni verò Abbati dominante, atque defendente pario modo ſub dominio prædicta hereditate tradidi, atque confirmavi cum domibus, ædificiis, mancipiis, cum omnia, quicquid habuerint mobile, immobile, terra, prata, ſilvis, aquis, molendinis, aquarúmque decurſibus, viis, paſcuis totum ex integro, quicquid ibidem habere viſus ſum ad ſupradicto domo Sanctæ Mariæ in locum Frigiſinga nemine contradicente ſtibulatione interpoſita. Actum in villa nuncupante Pernopah.* * *Si quis, aut ego, aut aliquis oppoſita perſona qui contra hanc cartulam traditionis temptare præſumpſerit, judicium Dei incurrat, & ſolvat, quod juſtum eſt. Hæc nomina teſtium, qui traditi ſunt primitus Oadalpaldo Presbytero, Cotperht teſtes, Heriperht teſtes, Majol teſtes, Riſani teſtes, Waltheri teſtes, Scrot teſtes, Hadusker teſtes, Sigidanc teſtes, Ainhart teſtes.*

* Fortè Adalhauſen.

* Perepach.

Altera Donatio.

In ſecunda verò traditione ego Adalhelm, pariter & Presbyter Oadalpald tradidimus prædictam hereditatem Attone Abbati, atque confirmavimus, & teſtes per aures traximus, quorum nomina ſunt hæc: inprimis prædictus Coteperht, Salomon, David, Angilheri, Otperht, Croon Presbyter, Poto Diaconus teſtes. Ego Hatto Presbyter hanc cartulam ſcripſi & ſubſcripſi.

Ita inſtrumenta illa: in quibus Atto nonniſi *Abbas* quidem, ſed tamen *dominans* Friſingæ appellatur. Cæterùm poſt eam donationem proximè ſecuta eſt traditio Helmkeri de *Munninbach*, quam in Parte altera Lector reperiet. Num. 97.

In annum Chriſti 785. incidit fundatio Cathedralis Eccleſiæ Mindenſis, cui primus Epiſcopus Herimbertus à Carolo Rege datus eſt, uti ſcribit ad eum annum Baronius *num.* 49. ubi ex Cranzio inter cætera hæc exſcripſit: *adjecit* (Carolus) *illi* (Herimberto Epiſcopo) *miniſteriales non paucos, ut haberet Eccleſia defenſores ſuos.* ubi nonnemo eruditiſſimus obſervat, non extare multa ejus rei exempla annis retrò actis: impoſterùm tamen occurrere quàm plurima, dum Eccleſiis omnibus dati fuêre *Defenſores*, alio nomine dicti *Advocati*. Id, quàm ſanctè inſtituit Caroli aliorúmque Regum ac Imperatorum religioſus zelus, tam malè poſtea cecidit multis Eccleſiis, quæ ſæpe ab hoſtibus minus detrimenti paſſæ fuêre, quàm ab ejusmodi defenſoribus, imò veriùs prædonibus. Sanè ſæpe hi tales *Advocati* ſecuti ſunt exemplum *Defenſorum* Mindenſium, de quibus apud Baronium hæc ſubjunguntur. *Illi verò* (Defenſores) *quia ex imo gradu in nobilitatem excreverant, ut partim Comites, partim Duces fierent, ſpreviſſe Matrem* (nempe Eccleſiam, ex cujus opibus ditati fuerant) *videntur*; ita ibi: atque utinam ſimilia aliàs reperirentur nullibi! Prima Advocatorum Friſingenſium mentio ad annum Chriſti 802. nobis occurret.

Defenſores Eccleſiis dati.

Sæpe grandia damna intulerunt.

Annus Chr. 786. Bojis valde triſtis.

Scribit Dükerus in ſuo Salisburgenſi Chronico, anno Chriſti 786. hyemis tempore terram motu ingenti fuiſſe concuſſam, frigus fuiſſe adeò intenſum, ut exanimes aviculæ ex aëre delapſæ ſint, flumina quædam viſa eſſe ſanguinem potiùs quàm aquam vehere, cecidiſſe pluvias tum atro colore pullas, tum igneas quæ mortiferæ fuerint iis, in quos defluxerint, & (quod propiùs reſpicit Hiſtoriam noſtram) Friſingæ varias lignorum ſpecies atque fruſta ex aëre cecidiſſe: & idcircò Taſſilonem Ducem, accedente Epiſcoporum conſilio, jejunia, ac preces univerſæ provinciæ indixiſſe, ipſumque Ducem cinere conſperſiſſe caput, atque eam, quam metuebat, Dei vindictam prævertere, clementiam verò conciliare ſtuduiſſe, optimô ſanè animô, niſi uxoris furibundæ lenocinia eum brevi iterum evertiſſent.

§. II.

Taſſilonis, ac ſtirpis Agilolphingicæ in Bojaria exitus.

Sincera abſque fuco Taſſilonis Acta.

TAſſilonem ex Patre Utilone, Bojariæ Duce, matre Hiltrude Caroli Martelli filia è Galliis profuga prognatum fuiſſe ſuô locô commemoravimus, parentibûs ſcilicet, Francico nomini parùm addictîs. Pippînus Taſſilonem, adhuc puerulum, Ducem appellavit. Taſſilo viciſſim, cùm adoleviſſet, ſe ſuáque in Pippini Regis clientelam dedit, aſt nonniſi ſexenniô fidem coluit, ſed Pippini Regis exercitum deſeruit, & obſequium palàm exuit, meritus, ut demùm Wormatiæ bellum contra illum decretum fuerit, quamquam irrito conſilio, cùm eo quidem tempore Francorum arma ad majora pericula apud Aquitanos compeſcenda evocata fuerint, ut jam ſupra narravimus. Carolus Rex, Pippini ſucceſſor poſtea *Magnus* dictus primò quidem Regni ſui annô Taſſilonem ad renovandum fœdus invitavit, atque agente Sturmione Fuldenſi Abbate, pertraxit: aſt illud poſt aliquot annos Taſſilo iterum rupit: quod nihilominùs paulò pòſt, conciliatore ſummo Pontifice, rurſus coaluit. Cùm poſtea novîs conſiliîs, ac legatîs Romam miſsîs, Pontifici & Carolo illudere voluiſſe deprehenſus eſſet, à Pontifice diris devotus: à Carolo verò tripartito exercitu appetitus, ultima fata à ſe ſuiſque ſupplicabundus, & quidem datîs obſidibûs, atque inter hos filiolô ſuô Theodone, avertit: & tamen, ſequenti ſtatim anno, vocatîs in auxilium Hunnîs novam rebellionem meditatus eſt. Id edoctus Carolus, Francos, Bojos, Langobardos, Saxones, ipſúmque Taſſilonem, Ingelhemium ad concilium evocavit, cujus eventum nemo fidelius, quàm Eginhardus, Carolo Regi, poſthac Imperatori, à ſecretis, ac demùm Monachus atque Abbas, jam aliàs à nobis laudatus, Lectori exponet; is in Annalibus hæc habet. *Anno DCCCLXXXVIII. cùm in villa Suburbani Magontiacenſis Ingelheim generalem populi ſui Rex fieri decreviſſet Conventum, ac Taſſilonem Ducem, ſicut & cæteros vaſſos* (id eſt Vaſallos, ac clientes beneficiarios) *ſuos in eodem adeſſe juſſiſſet, atque ille, ut ei fuerat imperatum, ad Regis præſentiam perveniſſet, crimine læſæ Majeſtatis à Bajoariis accuſatus eſt. Objiciebant ei, quod, poſtquam filium ſuum obſidem Regi dederat, ſuadente conjuge ſua Luitburga, quæ filia Deſiderii Regis Langobardorum fuit, & poſt Patris exilium Francis inimiciſſima ſemper extitit in adverſitatem Regis, & ut bellum contra Francos ſuſciperet, Hunnorum gentem concitaret. Quod verum fuiſſe, rerum in eodem anno geſtarum probavit eventus. Objiciebantur ei & alia complura & dicta & facta, quæ nonniſi ab inimico & irato vel fieri vel proferri poterant: quorum ne unum quidem inſitiari cœpit: ſed noxæ convictus, uno omnium adſenſu, ut læſæ Majeſtatis reus, capitali ſententia damnatus eſt. Sed clementia Regis licèt morti addictum liberare curavit; nam mutato habitu in Monaſterium miſſus eſt: ubi tam religioſè vixit, quàm libens intravit. Simili-*

Digitized by Google

militer & Theodo filius ejus tonſus, & Monaſticæ converſioni mancipatus eſt. Ita Eginhardus: cui multi alii antiqui atque ferè coævi Scriptores conſentiunt apud Mabillonium. De ejusdem Taſſilonis exitu videri etiam poſſunt Boici Scriptores Velſerus, Raderus, Brunnerus, Adelzreitterus, & alii. Fabulas ineptiſſimas, in Taſſilonis Acta intruſas, ſingulariter inſectantur Aventinus, Velſerus, aliíque mox laudati Bojariæ Hiſtoriographi: item Mabillonius locô ſupra allegatô. Quid enim ineptius dici poteſt, quàm, Taſſilonem fuiſſe aliquando *Regem Langobardiæ*, & quidem à Carolo Imperatore inſtitutum? in prælio publicè victum? vinculis mancipatum, ac per duarum pelvium ignitarum inſpectionem excœcatum? quid fabuloſius, quàm Taſſilonem ſub ſpecie pauperis habitúque religioſo omnibus ignotum usque ad extremum vitæ ſuæ terminum permanſiſſe? Tacemus miracula, quæ nonnulli in Taſſilonis vitam non ſolùm Monaſticam, ſed etiam Aulicam, imò puerilem ex fabuloſis quibusdam membranis pietate ſanè inutili intrudunt. Taſſilonis, qui, Eginhardo locupletiſſimo teſte, *Monaſterium libens intravit*, ſpectata quædam pietatis opera fabulis minimè indigent. Longè ſinceriora encomia eidem ex merito texunt Raderus ac Mabillonius. Illius, cùm adhuc Bojis jura diceret, in ſervos atque Eccleſias Dei profuſa liberalitas nullibi luculentiùs deprehendi poteſt quàm in pretioſo illo *Traditionum Friſingenſium Libro primo*, ubi quàm plurimæ donationes Eccleſiis à Taſſilone aut factæ, aut confirmatæ recitantur, aſt ſine omni fuco, ſine ulla fabulæ aut miraculi umbra. Verùm de his ſatis. Uxorem Taſſilonis Luitburgam fuiſſe in Parthenonem Cochelenſem retruſam, ex Mauſolæo S. Emmerammi aliíſque diſcimus. Atque hic fuit finis imperii Agilolphingorum Principum in Bojaria, cui plùs quàm ducentis annis dominata fuerat, ſtirps, ut Velſerus aliíque docent, inter Germanos ſine controverſia vetuſtiſſima & nobiliſſima, cœpta à Theodone, & in Theodone Taſſilonis filio, impotentis fœminæ culpâ, extincta. Bojaria deinceps Carolo paruit, uti & Langobardia, cujus Regem Deſiderium idem Carolus captum in Monaſterium noſtrum Corbejenſe Galliæ miſit. Ita magni hi Principes pro corona profana recepêre ſacram & Monaſticam, Carolo ſibi tollente inimicos, ut Deo redderet amicos, uti Palatius alicubi loquitur.

Sæc. III. Bened. part. 2. à pag. 444.

Cap. 38.

Bojaria tranſit in poteſtatem Caroli Regis Franc.

Si Epiſcoporum potiùs, quàm Uxoris conſilia excepiſſet Taſſilo, fortaſſis etiamnum in Bojaria ſupereſſet nobiliſſimus Agilolphingorum ſanguis. Verùm nil in orbe ſtabile eſſe voluit ſtabilis ſolus Deus: & nemo eſt, qui ſibi rebúsque ſuis craſtinum promittere poſſit. Cæterùm Carolus ipſe poſtea Bojariam adiit, & in certas partes provinciam deſcripſit, quibus illuſtres viros Erchenbaldum, Otpertum, Albricum, Adulphum, Wernharium, Orendillum, Amelricum, Godefricum, Godefredum Comites: Giſilhardum & Ellambertum judices præfecit. Ipſis autem Comitibus atque Judicibus vicaria poteſtate Rectorem præpoſuit Geroldum Comitem Puſſenium. His, Brunnero teſte, additi fuêre Epiſcopi & Abbates: de quibus omnibus ſuis locis plura dicenda occurrent. Taſſilonis interim exauctorationem ſecuta eſt expeditio Caroli in Hunnos, Taſſilonis antehac fœderatos, ac felicibûs ſtragibûs poſtea debellatos.

§. III.

Liberalitas fidelium in Eccleſiam Friſingenſem usque ad annum Chriſti 798.

ATtonem, cùm adhuc Scarantienſibus Abbas præeſſet, ſummo in pretio Taſſiloni fuiſſe, ſupra vidimus. Neque dubium eſſe poteſt, quin viciſſim Atto omnem Taſſiloni reverentiam impenderit. Aſt temporis ſucceſſu, cùm Taſſilonis genius ſemper in pejora rueret, non perſtitit eadem animo-

Taſſiloni in fine cum Attone non bene convenit.

animorum conjunctio, cùm Atto inter alios Bojariæ Status mallet legitimo Re-
gi potiùs, quàm Duci toties fœdifrago, atque optimorum conſiliorum con-
temptori adhærere. Hinc exiſtimamus eveniſſe, ut primìs Attonis noſtri an-
nìs parciores fuerint Bojorum erga Friſingenſem Eccleſiam animi, quippe qui
Taſſilonis offenſam timuerint. Certè Taſſilonem ipſum in odium Aribonis, cui
Atto ſucceſſerat, multas ab Epiſcopatu Friſingenſi Eccleſias abſtraxiſſe, con-
ſtabit ex iis, quæ locô commodiori adducemus. Extat nihilominùs Inſtru-
mentum aliquod cujusdam Heimrati Presbyteri, qui aſſentiente Taſſilone Du-
ce, præſentibûs Attone & Oadalhartô Epiſcopis, aliſque teſtibus huic Eccle-
Num. 98. ſiæ omnia ſua bona, & mancipia *ad Holze* Beatæ Mariæ, ac Divo Corbiniano
tranſcripſit. Id factum eſſe anno Taſſilonis Ducis XLII. Inſtrumentum equi-
dem prodit: ſed ponendum potiùs fuiſſe annum XLI. ex eo probatur, quòd
Taſſilo nonniſi 41. annis Ducis titulô fulſerit, & jam anno 788. exautoratus
fuerit. Verùm, ut ſæpè monuimus, rudis illius ævi Notarii, uti ſæpiſſimè
circa leges Grammaticæ ac Proſodiæ, ita ſæpè circa Chronologicas Notas pa-
rùm fuêre accurati, maximè cùm unus hoc, alius alio calculo annos Regum
Ducúmque numeraret. Et, ſi rudi illi tempori id genus errorum vitio verti-
mus, quid poſteri noſtri de nobis dicent, qui ejusmodi nævorum aliquando
immunes non ſumus, & tamen nos ſæculô eruditiſſimô vivere & ſcribere aſſe-
veramus? Porrò quis, vel cujusnam Sedis Epiſcopus fuerit Oadalhartus, in
Inſtrumento laudatus, hactenùs nobis non ita compertum eſt. Cùm tamen
hujus Oadalharti Epiſcopi in Inſtrumentis Friſingenſibus frequens mentio recur-
rat, iſque multis tractatibus Friſingæ interfuerit, imò vix non apertè alicubi
dicatur fuiſſe de familia S. Mariæ, Lectoris judicio permittimus, an non ſit di-
cendus fuiſſe Chorepiſcopus, nempe *Vicarius Epiſcopi in villis*, de qualibus
verbi Chorepiſcopus. Epiſcopis latè agunt Macri fratres in ſuo Hierolexico? Sanè Friſingæ eo jam
tempore fuiſſe adhibitos Chorepiſcopos, ex Catalogo Societatum Augiæ Divi-
Annal. T. 2. l. 31. n. 72. tis alibi apertè demonſtravimus. Chorepiſcopos non raró fuiſſe dictos Coëpi-
ſcopos Mabillonius docet.

Proxima poſt exautoratum Taſſilonem Donatio facta eſt à Deotlinda qua-
dam, quæ bona ac mancipia ſua in *Nerting*, Moſpurgenſis Præfecturæ vico,
Num. 99. Eccleſiæ Beatæ Virginis Mariæ Friſingenſi addixit anno Caroli Regis Francorum
XX. nempe Chriſti 788. cùm Carolus in Regem unctus fuerit anno 768. men-
ſe Octobris, uti Pagius tradit: ex quo apparet, eodem adhuc anno, quo
Taſſilo in Monachum attonſus eſt, eam donationem contigiſſe: quam ſtatim
Num. 100. ſecuta eſt alia donatio in *Altheim*, Præfecturæ Erdingenſis, anno ſcilicet, *quo
Rex Carolus Bavariam acquiſivit, ac Taſſilonem clericavit*, uti ſonant Inſtru-
menti verba. Utrique donationi Atto interfuit.

Num. 101. 102. Horum pietatem proximè imitatus eſt Ekihartus Presbyter & Sundarherus
Diaconus, qui bona ſua in Azwaldiu, & Iſna Monaſterio Friſingenſi ceſsêre.
Num. 103. Ex donatione Tutilonis Presbyteri, facta Attoni noſtro *in tabernaculis* prope
Oppidum dictum *Lauriacum*, colligimus, Attonem noſtrum ſecutum fuiſſe
Carolum Regem, cùm is arma Hunnis inferret. Ea enim ætate inſolitum non
erat, Epiſcopos vocare in exercitum, maximè contra infideles in aciem edu-
cendum. Donavit autem Tutilo Eccleſiæ Beatæ Virginis Mariæ Oratorium
ſuum in *Rottinbach*, Dachavienſis Præfecturæ pago, quod Atto noſter dedica-
verat in honorem S. Petri Apoſtoli, pluribûs bonìs ei adjectìs. In hoc verò
Inſtrumento illud ſingulariter notandum venit, quòd, cùm nonnulli eam Tu-
tilonis donationem impedire tentarent, rémque ad Regios Miniſtros, atque
conſtitutos à Carolo Judices detuliſſent, ac victoria penes Tutilonem ſtetiſſet,
Epiſcopi incipiebant eſſe ac dici Principes. Atto inter teſtes primô locô ponatur, & ipſi Kerold (nempe Geroldo Boja-
riæ Pro-Regi, de quo ſupra) præferatur. Quod tamen mirum non eſt. So-
lebant enim jam præcedenti ſæculo ſeptimo Epiſcopi eſſe in Regno Francorum
Prima-

Digitized by Google

Primates, uti rectè advertit Mabillonius noſter, qui, cùm retuliſſet, mortuo Rege Clodovæo filium ejus Clotharium poſt eum regnâſſe, & alterum ejus filium Childericum *ſuffragantibus præcellentiſſimis Principibus Chradoberto Epiſcopo Pariſiaco, & Domno Audoëno Rotomagenſi, nec non Majore Domûs cum reliquis ſenioribus ſeu Optimatibus* Regem Auſtriæ dictum fuiſſe, hæc ſubjungit: *Ex quibus intelligitur* (inquit Mabillonius) *Epiſcopos tunc temporis* (nempe circa medium ſæculum ſeptimum) *ſaltem, qui majori auctoritate pollebant, inter Principes Palatii locum habuiſſe, immò & primatum tenuiſſe.* Quod utique etiam Caroli Regis tempore apud Bojos obſervatum fuiſſe, in Attone noſtro videmus: idémque mos pluribus quoque ſecutìs ſæculis tenuit. *Annal. Ord. noſtri Tom. I. lib. 14. n. 45. pag. 439.*

Proximè ſecutæ ſunt donationes de *Eugun*, & *Aske*, è quarum utraque intelligimus, Carolum Regem *intraſſe in Hunniam:* item: cum hoſtibus in *Avaria fuiſſe*, nempe in Provincia Anaſo fluvio verſus Orientem contermina, quæ nunc Auſtria inferior dicitur: deinceps Friſingenſi noſtro Epiſcopo tradita fuit Eccleſia in *Filſa*, & alia ad *Iſna* unà cum aliis bonis item Helmuni hæreditas in *Tegernvvac:* poſt cûjus mortem filium ejus chariſſimum Annonem tradidit Cundartus (fortaſſis ejus curator) Attoni noſtro literìs ac virtutibûs imbuendum. Succeſſit nova donatio Sundharti in *Waldiu* & *Iſana.* Anno ſequenti contigit donatio Cundharti Comitis, qui bona ad ſe jure hæreditario devoluta in *Hukinpere* Friſingenſi Eccleſiæ obtulit. Num. 104. 105. Num. 106. 107. Num. 108. Num. 109. Num. 110.

Verùm nulla fortaſſis pinguior donatio hactenùs Cathedrali huic Eccleſiæ obtigit ac ea, quam Helmowinus Comes anno Chriſti 793. fecit hac occaſione. Contendebat prædictus Comes coram Keroldo ſæpè laudato Provinciæ Præſide, aliíſque Judicibus à Carolo Bojariæ datis, atque poſtulabat, ut certa quædam non infimæ notæ bona ac prædia hæreditatis titulô ad ſe pertinentia ſibi adjudicarentur. Porrò diſcuſſo cauſæ cardine meritíſque examinatis deprehendêre ac concluſêre conſultiſſimi Judices, ea bona, quæ poſtulabat Comes, vigore legis non ad ipſum, ſed ad Regem potiùs pertinere. Et erant tam luculenta eam in rem Judicum argumenta, ut Comes ipſe demùm fateri coactus ſit, ſibi nullum juris adminiculum ſupereſſe. Audiît hoc Carolus verè clementiſſimus Rex, ac miſeratione motus totum, quod Comes antehac optaverat, eidem ultrò obtulit in hæreditatem perpetuam, ita, ut de bonis illis non ſecùs ac de aliis propriis, prout viſum foret, diſponere poſſet. Hac Regis, imò Dei clementia motus Comes, urgente altiori ſtimulo ampliſſimorum illorum jurium hæredes Deiparam ac Divum Corbinianum ſcripſit. Inſtrumentum egregiæ hujus donationis verbìs admodùm peregrinìs ſcriptum in partem alteram rejicimus, ne hîc grandi illa obſcuritate Lectori moleſti ſimus. Egregium Caroli Regis, & Helmowini Comitis factum. Num. 111.

Hanc donationem excepêre aliæ duæ de *Oatereshuſir*, & *Hlaginbach:* in quibus tamen nihil ſingulari nota dignum apparet, niſi quod Tagabertus, multorum Inſtrumentorum Friſingenſium Scriptor in Hlaginbacenſi prodat, ſe Monachum fuiſſe. Num. 112. 113.

Majorem voluptatem quibusdam afferet Inſtrumentum Donationis de *Tozineshoſun*, factæ ad Corpus S. Tertulini in Schledorff *præſente glorioſo & illuſtriſſimo Viro Attone Anteſtite*, ac teſtibus Monachis Schlechdorffenſibus, quorum hæc ſunt nomina: *Williperht Presbyter. Meginolt Presbyter. Craolf Presbyter. Tagaperht Diaconus. Zotto Diaconus. Sandolf Diaconus. Unroh Diaconus. Arnolt Monachus. Keio Monachus. Cundpold Monachus. Kerpald Monachus:* qui poſteriores quatuor ſimplici Monachi titulo afficiuntur, quòd nondum Presbyteri aut Diaconi eſſent ordinati. *Actum Schledorff* 4. *Kal. Octobris, anno ſeptimo, poſtquam Carolus Rex venit in Bajuvvaria.* Nomina Monachorum in Schlechdorf. Num. 114.

Advertimus hîc, in hac membrana non fieri mentionem Reginperti, qui Attonis in Abbatia Schlechdorffenſi dudum fuerat deſignatus ſucceſſor. Unde ſuſpicari licebit, prædictum Reginpertum eo tempore jam fuiſſe defunctum,

Digitized by Google

& Attonem fortaſſis Abbatis munus etiam in Epiſcopatu retinuiſſe. Niſi fortaſſis malimus dicere Reginbertum Abbatem, de quo infrà in Inſtrumento Synodi Reiſpacenſis fit mentio, fuiſſe Schlechdorffenſium Cœnobiarcham. Verùm iſta Lectoris criſi ſubjecta ſunto: donec inferiùs certiora ſtatuamus.

§. IV.
Inſtitutio Archiepiſcopatûs Salisburgenſis.

Videantur Acta Conciliorum.

QUemadmodùm hoc octavo Chriſti ſæculo agentibûs ſummîs Pontificibûs, aliiſque viris ſanctiſſimis, Eccleſiæ cauſæ, & caſtiſſima fidei dogmata fortiſſimè juxta ac ſanctiſſimè fuêre propugnata, illicitis conjugiîs proſcriptîs, Iconclaſtîs damnatîs, novîs controverſiis de Proceſſione Spiritûs Sancti ex *Patre Filioque* adverſus Græcos: de Incarnatione Domini contra Felicem, & Elipandum definitis, aliiſque pro Hierarchia Eccleſiæ, ejúſque diſciplina ſaluberrimè conſtitutîs, ita ſapientiſſimi Bojariæ Præſules in illud ſibi incumbendum eſſe conſuluêre, ut inter ipſos unus aliquis Archiepiſcopi dignitate fulgeret, ac ipſis etiam Epiſcopis, ſi res poſtularet, in Synodis præeſſet. Unum verò omnium votum erat, ut Arnoni Salisburgenſium Præſuli, id munus demandaretur.

Quis Arno Salisb. Epiſcopus?

Erat Arno *frater germanus* Alcuini ſeu Albini noſtri, qui Cartuarienſis primùm Abbas, poſtea Magni Caroli Præceptor ac Doctor maximus, primæque ac primariæ Univerſitatis Pariſienſis inſtitutor exſtitit. Fratrem illius germanum fuiſſe Arnonem, tum ex Salisburgenſi Hiſtoria, tum ex Mabillonio, tum ex ipſo Alcuino diſcimus, qui Arnonem vocat germanum ſuum, dum epiſtolam 66. ſic inſcribit: *Cariſſimo germano meo Aquilæ Antiſtiti Albinus.* Ubi *Aquilæ* nomine Arnonem intelligi, nemo, quem ſciam, eruditorum negat, dum vocabulum *Arno* alicubi idem, quod latinè *Aquila* ſignificat. Scio, Antonium Pagium cum Cointio exiſtimare, Alcuinum ſeu Albinum nomine *germani* non voluiſſe ſignificare agnationem ſed amicitiam tantùm. Verùm an *germani* nomine vel ſoleat, vel poſſit intelligi amicus, ſolo animi affectu electus, Grammaticis, aliiſque eruditis decernendum relinquimus, rati, à Cointio & Pagio ſignificationi vocabuli illius aliquam inferri violentiam.

Sed quidquid de his alii judicaturi ſint: illud certum eſt, Arnonem fuiſſe primò quidem Monachum ac deinde (poſt Giſlebertum) Abbatem Monaſterii S. Amandi Elnonenſis in Belgio Diœceſi Tornacenſi, Virum, ut habet Salisburgenſis Hiſtoria, & alii Scriptores communiter, prudentiæ, ſapientiæ, eloquentiæ, Zeli animarum, aliarúmque virtutum dotibûs ad maxima natum factúmque. Quis Arnonem è S. Amandi Elnonenſi Monaſterio Salisburgum, ſeu Juvaviam evocaverit, non auſim divinare. Evocatum tamen fuiſſe certum eſt, cùm conſtet, eum etiam jam ſuſcepto Epiſcopatu adhuc Elnonenſis Monaſterii curam non depoſuiſſe, uti ex eadem Salisburgenſi Hiſtoria diſcimus: & huc utique alludunt ea Alcuini in epiſtola ſupra laudata verba. *Veniens veniebam ad Sancti Amandi protectoris noſtri dulciſſimas manſiones* (nempe ad Monaſterium S. Amandi Elonenſe) *quærens amatorem meum, ut ejus dulciſſimo alloquiò refrigerarem animam. Sed quia necdum de nido Juvavenſi* (nempe Salisburgenſi) *avis optata,* (Aquila ſeu Arno) *evolavit, mihi hanc invitatoriam chartulam* &c. Hæc de Arnone Alcuinus. Sanè Elnonenſes noſtros ſacram ſocietatem cum Monaſterio S. Petri Salisburgi coluiſſe, legimus in vetuſtiſſimo illo codice ſocietatum dicti Monaſterii, ubi notata ſunt nomina *Congregationis S. Amandi*, nempe *Arnus Epiſcopus. Siccharius Epiſcopus. Willinari Presbyter. Hantfrid Monachus. Danehari Monachus* &c. Quod ab Hiſtoriographo Salisburgenſi animadverſum non fuiſſe, miramur.

Salis-

Salisburgi S. Virgilio Epiſcopo & Abbati ante Arnonem ſucceſſerat Berthricus: Berthrico verò poſt breve tempus rebus humanis exempto circa annum Chriſti 786. ſuffectus eſt Arno, idem Epiſcopus, & S. Petri Abbas. Is, exemplo S. Virgilii poſt aliquot annos in Cathedra illa atque Abbatis dignitate exactos, clavum Monaſterii Ammilonio Monacho, ac futuro etiam in Archiepiſcopatu ſucceſſori commiſit, ut eo pacto & ipſe ad paſcendum gregem Dominicum, & ad Hunnorum converſionem expeditior eſſet, & Divi Petri Monaſterii rebus, ſuffecto alio Abbate, cautiùs conſuleretur. Fuit Arno Taſſiloni Bojariæ Duci in maximo pretio, quippe quem idem Dux unà cum Henrico Abbate Menenſi ſeu Monſeenſi aut Lunælacenſi ad negotium pacis cum Carolo paciſcundæ Romam ad Pontificem miſit. Exautorato Taſſilone cùm, ut ſuprà dictum, Carolus Rex Bojariæ varios Præſides atque Adminiſtratores præpoſuiſſet, qui locis opportunioribûs nempe Friſingæ, Oetingæ, Aiblingæ, Feringæ, atque in Monaſteriis judicia publica exercerent, Arnonis auctoritas, & primæ ubique partes fuêre, ut Brunnerus cum aliis ſcribit, & acta paſſim probant; fuitque viri illius ea virtus & dexteritas, ut, cùm antehac ob præſtita Taſſiloni hoſti obſequia Caroli animum à ſe reddidiſſet alienum, deinceps ob animi corporíſque ſpectatiſſimas dotes ab eodem non tantùm in gratiam, verùm etiam inter primæ admiſſionis amicos fuerit receptus, etiam legationibûs ad Pontificem ei delatìs. Præerat eo tempore univerſæ Eccleſiæ Summus Antiſtes S. Leo III. Hadriano I. anno Chriſti 795. in Petri Sede ſubrogatus. Is ex Patre Aluppio Romæ natus, *à pueritia Eccleſiaſtica ac Divina diſciplina inſtructus, Monaſticum habitum ſancti Patris Benedicti induit: deinde Presbyter Cardinalis S. Suſannæ creatus, incredibili omnium plauſu ad ſummam Pontificatûs dignitatem aſcendit*, uti diſcimus ex ejus officio, quod ſacra Rituum Congregatio die 19. Auguſti 1719. ac poſtea Clemens XI. San. Mem. Pontifex Maximus die 22. ejuſdem menſis Breviario noſtro Monaſtico inſeruit. Maximo illi Pontifici, de quo in conſequentibus frequens occurret mentio, non Carolus duntaxat, verùm etiam omnes Bojariæ Epiſcopi ſupplicârunt, ut Arnonem, tantìs virtutum ornamentìs præfulgentem, Bojariæ daret Archiepiſcopum; quod etiam annuit Pontifex, & datô Arnoni Palliô Bojorum Metropolitam nominavit, expeditìs eam in rem ad provinciæ Epiſcopos Alimum Brixímenſem, Attonem noſtrum Friſingenſem, Adalwinum Ratisbonenſem, Waltericum Patavienſem, & Symbertum Neoburgenſem literìs, quibûs iis ſignificavit, gratas ſibi fuiſſe eas literas, quibûs Arnonem ſibi Archi-Antiſtitem præfici petiiſſent. Exaudiſſe ſe prudentiſſima eorum vota, & Virum, tantis meritis & fulgoribûs eminentem, Archiepiſcopum dixiſſe, atque Sedem Salisburgenſem (ex adjecta in Carinthios à Virgilio, in Hunnos ab Arnone converſos juriſdictione omnium longe ampliſſimam) Metropolitanam conſtituiſſe. Extant eæ ſancti Pontificis literæ tum in Salisburgenſis Hiſtoriæ libro VI. tum etiam in Metropoli Hundii Tom. I. *pag.* 4. ubi eas Lector reperiet: quem etiam monemus, ut conferat ea, quæ de hac Arnonis promotione Pagius ad annum Chriſti 798. (quo illa contigit) perquàm eruditè diſputat. Ita demùm Boicæ Hierarchiæ ultimum complementum atque perfectio à Benedictino Pontifice in Archiepiſcopo Benedictino fuit adjecta, dubitantibûs interea Scriptoribus, an poſt S. Bonifacii mortem Metropolitani Moguntienſes Bojariæ Epiſcopis jus dixerint, quod equidem Taſſilo ægrè permiſſurus fuiſſe videri queat. Carolus ſanè omne dubium de ſubjectione Epiſcoporum Bojariæ in Arnone ſuſtulit.

Anteceſſores Arnonis, & Succeſſor in Abbatia S. Petri.

Arnonis apud Bojos auctoritas.

Leo III. PP.

Vid. Ferd. Ughellus in Italia ſacra T. I.

Arno hactenùs Epiſcopus, fit primus Archiepiſcopus Salisb.

§. V.
Renovatio Imperii Occidentis in Carolo.

Leo III. peſſimè impetitus.

PAſchalis Primicerius, id eſt, omnium minorum Clericorum ſuperior, & Campulus Sacellanus, cui ſcilicet ſacri Theſauri cuſtodia commiſſa erat, defuncti Hadriani Pontificis nepotes, quòd viderent, Leoni Pontifici omnia ſuccedere ex animi ſententia, ſtimulante invidia adeò in eum exarſerunt, ut illum anno Chriſti 799. 7. Kal. Maji, nempe die S. Marco Evangeliſtæ ſacro, in *Litania*, ſeu publica ſupplicatione, Rogatione ac Proceſſione, conductîs ſicariis, & valida conjuratorum manu, fugatâ inermium turbâ, invaderent, atque linguâ & oculis graviſſimè ſauciatum plagîs pene conficerent, ac demum ſemianimem in cuſtodiam detruderent. Leo tamen inuſitatô prodigiô poſtridie ſanus repertus, & primò quidem ab Albino Cubiculario, aliiſque fidelibus: poſtea à Spoletano Duce, & Wirmundo Abbate è conjuratorum manibus ereptus, ad Carolum Francorum Regem, expeditioni Saxonicæ intentum, Paderbornam ſe contulit, atque illuc delatus, teſtante ſacro Leonis officio, hac prima voce Regem ſalutavit: *Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis:* nempe ut oſtenderet, ſe ſummîs licèt affectum injuriis, nuncium pacis, non bellorum adveniſſe. Leonem cum ſumma amoris ac reverentiæ ſignificatione ſuſcepit Carolus, eúmque ſecum aliquamdiu detentum donîs ingentibûs affecit, ac tandem tranſacta æſtate, additîs præſtantiſſimîs viæ comitibus ad ſuam ſedem dimiſit, paulò pòſt ipſe Romam ſecuturus, & Pontificis injuriam ulturus.

Venit ad Carolum Regem.

Romam redit.

Cum comitatu magnifico.

Videri etiam poteſt Starovolſcius in Epitome Conciliorum pag. 171.

Quinam fuerint comites illi à Rege Pontifici adjuncti, ex Baronio diſcimus, nempe Archiepiſcopi duo, inter quos Arno Saliſburgenſis: Epiſcopi quinque, inter quos Atto noſter, Friſingenſis Epiſcopus, recenſentur, unàcum aliis viris primoribus compluribus, qui Leonem Romam ſequi juſſi fuêre, tum ut Pontifici obſequia ſua exhiberent, tum ut cauſam ſacrilegæ in Papam crudelitatis examinarent, donec ipſe Carolus ad Romanum iter ſe accingeret, eóſque Romam ſequeretur. Urbem ubi Pontifex unàcum illuſtriſſimo illo comitatu die 29. Nov. attigit, ſummo cum honore ab omnibus ſuſceptus eſt. Deinceps legati Regis, qui Pontificem ſecuti fuerunt, in Aula Pontificia conſedêre, & conjuratos in examen adductos, cùm ii nonniſi inanes calumnias blaterarent, in Franciam vinctos ad Carolum miſêre. Carolus poſtea Optimatibûs ſuîs Moguntiam convocatis atrocitatem ſceleris in Pontificem à Romanis admiſſi expoſuit, eorúmque ſuper auſu immani judicia exquiſivit. Viſum eſt Epiſcopis & aliis, qui convenerant, Leonem nullo modo à quoquam eſſe judicandum, ita tamen, ut ſi ſponte ſua innocentiam ſuam demonſtrare vellet, non impediretur. Carolus itaque ſequenti autumno, anno Chriſti octingenteſimo Romam cum exercitu delatus, & incredibili omnium Ordinum applauſu exceptus, ac in ædem Divi Petri à Leone Pontifice primùm: poſtea in Palatium deductus eſt. Septimo abhinc die Carolus, immane facinus in Pontificem admiſſum judicaturus, ad Divi Petri Eccleſiam iterum ſeſe recepit. Conſedêre coram Leone Pontifice & Imperatore tam Franciæ quàm Italiæ Archiepiſcopi, Epiſcopi, atque Abbates, cæterîs Sacerdotibûs & Optimatibûs Francorum & Romanorum ſtantibûs. Pontificis poſtea cauſâ ad examen propoſitâ, negârunt iterum omnes, fas eſſe, ut Leo, imò in Leone Sedes Apoſtolica judicetur à quoquam: id enim omni retrò antiquitati repugnare. Tum Leo, ſuggeſtu conſcenſo, publicô ſuper ſancta Evangelia factô juramentô ſe ab objectis criminibus purgavit: Sacrilegi verò illi latrones ſtatim capitis quidem damnati, verùm Leonis interventu nonniſi exilio mulctati fuêre. Interfuiſſe graviſſimo illi conventui Attonem noſtrum,

Conventus Moguntiæ.

Carolus Romæ excipitur.

Digitized by Google

ſtrum, ex eo facilè conjicimus, tum quia inter primos ad ejus cauſæ cognitionem Romam ſuperiori anno miſſus fuit, tum quia in rebus domeſticis Friſingenſibus ad annum octingenteſimum nulla Attonis hîc præſentis occurrit mentio. Interea Epiſcopi noſtri ſumma autoritas nominíſque claritas nemini non fit manifeſta, qui æſtimaverit, eum nonniſi inter ſelectiſſimos orbis Præſules graviſſimis Eccleſiæ & Regni negotiis fuiſſe adhibitum à Carolo Magno.

Leo declaratur innocens.

Leo deinceps ab univerſo conſeſſu cum ſummo applauſu exceptus, & in ſede Romana firmatus, non potuit ignorare, quanta eſſet neceſſitas, ut Pontifex Romanus, atque ipſa Petri Sedes Defenſorem, quàm fieri poſſet, potentiſſimum haberet. Et quia teſtante apud Pagium Sidonio, dignitatis Imperatoriæ titulus in Momyllo Auguſtulo ultimo Occidentis Imperatore ante trecentos ferè annos defecerat, Carolus verò pleraſque antiqui Occidentalis Imperii provincias, tum hæreditaria ſucceſſione ad ſe devolutas, tum legitimô bellô, aut ſpontanea etiam populorum deditione acquiſitas poſſidebat, imò iis quàm plurimas alias armis adjecerat, eundem Imperatoris in Occidente honorem in Carolo renovandum Leo cenſuit, tum ut haberet Eccleſia Romana adversùs infideles, hæreticos, & ſeditioſos, tutorem, cujus officium jam pridem Imperatores Orientis repudiâſſe viſi fuerant: tum ut Irene, Orientis Imperatrix, faciliùs Carolo nuberet, ſi eum Occidentis Imperatorem Romæ coronatum intelligeret. Quod quanto Chriſtianæ Reipublicæ bono futurum eſſet, nemo non intelligebat. Et ſanè poſtulabant gratitudinis leges, ut Leo, tantis beneficiorum titulis à Carolo cumulatus, quidquid poſſet, eidem impenderet. Itaque rem, quam dudùm meditatus fuerat, executioni dandam ratus, Carolum ipſo Natalitio Domini feſtivo die in frequentiſſima Antiſtitum atque Optimatum corona, Romanorum Imperatorem renunciavit, unctúmque ſacro Chriſmate, Inſignibus Imperii ſub fauſtiſſimis populi acclamationibus condecoravit. Ex quibus accuratiſſimus Pagius eruditè deducit, hallucinari eos, qui ſcripsêre, Leonem Occidentis Imperium à Græcis in Carolum transtuliſſe, cùm dicere debuiſſent, occidentis Imperium in Carolo fuiſſe *renovatum;* nihil enim ex Caroli coronatione Imperatoria Græci amisêre. Hinc numiſmata Caroli, quæ teſte eodem Pagio etiamnum ſuperſunt, aliud non præferunt, quàm hæc verba: *Renovatio Imperii:* Cæterùm Carolus tanta dignitate à Leone auctus, viciſſim Pontifici juramento ſe adſtrinxit, ac protectionem tum Pontifici tum Eccleſiæ adpromiſit, pulcherrimîs legibûs in ejuſdem Eccleſiæ Romanæ, aliorúmque ſacrorum Antiſtitum favorem conditîs. Et huic quoque celebritati Attonem noſtrum interfuiſſe, non apparet ulla ratio, cur dubitemus, cùm ne quidem ad annum ſequentem, ſcilicet Chriſti Octingenteſimum primum, in domeſticis ſcriniis aliquam Attonis noſtri, Friſingæ commorantis, mentionem deprehendamus. Arnonem quoque usque ad illud tempus Romæ perſtitiſſe, Mezgerus in Hiſtoria Salisburgenſi tradit.

Carolus Imperiali corona decoratur.

§. VI.

Recuperatio quarundam Eccleſiarum ac bonorum, ſub Attone facta.

Synodo Reispacenſi.

REispacenſis Synodi nullam apud Arenbekium, Hundium, Brunnerum, & Adelzreitterum mentionem hactenùs reperio. Fuiſſe tamen Reispaci (Landishutanæ hodie Tetrarchiæ, & Ratisbonenſis Diœceſis Oppido) Synodum congregatam, Dükerus in Salisburgenſi Chronico tradit, & annum Chriſti 799. diem viceſimum Januarii deſignat, atque inſuper Epiſcopos, Abbates, alióſque inferioris gradûs viros Eccleſiaſticos ex nominibus recitat, omiſſo tamen Arnonis nomine, quem non interfuiſſe Mezgerus ideò exiſtimat,

Pag. 17. & ſeqq.

quòd eo tempore Arno legatione Caroli in cauſa Leonis Papæ Romæ occupatus fuerit. Nobis verò ex Friſingenſi primo, ſeu *antiquo* Traditionum libro certum eſt, ei Synodo Arnonem Archiepiſcopum interveniſſe, & verum tum Epiſcoporum tum Abbatum præſentium Catalogum Dükero non innotuiſſe. En Lector, Friſingenſe documentum, quod ſic habet.

Fol. 152. Arno Archiepiſcopus

Et Atto Epiſcopus interfuere.

Notitia de hoc, quod Cundharius Abbas reddidit Attoni Epiſcopo Eccleſias Parrochiales IIII. ad Thabaningas, ad Moſahen, ad Muniribingas, ad Sulagaloch, & placitavit ſi aliquis ex propinguis ſuis dignus extiterit ad Sacerdocium, ordinet eum illic Epiſcopus, & in præſentia iſtorum ad Riſpah in Synodo factum eſt Waltrih Epiſcopus. Arn Archiepiſcopus. Adalvvinus Epiſcopus. Urolf Abbas, Hato Abbas, Reginperht Abbas, Amo Archipresbyter. Ellannod Archipresbyter. Hiltiperht Diaconus. Paldrih Archipresbyter.

Hinc Dükeri opinio emendatur,

Ex hoc vetuſtiſſimo Documento certum eſt primò, Reiſpacenſi Synodo omninò interfuiſſe Arnonem Archiepiſcopum Salisburgenſem, Attonem Epiſcopum Friſingenſem, Adalwicum Ratisbonenſem; item Abbates Cundharium, Urolfum, & Reginpertum. Hiltipertum Diaconum, & Paltricum Archipresbyterum, quorum tamen omnium nomina Dükerus omiſit, ſeductus absque dubio, Schediasmate quodam ſeu fabuloſo, ſeu depravato, quippe in quo Baldericus dicitur Epiſcopus Friſingenſis & Sympertus Patavienſis, cùm tamen Eccleſia Friſingenſis nunquam aliquem Baldericum: Patavienſis verò nunquam Sympertum habuerit Epiſcopum, uti ex catalogis Epiſcoporum apud Hundium & Patrem Gabrielem Bucelinum noſtrum diſcimus. Cúmque ex inſtrumento noſtro certum ſit, Arnonem Archiepiſcopum interfuiſſe Synodo illi unà cum Attone noſtro, ſuſpicamur, hanc Synodum fuiſſe congregatam primùm poſt Arnonis & Attonis ex Romana legatione reditum, & poſt leges in favorem maximè Epiſcoporum à Carolo Magno año 801. Romæ latas, quæ inter alia ſic habent: *quicunque litem habens ſive poſſeſſor ſive petitor fuerit, vel in initio litis, vel in decurſis temporum curriculis, ſive cùm negotium peroratur, ſive cùm inceperit promi ſententia, ſi judicium elegerit ſacroſanctæ legis Antiſtitis, ilicò ſine aliqua dubitatione, etiamſi alia pars refragatur, ad Epiſcoporum judicium cum ſermone litigantium dirigatur. Multa enim, quæ in judicio captioſæ præſcriptionis vincula promi non patiuntur, inveſtigat, & promit ſacroſanctæ Religionis auctoritas. Omnes itaque cauſæ, quæ vel prætorio jure vel civili tractantur, Epiſcoporum ſententiis terminatæ perpetuo ſtabilitatis jure firmentur: nec liceat ulteriùs tractari negotium, quod Epiſcoporum ſententiis deciderit. Teſtimonium etiam ab uno licet Epiſcopo perhibitum, omnes Judices indubitanter accipiant &c.* Quæ, & id genus plura Carolus Magnus ex Theodoſii Imperatoris legibus deſumpſit, de quibus agit Baronius ad notatum annum Chriſti 801. & meritò deplorat, hodiè à ſanctiſſimis piorum atque juſtiſſimorum Imperatorum ſtatutis adeò temerè nonnunquam deflecti.

Etiam circa Canones Reiſpacenſes.

Cæterùm uti ea, quæ hactenùs contra Dükeri relationem adduximus, ita etiam prætenſa ſtatuta Reiſpacenſia, quippe libertati Eccleſiaſticæ uno & altero loco manifeſtè obnitentia, & ſapientiſſimìs Epiſcopìs planè indigna, nobis perquàm ſuſpecta ſunt. Cur enim ſtatuerint Epiſcopi, neminem Eccleſiaſticorum poſſe ſibi comparare bona nobilium, uti Dükeri Synodus canone V. ſtatuit? & quid eſt, quod ſtatuitur canone XII. ubi habetur, nullum Epiſcopum & Abbatem poſſe ſibi acquirere bona Eccleſiaſtica, quæ ſint feuda Imperialia, nobilitati deſtinata? nunquid Canon iſte ſibi ipſi contradicit, dum ponit, bona quædam Eccleſiaſtica eſſe nobilitati (Laicæ) deſtinata? verùm his impugnandis immorari non vacat. Sanè cur in noſtro Inſtrumento Waldericus Epiſcopus præponatur Arnoni Archiepiſcopo, nemini mirum videbitur, cum conſtet, veteres ſæpe nullam dignioris loci curam in concinnandis inſtrumentis habuiſſe.

Anno

Digitized by Google

Placitum publicum Friſingæ.

In quo duæ cauſæ Schlechdorffenſes deciduntur.

Anno Chriſti 802. cùm Arno Archiepiſcopus Salisburgenſis, & Adalwinus Epiſcopus Ratisbonenſis: Orendillus item Judex & Reginhardus Comes, veluti à Carolo Imperatore delegati, Judices Friſingam veniſſent, ut ibi, tanquam in loco (ut vocabant) *publico*, & ſolito cauſas diſcuterent, Landfridus, Attonis noſtri advocatus, ſeu cauſidicus, alium quemdam Landfridum, filium ſcilicet Irminfridi, qui olim Scarantienſi Monaſterio quàm plura prædia donaverat, detulit, quòd bona illa, à Patre ſuo eum in modum dudùm ſancto Petro in Scarantia tradita injuſtè ſibi uſurparet. Reſtitit actori Landfrido Landfridus reus, & ea bona ex paterna hæreditate ſibi deberi contendit. Epiſcopi, cæteríque Judices, cùm in cauſam diligenter inquiſiviſſent, intellexêre, traditionem bonorum illorum ab Irminfrido eo pacto eſſe factam Monaſterio S. Petri, ut, ſi ipſe poſthac adhuc prolem ſuſciperet, eidem proli, pars aliqua illorum bonorum obveniret. Hinc judices noſtri medietatem prædiorum illorum adjudicârunt Landfrido Irminfridi filio, neque aliquam ei mulctam dictârunt, quippe qui non tam temerè egiſſet, prout antea videri poterat. Num. 115. Exſtat nihilominùs aliud coævum hujus deciſionis inſtrumentum, in quo Atto dicitur omnia illa bona integra eviciſſe, ſolâ mulctâ Landfrido indultâ. Num. 116. Quòd ſi ſciri poſſet, utrum horum inſtrumentorum foret (cæteris paribûs) poſterius, intelligeremus certiorem cauſæ exitum, cùm poſteriora ſoleant derogare prioribus. Illud certum eſt, Landfridum, Attonis noſtri Cauſidicum ſive in hoc, ſive in alio ejusmodi *Placito*, hoc eſt, conventu publico & judiciali Friſingæ inſtituto, prævaluiſſe contra Reginbertum quemdam, qui bona quædam in *Allinga*, *Kyſinga*, & Germareskauu, antehac à Kejone patruo ſuo Monaſterio Schlechdorffenſi tradita in ſuos uſus retraxerat. Hæc enim, causâ exactè diſcuſsâ, reſtituere Reginbertus, ac deinceps manus abſtinere juſſus eſt. Num. 117.

Placitum Ratisbonæ.

In alio ejusmodi conventu publico Ratisbonæ eodem anno inſtituto Engilfrida Monialis cum Germano ſuo Kantberto repetiit à Kaganharto, Attonis noſtri itidem cauſidico, hæreditatem ſuam paternam, nempe Eccleſiam & res, in *Padilinkircha ad Lintum.* Reſpondit Kaganhartus, Eccleſiam & res, quas Monialis peteret, dudùm Eccleſiæ Friſingenſi fuiſſe dono datas. Et ſanè etiam idoneo teſtimonio probavit Kaganhartus, quod aſſeruerat. Hinc Arno Archiepiſcopus, Adulfus Comes, Adalwinus Epiſcopus, Deotkerus Abbas, & Werinharius Comes cauſam Attoni Epiſcopo adjudicârunt. Num. 118. Inſtrumentum in Parte altera producimus; eidémque mox ſubjungimus donationem duorum fratrum Presbyterorum eodem anno Epiſcopo Attoni factam. Num. 119.

Conventus Principum Salisburgi.

Cùm anno ſequenti Chriſti 803. Carolus Imperator Principes Salisburgum evocâſſet, atque ipſemet ex Italia (ubi Langobardorum Regno leges formaverat, iíſque Pippinum filium Regem conſtituerat) ſe eò contuliſſet, de conſtituendis Imperii rebus actum eſt. Aderant ibi etiam Legati Nicephori, qui ejecta Irene Imperatrice Orientis, Imperium nuper invaſerat. Cum his pax partim concluſa, partim ratihabita fuit adjecta conditione, ut Carolus, ipſiúſque ſucceſſores, Imperatoris Romani & latini ſeu Occidentalis nomen haberent, Nicephorus ac poſteri ejus, Imperatores Conſtantinopolitani, Græci, ſeu Orientales nuncuparentur. Ita cum Dükero ſcribit Pater Mezgerus in Salisburgenſi Hiſtoria. Subdit Dükerus, Carolum deinceps Oettingam veniſſe, ubi eum acceſſerit Atto Friſingenſis Epiſcopus, eidémque conqueſtus fuerit, quod Leitfridus Monaſterii Chiemenſis, tunc Benedictini Inſtituti, Abbas, Eccleſiæ Friſingenſi ſubtraxerit Eccleſias tres, nempe Willingenſem, Hechlingenſem, atque Bergenſem. Porrò Carolum partibus diem dixiſſe in Willing, Roſenhemium inter & Monachium hodie ſitum pagum, in quo antiquitùs *Placita*, ſeu Conventus forenſes inſtitui ſoliti fuerint: ibíque Attonem reportâſſe victoriam. Ita Dükerus. Aſt longè aliter vetuſtiſſimæ & coævæ membranæ Friſingenſes habent, ex quibus ſequentia cum Lectore communicamus.

Attonis Epiſcopi lis cum Abbate in Chiemſee.

Con-

Digitized by Google

Convenerant anno Chriſti 804. Idibus Januarii non Willingæ, ſed Epiningæ, id eſt Aiblingæ, Arno Archiepiſcopus, Erchanbaldus Comes, Otpertus, & Albrico Judices, multíque alii viri graves, cauſam Attonem inter & Luitfridum compoſituri. Ibi cùm Attonis Epiſcopi nomine Ellanodus, Archipresbyter Friſingenſis, repeteret à Luitfrido Abbate Eccleſias quatuor, quas contra Canonum inſtituta Abbas poſſideret, negavit Luitfridus, injuſtè ſeſe retinere ejusmodi Eccleſias, aut eas Epiſcopo cedere poſſe. Itaque opus erat, ut Arno Archiepiſcopus cæteríque Judices rem accuratiùs diſcuterent, & quid cuilibet partium adjudicandum eſſet, explorarent. Quod dum fit, ecce! deprehendunt Epiſcopum quemdam, è Scotia in eas partes delatum, Eccleſias, de quibus erat contentio, ſibi uſurpare. Hoc intellecto rogatu tum Ellanodi tum Luitfridi advena ille Epiſcopus rejectus, líſque ita deciſa eſt, ut Abbati relinquerentur Eccleſiæ tres, nempe *Willing*, *Perchvvilling*, & *Modriking*, quæ ex donatione nobilium Monaſterio acceſſerant: de alia verò Eccleſia ad Tatinhuſir integrum eſſet Epiſcopo, ſi vellet, eam unà cum proventibus Luitfrido cedere. Quod etiam annuiſſe videtur Ellanodus, poſtquam Abbas Epiſcopo ceſſit alias duas Eccleſias, nempe in *Hegeling* & *Perg*. Ita demùm controverſia finem habuit. Et hæc quidem ex primo traditionum libro colligimus, & Inſtrumentum vetuſtiſſimum in Parte altera per extenſum damus. Interea verò non neſcimus, cauſæ hujus deciſionem alibi aliter recenſeri. Verùm primus ille, ſeu *Antiquus* Traditionum liber eodem, quo res accidit, ſæculo conſcriptus, dum alium codicem, ſæculô primùm duodecimô ſcriptum, trecentis & ampliùs annis ſuperat, meritò majorem ſibi fidem poſtulat. Illud tamen inſtrumento poſteriori facilè credimus, Taſſilonem Ducem & Luitburgam conjugem multas ſacras ædes abſtraxiſſe ab Eccleſia Friſingenſi, ídque in odium Aribonis, quippe qui in fine Carolo Regi potiùs ac Francis, quàm eidem Duci adhæſerit: quod verum eſſe, ex dictis conſtat, & idem de Attone ſupra diximus. Sanè Luitfridum ſeu Leitfridum fuiſſe Abbatem Chiemſeenſis Monaſterii, Mabillonius ex vetuſtiſſimo Necrologio Augienſi probat, ubi notatur: *Ex Monaſterio Chamicſeo Luitfridus Abbas.*

Deciditur.

fol. 139. Num. 180.

Veter. Analect. Tom. IV. pag. 643.

Alia lis Attonis cum Abbate Tegernſeenſi.

Scribit Aventinus *lib.* 4. *Annalium*, anno Chriſtianæ Salutis ſeptingenteſimo nonageſimo quinto ab Attone Friſingenſi Epiſcopo Meginhardum Tegernſeenſium Monachorum Præſulem ob quatuordecim Eccleſiarum decimas interceptas in jus ad Regem tractum fuiſſe. Dictum eſſe utrique diem in contubernium Tegurini lacûs: Arnonem Salisburgenſem Epiſcopum, & Elenandum primarium Sacerdotem judices à Carolo datos. Cognitâ cauſâ juſſos fuiſſe Monachos templa decimáſque ſuo Pontifici reddere &c. Ita Aventinus: ſed malè. Friſingenſe Inſtrumentum in hujus cauſæ deciſione ſtilo equidem perquàm obſcuro conſcriptum, quantum aſſequi licet, ſic habet.

Convenerant antehac in Eccleſia S. Emmerammi propè Ratisbonam (eo enim tempore nondum mœnibus urbis incluſum erat Divi Emmerammi Cœnobium) Altheus Epiſcopus, Waldericus Epiſcopus, Arno Epiſcopus, Iterus Abbas, Atto Diaconus ſive Abbas, Heinricus Abbas, Urolfus Abbas, Reginbertus Abbas, & alii quàm plures, cùm coram eo conſeſſu Atto noſter Epiſcopus interpellavit Adalbertum Abbatem Tegernſeenſem, & Zachonem ejus Vicarium, ut ea redderent Friſingenſi Eccleſiæ, quæ ab ea per injuriam fuiſſent ablata. Spopondêre quaſi coacti Adalbertus ejúſque Vicarius Zacho datîs Epiſcopo in pignus manibûs, ſe reddituros, quidquid juſtitiæ ratio & Judices reſtituendum eſſe decreverint. Verùm eo quidem tempore res ad effectum neutiquam perducta eſt. Cùm verò poſtea mortuo Adalberto Abbate, & vivente adhuc Zachone Meginhardus Tegernſeenſibus præfectus eſſet, Atto Epiſcopus, & ipſe Meginhardus Abbas Conventum publicum ad diem Tranſlationis S. Quirini M. nempe 16. Junii anni 804. in Tegernſeenſi Monaſterio convocare,

Digitized by Google

vocare, & de facienda reſtitutione coram electis Judicibus deliberare conſtituerunt. Comparuêre itaque deſtinata die Arno Archiepiſcopus, Atto Epiſcopus, Oadhardus Epiſcopus, Hiltigerus vocatus Epiſcopus, Meginhardus Abbas, Cundharius Abbas, & præter alios Zacho, Monachus, *ſed quondam Abbas*, ac tota Congregatio Tegernſeenſis, atque alii multi: neque diſtulit Atto Epiſcopus à Monaſterio repetere Eccleſias *legitiſmales*, id eſt, Parochiales *Aſchvvending*, *Hartbening*, *Egiling*, *Warngauu*, *Olling*, *Tannkirch*, *Zezinhuſir*, *Holzhuſir*, *Hrodungeskirch*, *Phunzina*, *Helſſendorff*, *Finſing*, *Puelach*, decimam de Eccleſia *Veldkirchen*, & Eccleſiam de Holzhauſen *de donatione nobiliſſimi quondam Viri DD.* &c. &c. eò quòd hæc omnia ab Epiſcopatu fuerint injuſtè avulſa, & multo jam tempore in Monaſterii uſus converſa. At Meginhardus Abbas multorum teſtimoniò fultus nolebat cedere ea, quæ Monaſterio fuiſſent antehac ex liberalitate fidelium oblata. Tum Arno Pontifex ad Abbatem converſus, ſi has, inquit Eccleſias, & quidquid à te repetit Atto Epiſcopus, cupis ſervare Monaſterio tuo, fac, ut advocatus ſeu Cauſidicus tuus documenta atque teſtimonia proferat, quæ reperiri in rem tuam poterunt. Sin minùs: reddes omnia, quia jure poſſidere non potes. Quo dicto, cùm nondum ſpes concordiæ appareret, ſeorſim deliberârunt electi Judices, qua potiſſimùm via & pacto inter diſſidentes pacem conſtituere poſſent! lis tamen demùm terminata fuit hunc in modum. Meginhardus reſtituit Epiſcopo Eccleſias, decimas & altaria, ea tamen conditione, ut, ſi ipſe probare teſtibûs cum tempore poſſet, majus jus in Eccleſias ac decimas ex nobilium donatione competere Monaſterio, quàm Epiſcopo, eas repetere liceret, quantum Canonum decreta permitterent. Verùm cùm ne hoc quidem pacto liti finis videretur impoſitus, interventu Arnonis Epiſcopi, Atto Epiſcopus Abbati ceſſit Eccleſias; decimæ verò fuêre aſſignatæ Eccleſiarum illarum Rectoribus, ita tamen, ut Eccleſiam Tankirchenſem unà cum decimis inde provenientibus ſibi Epiſcopus reſervaret. Adjecta denique fuit clauſula, quòd, ſi Tegernſeenſes novas lites impoſterum Epiſcopo ſuper hac transactione excitare auderent, in Epiſcopi poteſtate ſemper eſſet dictas Eccleſias ad ſuos uſus revocare. Id ita concluſum fuit in ſæpe dicto Tegernſeenſi Monaſterio die ſupra dicto, 16. Kal. Julii, ſeu 16. menſis Junii anno quarto Imperii Caroli Auguſti, nempe Chriſti 804. Ubi vides Lector, quantum à vero defecerit Aventinus, dum Tegernſeenſes totâ causâ cecidiſſe ſcripſit. Inſtrumentum damus in altera Parte, ex quo eodem inſtrumento egregiè probatur, neminem eo jam tempore dubitâſſe, quin Divi Quirini Reliquiæ ad Tegernſeenſe Monaſterium fuerint translatæ. Sanè feſtum Translationis illius non ſolùm in Monaſterio Tegernſeenſi quotannis die 16. Junii, verùm etiam in univerſa Diœceſi fuiſſe celebrari ſolitum, ex antiquis Liturgiis & Breviariis Friſingenſibus diſcimus: hodie verò nonniſi in ſæpe laudato antiquiſſimo Monaſterio feſtivè peragitur.

Terminatur.

Aventini error diſſipatur.

Num. 121.

Anno Chriſti 806. Wago quidam Clericus coram Arnone Archiepiſcopo aliíſque Judicibus ab Imperatore conſtitutis Oetingæ accuſatus fuerat à duobus viris laicis, quòd bona quædam, ex hæreditate ſibi, nempe Actoribus, debita, injuſtè obtineret. Reſpondit Wago, ſe ea, quæ poſſideret, jure clientelari accepiſſe à Friſingenſi Eccleſia, neque deeſſe inſtrumenta, quibus demonſtrari poſſit, ea bona ad eandem Eccleſiam Friſingenſem legitimè perveniſſe. Productîs itaque monumentis Wago abſolutus, Actores verò rejecti fuêre. Id, ut diximus, Oetingæ contigit, cauſam decidentibus Arnone Archiepiſcopo, Adalwino Epiſcopo, Eurico Epiſcopo, Hattone Epiſcopo, Urolfo Abbate, Meginhardo Abbate, & pluribus Comitibus.

Num. 122.

Eodem anno Atto, Epiſcopus noſter, bona S. Pancratii in *Steinhardt*, Waſſerburgenſis hodie præfecturæ pago, quæ tempore Taſſilonis Ducis eidem

Num. 123. Eccleſiæ Richardus quidam donaverat, contra Alpratum quemdam egregiè
defendit.

Scheffelarienſi Monaſterio eodem anno Petto quidam Epiſcopus & Abbas
Hachingam & Puelocham tradidit; cujus donationis literas Aventinus refert,
lib. 4. pag. mihi 315. quas Hundius Metropoli inſeruit, at non integras.

Num. 124. & 125. Anno 807. Atto Epiſcopus propriæ ſuæ Friſingenſis Eccleſiæ bona contra
Rumoldum ejúſque fratres: item contra Otlantum & Einhartum coram ſolen-
ni Judicum conventu tutatus eſt.

Protexit quoque Atto non ſuæ tantùm Cathedralis, verùm etiam aliarum
126. 127. Eccleſiarum bona, ut eſt Eccleſia in *Foracheida* S. Martini in *Piparbach*, *Ze-*
128. 129. *zinhuſun*, *Avviceshuſir*, & aliæ quàm plures. Quæ omnia ſi diſtinctè hic re-
cenſere vellemus, nonniſi tædiô Lectorem oppr̃imeremus.

§. VII.

Ulteriora incrementa Friſingenſis Eccleſiæ & mors Attonis Epiſcopi.

QUæ ſub Attone Epiſcopo usque ad annum Chriſti 798. Friſingenſi Eccle-
ſiæ bona acceſsêre, ſupra §. III. expoſuimus. Supereſt, ut cætera quo-
que enumeremus, id quod expediemus ea, qua fieri poteſt, brevita-
te, adducendo ex inſtrumentis ſola nomina locorum, è quibus novæ bono-
rum acceſſiones Friſingenſi Eccleſiæ accreverunt. Ejusmodi itaque Eccleſiæ,
Num. 130. 131. prædia, mancipia, ſylvæ, & id genus alia occurrunt in *Hittinhuſir*, *Poachloch*,
132. 133. 134. 135. 136. 137. *Hage*, *Capalpahc*, *Undeoinga*, *Cella*, *Nivvivara*, *Holzhuſir*, *Rathelmes-*
138. 139. 140. 141. 142. 143. *dorf*, *Alahmuntinga*, *Winimunteshuſir*, *Dachavva*, *Feldtuhhinga*, &
144. 145. 146. *Kerbilathuſin*, *Phrumare*, *Meiſaha*, *Heidolvinga*, *Holze*, *Pipurc*, & *Pel-*
147. 148. 149. 150. 151. 152. *heim*, *Crazun*, *Palzinga*, *Zetileshuſun*, *Louppack*, *Moſaha*, *Wihſe*,
153. 154. 155. 156. 157. 158. *Mammindorf*, *Alpiha*, *Eginoni Eccleſia*, *ſeu Eginkirchen*, *Pochavva*, *I-*
159. 160. 161. *pach*, *Marzilinga*, *Poche*, *Urdorf*, *Humpla*, *Strogen* & *Iſana*, *Hipah*,
162. 163. 164. 165. 166. 167. *Horaginpach*, *Heidhuſir*, *Winimunteshuſir*, *Richozesdorf*, *Moſaha*, *Hol-*
168. 169. 170. *zen*, *Moresfortiu*, *Tanne*, *Ekkiperhteshova*, *Alamuntinga*, & *Prunnon*.
171. 172. 173. 174. His ſubjungimus donationes annis incertis ſub Attone Epiſcopo factas, nempe
175. 176. 177. 178. 179. 180. de *Oaſinvvanc*, *Svvinhurin*, *Tagaleihhinga*, *Chamara*, *Rotapach*, *Svvind-*
181. 182. 183. 184. 185. 186. *kiricha*, *Weride*, *Haſalpach*, *Hlutrinpach*, *Pritilinbach*, *Nivvara*, *Abuſ-*
187. 188. 189. *na*, *Scropinhuſun* & *Zitileshuſun*, *Pheterach* & *Aruzabach*, *Haſalpach*,
190. 191. 192. 193. 194. 195. *Cotinga*, *Thalmazzinga*, *Wanga*, *Altunhuſir*, *Wolfperhteshuſir*, *Chama-*
196. 197. 198. 199. 200. 201. *ra*, *Feldmohinga*, *Hlaginbach*, *Phrumari*, *Waldiu*, *Mariclinga*, *Eh-*
202. 203. 204. *ſtinga*, *Abunsna* & *Ziholfeshuſir*, *Hunesvvanc*, *Chumizdorf*, *Roracmuſ-*
205. 206. 207. 208. 209. 210. *ſon*, *Filuſa*, *Kermunteshuſir*, *Crimareshuſir*, *Huckinperc*, *Ahaloh* & *Wil-*
211. 212. 213. 214. 215. 216. *pach*, *Tagleihhinga*, *Azzalinga*, *Paingun*, *Smeohun*, *Filuſa*, & *Zezin-*
huſir. Reſpira hic nonnihil bone Lector, & animum ad nova loca, unde
donationes ſub Attone à fidelibus factas accepit Friſingenſis Eccleſia, primævis
atque aſperis plerumque nominibus, aſt non ſine magna antiquæ pietatis ad-
miratione exprimendas.

Supervenêre itaque recenſitis hactenùs ſacris donationibus rurſus aliæ
Num. 217. 218. 219. 220. 221. prope *Filuſam*, *Kyeſinga*, & *Peraloch*, in *Feldmochinga*, rurſus de *Filſa*,
222. 223. 224. 225. 226. 227. de *Zollingun*, *Priſinga*, *Dachavva*, *Zezinhuſun*, *Alhmuntinga*, *Hlegin-*
228. 229. 230. 231. 232. 233. *bach*, *Helphindorf*, *Holzhuſir*, *Uurdorf*, *Crukinga*, *Lauſzoro*, *Mochin-*
234. 235. 236. *ga*, *Prunna*, *Nivvivara*, *Perahah*, *Kermaresvvanc*, *Feocht*, *Ehamo-*
237. 238. 239. 240. 241. 242. *tinga* & *Poahloh*, *Waldkershova*, *Furihulze*, *Pupinhuſir*, *Holzhuſun*, &
243. 244. 245. 246. 247. 248. *Kiſinga*, *Rotopach*, *Poche*, *Rota*, iterum *Rota*, rurſus *Rota*, *Allinga*,
Hle-

Digitized by Google

Hlera, *Sindeoesbuſir*, *Tankiricha*, *Ebinga*, *Premarlin*, *Cundinhova*, *Iſ-* 249. 250. 251.
maninga, *Feochte*, *Senatesavva*, *Otingun*, & *Tegarinvvac*, *Ollingas* & 252. 253. 254.
Auguſingas, *Holzhuſir*, *Alamuntinga*, *Etinesloch*, rurſus *Etinesloh*, *Mo-* 255. 256. 257.
ſabun, *Tetinhova*, *Hukinperc*, *Willinga*, *Tegarinvvac*, *Filſa* & 258. 259. 260.
Clasnapach, *Heriperteshuſun*, *Archinsvvente*, ad *Frigiſingun*, *Holzhuſir*, 261. 262. 263.
Poapintal, *Oparinhof*, *Cyncola*, & *Pettinpach*, & *Sentilinga*. Prædia ac 264. 265. 266.
bona innominata contulêre quidam *Waldperht*, *Ellanpirc*, *Tiſo*, *Othel-* 267. 268. 269.
mus, *Eti Presbyter*, *Svvidmot Monialis*, & Walto. Deotswind fœmina 270. 271. 272. 273. 274. 275. 276. 277. 278. 279. 280. 281. 282. 283.
quædam mancipia adjecit. Tanta fideles præſtitêre Cathedrali Monaſterio ſub Attone noſtro, religioſiſſimo Antiſtite, quòd piè crederent, non alia magìs ratione Dei gloriam promoveri, & peccatorum veniam obtineri poſſe, quàm ſi Deiparam Virginem Divúmque Corbinianum haberent propitios, impoſitô iis, qui ejusmodi bonis fraudarent Eccleſiam, graviſſimo onere reſpondendi Deo, Beatæ Virgini Matri, ac Divo Corbiniano, Epiſcopatûs fundatori ſanctiſſimo.

Ultimô vitæ ſuæ (ut videtur) annô Atto Epiſcopus præcipuo beneficio ſibi æternùm devinxit Eccleſiam ſuam Friſingenſem, dum univerſum propemodùm dominium in Purkhrain eidem, facta quadam bonorum permutatione acquiſivit. Habebat Eccleſia Friſingenſis in Vico Eutingenſi partes duas: tertiam verò partem poſſidebat Rifvvinus quidam hæreditario jure, qui etiam partem aliquam habuit in Purkhrain *propè Monaſterium Iſna*, quod aliàs ad Friſingenſem Eccleſiam pertinebat. Ceſſit itaque Rifvvinus bona ſua in Euting atque Purkhrain, nempe prædia, hortos, agros, prata, fundos cultos & incultos, ſilvas, molendina & alia Eccleſiæ Friſingenſi: viciſſim Atto Epiſcopus adhibito ſuorum conſilio atque conſenſu Rifvvino ejusdem valoris bona in *Puech* redhibuit, ingenti commodo utriusque partis contrahentis, quo in hodiernum usque diem ex parte gaudet Friſingenſis Eccleſia. Factam eſſe eam permutationem anno Chriſti 811. die 22. Maji, apographum pervetuſtum equidem notat: aſt verò Attonem eo ſaltem menſe inter vivos jam non ſuperfuiſſe, pluribùs documentìs infra ſub Hittone Epiſcopo monſtrabimus. Nempe majores noſtri aliquando parùm fuêre anxii in accuratè annotandis rerum geſtarum annis ac menſibus, contenti diligenter in libros retuliſſe beneficia ab aliis ſuæ Eccleſiæ præſtita, ut & gratitudinem ſuam poſteris probarent, & ſe, illósque graviſſimæ obligationis ſuæ redderent perpetuò memores.

Dominium in Purkrain Attoni adſcribitur.

Num. 284.

Ex commutatione quorumdam bonorum, inter Attonem Epiſcopum & Reginberhtum Abbatem S. Caſtuli facta, quaſi manibus palpamus, Reginbertum, de quo ſuperiùs agebamus, non fuiſſe Schlehdorffenſem ſed Moſpurgenſem Abbatem, qui, cùm jam interfuerit Synodo Dingolfinganæ, ut ſupra vidimus, ad provectam ætatem perveniſſe dicendus eſt. In inſtrumento inter teſtes notatur Sigimoat, *vocatus Abbas*, nempe adjutor Reginberhti. Utrumque reperimus in Catalogo Monachorum *de Moſaburga*, qui exhibetur in libro ſocietatum S. Petri Salisburgi manu ſæculi octavi ſcribi cœpto, ubi ponitur ſeptimô locô *Sigimot Presbyter & Monachus*. Inſtrumentum ſuper *convenientia Epiſcoporum & Abbatum de decimis* Salisburgi anno Chriſti 807. inita, quod Brunnerus ex vetuſto codice Friſingenſi exſcripſiſſe ſe dicit, nos ex omnium vetuſtiſſimo, ac manu hominis Synchroni (nempe Cozrohi noſtri) in *Altera* Operis *Parte* emendatiùs exhibemus: ubi etiam advertimus, in eo Præſulum conventu *lectis Canonum Capitulis* deprehenſum fuiſſe, ex decimis debere *quatuor portiones fieri*, *unam Epiſcopo*, *alteram Clericis*, *tertiam pauperibus*, *quartam fabricis Eccleſiæ*. Unde meritò admiramur, quòd, cùm cæteræ quidem partes hodie decimis fruantur, pauperum tamen, in quibus Chriſtus repræſentatur, nulla ampliùs alicubi habeatur ratio, uti experientia docet.

Num. 285.

Annal. Boic. l. 6. pag. 51.

Num. 286.

Attonem noſtrum fuiſſe primum conditorem Monaſterii S. Candidi in *Imching* ſeu *Intica* ad fontes Dravi fluminis, ex iis potiſſimùm conſtabit, quæ ſub Hittone ſucceſſore afferemus.

Attonis obitus

Obitum Attonis Epiſcopi quidam Pontificum Friſingenſium catalogi reponunt ad annum Chriſti 811. unus eorum usque ad annum Chriſti 812. differt: ſolus Freibergeri Catalogus annum Chriſti 810. deſignat: & hic quidem bene. Ratio in promptu eſt. Cùm enim laudati Catalogi ferè omnes (quibus notata Gamanſii reſpondent) diem obitûs ſtatuant viceſimum ſeptimum menſis Septembris: & ex Actis Hittonis ſucceſſoris conſtet, jam anno Chriſti 811. menſibus Aprili, Majo, ac Junio ſub ejus regimine Eccleſiæ Friſingenſi donationes quaſdam obveniſſe, conſequens fit, ut dicere debeamus, deceſſiſſe Attonem menſe Septembri anni præcedentis, nempe octingenteſimi decimi, uti nemo deinceps inficiabitur. Accidit itaque mors Attonis anno ſacri Regiminis ſui viceſimo ſexto, tempore S. Leonis III. ſummi Pontificis, in cujus graviſſima cauſa Atto adhibitus olim fuerat: imperante Carolo Magno, cujus glorioſæ coronationi Atto Romæ interfuerat: Saliſburgenſibus præſidente Arnone, cujus Atto inter cæteros Bojariæ Antiſtites ad Archiepiſcopatum promotor exciterat. Patavienſibus eodem tempore Hatto, Prixinenſibus Henricus ſeu Emricus, Ratiſbonenſibus Adalwinus ſacra jura adminiſtrabant.

Tradunt aliqui, eodem anno Chriſti 810. obiiſſe Pippinum Italiæ Regem, à Carolo Magno, parente ſuo, ut diximus, conſtitutum, qui etiam Bojariæ noſtræ Cis-Danubianæ præfuerit. Sed mirum videri queat, cur in tot Friſingenſibus Inſtrumentis, ea ætate ſcriptis nullibi hujus ſive Regis ſive Ducis mentio occurrat. Interea Pippino Italiæ Regi ſuffectus eſt alter Caroli filius, Bernardus nomine: qui etiam Bojariæ Ducatum accepit.

In Codice Societatum Augienſium, nimirùm Monaſterii Augiæ divitis notatur Atto noſter iis, ut alibi jam diximus, verbis: *Nomina fratrum de Friſingun. Atto Epiſcopus, & Sigiharth Chorepiſcopus.* Ex quo rurſus apparet, Friſingenſes & Augienſes Monachos eo tempore ſacro quodam fœdere fuiſſe conjunctos. Qua de re videri poteſt Mabillonius *Annalium Ord. S. B. Tom. II. Lib.* 20. *in fine:* qui etiam *lib.* 28. *N.* 25. aſſerit, Attonem Epiſcopum recenſeri in libro fratrum conſcriptorum Monaſterii S. Galli. In vetuſtiſſimo Libro Societatum Monaſterii S. Petri Saliſburgi ſub Rubrica: *Ordo Epiſcoporum vivorum:* ſic habetur: *Atto Epiſcopus, & congregatio ipſius.* Ex quo intelligimus eam pretioſiſſimi illius Codicis partem vivente adhuc Attone fuiſſe conſcriptam.

CAPUT VI.

Hitto, Friſingenſis Sedis Epiſcopus ſextus.

§. I.

Hittonis Electio.

Patria Hittonis.

Fuit de familia.

HIttonem gente Bojum fuiſſe, ex prædiis in Bojaria ſitis, quæ Eccleſiis Friſingenſibus S. Mariæ & S. Benedicti tradidit, rectè deducimus. Fuiſſe inſuper membrum nobiliſſimum Friſingenſis Familiæ, intelligimus non ſolùm ex eo, quòd toties inter teſtes donationum, qui ſæpè erant, & dicebantur *de familia*, nempe domeſtici, adhibitus fuerit, verùm etiam ac maximè ex eo, quòd fuerit Religioſorum Tyronum in Friſingenſi Conventu diligentiſ-

Digitized by Google

gentiſſimus inſtitutor ac Magiſter. Sanè Cozrohum, qui librum primum, ſeu *Antiquum* Traditionum juſſu ipſius Hittonis conſcripſit, fuiſſe Friſingenſem Monachum, ex variis Inſtrumentis convincimur, ut ſuis locis ad oculum demonſtrabimus. Teſtatur autem in operis ſui præfatione Cozrohus, ſe *ſacris diſciplinis* ab Hittone Epiſcopo fuiſſe *edoctum*. Et ſanè nunquam Friſingæ eo-usque tantum Monachorum numerum extitiſſe, ac ſub Hittone, ex infrà adducendis Lector intelliget.

Vide antiq. Trad. lib. fol. 80. a. fol. 286. b. fol. 288. b. fol. 290. b. fol. 325. b.

Cozrohi Magiſter.

An Hitto noſter ante conſcenſam Friſingenſem Cathedram Presbyterii gradum aſſecutus fuerit, nullô, quod quidem ſuperſit, certô teſtimoniô probari poteſt, cùm in inſtrumentis hactenùs allegatis nonniſi Diaconus appelletur. Unde non immeritò ſuſpicamur, eum primùm poſt ſui electionem Sacerdotii gradum admiſiſſe. Ipſam ſanè electionem contigiſſe circa initium anni Chriſti 811. & quidem ante Menſem Aprilem ex inſtrumentis eo anno ſcriptis diſcimus. Fuiſſe Hittonem ſumma virtute, & excellenti doctrina præditum, Eccleſiæ ſuæ utiliſſimum, & in conſcribendis ſacris voluminibus & annotandis Donationibus, Monaſterio Friſingenſi factis, perquàm ſolicitum, ſequentia docebunt, & Cozrohus luculenter teſtatur in laudata ſua præfatione, quam ſuô locô infra recitabimus.

§. II.

De Donationibus ſub Hittone Epiſcopo factis usque ad annum Chriſti 824.

QUorsùm applicati fuerint tot donationum Eccleſiæ Friſingæ hactenùs usque ad Hittonis Epiſcopi tempora factarum fructus, diſcimus ex Inſtrumentis, ſub Hittone conſcriptis. Auctis nempe proventibûs crevit etiam divina laus ac pſalmodia, numero Monachorum ingentia incrementa ſumente. Unde Oſunus in donatione de Moſach, qua tradit omnem hæreditatem ſuam, id ait ſe facere *ad Monaſterio Sancti Corbiniani ſito Frigiſingenſis, ubi pretioſus Domnus Corbinianus in corpore requieſcit, vel* (&) *ibidem his temporibus praeeſt venerabilis Hitto Epiſcopus cum turma plurima ſervorum Dei ad laudes Chriſti canendas adunata &c.* & Zeizo Presbyter bona ſua ad Rotam Monaſterio Friſingenſi donans ſic habet: *ego Zeizo Presbyter . . . . . donamus ad Monaſterio ſanctæ Mariæ in Caſtro ſito Frigiſingenſis, & ibidem praeeſt Venerabilis Hitto Epiſcopus cum Norma plurima ſervorum Dei ad laudes Chriſti canendas adunata &c.* Et ne neſciat Lector, nomine *Servorum Dei* Monachos intelligi (quod quàm ſæpiſſimè in aliis inſtrumentis contingere demonſtrat Mabillonius) Goteſcalcus & Deobaldus nobiles fratres ſuam Traditionem Menzingenſem feciſſe ſe aſſerunt *ad Frigiſingas, ubi Domnus pretioſus Corbinianus in corpore requieſcit, vel ibidem praeeſt venerabilis Hitto Epiſcopus cum norma plurima Monachorum ad laudes Chriſti canendas.* Quæ eadem verba reperiuntur in donatione Sigonis Presbyteri, omnia ſua tradentis Friſingenſi Eccleſiæ in Urdorf, Painga, & Rupilinga. Certè ipſe Hitto noſter augendi cultûs divini ſtudioſiſſimus fuit, & hinc fidelium erga ſuam Eccleſiam liberalitatem ſanctè provocavit. Unde Alpoltus Presbyter in donatione Lintachenſi ſcribit, *virum vitæ venerabilis nomine Huttonem divino nutu, ſuóque ſtudio beatum & memorabilem Conventum, unà cum Abbatibus ſeu Presbyteris vel Diaconis, nec non & clero, bono certamine *, qualiter Dei ſervitium ſuperaugmentare, ſuúmque ſacrum officium, cæterorúmque omnium ſibi à Deo ſubjectorum emeliorare vel inſtituere ad ampliorem profectum potuiſſet? &c.* Quare nemo mirabitur, quòd, cùm os, lingua, mens, ſenſus, vigor tot Monachorum, Dei laudes in Cathedrali Eccleſia tam alacriter perſonarent, tantus divini officii ze-

Opes auctas Divino cultui amplificando impendit.

Vid. in Parte Altera N. 309.

Vid. N. 317.

N. 365.

Vid. N. 348.

* Supple, *conſuluiſſe*

 lus

lus & ardor accenderit proximos, ita, ut plurimi oblato de rebus ſuis munere
cœleſtis illius laudis ſe voluerint reddere participes. Nunc ad loca, è quibus
nova prædia Monaſterio S. Corbiniani ſub Hittone primis tredecim annîs obla-
ta fuêre, ſtrictim percenſenda veniamus. Et Cozrohus quidem noſter Presby-
ter & Monachus Friſingenſis, donationibus ſub Hittone factis, hunc præponit
titulum, à Grammatica quidem multùm, nil tamen à ſtilo ſæculi ſui abhorren-
tem:

Lib. 1. Tradit. *In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti. De temporibus venerandi Viri, cul-*
fol. 187. a. *mine juris ſublimati Hittonis Epiſcopi, incipiunt diverſas traditiones firmiter*
peractas ad domum ſanctæ Mariæ ad Frigiſingas; ita Cozrohus: ex quo nos
loca donationum ſecundùm annorum ſeriem ſubjungîmus: & ſunt ſequentia,
N. 287. 288. nempe *Richareshuſun*, *Feochte*, *Anzinga*, *Pergk*, & iterum *Pergk*, *Zidal-*
289. 290. 291. *pach*, *Pleoningas*, & *Svvindaha;* & iſtæ quidem donationes evenêre usque
292. 293. 294. ad annum Chriſti 814. quo Carolus Magnus Imperator 5. Kal. Februarii obiit, cu-
jus religioſiſſimum teſtamentum Baronius ad annum Chriſti 811. ex Eginhardo
noſtro recitat, quo ærarii ſui hæredes Eccleſias & inter has etiam Friſingenſem
ſcripſit. Cæterùm Carolus Imperii hæredem reliquit Ludovicum, dictum
Carolo Magno ſuccedit Ludovicus Pius. Pium: qui Bojariam filio ſuo Lothario commiſit, de quo ſuo loco fuſiùs age-
mus.

In Inſtrumentis ſupradictarum donationum in parte altera exhibendis, &
quidem in eo, quod Fiechtenſem donationem concernit, obſervabit Lector,
teſtes fuiſſe adhibitos Oadalpaldum, Meginoldum, & Hiltipertum Presbyteros,
nulla Monachatûs mentione adjecta: qui ipſi tamen in Inſtrumento Anzingen-
ſi apertè vocantur Presbyteri & Monachi: quod hîc iterùm monemus, tum ne,
ſi in membranis illius temporis occurrat nomen Presbyteri, talis eo ipſo judice-
tur non fuiſſe Monachus, tum ut aſſertionem noſtram alibi factam, in Lectoris
Diſſert. IV. proleg. animo reddamus ſtabilem, ac modernos vocabulorum uſus uſui veterum eſſe
aliquando contrarios demonſtremus.

N. 295. 296. Succeſsêre deinceps aliæ donationes in *Iſmaninga*, *Machsminreine*, *He-*
297. 298. 299. *gilinga*, *& Echſingas:* rurſus in *Perke*, *Phrumare*, *Haradhuſun*, *Pergun*,
300. 301. 302. *Schamaha*, *Welamoteſaha*, *Holzhuſir*, *Holzen*, *Reodir & Pettinpach*, at-
303. 304. que *Porhſolaga;* è quibus, & aliis plurimis vocabulis uti pleraque homini loco-
rum experto ſunt ſeipſis manifeſta, ita, ſi ſingula ſuſciperemus explicanda, actum
ageremus. Scimus enim, tot ſæculorum decurſu non ſolùm nomina aliquan-
do exoleviſſe, verùm etiam prædia olim alicubi reperta, & ſuîs vocabulîs inſi-
gnita, deſiiſſe; neque deſunt exempla noſtrorum temporum, è quibus vide-
mus, ejusmodi villas aliquando deſtrui & ad commodiora loca, aliud nomen
305. habentia, ædes transferri. Cæterùm eodem tempore Willibertus quidam Le-
306. vita bona ſua Friſingenſi Eccleſiæ tranſcripſit. Secutæ ſunt donationes in *Kraz*,
307. 308. 309. *Tegardorf*, *Ominbach*, *Moſahun*, *Titinhuſir*, *Cella*, *Otolteshuſir*, *Otmares-*
310. 311. 312. *hart*, *Huſir*, *Undeoingas*, *Petarach*, *ad Rotam*, *Winimunteshuſir*, *Moſa-*
313. 314. 315. *ha*, *Purolſinga*, *Hroadperthes Eccleſia*, *Crimarhuſir*, *Welemoteſaha*, *Lapa-*
316. 317. 318. *ra*, *ad Clana fluvium*, *Poapincella*, *Almeshova*, *Scefſilarn*, *Freddinmarin-*
319. 320. 321. 322. 323. 324. 325. 326. & 327. 328. 329. *ga*, *Tegarinvvac*, *Stroga*, *ad Filura*, *Hukinberc*, & *Hrindbach*. Et hæ
330. 331. 332. 333. 334. 335. quidem bonorum acceſſiones contigêre usque ad annum Chriſti 816. ubi mo-
nemus Lectorem, in Inſtrumentis donationum hactenùs recenſitarum mentio-
nem fieri non ſolum Monaſteriorum Friſingenſis, & Iſanenſis, verùm etiam
331. 357. alterius novi Cœnobii in *Tegernbac;* ex quo patet, olim etiam in eo loco Cœ-
nobitas habitâſſe. In iisdem membranis occurrit frequens mentio non tantùm
de Monachis, ſed de turma plurima Friſingenſium Monachorum. Cæterùm
Zelus Hittonis. Inſtrumenta omnia maximum Hittonis zelum deprædicant, quippe qui univer-
ſum Clerum ſuum ad Synodos Friſingam & Ebingam ſæpiùs convocaverit, *per*
ſingulas Eccleſias populum docendo, prædicando, inſtruendo, confirmando ad
bea-

beatæ immortalitatis vitam manuduxerit, ipſas Eccleſias conſecraverit, bona earum auxerit, ac totus in augmentum divinæ laudis incubuerit. **Et liberalitas erga ſuam Eccleſiam.**

Extat etiam donatio, quàm Hitto ipſe Eccleſiæ Friſingenſi obtulit anno Chriſti 815. ſequenti Inſtrumento.

IN nomine Dei cunctorum fidelium Redemptoris. Hitto exiguus Epiſcopus tamen gratia Dei electus, atque à Deo coronatus, ſeu ad augmentum ſanctæ Dei Eccleſiæ, vel ad utilitatem domui ſanctæ Mariæ conſtitutus; proinde divina clementia ammonitus juſſit ædificare, vel amplificare Eccleſiam in propria hereditate in loco, qui dicitur Haholſeshuſir, quod eum obvenit de parte Genitoris ſui, deinde ibidem præfatus Epiſcopus veniens, & alij plerique nobiles viri cum eo adfuerunt. Tunc prædictus Epiſcopus querens ad ſororem ſuam nomine Coteſdiu, ſi aliquid de rebus illius ad prænotatam Eccleſiam donare voluiſſet? & illa ſupra memorata Coteſdiu devotè ac diligenter extimplò adfuit coram magna multitudine, & tradidit propriam partem Kernandi filii ſui pro remedium animæ ſuæ ad prædictam Eccleſiam, quicquid eum jure hæreditatis obvenit, atque ilicò manifeſtè ſubjunxit: eo quod Kernand in Italia regione prolem habuit, ſi hoc aliquando contigiſſet, quòd genitus ejus ad patriam pergeret, & ibidem querere Alodem Genitoris ſui voluiſſet, ſine aliqua contradictione vel judiciaria poteſtativè habuiſſet, ſin autem, ut in evum inconvulſum perduraret; tunc ſupra memoratus Epiſcopus conſecravit hanc Eccleſiam, nec non & Altarem, inſuper & reliquias addidit; tunc demum venerunt venerabilis Epiſcopus & ſoror ejus, una cum filia ſua nomine Heilrat in præſentia multorum, qui ad illam celebritatem venerant, & tradiderunt generaliter, quantumcunque in ipſo loco ſupradicto propriæ hereditatis præſente tempore dominare, vel poſſidere viſi fuerunt ad ipſam Eccleſiam, & ipſam Eccleſiam cum omnibus ad eam pertinentibus firmiter ad domum ſanctæ Mariæ ſemper Virginis Genetricis Dei in caſtro ſito Frigiſinenſis pro remedium animarum ſuarum donaverunt; eo modo, ut qualiscunque illorum in hac corruptibili vita prolixius vixiſſet, ad illius uſum, & poteſtatem haberet, vel ſi hoc aliquo de eorum cognatione conplacitare voluiſſent, ut nemo hoc contradicere nullo potuiſſet. Actum eſt hoc multis præſentibus: Heriperht Archipresbyter, Oadalpald Presbyter & Monachus, Unroh Presbyter, Rihpald Presbyter. Heriolt Presbyter, Engilheri Presbyter, Emicho Diaconus, Starcholſ Diaconus, Heimo Subdiaconus, Wago Clericus, Perahtrat Clericus. Iſti alij ſunt teſtes per aures tracti: Deothart Centenarius, Sindeo, Cundheri, Cartheri, Reginpald, Heriperht, Ampho, Reginperht, Iſancrim, Cundhart, alius Reginperht, Deotrih, Reginhoh, Engilrih, Altrih, Altperht, Hartperht, Oadalhart, Adalperht, Adalunc, Walho, & alii multi. Hoc actum eſt in Nonis Novembris Indictione VIII. anno imperante Hludovico Auguſto ſecundo, & Hlodhario dominante Rege Bajovvariorum I. Ego itaque Birtilo indignus ſubdiaconus juſſu Hittonis venerabilis Epiſcopi ſcripſi hanc traditionem, & ſubſcripſi ad Monaſterio Frigiſingas.

Coteſdiu Soror Hittonis.

Plura vide ſub N. 701.

Quiſnam hodie ſit locus *Haholſeshuſir*, in Inſtrumento deſignatus, hactenùs nos nondum aſſequi ultrò fatemur. Quòd verò Deothartus inter teſtes poſitus vocetur *centenarius*, rectè Lector interpretabitur, eum fuiſſe Centurionem, ſeu centum militum, imò agricolarum præfectum, ac judicem quendam inferiorem, quales tempore Caroli Magni, & Ludovici Pii conſtituebantur per Germaniam: qua de re Hofmanus plura tradit. **Centenarius quis?**

Obſervabit verò ulteriùs Lector (quod dudùm poteramus monere) in Chartis donationum ſub Attone & Hittone Epiſcopis factarum jam non ampliùs fieri mentionem conſensûs Bojariæ Ducum aut Regum, quod fortaſſis in gratiam, imò venerationem ſacrorum locorum accidit, facilè conniventibûs Carolo, ejúſque filiis, ſi fideles Deo rederent, quod à Deo acceperant. Neque illud **Aliæ obſervationes.**

hic

Digitized by Google

hic reticendum eſt, Hittonem Epiſcopum, cùm tot paſſim donationes Eccleſiæ ſuæ fierent, ſæpe ejusmodi agros, domos, ſilvas & id genus alia donatoribus ad dies vitæ clientelari quodam jure & ſub annua penſione, more Anteceſſorum ſuorum conceſſiſſe. Sic enim plerumque inter Epiſcopum & donatores conve-
336. nerat: veluti conſtat etiam ex conceſſione de *Vering*, ut patet ex inſtrumen-
to, in quo primam *cereviſiæ* mentionem deprehendimus.

337. 338. 339. Ad annum Chriſti 816. occurrunt donationes novæ in *Altheimb*, *Cronin-*
340. 341. 342. *bach*, *Filuſa*, *Seun*, *Ekkilinburg*, *Priſinga*, *Urdorf*, *Painga*, *Rupilinga*,
343. 344. 345. *Militaha*, *Hlaginbach*, *Ahaloh*, *Nivviſaron*, *Ekkipechtesdorf*, & *Pirchti-*
346. 347. 348. *ſindorf*, ubi in charta donationis in *Craninbach* legimus factum illud, à nobis alibi
349. jam notatum, nempe *Liuttonem ægrotantem habitum ſæcularem in domo ſanctæ Mariæ depoſuiſſe, & clericatûs Monachicam profeſſum eſſe habere vitam*; è quibus inſtrumenti verbis luce meridiana clarius eſt, Monaſticam vitam ex veterum mente non eſſe contra clerum diſtinguendam. Et ſanè quid habet Clericus ſæcularis ex ſui Ordinatione, quod non habet ex ſimillima imò eadem Ordinatione Clericus Monachus?

x. 350. Eodem anno Hitto Epiſcopus quasdam ſuæ Eccleſiæ poſſeſſiones multo ſudore recuperavit, quas olim Luitburga Duciſſa, Taſſilonis Uxor eidem abſtra-
Quodnam Monaſterium Auua? xerat, ac Monaſterio in *Auua* attribuerat. Sanè nomine Monaſterii in *Auua* hic non intelligimus aliud quàm Chiemenſe, quod nempe conſtructum fuit in Chimi Lacûs inſula, quondam *Auua* vernaculo ſermone dicta, cujus Leutfridus olim Abbas fuerat, de quo alibi egimus. Eam vocabuli *Auua* interpreta-
Tom. II. p. 335. tionem accipimus ex Diplomate Arnolphi Regis apud Hundium in Metropoli, ubi ait Rex, Monaſterium S. Salvatoris infra Lacum, qui Chieminſeo vocatur, conſtitutum, *vulgari vocabulo Ouua* dictum fuiſſe. Hahfrido Clerico eodem anno Epiſcopus noſter certos reditus ac proventus confirmavit.

x. 351. Et quoniam conſtituimus in hoc paragrapho recenſere donationes omnes ſub Hittone Epiſcopo usque ad annum Chriſti 824. Friſingenſi Eccleſiæ, ſeu Divi Corbiniani Monaſterio à fidelibus congloraeratas, opus eſt, ut ulteriùs ſtrictim adducamus nomina locorum, è quibus deinceps ab anno Chriſti 817. eadem Fri-
352. 353. 354. ſingenſis Eccleſia dotata fuit. Reperimus autem ſequentia: nempe *Fechinga*,
355. 356. 357. *Slerſeo*, *Adalhelmeshuſir*, *Ribhareshuſir Altheim & Steincoi*, *Uadcoinga*, *Phe-*
358. 359. 360. *terach*, *Aſinhuſum*, *Hohinreine*, *Otmares Wanc*, *Dachavva*, *Mahaleih-*
361. 362. 363. *hinga*, *Kiſalpach*, *Menzinga*, *Hall*, *Hochinprucha*, & *Wagon*. Et hæc erat
364. 365. 366. fidelium liberalitas anno Chriſti 817.
367. poſt 367.

368. 369. 370. Succeſsêre anno Chriſti 818. donationes aliæ in *Pachu*, *Svvindaha & Aſc*,
371. 372. & *Strazloh*, *Khinzinbach*, *Felda*, *Perchouun & Prunnon*, *Holzen*, *Marzi-*
373. 374. 375. *linga*, *Feldmohinga*, *Steinhart*, *Stargina*, *Hamariginbach*, *Haſalbach*,
376. 377. 378. *Stroga*, *Wagon*, *Fimingun*, *Niuarun*, *Holzhuſir juxta pelagum Wirmſeo*,
379. 380. 381. *Iſana & Alpicha*.
382. 383. 384.
385. 386. 387.
388.

389. 390. 391. Annus Chriſti 819. Eccleſiæ Friſingenſi adjecit bona in *Walde*, *Perc*, *Ehin-*
392. 393. 394. *gun & Perc*, *Schalcdorf*, *Meſckinfeld*, *Mohhinga*, *Filuſa*, *Timinhova*,
395. 396. 397. *Haſalpach*, *Seuuon*, *Filuſa*, *Kermaresvvanc*, *Sindpaldeshuſir*, *Puppiuinga*,
398. 399. 400. *Richcozeshouun*, *Friſinga*, *Lintach*, *Kenperc*, *Richcozeshuſir & Holzhu-*
401. 402. 403. *ſun*.
404. 405. 406.
407. 408.

Proximô annô Chriſti 820. Monaſterium Divi Corbiniani auctum eſt, bo-
409. 410. 411. nis in *Sulzemos*, *Pheterach*, *Herineshuſir*, *Fiskom*, *Luttivvanc*, *Luges*,
412. 413. 414. *Anthadeshofa*, & *Chuginbach*.
415. 416.

Anno Chriſti 821. obvenêre Ædi Beatæ Mariæ Virginis Friſingæ novæ do-
417. 418. 419. nationes in *Pheterach*, *Machsminreini*, *Anzinga*, *Anthadeshoſon*, *Hrodol-*
420. 421. 422. *feshuſun & Steinesdorf*, *Puppininga*, *Uperaha*, *Svveinbach*, & *Zorngel-*
423. 424. 425. *tingas*.

Anno Chriſti 822. Hitto Epiſcopus acquiſivit & vindicavit ſuæ, & aliis Eccle-

cleſiis bona in *Pohſcorron*, *Croaninpach*, *Perge*, *& Cotingun*, *Etchinaha*, 426. 427. 428.
infra Truhſna, *& Crivina*, *in Stroga*, *Svveinbach*, *rurſus in Stroga*, *Feringa*, 429. 430. 431. 432. 433. 434.
Nivvivara, *Tegardorſ*, *Wanichinbach*, *Merunſtetti*, *Ratinvveg*, *& Klana*. 435. 436. 437. 438. 439.
Secutæ ſunt anno Chriſti 823. donationes in *Calkinperc*, *Svvindaha*, *Kekin-* 440. 441. 442.
gas, *Pheterach*, *Erphinbrun*, *Priſinga*, *Paſinbach*, *& Ambra*, prope *Poch*, 443. 444. 445. 446. 447. 448.
Laupach, *Naninhoſa*, *Eitindorſ*, *Pacharun*, *ad Lintach*, ad *Feochtkircha*, 449. 450. 451. 452. 453. 454.
& *Calamanpach*.

Anno Chriſti 824. reperimus donationes ſequentes nempe in *Scropinhuſun*, 455. 456.
Tanne, *Reginperchteshuſir*, *Azzilinga*, *Steinheringa*, *Tegardorſ*, *Steinherin-* 457. 458. 459. 460. 461. 462.
ga, *Hlaginbach*, *Mammindorſ*, *Strasloch* & *Hochmberg*, *Hrindpach*, *Aha-* 463. 464. 465. 467.
loh & Wilpach, atque *Hringolſinghova*. Tanta erant Friſingenſis Eccleſiæ incrementa usque ad annum Chriſti 824. primi Friſingenſis Sæculi ultimum. Plura ſub eodem Hittone Epiſcopo ſæculo ſequenti referemus. Tu interim, Lector, æſtima mecum, ac demirare pietatem Majorum, & poſterorum obligationem graviſſimam perpende.

Alia bona recuperata.

Dum interea tot fideles Chriſtiani tantis favoribûs proſequebantur Friſingenſium Monachorum zelum, non deerant alii, qui in reſtituendis iis, quæ ab Eccleſia Friſingenſi ſive acceperant, ſive uſurpaverant, cunctabundos ſeſe exhiberent, quos tamen Hitto Epiſcopus partim ſalutaribûs exhortationibûs movit, partim Judicum ſententia adegit, ut ejusmodi bona reſtituerent. Meginhardus quidam Hittoni Epiſcopo reddidit capram cum Reliquiis, quam quidam nomine *Waſucrim*, è domo S. Mariæ, ut videtur, clepſerat. Neque ingratus fuit Hitto noſter, ſed Meginhardi fidelitatem manicîs è cervino corio confectis
remuneravit. Cæterùm cùm ea reſtitutio atque adjecta donatio facta fuiſſe di- 468.
catur in Pannonia, ſuſpicamur, Hittonem anno Ludovici quinto, Chriſti 818.
in Pannoniam iter inſtituiſſe. Aliam reſtitutionem anno Chriſti 820. Wittaga- 469.
vo quidam Hittoni fecit.

Causa Hittonis cum S. Nitgario Epiſcopo Auguſtano.

At verò cauſa gravior erat, quàm Hitto noſter cum Nidkero (aliàs Nidga- 470.
rio) Auguſtano Epiſcopo anno Chriſti 822. habuit ſuper Eccleſia in Chenberg, quo nomine fortaſſis intelligendus venit pagus *Kienburg* Cranſpergenſis Præfecturæ. Eam Eccleſiam cùm tam Nidkerus, quàm Hitto noſter repeterent, res demùm ad delegatos ab Imperatore judices delata eſt, qui in pago *Alhareshuſir*, nempe *Alershauſen*, ad determinandas lites varias convenerant. Comparuêre autem ibi Hatto Pataviensis Epiſcopus velut *Miſſus Dominicus* ſeu Cæſareus Legatus: Hitto Epiſcopus Friſingenſis, Baturius Epiſcopus Ratisbonenſis, & Nidkerus Epiſcopus Auguſtanus, unà cum Kyſalhardo Judice publico. In eo conventu cùm variæ cauſæ diſcuterentur, Reginpertus, Hittonis Epiſcopi noſtri Advocatus conqueſtus eſt contra Anthugum Nidkeri Auguſtani Epiſcopi cauſidicum, quòd Eccleſia in Chenberg minimè ad Auguſtanā ſed ad Friſingenſem Diœceſin pertineret. Reſpondit Anthugus, eam Eccleſiam in publico Procerum conventu ad *Phadarprunon* (fortè Paderborn, an verò Payerbrunn?) habito fuiſſe adjudicatam Hantoni Epiſcopo Auguſtano, Nidkeri prædeceſſori. Verùm cùm id Anthugus equidem diceret, interea tamen ſatis appareret, quidquid alibi de Eccleſia in Chenberg fuiſſet actitatum, nullo juris ordine fuiſſe deciſum: cúmque inſuper Reginbertus demonſtrare paratus eſſet, Eccleſiam in Chenberg dudùm à Friſingenſibus Epiſcopis conferri fuiſſe ſolitam, & ab ipſo Hittone fuiſſe collatam, tandem Judices auditis magnô numerô teſtibûs, qui omnes voce unanimi exclamaverant, Eccleſiam Chenbergenſem unà cùm prædiis ac bonis non alii, quàm Hittoni Epiſcopo debere adjudicari, eam eidem adjudicârunt. Id cùm contigerit Anno Ludovici Cæſaris nonô, Chriſti 822. ac tempore Epiſcoporum ſupra recenſitorum, manifeſtum fit, Nidkerum, ſeu Nidgarium Epiſcopum Auguſtanum Epiſcopis illis fuiſſe Synchronum, & Auguſtanæ Cathedræ anno 822. præſediſſe, quantumvis aliud in Catalogis Auguſtanorum Epiſco-

porum atque Abbatum Ottoburanorum ſtatui videatur: quod Lectoris judicio decidendum committimus.

471. Cæterùm eodem anno Hitto Epiſcopus noſter fundum quendam Eccleſiæ ſuæ propè *Azzalingam* adversùs quemdam Hrodhohum: ac ſequenti anno Ec-
472. cleſiam in Holzhauſen in novo publico *Placito* ſeu conventu judiciali Feringæ
473. inſtituto: denique anno 824. etiam Eccleſiam in *Pahhara* in alio ſimili conventu adversùs alios defendit atque evicit.

474. 475. 476. 477. Donationes alias, ſed tamen in locis non nominatis ſub Hittone Epiſcopo Eccleſiæ Friſingenſi fecêre Wago Capellanus: Engilrat Matrona: Sindperhtus Presbyter: Salomon Presbyter ejúsque frater Meginbertus. Inſtrumentorum numeros in margine annotamus, atque in Parte altera Lectori exhibemus: in quorum ultimo obſervamus, Salomonem pro cenſu annuo inter alia obtuliſſe veſtimenta *cum cappa Monachica*. Reperimus in libro quinto Traditionum Friſingenſium, quem *Rubrum parvum* appellant, permutationem illam bonorum in *Euting*, *Purgkrein* & *Puch*, inter Attonem Epiſcopum, & Rifwinum ut alibi diximus, olim factam, à Ludovico Imperatore fuiſſe confirma-
478. tam. Inſtrumentum in parte altera exhibemus, atque cenſemus, tractatum illum tempore Ludovici fuiſſe renovatum, licentiâ commutandi à Cæſare im-
479. petratâ. Subjungitur inſtrumentum aliud, quo idem Ludovicus Imperator declarat, Attonem *quondam* Epiſcopum Friſingenſem ſtruxiſſe quandam Cel-
De Monaſterio Innching. lulam, quæ nuncupatur *Intibha*, & fratres ibidem ad Dei omnipotentis officium peragendum congregâſſe in confinio Tyburnienſi, ubi Dravus fluvius oritur, & eam S. Petro (nempe Monaſterio Scarantienſi) & S. Candido conſtructam, ac rebus propriis ditatam, Eccleſiæ Friſingenſi donâſſe. Cùm verò ea poſtea abſtracta, & alteri in beneficium data fuiſſet, Venerabilem Epiſcopum Arnonem ſupplicâſſe Cæſari, ut eam Friſingenſi Eccleſiæ redderet: ídque etiam Imperatorem annuiſſe. In cujus narrationis inſtrumento cùm occurrant voculæ illæ: *ubi Atto venerabilis Epiſcopus præeſt*, qui in ſuperioribus dicebatur *Atto quondam Epiſcopus*, palpamus, librarium lapſum fuiſſe, à quo poſteriori loco non Atto ſed Hitto ponendus fuerat, maximè cùm Atto Epiſcopus cum Ludovico Imperatore componi non poſſit. Interea ex eodem inſtrumento certum manet, Attonem fuiſſe primum Conditorem Monaſterii Inticenſis, quod lapſu temporum mutatum eſt in Eccleſiam Collegiatam, Innching dictam, Prixinenſis Diœceſis. Epiſcopi Friſingenſes, ad quos olim, ut diximus, Eccleſia Inticenſis pertinebat, hodie nil Juris ampliùs in eam habent. Adjunctum tamen oppidum etiamnum temporali Friſingenſium Epiſcoporum dominio ſubjacet.

353. Schlierſeenſes petunt ab Hittone Abbatem. In Inſtrumento de Slerſeo, hodie Schlierſee, ad annum Chriſti 817. laudato, advertimus, defuncto Schlierſeenſi Abbate Warmunto, fratres ejus Monaſterii veniſſe ad Hittonem Epiſcopum, ac juxta legem ſibi impoſitam petiiſſe ſibi Abbatem dari Sindihonem, Warmunti defuncti fratrem, quod etiam Hitto conceſſit. Hodie longè diverſa eſt apud Schlierſeenſes rerum facies, qua de re ſuîs locîs dicemus.

292. Moniales Friſingæ. Obſervamus denique ex donatione de Zidalbach, Friſingæ anno Chriſti 812. etiam fuiſſe quoddam Monaſterium Monialium. Nam Hiltimaria in ea donatione dicit, quòd ad Beatam Virginem & S. Corbinianum *defenſionem habere deſideraverit*, *& caput ſuum in illorum protectionem ad clauſuram collocaverit*. Verùm longè plura ejus rei argumenta ſuîs locîs proferemus.

Nunc verò, recenſitîs quibusdam rebus domeſticîs, in publicum prodibimus.

§. III.

Digitized by Google

§. III.

Geſta illius temporis publica.

CArolus Magnus, cùm, ut ſupra jamjam dicere cœpimus, mortem ſenſim proſpiceret, ut tum Imperio, tum Eccleſiis Imperii ſui quàm optimè conſuleret, in ejusdem Imperii collegam anno Chriſti 813. Ludovicum filium ſuum, *Pium* dictum, aſſumpſit, eodémque anno quinque in Francia ac Gallia Concilia congregavit, Moguntiæ ſcilicet, Remis, Turonis, Cabilone & Arelate. In Moguntino, inter cætera, arma Clericis fuêre interdicta. In Remenſi juſſi fuêre Epiſcopi *pauperes & indigentes ad menſam habere, ubi Lectio divina perſonet.* Idem conſtitutum fuit in Turonenſi. In Cabilonenſi canone tertio habetur mentio de præcepto Caroli Magni, quo voluit *omnes Epiſcopos Scholas erigere, in quibus bonæ literæ, atque inprimis Theologicæ docerentur.* Ad ſugillandum verò, curandúmque ſimul in ſacerdotibus avaritiæ morbum ſequens antidotum ſuggeſſit: *Oportet etiam*, inquit, *ut ſi quando Sacerdotes fruges vel quosdam reditus terræ congregant ac protelant, non ideò hoc faciant, ut cariùs vendant, & theſauros congregent, ſed ut pauperibus tempore neceſſitatis ſubveniant.* Hæc omnia exſcripſimus ex Baronio: qui etiam adducit aliud ſtatutum Caroli & Ludovici de libertate in eligendis Epiſcopis hîs verbîs: *Sacrorum Canonum non ignari, ut in Dei nomine ſancta Eccleſia ſuo liberiùs potiretur honore, aſſenſum Ordini Eccleſiaſtico præbuimus, ut ſcilicet per electionem Cleri & populi, ſecundùm ſtatuta Canonum de propria Diœceſi, remota perſonarum & munerum acceptatione, ob vitæ meritum, & ſapientiæ donum eligantur, ut exemplo & verbis ſibi ſubjectis usquequaque prodeſſe valeant.* Ita ibi Arnonem Archiepiſcopum Salisburgenſem interfuiſſe Concilio illi Moguntino, cum Adelzreittero Antonius Pagius ad hunc eundem annum benè ſcribit. Quòd etiam Hitto noſter eidem fuerit præſens, colligimus ex Præfatione illius Concilii, ubi dicitur, quatuor Archiepiſcopos, & inter hos Arnonem, *unà cum reliquis Coëpiſcopis*, fuiſſe Moguntiæ congregatos.

Varia Concilia ac ſaluberrima ſtatuta pro Epiſcopis.

Vid. Acta Concil. Editionis Harduinianæ col. 1008.

Sequenti anno, Chriſti 814. Carolus Magnus, veluti itidem ſupra jamjam inſinuare cœpimus, à terrena ad cœleſtem coronam migravit, vir de Eccleſia Dei & univerſo Imperio optimè, imò longè magìs, ac hîc explicari poſſit, meritus. Et cùm omnes Imperii ſui Archiepiſcopos & Epiſcopos ærarii ſui hæredes ſcripſerit, dubium non eſt, quin etiam Friſinga ejus liberalitatem experta ſit, maximè cùm non ignoraverit Carolus eam Eccleſiam in odium ſui multa fuiſſe à Taſſilone ultimis ejus annis perpeſſam.

Carolus Magnus ærarii ſui hæredes ſcribit Epiſcopos.

Anno Chriſti 816. S. Leo noſter PP. III. de quo in Attone multa retulimus, ad ſuperos abiit pridie Idus Junii, quo die etiam ejus feſtum juſſu Clementis XI. Papæ M. celebramus Benedictini. S. Leoni III. ſucceſſit Stephanus V. aliis IV^tus quem nonnulli iterum Ordini S. Ben. adſcribunt. Is non longo poſt ſui electionem tempore à furioſis popularibus ſuis ex Italia migrare compulſus venit in Galliam, ubi à Rege Ludovico in campis Remenſibus ter repetita genuflexione exceptus fuit, Remis verò eundem Ludovicum cum Irmengarda balſamô Regiô inunxit, coronas Imperiales regiis imponens capitibus. Vitæ tamen metam ipſe attigit ſtatim ſeptimo ſui Pontificatûs menſe, anno Chriſti 817. Hæc ferè R. P. Gregorius Kolb S. J. in ſua *Serie Romanorum Pontificum.*

Leoni III. ſufficitur Stephanus V. *al.* IV.

P. Greg. Kolb in Ser. Rom. Pont. p. 125.

Ludovicus coronatur.

Stephano Papæ defuncto altera ſtatim die unanimi electorum ſuffragio ſurrogatus eſt Paſchalis I. Romanus, antehac Ordinis S. Benedicti Abbas, uti Mabillonius, item mox laudatus P. Gregorius Kolb, & alii teſtantur. Hoc biennio, nempe anno Chriſti 816. & 817. Ludovicus Imperator ſummas curas,

Vid. etiam Ughell. in Italia Sacra Tom. 1. mihi col. 80.

Concilium Aquisgranenſe.

coactô Aquisgrani Conciliô adhibuit, ut diſciplina Eccleſiaſtica, ſicubi nutaret, reſtitueretur. Pagius rem breviter explicat Ademari verbis, qui ſic habet. *Juſſit* (Ludovicus) *fieri Regulam Canonicis, excerptam de diverſis Patrum ſcripturis, decrevitque eam obſervandam à Canonicis, ut ſicut Monachi reſpiciunt ad librum Regulæ ſancti Benedicti, ſic perlegant Canonici inter ſe librum Clericorum; quem librum Amalarius diaconus ab Imperatore juſſus collegit ex diverſis Doctorum ſententiis. Dedit ei Imperator copiam librorum de Palatio ſuo, ut ex ipſis ea, quæ viderentur congrua, excerperet. Et ita cum Decretis Epiſcoporum, qui ibi fuerunt, vita Clericorum roborata eſt.* Addit Pagius, Regulam Canonicorum deſumptam ac conflatam fuiſſe è Scriptis Sanctorum Hieronymi, Auguſtini, Gregorii, Iſidori. Quibus Patribus absque piaculo adjungi potuiſſet S. Benedictus, quippe è cujus Regula articulos quosdam (ac aliquando etiam verba ipſa) Regulæ Aquisgranenſi fuiſſe inſertos ii facilè deprehendent, qui S. Benedicti Regulam memoriæ commendârunt. Rurſus alia capita Aquisgranenſis Regulæ deprompta ſunt ex Concilio Nicæno, Ancyrano &c. Item ex Decretis Leonis Magni, & Gelaſii Romanorum Pontificum &c. Canonicis in eo Concilio bonorum proprietas non ſolùm permiſſa fuit, ſed eam etiam ſacrîs Canonibûs nunquam fuiſſe prohibitam aſſeritur. Eodem ferè tempore Monachi omnes ad Regulam S. Benedicti obſervandam, &, qui valuerint, etiam memoriter diſcendam, fuêre remiſſi; fuítque alter S. Benedictus, Anianæ Abbas, cum aliis probatiſſimis Monachis, à Ludovico & Conventu Aquisgranenſi conſtitutus, *qui per omnia Monaſteria Monachorum euntes, redeuntesque, uniformem traderent cunctis Monaſteriis, tam viris quàm Sanctimonialibus fœminis, vivendi ſecundùm Regulam Sancti Benedicti incommutabiliter morem.*

Conditur Regula Canonicorum.

cap. 115. col. 1131.

Qua rerum proprietas non excluditur.

cap. 2. col. 1229.

Arnonem Salisburgenſem Archiepiſcopum in eo Concilio non comparuiſſe, diſcimus ex literis Ludovici Imperatoris, ad eundem unà cum exemplaribus Regulæ Canonicorum miſſis. Eam Imperatoris Epiſtolam exhibet Aubertus Miræus *in Codice Donationum piarum:* ad quem Lectorem remittimus.

cap. 13.

Viciſſitudines inter Reges

Eodem anno 817. Ludovicus Imperator Lotharium noſtrum, Bojariæ hactenùs Principem, in conſortium Imperii admiſit: Bojis verò Ludovicum filium præfecit, utrâque Bojariâ cis- & trans Danubianâ ei commiſſâ, qui ſe etiam Regem ſcripſit.

& Pontifices.

Anno Chriſti 821. obiit Arno, primus Salisburgenſium Archiepiſcopus, ſuccedente Ammilonio Monaſterii S. Petri Abbate: qui, ut legimus in Salisburgenſi Hiſtoria, cùm ſacrum Regimen non ultra dimidium annum produxiſſet, ſucceſſorem habuit cum in Archiepiſcopatu, tum in Abbatia S. Petri Adalramum, Eccleſiæ Salisburgenſis Archidiaconum, qui primùm anno Chriſti 824. Pallium obtinuit: quo eodem anno Paſchalis I. Pont. Max. è vita migravit, ac Petri Sedem Eugenio II. reliquit.

Nos interea hoc eodem anno Sæculum primum Friſingenſis Eccleſiæ, tantîs fortunarum incrementîs ſub præſtantiſſimis Epiſcopis auctæ, claudimus, & reliqua Hittonis noſtri Acta in proximos ſecundi Sæculi annos differimus, auſpicaturi ſcilicet Librum ſecundum in viro tanto, in quanto primum, propitio Numine, abſolvimus.

HISTO-

Digitized by Google

HISTORIÆ FRISINGENSIS SÆCULUM SECUNDUM,

Ab anno Chriſti 824. usque ad annum 924.

Sive

LIBER SECUNDUS

De Epiſcopis, & Rebus Friſingenſibus ſecundi Sæculi.

CAPUT PRIMUM.

Acta Hittonis Epiſcopi reſidua ab anno 825. usque ad annum obitûs ſcil. 836.

§. I.

Hittonis Epiſcopi pietas erga pauperes: ejúsque & aliorum liberalitas erga familiam Cathedralis Eccleſiæ.

IN tribus Traditionum Friſingenſium Codicibus, nempe primo ſeu *Antiquo:* in quarto, ſive *Magno*, ac ſexto, ſeu *Rubro* reperitur donatio atque ordinatio quædam memorabilis, in commodum pauperum primùm, deinde ad Friſingenſis Cathedralis familiæ utilitatem ab Hittone Epiſcopo facta, quam in Parte noſtra altera per extenſum dabimus; nunc verò in gratiam Lectorum illorum, qui malunt legere ea, quæ ſtilo ſæculi noſtri ſcribuntur quàm quæ antiquam obſcuritatem redolent, noſtrîs, quantum opus eſſe videbitur, verbîs proferemus.

Conſideraverat ſapientiſſimus atque religioſiſſimus Hitto Antiſtes, vix aliud æquè in ſacris Evangelii paginis inculcari iis, quibus ſyncera ſuæ ſalutis, ac vitæ æternæ cura cordi eſſet, quàm ut Chriſtum in ſuis pauperibus ſibi miſericordem judicem conciliarent. Occurrebat etiam Divinæ bonitatis ac pietatis magnitudo, quæ, quidquid pauperibus erogaretur, veluti ſibi exhibitum clementiſſimè agnoſceret, ac retributione æterna coronaret. Et cùm cuivis Chriſtiano homini maximè vigilandum eſſe intelligeret, ne maximum atque unicum

cum ſalutis ſuæ negotium protelaret, idcircò tempore utendum ratus, in uſus pauperum, in quibus Chriſtus cibari, potari, veſtiri atque aliis quibusvis modis amari vellet, ſequentia conſtituit, antequam anno Chriſti 825. (hujus ſæculi Friſingenſis primo) iter Aquisgranenſe ingrederetur.

Hitto comparat aliqua prædia. Comparaverat Hitto ab Adalmanno, neſcio cujus Monaſterii Abbate, complura ad Azzilingam, Anzingam, & Holz, atque alia in illa Præfectura Schwabenſis vicinia ſita bona, non ut ea profanis uſibus, aut, ut ipſemet loquitur, potentibus impenderet, ſed ut eleemoſynis in pauperes diſpenſari ſolitis auctarium adjiceret. Horum igitur bonorum fructus, dum ipſe proviveret, ſibi ipſi Hitto reſervavit, in uſus pauperum diſtribuendos, ea lege ſibi ipſi impoſita, ne quid cuiquam de iis ſive prædiis, ſive agris aliis venderet, ſed potiùs fructus ſedula eorum cura augeret. Quorum fructus aſſignat pauperibus. Cæterùm ut Hitto etiam poſt mortem in pauperes munificus maneret, conſtituit, ut poſt obitum ſuum nepos ipſius, Erchanbertus nomine, bona illa providè adminiſtraret, fructúsque in pauperum uſus converteret, ita tamen, ut ex ipſis fructibus certam aliquam frumenti portionem Domui, nempe Cathedrali Eccleſiæ S. Mariæ Friſingæ in cenſum annuum ad Miſſam S. Martini, ab eleemoſyna pauperi, ſed ignoto Chriſto exhibita clariſſimi, penderet, idque tamdiu, donec etiam ipſe nepos Erchanpertus ex hac vita excederet. Porrò ſecuta poſthac etiam Erchanperti morte ea bona omnia, nempe mancipia, terræ cultæ & incultæ, paſcua, prata, ſylvæ, aquæ, pecora, pecuniæ, horti, ædificia & reliqua ſupellex Epiſcopo ſucceſſori, ac Domui S. Mariæ fuêre adjecta, adempta tamen eidem ſucceſſori poteſtate bona illa diſtrahendi, aut in feudum cuicunque Laicorum concedendi, ita ut fructus illi ab Epiſcopo perpetuò adhiberentur neceſſitatibus Monachorum Friſingenſium, qui pro anima Hittonis Deum exorare ſtuderent; atque ita illius *memoria* diu *in Domo S. Mariæ, & Sancti Benedicti Confeſſoris* conſervaretur. Ac poſtea Cathedrali Eccleſiæ. Id conſtitutum fuit in ipſa Cathedrali Baſilica coràm multis teſtibûs pridie Kal. Maji, anno Chriſti, ut diximus, 825. Donationis hujus inſtrumentum conſcripſit Cozrohus noſter ſæpè hactenùs laudatus, atque infra etiam diſtinctiùs laudandus. Num. 480. Exprimi juſſit in eodem Inſtrumento Hitto, eam donationem contigiſſe ipſa die, qua iter Aquisgranum ipſe inierit. Aquisgranum iter inſtituit. Sanè quid Hittonem permoverit, ut ultimo die Menſis Aprilis Aquisgranum iter inſtitueret, nobis hactenùs non conſtat: neque exiſtimare poſſumus, Hittonem noſtrum multo tempore Aquisgrani fuiſſe commoratum: multò minùs nobis perſuademus, eum interfuiſſe tumultuario Conventui Pariſienſi, eodem anno Kal. Nov. coacto, ubi Epiſcopi quidam de cultu imaginum malè ſentiebant. Is enim Conventus potiùs ad vicinos Galliæ, quàm ad remotos Germaniæ Epiſcopos videtur pertinuiſſe.

Num. 481. Donatio Wagonis. Cæterùm ea ipſa die, qua Hitto pauperes primùm, ac poſtea Monachos Friſingenſis Familiæ bonorum recenſitorum hæredes nominavit, etiam Wago Capellanus univerſam ſuam hæreditatem conſignavit iisdem Monachis, qui, ut Wago ipſe bis in Inſtrumento teſtatur, *Regulam S. Benedicti in Domo*, ſeu Cathedrali Eccleſia profitebantur. *ibid.* Inſuper eâdem ejuſdem diei horâ Rihhartus quidam Presbyter aliam eidem ſacræ familiæ Friſingenſi donationem in Heimolfingen, & Helphindorff fecit. Adeò ſedula pauperum cura, atque ardens divini cultus Zelus apud Majores noſtros vigebant.

§. II.

Digitized by Google

§. II.

Reliquæ dotationes Eccleſiæ Friſingenſis usque ad Hittonis obitum.

EOdem, quo diximus anno, Chriſti 825. Friſingenſi Eccleſiæ ad Divini cultûs augmentum ex ſancta fidelium pietate acceſſêre varia prædia & mancipia in *Perg & Pohe*, *Feochte*, *Pultinhuſun*, *& Pinuzdorf*, *Wivvare*, *Purcrein*, *Lauppach*, *Poach & Wininga*, *Pezinbach*, *Clana & Moching*. 482. 483. 484. 485. 486. 487. 488. 489. 490. 491. Ubi obſervo, in donatione de *Pultinhuſun*, ſeu Putehauſen, Mainburgenſis territorii pago, hanc noſtram Bojariam vocari *Noricanam provinciam*, quod tamen vocabulum in paucis ejus ævi literis occurrit: quamquam poſtea alibi etiamnum ſæculô undecimô legatur. Illud quoque apud eruditos obſervatione non indignum cenſebitur, quòd in eodem Inſtrumento Waltprantus, & uxor ejus Ata dicantur hæreditatem ſuam in *Putinhuſun* & aliis locis tradidiſſe cum ceſpite: quod utique ſignum erat dominii fundi in Eccleſiam B. Mariæ Virginis tranſlati. (Ritus tradendi dominium fundi per ceſpitem.) Simile quidpiam occurrit in donatione de *Hrodolfeshuſun* ſeu Ruedelzhauſen Moſpurgenſis Præfecturæ, facta eidem Cathedrali Eccleſiæ, ubi Heriolt Presbyter *adſumpſit parentes & propinquos proprios. Tulit Ceſpites de his duobus locis virides: ſimiliter fructecta virida ad plantanda in clauſtra Virginis Mariæ, & veniens ad Domnum Hittonem Epiſcopum die Adſumptionis Sanctæ Mariæ, ibique coram cuncto Clero atque populo ad hanc ſolemnitatem congregato, acceſſit ad Altare S. Mariæ, & deſuper poſuit ceſpites & fructecta ad memoria ſempiterna; quas tulerunt Oadalpald Presbyter, & Otolf Monachus, & plantaverunt eas in clauſtra, ut diximus, beatiſſimæ Virginis Mariæ.* (Num. 481.) Ubi meritò iterum monemus Lectorem, ſolùm equidem Otolfum in hoc Inſtrumento vocari Monachum, non tamen etiam Oadpaldum, cui ſolus Presbyteri titulus adjectus eſt; & tamen etiam Oadpaldum fuiſſe Monachum certiſſimum habemus ex multis aliis Donationum Inſtrumentis, quale eſt, quod referimus in Parte altera N. 323. 324. & alibi veluti inſpicientibus patebit. Sed hæc incidenter dicta ſunto.

A prædictis donationum ritibus non multùm abludit donatio hoc eodem anno 825. facta Eccleſiæ Beatæ Mariæ Virginis in Zolling à quodam dicto Wolfhario, qui bona quædam ſua hæreditaria ad Haag eidem Eccleſiæ tradidit, & quidem, ut in literis habetur, *abſciſo propriæ arboris ramo, & inmanus* Wagonis (ab Hittone Epiſcopo delegati) *tradito*. 492. (Per ramum arboris.)

Cæterùm in Donatione quadam Wicvari rurſus occurrit mentio Iſanenſis Monaſterii, & ea, quam ſæpiùs jam inſinuavimus, noſtra de Monaſterio Iſanæ erecto aſſertio egregiè comprobatur. 487.

Sequenti anno, Chriſti 826. res familiaris Eccleſiæ Friſingenſis ex nova fidelium liberalitate aucta eſt bonis quibusdam in *Iſmaninga*, *ad Ribbareshuſun*, *in Schvveinbach*, *ad Jehdorf*, *Chamaron & Pethinhuſun*, *in Mochinga*, *ad Neritinga*, *& rurſus Mochinga*, *& Tellinhuſun*. 493. 494. 495. 496. 497. 498. 499. 500. 501. In quibus donationibus rurſus meritò animadvertenda reperiuntur ſequentia. Primò occurrunt ſeptem omninò inſtrumenta, in quibus diſertè habetur, Ludovicum Regem, Imperatoris Ludovici Pii filium hoc anno, Chriſti 826. veniſſe in Bojariam. Unde neceſſariò conſequitur falli eos, qui alium annum adventui Ludovici Bavariæ Regis aſſignant. In donatione de Schweinbach iterum Friſingæ occurrit *Sanctimonialis fæmina nomine Engilsnot*. (Moniales Friſingæ.) Ex quo rurſus apparet, eo tempore etiam Monialium quoddam contubernium Friſingæ exſtitiſſe. Et quoniam in ea ipſa donatione fit mentio Erchanberti Presbyteri, prædictæ Monialis Nepotis, qui præter bona ſua etiam *ſeipſum dedit in manus Hittonis Epiſco-*

Digitized by Google

Epiſcopi, idcircò ſuô locô inquirendum erit, an non fortaſſis hic ipſe Frchanbertus poſthac fuerit Hittonis in Epiſcopali Sede ſucceſſor?

Lizzum quid?

In donatione Mochingana Curnperhtus tradidit unum *Lizzum*, id eſt, partem aliquam prati, quæ ei ex ſortitione obvenerat. Noſtri hodie Lüß / & cultiùs Loß vocant. Ubi ulteriùs curioſis jucundum erit legere, quòd ipſa ſtatim donationis die Hitto Epiſcopus fœniſecas ibi adhibuerit, atque fœnum colligi juſſerit.

Poſt Eugen. II. ſedet Valentinus PP.

Anno Chriſti 827. quo Eugenio II. Romano Pontifici ſucceſſit Valentinus Romanus, Judice P. Gregorio Kolb Divi Benedicti quondam Alumnus religioſiſſimus, Friſingenſis Eccleſia iterum ex piorum largitionibus accepit bona quæ-
N. 502. 503. dam ad *Poatilinbach*, *Albmuntingen*, ad *Iſanperchtendorf*, in *Heriperhteshu-*
504. 505. 506.
507. 508. 509. *ſun*, ad *Percheim*, ad *Domeginbach*, in *Paſinbach*, ad *Perchoſe*, ad *Adal-*
510. 511. *hareshuſun*, & in *Pinuzolſingandorf*.

Ex duobus ſupra recenſitarum donationum Inſtrumentis habemus, hoc anno ab Hittone Epiſcopo Synodum fuiſſe celebratam in Ehing, hujus Diœceſeos Parœcia. Cæterùm notabilis admodùm eſt donatio de *Adalhareshuſun*, hodie Alershauſen, quæ erat multiplex, pluribûs viris nobilibûs quædam ſua bona Eccleſiæ Friſingenſi ibi addicentibus: illúdque obſervari meretur, quòd Rubonem Archipresbyterum ab Hittone Epiſcopo ad capeſſendam

Alius modus tradendi dominium.

poſſeſſionem miſſùm, Pilgrimus, ex donationibus præcipuus, *per funiculum ſigni Eccleſiæ legitimè veſtivit*, uti literæ loquuntur. Ex illo ipſo donationis Inſtrumento intelligimus, hoc anno Hittonem Epiſcopum noſtrum, & Baturicum Epiſcopum Ratisbonenſem Friſingæ conveniſſe, ac ibidem *pro ædificatione multorum divina eloquia meditatos fuiſſe*, id eſt (ut interpretamur) de cura animarum paſtorali rectè gerenda, ſeria conſilia agitâſſe.

Valentino ſuccedit Gregorius IV. PP. *Vid. Ughellus in Italia Sacra.*

Eodem adhuc anno Valentino ſummo Pontifici poſt non adeò multos ſacri Regiminis dies ſucceſſiſſe Gregorium, eo nomine Quartum, rurſus è Divi Benedicti familia aſſumptum, ſcribit poſt alios ſæpe laudatus Pater Gregorius Kolb in *ſua Serie Romanorum Pontificum*.

Lud. Imperator 4. conventus Epiſcoporum convocat.

Proximo anno, Chriſti 828. cùm Gallia magnîs calamitatibûs affligeretur, ad placandam Numinis iram convocati fuêre à Ludovico Imperatore quatuor conventus Archiepiſcoporum atque Epiſcoporum ad extirpanda, quæ malorum cauſæ erant, vitia. Itaque poſtero anno Moguntiæ, Pariſiis, Lugduni atque Toloſæ convenêre ſacrorum Galliæ atque Franciæ Antiſtites. In nullo horum reperiri Saliſburgenſem Archiepiſcopum, Antonius Pagius in Critica ſua memorat: fortè quòd mala illa ad Galliam potiſſimùm pertinerent: aut quia Saliſburgenſis Archiepiſcopus longiùs diſtabat. Atque ea ipſa de cauſa etiam Hittonem noſtrum non comparuiſſe, certum eſſe videtur. Illum eo tempore domi ſtrenuè curâſſe cauſas Eccleſiæ ſuæ, modò ulteriùs oſtendemus.

Donabantur hoc anno, & partim confirmabantur Friſingenſi Eccleſiæ bo-
512. 513. 514. na ad *Ribhareshuſir*, in *Cheamperc*, ad *Hohinrein* & *Wihſe*, in *Poach*, pro-
515. 516. 517. pe *Ambram*, in *Scheffttilare*, & *Marzilinga*, ad *Domagindorf*, ad *Heriperch-*
518. 519. 520. *teshuſun*, de *Hiruzbach*, ad *Maxminreine* & *Hegelingas*, in *Hegilinhuſun*,
521. 522. 523.
524. 525. 526. in *Reod*, ad *Domegindorf*, ad *Pheterach*, ad *Marzilinga*, *Sentilinga*, ad *Te-*
527. 528. 529.
530. 531. *garnvvac*, *Crazzun*, *Alling*, & *Klana*; in quibus tamen donationibus nil ſingulare occurrit, niſi quòd hoc ipſo anno in pluribus Inſtrumentis fiat mentio Ludovici Regis cum Conjuge in Bojariam reditu. Sanè è qua provincia redierit Ludovicus, diſcutere, non eſt hujus loci.

532. Donatio facta Monaſterio Inticenſi.

Eodem anno Monaſterium Sancti Candidi Martyris Inticenſe, ſive in Innching inſigniter dotatum fuit à Quartino quodam, qui eidem Eccleſiæ in pluribus locis hodierni Comitatûs Tyrolenſis varia bona adjecit, puta in *Wippitina in Caſtello, & in aliis villulis ibidem adjacentibus ad Stilves, Torrentes, Valonas, Zedes, Telves, Teines, Tulvares: ad Bauzana, in vico Suczano*

cum

Digitized by Google

cum vineis & ſilvis, cum pratis & agris, & ad Taurane ſuum proprium, ſeu ad Stavanes coloniam unam. Acceptavit hanc donationem coram multis teſtibus Hitto Epiſcopus noſter, qui in Inſtrumento vocatur *Matricularius ſanctæ Sedis Friſingenſis, & Rector Monaſterii ſancti Candidi Martyris Chriſti.* Ubi advertimus, Hittoni titulum Matricularii (cujus vocabuli varia eſt ſignificatio, uti apud Hofmannum in Lexico univerſali videri poteſt) in nullo alio ſignificatu commodiùs tribui, quàm quòd vel aliorum vitæ moribúſque invigilaret, vel etiam pauperum, in *Matricula* Friſingenſi deſcriptorum curam ipſemet ſibi reſervâſſet. Dum verò inſuper appellatur Rector Monaſterii S. Candidi, evidens eſt, Monaſterium Inticenſe eo adhuc tempore Epiſcopatui Friſingenſi fuiſſe ſubjectum, quod idem ex acceptatione præſentis donationis manet manifeſtum. Cæterùm Hitto Epiſcopus ut Quartino illi, ac Matri ejus Clauzæ vicem rependeret, proventus quoſdam ex vico *Duplago* (quo nomine utique intelligitur hodiernum Doblach, vicinum Inticæ) ad utriusque vitæ dies aſſignavit. Quartinus poſtea cum Matre ſua eandem donationem bis confirmavit tum legitimè inſtituendo Ellanbertum Hittonis Epiſcopi advocatum: tum etiam poſt obitum Matris, renovando eandem donationem coram Arpeone ſeu Aribone Epiſcopo abſque dubio Sabionenſi, ſeu, ut hodie vocamus, Brixinenſi, nam eo tempore nullibi alium reperimus Epiſcopum Aribonem, niſi in Catalogo Epiſcoporum Brixinenſium apud Hundium: ubi tamen additur, Brixinæ præter nudum nomen de hoc Epiſcopo ſupereſſe nihil. Et certè vicinior Inticenſibus Epiſcopus non erat, quàm Sabionenſis ille, uti nôrunt, qui locorum illorum notitiam habent. Intica ipſa hoc tempore Brixinenſis Epiſcopi ſacræ Juriſdictioni ſubeſt.

Hoc eodem anno Mejo quidam Presbyter ſervum quendam, atque ancil- 533.
lam (proprios homines appellant) unà cum quibusdam aliis bonis ad *Perc* 10. Alia Scheffclarienſis.
Kal. Auguſti coram Hittone Epiſcopo noſtro aliiſque teſtibus donavit Monaſterio S. Dionyſii in Schefftlarn: cui jam antehac nempe 8. Kal. Febr. ejusdem anni Ihho Presbyter coram eodem Epiſcopo Hittone inſignem donationem fece- 534.
rat in Puoch.

Cæterùm Hitto eodem anno bona propriæ Eccleſiæ ſuæ tum Friſingæ, tum 535.
etiam in Laupach ſtrenue defendit, uti inſtrumenta produnt, ubi poſterius 536.
de Laupach (hodie, ut videtur, Lapach, Dachavienſis, aut Haagenſis Territorii) iterum occurrit ſanctimonialis quædam fœmina nomine Ellanpurc, quæ bona illa Eccleſiæ Friſingenſi Beatæ Virginis antehac donaverat. Unde rurſus novum argumentum habemus, olim Friſingæ etiam ſacrum Parthenonem extitiſſe.

Annis proximè ſequentibus eidem Eccleſiæ Friſingenſi tum adjecta, tum
confirmata fuêre varia bona *in Ainhofen*, *Cundinethofen, & Cundachares-* 537. 538. 539.
dorf: item in *Otolfeſpere*, *Winihariſtetti*, *Marzilinga*, *Niuuara*, *Zornkel-* 540. 541. 542. 543. 544. 545.
tinga, ad *Elingas*, in *Kermunteshuſir*, *Guginhuſir*, *Kyſinhuſun*, in *Perc*, in 546. 547. 548.
Malihhindorf, *Pheterach*, in *Tanſteten*, ad *Holze*, ad *Calcunpergun*, *Kyſal-* 549. 550. 551. 552. 553. 554.
pach, *Peraloch*, *Wilpach*, ad *Pullinhuſun*, *Riute*, *Hrameſpach*, *Puppinin-* 555. 556. 557.
gas, ad *Alpihun*, de *Filuſa*, ad *Glana*, & *Mammindorf.* Quarum omnium 558. 559. 560. 561. 562. 563.
donationum Inſtrumenta & annos Cozrohus noſter in ſuo illo antiquiſſimo Traditionum Codice exactè conſcripſit.

Incertorum verò annorum Donationes numerantur ſequentes, nempe ad
Humplun, *Tullininga*, *Priſinga*, *Chammaron*, *Eodumgesdorf*, *Ollinga*, *Stein-* 564. 565. 566.
hard, *Pergun Cozhiltashuſun*, *Fogelvelda*, *Anthareshuſir*, *de Clana*, iterum 567. 568. 569. 570. 571. 572.
Clana, *ad Semitum*, *Incinmoſe*, *Pheterach*, *Hiruzbach*, *Arfrideshuſun*, *Sle-* 573. 574. 575.
kilesbach: iterum *Slekilesbach*, *Paſinbach &c.* Sanè quæ in his donationibus 576. 577. 578. 579. 580. 581.
annotari merentur, ad paucula capita redigimus. 582. 583. 584. uſque 587.

Digitized by Google

*DUm divina Providentia Domino ſavente Hitto Epiſcopus Domini diſpenſatione in Cathedram Epiſcopalem Friſingenſi ſedis honorificè provectus eſſe conprobatur, omnia inſtrumenta divinarum ſcributurarum novi & veteris teſtamenti in melius reparari non deſiſtit, & quicquid defuiſſe ſacrorum voluminum repperit, ſudanti labore floſculos de pratis amplis decerpens, quaſi avidè fontem vitæ æternæ ſitiens, doctrinæ fluenta omni conamine adgregari ſtuduit, ut omnes Chriſtiani populi ad ſe pertinentes, quos exemplo ſanctitatis vitæ ſuæ inſpectionis lautiſſimis reſocilaret dapibus, quaſi de rivolo fontis ſacrarum ſcributurarum dulcia mella fluens doctrinæ lucidiſſimis ac ſaluberrimis ſatiaret potibus, pariterque cantelenis & omnium divinarum documentorum officiis ſuæ vigore diſciplinæ ipſam Domum ſanctæ Mariæ, cui praeſſe dinoſcitur, quaſi mirifici odoris ſuavitate adimplevit, miræque pulchritudinis opere pretioſarum metallorum, & aliorum ædificiorum, ædificationum decoratibus in omnibus honorificè adornavit, tandem enim divina inſpiratione tam almivolo animo inhæſit, ut in perpetuum permaneret eorum memoria qui hanc domum ſuis rebus ditaverunt & hæreditaverunt *. ſeu quicquid pro remedio animarum ſuarum ad ipſam domum tradiderunt, & condonaverunt, maximè quia repperit ſcriptura * teſtimoniorum & confirmationum, quæ jam olim fidelium devotione firmiter fuerunt peractæ, alia oblivioni tradita, alia invidorum inſidiis direpta, ſeu etiam per eductionem perdita, nec non per incuriam cuſtodum abjecta, & ob hoc maximum errorem & laborem oriri videbat; & ſicut caſus ſunt humanæ fragilitatis, quia multis modis Eccleſia Chriſti inpugnatur, non ſolùm ab alienigenis, ſed etiam a falſis fratribus; Multi ſunt enim, qui hoc abſtrahere nituntur, quod certa promulgatione jure poteſtatis ad hoc pertinere nôrunt, quod ipſe ſemper animo volvebat, ſeu multis laboribus verum eſſe conprobavit; Idcircò * diverſos labores evitandos & falſidicorum ora recludenda quicquid ſingulis cartulis exaratum certiſque teſtimoniis confirmatum invenit, uno volumine rationabiliter includere ſtuduit tam anteceſſorum Patrum temporibus, quàm etiam ſui famoſi Regiminis, ut eo faciliùs ſe legentium optutibus panderent, quo etiam rationabilius ordinantur. Hoc tamen opus non vile ſed laudabile cui commiſiſſet, inquiſivit, invenitque tamen ſuum viliſſimum ſervulum, ſed tamen ſui fideliſſimum Nomine Cozroh, quem tamen ipſe ſuis ſacris diſciplinis edocuit, & ad presbiterii dignitatem provexit, imponensque ei pondus tanti laboris ſollicitè ac omni circumſpectione hoc opus peragere eo modo firmiter præcipiens nihil minui vel adici, niſi ſcribtoris vitio aliquid depravatum repperiſſet, ipſeque ſuæ inperitiæ conſcius quaſi timidè renitens, ſed mallens tam almis obedire præceptis quàm tantæ pondus refugere ſollicitudinis, domino adjuvante hoc opus exorſus eſt.*

* Intellige, *hæredem inſtituerunt.*

* Leg. *ſcripturas.*

* Supple. *ad.*

Hæc Cozrohus; è quibus eruditi omnes facilè intelligent, Hittonem noſtrum conſervandorum Eccleſiæ ſuæ documentorum, aliorúmque ſacrorum Codicum tum conquirendorum tum corrigendorum fuiſſe ſtudioſiſſimum: id quod ſingulariter teſtatur *Chronica quinta Friſingenſis*, ubi Hitto dicitur collegiſſe multos Sacros Codices, & ornâſſe Bibliothecam: quam ſcilicet Scriptor illius Chronici intelligit ſub Germanico ſui temporis vocabulo Die Liberey; quæ vox à verbo *liber* ducta, noſtra ætate apud rudiores longè alium ſenſum parit.

Hitto fundat Collegium Sacerdotum in Monte S. Stephani.

Ad Hittonis Laudes præcipuè pertinet illud, quod nonnemo Monachorum Weihenſtephanenſium, ſæculi ſive undecimi, ſive ad ſummum duodecimi Scriptor, ad IV. Idus Decembris Martyrologio venerabilis Bedæ adjecit his verbis. *Hitto Friſingenſis Epiſcopus, qui in iſto loco* (nempe monte Weihenſtephanenſi) *primus initiavit Dei ſervitium cum uno Præpoſito & ſex præbendariis: qui & S. Alexandrum, & S. Juſtinum de Roma huc attulit.* Lego in alio Weihenſtephanenſi Codice, eam collegii illius fundationem contigiſſe anno Chriſti 830. ſic enim habent vetuſti verſus:

Cen-

Centum ſunt octies triginta ſcilicet anni,
Chriſti Verbigenæ regnantis in omnia ſæcla,
Supplex Hittonis devotio Præſulis olim
Friſingæ, fundat ſtatuens hic Præpoſituram.

Translationem verò corporum ſanctorum Alexandri Papæ & Martyris, & S. Juſtini Presbyteri referri videmus ad annum Chriſti 834. quo Hittonem Romam veniſſe, & à Gregorio IV. PP. benignè exceptum, ac ſacris illis, aliíſque reliquiis in Feſto Pentecoſtes donatum fuiſſe ſcribunt.

Sacræ illæ Divorum Alexandri & Juſtini Exuviæ deinceps fuêre translatæ in Eccleſiam Cathedralem, ipsíque ſancti inter Patronos hujus Diœceſis præcipuos hodiéque locum habent, atque annuo uterque officio etiamnum colitur. Incertum tamen eſt, ſub quo Epiſcopo ea poſterior translatio acciderit. Weihenſtephanenſes noſtros S. Alexandri brachium religioſè olim aſſervâſſe alicubi legimus: quidquid Bartholomæus Piazza, ad diem 3. Maji & 17. Septembris aliter de horum ſanctorum reliquiis ſentiat. *Emerologio Sagro di Roma Criſt. è Gentile.*

Hittonem Epiſcopum obiiſſe 4. Id. Decembris, anno Chriſti 836. quidam domeſtici Epiſcoporum Catalogi volunt, verùm quia donatio ſub Hittone ultima ponitur Idibus Aprilis anni 835. prima verò donatio ſub Erchanberto Succeſſore Epiſcopo pridiè Kal. Auguſti ejusdem anni, admitti ſanè non poteſt, Hittonem 4. Idus Decembris in cœlum migrâſſe, multò minùs ſuſtineri poteſt, Hittonem primùm è vivis exceſſiſſe anno Chriſti 836. quod ſupradicti Catalogi aſſeverant. Gamanſius ex vetuſtiſſimo Kalendario Miſſalis Friſingenſis notavit, Hittonem fatis conceſſiſſe 3. Idus Decembris. Sanè Hitto in crypta Cathedralis Eccleſiæ tumulum accepit, ubi etiamnum ejus oſſa requieſcunt. Lapidi ſepulchrali inſculpta viſitur Crux: quo utique piiſſimus Pontifex ſignificari voluit, ſe cum Paulo Apoſtolo *gloriari in cruce Domini noſtri Jeſu Chriſti, per quem eſt ſalus, vita & reſurrectio noſtra;* verùm quid ad hæc Lutheri aſſeclæ? Præcipuam ſanctitatis laudem habuiſſe Hittonem tum ex geſtis illius, tum ex eo colligitur, quod ejus nomen à Weihenſtephanenſibus Martyrologio venerabilis Bedæ inſertum fuerit manu, ut videtur, ſæculi undecimi: id quod non aliis niſi ſancta morte defunctis fieri olim conſuevit, uti eruditi nôrunt. *Annus obitûs Hittonis.* *Fama Sanctitatis.*

Morte Hittonis ad annum Chriſti 835. alligata intelligimus, eum ad ſuperos evolâſſe anno ab adita Epiſcopali dignitate 24. Gregorio IV. ſummo Pontifice, Romanorum Imperatore Ludovico Pio, Bojariæ Rege Ludovico, poſthac Germanico dicto: Adalramo Salisburgenſi Archiepiſcopo & S. Petri Abbate; Reginhario Patavienſem, Barthurico Ratisbonenſem, Wiſundo, ut videtur, Sabionenſem Eccleſiam moderantibûs.

Hittonis Epiſcopi nomen Friſingenſibus in æterna benedictione eſſe debet, quippe cum nullum alium Epiſcopum Friſingenſem reperiamus, qui ſummo Divini honoris, atque ſalutis animarum zelo, nec non aliis Religioſiſſimæ vitæ exemplis fidelium mentes ad tot donationes Eccleſiæ ſuæ exhibendas permoverit, quibus etiamnum ſeri poſteri gaudent, à quibus verè promeritus eſt Hitto, quod olim optavit iis verbis, *ut memoria*, inquit, *mea multis temporibus in Domo ſanctæ Mariæ & S. Benedicti Confeſſoris permaneat.* Manet etiam memoria Hittonis Epiſcopi apud noſtros Salisburgenſes S. Petri Aſcetas, quippe quorum Majores ejus adhuc viventis nomen manu coæva libro ſocietatum ſuarum inſeruêre, ubi etiamnum legitur. *Pag. 6.*

Lego in quodam vetuſto Codice, qui in inclyto Monaſterio Andecenſi aſſervatur, ab Hittone Epiſcopo Friſingenſi non ſolùm corpora SS. Alexandri & Juſtini, verùm etiam S. Nonnoſi Confeſſoris fuiſſe Friſingam allata. Id, ut credibile eſſe dicamus, tantò faciliùs movemur, quanto certiùs nobis conſtat, hujus ſancti Feſtum jam fuiſſe annotatum in Friſingenſi Liturgia, ante annum *In Fundatione Monaſterii Weihenſtefan.*

Chriſti milleſimum ſcripta & quidem *majuſculis rubricatis* literis, ut Gamanſius advertit. Certè tria illa ſacra corpora in reſtauratione Cathedralis Eccleſiæ, ab Alberto I. Epiſcopo facta, ſimul fuiſſe inventa, alibi dicemus.

In Alb. Alb. I. §. 3.

CAPUT II.

De Venerabili Erchanberto, *Septimo Epiſcopo Friſingenſi, & Abbate Campidonenſi.*

§. I.

Erchanberti Natales, atque Electio.

Plures Erchanberti hujus ætatis in monumentis Friſingenſibus.

VArios Erchanbertos, ſeu Erchambertos deprehendimus ſub Epiſcopis Friſingenſibus hactenùs laudatis, unum ſub Joſepho Presbyterum: alterum ſub Attone Diaconum: tertium ſub Hittone Clericum, nepotem Engilsnotæ ſanctimonialis, qui anno Chriſti 826. præter bona ſua etiam ſeipſum dedit in manus Hittonis Epiſcopi, uti ſub eodem Hittone retulimus. His accedit alius (ut videtur) ſub Hittone Erchanpertus à tribus illis ideò fortaſſis diſtinguendus, quòd nec Presbyteri, nec Diaconi, nec Clerici titulus ei adjiciatur, ſed memoretur duntaxat, eum Hittonis Epiſcopi nepotem fuiſſe. Hic eſt ille Erchambertus cui ipſe Hitto certorum proventuum in pauperes erogandorum curam Anno Chriſti 825. ad vitæ dies commendavit, ut ſupra vidimus.

Lib. 2. c. 1. §. 2.

Quis ex iis factus Epiſcopus?

Ex Erchambertis hactenùs relatis, unum Hittoni in Friſingenſi Cathedra ſurrogatum fuiſſe certum nobis videtur, cùm, ut ſuo loco demonſtrabimus, omnes Friſingenſes Epiſcopi usque ad Waldonem liberè electi fuerint, & quidem ſaltem plerique è gremio, ut aliàs diximus. Neque fortaſſis ulla erat ratio, cur poſt Hittonis obitum aliunde advocaretur Epiſcopus, cùm credi non poſſit, è tanto Virorum ab Hittone exquiſitiſſimis diſciplinis inſtitutorum numero neminem dignum fuiſſe, qui Magiſtro in Cathedra ſuccederet. Neque obeſt, quod apud Clar. P. Bernardum Pezium in Augienſium noſtrorum ad Epiſcopales Cathedras promotorum Catalogo laudetur Erchambertus, qui Anno Chriſti 836. (ut ibi quidem dicitur) factus ſit Epiſcopus Friſingenſis. Nam ex his non probatur, Erchanbertum noſtrum fuiſſe profeſſione Augienſem, ſed ſolùm evincitur, eum cum Augienſibus habuiſſe familiaritatem, ac quandam ſacram Societatem, qualis nempe ea erat, quam in Dingolfingana Synodo inter Epiſcopos & Abbates, eorúmque collegia inſtitutam fuiſſe ſub Aribone narravimus. Supereſt, ut diſquiramus quisnam è quatuor illis Erchambertis poſt Hittonis obitum Friſingenſem Lituum obtinuerit?

Anecd. T. 1. part. 3. col. 758.

Erchambertus Presbyter, quem primò locò ſub Joſepho Epiſcopo commemoravimus, Succeſſor Hittonis fieri non potuit, cùm id dicere prolixi temporis intercapedo prohibeat; Idem dicendum videtur de altero Erchamberto Diacono, qui ſub Attone vixit. Certè is non erat idem cum Erchamberto tertio, qui poſtea ſub Hittone floruit. Erchambertus enim, qui ſub Attone laudatur, jam erat Diaconus: ille verò, Engilsnotæ frater, qui ſub Attonis Succeſſore Hittone Friſingenſibus ſe adjunxit, nonniſi Clerici nomen tulit. Quod idem majori etiam jure de Erchamberto Hittonis Epiſcopi Nepote fortè dici debet, quippe cui nullus omninò Eccleſiaſtici Ordinis titulus adjicitur, nec, an familiæ Friſingenſis membrum fuerit, perhibetur.

Ex-

Digitized by Google

Excluſis itaque duobus prioribus Erchambertis examinandum reſtat, uter ex cæteris duobus, qui Hittonis Epiſcopi tempore Friſingæ vixère, Epiſcopalem Mytram adeptus ſit, nempe num Engilsnotæ nepos, an verò nepos Hittonis?

Quidam domeſtici Friſingenſium Epiſcoporum Catalogi ſuffragium ſuum tribuunt Erchamberto Hittonis nepoti. Verùm quò minùs Catalogis illis deferamus, facit inſtrumentum, quod exhibetur in libro traditionum ſecundo, ſive Codice commutationum Friſingenſium, ubi ſub Erchamberto agitur de quibusdam Hittonis conſanguineis, nempe Cotesdiu ejus Sorore, de ejus filia Heilrad, & hujus filio Hittone, qui tamen nullibi vocantur etiam conſanguinei ipſius Erchamberti, quales utique dicendi fuiſſent, ſi etiam Erchambertus Epiſcopus Hittonis Epiſcopi conſanguineus ac nepos fuiſſet, maximè, quia inſtrumentum illius donationis ſcriptum fuit non ſub Hittone, ſed anno Chriſti 845. ſub Erchamberto Epiſcopo, adeò, ut major fuiſſet ratio exprimendi aliquam ſanguinis neceſſitudinem cum Erchamberto, quàm cum Hittone. Exiſtimamus itaque Hittoni Epiſcopo ſucceſſiſſe potiùs Erchambertum Engilsnotæ monialis nepotem, quem tertio loco laudavimus. Verùm de his in tanta rerum obſcuritate ſatis.

[Margin: Fol. 133. Part. Alt. N. 701.] *[Margin: Opinio noſtra.]*

Legimus Erchambertum electum Epiſcopum non ſolùm ab Augienſibus in ſuam ſocietatem fuiſſe adſcriptum, ut ſupra monuimus, verùm à Campidonenſibus noſtris deinceps anno Chriſti 840. in Abbatem fuiſſe electum. Certè in tabulario Campidonenſi reperitur Præceptum Ludovici Germaniæ Regis, quo is *Monaſterio, quod dicitur Campidona, ubi Erchanbertus Friſingenſis Eccleſiæ Epiſcopus præeſſe videtur*, conceſſionem quamdam advehendi ſalis fecit, de quo inferiùs ſuo loco. Cæterum Campidonenſes Erchambertum ſuum (alibi Adelbertum: item Dietenbertum dictum) aſſerunt fuiſſe nobilem de Hopferbach: & conſentit Codex MS. inclyti Monaſterii Tegernſeenſis *, in quo inter cætera miſcellanea conſpicimus Catalogum Abbatum Campidonenſium, inter quos quarto loco ponitur *Dietenpertus de Hopferbach:* & Bucelinus noſter in ſuo Abbatum ac Principum Campidonenſium Catalogo quarto itidem loco ſic habet: *Adalbertus, alias Eccanbertus Moringer ab Hopſerbach, idem etiam Epiſcopus Friſingenſis:* cui etiam R. D. Franciſcus Petrus Canonicus Regularis in ſua *Suevia Eccleſiaſtica*, adſtipulatur. Quòd ſi igitur Erchambertus noſter Friſingenſis, & ille Campidonenſis reipſa ſint perſona eadem, certum eſſe arbitrabimur, Erchambertum noſtrum fuiſſe ex nobili proſapia progenitum. Verum de his iterum ſatis. Ubi nihilominùs monemus Lectorem, Catalogum Abbatum Campidonenſium, etiam à mox laudato Franciſco Petro editum, mendis non carere. Nam ſub Ludovico Pio ad annum Chriſti 814. omittitur Theotunus, & ad annum Chriſti 829. Tatto; rurſus in eo Catalogo non comparet Waldo Friſingenſis Epiſcopus, qui anno Chriſti 889. etiam Campidonenſibus præfuit ſub Arnolfo Rege, deſiderantur etiam ad annum Chriſti 930. Irminhardus ſub Ottone primo, ad annum 973. Giſelfridus ſub Ottone tertio, ad annum Chriſti 993. Roudolfus ſub Henrico quarto, ad annum 1062. Otenus. ad annum 1075. Adelbertus, uti vir clariſſimus, & in chartariis Campidonenſibus dudùm verſatiſſimus Joannes Petrus Pagen nuperrimè nos edocuit, & complura alia nobiſcum benignè communicavit.

[Margin: Fuit Abbas Campidonenſis.] *[Margin: N. 700.]* *[Margin: * Cui titulus: Catalogus Paparum &c. fol. 187. a, Germ. Sac. part. 1.]* *[Margin: Catalogus Abbatum Campidon. hactenùs mendoſus emendatur.]*

Quis Erchambertum noſtrum conſecraverit Epiſcopum, nemo hactenùs, ut opinamur, prodidit. Credibile tamen eſt, iis ſacris ritibus non ab alio, quàm ab Adalramo Salisburgenſi Archiepiſcopo & Abbate S. Petri inauguratum & unctum.

Annum Electionis Erchamberti rectè ſtatuimus Chriſti octingenteſimum triceſimum quintum. Cùm enim ex inſtrumento ſuperiùs allegato certum teneamus, Hittonem ſuperfuiſſe anno 835. Idibus Aprilis, nec minùs ex alio inſtru-

[Margin: Quo anno Erchanb. fuerit electus?]

ſtrumento ſupra laudato conſtet, Erchambertum noſtrum pridie Kal. Auguſti ejusdem anni ad clavum Friſingenſis Eccleſiæ jam ſediſſe, fieri aliter non poteſt, quàm ut dicamus, & Hittonis deceſſum & Erchanberti electionem trimeſtri illo intermedio eveniſſe. Dies tamen & menſis electionis nullibi exprimitur. Sanè quantum Eccleſiæ ſuæ Friſingenſi profuerit Erchambertus noſter, impoſterum explicabimus, cùm priùs Acta illius temporis publica conſideraverimus.

§. II.

Pontifices, Imperatores, ac Reges Erchamberti tempore.

EX iis, quæ ſub Hittone Epiſcopo inter Ludovicum Pium Imperatorem, filióſque ejus geſta fuiſſe recenſuimus, conſtat, eundem Ludovicum Imperatorem anno Chriſti 835. habenas Imperii recepiſſe, pacémque inter Patrem ac filios utcunque coaluiſſe. Verùm non multò pòſt novæ inter Ludovici Imperatoris filios diſcordiæ enatæ ſunt, novíſque malis Patrem implicuerunt. Et Imperator quidem Pippinô filiô, quem Aquitaniæ fuiſſe à Patre præfectum diximus, mortuô, anno Chriſti 838. Comitiis Noviomagi celebratis rurſus regna inter filios reliquos diviſit, ita ut Carolo Aquitania, Ludovico Bojaria, reliquum Imperium Lothario fuerit aſſignatum. Eam provinciarum partitionem ceu iniquiſſimam ægerrimè tulit Ludovicus Bojus, quippe cui, quidquid Provinciarum extra Boicam erat, eripiebatur, regno Bojariæ plurimùm imminuto. Propè erat, ut Ludovicus filius Ludovici Patris jugulum peteret; verùm ubi propiùs cum exercitu Patri filius imminuit, adeò ſubitò omnis ira deferbuit, ut & arma, & ipſam victoriam meritò damnaret, & fugam arriperet. Obiit paulò pòſt Ludovicus Imperator 12. Kal. Julii anno Chriſti 840. vitæ ſuæ 64. Imperii 27. Cujus exitum dira ſolis defectio portendit pridie Aſcenſionis Dominicæ, qui fuit pridie Nonas Maji, hora diei nona, ut Petavius in rationario temporum ponit.

Novæ diſcordiæ Imperatoris & filiorum.

Obitus Ludovici Pii.

Poſt Ludovici Pii Imperatoris exceſſum, cùm Lotharius ejus filius Imperator in fratres Ludovicum & Carolum dominari cuperet, bellum novum exoritur: junctíque Ludovicus & Carolus abſentis Lotharii copias ingenti ſtrage profligant ad fontenatam villam. Ferunt ex utráque acie cecidiſſe virorum millia centena, præcipuos ex nobilitate fuiſſe occiſos, adeò, ut Gallica potentia tam in victoribus quàm victis fracta, pene prolapſa ſit. Nec multò pòſt Lotharius iterum prælio è Germania fugatus, pacem petiit & impetravit. Convenêre tres fratres in eas conditiones, ut Lothario præter Romanum Imperium, nempe Italiam, pars ea cederet, quam hodiéque Lotharingiam appellamus. Ludovico obtigit Germania omnis usque ad Rhenum, atque ultra Rhenum adjectæ fuêre civitates tres, nimirum Moguntia, Spira, & Wormatia: Carolo verò Occidentalis Francia, ſeu Gallia à Moſa flumine usque ad Oceanum Britannicum tributa fuit.

Novum inter filios bellum.

Pax, & diviſio provinciarum inter fratres.

Sanè huic pacificatorio celeberrimóque Conventui, ac Regnorum diviſioni Friſingenſem noſtrum Antiſtitem Erchanbertum fuiſſe adhibitum, rectè ex libro traditionum ſexto, quem *rubrum* vocant, Brunnerus advertit, & nos infra ampliùs demonſtrabimus. Porrò tertius à Carolo Magno Imperator Lotharius annis circiter 15. imperium tenuit, ſed minimè pacificum, aſſiduis enim bellis agitatus, cùm non niſi flagellum in ſceptro, ſpinas in diademate reperiret, ſpontè illud Anno Chriſti 855. depoſuit, atque in Prumienſi Monaſterio Inſtitutum Divi Benedicti amplexus, regi deinceps, non regere voluit: non ita multò pòſt, nempe eodem adhuc anno Chriſti 855. tranquillè clau-

Lotharius mundo bis moritur.

claudens vitam turbulentam, ut pulchrè Autor floſculorum Hiſtoriarum advertit. At ut itidem bene apud Mabillonium Sigonius habet, eam vitæ varietatem Lotharius attulit, ut melióine an deterior fuerit, dijudicari non poſſit, niſi quòd mortis honeſtas omnem vitæ delere turpitudinem potuit.

Ludovicus noſter eo tempore negotia maxima habuit cum Pannoniis, gravia cum Obodritis, hodie Meklenburgicis: cum Nortmannis, hodie Danis: cum Slavis, qui varias regiones ab Albi fluvio uſque ad mare Scythicum incolebant, nec non cum Sorabis, prope hodiernum Naumburgum colentibus: item Bulgaris, Moravis, Aquitanis aliiſque, quæ omnia narrare, noſtri inſtituti non eſt, cùm ad illuſtrandam Erchamberti Hiſtoriam nihil admodùm conferant. Unde Lectorem ad alios rerum Boicarum Scriptores remittimus. *Ludovici noſtri Germanici res geſtæ.*

Gregorio IV. ſummo Pontifici Anno Chriſti 844. teſtibus Mabillonio atque Pagio ſucceſſit Sergius II. Romanus, itidem (ut poſt alios ſcribit ſæpè laudatus P. Gregorius Kolb) ex Ordine S. Benedicti aſſumptus. Is poſtea Anno Chriſti 847. Succeſſorem habuit Leonem IV. Pontificem, iterum Divi Benedicti Alumnum, quod mox laudati Scriptores Mabillonius & Kolbius aſſeverant. Hic Leo ſupremæ Hierarchiæ Chriſtianæ uſque ad Annum Chriſti 855. præſedit. Et iſti quidem ſummi Pontifices temporibus Erchanberti noſtri Petri Cathedram tenuêre. Cæterùm quia hactenùs non occurrit, an, & quænam Erchanberto noſtro cum his Pontificibus negotia interceſſerint, de iis plura huc adducere lubentes ſuperſedemus, dum ad domeſtica enarranda properamus. *Sergius II. poſt Gregorium IV. Pontifex. Cui Leo IV. ſuccedit.*

§. III.

Res Eccleſiæ Friſingenſis mirè augentur ſub Erchanberto Epiſcopo.

ANno Chriſti 835. Indictione decima tertia, pridie Kal. Aug. nempe in Feſto S. Tertulini Martyris Zotto quidam Diaconus cum pluribus aliis venit ad Monaſterium Schlechdorffenſe, conſecratum honoribus Sanctorum Dionyſii & Tertulini Martyrum, & ibi donationem, à patre ſuo Alpricho & matre Imma dudùm eidem Monaſterio factam, ratam habuit, præſentibus advocatis Oadalrico & Irminfrido, nec non Cunpaldo, quem illuc Erchanbertus Epiſcopus miſerat. Ei donationi idem Zotto Diaconus adjecit aliam ſatis fœcundam ad *Avvolſſletin*, & ad *Reode*. Porrò Zotto Epiſcopo Erchamberto eodem die ex ſervis ſuis obtulit unum, Hiltum nomine. Quam univerſam donationem poſtea etiam Friſingæ renovavit. Sanè Notæ Chronologicæ hujus inſtrumenti ſuprà videbantur annotandæ, ut demonſtraremus, Erchambertum Epiſcopum non primùm ſequenti, ſed hoc anno Chriſti 835. (cui Indictio 13. exactè reſpondet) Cathedram Friſingenſem conſcendiſſe. *Num. 588. Donatio Schlechdorfenſis.*

Sequenti Anno Erchambertus Epiſcopus Iſanæ 5. Kal. Auguſti commoratus à Ribardo quodam Clerico bona quædam de *Kyſalbach & Strogun* pro Eccleſia Friſingenſi dono accepit: cui eidem Eccleſiæ paulò pòſt Ratcozus quidam & Amalgunda bona ſua in *Raatcozesdorf* adjecêre. Sinpertus quoque Presbyter veniens ad Erchambertum Epiſcopum ad *Cellam S. Zenonis in Iſana*, Friſingenſi Eccleſiæ bona ſua in *Rindbach & Rupilisdorff* obtulit. Ex qua donatione iterum manifeſtum eſt, Iſanæ olim fuiſſe Monaſterium. Nam *Cellam* majoribus noſtris idem fuiſſe ac Monaſterium, longè certius eſt, quàm ut opus ſit eruditis aurem iterum vellicare. *N. 589. N. 590. Iſanenſia. 591.*

Tertio Non. Auguſti ejuſdem anni Erchanbertus Epiſcopus, conſtitutus in Dorffen, accipit ab Hroadperto Presbytero, & Wiliperto ejus nepote pro Eccleſia ſua Friſingenſi bona quædam ac mancipia in *Chazpach & Sneitu*. Po- *592.*

593. ſtea 9. Kal. Decembris Erchanberto noſtro offeruntur alia bona in *Pirchtilinkrichum.* Rurſus eidem Epiſcopo 18. Kal. Decembris ad Monaſterium Scheffla-
N. 594. rienſe profecto donantur bona quædam in *Perg.* Acceſsère eodem anno aliæ
595. 596. 597. donationes de *Alkyſinga* , *Perchiricha;* item in *Pirgilinc* , *Rupilinga* & *Vr-*
598. 599. *dorff* , *Vſimhuſun* & *Reod.* Cæterùm hoc eodem anno 836. 4. Kal. Februarii
N. 600. Herilandus quidam Comes coram Baturico Epiſcopo Ratisbonenſi & Luipramo Salisburgenſi ac aliis perſolvit aliquem cenſum, fortè quòd aliqua Friſingenſis Eccleſiæ bona beneficiario jure poſſideret. Et quia id Friſingæ contigiſſe ex membrana diſcimus, eodem die Baturicum & Luipramum Friſingæ dimoratos fuiſſe neceſſe eſt. Ex quo loco impoſterùm certum erit Salisburgenſibus, Adalramum, Luiprami deceſſorem, neutiquam provixiſſe usque ad Annum Chriſti 844. ſed Luipramum ejus ſucceſſorem jam Anno Chriſti 836. & quidem menſe Januario Pontificatum Salisburgenſem geſſiſſe. Quid ſi conjecturam faceremus, Luipramum eo tempore fuiſſe Friſingæ ab Erchamberto conſecratum Epiſcopum? Certè quid huic conjecturæ obicem ponat, non videmus.

Præſentia quorumdam Epiſcoporum Friſingæ.

Proximo anno Erchambertus noſter bona quædam Monaſterii Schlechdorfſenſis de *Durſingesdorf* & *Pachiltahofa* evicit: ac pro propria ſua Eccleſia Fri-
N. 601. 602. 603. ſingenſi alia bona in *Horskinhofa* & *Feochtl* ex pia fidelium liberalitate obti-
604. nuit. Donatio bonorum in Rupilinga anno 838. 6. Id. Jun. Erchamberto Epiſcopo à Keroldo Diacono facta eſt *ad Friſingas in monte S. Stephani, in Eccleſia, ubi requieſcunt Sanctorum corpora Alexandri Papæ atque Juſtini Confeſſoris.* Et hæc quidem eſt prima ex litteris, attentâ temporis illius ratione, authenticis mentio ſacrorum illorum Corporum apud Weichenſtephanenſes tunc quidem quieſcentium. S. Juſtinus, ut videt Lector, vocatur *Confeſſor:* fortè quòd latinè idem ferè ſit *Confeſſor*, quod *Martyr* græcè. Certè in Martyrologio Romano nullum reperimus Juſtinum, qui pro Chriſti nomine ſan-
N. 605. 606. guinem non fuderit. Succeſsère aliæ donationes ad *Ligingas* , *Dorffen* , *Ta-*
607. *golſingas* , *Cramanesdorf* , *&* *Hupphinheim*, è quibus hæc poſterior facta eſt hunc in modum.

Alius modus immittendi aliquem in poſſeſſionem.

Ratoldus quidam, vir nobilis, ut Deum ſibi redderet propitium, ſuadentibus quibusdam amicis, ad Erchanbertum Epiſcopum è ſuis aliquem miſit, qui rogaret, ut Epiſcopus Tagolſingam ad ſe veniret. Annuit benignè Epiſcopus, & Tagolſingam ſeſe ad Ratoldum contulit. Tunc Ratoldus coram Epiſcopo ad amicos & cognatos converſus ſemel, iterum, ac tertiò interrogavit, num ipſe haberet veram poteſtatem ac libertatem poſſeſſiones ſuas offerendi alicui Eccleſiæ? Cùm verò nemo eſſet, qui Ratoldo poteſtatem illam denegare ſive vellet ſive poſſet, *ille viriliter circumcinctus gladio ſuo ſtabat in medio triclinio domûs ſuæ, tradiditque in capſam*, nempe in proprietatem ac dominium, *Sanctæ Mariæ, & in manus Venerabilis Viri Erchamperti Epiſcopi*, quidquid in Tagolſing, Cramersdorf & Huphinheim poſſederat. Eam traditionem Ratoldus poſtea renovavit in limine domûs ſuæ, ex qua poſtea egreſſus ipſe eſt, Erchanbertus verò intravit, eóque modo poſſeſſionem adiit, ita tamen, ut Epiſcopus uſum fructum bonorum illorum Ratoldo usque ad dies vitæ concederet, deinceps verò bona illa in uſus Eccleſiæ Friſingenſis converterentur.

Scriptores illi, qui Erchanbertum noſtrum etiam Campidonenſi Eccleſiæ Antiſtitem datum fuiſſe affirmant, id contigiſſe cenſent anno Chriſti 840. ut ſupra meminimus. Ex Friſingenſibus verò hujus anni membranis nihil in eam rem eruimus, quo ea de anno ejus electionis opinio ſtabiliri poſſit: quod mirum non eſt; Cozrochi enim, qui antiquum traditionum librum conſcripſit, non erat, niſi commendare benefactores Friſingenſis Eccleſiæ, eorúmque ſanctam liberalitatem poſteris nunciare.

Inte-

Interea Eccleſiæ Friſingenſi ſub Erchamberto noſtro eodem anno donata fuit pars nemoris propè Friſingam, in cujus donationis inſtrumento numerantur Reginbertus Subdiaconus, nepos Erchanberti Epiſcopi, ejusdémque Reginberti frater Anthelmus. Succeſſit alia donatio pratorum prope Feldmochingen. Quo eodem ferè tempore Erchanbertus Eccleſiam ad *Stroagon* adverſus nobiles quosdam Cathedræ ſuæ vindicavit. n. 608. n. 609. 610.

Supervenêre variæ donationes tum mancipiorum tum bonorum quorundam ad *Rotam*, ad *Aaldfridesſtat*, ad *Urdorf*, in *Tegrinavva*, *Pritilinbach*, 611. 612. 613. 614. 615. 616.
Kimhareshuſir, *Perchoſen*, *Sevvn*. *Adalhareshuſir*, *Puochsslachun*, *Puoch*, 617. 618. 619. 620. 621. 622.
Impach, *Echinacha*, *Archinſvvente*, *Pullinhuſon*, *Perchach*, *Cienperc*, 623. 624. 625.
Steingauui, *Tannara*, *Helidkereshuſir*, *Chleninauua*, *Muninpach*, *Starkinum*, 626. 627. 628. 629. 630. 631.
Horskinhoſun, *Kyſalheringa*, *Lozesbach*, *Potilinbach*, *Paingas*, *Crumpinbach*, 632. 633. 634. 635. 636. 637.
Cuntinhuſir, *Marcilinga*, *Halle*, *Truchtering*, *Holzen*, *Zuoltesdorf*, 638. 639. 640.
Urdorf, *Othelmesdorf*, *Haſalpach*, & *Papinkircha*. 641. 642. 643. 644. 645.

Et hæ quidem bonorum acceſſiones evenêre usque ad annum 847. Ex quibus paucula hæc pro iis, qui ſincerum antiquitatis ſtudium colunt, excerpimus atque notamus.

Obſervamus itaque primò in donatione ad *Urdorf*, item in alia donatione de *Haholfeshauſen* in Domo, ſeu Monaſterio S. Mariæ Friſingæ fuiſſe iis temporibus Scholam, in qua juventus, præcipuè nobilis, ad virtutis & literarum ſtudium exercitabatur, maximè, ſi qui voluiſſent adoptari in familiam S. Mariæ. Certè Adalker nobilis donationem fecit ad *Urdorf*, *ſervato ſibi & filio Alpuni Clerico* uſufructu, eo fine, ut *Alpuni* in Domo S. Mariæ ad Friſingas *dominationem* (nempe directionem) *doctrinam* (nempe inſtructionem) *ſeu prœbendam* (ſcilicet & victum) *haberet usque ad Tyrocinii tempus*. Et Hitto quidam, defuncti Hittonis ſive pronepos ſive abnepos *Clericatûs tonſuram accepit, & conſentit* (conſenſit) *& profeſſus eſt. Difficile enim nutrito illo & educato, congregata familia Sanctæ Mariæ & coadunata ad Friſingam, & fidelibus fratribus, inter quos & ipſe Hitto ſupradictus liberalibus artibus eſt imbutus, advenit Heilrat* (Mater illius) *cum filiabus & aliis fidelibus*, ac ſub certis conditionibus bona quædam de *Haholfeshuſon* Domui S. Mariæ obtulit, quæ etiam Erchanbertus Epiſcopus acceptavit. Scholæ Friſingæ. n. 613.

Ubi non ſolùm luculenter deducimus, in Domo S. Mariæ Scholam, verùm etiam adoleſcentulos, quos poſteri alicubi *Togatos* vocitarunt, & adhuc in quibusdam Monaſteriis Ordinis noſtri vocant, extitiſſe, qui ſcilicet à prima juventute tondebantur, habitu Ordinis donabantur, & ad futuram, ſi poſthac conſenſuri eſſent, monaſticen erudiebantur, & hodiedum erudiuntur. Cæterùm cùm in hac ſatis notabili donatione, in qua de nepotibus Hittonis Epiſcopi agitur, Erchanbertus noſter iterum nullibi vocatur ejusdem Hittonis Epiſcopi nepos, aut Hittonis recens togati cognatus, rurſus difficulter in animum inducent eruditi, Erchanbertum Epiſcopum aliquo ſanguinis nexu Hittoni deceſſori ſuo fuiſſe adſtrictum. Erchanbertus Epiſcopus non fuit Hittonis nepos.

Obſervamus ſecundò in donatione de *Archinſvvente*, anno 843. facta, in Domo S. Mariæ, ſeu Cathedrali Eccleſia manifeſtè adhuc ſuperfuiſſe *Monachos, qui ibidem*, ut in inſtrumento exprimitur, *Regulam S. Benedicti obſervare* nitebantur. Ubi tamen ſæpiùs deprehendimus, ejusmodi Monachis à parentibus aut conſanguineis aliquem proventum ex bonis Eccleſiæ donatis cum conſenſu Epiſcopi (qui absque omni dubio etiam Abbatis munus gerebat) ad vitæ dies fuiſſe reſervatum. n. 624.

Obſervamus tertiò, quòd, cùm in nullis inſtrumentis Friſingenſibus ad hæc usque tempora pertingentibus, vocabulum *Canonici* occurrerit, illud tamen primò inſertum fuerit inſtrumento donationis de *Cuncinhuſir* ad fluvium Moſaha (hodie Ginzenhauſen) quæ anno Chriſti 845. contigit. In ea enim do- Prima mentio Canonicorum n. 637.

nationis charta Erchambertus Epiſcopus dicitur *ex ratione Eccleſiæ ſuæ unà cum conſenſu & conhibentia Canonicorum & Monachorum, aliorúmque fidelium in ipſa Eccleſia degentium, etiam per licentiam Domini Ludovici Regis* bona quædam ad *Puenteshuſun* Hittoni cuidam Laico, nobili viro, conceſſiſſe: in hujus verò vicem ab Hittone illo Laico recepiſſe alia bona ibidem enumerata. Inter teſtes de familia primò locò ponuntur *Vodalpald Presbyter & Monachus. Gozroh Presbyter & Monachus. Sindmar Presbyter & Monachus.* Quibus ſubjunguntur multa nomina aliorum teſtium, quorum tamen nulli tribuitur titulus *Canonici*: ut mihi quidem ex Scriptoris illius mente non videatur eſſe facienda diſtinctio inter Canonicos illos & Monachos, ſed idem qui fuit Canonicus, cenſeri debeat fuiſſe Monachus. Certè Monachos Cathedra-
Annal. T. 2. lib. 23. n. 38. lium Eccleſiarum ſæpè fuiſſe dictos Canonicos Mabillonius eruditiſſimè demonſtrat. Porrò in donatione ſequenti anno Chriſti 846. facta diſponitur, ut poſt obitum Abſalonis Diaconi, *ipſi Canonici res donatas, qui ipſo tempore in Domo S. Mariæ deſerviant, ad opus illorum habeant ad ligna cædenda.* Quod auget conjecturam noſtram, nempe nomine *Canonicorum* ibi intelligi Monachos, quibus S. P. Benedictus ſcripſit caput 48. Regulæ *de opere manuum quotidiano*, ídque adducto exemplo ſanctorum Apoſtolorum, de quibus Paulus
1. Cor. 4. ℣. 12. ait: *Laboramus operantes manibus noſtris* &c. Certè Monachos eo adhuc tempore *in domo S. Mariæ deſerviſſe*, à nemine in dubium vocari poteſt. Inſtrumentum enim Cozrochus ſcripſit, qui Monachus fuit.

N. 649. Sanè ſingularem ad ea tempora mentionem meretur notabilis illa emptio, qua Erchambertus Epiſcopus complura bona ac prædia *in Helidkereshuſir, Tannara, Chlannaucca & Muninbach* dato pretio, certis conditionibus adjectis, Eccleſiæ ſuæ comparavit à Paldrico quodam, qui in inſtrumento vocatur *vir venerandus.* Contigit ille tractatus Anno Chriſti 843. Indic. 6. 4. Id. Aug. in loco dicto *Dungeih* propè civitatem Virodunum, ubi ea ipſa tempeſtate *trium fratrum Hludarii, Hludovici & Caroli facta eſt concordia regni ipſorum.* Inter numeroſos ejus contractûs teſtes nominantur *Fritilo Palatinus Comes, Cunpald Comes, alius Cunpald Comes, Ratolt Comes, Herilant Comes,*
Erchanbertus Ep. intereſt pacificationi trium Ludovici Pii filiorum. *Orendil Comes*, multíque alii illuſtres Viri. Ex quibus ad evidentiam demonſtratur, Erchambertum noſtrum famoſæ illi pacificationi præſentem fuiſſe, & hoc quidem non ſolùm legitur in libro Friſingenſium traditionum ſexto *ſeu rubro*, ex quo Brunnerus factum deſumpſit, verùm etiam in quarto ac primo coævo, uti oculis conſpicimus.

Ab anno Chriſti 847. rurſus quàm pluribus prædiis ac bonis dotata fuit Friſingenſis Eccleſia. Acceſsêre enim Cœnobio Friſingenſi partim ex donatio-
N. 646. 647. nibus, partim ex permutationibus bona in *Hrosdorſ, Holzhauſen & Rotta,*
648. 649. 650. *Otinhuſun, ad Ominbach, Phrumarun, & Harthauſin, Reode, Prunnon,*
651. 652. 653. *Pullinhuſin, Sevve, Glara & Inzimnos, Stocperc, Hrodateshopa, Hruod-*
654. 655. 656. 658. 659. *perchtsdorſ, Strupinga, Reod, Rot, Luzilindorſ, Erlinhuſon, Pritilinbach,*
660. 661. 662. *Peralohc, Hardhuſen, Cundpaldesdorſ, Chuginhuſon, Tagolſing, Gramanes-*
663. 664. 665. *dorf & Ekkulinpurc, Dorſacrum, Ruadperchtesdorſ, Glana, Ruite, Phe-*
666. 667. 668. *terach, Wilpach, Athelmeshuſen, Purolſingen, Lansberesried, Erlahuſen,*
669. 670. 671. 672. 673. 674. 675. 676. 677. 678. 679. 680. 681. 682. *Moſaha, & Humplen.*

Omnium harum tum donationum tum permutationum Notæ Chronologicæ in inſtrumentis deſignantur, eæque evenêre ab Anno Chriſti, velut diximus, 847. usque ad Annum Chriſti 854.

In his donationum atque permutationum inſtrumentis paſſim occurrunt iis quàm ſimillima, quæ ſupra ſæpiùs notavimus, & qualia repetere non eſſet,
N. 670. niſi patientiâ Lectoris abuti. Illud tamen advertimus, donationem de Tagolfing, Gramanesdorf & Ekkilinpurc dici fuiſſe factam à Chunihoho Epiſcopo Friſingam veniente: cujus quidem Sedem Epiſcopalem ignoramus: ex rebus tamen

Digitized by Google

tamen donatis opinamur, eum natione fuiſſe Bojum. Tagolfingam enim & Ekkilinpurc eſſe loca ſuperioris Bojariæ, & quidem Comitatûs Iſmaningani ac Præfecturæ Schwabenſis certum eſt. Fortaſſis Chunihohus alicujus vicini Epiſcopatûs Proëpiſcopus fuit.

Anno Chriſti 853. 6. Id. Septembris multi tum nobiles tum ignobiles viri Friſingam ad celebrandam Divi Corbiniani feſtivitatem ſeſe contulerant, cùm ex iis Vir nobilis, Engilbertus nomine, Erchanberto Epiſcopo conqueſtus eſt, filiam ſuam à malevola quadam ancilla Eccleſiæ Friſingenſis (nempe fœmina Eccleſiæ Friſingenſi ſervituti adſtricta) veneno fuiſſe peremptam. Indoluit piiſſimus Epiſcopus Erchanbertus, & ut damnum Engilberto quadantenus reſarciret, fundos quosdam ei, non tantùm ad proprios, ſed etiam ad filii vitæ dies, alio inſuper beneficio adjecto, fruendum dedit, ſícque eum non ſine aliquo doloris lenimine dimiſit. N. 683. Damnum illatum compenſat.

Reliquæ donationes, donationum confirmationes atque permutationes ſub Erchanberto factæ, quarum tamen tempus non adeò diſtinctè ponitur, fuêre ſequentes: nempe *Leron*, *Cunzinhuſon*, *Eicylunpurc*, *Purcrain*, *Strazbach*, *Alpagauui*, *Rota*, *Vrdorf*, *Aſſoltrapach*, *Lantperchtesreode*, *Niuvara*, *Heidolſingen*, *Sindilindorf*, *Feldgundinha & Pota*, *Slipſes & Pacharn*: in quibus inſtrumentis iterum paſſim occurrit mentio *Canonicorum*, *Monachorum*, atque *Monaſterii* Friſingenſis. 684. 685. 686. 687. 688. 689. 690. 691. 692. 693. 694. 695. 696. 697. 698. 699.

In ea permutatione, qua Erchambertus Epiſcopus Adalberto cuidam Comiti pro multis prædiis in *Lantperchtesreode* (fortè *Lentsperried*, Landſpergenſis Præfecturæ) dedit alia bona in *Vparacha* propè fluvium *Maiſacha* (Uberaker) fit mentio de confinio *Hoſiorum*; uti etiam in quodam inſtrumento de Anno Chriſti 849. quod in ſecundo traditionum libro reperio, habetur, plurimos *de Hoſis*, *& alios quàm plurimos viros nobiles conveniſſe*. Ubi nomine *Hoſiorum* utique rectè intelligi videntur Comites Andecenſes, qui ſolebant dici nobiles de *Huoſi*, uti ex Aventino bene advertit Hundius: idémque, ſi opus foret, ex monumentis Benedictoburanis abunde demonſtrari poſſet. Aliud, quod ex recenſitis hactenùs membranis ſingulariter annotari hîc mereatur, non reperimus. N. 693. *fol.* 191. Quinam dicti fuerint Hoſii? *Metrop. tom.* 2. *pag.* 140.

Illud tamen hîc ſilentio prætereundum minimè eſt, quod legimus in vetuſtiſſimo Codice traditionum Friſingenſium ſecundo, ſeu libro commutationum, ubi ſatis luculenter comprobatur, Erchanbertum noſtrum non ſolùm Friſingenſi, verùm etiam Campidonenſi Eccleſiæ præfuiſſe. Rei ſumma hæc eſt. Milo quidam Presbyter commutationem ſeu cambium (*campionem* inſtrumentum vocat) cum Erchanberto Epiſcopo fecit. Tradidit Milo Erchamberto ad Eccleſiam Campidonenſem poſſeſſiones quaſdam ſuas in *Heimmortingo Marcu*, in pago, qui dicitur *Ilargouue*, nempe in provincia Hilaræ fluvio adſita, cujus caput Campidona eſt. Erchanbertus verò Epiſcopus eidem Miloni Presbytero redhibuit bona quædam ad *Scammara*, & ad *Altheim*. Ubi nemo non intelligit, Erchanbertum fuiſſe etiam Eccleſiæ Campidonenſis Præſulem, quippe de cujus villis ac prædiis diſponebat. *fol.* 88. Præfuit etiam Eccleſiæ Campidonenſi.

Facta dicitur hæc permutatio ad *Loubheim* Id. Auguſti. Aliæ Chronologicæ Notæ non adjiciuntur. Cæterùm hæc commutatio in laudato Codice refertur inter alias, quæ Annis Chriſti 851. & 852. evenêre. Et ſanè Annus Ludovici Regis (Germanici poſtea dicti) viceſimus ſextus, in inſtrumento deſignatus, reſpondet Anno Chriſti 852. epocha ducta ab Anno Chriſti 826. quo is primùm Rex ſalutatus eſt, uti in ſuperioribus demonſtravimus: & inferiùs fuſiùs deducemus. Plura utique ejuſmodi inſtrumenta de Erchamberto noſtro Illuſtriſſima Campidona aſſervabit. N. 700.

Digitized by Google

§. IV.

Reliquæ laudes, ac mors Erchamberti Epiſcopi: ejúſque poſt mortem Veneratio.

Erchanbertus ſolicitus in luſtranda Diœceſi.

EX inſtrumentis donationum, confirmationum, atque commutationum hactenùs, ut fieri poterat, breviter enumeratarum, inter cætera ſingulariter eluceſcit, Erchambertum noſtrum in viſitandis atque luſtrandis Diœceſeos ſuæ Eccleſiis fuiſſe quàm ſolertiſſimum cùm omnes illi tractatus in variis Friſingenſis Epiſcopatûs partibus coram Epiſcopo noſtro evenerint. Placet hîc in gratiam Lectoris adducere ſpecimen aliquod, è quo diſcamus, quid in viſitationibus ruralium Eccleſiarum eo tempore inter alia obſervari & annotari ſolitum fuerit. In primo, ſeu antiquo traditionum libro inter acta Erchamberti ſic habetur. *Breve commemoratorium; Hic innoteſcit, quid ibi invenimus ad Perechirichum. Inprimis Baſilicam, infra Baſilica altare tria. Sindones XIII. Capſam unam deauratam. Crucem unam deauratam: & aliam Crucem de ſtagno paratam. Coronam unam deauratam. Calicem & patenam unam auro decoratas, & alium Calicem & patenam ſtagnatas. Lectionarium unum. Miſſalem unum, campanas duas, una ærea & alia ferrea, albam unam, & planetam I. Et villæ, qui ad illam Baſilicam decimam dant, ſunt VIIII. Curtem cum domo & horrea tria; infra domum mancipia VIIII. Servos VI. & ancillas III. armenta XII. Boves VII. & alias juniores V. Porcos XXVI. Oves II. aucas VII. & pullos IV. Caldarios duos, unus minor, & alter major. Vomerem I. & ligonem I. falcem majorem I. Carras duas. Catenam unam, Cubam unam & alia vaſa ad cerviſa utendum tria. de apibus alvearia II. de ſpelda modios X. & de ordea modios XI. & de Segale modios XX. terram dominicam cultam colonia tria, de pratis carradas CC. & terram dominicam pleniter ſeminatam. Et ibidem ad ipſam curtem aſpiciunt manſos duos veſtitos; inter illos continentur mancipia decem, utérque de ipſis manſis dant in anno de cerviſa ſitulas XII. & uterque ex ipſis Friſgingam I. pullos duos, & utráſque uxores eorum operantur in anno camiſalem I. & ipſi manſi operantur in ebdomada III. dies, & ipſi habent armenta novem. Et unus de his habet caballum I. Et alius manſus oves VI. habet. Et ſervus dominicus habet Caballum I. & ipſi totos ſervi dominici, armenta ſex, & unus ex ipſis manſis habet porcos IIII.* Hæc & plura his quàm ſimillima ibi. Ubi Lectores antiquariæ literaturæ minùs peritos admonendos eſſe cenſuimus, ſub vocabulis *Crux de ſtagno* in hoc indiculo intelligi crucem de ſtanno: uti *patena ſtagnata* idem eſt ac patena ſtannea: *Caldarios duos* idem eſt, ac latiniùs caldaria duo. *Carras duas*, idem ac carros duos. *Cubam*, eſſe Vaſis quoddam genus, quo vel triticum vel vinum ab antiquis aſſervabatur, ex Hofmano diſcimus: aliàs hoc nomine etiam aliquando patera ſignificabatur. *De ſegale*, intellige, de ſiligine. *Terra dominica* eſt terra propriæ poſſeſſionis, ſeu quam dominus ipſe poſſidet & colit: contra verò *manſus veſtitus* hîc idem dicit ac certa menſura agri, alteri in beneficium ſeu feudum aut amphyteuſin conceſſa. *Carrada* idem eſt ac plauſtrum. Hæc in gratiam Tyronum Hiſtoriæ. Cætera quæ in deſcriptione vocabula reperiuntur, minùs à latinis auribus abhorrent, neque noſtra expoſitione indigent. Nobis ſatis eſt annotâſſe, quàm exactè olim res Eccleſiarum fuerint penes Epiſcopum deſcriptæ; quæ laus ſingulariter ad Erchanbertum noſtrum pertinet: in quo etiam humilitatis, caſtitatis, temperantiæ, prudentiæ ac juſtitiæ virtutes miris laudibus extolluntur à Scriptoribus domeſticis: unde mirum nemini ſit, quòd tantus vir à Summis etiam Monarchis atque Principibus venerationem ſibi maximam conciliaverit, atque ab iis etiam in rebus maximè arduis ad conſilia fuerit adhibitus.

Margin notes: fol. 388. b. — Quid eo tempore in viſitationibus Eccleſiarum fuerit obſervatum? — Explicatio quorundam vocabulorum. — Aliæ Erchanberti virtutes.

Obitus

Digitized by Google

Obitus Erchamberti noſtri alicubi in Catalogis domeſticis reponitur ad annum Chriſti 853. die mortis non annotata. Alibi differtur ad Kalendas Auguſti anni 854. Rurſus alibi, nempe apud Freibergerum, Canonicum & Scriptorem Friſingenſem ad diem 11. Januarii ejusdem anni revocatur, qui dies etiam in Gamanſii Excerptis deſignatur. Atque huic ultimæ aſſertioni conſonat Catalogus Abbatum ac Principum Campidonenſium, à R. D. Franciſco Petro Canonico Regulari in ſua *Suevia Eccleſiaſtica* editus. Sanè cui harum aſſertionum accedere Lector velit, ejus judicio permittimus. Si antiqua præferimus recentioribus teſtimoniis, primum locum meretur Liturgia Gamanſii. Obitus.

Juvat hîc breviter animadvertere, ævo illo inuſitatum non fuiſſe, ut Epiſcopus alicujus Diœceſis, ſimul etiam eſſet Abbas Regularis cujusdam Monaſterii longiùs diſtantis. Exempla in eam rem extranea non adducimus, ſed in ipſa Bojaria exemplum coævum tenemus ubi Goswaldus Würziburgenſis (ut tum ſcribebant) Epiſcopus, ſimul Altahæ inferioris Abbas erat: qui cùm ſuum ex hac vita diſceſſum imminere intelligeret, Monaſterio ſuo conſulturus Ludovicum Germaniæ Regem Ratisbonæ convenit poſtulans, *ut fratribus in Monaſterio S. Mauritii Martyris, vocabulo Altaha, conſiſtentibus, poſt ſuum ipſius obitum Abbatis ex ſeipſis eligendi facultatem haberent ſi quis inter eos ad id muneris idoneus inveniri poſſet, quod Princeps ratum eſſe juſſit, dato diplomate in Ragenſburg Civitate VIII. Id. Martii Anno XIV. regni ſui in Orientali Francia, Indictione XI.* Qua de re videri poteſt Mabillonius in Annalibus. Extat totum illud diploma apud Gewoldum in additionibus ad Metropolim Hundii: ubi legi poteſt. De Arnone quoque ad Mytram Salisburgenſem vocato diximus, eum, non idcircò Abbatiam Elnonenſem ſtatim dimiſiſſe. Similia apud plures Epiſcopos & Archiepiſcopos Salisburgenſes occurrunt. Attonem quoque Friſingenſem Epiſcopum, cùm in ſedem Epiſcopalem eſſet translatus, non idcircò ſtatim clavum Schlechdorffenſis Monaſterii dimiſiſſe, in ſuperioribus opinionem noſtram expoſuimus. Epiſcopi olim non rarò erant ſimul Abbates. Tom. II pag. 688. Tom. II. pag. 14

Cæterùm noſtræ de anno emortuali Erchamberti aſſertioni nullo modo obſtat Præceptum Ludovici Germaniæ Regis, quod reperitur in antiquiſſimo codice diplomatico Campidonenſi, *datum XVI. Kalend. Maji, Anno, Chriſto propitio, Domini Hludewici Regis XXVI. in Orientali Francia. actum Reganespurc Palatio noſtro in Dei Nomine feliciter Amen.* Quo inſtrumento Ludovicus Rex *Monaſterio, quod dicitur Campidona, ubi præſente tempore Erchambertus Friſingenſis Eccleſiæ Epiſcopus Rector præeſſe videtur, conceſſit, ut tres naves liceat ei dirigere ad Hallo propter ſal accipiendum, & ad neceſſaria fratrum in eodem Monaſterio degentium deducendum.* Ex quo nonnemo contendebat, Erchanbertum usque ad annum Chriſti 866. provivere debuiſſe. Non, inquam, iſta quidquam obſtant. Cùm enim Ludovicus Bojariæ & Alemanniæ Regnum adierit Anno Chriſti 826. veluti ſeptem omninò inſtrumentis, eo ipſo anno ſcriptis, & à nobis ſuperiùs allegatis, atque in parte noſtra altera diplomatica per extenſum exhibitis, luculentiſſimè demonſtratum fuit, annus Ludovici Bojariæ ac Germaniæ Regis XXVI. non eſt Chriſti DCCCLXVI. ſed DCCCLII. uti eſt palpabile: eoque anno inter vivos Erchambertum ſuperfuiſſe, nemo dubitat. Cæterùm ex Friſingenſibus Monumentis ulteriùs certum manet, Annonem Epiſcopum, Erchamberti Succeſſorem, Anno Chriſti 855. Friſingenſi Sedi jam præfuiſſe, uti paulò inferiùs invictè demonſtrabimus. Objectio ſolvitur.

Tumulum ſibi Erchambertus elegit in Æde Divi Petri, haud procul à Baſilica Cathedrali in monte ſita, quod ab ipſomet Erchamberto conſtructum fuiſſe, nonnulli perhibent. De hoc Divi Petri Sacello jam alibi diximus; & videri poſſunt, quæ aſſerimus in parte operis noſtri altera *Num.* 2. Porrò in eo tumulo Erchambertus in hodiernum usque diem magna fidelium religione colitur, non ſine fama ingentium beneficiorum, quæ juſſu Celſiſſimi ac Reverendiſſimi Tumulus Erchanberti. Signis clarescit.

Digitized by Google

diſſimi Principis atque Epiſcopi Joannis Franciſci accuratè annotari ſolent, ac fortè cum tempore publicam lucem aſpicient, dum interea idem piiſſimus, atque prædeceſſorum ſuorum honori addictiſſimus Antiſtes tumulo venerabilis Erchamberti Epiſcopi eum, quem hodie ſpectamus, nitorem adjecit, in cujus lapide à terra antiquitùs elevato unà cum Erchamberti imagine ſculpti viſuntur verſus ſequentes.

Eſt Erkenbertus hac Præſul in æde ſepultus,
Atque coopertus, ſaxo de paupere ſculptus.

Mors itaque Erchamberti incidit in annum S. Leonis Papæ IV. octavum, cùm Lotharius adhuc Romano Imperio, anno penultimo, præeſſet: Ludovicus frater Bojariæ & Alemanniæ: Carolus deinceps dictus Calvus, itidem frater, Galliæ habenas moderarentur, in Cathedra Saliſburgenſi Luipramo S. Petri Abbate, in Ratisbonenſi Embricone, in Patavienſi Hardovico ſedentibus, veluti è Catalogis Epiſcoporum dictarum Eccleſiarum intelligimus. Sabionenſium Præſulum Indiculus nomina equidem eorum exhibet, aſt annos Regiminis ad ea tempora non deſignat.

Porrò, cum in Membranis ſub Erchamberto conſcriptis prima, ut diximus, mentio Canonicorum reperiatur, opinamur, jam eo tempore aliquam ſtatûs monaſtici mutationem imminuiſſe, tametſi etiam annis multis ſequentibus frequens de Monachis & Monaſterio Friſingenſis Eccleſiæ memoria fiat, uti deinceps abunde conſpiciemus.

Exiſtimamus, circa eundem fortè annum, quo Erchambertus ad cœlum tranſiit, vel paulò antè ad Superos migrâſſe venerabilem illum Rerum antiquiſſimarum Friſingenſium Scriptorem Cozrohum Monachum: Sine cujus opera primæva Eccleſiæ Friſingenſis incrementa omni poſteritati forent incognita. Conſcripſit ille primum traditionum Friſingenſium Codicem, plus quàm quingenta inſtrumenta ſub Erimberto, Joſepho, Aribone, Attone, Hittone, & Erchamberto Epiſcopis confecta, continentem, quæ nos in Parte altera Lectori ſpectanda proponimus, iis tamen demptis, quæ in præcedentibus jamjam exhibuimus.

Cozrohi encomium.

Cozrohus hic noſter cum tantam rei hiſtoricæ (non domeſticæ tantùm, verùm etiam publicæ) lucem afferat, meretur utique, ut ejus venerandum Nomen, à tot ſæculis literario Orbi usque ad hæc, quibûs ſcribimus, tempora abſconditum, tandem in publicum prodeat, ac Hiſtoriographorum atque Lectorum memoriæ commendetur. Ubi tamen monemus, eum poſt annum Chriſti 848. nulli ampliùs inſtrumento ſubſcripſiſſe, utique quòd vel ſenio fuerit fractus, vel annis proximè ſequentibus ad meliorem vitam vocatus. Reviviſce igitur apud Friſingenſes poſteros, ac compare ad decimum ſæcularem annum Friſingenſem, & innoteſce erudito orbi Religioſiſſime Cozroh cum tot centenis hujus Eccleſiæ Monachis, Canonicis, Clericis, Miniſtris, Benefactoribus ac Teſtibus, quorum notitiam poſt tot ſæcula nobis ſuggeris; promeritus ſanè, ut, cùm tot alii Friſingenſes Codices incendiis, direptionibus ac rapinis fuerint ſubtracti, tuus tamen, quem ſcripſiſti, præſtantiſſimus Codex omnia illa pericula, divino planè nutu evaſerit, ac nulla prorsùs ſui parte, at nec in unica, quam tu quidem exaraſti, litera læſus, ad nos pervenerit. Memoriam tui, apud mortales tandem redivivam, videbis te debere Reverendiſſimo ac Celſiſſimo Epiſcopo ac Principi Joanni Franciſco, qui Codicem tuum, tantis temporibus ignoratum ex pulveribus ac ſquallore non aliena, ſed propria manu extraxit, atque huic volumini inſerendum, totique mundo commendandum decrevit. Sanè fulgere te apud Superos, non eſt, cur dubitemus, quippe cujus Religio, fidelitas ac pietas tantis Epiſcopis (quales Hitto, & Erchambertus fuêre, quique operam tuam toties adhibuêre) dudùm fuit commendatiſſima, Numine quoque ipſo librum tuum in tam ſera ſæcula benigniſſimè conſervante.

CAPUT

Digitized by Google

CAPUT III.

De Annone Octavo Friſingenſi Epiſcopo.

§. I.

DE hâc Annonis Epiſcopi Electione in quarto, ſeu Magno Traditionum Friſingenſium Libro hæc legimus. *Quodam tempore, dum turbida res agitabatur in Epiſcopatu Friſingæ, contigit Deo donante plebem elegiſſe ſibi Annonem Epiſcopum, quod Domnus Rex Ludovvicus aſſenſit, talémque Votum benignè ſuſcepit, illúmque ſtatuit feliciter regere ſanctum Ovile.* Quod ſic interpretamur, nempè eo tempore ſuffragia eorum, qui de familia erant, fuiſſe diſſonantia; atque ea occaſione vota plebis conſonantia prævaluiſſe, & aſſentiente Ludovico, Bojariæ, Germaniæque Rege, Annonem ad faſtigium Epiſcopale extuliſſe. Annus & Menſis rei geſtæ non exprimitur, dum interim certum manet, Annonem Epiſcopum jam Menſe Martio, ac tempore quadrageſimali Anni 855. Aiblingæ adverſus Vdalſchalcum Tridentinum Epiſcopum vineas quaſdam Bulſanenſes in publico judicio vindicâſſe, uti inferiùs dicemus. Unde manifeſtè colligimus, Electionem Annonis ſive ad initium dicti, ſive ad finem præcedentis Anni contigiſſe.

Fol. 81.

In Annonis electione vota plebis prævalent.

Quis fuerit hic Anno ante ſui ad Sedem Epiſcopalem aſſumptionem, deficientibus documentis aſſeverare non audemus. Suſpicamur nihilominùs, Eum non fuiſſe diverſum ab eo, quem poſt mortem parentis ſui Helmuni Cundartus ſivè cognatus, ſivè tutor illius Anno Chriſti 792. Attoni Epiſcopo nutriendum, literíſque ac virtutibus imbuendum tradidit, adjectîs jam priùs à Parente Helmuno hæreditariis bonis in *Tegernvvac*. Hic abſque dubio eſt Anno ille, qui deinceps factus Diaconus, ſæpiùs inter teſtes domeſticos occurrit, nominatim in donatione de Anzinga, quæ anno Chriſti 811. Friſingenſi Eccleſiæ contigit, ubi Anno inter teſtes Monachos numeratur. Idem reperitur ſæpiùs inter Teſtes in donationibus ſequentium Annorum nempè 814. 815. 816. &c. Ex quo convincimur, eum à Sapientiſſimis Epiſcopis Attone & Hittone ad graviora negotia ſæpenumerò adhibitum. Neque movemur, quòd, ſi Anno, à nobis hactenùs laudatus, primùm Anno Chriſti 855. in Epiſcopum electus fuiſſe dicatur, is jam debuerit eſſe Sexagenariô Major. Nam ſenectus, usque ad annum ſeptuageſimum, Octuageſimum, ac Nonageſimum producta, ne noſtrîs quidem temporibûs exemplîs caret, minùs verò caruit temporibus Majorum noſtrorum, qui frugaliùs, ac modò fieri aſſolet, vivebant, victu modico contenti, neque tot morborum, ac ægritudinum moleſtiis obnoxii.

Ab Attone Epiſcopo inſtruitur.

Vid. N. 108.

Vid. N. 289.

Ad gravia negotia adhibetur.

Minùs verò diſſimulamus, ſub Erchamberto deceſſore Anno Chriſti 853. occurrere Annonem quendam, qui ipſius Erchanberti Diaconus vocatur, cui proinde Epiſcopalis dignitas poſt Erchanberti mortem collata fuiſſe dici poſſit. Nam cur Annoni illi ſucceſſionem in Epiſcopatu conjiciamus tribui non facilè poſſe, Ratio eſt, quòd is non videatur fuiſſe *de familia*, quippe cui Erchanbertus Epiſcopus *cum conſenſu Monachorum ſivè Canonicorum* in quodam commutationis contractu bona aliqua tradidit ad proprietatem. Niſi fortaſſis dicere velimus, hunc Annonem ab altero non eſſe diverſum, neque deeſſe exempla, quibus etiam Monachis ex Superiorum aſſenſu aliquorum bonorum uſus ad vitæ dies conceſſus fuerit, quibus in pios fines frui poſſent.

Diverſus ab alio Annone cognomine atque coævo.

Hæc utut pro certis minimè venditemus, illud tamen certius eſt, Annonem Epiſcopum ex nobili ſanguine fuiſſe progenitum; idque ex eo demonſtratur, quòd alius quidam Anno cognominis, Annonis Noſtri Nepos, qui quidquid rerum Juriúmque Halæ habuit, Eccleſiæ Friſingenſi Anno Chriſti 875. donavit, in inſtrumento vocetur *Nobilis Vir*: Undè nonnemo concludit, Ipſum quoque Annonem Epiſcopum fuiſſe Patriâ Halenſem: ex quo tamen nemo benè concludet, eum non fuiſſe Bojum. Nam Halam oppidum, ad Oenum in montibus ſitum, eo tempore Bojariæ partem fuiſſe, nemo Eruditorum ignorare poteſt, cùm ejusdem Bojariæ fines eo tempore ferè Tridentum uſque ſeſe porrexerint, & Tyrolenſis Comitatus atque Provinciæ nomen fuerit penitùs incognitum. De Annonis Nobilitate plura ſuo loco.

Fuit nobilis. *Vid. X. 764.*

§. II.

Imperatores, Reges, Pontifices, tempore Annonis Epiſcopi.

Lotharius Imp. fit Monachus.

LOtharium Imperatorem anno Chriſti 855. ultrò in Monaſterium noſtrum Prumienſe, quinquè circiter millibus paſſuum ab Urbe Trevirenſi diſtans, ſeſe recepiſſe, Sceptróque ac Diademate abjectis coronam deinceps Monaſticam elegiſſe, ſupra jamjam annotavimus. Is Tertius à Carolo Magno Occidentis Imperator tres liberos reliquit, *Ludovicum*, cui jam Italiam conceſſerat, & quem Imperii Collegam adſciverat: *Lotharium*, cui eam Franciæ Partem, quæ ab eo potiùs, quàm ab ipſius parente Lotharingia (quaſi Lotharii Regnum) appellatur, tribuit: & Carolum natu minimum, cui Provinciæ Regnum dedit: Ludovico noſtro Bojariam cum vicina Germania, ut ſupra diximus, retinente.

Poſtquam filios provinciarum hæredes inſtituit.

Porrò Ludovicus, eo nomine inter Imperatores ſecundus, modò ab anno Chriſti 849. quo à Patre Imperator nuncupatus eſt: modò ab anno inſequenti, quo Leo IV. eum Romæ coronavit: modò à die obitûs Parentis, Imperii ſui annos numeravit: quod hîc ex Antonio Pagio notandum cenſuimus, ut diverſas Epochas in Ludovici Diplomatis reperiri, Lectorem moneremus. Sanè ſi à morte Parentis Lotharii Epocham Imperii Ludovici Secundi conſtituimus, annus ejus Imperii Primus erit, qui eſt annus Chriſti 855. Neque enim niſi paucis diebus vitam Lotharius in Monaſterio protraxit, ut communiter tradunt.

Ludovici II. Imp. epochæ variæ.

Cæterùm idem annus Chriſti non ſolùm Lotharii Imperatoris, verùm etiam Leonis IV. Pontificis morte notabilis fuit. Hic eſt ille Pontifex Leo, ex noſtris, ut diximus, aſſumptus, qui Vaticanum munitionibus cinxit, ac Muris Romanis incluſit, auctor novæ civitatis, quam à ſuo nomine Leoninam appellavit. Idem effecit, ut Lotharius, & Ludovicus ſuo, atque ſucceſſorum Imperatorum nomine conſenſerint, *ne deinceps Cæſares ſeſe Electioni Pontificum vel aſſiſtendo, vel conſentiendo, vel confirmando, immiſcerent.* In cæteris ejus rebus geſtis Octavam Aſſumptionis Deiparæ Virginis, Romæ necdum receptam, ibidem ab eo fuiſſe inſtitutam: atque Monaſteriis Ordinis noſtris inſtaurandis, dotandíſque plurimam opem atque operam fuiſſe impenſam legimus. Poſteri eum in cœlitum numerum retulêre: & SS. D. N. Clemens XI. P. P. M. ejus officium die 19. Auguſti 1719. Benedictino Breviario inſeruit.

Mors Leonis P. IV.

Leoni IV. in ſolio Petri *mox* Clerus Populúſque Romanus Benedictum III. Presbyterum Cardinalem S. Calliſti (quem P. Gregorius Kolb floridum ex Divi Benedicti viridario germen appellat) ſubſtituêre. Ita Annus Chriſti 855. Primus fuit Benedicti III. Pontificis, Ludovici II. Imperatoris, & Annonis Epiſcopi noſtri Friſingenſis.

Succeſſor Benedictus III.

Ludo-

Digitized by Google

Indocti quidam, & malè feriati homines (inquit ad hunc annum Mabillonius in Annalibus Ord. noſtri) poſt Leonis mortem, obtrudunt Johañam Pſeudo Papiſſam, hancque fabulam Mariani Scotti, Sigeberti Gumblacenſis Monachi, imò & Anaſtaſii Bibliothecarii teſtimoniis adſtruere conantur, quos certum eſt, nil tale unquàm ſcripſiſſe, ut ex ſinceris eorum libris conſtat. Vidit Miræus (Mabillonii verba proſequimur) vidimus & nos poſt eum in Bibliotheca Gemblacenſi exemplar autographum Sigeberti: item Mariani Chronicon; ipſius Sigeberti ætate exaratum: vidimus & alia plura utriuſque Chronici in aliis Bibliothecis ejuſdem ferè antiquitatis: in quibus nihil prorſus de Johanna illa commentitia occurrit: multò minùs in Anaſtaſio, in cujus genuinnis codicibus Benedictus *mox* à Leonis obitu uno conſenſu electus memoratur. Hæc Mabillonius: qui rem etiam diffuſiùs proſequitur, & putidam fabulam erudititſſimè explodit. Fabula de Joanna Papiſſa.

Ludovicus II. Imperator regimen ſuum ac vitam uſque ad annum Chriſti 875. produxit: quo ipſo etiam anno Epiſcopus Noſter rebus mortalibus valedixit, ut infra dicemus. Aſt Benedictus III. Pontifex Maximus nonniſi usque ad annum Chriſti 858. ſupervixit: quem in ſummo illo faſtigio excepit Nicolaus I. dictus Magnus, eò quòd Magno Gregorio, ac Leone Magno Pontificibus rebus geſtis non minor fuerit æſtimatus. Hunc Ordinis itidem noſtri antehac inſtitutum fuiſſe ſecutum, P. Gregorius Kolb cenſet. Is usque ad annum Chriſti 868. Eccleſiam rexit, locúmque ceſſit Hadriano II. Romano, itidem (eodem P. Kolbio teſte) Benedictino antehac Monacho, qui anno 872. deceſſit. Hunc ſecutus eſt Joannes VIII. Pont. Maximus, de quo inferiùs ſuo loco. Benedictus III. obit. Succedunt Nicolaus I. Hadrianus II. Joannes VIII.

Ludovicus alter, videlicet Bojariæ & Germaniæ noſtræ Rex, anno Chriſti 855. (quo Ludovicus Auguſtus Imperium, Benedictus III. Pontificatum, Anno noſter Epiſcopatum adiit) contra Raſticen, Slavorum Ducem moverat. Verùm eo ſeſe intra munimenta recipiente nihil admodùm profecit, ſed direpta tantùm atque vaſtata Provincia regreſſus eſt: cui vicem mox rependit Raſtice, atque trans-Danubianæ Germaniæ ingentem vaſtitatem intulit. Sequenti anno idem Ludovicus noſter in Dalmatas, ſive, ut Brunnerus rectiùs vocari arbitratur, Dalemincios expeditionem ſuſcepit: quibûs ſubjugatîs per Bohemiam regreſſus, Regulorum aliquos in deditionem accepit. Ludovici noſtri res geſtæ.

Anno Chriſti 858. idem Ludovicus noſter in Galliam ad Regnum invitatus oblatas ſibi conditiones acceptavit Galliámque intravit, invitìs tamen Epiſcopìs, inſidiiſque denique appetitus, ac quorumdam Saxonum (qui Sorabi dicebantur) defectione territus, cùm præter invidiam retuliſſet nihil, in Germaniam regreſſùs eſt. Anno 860. reddita demùm Regnis eſt Pax, inter Reges firmata. Quâ occaſione Monachorum operâ, Principum verò munificentiâ literarum ſtudia egregie effloruêre. Non ita multò poſt nata inter Ludovicum noſtrum, & Carolomannum filium diſſidia mitigata, mox reſuſcitata, & iterùm reſtincta fuêre. Simillima propemodùm fata cæteris annis usque ad Annonis noſtri obitum, Ludovicum exercuêre, quæ vel ſtrictim narratæ tædium Lectori parere poſſe videntur, cùm ad præſentis Operis propoſitum aut parùm, aut nihil conferant. Quædam tamen fortaſſis ſuggeremus, cum res poſtulaverit. Ad Annonem Epiſcopum ſtilum noſtrum reducimus.

§. III.

Anno Epiſcopus defendit & auget bona Eccleſiæ ſuæ: quædam verò proinde permutat.

QUo tempore poſt Erchamberti Epiſcopi deceſſum res turbidæ agitabantur in Friſingenſi Epiſcopatu, veluti ſupra inſinuavimus, Udalſcalcus Tridentinus Epiſcopus perverſorum quorundam hominum inſtinctu vineas Anno prævalet contra Udalſcalcum Epiſcopum Tridentinum.

Lib. 5. Magnus Tradiſ. fol. 82. a. Vide in Part. Alt. N. 701.

Friſingenſis Eccleſiæ, Bulſano, celebri provinciæ Atheſinæ oppido adſitas, invaſit, ſibique uſurpavit. Eo tempore Ludovicus, Germaniæ noſtræ Rex Quadrageſimam Aiblingæ exigens, exercitum in Poëmanios (ut habet inſtrumentum Friſingenſe) Ductore Erneſto Comite, miſit, quem etiam nonnulli Epiſcopi ſecuti ſunt. Sanè rebus non ita proſperè geſtis cùm ad Regem reverterentur, qui in aciem prodierant, varios (ut fieri in ejusmodi eventibus ſolet) de expeditione ſuſpecta rumores afferebant. Aderant eo ipſo tempore Legati Regis Langobardorum (nempe Ludovici II. Imperatoris) Notingus Epiſcopus, & Bernardus Comes: quibus acceſsêre Jacobus, Vdalſchalci Epiſcopi Tridentini Advocatus, & alius quidam Willipertus nomine, de vineis, quas diximus, Bulſanenſibus cauſam agitantes. Cùm itaque Ludovicus, Rex noſter, cauſam illam citò terminare exoptans, univerſos, qui aderant, interrogâſſet, quid in definiendo illo negotio leges præſcriberent? Reſponſum ab omnibus fuit, inquirendum eſſe coram Rege, & Legatis Regis Langobardorum, num Tridentinus, an Friſingenſis Epiſcopus diutiùs vineas illas eousque poſſediſſet? Quodſi teſtibus probari poſſet, vineas illas triginta annorum ſpatio ad Eccleſiam Friſingenſem pertinuiſſe, eas omninò eidem Eccleſiæ eſſe adjudicandas: ſin minùs eas Tridentino Epiſcopo eſſe reſtituendas. Hæc cùm audiſſet Anno Epiſcopus noſter, ſtatim Teſtes obtulit: quos ubi Rex vidit, Erneſto Comiti mandavit, ut in Palatium ſe conferret, Legatósque Langobardorum Regis, atque Vdalſchalci Epiſcopi ſecum eò adduceret, qui oblatos ab Annone teſtes juramentô priùs de dicenda veritate præſtitô, audirent. Paruit Erneſtus, auditóque teſtium juramentô interrogavit, quid de vinearum illarum dominio ipſis conſtaret? Reſponderunt teſtes, certum ſibi atque exploratum eſſe, vineas illas ab annis omninò triginta fuiſſe Friſingenſis Eccleſiæ, ídque absque ulla cujuſcunque hominis contradictione. Quod audiens Erneſtus, univerſum Procerum Populſque Conventum, temporis illius more, rogavit ulteriùs, quid ergò in cauſa denique foret decernendum? Reſpondêre uno ore ſinguli, primi, medii, ultimi, vineas illas perpetuo jure Eccleſiæ Friſingenſi debere eſſe ac manere proprias: quam ſuorum unanimem ſententiam Rex ipſe calculô ſuô firmavit, cui denique etiam Legati ſupradicti, cùm Juſtitiæ ratio aliud non admitteret, ſubſcripsêre. Acta hæc fuêre Aiblingæ 16. Kal. April. Anno Chriſti 855. Indictione III.

Videatur etiam Italia Sacra Tomus V. col. mihi 590.

Confirmatur ſententia pro Annone lata.

Triumphaverat equidem eum in modum contra Tridentinos Anno Epiſcopus noſter; verùm (neſcitur ob quam cauſam) curas ſuas nondum poſuerat, quòd fortaſſis metueret, tricas adhuc aliquas moveri à Tridentino Epiſcopo poſſe apud Ludovicum Imperatorem, ad cujus Regnum Langobardicum Tridentum pertineret. Hinc cùm Tridenti aliquando Ludovicus uterque Imperator ſcilicet (qui tamen in noſtro inſtrumento non vocatur niſi Langobardorum Rex, fortè quòd nondum coronatus eſſet) ac alter Ludovicus Germanicus, conveniſſent, & de conſtituendis rebus publicis conſilia agitâſſent, Anno noſter ea occaſione utendum ratus, cauſam Eccleſiæ ſuæ novo utriusque Regis examini ſubjecit, ac prioris Judicii confirmationem petiit: quod etiam feliciter impetravit, vineîs Bulſanenſibûs Eccleſiæ Friſingenſi rurſus adjudicatîs. Sanè quo anno id factum ſit, in inſtrumento equidem non exprimitur. Exiſtimamus tamen, factum illud referri poſſe ad annum Chriſti 860. quo Pax inter cognatos Reges Carolingos coaluit. Id enim ex inſtrumento ſatis elucet.

Quart. Trad. lib. fol. 82. b. Part. Altera N. 703.

Herolfus Chorepiſcopus Friſingenſis. N. 704.

Cæterùm ſtatim atque Anno noſter impoſitus eſt Sedi Friſingenſi, Herolfus Chori Epiſcopus Friſingenſis legitimam inſtitutionem ſuper certis bonis atque mancipiis in *Tankirhha* nomine Eccleſiæ Friſingenſis accepit. Hic absque dubio eſt Herolfus ille Chori Epiſcopus, cujus nomen unà cum Erchamberti Epiſcopi nomine inſertum fuit Libro Societatum Augienſium, ut alibi diximus.

N. 705.

In Annonem Epiſcopum paulò poſt electionem liberaliſſimus fuit Rihho Co-

Digitized by Google

Comes, qui eum ad ſe amicè invitavit in *Scropinhuſen*, hodie Schrobenhauſen, quò etiam Epiſcopus noſter ſe contulit. Ibi Comes adhibito ſuorum conſilio atque conſenſu certîs conditionibûs adjectîs Eccleſiæ Friſingenſi, quidquid Juris ipſe eousque in *Scropinhuſen* habuerat, dono dedit, curtem nempe cum domo, cum colonis, mancipiis, pratis, paſcuis, ſilvis, venationibus, ſagina, cum terris cultis & incultis, cum mobilibus & immobilibus, cum quæſitis & inquirendis &c. inter conditiones ea ultimo loco adjecta fuit, ut bona ac Jura illa à ſe donata Eccleſiæ Friſingenſi nullis unquam temporibus alteri cuidam ad uſum concedantur, ſed perpetuò ipſi Eccleſiæ B. V. ad proprios uſus deſerviant. Id actum eſt 7. Kal. Mart. 855. Cui donationi proximis Calendis Maji alia ſucceſſit, qua Kiſalbertus quidam, Vir itidem nobilis, res quasdam ſuas Geltingæ per manus Epiſcopi ad Eccleſiam Friſingenſem Cœlorum N. 706.
Reginæ tranſcripſit.

Subſequentibus Annis ex fidelium in Deiparam Virginem pietate adjecta
fuêre Eccleſiæ Friſingenſi quàm plura bona ac mancipia de *Zollinga*, *Percho-* N. 707. 708.
uen, *Ziebolſeshuſum*, *Pilozuue*, propè rivulum *Teſito*, *Perchach*, *in Hall* 709. 710. 711.
(ut ſupra monuimus) item in *Ebinga*, *Peralach*, ad *Moſahum*, ad *Huſun*, 712. 713. 714. 715. 716. 717.
ad *Taurn*, *Cetilhuſin* & *Landperchteshofan*, *Haſalbach*, *Rincpach*, *Paſin-* 718. 719. 720. 721. 722. 723.
bach, *Timinhouen* &c. Ubi hæc paucula obſervamus. Donatio de *Ziebol-* Obſervationes ex Docu-
ſeshuſen facta fuiſſe ſcribitur in inſtrumento *Anno ab Incarnatione Chriſti* 860. mentis allegatis.
in publica Synodo in monte S. Stephani, ubi oſſa cum pulvere S. Alexandri &
Juſtini honorabiliter humata cernuntur; è quibus translatio SS. Alexandri & N. 709.
Juſtini egregiè confirmatur. Donationem Wampaldi de *Piloziuue*, quæ con- N. 710.
cernebat terras, vineas, prata, ſilvas, ac plura alia, fecit quidam Comes è Slauis, Chezul nomine, ad Divi Corbiniani honorem anno Chriſti 861. Ratisbonæ. Et quoniam aliunde conſtat, eo ipſo Anno Ludovicum Regem noſtrum Ratisbonam Comitia indixiſſe, & Principum quosdam infidelitatis convictos exauctoráſſe, pronum erit ſuſpicari, Annonem noſtrum, ac prædictum Comitem *Chezul* ibidem, Ratisbonæ ſcilicet, invicem familiariter ſibi innotuiſſe. In donatione facta ad Caſam S. Candidi propè rivulum *Tiſito* adverto, N. 711.
Eccleſiam S. Candidi eo adhuc tempore manifeſtè adunatam Eccleſiæ huic Cathedrali, & Annonis Epiſcopi ſacræ Jurisdictioni fuiſſe ſubjectam. In cæteris donationibus nihil dignum occurrit, quòd hîc annotetur.

Sanè Anno noſter, cùm eſſet Eccleſiæ ſuæ Oeconomus verè vigilantiſſimus, eam non ſolùm ex aliorum liberalitate, verùm etiam ex propria ſua induſtria vidit plurimùm locupletatam. Acceperat usque ad ea tempora Friſingenſis Eccleſia quàm plurima à Fidelibus Prædia, Jura, atque Opes, de quibus hactenùs in Actis Anteceſſorum Annonis egimus, ingenti ſanè œconomicæ rei augmento, ſeu quod accedente providi Patrisfamilias curâ creſcere poterat. Incrementum illud Anno noſter fieri poſſe vidit permutatione quàm plurium Prædiorum ac Jurium, quæ eousque Eccleſiæ Friſingenſi acceſſerant quidem, verùm ob locorum incommoda, & diſtantias non eam, quæ ſperari poterat, utilitatem afferebant, & in uſus longè feliciores cumulatioréſque redigi poterant. Ea de cauſa Anno Epiſcopus aſſentientibus Monachis ac Canonicis Eccleſiæ ſuæ, atque accedente inſuper plerumque Ludovici Regis aſſenſu per temporum intervalla tot Eccleſiæ ſuæ bonorum permutationes fecit, ut, ſi vel ſola ejusmodi prædiorum ac bonorum datorum ac receptorum nomina hic exprimeremus, ſummâ moleſtiâ Lectoris animum obrueremus. In
Parte tamen altera ſingula inſtrumenta plena manu ſubminiſtrare conabimur. à Num. 724.
Neque verò ſola Annonis noſtri in permutandis Eccleſiæ ſuæ bonis providen- usque 857.
tia, ac circumſpectio, ſed etiam virtus ac ſpectatiſſima Pietas rem familiarem auxit, cùm ſæpè fideles ſimplum ab Annone acciperent, duplum aut etiam triplum Eccleſiæ Friſingenſi conferrent, ut ſeſe ſuffragiorum Friſingenſis familiæ redderent participes.

N. 735. S. Juliana, apud Iſanenſes coli ſolita. In iis bonorum commutationibus unam reperio, quæ concernebat Prædium quoddam pertinens ad Altare S. Zenonis Iſanæ, *ubi* (ut additur in inſtrumento) *Sancta Juliana in corpore requieſcit.* Sanè cùm plures, nempe ſeptem S. Julianæ in Romano Martyrologio celebrentur, quænam ſit illa ſancta Juliana, cujus ſacra lipſana Iſanæ ſervari inſtrumentum prodit, ex eo colligimus, quod Iſanenſes in noſtra uſque tempora diem decimum ſextum Menſis Februarii habeant feriatam, qua die in Romano Martyrologio hæc leguntur: *Cumîs in Campania Translatio Sanctæ Julianæ Virginis & Martyris, quæ Nicomediæ ſub Maximiano Imperatore primùm à Patre ſuo Africano graviter cæſa, deinde ab Euilaſio Præfecto, cui nubere recuſabat, variè cruciata, & poſtmodùm in carcerem detruſa, ubi palàm cum diabolo conflixit, demùm flammas ignium, & ollam ferventem ſuperans, capitis decollatione Martyrium conſummavit.*

Porrò quis ſacras Divæ Julianæ reliquias Iſanam adduxerit, vel in quonam Collegiatæ Eccleſiæ angulo eæ fuerint poſtea reconditæ, ignorant Poſteri, donec Optimo Numini placuerit majorem ſacri Theſauri cultum Iſanenſibus indulgere. Eas olim in Neapolitana diœceſi quieviſſe, ex epiſtolis S. Gregorii Papæ octuageſima quarta, & octuageſima quinta ad Fortu[illegible]tum Epiſcopum Neapolitanum datis, probat Baronius in Notis ad Martyrologium Romanum. Sanè quòd Iſanenſes die ſanctæ Julianæ Virginis & Martyris ſacra, ab operibus ſervilibus abſtineant, conforme eſt legibus Francicis, tempore Caroli Magni ſancitis, in quibus *cap.* 33. hæc legimus. *Et illas Feſtivitates Martyrum vel Confeſſorum obſervare decrevimus, quorum in unaquaque Parrochia, ſancta requieſcunt corpora.* Videatur Franciſcus Irenicus in *Exageſi Germaniæ.*

Megilo Abbas in Tegernſee. N. 736. In alia quadam permutatione mancipiorum, inter Annonem Epiſcopum noſtrum, & Megilonem Abbatem facta, advertimus, Megilonem hunc non videri eſſe alium ab eo, qui in Catalogo Abbatum Tegernſeenſium ad ea tempora laudatur: ubi illud eruditus Lector advertet, Megilonem illum in inſtrumento Permutationis bis vocari *Nobilem Abbatem*, quod paucis eo tempore
N. 764. tribuebatur. Aliam mancipiorum commutationem Anno noſter fecit cum Nepote ſuo Nobili Arnoldo: ex quo Nobilitas ſanguinis etiam ipſius Annonis noſtri magis confirmatur.

N. 795. Donatio Tatonis de Cundharesdorf *ad Sconinberg Monaſterium S. Viti, ubi prætioſi Martyres Chriſti Cornelius & Cyprianus corpore quieſcunt*, perple-
De Monaſterio S. Viti. xos nos reddit, dubióſque, quodnam ſit illud S. Viti Monaſterium, de quo in ea donatione agitur. Exſtat in Bojaria inferiori caſtrum dictum Schönburg, medio ferè inter Monaſteria Aſpacenſe, & Reicherſpergenſe itinere ſitum, ubi olim Monaſterium fuiſſe obſcura fama prodit. Verùm cùm locus ille non ad Friſingenſem, ſed Patavienſem Diœceſin pertineat, non apparet, cur membrana eundem concernens Friſingæ fuerit repoſita? fortè ex membranis Patavienſibus certiora erui poſſent. Apud Friſingenſes fama itidem obſcura tradit, in Collegiata S. Viti Eccleſia, quæ extra Urbis Friſingenſis mœnia in Umbilico Tetmontis ſita conſpicitur, olim Monachos fuiſſe, quos Egilbertus Epiſcopus paulò poſt initium ſæculi undecimi in ipſum Montis verticem, nempe ad Monaſterium Weichenſtephanenſe tranſtulerit, Canonicis, qui dictum verticem euſque occupaverant, in S. Viti Monaſterium receptis. Verùm an de hoc Monaſterio inſtrumentum agat, ex eo dubitare cogimur, quòd nullibi legamus, locum illum aliquando fuiſſe dictum *Sconinberg*, ſeu *Schenberg*, quamquàm ſignificatio vocabuli Schenberg (Mons bellus) eidem loco jure optimo tribui potuerit, uti omnes videmus. Præterea in ea Eccleſia nulla ſingularis memoria Sanctorum Cornelii & Cypriani reperitur: ut adeò inſtrumenti hactenùs laudati explicationem aliorum judiciis opus ſit commendare: niſi fortè dicendum ſit, memoriam atque Reliquias Sanctorum illorum periiſſe

unà

Digitized by Google

unà cum Divi Viti Eccleſia, quando ea ab Hunnis ſub Divi Lantperti Epiſcopi Regimine anno Chriſti 955. fuit crudeliter direpta & exuſta, velut inter alios teſtatur Arenbeckius, cui etiam Proprium Breviarii Friſingenſis conſonat, nóſque ſuô locô memorabimus. Cæterùm ea donatio alicubi ad Erchamberti Epiſcopi tempora refertur.

In permutatione inter Deotricum, qui *Vir nobilis* & *Abbas* vocatur, & Annonem Epiſcopum circa bona in monte Ritano * & Tegarinwac facta, ſuſpicamur, Deotricum illum fuiſſe Abbatem Monaſterii Tegernbacenſis, de quo aliàs ſupra mentionem ingeſſimus.

* an Reitberg?

N. 856.

§. IV.

Cætera Annonis Epiſcopi Ornamenta, atque Mors.

QUæ de Annone noſtro memoranda ſuperſunt, ex iis quæ ad noſtram notitiam pervenêre, compendiô referimus.

Anno Chriſti DCCCVIII. Indictione I. XVII. Kal. Junii juſſu Ludovici Germaniæ Regis apud Wormatiam civitatem Synodus fuit convocata, in qua non XLV. duntaxat, ut Pagius exiſtimavit, ſed LXXX. Canones fuêre conditi, ut videre eſt in Actis Conciliorum apud Harduinum. Huic Synodo, velut ex Annalibus Ordinis noſtri Mabillonianis docemur, Anno Epiſcopus noſter interfuit. Et quoniam ibi alios quoque Patres, ei Synodo præſentes idem laudatus Mabillonius recenſet, non piget eos hîc enumerare, ut videamus, quinam ſacrarum Sedium Antiſtites fuerint ſynchroni Annoni noſtro? Itaque Mabillonius in epiſtola Synodica ejuſdem Concilii, qua, inter cætera, fundatio Hereſienſis Parthenonis confirmata fuit ſeptemdecim Epiſcoporum, unius Chorepiſcopi, & ſex Abbatum nomina enarrat in hunc modum: *His litteris* (inquit) *appoſita ſunt ſigna Adalvvini Saltzburgenſis, Rimberti Hammaburgenſis, Altfridi Hildenesheimenſis, Guazonis Wormatcenſis, Salomonis Conſtantienſis, Annonis Friſingenſis, Lantfridi Sabionenſis, Ermerrici Patauienſis, Otgeri Rubelacenſis, Lintgarii (an Nitgarii) Auguſtusburgenſis, Limberti Mimigardinfordienſis, Thiadrici Mimindenſis, Hildegrini Haluerſtadienſis, Linthardi Paderbornenſis, Eralt Feridenſis, Ægiberti Oſnabrugenſis, Bernardi Chorepiſcopi, Heionis Abbatis & Presbyteri, Adalgari Abbatis & Presbyteri, Thiadrici Abbatis & Presbyteri, Bravvardi Abbatis, & Egiberti Abbatis.* Subdit Mabillonius, & nos cum Mabillonio: Hæc Nomina ſingillatim referre etiam ea de cauſa viſum eſt, *tum quia deſunt in Actis hujus Concilii, tum quia plerique illorum Epiſcoporum ex Ordine noſtro aſſumpti ſunt.* Unde Dominicus Macrus, Eccleſiæ Viterbienſis Canonicus, ac ſacræ Congregationis Indicis Conſultor: ac frater ejus Carolus Macrus, Bibliothecæ Alexandrinæ in Archigymnaſio Urbis Præfectus, dum in ſuo eruditiſſimo Hierolexico agunt de veſtibus Clericalibus, in quibus Hieronymus Epiſtola tertia ad Nepotianum colorem nigrum ſeu album damnat, hæc obſervant. *Fuit*, inquiunt, *color niger per Monachos in Clericos ſæculares introductus, in illis nempe ſæculis, in quibus Nigrorum Ordo Cathedram S. Petri obtinebat. Quare ex eodem Ordine innumerabiles per Orbem ad Epiſcopatus aſſumpti, atque nigrum habitum eorum retinentes. Hinc ſæculares Clerici, eorum ſubditi, ad ſuperiorum ſimilitudinem eundem colorem nigrum introduxerunt in veſtibus.* Sic illi.

Tom. 5. à col. 733.

Tom. 3. pag. 152.

Anno Epiſc. intereſt Synodo Wormaticenſi.

Cæterùm ex enumeratione Epiſcoporum dicti Concilii illud commodum Brixinenſes referent, ut deinceps in Catalogo Sabionenſium & Brixinenſium Epiſcoporum non nudum duntaxat Lantfridi Sabionenſis Epiſcopi nomen reponi

Digitized by Google

poni poſſit. Neque dubium eſt, etiam aliorum quorundam Synchronorum Epiſcoporum ibi expreſſorum rebus aliquam lucem ex Synodali illa epiſtola affundi.

Anno Epiſcopus Joanni VIII. primus mittit Romam Organum pnevmaticum unà cum Organædo.

Ad Annonis quoque Epiſcopi laudes pertinet, quòd is primus fuerit, qui Organum pnevmaticum Muſicum, ex pluribus ſcilicet fiſtulis, majoribus ac minoribus conſtans, Summo Pontifici Joanni VIII. ab eodem rogatus unacum Organædo tranſmiſerit. Id diſcimus ex Mabillonio noſtro Annalium noſtri Ordinis Tom. II. ubi, cùm de hoc admirabili inſtrumento à Græcis invento, atque ad Carolum Magnum Aquisgranum tranſmiſſo, ac deinde aliis ad ejus imitationem fabrefactis egiſſet, hæc ſubjungit. Proceſſu temporis exemplum hoc in alias Eccleſias, ſeriùs in Monaſteria manavit. Organorum uſum ſub finem ſæculi Noni apud Italos ex Germania primùm acceptum fuiſſe colligimus ex epiſtola Joannis Papæ VIII. ad Annonem Epiſcopum Friſingenſem, rogantis, *ut Optimum Organum cum Artifice, qui hoc moderari & facere ad omnem modulationis efficaciam poſſit, ad inſtructionem Muſicæ diſciplinæ ſibi aut deferat, aut mittat.* Ita inſtrumentorum Muſicorum omnium facilè præſtantiſſimum Romæ, atque Italiæ Friſinga noſtra primùm contulit, & magiſtrum miſit, qui eam artem Italos doceret, qua ea gens poſthac cæteros Orbis populos longiſſimè ſuperatura erat & hodiéque ſuperat, templis ferè omnibus Annonis noſtri laudes reſonantibus. Quidſi diceremus, ipſum Annonem (quod diſertè optaverat Pontifex) Romam acceſſiſſe, oblatóque Organo ac Organædo ſacras quaſdam Reliquias Sanctorum Cornelii & Cypriani (de quibus ſupra) Friſingam retuliſſe? Verùm, Lector, iſta non aſſeverando, ſed ſolùm conjiciendo dicta puta.

pag. 182.

De eodem Annone Epiſcopo extat hoc antiquum diſtichon:

Junxit Oves Agno commiſſas ſeptimus Anno,
Auxit & hanc aulam primitùs exiguam.

Quo ſenſu Anno dicatur Septimus Epiſcopus Friſingenſis?

Ubi advertet Lector, quòd, cùm Anno dicatur *Septimus*, intelligi debeat Septimus inter Divi Corbiniani Succeſſores. Nam ſi ipſum Sanctum Corbinianum connumeremus, erit Ordine Octavus, uti hactenùs luce meridiana clariùs demonſtravimus: idémque optimè nobis explicat Poëta Synchronus, qui ſub Annone vixit, & ſcripſit: cujus verſus ex pervetuſto Codice Inclyti atque Imperialis Monaſterii S. Emmerami Ratisbonæ Mabillonius noſter exſcripſit, & in Tomum IV. Veterum Analectorum, ac poſtea in Tomum II. Annalium tranſtulit. Dicti verſus de Epiſcopis Friſingenſibus ſic habent:

pag. 516.
pag. 83.

Friſigienſis enim Sedes hæc aula vocata eſt,
Corbinianus ovans quam Primus rexerat Almus:
Inde Dei famulus Ermperhtus nomine ſedit.
Tertius hinc Joſeph, præclarus nempe Magiſter.
Arpeo quartus erat, facundo ſamine fretus.
Quintus Apoſtolicam tenuit pius Atto Cathedram.
Poſt hunc Hitto Pater ſedem jam rexerat Almus.
Ex hinc ſucceſſit Erchampert Paſtor amatus.
Ecce pius ſedens præſens nunc Anno gubernat.

De Annone noſtro cùm Domeſtici Epiſcoporum Catalogi, tum Scriptores quidam exteri narrant, eum bona ſua in Run, & Hall, Eccleſiæ Friſingenſi dono dediſſe. Nullum tamen ejus rei inſtrumentum hactenùs potuimus detegere. Communiori domeſticorum Codicum, & Gamanſii ſuffragio Annonis Mors incidit in VII. Idus Octobris anno Chriſti 875. ſacræ ſuæ gubernationis viceſimo primo: cujus Synchronos Pontifices, Imperatores, Reges, atque Epiſcopos ſupra jam retulimus. Ajunt, eum in Capella S. Matthæi fuiſſe appoſitum ad Patres ſuos.

Ex hactenùs relatis conſtat, in Chronico Chronicorum Eccleſiaſtico-Politico Joannis Gualterii Belgæ in ſerie Epiſcoporum Friſingenſium Annonem noſtrum fuiſſe ponendum, & quidem octavo locô, ubi tamen is penitùs non comparet.

CA-

Digitized by Google

CAPUT IV.

De Arnoldo, Nono Friſingenſis Cathedræ Epiſcopo.

§. I.

Arnoldi Electio.

ARnoldum noſtrum quidam Arnulphum vocant. Verùm quia Codex Arnoldo noſtro præ cæteris antiquitate vicinior, nempe Liber Secundus Traditionum ac Commutationum Friſingenſium, eum conſtanter Arnoldum appellat, maluimus eidem inhærere, cùm non ex recentioribus antiqua, ſed ex antiquis recentiora ſint emendanda. Fuiſſe Arnoldum ex nobili proſapia de Erpfenbrunn oriundum, alicubi legimus: quod quidem ea, qua accepimus, fide amplectimur. Occurrit ex Familia Friſingenſi Arnoldus quidam Diaconus, qui juſsùs ab Erchanberto Epiſcopo Inſtrumentum commutationis, bonorum in *Aſinhuſun* & *Rotinbach* Anno Chriſti 852. conſcripſit: & hunc exiſtimamus eſſe ipſum Arnoldum noſtrum, ab obitu Annonis Epiſcopi in Sedem Friſingenſem ſublimatum. Reperimus equidem etiam alium Arnoldum nobilem, & quidem Annonis defuncti Epiſcopi nepotem, qui cum eodem Epiſcopo ſive avunculo, ſive Patruo ſuo commutationem fecit. Verùm quia nullo prorſus indicio ducimur, ut eum ſive ſacro aliquo Ordinis gradu initiatum, ſive Familiæ S. Mariæ Friſingenſi adſtrictum fuiſſe exiſtimemus, idcircò non eſt, cur eum Annoni ſuffectum fuiſſe affirmemus. Electionem Arnoldi contigiſſe anno Chriſti 875. ferè omnes Catalogi Friſingenſium Epiſcoporum produnt; alicubi etiam aſſignatur dies, nempe quarta Novembris. Quæ omnia à veritate nihil abludunt.

Arnoldi nomen variè ſcribitur.

Arnoldus alius, Annonis Epiſcopi nepos.

§. II.

Principes Eccleſiaſtici atque Profani, Sedente Arnoldo Epiſcopo.

JOannes VIII. quem anno Chriſti 872. Petri ſolium conſcendiſſe meminimus, eidem nonniſi annis decem præfuit, & tamen Imperatores duos, Carolum Calvum, & Carolum Craſſum coronavit. Carolus Calvus, Franciæ antea Rex audita anno Chriſti 875. Ludovici II. Imperatoris morte ocyùs Romam advolans, diadema Imperii à Joanne ſuſcepit, at non niſi usque ad annum 877. retinuit, veneno ſublatus à Sedecia Judæo, quo is Medico utebatur, uti cum aliis Petavius ſcribit. Is Quintus à Carolo Magno occidentis Imperator fuerat: cui poſtea primùm anno 881. Carolus Craſſus, Ludovici Germanici filius, in Imperio ſucceſſit, ut ſuo loco iterùm dicemus. Falli enim eos, qui inter Carolum Calvum, & Craſſum Imperatores Ludovicum, à linguæ vitio dictum Balbum, ponunt, poſt alios Antonius Pagius abunde demonſtrat. Neque enim Balbus unquam Imperii, ſed Franciæ duntaxat Occidentalis coronam à Pontifice accepit. Carolus Craſſus Imperii gubernacula usque ad annum Chriſti 888. retinuit, uti rurſus ſuo loco memorabimus. Ipſe Joannes Pontifex, qui plures coronas aliis impoſuit, depoſuit ſuam 882. poſtea in Marini Galli Pontificis Maximi verticem translatam.

Carolus Calvus fit Imperator.

Ration. Temp. part. 1. lib. 8. cap. 10.

Succedit Carolus Craſſus.

Joanni VIII. ſubſtituitur Marinus Papa.

Digitized by Google

Varia inter Reges fata.

In noſtra hac Germania anno Chriſti 876. primùm Hemma Regina, ac poſt aliquot Menſes ipſe Ludovicus Germanicus Sceptris atque Coronis valedixerunt relictis tribus filiis, Carolomanno, Ludovico, & Carolo Craſſo. Horum Provinciis patruus Carolus Calvus armatus inhiabat. Verùm ope divinâ adjutus Ludovicus Junior timidum Imperatorem in fugam conjecit: Quâ victoria feliciter obtentâ deinceps fratres relictas ſibi à Parente Ludovico Rege Provincias ita inter ſe fuêre partiti, ut Carolomanno natu majori Bavaria, Pannonia, Carinthia & Moravia: Ludovico, quem Juniorem diximus, Orientalis Francia, Thuringia, Saxonia, Friſia & Lotharingiæ pars: Carolo denique Craſſo (poſthac, ut ſupra diximus, Imperatori) Alemannia, ſive Suevia, & altera Lotharingiæ pars obvenerit.

Nova provinciarum inter fratres diſtributio.

Sequenti anno 877. Carolomannus Bojariæ noſtræ Rex in Italiam profectus in eo Regno Carolo Calvo ſucceſſit. Ipſe Carolomannus anno 879. morti proximus Arnulphum, ſpurium licèt filium, ex Hitowinda pellice ſuſceptum, Carinthiis præfecit, eúmque Ludovico fratri ſuo, Germaniæ Regi, per tabulas commendavit, mortuus ſtatim anno ſequenti, Princeps omni laude dignus, ac præſertim de Ordine D. Benedicti optimè meritus ſtructô Sodalibus noſtris Oetingæ Monaſteriô ac Templô, cui corpus ſuum poſt mortem inferri voluit.

Carolomanno fratre defuncto, Bojariæ habenas frater ejus Ludovicus Germaniæ Rex anno Chriſti 880. ſuſcepit, relicta Arnulpho Carinthiæ Præfecturâ. Variîs poſtea bellîs & incommodîs egregiè perfunctus anno Chriſti 882. ipſe quoque diem ſupremum clauſit: cui poſtea Carolus Craſſus Imperator, Ludovici junioris, ut vidimus, frater in tot illarum Provinciarum regimine ſucceſſit: qui cum anno Chriſti 883. in Italiam ad Marini Pontificis alloquium profectus eſſet, à peſte ope Divi Alexandri eximitur, cujus ſacros cineres Bergomi veneratus eſt, ut Brunnerus ſcribit. Sanè quiſnam ſit hic S. Alexander, Caroli Craſſi Imperatoris evergeta, nobis incompertum eſt, maximè cùm in Romano Martyrologio plures quàm triginta Sanctos Alexandros reperiamus annotatos. Sanè Carolus compoſitîs Italiæ rebus eodem anno in Germaniam regreſſus eſt. Et hi quidem erant Italiæ ac Germaniæ Supremi Principes, quo tempore Arnoldus noſter Friſingenſibus ſacra Jura adminiſtravit.

Archiepiſcopi Salisburgenſes.

Salisburgenſi Sedi ab an. Chriſti 872. usque ad annum 879. Adalbertus: deinceps Theodemarus usque ad annum 907. Archiepiſcopi præfuêre, viri ſanè præſtantiſſimi, de ſua Eccleſia & Republica Chriſtiana optimè meriti, de quibus pleniùs agitur in Hiſtoria Salisburgenſi, ad quam Lectorem remittimus.

§. III.

Geſta & Mors Arnoldi Epiſcopi.

ARnoldi noſtri Pontificatus magìs utilibûs bonorum commutationibûs, quàm donationibûs illuſtratus fuit. Erat adhuc inter vivos Ludovicus Germaniæ noſtræ Rex, cùm quatuor ejusmodi tractatus Arnoldus iniret aſſentiente tum ipſo Rege, tum etiam Canonicîs & Monachîs Friſingenſibus. Primus evenit inter Arnoldum Epiſcopum noſtrum, ac Erimbertum Comitem, cùm Epiſcopus Comiti cederet bona quædam in Iſana; Comes verò alia bona in Pitlbach Epiſcopo aſſignaret. Ea permutatio jam antehac equidem decreta fuerat ſub Annone deceſſore: aſt hujus confirmatio ſecuta primùm fuit ſub Arnoldo Epiſcopo, Ludovico Rege Friſingæ præſente, uti ex inſtrumento rectè videtur deduci.

Num. 730. poſt medium.

N. 858. Altera permutatio inſtituebatur inter Arnoldum Epiſcopum, & Amalrichum

Digitized by Google

chum Nobilem, quando Epiſcopus Amalricho dedit curtem de *Pettinbach:* in hujus verò vicem ab eo alia Jura in *Hruodineshofen* accepit.

In tertia permutatione Arnoldus alii Viro Nobili, Herimperto nomine, ceſſit bona quædam in Pelheimb, bonis aliis in Holzhauſen Eccleſiæ ſuæ ab illo Nobili Eccleſiæ Friſingenſi conceſſis. N. 859.

Quarta permutatio concernebat alia bona in *Kermersvvanc* & *Ilmina.* Kermerswangenſia bona Hepaharto Nobili Arnoldus attribuit: Ilminenſia verò Cathedrali ſuæ Eccleſiæ ab eodem acquiſivit. Et quoniam Ludovicum Regem jam deceſſiſſe anno Chriſti 876. Menſe Auguſto diximus, nemo non agnoſcit, hoſce tractatus, conſenſu Ludovici Regis factos, jam fuiſſe ſuſceptos præcedentibus ſive Annis ſive Menſibus: ubi dolendum ſanè eſt, in inſtrumentis ſub Arnoldo, Epiſcopo confectis notas Chronologicas toties fuiſſe omiſſas. N. 861.

Sub Carolomanno, Ludovici filio, Bojariæ Rege Arnoldus Epiſcopus permutavit bona quædam in *Abaloh*, & *Moresfurt*, ac *Hrummesbach:* pro quibus eidem Epiſcopo Kerhohus nobilis, Ermicho nobilis, & Alprichus nobilis attribuerunt alia bona tum in *Abaloh*, ſeu Allach, tum in *Aſinhuſin.* A Viris quoque Nobilibus Sigiberto Presbytero & Fratre ejus Fridarico Arnoldus alia bona in dicto vico *Alach* obtinuit, iiſque in compenſationem mancipia quædam dedit, idque *cum conſenſu & conniventia Canonicorum ſeu Monachorum, etiam & per licentiam Karolomanni Regis.* N. 862. 863. 864. 865.

In univerſas Carolomanni Provincias ſucceſſiſſe Ludovicum Regem, dictum Juniorem, ſupra vidimus. Sanè an non aliquæ permutationes ſub Ludovico Germanico à nobis recenſitæ, ad hunc Ludovicum Juniorem potiùs referendæ ſint, nemo facilè diſcernet, cùm & Nomina Regum diverſitatem non habeant, & inſtrumenta notis Chronologicis deſtituantur.

Poſthac, Carolo Craſſo Imperatore anno 882. Rerum Bojariæ potito, reperio duas alias permutationes, ejus aſſenſu peractas. *Prima* inter Arnoldum Epiſcopum, & Virum Nobilem Meginherum dicitur facta eſſe anno 883. Indictione XV. Annò ejusdem Caroli Imperatoris *primo*, quod de adito Bojariæ dominatu, Lector, accipe, quem is, ut modò dicebamus, anno primùm ſuperiori obtinuerat: Altera inſtituta memoratur eodem quidem etiam anno, aſt ſeriùs, cùm jam ſubintrâſſet Indictio I. & annus non quidem Boici Regiminis, ſed Imperii ejus Tertius numeraretur. Quænam bona in priori illo tractatu fuerint data & accepta, non exprimitur in Inſtrumento. Poſterior concernebat bona quædam in *Erphenbrunn*, quæ Epiſcopus Wicdarpo nobili, & uxori ejus Albſuindæ dedit, & alia ad *Cellam*, quæ ab iis recepit. N. 866. N. 867.

In horum Inſtrumentorum ultimô advertimus, illud fuiſſe ſcriptum præcepto Arnoldi Epiſcopi à Paldrico Cancellario, quale officium, aut certè officii vocabulum apud Friſingenſes hactenùs, ſi benè meminimus, nunquam occurrit. Paldricus, primus Cancellarius Friſingæ.

Supereſſent hîc recenſendi multi alii ejusmodi tractatus commutationum; verùm tot caſus ſibi ſemper ſimillimos coacervando non niſi nauſeam Lectori afferremus. In Altera tamen Operis Parte plures recenſebimus. A Num. 868. usque ad N. 899.

Hîc id unum nihilominùs monemus, mirum nobis videri, cur in tot membranis illorum Tractatuum plerumque nulla ampliùs fiat mentio ſive Canonicorum ſive Monachorum, neque memoretur, eorum conſenſum fuiſſe adhibitum, tametſi quædam commutationes fuerint ſatis notabiles, ad quas ejusmodi conſenſus omninò neceſſarius fuiſſe videri queat. Verùm cenſendum eſt, ejusmodi conſenſum non defuiſſe, ac fortaſſis iis, qui ſæpè dictæ familiæ adſcripti fuerant, ſatis fuiſſe, Arnoldi fidei totum committere. In permutatione tamen quadam cum Megilone Tegernſeenſi Abbate facta, conſenſus *totius familiæ* omninò exprimitur. N. 887.

Cæterùm ii, qui ante nos univerſa tabularia Friſingenſia ſummo ſtudio, & attentione evolverunt, notant, Arnoldum videri fuiſſe è Divi Benedi- An Arnoldus è Benedictinis fuerit ultimus Epiſcopus Friſingenſis?

cti Ordine ultimum Friſingenſem Epiſcopum, ac poſt ejus deceſſum vitam Monaſticam in hac Eccleſia defeciſſe, cùm deinceps nulla ampliùs Monachorum Friſingenſium mentio occurrat, ſed Canonicorum tantùm. Huic conjecturæ ſuffragatur fama illa, de qua ſupra egimus, quæ inter cætera tradit, Monachos quoſdam noſtros è Monaſterio Friſingenſi (quod centum quinquaginta circiter annis incoluerant, & non modicis opibûs repleverant) migrâſſe in vicinum S. Viti Monaſterium, ac demùm ſæculô Chriſti undecimô translatos fuiſſe Weichenſtephanium. Creſcit etiam eadem conjectura ex eo, quod in Divi Lantperti Friſingenſis Epiſcopi actis refertur, ubi ſcribunt, Eccleſias Sanctorum Viti & Stephani extra Friſingam ab Hunnis fuiſſe exuſtas, ut adeò certum ſaltem ſit, Eccleſiam S. Viti ante ea Hunnorum tempora exſtitiſſe, ac floruiſſe. Porrò eidem S. Viti Eccleſiæ Monaſterium fuiſſe adjunctum, ſuperiùs ſub Annone diximus, ubi de Divi Viti Monaſterio diſſeruimus. Verùm utcunque iſta ſe habeant: non deeſt tamen argumentum, etiam Waldonem Succeſſorem Ordinis Benedictini fuiſſe alumnum, ut ſuo loco videbimus.

Arnoldi Ep. laudes.

Affirmant domeſtici Epiſcoporum Catalogi, Arnoldum noſtrum doctrinæ ac virtutis laude, ac Divini cultûs, atque ſalutis animarum promovendæ zelô excelluiſſe, inter ſuos omnia ritè ordinâſſe, atque rem œconomicam egregiè adminiſtrâſſe, vitámque ac converſationem ejus omnibus acceptam gratámque fuiſſe. Gualterius Belga addit, eum etiam Eccleſiam Cathedralem ampliâſſe, quod domeſticus quoque quidam Codex aſſeverat. De illius extra Diœceſin itineribus aut extranearum Aularum frequentatione legimus nihil. Ita demùm in pace quievit XI. Kal. Octob. annô Chriſti 883. nondum expletô: completô tamen ſui Epiſcopatûs octenniô, Carolo Craſſo Imperatore Auguſto, ac Bojariæ Rege: Marino Pontifice Maximo, ac Theodemaro ſive Dietmaro Salisburgenſi Archiepiſcopo, S. Petri Abbate: ſedentibûs Ratisbonæ Embricone, Patavii verò Engelmaro, Epiſcopis. Sepulchro illatus eſt Arnoldus propè Aram Sancti Matthæi, ubi plures Prædeceſſores Epiſcopi tumulum accepêre. Ibi corpus illius repertum eſt in Sarcophago è Saxo arenario (quale Ulmæ reperiri opifices aſſerebant) egregiè fabricato, cùm anno Chriſti 1701. die 13. Aprilis Celſiſſimus Princeps & Epiſcopus noſter Joannes Franciſcus totam Cathedralem Baſilicam marmore ſternendam ſuſcepiſſet. Plura de Arnoldo hactenùs non invenimus. Gamanſius in Excerptis ex vetuſtiſſima Liturgia Friſingenſi, deceſſum Arnoldi ad X. Kal. Octobris reponit.

Obitus.

Tumulus.

Novum peſtilentiæ genus in Bojaria.

Arnoldi noſtri tempore, & quidem anno Chriſti 877. Exercitus Bojorum ex Italia redux peſtis quoddam inſolitum genus in Bojariam attulit, quo ii, quos natura ad ſternutandum urſerat, ſubitò corruêre mortui: unde pii fideles, cùm aliud auxilii genus in eorum manibus non eſſet, ſternutantibus acclamare ſolebant: Helff dir GOtt/ ſeu: Deus tibi ſit auxiliator! quod pium precandi genus hodiéque Germani noſtri retinent. Ea de re Mauſolæum Divi Emmerami agit. Anno Chriſti 878. Sighardus primus Semptenſis Comes exciſâ ſilvâ Carnodunenſi tunc temporis, nunc Eberſpergenſi dicta, Divæ Tutelari Virgini ſacellum ponere cœpit, quod biennio pòſt, ipſis Calendis Januarii ritè dedicatum fuit ab Arnoldo noſtro, non verò Annone Epiſcopo, qui eo tempore jam obîerat, uti ex præcedentibus manifeſtum eſt. Annua conſecrationis memoria in quintum diem, ſeu pervigilium Epiphaniæ translata, etiamnum Eberſpergæ ſolemni officio in gratiarum actionem ſancitæ primitùs eo loci Religionis celebratur, uti P. Adamus Wide Societatis Jeſu in ſuo *Divo Sebaſtiano Eberſpergenſi* nos edocuit.

Eberſpergæ excitatur & conſecratur templum B. M. V.

CAPUT

Digitized by Google

CAPUT V.

Waldo, Friſingenſis Eccleſiæ Epiſcopus decimus.

§. I.

Patria, genus & Electio Waldonis.

An Waldo fuerit membrum gremii Friſingenſis?

IN iis, quæ hactenùs de rebus Friſingenſibus in lucem produximus, Inſtrumentis illud diſcriminis rurſus attendimus, quòd in actis primorum quidem Epiſcoporum ferè ſemper adducta atque expreſſa fuerint nomina teſtium non extraneorum tantùm, verùm etiam eorum, qui erant de familia S. Mariæ, & quidem, ut ſæpe diximus, Benedictina. Succeſſu tamen temporis ea res in deſuetudinem abiit, nec niſi conſenſus Canonicorum ſeu Monachorum ſolebat aliquando exprimi, nominibûs eorum ſilentio preſsis, quæ conſuetudo ad noſtra usque tempora propagata fuit. Inde verò illud incommodi natum eſt, ut, cum nullius, præterquam Epiſcopi, nomen in poſterioribus illis inſtrumentis reperiatur expreſſum, ſciri non ita expeditè poſſit, num Succeſſor Epiſcopus antehac membrum fuerit Friſingenſis familiæ? quod idem nobis accidit circa Waldonem (aliis Baldonem, & Waltonem) de quo illud ſolùm ſatis certò conſtat, eum fuiſſe electum, ea libertate, quâ prædeceſſores Epiſcopi omnes electi fuêre: id enim iterum rectè concludimus ex diplomate Hludovici Regis, eo nomine tertii, quod ipſe Waldo ab eodem retulit, ut infra pleniùs demonſtrabimus.

Cujus proſapiæ.

Videmus alicubi genus Waldonis noſtri illigari illuſtriſſimæ Proſapiæ Comitum de Achenloë in Franconia: Verùm ex quo argumento id legitimè concludi poſſit, nobis hactenùs perſpectum non eſt. Suevis verò, perquàm notum fuiſſe Waldonem, ex eo fit manifeſtum, quòd non ſolùm Friſingenſi, ſed etiam Campidonenſi Eccleſiæ præfuerit, uti ſuô locô oſtendemus. Interim ex Abbatis Officio apud Campidonenſes geſto conjecturam haud fortè inanem ducimus, eum fuiſſe Ordinis S. Benedicti Alumnum. Neque obſtat, quòd Waldo, antequam fieret Epiſcopus, anno 882. fuerit Caroli Craſſi Imperatoris Cancellarius, dum eo nomine Diploma fundationis Collegiatæ Eccleſiæ S. Bartholomæi Francofurti recognovit, ut Bernardus de Mallinkrot tradit: Nam ut idem eruditiſſimus Scriptor in præcedentibus demonſtraverat, *non Archicancellarius & Cancellarius tantùm, ſed & reliqui ſcribæ ſeu Notarii non ex alio, quàm ſacro Ordine, & Eccleſiaſticorum numero* aſſumebantur: quod notiſſimum eſſe ex antiquis diplomatibus idem Scriptor contendit, quem Lector conſulet. Unde nemo mirabitur, tot paſſim Cancellarios in Cathedras Epiſcopales fuiſſe ſublimatos, quem gradum utique nunquam conſecuti fuiſſent, ſi uxores habuiſſent, aut vitam merè laicalem duxiſſent. Et quoniam hîc de Cancellariis, toties in inſtrumentis Imperatorum Regúmque occurrentibus mentio incidit, juvat eorum munus ex laudato Bernardo à Mallinkrot ſtrictim exponere. Sic igitur ille habet. *Cancellarius*, inquit, *& Magiſtri Epiſtolarum & Logothetæ*, (ſeu præfecti ratiociniorum) *& quæſtoris munere fungitur, interque Conſiliarios principem, vel primo ſaltem proximum obtinet præeminentiæ locum, adeóque plerisque in locis, ubi Proprincipem aut Præſidentem moris non eſt præficere, Regimini præeſt, ac conſilia ſtatûs, Domini ſui vice, moderatur, dirigitque. In eo requiruntur ſcientia, prudentia, innocentia, eloquen-*

Fuit Cancellarius Caroli Craſſi.
De Archican. S. R. I. pag. 19. pag. 6.

Qualitates Cancellarii Cæſarei. *pag. 1.* *pag. 2.*

quentia, experientia, conſcientia. His optimè junguntur conſtantia, vigilantia, pag. 3. *moderatio, & commiſeratio. Hæc boni Cancellarii idea eſt. - - - Hujus partes ſunt, operam dare, ne quid contra prudentiam peccetur, id eſt, contra veram & nullis fucatam fraudibus* Statûs, *quam vocant, Rationem: ne quid* pag. 4. *contra juſtitiam,* ſine qua, *ut ſcribit S. Auguſtinus,* nil aliud ſunt magna Imperia, quàm magna latrocinia &c. - - - *Hujus eſt operam dare, ut* pag. 5. *conſultanda rectè proponantur, ut propoſita debitè definiantur ut definita fideliter expediantur. - - Compendium denique omnis ad Cancellarium pertinentis officii in duobus his conſiſtit, primò: ut DEO magis, quàm homini placere ſtudeat. Secundò, ne ſuam Principis ſui autoritate potiorem habeat.* Hæc Mallinkrotius: è quibus Lector virtutes eorum, qui ad Cancellarii munus olim evecti fuerant, metiri poteſt, quas in Waldone quoque noſtro fuiſſe nemo negaverit, cùm is à Cancellarii officio etiam ad Epiſcopalem Cathedram gradum fecerit.

Quo anno electus fuerit? Sanè Electionem Waldonis eveniſſe circa finem anni 883. credimus: de die verò nihil certi ſtatui hactenùs à nobis poteſt: quod nemo mirabitur, cùm etiam circa annum & diem electionis ipſorum etiam Summorum Pontificum dubia aliquando occurrant, uti eruditi nôrunt. pag. 11. Porrò Waldonem etiam poſt ſui electionem aliquando Cancellarii munere fuiſſe functum docet tum ſæpè laudatus Mallincrotius, & conſtat etiam ex diplomate Caroli Craſſi, quod in favorem *Eccleſiæ Tungrenſis & Leodienſis* dedit *Kal. Julii anno Incarnationis Domini* 884. *Indictione* 2. *Metis;* quod inſtrumentum *Waldo Epiſcopus ad vicem Luithvvardi Archicancellarii recognovit.* Qua de re conſuli poteſt Baronius ad annum Chriſti 881. N. VIII. Et quoniam non ſolùm dicto anno Chriſti 884. verùm etiam duobûs ſequentibûs annis nihil à Waldone Friſingæ geſtum reperimus, vel eo nomine ſuſpicamur, eum in Imperatoris aula atque itineribus fuiſſe diſtentum. German. sac. part. 1. Alius Waldo, Curienſis Epiſcopus, teſte P. Gabriele Bucelino noſtro, primùm anno Chriſti 913. Sedem Curienſem adiit.

§. II.

Eccleſiæ, Imperii ac Bojariæ ſtatus, usque ad annum Chriſti 889. ubi etiam de Waldone noſtro.

Marino Pontifici ſuccedit Hadrianus. WAldone Mytra Friſingenſi condecorato ſupererat adhuc Marinus Summus Pontifex, qui tamen ſtatim anno 884. 15. Kal. Februarias vitam poſuit, & Petri Cathedram Hadriano III. Pontifici conſcendendam reliquit. Sedit hic non ampliùs uno anno: quo ipſo tempore creſcentibûs aſſiduò Turbæ in Imperio. Germanorum Gallorúmque Regum Carolingorum diſſidiis, bellíſque tum adverſus Nortmannos tum Moravos ſuſceptis, Itali à Saracenis ex Africa identidem advolantibus dirè vexati, collatis conſiliis Hadrianum adiêrunt, eúmque tam precibûs quàm minis adegerunt, ut decretum ederet de non alio, quàm Italo ad coronam Imperatoriam admittendo, ſi Carolus absque hærede maſculo decederet: aliàs enim proſpectum non iri Eccleſiæ atque Italiæ, quæ hactenùs tantas tum montis Caſſini, tum ipſius Urbis, aliarúmque Provinciarum depopulationes eſſet experta, nemine Imperatorum opem ferente. Proluſio hæc erat fatorum Carolo Craſſo imminentium: qui non ita multò pòſt etiam Gallorum ac demùm Germanorum quoque odia incurſurus erat.

Bojariæ Status. Bojaria noſtra eodem anno graves calamitates perpeſſa eſt, cùm de præfectura limitum verſus Orientem exorta eſſet graviſſima contentio, quæ demùm nonniſi poſt diras viciniæ illatas clades utcunque ſedata fuit, quas Brunnerus latiùs deſcribit.

Anno

Digitized by Google

Stephanus VI. PP.

Caroli Craſſi potentia.

Anno Chriſti 885. Hadriano Pontifici ſucceſſit Stephanus VI. al. V. Carolus verò Imperator, Craſſus dictus, etiam Galliæ Regnum obtinuit, ut jam amplitudine ditionum Regnorúmque nihil cedere videretur ipſi Carolo Magno, quippe qui Germaniam, Galliam Italiámque, adeóque univerſum Romanum Imperium ſceptro ſolus moderabatur. Is Galliæ quoque diademate potitus, cùm nihil ibi Regia ſeu Imperatoria Majeſtate dignum geſſiſſet, nullo ſui deſiderio apud Gallos relicto, Ratisbonam in Bojariam noſtram hibernaturus receſſit, ubi pax inter Zwentibaldum Moravorum Ducem, ac Arnulphum Carantanorum præfectum conſtituta fuit. Illic Carolus Imperator Ricchardem Auguſtam adulterii poſtulavit, atque in concione nunquam ſe eam contigiſſe edixit. Poſthæc Luithwardus Vercellenſis Antiſtes, qui ſummum apud Imperatorem locum eousque obtinuerat, in ſtupri ſuſpicionem adductus, loco cedere compellitur. Ricchardis, ut criminis ſuſpicionem à ſe amoliretur, innocentiam ſuam candentis ferri tractatione demonſtrare paratam ſeſe eſſe conteſtata eſt. Hinc innocens quidem habita, ſecuto nihilominùs divortio, in Andelacenſi à ſe excitato Parthenone meliori ſponſo Chriſto ſeſe devovit, atque usque ad obitum ita religioſè ei deſerviit, ut poſtea in Album Sanctorum referri meruerit.

Richardis Auguſta fit Monialis.

Inclinat Caroli Craſſi fortuna.

Interea repudiata uxore Craſſus noſter corpore languidiori eſſe cœpit: Conventum nihilominùs menſe Novembri ad feſtum S. Martini Friburias anno Chriſti 887. indixit, in quo de bono publico tractandum eſſet. Ibi Germani quoque noſtri, nempe Franci, Saxones, Boji & Alemanni, qui ſoli hactenùs Carolo æqui perſtiterant, cum tractandis rebus parùm conſilii afferre experti, atque aliàs etiam ob Imperatricem turpiter dimiſſam offenſi, communi conſilio ab eo diſceſſerunt, eíque Arnulphum Carolomanni Regis ex pellice filium, Carantanorum hactenùs Ducem ſuffecerunt, qui etiam regni habenas extemplò ſuſcepit.

Ei Arnulphus ſubſtituitur.

Miſera Caroli Craſſi conditio.

Tanta verò erat à Carolo univerſorum ferè ſtatuum defectio, ut intra triduum vix quiſpiam eſſet, qui ei ſolatium impenderet, uno excepto Luitberto Moguntino Antiſtite, qui ei ſaltem vitæ neceſſaria miniſtravit. Itaque deſperatis rebûs inops & miſerabilis Carolus ab Arnulpho novo Rege precariam ſtipem exorare coactus, atque anno inſequenti, Chriſti 888. ærumnis confectus, in Monaſterio Augiæ divitis ad aram B. V. tumulum accepit, ne funeralibûs quidem exequiis ſupra plebejos admodùm honoratus, ut diſcant Principes, nihil malorum eſſe, à quo ipſi, ſi Deus voluerit, immunes ſint. Tam dura Caroli fata ejus in regno ac poſtea Imperio ſucceſſor Arnulphus potiſſimùm tribuit periculoſæ illi liberalitati, qua is Embriconi Ratisbonenſi Epiſcopo Abbatiam S. Emerammi conceſſit.

Quid potiſſimùm peccaverit?

Verba Arnulphi in quodam diplomate hæc ipſa ſunt. *Omnium*, inquit, *Succeſſorum noſtrorum magnitudo cognoſcat, poſtquam patruus meus Carolus Imperator pro petitione Embriconis Epiſcopi S. Emerammi Eccleſiam præſtavit, nunquam poſtea habuit victoriam, neque corporis & animæ ſanitatem usque ad finem vitæ ſuæ.* Qua de re agit P. Gabriel Bucelinus in *Annalibus Germaniæ* ad annum Chriſti 886. Ferunt nihilominùs, Carolum Craſſum poſthac quibûsdam prodigiis à morte illuſtratum poſthumâ ſaltem gloriâ claruiſſe.

Poſt obitum non inglorius.

Certè Regino Prumienſis Abbas poſt elapſos ab illius obitu 20. annos celebrem de eo Panegyricum dixit ac ſcripſit. Ea de re paſſim tractant Hiſtorici, è quibus nos Mabillonium, Pagium atque Mezgerum ſecuti ſumus. Conferri etiam poſſunt Otto Friſingenſis & Divi Emerammi Mauſolæum.

Lib. 6. cap. 9.

cap. 6.

Sanè Waldonem noſtrum aliquid ad exauctorandum Carolum ſuô ſuffragiô contuliſſe nunquam nobis perſuadebimus, cùm Caroli benevolentiam diu expertus, Imperatorem rebus ſuis æquiorem ſibi exoptare non potuiſſe videatur. Et fortè non absque Waldonis conſilio vitam claudere, ac ſepeliri Carolus voluit in Monaſterio Augiæ divitis, cui ſi non votis religioſis, certè affectu ingenti ac ſocietatis fœdere Waldo addictiſſimus fuiſſe videtur, uti ex Joannis Egonis *Libro de viris illuſtribus Augiæ divitis* apud Clariſ. P. Bernardum Pezium conjicimus. Illud

Tom. 3. p. 1. anecd. col. 759.

Digitized by Google

Illud hîc cum aliis meritò animadvertimus, in Caroli exauctoratione atque Arnulphi electione Germanos primam ſibi viam ſtraviſſe ad Imperatores liberè poſthac deligendos, cùm non immeritò iis tum repetitæ diviſiones regnorum, tum jurgia aſſidua inter Nepotes magni Caroli diſplicuerint, quamquam ipſe etiam Arnulphus Carolingici Sanguinis expers non fuerit. Dubitant tamen aliqui, nec immeritò, an iidem Germaniæ proceres deinceps in liberis Regum ac Imperatorum electionibus non domeſticas potiùs, quàm publicas rationes aliquando attenderint?

Waldonem noſtrum tempore Caroli Craſſi Imperatoris de rebus Eccleſiæ ſuæ fuiſſe perquàm ſolicitum, ac plures utiles bonorum permutationes feciſſe, ex dicendis apparebit. Quoniam verò in inſtrumentis ejusmodi commutationum nec Chriſti, nec Imperatoris annos deſignatos deprehendimus, de iis veluti tempore incerto actis, infra ſtrictim agemus. Exſtat nihilominùs ſaltem *Lib. 1. tradit. fol. 81. b.* unicum inſtrumentum, in quo narratur quædam permutatio facta *per licentiam Domini Caroli piiſſimi Imperatoris:* in qua commutatione Waldo noſter *Part. Alt. N. 900.* nobili Viro Adalperto dedit ad *Hrotam curtiferum unum cum pomærio, & de terra arabili jugera* 15. atque ab ipſo Adalperto tantundem pro Eccleſia ſua Friſingenſi alibi recepit.

Concilio Moguntino anno Chriſti 888. celebrato interfuiſſe Waldonem noſtrum, diſcimus ex illius decreto ſuper libertate Monaſteriorum Corbejæ novæ & Heriſordenſis, cui inter cæteros Epiſcopos etiam Waldo noſter ſubſcri- *à pag. 688.* pſit. Extat illud decretum apud Mabillonium in Annalibus tom. III. ubi videri poteſt. Idem confirmat Bernardus Mallinkrot in laudato de Archicancella- *pag. 211.* riis S. R. I. Opere, ad quod Lectorem remittimus. Waldonem Epiſcopum etiam Campidonenſi Monaſterio præfuiſſe docemur ex præcepto Arnolfi Im- *N. 901.* peratoris, dato Anno Chriſti 989. quod in parte altera referimus.

§. III.

De rebus Eccleſiæ, Imperii, ac Friſingenſibus ab anno 889. usque ad 900.

Novæ in Imperio rixæ. ARnulpho à Germaniæ proceribus in Caroli Craſſi locum ſuffecto tam Romanum Imperium, quàm Galliæ Regnum aliquamdiu fluctuavit. Itali in duas partes diviſi, pars Berengarium, Eberhardi Forojulienſis Ducis filium: pars verò Widonem Spoletanum Ducem in Regem aut Imperatorem ſibi popoſcêre. Burgundiæ Regnum Rudolphus Comes ſibi poſtulabat. Odo Pariſiorum Comes ob immaturam Caroli Simplicis ætatem Galliam ambiebat. Arnulphi tamen armis paulò pôſt factum eſt, ut rivales Eidem fie- *Sopiuntur.* rent ſupplices, eóque demùm pacto Galliæ Regnum Odo, Italiam Peringarius, Rudolphus Burgundiam meliore jam titulo obtinerent. Aſt non idcircò *Sed non totæ.* Arnulphus ſine curis fuit, Widone Perengarium bis acie victum ex Italia ejiciente, ac principibûs in diverſa ſtudia abeuntibûs, ut adeò cogeretur Stephanus Pontifex Arnulphum ad componendas Italiæ turbas eò evocare. Verùm Arnulphus turbatis etiam in ipſa Germania rebûs votis Pontificis ſatisfacere non potuit, atque inſuper Germaniæ rebus adhuc graviora pericula imprudenti ſanè liberalitate conſcivit, cùm Zwentibaldo Moravorum Principi invitos Bohemos ſubjiceret, opésque ac vires illi adderet, nonniſi in rebellionem paulò pôſt exerendas.

Stephano VI. al. V. Pontifici Anno Chriſti 891. absque ſingulari gloria emortuo ſubrogatus eſt Papa Formoſus nomine, reipſa verò itidem parùm glo- *Formoſus Papa.* rioſus, ut paſſim Scriptores tradunt. Interea Waldo Epiſcopus noſter conciliatis

Digitized by Google

ſiatis ſibi Arnulphi Regis favoribûs eodem anno inſignem ab eo donationem impetravit. Habebat Arnulphus (ſive Arnolfus) Rex in quadam Sclaviniæ, hodie Carinthiæ parte, prope *Liburnam*, hodie *Lirmfeld*, ad Dravum fluvium prope urbem *Spittall* dictam, Capellam quandam, prædiîs, familiîs, mancipiîs, decimîs, cenſibûs, agrîs, paſcuîs atque aliîs id genus bonîs egregiè dotatam. Eam Arnulphus ad Waldonis Epiſcopi noſtri preces Friſingenſi Eccleſiæ propriam eſſe voluit, ita tamen, ut (ſi bene Diploma interpretamur) pars aliqua bonorum illorum cederet in uſus Eccleſiæ Wertenſis, in Carinthia ſitæ, & honoribus ſanctorum Chriſti Martyrum Primi & Feliciani conſecratæ. Datum fuit Diploma *apud Matahove* (fortè hodiernum *Matikoven* in Bojaria transœnana) 12. Kal. Auguſti Anno Incarnationis Domini 891. Additur in quibusdam hujus præcepti recentioribus exemplaribus, Capellam illam fuiſſe olim à Zacharia Pontifice *ob amorem Pippini Regis* ſacrîs ritibûs initiatam. Verùm cùm Zacharias Papa eodem anno obîerit, quo Pippinus inunctus fuit, neſcimus, num ea Recentiorum interpolatio fidem mereatur, eámque exiſtimamus nonniſi ex obſcuro vulgi rumore in recentiora apographa irrepſiſſe.

Arnulphus erga Friſingenſem Eccleſiam liberalis.

Cæterùm illud hîc monere viſum eſt, in vicinia illius Capellæ hodiéque paſſim erui vetera quædam monumenta, ut credibile ſit, locum antiquis Romanorum temporibus fuiſſe perquàm celebrem. De loco Carinthiæ *Werth* alibi recurret mentio: Diploma Arnulphi in parte altera exhibemus. N. 902.

Varia Arnulphi fortuna.

Cùm interea eodem anno Arnulphus miſſo adverſus Nortmannos exercitu magnam cladem ad Moſam fluvium accepiſſet, Rex ipſe, reparato exercitu advolans, ad Tiliam amnem victoriam omnibus futuris ſæculis memorandam retulit cæsîs hoſtium centum propemodùm millibûs, ut poſt alios Bucelinus noſter notavit. *Vid. Annal. Germ. ad an.* 891.

Proximô bienniô Arnulphus Zwentibaldi perfidiam, imperium detrectantem, armîs, ac maximè Divi Emmerammi ope ita compeſcuit, ut is demùm didicerit faſtidire Regnum, cucullum monaſticum eligere, atque in eo usque ad vitæ exitum quietiùs deliteſcere. Neque verò interea ceſſârunt turbæ in variis regnis, & regnorum partibus, quas ſingulas enarrare non eſt propoſiti noſtri, quibus ſatis eſt hic meminiſſe, in iis temporum acerbitatibus Arnulpho Regi è legitimo thoro natum eſſe filium Ludovicum, quem ſacrô lavacrô S. Adalbero, ex Abbate Elvacenſi Epiſcopus Auguſtanus tinxit, Hatto Moguntinus Archiepiſcopus, olim Augienſis Monachus, è ſacro fonte levavit, ſuo tempore Waldonis noſtri curîs, (ex Brunneri ſententia) educandum. Parens ipſius Arnulphus Anno 893. quandam bonorum commutationem inter Waldonem Epiſcopum, ejúsque Vaſallum Jacobum ratam habuit, quam commodiori loco cum aliis producemus. N. 903.

Zwentibaldus fit Monachus.

Arnulpho naſcitur filius Ludovicus.

Anno Chriſti 895. celeberrimus ſacrorum Antiſtitum Conventus Fiburiæ non procul Moguntia ab Arnulpho coactus fuit, in quo *ad extirpandas hæreſum radices, ad tollendas Schiſmatum occaſiones, ad corrigenda Clericorum vitia, ad præcavenda populorum ſcandala, ad reformandos mores etiam laicorum*, LVIII. Canones fuêre conditi. His poſt Hattonem Moguntinum, Hermanum Colonienſem, & Rathotum Trevirenſem Archiepiſcopos, proximus, & ante omnes alios Epiſcopos *Waldo Friſingenſis Epiſcopus ſubſcripſit.*


Acta Con. edit. Harduin. à col. 435. Annal. Paderborn. ad hunc annum.

Eodem anno Waldo Epiſcopus ab Arnulpho Rege Monaſterii Moſpurgenſis defenſionem, ac fructus quoſdam accepit ſequentem in modum, qui in diplomate exprimitur, quod ſubjungimus.

Waldo Epiſcopus obtinet Advocatiam Monaſterii Moſpurgenſis.

IN Nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis Arnolfus divina favente Clementia Rex. Si de rebus terrenis, quibus Dei gratia largiente præ cæteris mortalibus ditati ſumus, Eccleſias in honore ſanctorum Electorum conſtructas, noſtræq; regalitati ſubactas ſublimare ſtudemus, non ſolum ad diuturnam

regni noſtri ſtabilitatem, verùm etiam æternæ felicitatis gloriam adipiſcendam id nobis optimum eſſe credimus. Idcircò namque cognitum eſſe volumus induſtriæ omnium Sanctæ Dei Eccleſiæ fidelium noſtrorúmque præſentium ſcilicet & futurorum, qualiter nos pro æternæ remunerationis incremento, nec non Karlomanni cari patris noſtri animæ remedio, cæterorúmque Regum anteceſſorum videlicet noſtrorum divæ memoriæ, verùm etiam per interventum Waldonis Venerabilis noſtri Epiſcopi & per ejus aſſiduam fidelis obſequii benevolentiam ad ſedem Friſingenſis Eccleſiæ in honore ſanctæ Dei Genitricis ſemper Virginis Mariæ conſecratæ quoddam Monaſterium Moſaburch nuncupatum, in veneratione Chriſti Martyris beati Caſtuli conſtructum, cum curtibus, edificiis, campis, agris, pratis, paſcuis, ſilvis, aquis, aquarúmque decurſibus, molinis, piſcationibus, viis. & inviis, exitibus & reditibus, vineis, Terris cultis & incultis, mobilibus & immobilibus, cunctiſque adpenditiis ad idem Monaſterium juſtè legitiméque pertinentibus poſt obitum dilectæ Matris noſtræ Liutſvvinde proprietario jure conceſſimus. Eo nempe tenore, ut ſupradicto Monaſterio propriis privilegiis liceat uti, Clericis etiam ibidem ad ſanctum altare ſervientibus cum omni adminiculo ſtipendii in eodem loco ut vacent orationibus bene procuratis ſub mundiburdio & defenſione præfatæ ſedis, id eſt, Frigiſienſis Eccleſiæ Epiſcopi, ipſo Epiſcopo in omni uſu & utilitate ſui arbitrio & diſpoſicione fruendum æternaliter decernimus. Juſſimus quoque hoc præſens Largitionis noſtræ exinde conſcribi præceptum, per quod volumus, firmitérque jubemus, ut jam dictum Monaſterium ſine ullius Succeſſoris noſtri impedimento per omnia labentis mundi tempora propriè poſſidendum conſiſtat. Et ut hæc auctoritas noſtra firmiorem in Dei nomine obtineat ſtabilitatem, manu noſtra ſubtùs eam roborantes, annulo noſtro juſſimus ſigillari. Signum Domni Regis,





piiſſimi Regis, Wichinch Cancellarius ad vicem Deotmari Archicappellani recognovi. Data XIIII. Kal. Auguſti. Anno Incarnationis Domini DCCCXCV. Indict. XIII. Anno VIII. Domni Regni Arnolfi piiſſimi Regis. Actum Moſaburc feliciter in Dei nomine. Amen.

Ita ibi. Nos iſtud diploma eo ſenſu accipimus, ut Epiſcopo Friſingenſi perpetuam Monaſterii Moſpurgenſis defenſionem concreditam fuiſſe cenſeamus, ita tamen, ut ſtructuræ Eccleſiæ illius, ejúsque familiæ congrua portio relinqueretur, cæteris, quæ ſupereſſent, in uſum Eccleſiæ Friſingenſis deſtinatis.

Converſio Bohemiæ.

Eodem anno Bohemiam Chriſto fuiſſe adjunctam per Sanctum noſtrum Methodium, S. Andreæ in urbe Monachum, Boroſivoio Duce cum Ludmilla Conjuge ſalutari lavacro expiatis, Bucelinus noſter poſt alios teſtatur.

Arnulphus coronam Imperii accipit.

Proximo anno. Chriſti 896. Arnulphus Rex variis eo tempore præliis in Italia perfunctus, & in aliis regionibus rebus utcunque compoſitis non inglorius, tandem velut ſtrenuus Pontificiæ dignitatis aſſertor in Imperatorem Occidentis à Formoſo Papa coronatus eſt, cùm eo uſque Wido, Dux Spoletanus, ejúsque Filius Lambertus Italiâ eſſent potiti, & imperatoriis titulis ac coronis à Pon-

Pontifice decorati. Deinceps Arnulpho, novo coronato Imperatore noſtro non absque veneni ſuſpicione in Boicam regreſſo, rurſus novæ in Italia turbæ ſuccrevêre: eodémque anno Formoſus Pontifex vitâ exceſſit, & intruſus in ejus locum Bonifacius vix quindecim dies ſuperſtes, locum fecit Stephano VI. al. VII. qui ſcelere inaudito Formoſum è ſepulchro extractum, Pontificiis veſtibus exui, ac profanis indui juſſit, atque damnatum projici in Tiberim. Bojaria, imò, teſte Bucelino, etiam Germania reliqua eodem anno cum fame adeò atroci conflictata fuit, ut humana etiam carne homines non abſtinerent. Waldo noſter, Arnulpho Rege annuente, ab Jezone Comite Eccleſiam, ac perquàm multa alia in *Jezendorf* accepit, atque in vicem bona Eccleſiæ ſuæ in *Scrupinhuſen* eidem Comiti conceſſit. Secuta eſt nova commutatio, qua Eccleſiæ Friſingenſi à Kiſalperhto diacono obvenêre alia quædam jura ac bona in *Filiſa:* alia verò ad *Puotiſinpah* idem Kiſalperhtus recepit.

Romani ſolii viciſſitudo.

N. 904.

905.

Anno Chriſti 897. Arnulphus Imperator Wormatiam primùm, ac poſtea Triburiam comitia indixit, ac novo Sacramento ſibi ac filio ſuo Ludovico proceres adſtrinxit, annis ſequentibus Moravorum motus caſtigaturus. Hoc ipſo anno, mortuo Stephano VI. in Solio Petri, teſte Pagio, ſucceſſit Summus Pontifex, dictus Romanus, eo nomine primus.


Exiſtimat Brunnerus, anno Chriſti 898. Friſingæ Summam Ædem unà cum tabulario arſiſſe. Aſt nobis hactenùs ea aſſertio ægrè perſuadetur, dum inſignis donatio ab Arnulpho Imperatore huic Eccleſiæ primùm Idibus Decembris ejus anni facta, nullam prorſus ejus incendii mentionem ingerit, cujus inſtrumentum ſequentia continet.

*IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis Arnolfus divinâ favente gratiâ Imperator Auguſtus. Si rerum tranſeuntium, quibus divina pietate, ac parentum magnanimitate præ cæteris ſublimati, atque coronati ſumus, aliquam particulam ad ſuffragia Sanctorum Dei capeſſenda diſponamus, non ſolùm activæ, verùm etiam contemplativæ vitæ remedia à Deo Omnipotenti, & ſanctis ejus inde nobis omninò pervenire liquido credimus. Quapropter omnium ſanctæ Dei Eccleſiæ fidelium noſtrorúmque tam præſentium ſcilicet, quàm ut futurorum cognoſcat induſtria, qualiter admonitionibus ac petitionibus nos Odæ dilectæ Conjugis noſtræ, & Engilmari Venerabilis Epiſcopi noſtri quaſdam res proprij juris noſtri Sanctæ Dei Genitrici Mariæ, ſanctóque ejus Confeſſori Corbiniano, ad quorum laudem & honorem Friſingenſis Eccleſia Epiſcopatus conſtructa ac dedicata dinoſcitur, cujus nunc Uualdo fidelis ac dilectus Epiſcopus noſter paſtor bonus ac rector optimus eſſe viſus eſt, illuc ad Dei ſervitium ſanctorúmque ibi quieſcentium perpetualiter retinendum atque habendum in proprium conceſſimus, hoc eſt, in ſalina ſal, quod ab hac die deinceps à ſervis, vel à ſartaginibus aut à locis ſartaginum vel de areis ejuſdem jam dictæ Eccleſiæ redimatur, ut homines jam præfatæ Eccleſiæ licentiam habeant hoc ſine multa * ſeu navigio ſive cum carris afferre, quocunque eis jubetur, ſine ulla alicujus judiciariæ poteſtatis conſtrictione. Juſſimus quoque hanc præſentem auctoritatem noſtram inde ſcribi, per quam volumus, ut ſciant omnes fideles noſtri, quia hoc ad jam dictam Dei caſam perdonatum habemus ob recordationem noſtram & omnium anteceſſorum noſtrorum. Et ut hoc veriùs ac certiùs ab omnibus Chriſtianis credatur manu propria ſub eam roborantes, annuli noſtri impreſſione inſigniri juſſimus.*

Laus Waldonis.

* Lег. muta Mauth.

Signum Domini Arnolſi invictiſſimi Imperatoris Auguſti.



Vuihbingus Cancellarius ad vicem Theotmari. Recognovi.



Data Id. Decembris anno Domini DCCCXCVIII. Indictione I. Anno vero regni piiſſimi Regis Arnolſi XI. Imperii autem III. Actum Civitate Regina in Dei Nomine feliciter Amen.

Obſervationes ex laudato præcepto.

In hoc diplomate Engilmarus Epiſcopus alius non eſt, niſi Patavienſis: cujus proinde obitus olim à quibusdam perperam relatus fuit ad annos quosdam ſuperiores. Engilmarum iſtum Imperatori Arnulpho fuiſſe perquàm acceptum, noſtróque Waldoni amicum, idem diploma ſatis luculenter demonſtrat. Ipſum Waldonem Imperatori in magno pretio fuiſſe, innuit ipſe Arnulphus, dum eum vocat *Paſtorem bonum* & *rectorem optimum*. Porrò præceptum iſtud Arnulphi Imp. concedere Friſingenſi Eccleſiæ immunitatem à teloneo in advectione ſalis notius eſt, quàm ut explicatione indigeat.

Pontifex, nomine Romanus, obit. Ejus Succeſſores.

Cæterùm annus hic uti primus, ita etiam poſtremus fuit Romano I. Supremo Pontifici valde inglorio: eidémque, ſi cum Antonio Pagio bene ſentimus, Theodorus II. & huic poſt 4. menſes Joannes IX. ſucceſſit, aliis aliter ſtatuentibus. Pagius certè in emendando circa hos Pontifices Baronio multam operam locavit, uti Lectoribus innoteſcet, qui Pagium conſulere voluerint.

Obit Imperator Arnulphus.

Ejus tumulus.

Sequenti anno, Chriſti 899. obiit Arnulphus Imperator: quo verò morbi genere è vita deceſſerit, mirè variant Scriptores, qui etiam circa ejus tumulum non conveniunt, Reginone noſtro ſcribente, eum fuiſſe ſepultum in villa *Odingis*, nempe Oetingæ veteris, ubi Carolomannum ejus Patrem tumulatum fuiſſe alibi diximus. Arnolfo tamen, ex Comite Vohburgenſi Monacho Emmerammiano, Hermanno noſtro Contracto, & Annaliſta Fuldenſi Ratisbonæ ad S. Emmeramum ſepultum fuiſſe tradentibus. Veriſimile eſt, quod Otto Friſingenſis ſuſpicatur, nempe eum primò *ad Odingas* humatum, poſtea verò fuiſſe translatum ad S. Emmerammum, cui is, quamdiu provixit, devotiſſimus fuit, meritus à Sancto illo Martyre ſæpiùs adverſus varia ex hoſtibus impenden-

Lib. 6. cap. 13.

tia

tia pericula muniri. Divi Dionyſii Areopagitæ ſacras Exuvias ab hoc Arnulpho eidem Emmerammianæ Eccleſiæ fuiſſe illatas, Monachi ejus Monaſterii haud immeritò gloriantur, atque ejus rei tanta argumenta exhibent, quibus refragari arduum ſanè ac difficile ſit. Qua in re Lectorem ad Mauſolæum S. Emmerammi remittimus. Cap. 9.

Tepidum eſſe in Arnulphi Imperatoris laudibus Illuſtriſſimum Baronium aliqui advertunt. Aſt id mirum non eſt: nam etiam in Lamberti, coævi (juxta Italos) Imperatoris laudibus parci ſunt Germani. Verùm de his alii judicabunt. Antonius Pagius, qui extra Italiam & Germaniam in Gallia ſcripſit, in ſua Critica ad hunc annum in defenſionem Arnulphi pronum ſeſe demonſtrat.

Antequam fatis concederet Arnulphus Imperator, Monaſterio S. Caſtuli Moſpurgenſi paſcua quædam prope Ambronis & Iſaræ confluentes donavit. Inſtrumentum alibi referemus, atque ſubjungemus aliud, quo Waldo Epiſcopus quædam bona Moſpurgenſis Eccleſiæ anno Chriſti 899. commutavit cum Irmenburga nobili Vidua, à qua pro eadem Eccleſia accepit bona *de Murun*, eique locum *Perkoſen*, qui eousque ſub dominio Eccleſiæ Moſpurgenſis fuerat, aſſignavit. Aliæ duæ commutationes à Waldone noſtro eodem anno factæ nihil exhibent, quod ſingularem animadverſionem mereatur, velut in parte altera videbimus. Et quoniam in omnibus iis tractatibus nulla de incendio Friſingenſi fit memoria, illud neceſſariò in annos ſequentes iterum rejicimus.

Liberalitas erga Monaſterium Moſpurgenſe. N. 906. N. 907. N. 908. 909.

§. IV.

Continuantur acta tum publica, tum Friſingenſia usque ad annum 906.

ARnulphus Imperator circa finem anni Chriſti 899. terris ereptus Regnorum ac Provinciarum ſuarum hæredem dudùm ſcripſerat filiolum ſuum Ludovicum, ante ſeptennium ſibi natum. Hunc itaque Germaniæ Proceres ſtatim ſequenti anno in Comitiis Forcheimii celebratis Regem ſalutàrunt. Adoleſcentuli Principis tutela, ex Brunneri judicio, Hattoni Moguntino Archiepiſcopo & Ottoni Saxoniæ Duci commiſſa eſt. Theodemarus Salisburgenſis Archiepiſcopus Epiſtolas regio nomine ſcripſit. Rei militaris imperium Luipaldus Marchio ſuſcepit. Waldoni verò Epiſcopo Friſingenſi Regii Adoleſcentuli excolendi magiſterium decretum fuit; ita Brunerus. Quæ ſi vera ſunt, nemo non intelligit, quanta inter Germaniæ Principes fuerit Waldonis noſtri veneratio, qui ejus inſtitutioni credidère illum, à quo ipſi olim regendi eſſent, ac tota Germaniæ ſalus penderet. Ubi nihilominùs, veritatis ſtudio ducti Lectorem monemus, extare in Hundii Metropoli diploma hujus, de quo agimus, Ludovici Regis, datum Ratisbonæ anno Chriſti 900. è quo intelligimus, eo ſaltem anno ipſum Ludovicum non Waldonis Epiſcopi noſtri, ſed Adalberonis Antiſtitis, ut videtur, Auguſtani curæ fuiſſe commiſſum. Unde fortaſſis meritò Regino, Annales Fuldenſes, & Hermannus contractus de Ludovico Waldoni commiſſo ſilent. Interim eo ipſo anno, Bucellino teſte, fortunis Ludovici acceſſit Auſtraſiæ Regnum, cæſo in acie fratre ſuo Zwentibaldo, ex concubina (ut habent Annales Fuldenſes) nato, inquieti ingenii Principe, poſtquam is omnia turbaverat, ſuis omnibus inviſus. Interim alium tumultum in Moravia Boji equidem compeſcuère; at ſtatim longè graviorem calamitatem ab Ungaris in Bojariam (ac Italiam) irrumpentibus perpeſſi ſunt, quippe qui maximam Provinciæ noſtræ partem turbinis inſtar pervolitantes, nullum barbaræ immanitatis exemplum non reliquère, ſerò demùm à Bojis in ſui defenſio-

Ludovicus Arnulphi filiolus fit Rex. *Ejus educatores & Vicarii.* Tom. 1. pag. 351. *Turbæ apud Bojos.*

Digitized by Google

ſionem expergefactis è Bojariæ finibus ejecti: at non ita multò pòſt ad genium ſuum ac in Bojariam redituri.

Bojariæ Epiſcoporum querelæ apud Pontificem.

Sacri Bojariæ Antiſtites hoc eodem anno conqueſti fuére Joanni IX. Pontifici Maximo, quòd ex uno Epiſcopatu Patavienſi plures Epiſcopatus fuiſſent à Sede Apoſtolica erecti, Archiepiſcopo Salisburgenſi, cæterisque Bojariæ Epiſcopis nec præmonitis, neque conſentientibus. Literæ Epiſcoporum noſtrorum ad Joannem IX. inter cætera hæc habebant. *Venerunt*, inquiunt, *ut ipſi promulgaverunt, de latere veſtro tres Epiſcopi, videlicet Joannes Archiepiſcopus, Benedictus & Daniel Epiſcopi in terram Slavinorum, qui Moravi dicuntur, quæ Regibus noſtris & populo noſtro, nobis quoque cum habitatoribus ſuis ſubacta fuerat tam in cultu Chriſtianæ Religionis, quam in tributo ſubſtantiæ ſecularis.* & infra. *Intrantes autem prædicti in veſtro nomine, ut ipſi dixerunt, Epiſcopi ordinaverunt in uno eodemque Epiſcopatu unum Archiepiſcopum (ſi tamen in alterius Epiſcopatu Archiepiſcopium eſſe poteſt) & tres ſuffraganeos ejus Epiſcopos absque ſcientia Archiepiſcopi, in cujus fuerunt Diœceſi &c.* Poſt multa alia, quæ Pagius refert, concludunt Epiſcopi noſtri ſupplicando Pontifici, ut ex uno Epiſcopatu quinque non fiant, ac ne Pontifex etiam circa objectas quasdam criminationes fidem Moravis adhibeat. Epiſtolæ ad Pontificem datæ nomina ſua præfixerunt *Theotmarus Juvavenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, Waldo Friſingenſis, Erchanpaldus Euſtatenſis, Zacharias Sæbonenſis, Tuto Ratisbonenſis, Richarius Patavienſis Eccleſiæ Epiſcopus, nec non & univerſus Clerus populusque Chriſtianus per totam Noricam, quæ & Bavaria vocatur.* Epiſtolam illam in parte altera exhibemus integram in gratiam eorum, qui acta Conciliorum ad manum non habent. Sanè quem exitum ea diſceptatio habuerit, unà cum Brunnero ignorare nos lubentes fatemur. Exiſtimamus tamen novos illos Epiſcopatus unà cum Joanne Pontifice fuiſſe extinctos. Joannem verò, malè utique à Moravis inductum, obiiſſe eodem anno, Chriſti 900. Pagius eruditè contendit, qui conſuli poteſt. Porrò ex Hermanno noſtro diſcimus, Moravos anno ſequenti, Chriſti 901. Regi noſtro Ludovico fuiſſe conciliatos. Huni verò deinceps tanta mala Bojariæ intulêre, quæ & multitudine & atrocitate ipſam etiam Bojariæ Hiſtoriam obſcurârunt, tametſi barbarorum illorum immanitas à noſtris ſæpiùs fuerit validè repreſſa.

Vid. act. Conc. edit. Harduin. Tom. VI. part. I. col. 483.

N. 910.

Turbis ſopitis ſupervenïunt acerbiores.

Waldo vigilat pro Richario Patav. Epiſc.

Waldonem noſtrum Anno Chriſti 900. apud Ludovicum Regem inſtitiſſe, ut Richario Patavienſi Epiſcopo graviſſima damna ab Hunnis illata Rex donatione quadam reſarciret, ex diplomate, quod apud Hundium loco ſupra allegato legitur, compertum eſt.

Pontifices Benedictus IV. Leo V. Chriſtophorus invaſor.

Cæterùm eundem annum, nempe Chriſti nongenteſimum, Pagius vocat Benedicti IV. primum; cujus Pontificis obitum poſtea recenſet ad annum Chriſti 903. uti etiam Leonis V. ex ordine S. Benedicti ſucceſſionem. Porrò Leoni Chriſtophorum Papam invaſorem ſubjungit.

N. 911.

In libro traditionum Friſingenſium ſecundo reperimus Inſtrumentum quoddam ſuper tractatu inter Waldonem Epiſcopum & Wilibertum diaconum anno Chriſti 902. inito, ubi Wilibertus dicitur veniſſe *ante Altare Sanctæ Mariæ Genitricis Dei, ſanctique Corbiniani Confeſſoris Chriſti, præſente Domino Epiſcopo, & maxima turba fidelium ſuorum.* Ex quo loco iterum meritò concludimus, eousque Cathedralem Eccleſiam Friſingenſem nondum conflagrâſſe. Itaque incendium illud, quod Brunnerus ad annum Chriſti 898. conſignat, cenſemus potiùs referendum ad annum Chriſti 903. quod tanto verius nobis eſt, quòd etiam in Ludovici Regis præcepto, eo anno exarato, dicatur *noviter* contigiſſe. Illud (quod ex autographo longè emendatiùs, quàm apud Hundium extat, producimus) ſic habet.

In

Digitized by Google

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Hludovvicus divina favente Clementia Rex. Si erga domos Dei noſtræ liberalitatis munificentiam piis incitati ſtudiis oſtenderimus, & oportuna terreni commodi more paterno eis conferimus ſuffragia, non ſolùm ad temporalem regni divinitùs nobis collati profectum, verùm etiam ad æternitatis gloriam feliciter obtinendum, hoc nobis multum prodeſſe liquidò credimus, ſimúlque patrociniis Sanctorum nos inde beari atque tueri non ambigimus. Idcircò omnibus Chriſtianæ Religionis fidelibus præſentibus ſcilicet pateſcat & futuris, quòd Waldo Reverendus Sanctæ Friſingenſis Eccleſiæ Præſul noſtram adiit manſuetudinem, damnum combuſtionis, quod Eccleſiæ ſuæ culpis exigentibus noviter acciderat conquerendo obnixè ſupplicans, ut aliquod conſolationis ſupplementum ad reſtaurationem ejuſdem Eccleſiæ ſibi largiremur. At nos gratuita benignitate querimoniae illius pro Chriſti amore & ſanctæ Genitricis ſuæ ſemper Virginis Mariæ veneratione compatientes, & interceſſioni fidelium noſtrorum Diothmari Archiepiſcopi, Zachariæ Epiſcopi, Tittonis Epiſcopi, Luitboldi illuſtris Comitis, & cari propinqui noſtri, Sigihardi etiam, Cundpoldi, Iſangrimi & Meginhardi Comitum cum reliquorum conſpectui noſtro aſſiſtentium procerum communi omnium conſilio piè annuentes curtem quandam Veringa nuncupata cum pertinentibus ſuis, Donatio in Vering. quam venerabilis Mater noſtra Ota præceptali tenore à beato Genitore noſtro Arnolfo Cæſare Auguſto optinuiſſe conſtat, & in præſentia fidelium noſtrorum in manum Regalitatis noſtræ reddiderat, jure Auctoritatis noſtræ ad præfatam Eccleſiam nomine Sanctæ Genitricis Dei Mariæ dedicatam, ubi electus Dei Confeſſor Corbinianus corpore quieſcit, in divorum commemorationem Anteceſſorum noſtrorum, Matrsq́ noſtræ, & pro remedio animæ noſtræ, ac diuturna profectûs noſtri felicitate æternaliter in proprium delegavimus cum curtibus, & caſis aliiſque ædificiis, familiis, & utriusque ſexûs mancipiis, Parſcalchis, ſindmannis, hengiſtſuotris, cenſibus, campis, agris, pratis, paſcuis, ſilvis, aquis, aquarúmque decurſibus, molinis, piſcationibus, viis & inviis, exitibus & reditibus, quæſitis & inquirendis, terris cultis vel incultis, vel quidquid moderno tempore eadem curtis ritè in veſtitura retinet. Hæc autem omnia in omnibus ad ipſam curtem legaliter pertinentia per hoc Auctoritatis noſtræ præceptum de noſtro jure in jus & poteſtatem Sacroſanctæ Chriſti Matris Eccleſiæ præfatæ donamus, tradimus atque firmamus eo rationis tenore, ut jam dictus honorabilis Epiſcopus ejúsque ſucceſſores ſicut de cæteris ipſius Epiſcopii rebus liberam pro utilitate Eccleſiæ perenniter habeat poteſtatem, quidquid inde faciendi abſque ullius moleſtia, ut eundem Epiſcopum cum ſubjecto Clero pro nobis & Anteceſſoribus noſtris & adtentiùs Dominum exorare delectet. Et ut hæc Auctoritas noſtra per cuncta labentis mundi curricula firmiori ſolidetur ſtabilitate, manu noſtra ſubter eam roborantes anulo noſtro juſſimus ſigillari.

Signum Domini Hludovvici glorioſiſſimi Regis. Engilpero notarius ad vicem Diotmari Archicapellani recognovi. Data II. Kal. Decembris Anno Dominicæ Incarnationis DCCCCIII. Indictione VII. Anno verò Regni piiſſimi Regis Hludovvici quarto. Actum Reginæ Civitate in Dei Nomine feliciter Amen.
Ita Ludovicus in ſolatium Waldonis Epiſcopi.

Ubi monemus Lectorem, *Parſcalcos* dictos fuiſſe liberos homines, qui conducto Eccleſiæ fundo tenebantur certas per annum operas præſtare. *Sindmanni*, quaſi *Sendmanni* obligabantur ad nuncia aut alia perferenda. *Hengiſtſuotri* appellabantur, quibus cura equorum impoſita erat.

Caſu eveniſſe illud incendium ex paulò pòſt ſubjungendo alio Ludovici Diplomate conſtat: ex quo etiam illud intelligimus, Eccleſiam conflagrâſſe unà cum tabulario ſeu Archivo: ubi tamen advertimus, ignium furori obnoxium non fuiſſe pretioſum illum Traditionum librum primum, ſeu *antiquum*, à Cozroho Presbytero & Monacho, ut ſæpè diximus, ſæculo nono con-

conſcriptum, quippe qui hodiéque maximô rei antiquariæ, præſertim Friſingenſis bono aſſervatur totus illæſus, quo etiam in hiſtoria noſtra concinnando conſtanter uſi ſumus, ut nemo non videt. Codici illi flammis prærepto annumerare licebit præceptum Arnolfi ſeu Arnulphi Regis ſupra laudatum, nec non paucula quædam alia poſteriora inſtrumenta, quæ tum Conradus Sacriſta in quartum ſeu *Magnum* traditionum librum Sæculo XII. retulit, cum alii Friſingenſes librarii in alios codices tranſcripſerunt.

Sereniſſima Domus Bavarica de Caroli Magni Sanguine participat.

Cæterùm neſcimus, num certius atque evidentius argumentum hactenùs repertum fuerit, hodiernam Sereniſſimam Domum Bavaricam de ſanguine Caroli Magni participare, ac in inſtrumento mox laudato? Nam Ludovicum Regem, qui dictum præceptum ſeu inſtrumentum Waldoni Epiſcopo conceſſit, fuiſſe Carolingum, ut vocant, id eſt, ex ſanguine Caroli Magni progenitum, eruditorum nemo ignorat. Atqui hic Ludovicus Luitboldum illuſtrem Comitem (certiſſimum modernæ Bavaricæ Proſapiæ parentem) vocat *charum propinquum*: quod quid inter eruditos, attenta vocabuli primaria ſignificatione, eſt aliud dicere, quàm conſanguineum? Certum itaque videtur debere eſſe omnibus, modernos Sereniſſimos Bavariæ Duces Magni Caroli ſanguinis eſſe omninò participes. Diploma autographum Friſingæ aſſervatur, quod oculis conſpeximus, & manibus contrectavimus, & cum apographo noſtro contulimus.

Sergius III. PP.

Proximô Annô, Chriſti 904. Sergius III. Pontifex Chriſtophoro ſubrogatus, uti ſæpè laudatus accuratiſſimus Pagius advertit. Cæterùm Ludovici Regis diploma Anno 906. datum Waldoni ſuper libera Epiſcopi electione, & â nobis toties hactenùs allegatum ſequentia continet.

Privilegium libertatis in eligendo Epiſcopo Friſingenſi.

Quod dudùm S. Corbinianus impetraverat.

IN Nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis Ludowvicus divina favente Clementia Rex. Oportet etiam Regiam dignitatem omnibus benivolam exiſtere præcipuè tamen his, qui divinis mancipantur obſequiis. Unde notum fieri cupimus omnibus Sanctæ DEI Eccleſiæ fidelibus, præſentibus ſcilicet & futuris, qualiter S. Corbinianus Friſingenſis Eccleſiæ Epiſcopus apud Anteceſſores noſtros ſuo interventu impetraverat plebi & familiæ ſuæ licentiam inter ſe eligendi Epiſcopos poſt ſuæ evocationis tempus, & hujus electionis ſecuritatem ſcripto Regalium Præceptorum firmari rogavit, ſuamque peticionem apud eos obtinere promeruit. Similique modo omnes paſtores ejusdem ſedis per ordinem penes Anteceſſores noſtros eandem electionis Securitatem usque in tempus Waltonis dilecti Epiſcopi noſtri obtinuerunt. Tempore autem ſuo accidit caſu, ut domus ſua, inibi in honore Domini & Sanctorum ejus conſtructa, ignium ſucceſſione conbureretur, eisdem ſupradictis præceptis pariter conbuſtis. His ita peractis prædictus Walto ante libatæ Sedis Pontifex per interventum fidelium noſtrorum Hattonis videlicet, & Dietmari Archiepiſcoporum, nec non aliorum Epiſcoporum Erchanboldi ſcilicet, Adalberonis, Zachariæ & Deotolobi. Comitum verò Ottonis, Purchardi, Adalberti, Luipoldi, Purchardi, Sigihardi, Cunpoldi, Iringi, precatus eſt Clementiam noſtram, ut ſupradictæ familiæ & Clero juxta priorem conceſſionem noſtra authoritate aſſenſum præberemus inter ſe eligendi Epiſcopum, & priora præcepta per noſtri præcepti renovationem roboraremus. Nos quoque eorum ſalubri conſultui & petitioni libenter annuimus: hoc quoque Præceptum inde conſcribi juſſimus, per quod Regia Auctoritate ſancimus atque firmiter jubemus, ut ejusdem Epiſcopatûs plebs & familia ab hodierna die & deinceps ſecuram habeant poteſtatem inter ſe eligendi Epiſcopum, ſi talem inter ſe invenire queant, qui generoſitate naturæ, peritiâ librorum, & vitæ probitate idoneus ſit divinum ſervitium regere, & regalia obſequia præbere. Si autem talis inter eos nequeat inveniri, infra regiam curtem illis aptum quærant, & eligant. Et ut hoc conceſſionis noſtræ Præceptum firmum atque ſtabile conſiſtat, manu noſtra

illud

Ilud firmavimus, & Sigillo noſtro conſignari juſſimus. Signum Domini Ludovvici Sereniſſimi Regis.



Erneſtus Cancellarius ad vicem Teotmari Archicapellani recognovi. Data IX. Kal. Maj Anno Domini DCCCCVI. Indictione VIIII. Anno Regis Domini Hlodovvici VII. Actum in loco Holzkiricha feliciter in Dei nomine Amen.

Sigilli figura eſt ſequens.



Ex Epiſcopis in hoc præcepto enumeratis certum eſt Hattonem fuiſſe Moguntinum: Dietmarum Salisburgenſem: Zachariam Sabionenſem; Erchanboldum ſuſpicamur fuiſſe Euſtatenſem: Adalberonem Auguſtanum: Deotolohum Wormatienſem. Locum *Holzkiricha*, ubi inſtrumentum confectum eſt, exiſtimamus fuiſſe Municipium ejus nominis in hac Diœceſi Friſingenſi, Præfectura Wolfratshuſiana ſitum, cæteroquin Monaſterio Tegernſeenſi proprietatis jure ſubjectum. De libertate electionis, à S. Corbiniano Eccleſiæ ſuæ Friſingenſi impetrata, egimus in ejus vita. Obſervationes ex inſtrumento producta. §. XII.

Cæterùm hoc inſtrumentum eſt ultimum eorum, quæ ſub Waldone certas notas chronologicas habent. Extant multa alia, at ſine ejuſmodi notis; quæ paulò poſt ſtrictim recenſebimus una cum cæteris, quæ ad Waldonis Hiſtoriam & gloriam pertinent.

§. V.

Status Eccleſiæ & Germaniæ ſub initium Sæculi X. Chriſtiani.

WAldonis noſtri geſta proſequendo delapſi ſumus in ſæculum Chriſti decimum, illud nempe, quod à ſcriptoribus omnibus mirè deploratur. Placet, in plurium Lectorum commodum, huc afferre verba eruditiſſimi Mabillonii, quæ ponit in Annalibus ordinis noſtri libro quadrageſimo primo, ubi Sæculum illud deſcribere incipit hunc in modum.

„Ingredimur, inquit, ferreum illud & infauſtum ſæculum, æræ Chriſtia„næ decimum, ordinis noſtri quintum, quo certè nullum fœdius ac luctuoſius „in toto Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ decurſu occurrit. Tunc invaſère in Eccleſiam „inſolita antehac flagitia & crimina, luxuria, ambitio, cædes, tyrannis, & „quidvis audendi & agendi licentia; atque inde conſueta ignorantia, ut erro„rum, ſic criminum parens. Laboravit hoc morbo imprimìs Romana Eccle„ſia, quæ, cùm præclaros antea Pontifices, pleróſque bonos habuiſſet, tunc

„ab indignis ſucceſſoribus conſpurcata fuit. Nam præter Stephanum VIII. Leo-„nem VII. & Agapitum II. paucóſque alios iſtius ſæculi haud malos Pontifices, „cæteri omnes tam ſancta ſede omninò indigni, quædam potiùs monſtra & „belluæ, quàm Epiſcopi exſtitêre. Id potiſſimum accidit (pergit Mabillonius) „ex diſtractione occidentalis imperii, quod ubi varii Tyranni potiùs quàm Im-„peratores occupare moliuntur, faventes ſuis quiſque partibus Pontifices per „cædes & flagitia in ſummam Imperii arcem intruſerunt. Hoc Imperato-„rum, hoc Thuſciæ maximè Comitum, qui ſummam poteſtatem affectabant, „ſcelus fuit. Non tamen ita generalis fuit hæc Labes (Mabillonii verba proſe-„quimur) quin multi in aliis Eccleſiis effulſerint Præſules, qui nutantem Eccle-„ſiæ ſtatum vitæ ſanctitate atque eruditione fulcirent, pleríque ex noſtro (abſit „verbo jactantia) Ordine: quales haud pauci in Gallia, in Germania, in An-„glia, nonnulli etiam in Italia & Hiſpania in decurſu horum Annalium nobis oc-„current, qui ſæculô malô, boni eſſe auſi ſunt.„ Hæc Mabillonius: qui po-ſtea in proſecutione Annalium ſuorum quàm plures ordinis noſtri viros illuſtriſſi-mos paſſim adducit, qui ſæculum illud funeſtum illuſtrârunt, è quibus nos ſuis locis eos laudabimus, qui ad Operis noſtri propoſitum propiùs ſpectare vide-buntur, primô tamen ſemper locô Epiſcoporum Friſingenſium tum laudes tum acta relaturi, qui proceloſa illa tempeſtate admirabili virtute *in vita ſua ſuffulsêre Domum* Dei: neque idcircò palliaturi unius & alterius vitia, qui malis mo-ribûs Friſingenſem ſedem fœdârunt.

Nunquam tamen defuêre viri Sancti.

Porrò de Monaſtici etiam ordinis per ea tempora ſtatu hæc ſubjungit Ma-„billonius. Neque verò, inquit, ab hoc communi labe penitùs immunis fuit „Monaſtica Religio, quod maximè accidit tum ex ſuperiorum temporum fune-„ſtis bellis ac procellis, tum ex Abbatum ſæcularium ac laicorum (quales eo „tempore jamjam ingruere cœperant) culpa, qui, bonîs Monaſteriorum in „ſuos uſus converſis, nihil pene reliqui, quo Monachi miſerabilem vitam tra-„herent, dimittebant. Verùm (ut idem Mabillonius ſubdit) brevì adfuit Dei „miſerantis Providentia, quæ Congregationem Cluniacenſem ineunte hoc ſæ-„culo excitavit, ex qua Monaſticæ diſciplinæ, ne dicam etiam Eccleſiaſticæ, „ſplendor in pleríſque locis reſtitutus eſt.„ Hæc ille: qui poſtea etiam calami-tates maximas ab Hungaris Germaniæ, ac maximè Bojariæ noſtræ illatas recen-ſet: Sed quas nos ad ſua tempora differimus, ubi eas exponere non pigritabi-mur. Interim iſta placuit hìc inſerere, ut famoſum illud ſæculum Lectori quaſi eminùs conſpiciendum præberemus, atque ijs noſtris Epiſcopis, qui por-tentoſo illo ſæculo maximis virtutibus effloruêre, debitam exiſtimationem præ-pararemus, &, ſi quod probrum denique etiam in Friſingenſem Eccleſiam ea ætate irrepſit, admirandi occaſionem Lectori præſecaremus. In Waldone cer-tè noſtro nonniſi egregiam magnorum encomiorum maſſem, uti hactenùs, ita & impoſterùm reperiemus, cujus acta reliqua ac mortem modò ſubjicimus.

Monaſtici Ordinis conditio.

§. VI.

Waldonis cætera geſta & mors.

EX temporum iniquitate hactenùs utcunque deſcripta eveniſſe credimus, ut rariores donationes Eccleſiis tum aliis, tum huic Friſingenſi ex fidelium pietate accreſcerent. Hinc Epiſcopi, cùm promovendo ſuarum ſedium bono fide-lem operam conarentur impendere, vix aliam viam repererunt, quàm quâ bo-na Eccleſiæ ſuæ in diverſis ac diſſitis locis ac Regionibus ſita, commutari, & alia recipi poterant, unde ob commoditatem ſitûs, aut alias ejuſmodi oppor-tunitates major Eccleſiæ utilitas accederet. Certè plùs quàm quinquaginta ejuſmodi commutationes Waldo noſter tum intra, tum extra Bojariam fecit

Studia rei domeſticæ in Waldone.

non

Digitized by Google

non ſine egregio rerum ſuæ Eccleſiæ auctario. Nolumus tamen ſingillatim eos omnes tractatus hîc exprimere, ne res ſimillimas toties memorando Lectorem offendamus. Inſtrumenta tamen commutationum illarum in parte altera Operis videri poterunt. Illud hîc rurſùs monere non piget, commutationes Wal- *à Num 911. usque 981.* donis non eſſe factas, ut olim, *cum conſenſu Monachorum* (nulla enim ampliùs horum mentio occurrit) raró etiam cum conſenſu Canonicorum, aut etiam Regum, cùm ferè omnia deinceps agerentur autoritate Epiſcopi & Advocatorum, quorum circa hæc tempora, hæc nomina occurrunt: Jacobus, Heim- *Advocati Eccleſiæ Friſing.* perhtus, Rihhartus, Wicrondus, Rihholfus, Ruodperhtus, Mohtunus, Eatto, Erpharius, Adalbertus, & Reginherius. Horum Advocatorum genus, familiam, virtutes explicatiùs hîc exprimere nobis non eſt integrum, deficientibus membranis, è quibus ſimilia excerpere poſſemus. Nemo tamen non intelliget, fuiſſe illos viros rebus arduis tractandis aptiſſimos.

Ad laudes ipſius Waldonis præter hactenùs recenſita pertinet, quod Eccle- *Waldo reſtaurat Eccleſiam Cathed.* ſiam ſuam Cathedralem incendio collapſam ingenti labore ac ſumptu reſtauraverit, & ſacra Evangelia in rhytmos Francicos, nempe Theotiſcos ſeu Germanicos, fortè ab Otfrido Monacho Benedictino Weiſſenburgenſi tranſlata, à Sigefrido Presbytero exſcribi juſſerit. Extat etiamnum pretioſus ille Codex, cujus verba initialia hæc ſunt.

Incipit liber Evangeliorum Domini gratia Theotiſce conſcriptus. Cur ſcriptor hunc librum Theotiſce dictaverit. *Librum Evangeliorum lingua Theotiſca ſcriptum relinquit.*

Was Liuto Filo in Flize inmanagemo agallize
Stechaz in ſcrip gi cleiptin thaz Siro namon breitin.
Si ethe ſin io gelicho flizzun guallicho. &c.

In fine.

Waldo Epiſcopus iſtud Evangelium fieri juſſit. Ego Sigihardus indignus Presbyter ſcripſi.

Atque hæc ex ipſo Waldonis Codice extrahere, atque inſuper monere viſum eſt, Codicem illum vel certè ei non multùm abſimilem alterius eruditiſſimi viri operâ fortaſſis intra breve temporis ſpatium mundo pleniùs publicatum iri.

Circa libertatem electionis, cujus confirmationem Waldo à Ludovico III. Rege impetravit, advertit Hundius, conſtitutum fuiſſe etiam Pontificia Auto- *Metrop. part. I. pag. 104.* ritate, ut deinceps nullus per Capitulum eligeretur in Epiſcopum, niſi eſſet Canonicus ejuſdem Eccleſiæ: idémque etiam habet Gualterius Belga in Chronico Chronicorum, ubi addit, quòd eam legem nec Cæſar nec Pontifex infringere poſſit. Nos in ejus aſſertionis ſubſidium inter Friſingenſia monumenta nihil reperimus.

Notant Friſingenſes Catalogi Waldonem noſtrum ad ſuperos migraſſe die 18. May * anno Chriſti 906. à conſcenſa Cathedra Friſingenſi 23. Pontificatu ** Ita etiam Obmanſius in excerptis è Friſingenſi vetuſtiſſima Liturgia.* ſcilicet Sergii III. Ludovico III. Imperatore, Saliſburgenſi Archiepiſcopo & S. Petri Abbate Dietmaro: cùm Ratisbonenſi Eccleſiæ præeſſet Tuto, ex Monacho S. Emmerammi factus Epiſcopus ſanctitate clariſſimus, Pataviensi Burcar- *Annus obitus Waldonis.* dus, Sabionenſi Zacharias. Waldonis de ſua Eccleſia reportata merita jubent, ut eum inter primi nominis Epiſcopos Friſingenſes recenſeamus. Sepultus fuit in Cathedrali Eccleſia: cujus tumba è topho lapide fabricata, reperta eſt anno *Tumulus.* Chriſti 1701. die 13. Aprilis, cum, ut ſæpè diximus, Celſiſſimus Princeps noſter Joannes Franciſcus Epiſcopus totam Eccleſiæ Cathedralis, Cryptæ, periſtylii, atque adjunctæ Eccleſiæ S. Benedicti aream ingentibus ſumptibus redderet marmoream. De eo, veluti decimo Epiſcopo Friſingenſi legimus hoc diſtichon:

Miſtica vis decadis, quæ ſunt perfecta notantis,
Illuſtrat meritum, Walto beate tuum.

CAPUT VI.

De Utone, undecimo Epiſcopo Friſingenſi.

§. *Unicus.*

IN antiquis Friſingenſis Eccleſiæ tabulariis præter Utonis Epiſcopi nomen, & duos verſiculos hactenùs nihil reperimus. *Outo* ibi ſolet appellari, quod nomen hodie aptiùs pronunciant, qui Epiſcopum hunc noſtrum Utonem, quàm qui Otonem dicunt; quod ex pluribus inſtrumentis Ottonis Epiſcopi, anno 1183. electi, demonſtrari poteſt, in quibus ille ſeſe vocare ſolebat Ottonem ſecundum, nempe poſt Ottonem Magnum, S. Leopoldi filium, qui eo nomine in hac Friſingenſi Cathedra primus ſedit. Si enim is, quem præ manibus habemus, Uto, Ottonis nomen geſſiſſet, Otto ille non ſecundi, ſed tertii appellationem ſibi tribuiſſet; quod hîc inſinuandum videbatur.

Undecimus Epiſcopus Friſing. dicendus eſt Uto, non Otto.

Ejus genealogia incerta.

Utonem noſtrum lego alicubi fuiſſe ex illuſtriſſima Andecenſium Comitum proſapia progenitum. Aſt cùm nullum idoneum ejus rei inveniam teſtimonium, & aliàs hactenùs in Andecenſium Comitum tabellis genealogicis circa ſæculi decimi initia nullus ſive Uto ſive Oto compareat, noſtrum non erit, Andecenſia eidem cunabula aſſignare. Redibit verò paulò pòſt alia de natalibus Utonis conjectura.

Tempora iniqua.

Succeſſit Uto Waldoni Anno Chriſti 906. & quidem, ut dubitari vix poteſt, ex liberrima Canonicorum electione, quæ recens Friſingenſi Eccleſiæ conceſſa, imò veriùs confirmata fuerat. Cæterùm ea electio incidit in tempus ſanè triſtiſſimum, quo ſcilicet immaniſſima Hungarorum barbaries Germaniæ ac potiſſimum Bojariæ jugulo, atque ultimo exitio imminebat; accidítque, ut cùm in Bojorum collecto adverſus barbaros exercitu inter alios ſacros Antiſtites etiam Uto noſter zelo divini honoris ſeſe præſentem ſtitiſſet, noſtri graviſſima clade prope hodiernum, ut quidam putant, Poſonium ſeu Presburgum profligarentur unà cum Luitboldo Marchione, ſupremo exercitûs Duce, nec non etiam Dietmaro Saliſburgenſi Archiepiſcopo, & Zacharia Sabionenſi Antiſtite etiam ipſe caderet nobilis ac veneranda Chriſtianæ fidei victima, cùm priùs fortè nondum Epiſcopalibus inſignibus fuiſſet exornatus, uti Freib gerus notavit. Referunt domeſtici Catalogi mortem Utonis ad diem 30. Junii Anno Chriſti 907. Gamanſius tamen ex Kalendario vetuſtiſſimo Friſingenſi ad diem 6. Junii ejus obitum commemorat. Verſus antiqui de Utone ſic habent.

Mors pro Religione Chriſtiana.

Outo manens uno venerandus Epiſcopus anno
Corruit in fata, ſuperis anima ſociata.

Hæc & non plura de Utone à majoribus poſteritati tranſcripta hactenùs reperimus.

Tumba.

Porrò Utonem noſtrum tumulum obtinuiſſe in Cathedrali Eccleſia Friſingenſi, tunc patuit, cùm anno Chriſti 1701. reperta eſſet illius tumba ex marmore candicante confecta: cujus ei parti, quæ capiti imminebat, inſculptum erat Signum Dominicæ Crucis. In parte marmoris media apparebat Litera V. qua Utonem deſignari, dubitare fas non eſt. Infimo loco appoſitum cernebatur Pedum quidem paſtorale, aſt nullum Mytræ indicium ullibi viſebatur, quamquam cæteroquin aliarum ſacrarum veſtium pars manſiſſet incorrupta. Sandalia more illius temporis, aliàs à nobis deſcripto in acumen deſinebant. Repoſitæ

Digitized by Google

poſitæ poſtea fuêre venerabiles Utonis exuviæ in ea Cathedralis Eccleſiæ parte, in qua noſtris temporibus viſitur tumulus Viti Adami Friſingenſis Epiſcopi, ordine quinquageſimi tertii, ubi etiam alia duo corpora fuêre detecta, quæ ſuſpicamur eſſe Sighardi Semptenſium Comitum primi, ac Conjugis ejus Gottinæ. Hos enim eodem cum Utone Epiſcopo anno mortuos, ac Friſingæ tumulo illatos fuiſſe tradit R. P. Adamus Widl S. I. in ſuo Divo Sebaſtiano Eberſpergenſi: idémque ferè dudùm antea teſtatus eſt Vitus Arenbekius *in Chronico Bojoariorum.* & reſpondet liber, inſcriptus: Baÿriſcher Chronic - - - kurtzer Auszug Norimbergæ Anno 1522. editus. Ex quibus fortè non immerito conjicimus, Utonem noſtrum Semptenſibus potiùs, quàm Andecenſibus Comitibus quodam ſanguinis nexu fuiſſe conjunctum. Verùm de his judicet benignus Lector. Nos de Utone noſtro plura non habemus, quæ ſuggeramus. Interim ſatis multa præſtitit, qui pro Eccleſia ac fide Orthodoxa animam ſuam poſuit. Certè Utonem noſtrum eadem Veneratione dignum cenſemus, qua Salisburgenſes Dietmarum Archiepiſcopum, pro fide Chriſti unà cum eodem Utone interemptum, Cœlicolis adſcribunt. Utriusque enim necis eadem fuit cauſa ſanctiſſima, Chriſtianæ ſcilicet Religionis, atque regni Orthodoxi protectio.

Cap. 1. §. 3. pag. 77. & ſeq.
Lib. 3. cap. 13. fol. 297.

Cæterùm Hungaros, victoriis crudeliſſimè uſos, infinitas Bojariæ finibus calamitates barbarie planè inaudita intuliſſe, communi calculo Scriptores memorant. Aſt, quousque locorum eo anno ſigna ſua protulerint, cædibus ac incendiis omnia miſcuerint, definire non licet. In Friſingenſem usque viciniam illos eo anno non veniſſe certum nobis eſt ex iis, quæ paulò inferiùs, ac poſthac in conſequentibus adducturi ſumus.

Hungarorum crudelitas.

CAPUT VII.

Dracholfus Epiſcopus Friſingenſis Duodecimus.

§. I.

Initium Epiſcopatûs Dracholfi.

DRacholfum, ſive nobilem de Humblen, ſive ex alia ſtirpe illuſtri prognatum, ſucceſſiſſe Utoni Anno Chriſti 907. circa initium menſis Septembris, facilè conficimus ex inſtrumento paulò inferiùs examinando. Fuiſſe electum è gremio, non habemus, cur dubitare debeamus. Quod ſi verum eſt, probæ in hominum ſaltem oculis notæ Virum tunc quidem fuiſſe, fatendum omninò erit; fortaſſis tamen jam tunc occulta quædam vitia inhærebant animo, quæ in apricum facilè erumptura erant, cùm ex nova dignitate ſenſim libertas ſuavior acceſſura eſſet. Exiſtimamus nihilominus, ipſa Epiſcopatûs initia nulla turpitudine fuiſſe ab eo conſpurcata. Extat in libro ſecundo Traditionum & Commutationum Friſingenſium Inſtrumentum quoddam, in quo ſcribitur, inter Dracholfum Friſingenſis Eccleſiæ Venerabilem Epiſcopum & Couuonem ejusdem Eccleſiæ humilem Chorepiſcopum ſequentem tractatum fuiſſe initum.

Fol. 242. & 243.

Couuo Chorepiſcopus unà cum Advocato ſuo Sigihardo ceſſit Abbatiolam ſuam, Moſaburg dictam, Eccleſiæ B. M. V. & S. Corbiniani, & quidem in manus Dracholfi Epiſcopi & Advocati illius Kepolfi. Recepit verò ab Epiſcopo præ-

Tractatus inter Epiſcopum & Chorepiſcopum Friſingenſes.

Digitized by Google

Vid. Pat. Alt. N. 982.

prædia quædam tum in *villa Friſingenſi*, tum alibi ſita, uti latiùs in inſtrumento explicatur. Factum id eſt *in Eccleſia Friſingenſi in publica Synodo coram Clero & aſtanti populo Anno Domini* 908. *Idibus Septembris, anno præfati Epiſcopi ſecundo incipiente, Chorepiſcopi verò Sexto, & incipiente Septimo. Teſtes fuère Arbo Comes, Sigibart Comes, Wetti Comes, Wolſdregil Comes* & alii quàm plures.

Obſervationes ex adducto Inſtrumento. *pag. 28.*

In hoc Inſtrumento tria obſervamus. Et primò quidem ex hoc tractatu apparet, Monaſterium Moſpurgenſe poſt redituum diviſionem multùm fuiſſe imminutum. Certè in vetuſtiſſimo Codice Societatum Monaſterii S. Petri Salisburgenſis manu ſæculi octavi poſt Raginbertum Abbatem recenſentur nomina plùs quàm centum Monachorum Moſpurgenſium: & tamen in hoc ſæculi noni inſtrumento *Moſaburg* nonniſi *Abbatiola* appellatur. Multùm ergò tractu temporis Eccleſiæ illi deceſſit. Secundò ex hoc eodem Inſtrumento intelligimus, eo adhuc tempore viros etiam nobiliſſimos à familiaritate Dracholfi non abhorruiſſe, atque eum nondum injuſtè rapiendo egiſſe, ſed juſto tractatu commutationem inſtituiſſe. Tertiò ex eodem documento colligi poſſe videtur Friſingenſem tum urbem tum viciniam nondum ab Hungaris fuiſſe exciſam ac depopulatam, & quod conſequens eſt, Hungaros non fuiſſe graſſatos in Bavariam Superiorem, alpibus ſubditam: quod tamen nonnulli Scriptores aſſerunt. Verùm de his mox plura.

§. II.

Germaniæ ac Bojariæ Status.

BOjariam, Saxoniam; Thuringiam, Franconiam, ſeu Orientalem Franciam, item Allemanniam ſeu Sueviam ab Hungaris diriſſima quæque hoc tempore perpeſſas fuiſſe, Scriptores omnes tam domeſtici quàm exteri conclamant, licèt in annis deſignandis paſſim diſſentiant. Ludovicus Rex Juvenis in Bojaria ac vicinis Provinciis tum ob eorundem Hunnorum aſſiduas irruptiones ſæviſſimámque tyrannidem, tum ob alios Procerum Germaniæ motus, quaſi in carcere concluſus erat, acceptisque pluribus cladibus ac ingenti vaſtitate provinciis illata, à ſuis, propoſitis etiam ultimis ſuppliciis, impetrare non poterat, ut Germanos ſe eſſe meminiſſent. Salomon ex Monacho & Abbate S. Galli eo tempore Conſtantienſis Epiſcopus, eo nomine tertius, diſſenſiones, bella, regníque Germanici orbitatem, & morum corruptelam deplorans in ſua ad Dadonem Epiſcopum epiſtola ſic habet.

Fata Ludovici Regis Juvenis.

Non mirère, Pater, ſi conflictamur acerbis
Litibus & pugnis, ſi motus ferveat orbis,
Sed magè mira putes, quod non ſint funditùs omnes
Et tribus & populi funeſto Marte perempti.
Ah! cùm non habeant, qui fac, vel deſine, dicat.

Subdit de Ludovico Rege Juvene.

Infantilis adhuc perfungens nomine Regis
Ætas, nec pugnæ eſt habilis, nec legibus apta,
Cui Deus indulget Regnis ſceptróque potiri,
Sed tenerum corpus, ſeraq; ad fortia vires
Deſpectum propriis generant, atque hoſtibus aurum.

Hæc teſtis ille oculatus, idémque locupletiſſimus apud Pagium, qui verſus illos ex Tomo primo *Antiquæ Lectionis* Henrici Caniſii exſcripſit: ubi tamen pro vocula ultima *aurum*, reperio poſitam voculam *auſum*. Verùm

In append. pag. 22.

utrum

utrum eorum Lector eligere maluerit, verum dixiſſe Salomonem intelliget: cùm tenera Ludovici ætas Hungaris non ſolùm aurum, ſed & auſum pepererit.

Exiſtimamus autem, vix aliàs magis ſæviſſe barbaræ gentis truculentiam, quàm anno Chriſti 910. quo in campis Lycatibus prope Auguſtam, Vindelicorum urbem, noſtros ingenti clade profligavit, adeò ut Ludovicus Rex Juvenis coactus fuerit pacem aurô redimere. Sanè quænam ſingillatim loca per Bavariam iis calamitatibus fuerint obruta, decernere noſtrum non eſt. Ipſa temporum hominúmque iniquitas Synchronis Scriptoribus calamum extorſiſſe videtur, quò minùs veram malorum ſeriem nobis tranſcribere poſſent. Nec minùs luctuoſus fuit annus inſequens, quo, teſtibùs Hermanno Contracto, Mariano Scoto Chronographo Monaſterii S. Galli, & Hepidanno ejusdem Monaſterii Monacho, Ludovicus Rex Juvenis, in quo ſpes futuras Germania eousque utcunque reponere poterat, fatîs conceſſit, ſanè imaturîs, ſi ex hominum criſi fatum pependiſſet. Superi! quorſum tunc res & ſpes Germaniæ recidêre, cùm Monarcha Juvenis, & cum eo, utpote improli, Germanicus Caroli Magni Sanguis fermè totus in tumulum inferretur? Verùm Germaniæ malorum cumulus Proceres noſtros paulò pòſt adegit, ut communibus ſuffragiis Conradum, Orientalis Franciæ Ducem, Regem ſibi ſtatuerent, qui & Germanorum animos erigeret, & rebus afflictis opem ferret. Id contigit Anno Chriſti 912. Ludovico Rege, Carolingorum in Germania ultimo, Ratisbonæ in Eccleſia Monaſterii S. Emmerammi jam anno ſuperiori tumulato.

Noſtri ab Hunnis profligantur.

Ludovicus moritur, & cum eo ſucceſſio Carolingorum in Imperio.

Conradus I. eligitur in Imperatorem.

Cæterùm ad annum Ludovici Regis emortualem R. P. Adamus Widl S. J. reponit primordia inclyti hujus Diœceſis Monaſterii Eberſpergenſis, tametſi in Codice Eberſpergenſi, à Reverendiſſimo P. Joſepho Preiſs, Monacenſis Collegii digniſſimo Rectore Friſingam tranſmiſſo, manu ſæculi XV. conſcripto, plura Monaſteriorum Boicorum Chronica exhibente, legamus, Eberſpergæ *fundamentum* fuiſſe poſitum, *& Eccleſiam in Crucis modum ædificatam Anno Domini DCCCCXXVIII.* Quam ſententiam etiam Gewoldus ex *Chronographis* Eberſpergenſibus in *Additionibus* ad Hundii Metropolim confirmat. Addit R. P. Adamus, & ante illum Brunnerus, templo illi Eberſpergenſi Religioſos Myſtas è Divi Auguſtini ſodalitio fuiſſe adjectos. His præierat mox allegatus Codex, in quo verbis ſupra adductis ſtatim ſubjungitur: *Quinque Clericis Regularibus de Ordine S. Auguſtini inibi* (Eberſpergæ) *ordinatis* Hunfridum, virum prudentem multæque elegantiæ fuiſſe præpoſitum. Verùm quid de his Clericis Regularibus S. Auguſtini eruditi judicare ad illud tempus velint, eorum prudenti criſi lubentes committimus, atque id unum exoptamus, ut ea aſſertio aliquo ſive coævo, ſive ſaltem circa medium ſequentis ſæculi XI. conſcripto inſtrumento ſtabiliatur. Certè P. Brunnerus, aut non ſatis ſibi cohærere, aut potiùs ſuam de Clericis Auguſtinianis aſſertionem recantare convincitur, quando in conſequentibus, & quidem *Annalium Boicorum parte tertia lib.* 12. de B. Gerhoho Reicherſpergenſi Præpoſito, ſæculi tum XI. tum XII. homine, datâ operâ ſcribit, quòd is primus Divi Auguſtini Regulam Germaniæ intulerit. Sed de his aliorum eruditorum eſto judicium, cui noſtrum libenter ſubjicimus, atque interea Lectorem ad Criticam Pagii remittimus, qui ad annum Chriſti 1039. *num.* 8. *& ſequentibus*, mentem ſuam exponit. Quænam ſanè fuerit Eberſpergenſium illorum Clericorum profeſſio ac vita, ſuô locô dicemus.

Initia Monaſterii Eberſpergenſis.

Tom. 2. pag. 278.

Eodem tempore, & quidem, ut ſæpè laudatus eruditiſſimus Pagius demonſtrat, non Anno Chriſti 910. ſed 911. Sergius III. Papa absque laude deceſſit, cui poſt unum vacantis Sedis diem Anaſtaſius III. melioris notæ Pontifex ſucceſſit, usque ad Annum Chriſti 912. ſuperfuturus, atque habiturus Succeſſorem Landonem, Sabinum patriâ, iterum nonniſi vitiis celebrem.

Conrado I. in Germaniæ Regem electô Proceres Boji Arnolfum ſeu Arnulphum

phum Luitboldi in acie cæſi filium, jam antehac finibus Bojariæ, qua Orientem ſpectat, præfectum, in Ducem ſibi elegêrunt. Hic eſt Arnolſus ille, qui tractatum ſupra recenſitum, inter Dracholſum Epiſcopum noſtrum ac Couuonem Chorepiſcopum initum appoſito ſigillo ſuo confirmavit, uti in Parte altera apparebit. Cæterùm idem Arnolſus unà cum Erchangero Sueviæ Duce ſequenti ſtatim anno Hungaros, rurſus in Bojariam irrumpentes, atque ad Oeni ripam prædas agentes internecione delevit, vix triginta illorum è clade elapsîs. Honeſtius illud certamen erat, quàm quod idem Dux cum Conrado Rege factioſus homo deinceps ſuſcepit, paulò pôſt ab eodem proſcriptus, è Boia ejectus, atque ad Hungaros, quos grandi illa ſtrage nuper affecerat, profugus, ſubrogato in Bojariæ Ducatum Eberhardo Conradi fratre: quem tamen Arnolſus brevi iterum è Bojaria ejecit, rurſus brevi & ipſe à Conrado Rege ejiciendus, veluti in Mauſolæo S. Emmerammi legimus. Conradus interea Rex, cùm paulò ante mortem Henrico Saxonum Duci, jurato cæteroquin hoſti ſuo, aſt digniſſimo alioquin Principi, Imperii inſignia miſiſſet, hortatúſque Principes fuiſſet, ut ſi regno vellent conſulere, nullum alium, præter Henricum, ſibi deligerent, obiît, ſepultus in Fuldenſi noſtro Monaſterio. Delatum fuiſſe eum honorem Henrico, venationi tunc fortè intento, Bucelinus noſter in Annalibus memorat, ex quo poſtea idem Henricus Aucupis nomen tulerit. Cæterùm is eâ modeſtiâ Regium honorem ſuſcepit, ut inungi, & Diademate redimiri etiam rogatus non ſuſtinuerit, quòd eo honore indignum ſeſe conſtanter, tunc quidem, aſſereret.

N. 983. Arnolſus Bojariæ Dux cædit Hungaros.

Opponit ſe Regi Conrado, & proſcribitur.

Eberhardo ſuffectô, ſed mox iterum fugatô.

Conrado I. ſuccedit Henricus Auceps.

Arnolſus perlato ad ſe de Conradi morte nuncio ſtatim in Bojariam redux, magníſque ſtudiis à Proceribus receptus, etiam ipſam Imperii Coronam prenſare auſus eſt, cùm non deeſſent, qui improbæ cupiditati faces ſubderent. Verùm poſtea reſipiſcere coactus, data fide de regio titulo non uſurpando, ab Henrico Rege Ducatum recepit. Ferunt, Arnolſo tunc etiam conceſſam fuiſſe poteſtatem cooptandi Bojariæ Pontifices, atque Abbates in demortuorum locum, quæ, refragantibûs licèt Eccleſiæ legibûs, inter Regia jura recenſebatur. Ea ille deinceps facultate peſſimè uſus, apud coævos & poſteros *Mali* cognomen ſibi peperit, quod illi etiamnum adhæret. De eo breviter ſic habet Otto Friſingenſis: *Hic eſt Arnolſus*, inquit, *qui Eccleſias & Monaſteria Bojariæ crudeliter deſtruxit, ac Poſſeſſiones earum militibus diſtribuit.* De Arnolſo plura inferiùs.

Nova Arnolſi ſtudia.

Lib. 6. cap. 18.

Interim Landoni, Pontificiæ Sedi poſt Sergium tertium nonniſi indigniſſimè, aſt pauculis menſibûs incubanti, Anno Chriſti 912. vel ſubſequenti, Joannes X. malis artibus ſubrogatus, usque ad Annum hujus decimi ſæculi Chriſtiani vigeſimum ſeptimum præfuit.

Succeſſio Summorum Pontificum.

§. III.

Dracholſi Epiſcopi mors infelix.

Quantas calamitates Bojariæ noſtræ hactenùs Hungari intulerint, quantásque deſolationes eadem noſtra Regio à Duce proprio Arnolſo perpeſſa ſit, hactenùs obiter explicuimus. Horum prædonum exempla etiam Dracholſum noſtrùm, egregiè ſcilicet, ſecutum fuiſſe, diſcimus ex quarto, ſeu Magno traditionum Friſingenſium libro, ubi ſic legimus: Outoni Epiſcopo *ſucceſſit Dracolſus, qui inſtinctu humani generis inimici de Sede Epiſcopali, & de Cenobijs tribus, videlicet Moſeburch, Iſine, Scheſtilaren abſtulit, exceptis purpuris & aliis Eccleſiarum ornamentis, in auro & argento ad CCCC. talenta, ſicut in ſcriptis habentur.* Adjungitur ſtatim de eodem Dracholſo: *&, ut dicitur, in periculo quodam Danubii, quod vulgò vocatur Paige, vivendi*

Dracholſus Epiſcopus ſpoliat quædam Monaſteria.

Perit in Danubio.

Digitized by Google

vendi finem fecit. Hæc ibi. Additur in tertio Epiſcoporum Friſingenſium Catalogo, omnia, quæ Arnolfus Malus ab Eccleſia Moſpurgenſi non abſtulit, à Dracholfo Epiſcopo fuiſſe inde ablata. Ita Hungaris Arnolfus, Arnolfo deterior Dracholfus fuit. Tu interim, bone Lector, mirari deſines, quòd decimo Chriſti ſæculo tot Monaſteria Bojariæ interierint. Interim obſervamus, Dracholfum inter Epiſcopos noſtros ordine duodecimum, talem ferè in Sede Friſingenſi fuiſſe, qualis in Apoſtolico Collegio fuit Judas, ordine itidem duodecimus, qui, Scriptura teſte, *fur erat, loculos habens:* ac demùm laqueo gulam ſibi fregit. Quo ipſo exemplo ſolari ſeſe poteſt Friſingenſis Eccleſia, dum inter primos 12. paſtores ſuos unum lupum habuit, cùm nec ipſe Dominus univerſorum Chriſtus in Collegio à ſe inſtituto ejusmodi probro carere dedignatus ſit, ut & nòs bonorum diſcipulorum exemplìs ad virtutem incitaret, mali verò diſcipuli ſupplició à peccandi libidine revocaret.

Fecerat antehac Dracholfus quaſdam bonorum Eccleſiæ ſuæ commutationes fortè non inutiles, quas in Parte altera exhibebimus: Verùm quid proderat priùs rebus domeſticis conſulere, ſi in fine placuit eas diſſipare? *A N. 984. uſque 989.*

De Dracholfo memorat R. P. Adamus Widl in ſuo *Divo Sebaſtiano Eberſpergenſi*, quòd, cùm Eberſpergæ ſteтiſſet novum templum ſuìs jam partibus abſolutum, ejus tamen dedicatio juſtìs etiam precibûs impetrari nunquam potuerit. *Dracholfus*, inquit ille, *Friſingenſis Epiſcopus, neſcio qua ex cauſa in ſententia ſua firmus, immotúsque conſecrationem loci conſtanter abnuit, neque etiam poteſtatem exercendi actus ut alteri cuidam Præſuli faceret, unquam induci potuit.* Ita ille: qui id malignâ dæmonis ſtrophâ eveniſſe exiſtimat. Verùm utut ea res ſe habeat: ob peſſimam Eccleſiarum non tam adminiſtrationem quàm direptionem in domeſticis Codicibus paſſim nomen *tepidi* meritò Dracholfus reportavit, *mali* cognomine neutiquam minùs dignus quàm Arnolfus. *pag. 98.* Eberſpergenſi templo conſecrationem denegat Dracholfus.

Diem obitûs ferunt fuiſſe 25. Maji * Anno 926. Ubinam ſanè Dracholfus ſepulchrum nactus ſit, nullibi ſcriptum reperio, minùs verò quo in loculo loculi ejus fuerint depoſiti? Cæterùm ex furto Dracholfi iterum confirmatur, non ſolùm Scheffttlariæ & Moſpurgi, verùm etiam Iſanæ cœnobium olim extitiſſe. * *Gamanſius deſignat diem 24. Maji.*

Scio, Lector optime, hoc II. Friſingenſis Eccleſiæ Sæculum fuiſſe terminandum non anno Dracholfi ultimo, ſive Chriſti 926. ſed biennio ante, nempe An. 924. Verùm quia geſta ultimi vitæ Dracholfi biennii nullum paragraphum, ne dicam Caput, explere poterant, ea maluimus huc revocare, & initia tertii ſæculi à Wolframo inchoare.

HISTORIÆ FRISINGENSIS SÆCULUM III.

Ab anno Chriſti 924. uſque ad annum 1024.

Sive

LIBER TERTIUS,

De Epiſcopis ac rebus Friſingenſibus tertii Sæculi.

CAPUT PRIMUM.

De Wolframo, Friſingenſi Epiſcopo XIII.

§. I.

Electio Wolframi.

Tempus electionis.

QUo tempore (nempe anno Chriſti 926.) contigit Wolframi electio, Romanæ Eccleſiæ adhuc præerat Joannes X. Summus Pontifex. Regnum Germaniæ Henricus Auceps moderabatur. Udalbertus Saliſburgenſium erat Archiepiſcopus & Monaſterii S. Petri Abbas. Ratisbonenſem Sedem obtinebat B. Tuto, ex Monacho S. Emerami factus Epiſcopus. Patavienſem Cathedram occupabat Gumpoldus nullis meritis illuſtris. Wiſundum ſive Biſunbertum, doctrina ac pietate inſignem Virum, Sabionenſis ſeu Brixinenſis Eccleſia Paſtorem venerabatur: Auguſtanam verò Eccleſiam S. Udalricus religioſiſſimè juxta ac feliciſſimè gubernabat: ac demùm Arnolfus Dux Bavariæ dominabatur. Friſingenſi Sede poſt infelicis Dracholfi obitum vacante Canonicorum animi atque ſuffragia ita erant diſperſa, ut, cùm ad Electionem Epiſcopi ventum eſſet, tres ex urna prodierint votorum numerô pares, nemo verò legitimus Epiſcopus. Reſumpta ſemel iterúmque, aſt diu incaſſum, electione, demùm in Wolframum conceſsère ſuffragia, ex Aula, ùt quidem conjiciunt, regia avitum. Eum fuiſſe nobilem de Perghauſen, quorundam conjectura eſt; ſed quam ad trutinam revocare in re tam obſcura non vacat. Quidam Domeſtici Epiſcoporum Catalogi notant, electionem fuiſſe anno ſequenti, nempe

Diſcordia eligentium.

Tandem in Wolframum conſpirantium.

nempe

nempe Chriſti 927. confirmatam à Joanne X. cujus Pontificis miſeram è ſede Romana ejectionem, à fœmina factam Pagius ad proximum annum, Chriſti 928. differt: quo eidem Leo VI. ſubſtitutus fuit: qui tamen ex Pagii calculo ſtatim poſt menſes ſeptem & dies 5. rebus terrenis in carcere, in quem à ſeditioſis compactus fuerat, valedixit anno ſequenti Chriſti 929. Menſe Junio: ſuccedente Stephano VII. al. VIII. ex Ordine S. Benedicti aſſumpto, uti toties laudatus P. Kolbius teſtatur. Quo rebûs, ut per temporis iniquitatem licuit, non malè geſtis, poſt biennium defuncto, ſolium D. Petri anno Chriſti 931. invaſit Joannes XI. Sergii III. ex Marozia ſcorto filius infelix, *adeò*, ut bene advertit mox laudatus ſcriptor; *Cumulata ſunt tunc temporis Romæ ſcelera enormia per unam fœminam ſcelerum Matrem.* Nos ad WolfPramum noſtrum convertimur, meliorem Præſulem. Summorum Pontificum ſucceſſiones.

§. II.


Acta Wolframi de quorum tempore conſtat.

IN ea, quam hactenùs pro inſtituti noſtri ratione breviter expoſuimus, temporum barbarie, cùm tot aliæ Eccleſiæ rebus prædiiſque ſuis pro libidine malignorum Principum Procerúmque ſpoliarentur, etiam Friſingenſis noſtra Eccleſia ejusmodi malorum non erat expers. Indoluit maximè Wolframus noſter, illa ipſa prima Prædia, quæ Sanctiſſimus olim hujus Diœceſeos fundator Corbinianus tum ſuis, tum Grimoaldi Ducis pecuniîs huic Eccleſiæ prope Majas, & in Valle venuſta comparaverat, neſcio cujus avaritiâ atque Sacrilegô auſu eidem Eccleſiæ fuiſſe detracta, & in uſus profanos converſa. Quare Wolframus, ùt primùm fieri potuit, Regem Henricum convenit, rogavítque, ut authoritate regia prædicta bona, Eccleſiæ ſuæ iniquè erepta, eidem reſtituerentur. Annuit juſtæ petitioni Rex optimus, & Wolframo Præceptum dedit ſequentis tenoris. Prædia à S. Corbiniano comparata ſubtrahuntur Eccleſiæ Friſingenſi.

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Hainricus divina ſavente Clementia Rex. Divinæ igitur auctoritatis innumerabilibûs provocamur exemplis inutile terrenum ſpernere negotium & perpetuæ felicitatis adunare ſubſtantias, quas erugo & tinea demoliri nequeunt, nec fures effodere & ſurari. Idcirco noverint omnes fideles noſtri tam præſtò manentes, quàm etiam futuro tempore ſuccedentes, qualiter nos rogatu fidelis noſtri ſcilicet Wolframi Friſingenſis Eccleſiæ Epiſcopi prædium à S. Corbiniano quondam emptum, & à Monaſterio in ipſius honore conſtructo, hactenus injuſtè ablatum in jus proprietatémque præfati Monaſterii per hoc noſtræ auctoritatis præceptum remittimus perpetualiter poſſidendum, hoc eſt, Majes, & Chorzes, & Chaines, & quidquid, ad hæc jure, legitiméque pertinere videtur, tam terris, quàm domibus, mancipiis, pratis, paſcuis, ſilvis, aquis, aquarúmque decurſibus, mobilibus, & immobilibus, vel quidquid dici, aut nominari poteſt, quæ ſita eſſe noſcuntur in pago Venuſta in Comitatu Bertholti. Et ut hoc firmiùs credatur, diligentiúsque incontaminatum obſervetur, hanc noſtri corroborationem præcepti inde conſcribi juſſimus, manûſque confirmatione indita annuli noſtri impreſſione ſigillari præcepimus. Signum Heinrici Sereniſſimi Regis Henricus Rex jubet ea reſtitui.

Digitized by Google

Signum | Heinrici Sereniſſimi Regis.





Poppo Cancellarius ad vicem Hildiberti Archicapellani recognovi anno Incarnationis Dominicæ DCCCCXXXI. Indict. IV. XVIII. Kal. May. anno Imperii Heinrici Regis XIII. actum in Quitilingiburc feliciter Amen. Ita Wolframo prima Eccleſiæ Friſingenſis prædia Præceptô Regiô feliciter fuêre adjudicata. Ubi obiter advertimus, Eccleſiam Friſingenſem adhuc tempore Wolframi ex veteri conſuetudine aliquando *Monaſterium* fuiſſe nominatam. Et fortaſſis reapſe nondum omnem Monaſterii formam Eccleſia illa depoſuerat, cùm non conſtet, Canonicos jam hoc tempore ſeorſim proprias manſiones inhabitâſſe. Cæterùm præceptum Regis effectu caruiſſe, mox videbimus.

At fruſtrà.

Synodus Dingolfingæ.

Proximô annô nempe Chriſti 932. cùm Arnolfus Malus, Bojariæ Dux irrito conatu Italiæ coronam prensâſſet, meliori conſilio Dingolfingam ſeſe contulit, ubi ſacri Bojariæ Præſules Hildebertus Salisburgenſis Archiepiſcopus, Eiſengrinus Epiſcopus Ratisbonenſis, Gerardus Patavienſis, Wolframus noſter Friſingenſis, Nithardus Sabionenſis, unà cum quibuſdam Legatis Udalfridi Eiſtettenſis Epiſcopi, de reſtauranda Cleri Diſciplina, & recuperandis Eccleſiarum bonis ſeria conſilia tractabant.

Patroni Arnolfi Ducis.

Scribit non nemo, ſacra hæc Comitia ab ipſo Arnolfo fuiſſe convocata, & mutatæ in melius Arnolfi mentis documentum ſupereſſe in membranis Friſingenſibus, in quibus Bertholdus Arnolfi frater, & in Ducatu poſt quinque annos ſucceſſor, publicis tabellis teſtetur, ex ſua fratríſque ſententia Divo Corbiniano avitás poſſeſſiones redditas fuiſſe, quæ fraude vel vi fuerant interverſæ. Addit idem ſcriptor, benignam divinationem eſſe, Arnolfum, quô erga Friſingenſem Eccleſiam animô fuerit, eodem cæteras eſſe complexum, quocunque tandem duce ad bonam mentem dicatur rediiſſe. Hæc ille: qui in ſuæ ſententiæ confirmationem literas Bertholdi Ducis è vetuſtis membranis Friſingenſibus producit ſequentis tenoris.

Ejus defenſio.

Pertholdus divina favente Clementia Dux Rudperto & Merolto noſtris fidelibus. Cognoſcere vos volumus, quòd dilectiſſimus frater noſter Arnolphus unà nobiſcum, rogatu Wolframi Venerabilis Epiſcopi in Friſingan, prædicti Epiſcopi Parochiam, ubi S. Corbinianus requieſcit, cum noſtris fidelibus convenimus, ibique invictiſſimus frater noſter pro remedio animæ ſuæ quaſdam res ejusdem Eccleſiæ quondam injuſtè abſtractas, cum conſilio ſuorum fidelium relaxavit. Nos verò vitæ noſtræ felicitatem, omniúmque noſtrorum proſperitatem proſpicientes, & conſultu jam dicti fratris noſtri, cæterorúmque fidelium noſtrorum precibus, præfati Epiſcopi, omniſque ejus familiæ petitionibus annuentes, proprietatem beatiſſimi Chriſti Confeſſoris Corbiniani ad Mayes & Chorzes, quam liber ejus, illius eſſe jure teſtatur, & priſcis temporibus injuſtè ab Eccleſia ejusdem Sancti ablatam eſſe conſtat, in Requiem B. Dei Genitricis Mariæ, & ante dicti Confeſſoris Chriſti Corbiniani, in manus præſcripti Epiſcopi, poteſtativè remiſimus.

Valde ſtudioſè quæſita.

Hucusque Hiſtoriographus ille verba inſtrumenti recitat, ut probet, avitas poſſeſſiones divo Corbiniano fuiſſe ab Arnolfo reddi-

redditas. Crederemus ſanè narrationi hujus ſcriptoris, niſi oculis cerneremus, in inſtrumento illo immediatè ſubjungi verba ſequentia: *quapropter* Verùm incaſſum. *præcipiendo vobis jubemus, ut ſicut gratiam noſtram habere velitis, prædictas proprietates ad Mayes & Chorzes & omnes res jure ad easdem pertinentes ſine ulla mora abſque ullo impedimento Nunciis prædicti Epiſcopi repræſentare & ejus ſervituti ſubjugare, poteſtatique illius reſtituere non tardetis. Ut autem hac auctoritas noſtri præcepti & legationis firmior & ſtabilior habeatur & à vobis credatur, & diligentiùs perficiatur annuli noſtri impreſſione ſigillari juſſimus, quia hoc præceptum noſtrum firmum & inviolabile eſſe volumus.*

Ita habet Inſtrumentum, quod in libris traditionum quarto, quinto & ſexto *Fol. 101. a. fol. 116. a. f. 165. d.* exhibetur. Circa quod nos obſervamus ſequentia.

Heinricus Rex anno Chriſti 931. præcepit, ut Wolframo Epiſcopo bona in *Majes Chorzes &c.* reſtituerentur. Sequenti anno, ex mente ſcriptoris Quod ad oculum demonſtratur. noſtri Dingolfingæ conventus fuit celebratus, ubi de reſtituendis in integrum ſacris domiciliis conſultabatur. Mortuus eſt primùm poſt quinquennium nempe anno Chriſti 937. Arnolfus Malus, ut infrà videbimus, eíque ſucceſſit frater Berchtoldus: & tamen eo tempore bona illa, quæ tum urgente Regis mandato, tum ſynodi Decretô Friſingenſi Eccleſiæ reſtituenda fuerant, adhuc nondum erant reſtituta, uti apertè habetur in parte inſtrumenti â noſtro ſcriptore omiſſa. Quomodo ergò credemus, ab Arnolfo fuiſſe *Divo Corbiniano avitas poſſeſſiones* cum effectu *redditas?* Reducti ad meliora conſilia animi laudem Arnolfo minimè invidemus: convincimur tamen, laudem illam ferè intra ſimulata propoſita conſtitiſſe, quippe quæ ſeria executione integro luſtro caruêre, neque effectum habuêre, donec Arnolfô mortuô Berchtoldus frater Ducatum adeptus eſt. Quòdſi non aliô erga cæteras Eccleſias, atque Friſingenſem, animô Arnolfus fuit, certè, aut parùm aut nihil iis reſtituit. Diploma Henrici VI. Documenta. Imperatoris quod in Metropoli Hundii *Tom. III.* recitatur, tradit, Eccleſiam *Pag. 397.* Tegernſeenſem *ab Arnoldo* (qui eſt ipſe Arnolfus noſter) *Duce Noricorum, affectante Romanum Imperium, & diſcordante cum Rege Heinrico, fuiſſe primò redditibus deſpoliatum, & penè univerſa, quibus ditata & dotata fuerat, per beneficium tranſiiſſe in uſus Laycorum in hac diſcordia ſibi ſamulantium.* Additur verò paulò infrà, primùm tempore Ottonis II. cultum divinum eô loci fuiſſe reſtauratum. Similia habentur in aliis monumentis Tegernſeenſibus, Benedictoburanis, Nideraltaichenſibus, Münchs-Monaſterienſibus, Schyrenſibus, Schlierſeenſibus, Scheffelarienſibus, Andecenſibus. Neque his abſimilia ſcribunt Andreas Ratisbonenſis, Arenbeckius, Mabillonius, Raderus, & dudùm ante hos Berno Augienſis, Metellus Poëta Tegernſeenſis, Otto Epiſcopus Friſingenſis, Radevicus Canonicus Friſingenſis, & alii: ut mihi Teſtes. quidem benigna ſcriptoris, cum quo agimus, de Arnolfo divinatio hactenùs probari neutiquam poſſit, miraríque debeam, cur ſpongia quæratur Arnolfo, tot verò ſcriptores impoſturæ damnentur? Verùm de his judicent alii. Illud hîc monemus, Arnolfi Ducis ex Italia ſive fugam ſive reditum ab Antonio Pagio uſque ad annum Chriſti 934. differri.

Eodem Chriſti anno ſcilicet 934. reponitur à Bucelino, aliíſque memorabilis Victoria, qua Henricus Rex Hungarorum maximum numerum profligavit, exercitu ejus in ſolennem erumpente teſſeram: *Kyrie eleiſon.* Quam Victoriam Henrici modeſtia cœlo adſcripſit, prædámque omnem in Eccleſias & pauperes erogavit. Porro ipſemet Henricus reddita adverſûs Hungaros Germaniæ pace, cùm de itinere Romano, ac ſuſcipienda Imperii corona tandem cogitaret, morte interceptus eſt anno Chriſti 936. poſtquam à rebus geſtis *Magni* Henrico Aucupi ſuccedit Otto Magnus Imp. nomen conſecutus fuerat, relictâ coronâ Ottoni filio, cui deinceps itidem *Magni* nomen præclara facta pepererunt.

Ad eundem annum Pagius refert obitum Joannis XI. Pontificis in vinculis mortui: cui ſuffectus eſt Leo VII. à Scriptoribus paſſim commendatus; quem ex noſtro Divi Benedicti Ordine aſſumptum fuiſſe Mabillonius ſcribit, & probat.

Tom. III. Annal. pag. 426.

§. III.

Reliqui duo anni Wolframi Epiſcopi.

Brunn. Annal. Boic: part. 2. lib. 7. pag. 433. & citat. ibid.

ANnus Chriſti nongenteſimus triceſimus ſeptimus Arnolfo Malo Bojariæ Duci ultimus fuit. *Mali* nomen promeritum fuiſſe, quàm plura antiqua tabularia, atque ſcriptores ùt ſuprà vidimus, uno ferè ore teſtantur: qui tamen ab uno & altero recentiori dirè vapulant. Bernonem, Augienſem Abbatem, de Arnolfo *inflatè* ſcripſiſſe, Metellum, Poëtam Tegernſeenſem, & alios, Sæculi XI. homines genio ſuo in laceranda Arnolfi famâ indulſiſſe Scriptores hi novi contendunt: ſed, amabò, quare? quia, inquiunt, Berno, Metellus, & alii ſcripſerunt ſine teſte: & quia alii Scriptores non afferunt, quæ Berno & Metellus ſcribunt. Verùm O boni! vos truncatô, ac laceratô ad veſtrum genium inſtrumentô ſcribitis, Arnolfum læſis ac ſpoliatis à ſe Eccleſiis reſtituiſſe prædia ablata. At quo id vos teſte, qua membrana, quo inſtrumento ſynchrono firmatis? quis veterum hoc, aut ubi ſuggeſſit? nunquid Bertholdus Dux iſta vos docuit? adeóne benignè vobis pro Arnolfo divinare & hariolari licuit, ut etiam convitiorum plauſtra in Scriptores veteres celeberrimóſque & rebus geſtis vicinos (quorum aliqui totius acerbæ Cataſtrophes ſeriem ab Avo quisque ſuo commodè haurire poterat) exonerare non pigeat, eò quòd contra Arnolfum ſcripſerint, quæ ad Panegyres veſtras nihil conferunt? Et demus ſanè, confictа fuiſſe à nonnullis quædam ſupplicia, in quæ Numinis vindicta Arnolfum præcipitaverit: quid tum? ergò idcircò Arnolfus fuit *Princeps optimus, & Modeſtiæ Magiſter?* Verùm de his ad defenſionem Bernonis, Metelli; uti & Ottonis ac Radevici Friſingenſium: aliorúmque Scriptorum ſatis. Optamus, ut Arnolfus optimè in æternitate habeat: & nulli palpones in orbe reperiantur.

Defenduntur Scriptores Sæculi XI.

Succeſſio in Ducatu Bojariæ.

Reliquit poſt ſe Arnolfus filios tres, Eberhardum, Arnoldum, & Hermanum; filiam unam Juditham. Ex his Eberhardus ſtatim à morte Patris Ducatum ſibi vindicare ſtuduit, aſt nulla Regis venia aut conceſſione. Eberhardo frater uterque ſeſe oppoſuit. Rex verò omnibus tribus fratribus Bertholdum patruum deinceps prætulit, atque Bojariæ præfecit. Prævaluiſſe tamen aliquanto tempore Eberhardum, ſuo locô in actis S. Lantperti Epiſcopi noſtri referemus.

Otto I. accipit Coronam Regiam.

Ad hunc ipſum annum Baronius refert coronationem Ottonis I. Imperatoris, Aquisgrani factam. Lis erat inter Archiepiſcopos Moguntinum, Trevirenſem, atque Colonienſem, quis eorum novo Regi coronam non quidem Imperii, ſed Regni imponeret? Trevirenſis allegabat antiquitatem ſui Epiſcopatûs, jam ab ipſo S. Petro, Apoſtolorum Principe inſtituti. Colonienſis contendebat, non alii, quàm ſibi coronandi Regis honorem competere, quippe cujus ſacræ Jurisdictioni Aquisgranum eſſet ſubjectum. Ceſſit tamen uterque Moguntino, qui ex Monaſterio Fuldenſi in eam ſedem maximis meritis exigentibûs, aſſumptus fuerat, natus, ùt Bucelinus ſcribit, ex Franconiæ Ducibus. Sacros ritus in ea coronatione adhibitos, populorúmque applauſum tum Baronius, tum Pagius fuſiùs recenſent, cùm eo tamen diſcrimine, quòd Pagius eam coronationem ad annum præcedentem, Chriſti ſcilicet 936. reponat.

Obitus Wolframi.

Annus Chriſti 938. ultimus fuit Wolframi noſtri, uti tum Friſingenſes catalogi, tum codex pervetuſtus Weichenſtephanenſis affirmant. Dies obitûs alicubi

Digitized by Google

cubi ſignatur nona Julii : at in libro Anniverſariorum Friſingenſium ponitur dies nona Junii, SS. Primo & Feliciano ſacra. Gamanſius diem 16. Julii deſignat. Conditus fuit in tumba ex continuo lapide topho, eóque perquàm candido excavata, & inventa die 13. April. anno 1701. cùm, ut ſæpiùs diximus, Eccleſiæ Cathedralis area marmore eſſet obducenda. Tradidit Wolframus ad altare S. Pancratii in crypta prædium quoddam ſuum in *Perchoſun*, tum ut ad aram illam ſacrificia pro ſe ab aliquo Fratrum fierent, tum ut recurrente aniverſaria ejus memoria congruum fratribus exhiberetur *ſervitium*, id eſt, ſolatium. Literas illas in parte altera producimus, ubi eos Lector benignus inveniet. N 990.

Fecit Wolframus complures bonorum Eccleſiæ ſuæ permutationes, in quibus tamen nihil occurrit ſingulari mentione dignum, niſi quòd inter teſtes ter occurrat *Lantpercht*, quem in Epiſcopatu ſucceſſorem Wolframi fuiſſe arbitramur, non tamen aſſeveramus. Cæterùm Wolframus noſter in catalogis quibusdam Epiſcoporum Friſingenſium dicitur ſuppleviſſe ea, quæ Deceſſor ipſius Dracholfus infeliciter dilapidaverat, Paſtor ſæculò æræ Chriſtianæ iniquiſſimò ſanè Optimus; qui juxta calculum noſtrum annos ferè duodecim in Friſingenſi ſede exegit, translatus ad ſuperos anno, ut diximus Chriſti 938. Leone VII. ſummo Pontifice, Ottone Magno Romanorum electo Imperatore, Egilolfo Salisburgenſium Archiepiſcopo, & Gerardo ſeu Gebhardo Patavienſi, Iſingrino Ratisbonenſi, Wiſundo Sabionenſi Epiſcopis : Bertholdo Arnolfi defuncti fratre Bojariæ Duce legitimo; quamvis alii Eberhardum Arnolfi filium agnoverint Bojariæ Ducem, ut mox infrà videbimus.

à N. 991. usque 1029.

Commendatio Wolframi Ep.

CAPUT II.

S. Lantpertus Epiſcopus Friſingenſis XIV.

§. I.

Genus, conditio & electio S. Lantperti Epiſcopi.

NOn hìc de Lamberto Lugdunenſi, neque de Lamberto Tungrenſi Epiſcopo nobis ſermo eſt, benigne Lector, quorum nomina Romano Martyrologio illata cernimus; ſed de alio S. Lantperto, Friſingenſi Epiſcopo, quem ſola Friſingenſis Eccleſia atque Diœceſis annuò publicò officiò XIV. Kal. Octobris, nempe die 19. Menſis Septembris colit. Sunt, qui conjiciant, eum Sighardi Comitis de Sempt & Eberſperg, ac Matris Gotinæ (quos in cathedrali Friſingenſi Baſilica humatos fuiſſe in actis Utonis Epiſcopi diximus) fuiſſe filium. Verùm cùm R. P. Adamus Widl, qui ſeriem ac genealogiam Comitum Semptenſium ſatis operosè diſcuſſit, nullum alium hiſce Parentibus filium, præter Ratholdum, aſſignet, de Sancto verò Lantperto in ſcriptione illa genealogica nullam mentionem faciat, meritò dubitabimus, an conjectura illa fidem eruditis parere poſſit, maximè cùm etiam Hieronymus Megiſerus, qui in annalibus Carinthiæ tabellam genealogicam Semptenſium Comitum texuit, de S. Lantperto nihil commemoret. Utcunque res habeat: illud in vetuſtis liturgiis ac Breviariis Friſingenſibus legimus, Lantpertum noſtrum in ipſa infantia exemplo Divi Nicolai certìs per ſeptimanam diebûs lacte Matris abſtinuiſſe : eo verò lacte, quod infantulus ſibi ſubtraxerat, tribus cæcis oculorum uſum reſtitutum fuiſſe, quod in Lantperti puſionis gratiam divinitùs factum eſſe, meritò creditum fuit.

Diverſitas inter Sanctos Lambertos, & Lantpertum Friſingenſem Epiſcopum.

Lantperti proſapia.

Sanctitas Lantperti in infantia.

Fuiſſe

Electio. Fuiſſe Lantpertum unum de Friſingenſium Canonicorum Collegio, ex eo etiam fit credibile, quòd Lantperti nomen ter occurrat in Inſtrumentis Friſingenſibus ſub Wolframo ſcriptis, ut ſupra monuimus. Neque dubitari poteſt, quin unanimi omnium voto Cathedram conſcendere juſſus ſit, cùm pii Electores meritò ſperare potuerint, ſe in Lantperto ſanctum quendam Nicolaum ſedi Friſingenſi impoſituros eſſe.

Porrò Lantperti Electio ſecundùm codices quidem domeſticos refertur ad annum Chriſti 938. diem verò 28. Auguſti: nihilominus tamen verius eſſe videtur, Lantpertum noſtrum aliquantò priùs fuiſſe electum Friſingenſem Epiſcopum, ídque colligitur ex epiſtola Leonis VII. Pontificis, ſcripta *Regibus, Ducibus, Epiſcopis, Abbatibus, Comitibus: pari etiam modo Egilolpho Juvavenſis, Iſingrim Ratisbonenſis, Lantperto Friſingenſis, Wiſundo Sebonenſis Eccleſiæ Venerabilibus Epiſcopis, & cæteris per Galliam, Bavvariam, Alemanniam commorantibus.* Ubi poſtquam Pontifex ad Gerardi (Laureacenſis Antiſtitis) conſultationes ſingillatim reſpondit, ſubdit in fine: *præter hæc Eberhardo Duci Bavariorum noſtra auctoritate injungimus, ut præfato Gerardo Archiepiſcopo in omnibus auxilium præſtet.* Quibus ex verbis (ſubjungit Pagius) apparet, hanc epiſtolam currenti anno (nempe 937.) fuiſſe datam, cùm Eberhardus, qui Ducis titulum, noménque ſibi attribuebat, annô proximô ab Ottone Rege in exilium actus fuerit. Ita ille. Tota Pontificis Epiſtola exhibetur in actis Conciliorum, & Epiſtolarum Decretalium editionis Harduinianæ: candémque P. Joſephus Mezger in Hiſtoria Saliſburgenſi operosè ſatis exponit. Quòdſi igitur hæc Epiſtola ad annum Chriſti 937. pertinet, Lantperti electio ad annum Chriſti 938. differri non poteſt.

Tom. VI part. 1. col 577. pag. 283.

§. II.

Eccleſiæ, Imperii ac Bojariæ ſtatus ſub S. Lantperto Epiſcopo.

Converſio Bohemorum. BOhemia circa annum Chriſti 895. per S. Methodium Epiſcopum, antehac S. Andreæ in urbe Monachum Chriſto adjuncta fuerat, Boroſivoio Duce ac Ludmilla Conjuge ſalutari lavacro expiatis, velut ſub Waldone Epiſcopo jamjam monuimus. Uratislaus Boroſivoji & Ludmillæ filius, Princeps Religioſiſſimus, ex Drachomira, gentili fœmina, liberos duos ſuſcepit, Wenceslaum nempe & Boleslaum. Horum Wenceslaus à Ludmilla avia ſua ſanctiſſimè educabatur. Verùm Drachomira, fœmina in Chriſtianos immaniſſima, Uratislaô Maritô mortuô, Regimen invaſit, & tam Ludmillæ, quàm Wenceslao per alterum filium Boleslaum necem conſcivit. Impia Wenceslai, Caſtiſſimi Juvenis cædes, à fratre illata, referri ſolet ad annum Chriſti 938. qui ceu verus Chriſti Athleta deinceps ingentibus claruit prodigiis, neque in Catalogum Sanctorum duntaxat, verùm etiam in eorum numerum relatus eſt, qui in Dei Eccleſia coluntur annuô officiô, in quo legimus, Matrem inhumanam terrâ fuiſſe abſorptam. Otto Imperator tantum ſcelus vindicandum ratus, exercitum in fratricidam movit, ac bellum Bohemiæ intulit, variâ deinceps fortunâ in plures annos protractum. Intervenêre alia adversùs Lotharingos, ac Palatinos, Gallos, & Saxones bella. Bertholdi Bojariæ Ducis inſignem adversùs Hungaros Victoriam Bucelinus ad annum Chriſti 943. mortem verò illius ad annum 945. refert. Bertholdo noſtro Imperator Otto fratrem ſuum Henricum in Bojariæ Ducatu ſuffecit, ac multis deinceps annis Boji Saxonibus paruêre, uti olim Francis. Henricus hic noſter, primus eo nomine Bojariæ Dux, anno Chriſti 948. duplici prælio Hungaros proſtravit, beato Rattone, ſeu Raſſone,

S. Wenceslaus. Martyr. Bella varia.

Ande-

Andecenſi & Dieſſenſi Comite exercitum ducente, qui deinceps Monaſticen in condito à ſe pro 13. perſonis Ordinis S. Benedicti juxta Ambram, ſeu Ambronem fluvium Cœnobio Werdenſi amplexus, meliora apud Regem Regum ſtipendia fecit, uti Arenbeckius, Brunerus, Bucelinus, Andecenſes noſtri, aliíque ſcribunt. B. Raſſo.

Inter hæc anno Chriſti 939. Leo VII. de reformato Clero utroque, regulari nimirùm atque ſæculari, optimè meritus diem ſuum obiit. Leoni ſucceſſit Stephanus VIII. al. IX. primus ex Germanis Pontifex Maximus, qui ab Italis Germanorum Oſoribus dira perpeſſus, ex mente Antonii Pagii è Petri ſolio ac vita migravit anno Chriſti 942. Stephanum excepit Marinus II. Romanus, Pacifici Papæ nomen adeptus; qui anno Chriſti 946. Petri ſedem cum tumba, vitam cum morte mutavit, Agapito II. in ejus locum ſuffecto. Legimus in Mauſolæo Divi Emmerammi, eo ferè tempore nempe anno Chriſti 942. Conrado primo Ratisbonenſi Epiſcopo ſucceſſiſſe Guntherum, Monaſterii S. Emmerammi Monachum, de quo tum ipſe libri ſcriptor Reverendiſſimus, tum Bucelinus, Mabillonius, aliíque hæc ferè habent. Ratisbonenſi Eccleſiæ præficitur B. Guntharius S. Emmerammi Monachus, monito per noctem Cæſare eum eligere, qui primus templum adeunti occurreret. Occurrente autem Gunthario cùm Cæſar rogaret, quidnam ſibi rependere vellet, ſi ipſum Pontificem renunciaret? calceum arripiens ac exhibens vir Sanctus, iſtum, inquiebat; quo ſcilicet honores pridem omnes protritos voluerat, & deſignabat. Coactus nihilominùs præeſſe, qui ſubeſſe elegerat, inſigne ejus Cathedræ & Germaniæ ornamentum fuit. Ita illi. Obiit tamen non ita multò pòſt Vir Sanctus, qui Mytram & calceum eodem loco habuerat, & præ utroque mortem unicè ſuſpiraverat, Numine ſancta ejus vota exaudiente. Vacanti poſtea Sedi Michaël eſt impoſitus. Succeſſio Romanorum Pontificum. B. Guntharius ſeu Guntherus Epiſcopus Ratisbonenſis.

In Salisburgenſi Cathedra Egilolpho Heroldus ſucceſſit, qui multam Hiſtoricis de ſe ſcribendi occaſionem præbuit, ob infandos auſus exoculari promeritus. Gerardum Patavienſem excepit Adalbertus, quem Bucelinus quidem Archiepiſcopum Laureacenſem appellat, Mezgerus verò noſter non niſi Epiſcopum Patavienſem agnoſcit, tum quòd ab Ottone II. Imperatore in Diplomate quodam ſolo Epiſcopi titulo ſalutatus fuerit, tum quòd ipſe in Concilio Ingelheimenſi, ac Synodo Auguſtana, (de qua infra) non niſi Epiſcopum ſeſe ſubſcripſerit. Porrò quouſque Sabionæ Wiſundus præfuerit, hactenùs nobis incognitum manet. Alii vicini Epiſcopi.

§. III.

Hungarorum barbaries atque internecio.

Illata ex tot Hungarorum immaniſſimis incurſionibus univerſæ propemodùm Germaniæ damna, cædes, incendia atque excidia tum ab externis tum à domeſticis Scriptoribus ad annos adeò diverſos, ut diximus, referuntur, ut manifeſtum ſit, Sæculi hujus infeliciſſimi chaos etiam in calamos, pennaſque Hiſtoricorum redundâſſe, adeò, ut neſciamus hodie, quæ, & quanta, & quoties diverſæ Germaniæ partes à barbaris illis fuerint perpeſſæ? id unum certum eſt, gentem illam, in Germaniæ exitium natam, nullibi tantas clades, ac in Bojaria, utpote provincia viciniori, ſparſiſſe. Cædibus, incendiis, rapinis vaſtata fuêre loca ferè omnia, quæ mœnibus deſtituta erant, maximè cùm malus Arnolfus, qui ſuorum Protector & Pater eſſe debuerat, barbariem ſuam Hungaris, Parentis ſui quondam acerbiſſimis hoſtibus, atque interfectoribus, ſociâſſet. Procubuêre ex tantis calamitatibus præcipua ordinis noſtri per Bojariam Monaſteria, Altacha utraque, inferior ſcilicet ac Superior, Chiemenſe, Cochelenſe, Cremiſanenſe, Illmonaſterienſe, Monacho-Monaſterienſe, Oſter- Excidia Monaſteriorum.

Digitized by Google

hovienſe, Pollinganum, Sandavieſe, Scheftlarienſe, Schlechdorffenſe, Schlierſeenſe, Staffelſeenſe, Tegernſeenſe, S. Viti * Friſingenſe, Thierhauptanum, Weltenburgenſe, Weſſofontanum, ac plura alia, inter quæ procul dubio etiam Iſanenſe atque Tegernbacenſe numeranda ſunt. Monachorum alii gladiô, alii ſuſpendiô, alii igne periêre: pars ingens velut pecorum grex in diram captivitatem abacti ſunt: pauculi fugâ ſalutem impetrârunt. Theſauri omnes aut ablati aut direpti fuêre. Latifundia, quæ Hungari auferre non poterant, aut tributa aut conceſſa erant militum atque aliorum avaritiæ, ut adeò ſtatus rei monaſticæ eo quidem tempore planè fuerit deplorandus, cùm vix eſſet, qui manum porrigeret novis ædificiis excitandis, maximè cùm ipſi Monaſteriorum fundi in alienam poteſtatem tranſiiſſent. Superi! quanta detrimenta tunc temporis etiam illata fuêre literariæ rei, cùm nobiliſſima tabularia ac Bibliothecæ præcipuorum Monaſteriorum maximam ſui partem latronibus, furibus & ignibus in prædam ceſsêre.

* *Vid. propriam Friſing. Arnbeck &c.*

Inter tot loca atque oppida arsêre etiam Civitates Oetingana, atque Friſingenſis: ubi tamen vetuſtiſſimum Sacellum Oetinganum manifeſto Deiparæ præſidio prodigioſè ſervatum fuit: & Cathedralis quoque Eccleſia Friſingæ excidium effugit, ùt modò dicemus.

Hungari anno Chriſti 955. tantô numerô in Bojariam infuſi, quantô aliàs nunquam conſpecti fuerant, palàm jactitabant, ſe, nî cœlum rueret, aut terra dehiſceret, vinci aut domari non poſſe. Et ea erat graſſantium Barbarorum ferocia, ut ſacra & profana ſurſum deorſùm verterentur, oppida exſcinderentur, omnia denique cædibus ac incendiis opplerentur, relictis ubique triſtiſſimis barbaræ immanitatis veſtigiis. Et jam, Friſingâ etiam direptâ, Sacræ Divorum Stephani ac Viti ædes arſerant. Sola Cathedralis Eccleſia adhuc excidium opperiebatur, ſed quam Lantpertus noſter divinæ Numinis protectioni impenſiſſimè commendabat, Cœlúmque in adjutorium vocabat. Valuêre ſanè piiſſimæ Viri ſancti lachrymæ. Tametſi enim integro ſex dierum ſpatio Hungarorum truculentus furor Friſingæ debaccharetur, mons tamen Friſingenſis nebula indeſinenti obductus, oculos barbarorum eluſit, atque cum Baſilica Cathedrali, contiguíſque ædibus ab exitio liber fuit. Sunt, qui referant, principi quidem templo faces fuiſſe ſubditas, aſt ſacram illam ædem flammas minimè concepiſſe, ignémque ſequiorem fuiſſe, quàm ardorem Epiſcopi, Sponſam ſuam Deo, divíſque Tutelaribus commendantis. Ita Lantpertus piîs lacrymîs incendium & reſtinxit & propulſavit, in tenebris ſuis verè Clariſſimus. Porrò Hungari paulò pòſt Auguſtam, Urbium ampliſſimam, & illatis eò ex omni latè vicinia theſauris opulentiſſimam, obſidione jamjam cincturi, tum armatîs Divi Udalrici precibûs, tum Cæſaris Ottonis virtute incredibili eam denique cladem retulêre, quam Hiſtoriographi penè innumeri meritò ad Cœlum uſque extollunt. Paucîs damus omnia: Barbarorum infinitus penè numerus in campis lycatibus à modico Chriſtianorum exercitu internecione deletus eſt, tribûs eorum Regulîs Reginoburgi, vultibus in patriam ſuam verſis, in furcam poſtea actîs: Quo facto deinceps reliqui barbari jam non timeri, ſed timere didicerunt. Actæ fuêre per cuncta Divorum reſidua templa Deo gratiæ: & Otto Imperator Pater Patriæ audiît. Ferunt, jejunium, quod feſto Divi Laurentii hodiéque præmittitur, originem trahere ab eo jejunio, quod idem Otto Imperator pridie ante conflictum, in feſto Divi Laurentii ineundum, militibus ſuis indixerat. Ita Victoriam illam in hodiernum uſque diem meritò omnes celebramus.

Friſinga incendiô perit, ſervata tamen Cathedrali Eccleſia.

Clades Hungarorum.

Interea ex ſuprà enumeratis Monaſteriis quædam equidem poſteris temporibus, piorum fidelium, Principum ſcilicet atque aliorum Operâ Inſtituto noſtro Monaſtico fuêre reſtituta, quædam verò in aliorum uſus converſa; aliqua è ruinis ſuis nondum emersêre. Decesſêre Ordini noſtro ex ea Clade in hodiernum uſque diem Monaſteria Chiemenſe, Illmonaſterienſe, Pollinganum, Scheff-

Monaſteria alia ab ordine S. Benedicti avulſa.

Scheffklarienſe, Schlechdorffenſe, Schlierſeenſe, Iſanenſe &c. Extincta manent Cochelenſe, Sandavienſe, Staffelſeenſe, ac Tegernbacenſe, quæ tamen converſæ fuêre in Eccleſias parochiales, quarum Cochelſeenſis & Sandavienſis Monaſterio Benedictoburano, Staffelſeenſis Monaſterio Ettalenſi ſubjectæ manent. Tegernbacenſis verò patronum habet Celſiſſimum Ordinarium ſuum, Friſingenſem Epiſcopum. Cætera, quæ ſuperiùs recenſuimus Monaſteria intra annos centum & ampliùs revixêre quidem, verùm pleraque ad fortunas priſtinas nunquam rediêre: ut planè ſatis obſtupeſcere non poſſimus, potuiſſe reperiri Virum, in membranis Boicis verſatum, qui prætendere voluerit, Arnolfum malum reſtituiſſe Monaſteriis, quæ abſtulerat, & militibus ſuis diſtribuerat. Graviſſimam tamen jacturam Optimum Numen ſuîs temporibûs aliîs Monaſteriîs non paucioribûs, Ordini noſtro erigendîs, ſuppleturum abunde erat, uti congruîs occaſionibûs memorabimus. Alia penitùs extincta.


§. IV.

Geſta reliqua, & Mors S. Lantperti Epiſcopi Friſingenſis.

SAtis equidem encomiorum erat, quæ Lantperto noſtro ob conſervatam atrociſſimo tempore Cathedralem Eccleſiam Friſingenſem tribui à nobis debebant: verùm oportet etiam alia, ùtùt comparatione minora, poſterorum memoriæ commendare. Ac primò quidem quantum Friſinga ulteriùs debeat Lantperto, ex ſequenti Ottonis Imperatoris Præcepto Lectori expendendum relinquimus. Illud ſic habet: *In Nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis Otto Dei gratia Rex. Notum eſſe volumus omnibus Sanctæ Dei Eccleſiæ fidelibus noſtrique, qualiter Venerabilis Friſingenſis Eccleſiæ Præſul, Lantpertus nomine, noſtram adiit Celſitudinem, deprecans, ut traditionem cujuſdam Abbatiolæ Moſepurug dictæ ab Anteceſſore noſtro felicis memoriæ Arnolfo Rege cum omnibus jure, legitiméque ad eam pertinentibus ad præfatam Eccleſiam condonatæ, nec non & cujuſdam Curtis Regiæ Veringa à filio ejus Hludovvico ſimili modo illuc delegatæ iterum auctoritatis noſtræ ſcripto roborare dignaremur, cujus petitioni per interventum dilecti Ducis noſtri Perhtoldi aliorúmque fidelium noſtrorum Bavvarienſis Regionis Principum Epiſcoporum & Comitum libenter aſſenſum præbentes has eaſdem traditiones, nec non & mancipia his nominibus Otperht, Kerlind, Jliſa, Adelmot cum filiis eorum pridem à Regibus illuc tradita, ſed per quandam machinationem noviter ad Cameram regiam exquiſita, præfatæ Eccleſiæ Præſuli, poteſtatique ſubjicimus, & per noſtræ largitionis ſcriptum iterum renovamus. Juſſimus quoque hoc præceptum inde conſcribi, per quod volumus, firmitérque jubemus, quatenùs prædicta Abbatiola & Curtis Regia Veringa nominata, ad Friſingenſium Epiſcopium jure pertineant, perpetuò, & à Miniſterialibus ejuſdem Epiſcopi teneantur, & poſſideantur, ut autem hæc conceſſio noſtra firmam ſempiterno tempore ſtabilitatem obtineat, manu noſtra roboravimus; annulóque noſtro inſigniri præcepimus.* S. Lantpertus obtinet confirmationem plurium donationum.

Digitized by Google

Signum Domini Ottonis Sereniſſimi Regis. Poppo Cancellarius ad vicem Friderici Archi-Capellani recognovi.





Data IIII. K. Jun. anno ab Incarnatione Domini D CCCC XL. indictione XIII. fer. II. anno autem Ottonis piiſſimi Regis IIII. actum Salce, in Dei nomine feliciter, Amen. Hæc ibi.

A Num. 1030. uſque ad N. 1089. Signum ac ſigillum hîc non piguit exhibere Lectori, qui perpenſis, quas produximus, literis facilè intelliget, Friſingam Lantperto manere graviſſimè obligatam.

Plura etiam Eccleſiæ ſuæ Bona Lantpertus utiliter commutavit, prout intelligimus ex inſtrumentis, in Parte altera adducendis: in quibus illud obiter advertimus, Lantpertum quoque noſtrum adhuc curam habuiſſe bonorum Schlechdorffenſium, quippe qui quædam ejuſmodi prædia permutavit dando Irminhero nobili locum in Liuppincheinn, accipiendo verò alia bona in Paſing. Cæterùm in inſtrumentis quibuſdam mox laudatis videmus advocatum ſeu defenſorem Friſingenſis Eccleſiæ nominari Ratoldum: quem diu ſuſpicabamur fuiſſe Semptenſem Comitem. Verùm, ſi P. Adamus Widl vitam Ratoldi Semptenſis Comitis non niſi ad annum Chriſti 919. benè protendit, is cum noſtro Ratoldo confundi non poteſt, ut nemo non videt. Quòdſi tamen malimus in-
Synodus Auguſtana. hærere ſententiæ Megiſeri, qui Ratoldi obitum ad annum uſque 939. differt, quo anno Lantpertus noſter in Sede Friſingenſi jam claruit, tunc eo ſaltem tempore Ratoldus ille Friſingenſis Eccleſiæ Advocatus eſſe potuit.

Interfuit Lantpertus noſter anno Chriſti 952. Auguſtanæ Synodo, ab Otto-
Pag. 1054. ne convocatæ, ubi in ampliſſimo Epiſcoporum, nec non Principum Francorum, Saxonum, Bojariorum, Alemannorum & Langobardorum Berengarius Italiæ invaſor, ſeſe Ottoni Imperatori ſubjiciens, ab eo ut ſubditus eaſdem Provincias regendas recepit. Cæterùm, ut videre eſt apud Henricum Caniſium
Col. 615. *Antiq. Lect. Tom.* 5. in eadem Synodo pro Cleri reformatione conſcripta fuêre
Lantpertus non fuit primus inter Epiſcopos Friſingenſes Princeps. Capitula undecim, inter quæ illud, quod ſecundô locô de Clericorum venationibus ponitur, hodiernîs moribûs penitùs exolevit. Ea Auguſtanæ Synodi Capitula etiam in *Actis Conciliorum Tom. VI. part. I.* Lector reperiet.

Exiſtimant nonnulli, S. Lantpertum fuiſſe ex Epiſcopis Friſingenſibus primum S. R. I. Principem: at malè; ſi enim ex eo Lantpertus dicitur fuiſſe S. R. I.
Annus obitus S. Lantperti. *Fol.* 139. Princeps, quòd publico Regni Conventui Auguſtano interfuerit, cur non dicemus idem de Anteceſſoribus Epiſcopis Friſingenſibus, qui & ipſi tractandis ſummis tum Eccleſiæ tum Imperii negotiis inter primos fuêre adhibiti?

Cæterùm Lantperti obitus ponitur equidem à nonnullis anno Chriſti 955. Aſt cum Lantperti mentio in libro II. Traditionum adhuc anno Chriſti 956. recurrat, ſaltem in eum annum ſanctam illius mortem differre oportebit; niſi cum antiquo Weichenſtephanenſi Codice potiùs annum 957. aſſignare velimus, quod ſanè vero non eſt abſimile, & ab ipſo etiam Proprio Friſingenſis Breviarii comprobatur. Cæterùm conveniunt Codices, Lantpertum obiiſſe XIV. Kal. Octobris, nimirùm, die 18. Septembris. Gamanſius verò ſtatuit diem ejus Menſis ſequentem, quo ejus feſtivitas Friſingæ, ac per univerſam Diœceſin,

Digitized by Google

ſin, hodiéque recolitur. Dolendum ſanè eſt, quòd aut nemo Vitam beatiſſimi Viri conſcripſerit; aut, ſi quis fortaſſe ſcripſit, opus illud periêrit. Olim in Liturgia ac Breviario Friſingenſi ad feſtum S. Lantperti hæc ponebatur Oratio: *Deus qui ad comprobandum ſalutaris abſtinentiæ teſtimonium, Sanctum Confeſſorem tuum & Epiſcopum Lantpertum mammis non ablactatum lacte Matris tres cæcos illuminare feciſti: da nobis quæſumus, ut, cujus probabilem vitam meritîs felicibus in hoc ſeculo & in futuro bene provectam excolimus, de ejusdem etiam protectione gaudeamus.* Claruiſſe S. Lantpertum etiam poſt mortem beneficiis in ſupplices profuſis, colligi poteſt ex verbis Hymni, in ſæpe dicta ejus feſtivitate dici olim ſoliti, quæ ſic habent apud Raderum in Bavaria Sancta:

Unde profluit ægris virtus, mæſtis conſolatio, lapſis venia,
Sanctitatis Vitæ, doctrinæ, ſignorum Trophea, quibus claruit:
Paſtorali Sede canit Noricorum Provincia.

Hæc Raderus: Nos in quarto Traditionum Friſingenſium libro de S. Lantperto legimus ſequens Diſtichon:

Hac ſuper Orcheſtra reſidens ſibi non placet extra,
Felix Lantpertus, quem probat ipſe Deus.

Exiſtimamus, Poëtam hunc Veterem voluiſſe indicare humilem de ſe ipſo ſenſum Lantperti, quippe qui Deo magìs quàm ſibi fuerit probatus. Et benè: Character enim Sanctorum humilitas eſt. Divi Lantperti Sacras Exuvias, in Ara ejus honoribus dicata, atque in Crypta è regione aræ Divi Corbiniani erecta, hodiéque colimus, prodigiîs illuſtres. Quòdſi Divi Lantperti obitum ad annum Chriſti 957. proferamus, eo tempore Eccleſiæ Romanæ præfuit Joannes XII. Imperio Otto Magnus, Cathedræ Saliſburgenſi Fridericus I. Ratisbonenſi Michaël & Patavienſi Adelbertus. Quis Sabionæ lituum tenuerit, definire nobis non licet. Anni verò ſtatuendi ſunt novendecim, quibûs beatus ille Pontifex Lantpertus vitæ Sanctitate Friſingenſem Cathedram illuſtravit. Tumulus & beneficia S. Lantperti.

CAPUT III.

Abraham Friſingenſis Epiſcopus XV.

§. I.

Genus & Electio Abrahami.

SUnt, qui apud Hundium in Metropoli exiſtiment, Abrahamum noſtrum fuiſſe ortum ex Palatinis Carinthiæ poſtea factis Comitibus Goritiæ. His Scriptoribus è coævis membranis ſuffragari videtur, quòd Abrahamus in vicinis Carinthiæ partibus, & quidem in hodierna Carniolia bona quædam propria habuerit, iîsque res Eccleſiæ ſuæ Friſingenſis plurimùm auxerit, uti ex dicendis abundè conſtabit. Nos in re incerta nihil certi ſtatuere ſolemus. Fuiſſe Abrahamum jam ante conſcenſam Cathedram Friſingenſem Eccleſiæ illi quocunque demùm modô ſive addictum ſive adſtrictum, conjecturam ex eo ducimus, quòd ejus nomen in permutatione quadam bonorum, ſub S. Lantperto Friſingæ facta apertè exprimatur; imò cæteris primis Canonicis eam permutationem confirmantibus præponatur, & (quod ſingularem ejus prærogativam more illius temporis denotat) *Domnus* appelletur. Contigiſſe electionem Abrahami paulò pòſt obitum S. Lantperti, nempe 957. non eſt, cur dubitemus. Neque obſtat, in lapide ſepulchrali Abrahami haberi, cum obiiſſe anno 992.

Tom. 1. pag. 105. Abrahami proſapia. *Infra §. 7.* *Lib. 2. tradit. fol. 122. b. & 83. a.* Tempus electionis.

Digitized by Google

992. & præfuiſſe annis 37. ut adeò Abrahamus dicendus videatur electus eſſe anno Chriſti 955. non, inquam, id obſtat. Neque enim tanti momenti eſt teſtimonium illud, cùm neutiquam ſit coævum, ac ſæculi decimi, ſed longè poſterioris, maximè cùm annus Chriſti 992. ibi non exprimatur numerîs Romanîs, ſeu literis numeros indicantibûs, ſed numerîs Arabicîs, ſeu Cifrîs, quas Arabes ſæculô decimô ab Indis, Hiſpanos ab Arabibus ſæculo primùm XIII. accepiſſe cum aliis cenſet Athanaſius Kircherus, ùt habet Mabillonius in ſuo *de Re Diplomatica* eruditiſſimo opere; ubi etiam docet, rarum illarum cifrarum apud latinos uſum fuiſſe ante ſæculum quartum decimum: quod ſanè eruditi atque in evolvendis antiquis membranis diu verſati Viri libenter affirmabunt: ut adeò in ſculptoris recentioris numeros facilè potuerit ſphalma irrepere. Verùm hæc omnia Lectoris judicio permiſſa ſunto.

Pag. 214. num. 10.

§. II.

Eccleſiæ, Imperii, & Bojariæ ſtatus ab anno Chriſti 957. uſque ad 972.

Joannes XII. PP.

AGapito II. Romano Pontifici non anno 955. ſed 956. ſucceſſiſſe Joannem XII. contra Baronium Pagius ſcribit. Ferunt hunc Joannem vix duodecim annorum Juvenem armis occupâſſe Divi Petri Cathedram, & illius intruſioni conſenſiſſe tandem Electores legitimos, ne ſchiſma oriretur, majus ſcilicet ipſa intruſione malum. Eadem ferè tempeſtate Bojaria noſtra amiſit Ducem Henricum, eo nomine primum, ſummi animi Virum, dignúmque, qui Cæſaris frater appellaretur, niſi ejus Majeſtati impotentiùs inhiâſſet. Nonnemo inſuper magnæ impietatis eum coarguit, quòd ſcilicet Viros ſacros, etiam præcipuarum dignitatum fulgore conſpicuos violare auſus, Patriarcham Aquilejenſem virilitate, Salisburgenſem verò Archiepiſcopum Heroldum oculîs multârit, uti Brunerus memorat, & addit, facti poſterioris nunquam, prioris verò pœnitudinem Henricum ſubiiſſe. Cauſa utique non alia erat, quàm quod Heroldus Hungaros in Patriæ perniciem accerſiêrit: qua in re Lectorem ad alios Bojariæ Scriptores remittimus, aſt nihil factorum illorum defendendum ſuſcipimus. Cæterùm Henrico I. in Bojariæ adminiſtratione ſucceſſit filius Henricus II. dictus Rixoſus: Heroldo verò Salisburgenſi Archiepiſcopo exoculato *electione atque poſtulatione omnium pæne nobilium Bojariorum Clericorum & Laicorum* ſuffectus eſt Fridericus, ex Comitibus de Kiemgau ortus, non tam Nobilitatis quàm Virtutis ac doctrinæ claritate illuſtris, Heroldô deinceps penitus exauctoratô.

Henricus Rixoſus Bojariæ Dux.

Ottonis Imperatoris geſta.

Ottoni Imperatori annis ſequentibus Sclavi ingentia faceſſivêre negotia; cúmque etiam in Italia Berengarius Rex tumultuaretur, Imperator ſemel iterúmque à Pontifice rogatus, & ad Imperii coronam in eandem Italiam evocatus, rebûs in Germania diſpoſitîs, filióque ſeptenni Ottone in Regem Germaniæ deſignato, & Aquisgrani coronato, demùm exercitum eò movit, & vel ſolo nominis terrore pacem Regioni feliciſſimè intulit, ſummo jubilo & applauſu Romæ exceptus, & Diademate Imperii à Pontifice anno 962. coronatus. Aſt non diu ſtetit Italiæ felicitas. Dum enim Imperator Berengarium perſequitur, Joannes Pontifex cum Berengarii filio Adalberto colludere deprehenſus, & aliorum quoque criminum accuſatus, indigno nihilominus facinore ab Imperatore è Petri Sede ejicitur, Leone VIII. ſubſtituto. Berengarius deinceps in exilium ejectus, & in Bojariam miſſus eſt, in captivitate demùm moriturus. Porrò Ottone Româ digreſſò, Joannes XII. in Urbem à Berengarianis revocatus rediit, collectóque concilio Leonem Sacris Veſtibus exuit, Laicorum numero

Coronatio.

mero

Digitized by Google

mero eos reſtituens, quos Leo non legitimus Pontifex conſecrare viſus fuerat. Tum verò Joannes tamquam re bene geſta in locum extra urbem peramœnum ſe conferens, mortem invenit; ab ignota enim manu de nocte percuſſus paulò pôſt extinctus eſt, uti P. Kolbius ſcribit. Sanè Leonem non fuiſſe legitimum Pontificem, Baronius multis demonſtrat, laudátque Ottonem Friſingenſem Epiſcopum, ſæculi duodecimi Scriptorem, qui de ea cauſa optimè ſcripſerit. *Lib. 6. cap. 23.* Verùm nos Lectorem ad Ottonem ipſum remittimus, ejúſque teſtimonium ſincerè diſcutiendum relinquimus. Joanni Papæ Romanus Clerus ſuffecit Benedictum V. cùm Otto Berengarii reliquias in Umbria perſequeretur. *Benedictus V. PP. & Succeſſores.* Is novo de ea electione nuncio vehementer commotus, Romam, quàmprimùm rediit, Benedictum dignitate movit, ac poſtea in Saxoniam duxit, Hamburgi cuſtodiendum: qui brevi pôſt ibi in exilio ſanctè obiit, multa ſane paſſus, ac inter Martyres à Saxonibus habitus. Scribunt nonnulli, Benedictum V. & Pſeudo-Papam Leonem VIII. eodem anno, Chriſti 965. è vivis exceſſiſſe. Porrò poſt hos Joannes XIII. juſta electione Pontificatum adiit, paulò pôſt tamen à Romanis rejectus. Quod indigniſſimè ferens Imperator rurſus in Italiam advolat, rigidè in Romanos animadvertit, & Joannem in Sedem reſtituit: cum quo annô ſequenti, Chriſti 967. Ravennam profectus, coacto ibi plurimorum Epiſcoporum Concilio interfuit, ubi plurima ſummo Eccleſiæ bono fuère conſtituta. Ipſe Imperator jam anno Chriſti 961. de juriſdictione Eccleſiarum Imperii ſequentia conſtituerat, quæ ex Goldaſto Joannes Palatius recenſet in hunc modum. *Otto divina propitiante clementia Rex. Præcipientes jubemus, ut nullus judex publicus, vel quislibet ex judiciaria poteſtate, in Eccleſias ſub noſtro, & anteceſſorum noſtrorum Regum receptas mundeburdo, aut loca, vel agros, ſeu reliquas poſſeſſiones dictarum Eccleſiarum, quas nunc intra ditionem Regni noſtri legibus poſſideant, vel quæ deinceps in jura earum divina pietas voluerit augeri, ad cauſas, judiciario more audiendas, vel freda * exigenda, manſiones *, vel paradas * faciendas, aut fidejuſſores tollendos, aut homines ipſarum Eccleſiarum contra rationem diſtringendos, nec ullas redibitiones vel inuſitatas occaſiones requirendas, ullo unquam tempore ingredi audeat, vel ea, quæ ſupra memorata ſunt, penitus exigere præſumat, hominibus quoque famulatum earundem Eccleſiarum facientibus, qui Saxonicè Malman dicuntur, Mundeburdum, & Tuitionem noſtræ poteſtatis Imperialis conſtituimus, ut etiam coram nulla judiciaria poteſtate examinentur, niſi coram Præſulibus ipſarum Eccleſiarum, aut advocatis, quos eorundem locorum Præſules elegerint, aut à nobis acceperint. Et ipſi Præſules cum omnibus rebus ſuis noſtro fideliter pareant Imperio, & ſub noſtra conſiſtant defenſione. Fratres autem, quibus à noſtra aut Anteceſſorum noſtrorum liberalitate conceſſum eſt, habeant licentiam eligendi Paſtorem inter ſe qualemcunque voluerint, ita tamen, ſi talis inter eos inveniatur, qui vita & moribus probatus habeatur, ſalvâ in omnibus diſpoſitione noſtra Imperiali.*

Lib. 12. cap. 2. col. 131. *Otto Imperator favet Eccleſiis.*

* Mulctas. * Stationes. * Sumptus ad vias reficiendas, vel ipſas reparationes.

Lindulfus Cancellarius ad vicem Brunonis Archicapellani recognovit. Datum Burchem VII. Idus anno Dominicæ Incarnationis 961. Indict. 4. anno Regni noſtri 22.

Cæterùm, Baronio teſte, Imperator Concilio Ravennæ celebrato, Ottonem filium ſuum è Germania in Italiam evocavit, & ut Imperiali ibi corona redimiretur, obtinuit: quem deinceps ab Eckhardo Religioſiſſimo doctiſſimóque Monacho Monaſterii S. Galli ad Imperium educari atque inſtitui voluit, uti Bucelinus noſter ſcribit. *Otto junior coronatur.*

Legimus in *Actis Conciliorum Tomi VI. parte prima*, uti etiam in *continuatione primæ partis Archivi Germanici*, ſtatuto Synodi Ravennæ celebratæ ſuper Eccleſia Magdeburgenſi in Metropolitanam erecta, ſubſcripſiſſe etiam Abrahamum noſtrum iis verbis: *Abraham S. Friſingenſis Eccleſiæ Epiſcopus interfui.*

col. 653. *Abrahamus Epiſcopus intereſt Ravennæ Synodo.*

Digitized by Google

ſui. Primum Archiepiſcopum Magdeburgenſem ex noſtro Divi Maximini Trevirenſi Monaſterio fuiſſe aſſumptum, Sanctum ſcilicet Adalbertum, Bucelinus rectè memorat.

Annis Chriſti 968. & 969. Otto novas contra Italos ac Nicephorum Orientis Imperatorem victorias retulit: ac poſtea Nicephori filiam Theophaniam Ottoni filio ſuo deſponſavit.

Scribit P. Adamus Widl S. J. in ſuo *S. Sebaſtiano Eberſpergenſi*, annum à Chriſto nato 969. quibusdam Semptenſium Comitum fuiſſe funeſtum atque fatalem. Obiiſſe Adalberonem I. familiæ caput, 3. Idus Septembris: Leuckardem ejus Conjugem 3. Kal. Novembris. Præceſſiſſe paulò antè Wilibirgem Adalberonis Sororem. Et horum omnium corpora fuiſſe Friſingæ depoſita, & ab Udalrico Succeſſore juſtis parentalibus honorata: Sicque ibi ſupremam tubam exſpectare. Ita ille: qui à libro Bayriſcher Chronic.... kurtzer Auszug / nihil diſſonum affert.

Mors quorundam Comitum Semptenſium, eorumque Sepultura.

Romæ anno Chriſti 971. Joannes XIII. Synodum generalem convocavit, ubi diris devoti fuêre rerum Eccleſiæ invaſores. Eodem anno S. Udalricus ſalutatis jam tertiò Sacris Divi Petri liminibûs Româ rediens, Ravennæ Imperatorem ſalutavit, cujus tantum erat ſuper adventu S. Viri gaudium, ut, cùm Udalricus opinione citiùs in conſpectum Imperatoris veniret, ille altero calceo nondum pedi inducto occurreret, atque in amplexus Epiſcopi rueret.

Videri poteſt Baronius.

S. Udalrici Epiſc. Auguſtani votum.

Sequenti anno, Chriſti 972. autumnali tempore Otto Imperator Ingelheimii celebrem Synodum convocavit, in qua idem S. Udalricus comparuit, habitu Ordinis S. Benedicti, quem jam in juventute tenera in S. Galli Monaſterio unicè amaverat, indutus, & Epiſcopis præſentibus ſui ab Epiſcopatu dimiſſionem, ac Adalberonis Nepotis ſui ſubrogationem commendans. Negârunt verò Patres, fas eſſe, ut Udalricus dignitatem poneret. Cæterùm in Adalberonis promotionem conſenſum denique præbuêre. Aſt aliter viſum Superis. Adalbero enim non ita multò pòſt, ante Udalrici obitum, morte ſubitanea defunctus eſt. Votum Udalrici divino Numini diſplicuiſſe, ipſe in viſu quodam intellexit. Auctor vitæ illius apud Baronium ſic habet: *Quadam die quaſi de quodam gravi ſomno expergefactus, ei aſſidentibus & hæc audientibus ait: heu! heu! quod illum nepotem meum Adalberonem unquam vidi, quia pro eo, quod ei ſecundùm ſuum deſiderium conſentiebam, nolunt me impunitum in ſuum recipere conſortium. Et his dictis ſtatim tacuit.* Subdit Baronius: *Ecce tibi: Sanctiſſimus Udalricus annos natus Octoginta & unum, & proximè moriturus, ablegare cupiens ſæcularia à ſe negotia, quibus ſemper carere debere rebus divinis mancipatum monet Apoſtolus dicens: nemo militans Deo implicat ſe negotiis ſæcularibus: tantùmque ſibi & Eccleſiæ vacaturus, quærens, cui illa refundat; nepos in mentem venit: nec putat abſque inſtinctu divino factum, quod poſt laborioſam illam peregrinationem aſſiduis precibûs ad confeſſiones Apoſtolorum Romæ faciendum petiiſſet. De eo namque auctor* (vitæ) *hæc teſtatur, fuiſſe doctum, in ſervitio Dei ſtudioſum, in bonis operibus ſtrenuum, in dicendo eloquentem, compatientem aliorum moleſtiis, ad miſeros ſublevandos feſtinum, atque multis virtutibûs cumulatum. An non tot tantiſque pollentem virtutibus etiamſi fuiſſet extraneus, erat ab eo ſucceſſor optandus, &, dum viveret, cooptandus? eòque magis, quòd, cùm Reges manus injeciſſent in Epiſcopatus, ſæpe contingeret è militia ſæculari, militantes, inquam, in palatina militia ſeſe obtrudentes, in Epiſcopos eligi. At laudaverit iſta homo, atque juſta probarit:* à Deo autem *improbata imò & punita admodum fuiſſe ſcimus, inprimis, Adalberone morte repentina ex hac vita ſubducto, ipſo verò Epiſcopo, non niſi expiato peccato, digno Sanctorum conſortio judicato. At, ubi culpa, dices, quam neceſſe eſt præcedere pœnam? Novit eam ipſe, cùm ante divinum illud terrificúmque tribunal vocatus audivit eam, quam & ipſe in ſe reverſus aſtantibus patefecit, dicens,*

cens, quia ſecundùm deſiderium ſuum conſentiebam eidem, nolunt me inpunitum in ſuum recipere conſortium. Quibus indicatum eſt, non ſpiritûs, ſed fuiſſe carnis illum impulſum, ut nepotem diligeret ſucceſſorem, illo ſuadente, obnixéque petente, & à Viro Sanctiſſimo tandem aſſiduis precibus extorquente: quem vel ex hoc æſtimare debuiſſet indignum, dum illud peteret, quod refugit omnis dignus. Potentiſſimum diaboli telum eſt amor affinium, quo etiam ſanctos appetit &c. Hæc Baronius: Quid verò ad iſta hodiernus Orbis? Cur à Deo non admiſſum?

Eodem anno Chriſti 972. Joannes XIII. Pontifex rebus caducis valedixit, Donus verò Papa creatus eſt. Donô poſt trimeſtre mortuô, Benedictus VI. electorum ſuffragiis Cathedram Petri conſcendit. Eodem rurſus anno Michaëli Ratisbonenſi Epiſcopo Ottone Imperatore authore S. Wolfgangus Einſidlenſis Monachus in Epiſcopatu ſucceſſit, à Friderico Archiepiſcopo Salisburgenſi conſecratus. Ipſe Otto verè Magnus ex communiori ſaltem calculo anno 973. in pace quievit, *mundi amor* rectè ab Urſpergenſi dictus. Porrò Adelhaidis Auguſta ab obitu Imperatoris cucullo Benedictino ſeſe involvit, Sanctorum faſtis poſt mortem adſcripta: ad quos denique eodem anno S. Udalricus Auguſtanus Epiſcopus feliciter migravit, maximìs à morte prodigiis illuſtratus.

Pontificum ſucceſſio.

Lamb. Schaffnab. pag. 172. Baron. Pagius. Bucel. in Chronico pag. CCXIII.

§. III.

Ottonis I. Imperatoris in Inticenſem & alias quasdam Eccleſias Munificentia.

UT Ottonis I. Imperatoris memoria apud Friſingenſes foret in æterna benedictione, inter alias tum erectas, tum dotatas Eccleſias etiam Inticenſem, Friſingenſi tunc ſubjectam, anno mortem præcedente, ſequenti donatione ampliavit.

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Otto divina favente Clementia Imperator Auguſtus. Noverint omnes fideles noſtri, præſentes ſcilicet & futuri, qualiter nos per interventum dilectæ Conjugis noſtræ Adelheidæ, nec non æquivoci noſtri quasdam res noſtri juris ſitas in Comitatu Tarviſiano haud longè à fluvio Vallat, & in loco, qui dicitur Chunio, qui ſitus eſt prope litus Brentæ, qui fuit Iſaac Judæo traditus à Wichberto, & in loco, qui dicitur Piſcatorus, & Vincentino comitatu in circuitu Gudagæ ultra tria milliaria, & in utraque ripa Prentæ jus macelli, & in ejus finibus, qui inter iſtos deſignatos fines jacent, quæ appellantur aunario, deinde terminante in aqua, quæ dicitur Muſone, deinde terminante in flumine Diſo, & dein terminante in Litrano, unde Silus reſurgit, & de ipſa curte ſuprà nominata Gudago terminante in Aurillia, & dein terminante in Reſcio, inter iſtos deſignatos fines, cum pratis, paſcuis, viis & inviis, exitibus & redditibus, fontibus, aquis, aquarúmque decurſibus, piſcationibus, molendinis, ſylvis & Paludibus, omnibúsque rebus juſtè legitiméque ad eandem Curtem reſpicientibus, quæſitis & inquirendis ad Servitium Sancti Candidi ad Inticam in manus nobis ſatis chari Epiſcopi, Abraham appellati, ob remedium animæ noſtræ tradidimus, eo ſcilicet tenore, ut idem jam dictus Epiſcopus usque ad obitum ſui abſque contradictione omnium totum atque integrum teneat, atque poſſideat, poſtea verò ſervitio Sancti Candidi redintegratum perpetim inibi permanſurum ad Inticam redeat, atque reſpiciat.** Et ut hæc noſtri juris donatio firma, ſtabiliſque permaneat, hanc cartam conſcribi, ac ſigilli noſtri impreſſione ſubſignari juſſimus. Dat. V Kal. Junii anno Incarnationis Dominicæ DCCCCLXXII. Indict. XV. anno Regni Domini Ottonis XXX. Imperii autem VIII. actum in Proilo* Papiæ.*

* *Al. Muſone.*

** *Al. perſeveret.*

* *Al. Prolio.*

Digitized by Google

In hoc inſtrumento advertet eruditus Lector, annum equidem Chriſti cum Indictione rectè cohærere; numerum autem annorum Regni atque Imperii iis neutiquam reſpondere. Suſpicamur librarii incuria errorem irrepſiſſe.

Part. 1. lib. 14. n. 31. Monet nos hîc Adelzreitterus, *Ottonis beneficentia Benedictoburanum Monaſterium è buſto & ruderibus, in quæ Ungarorum injuriis erat collapſum, emerſiſſe auctore Divo Udalrico, ut Donativo juvaret Wolfoldum archipresbyterum, parietes inſtaurantem.* Ita laudatus ſcriptor. Nos, unde Adelzreitterus iſta deprompſerit, haud equidem ſcimus. Certè in noſtris Benedictoburanis tabulariis, ac ſæculi decimi atque undecimi membranis aliud nil reperimus, quàm, Wolfoldum, ſeu Woalfdeonem *presbyterum* interventu S. Udalrici ab Ottone Auguſto impetrâſſe facultatem reparandi deſtructam illam Eccleſiam, & quidem potiſſimùm ex bonis ſuis hæreditariis, quæ in ſolenni inſtrumento coram legatis Ottonis ac plurimis nobilibus S. Benedicto tradiderat. Extat apographum ejus donationis, manu coæva, nimirùm ſæculi decimi, conſcriptum. Sanè an Otto Imperator ſive de ſuis aliquid addiderit, ſive aliquam partem eorum bonorum, quæ Monaſterio abrepta fuerant, reſtituerit, nullibi apud nos memoratur. Interea certum nihilominùs manet, tum S. Udalricum, tum Ottonem Imperatorem de Monaſterio noſtro optimè fuiſſe meritos, quippe dum Udalricus pio interventu, Otto factâ reſtaurationis gratiâ, ruinis noſtris ſuccurrit.

S. Udalricus Ep. & Otto Imp. Monaſterii Benedictoburani reſtaurationem promovent.

Porrò Wolfoldus noſter cùm & locum noſtrum dotâſſet, ejúſque reparationem ſuſcepiſſet, deinceps plures ſibi ſociavit, & ſcholam Clericorum erexit, quos literis & moribûs imbuere impensè ſtuduit, factus demùm ipſe Monachus ſeptimo ante mortem ſuam anno, cùm ex noſtris non niſi duo Monachi ſupereſſent, Berthricus ſcilicet & Simpertus Presbyteri. Qua de re, ac de introducta nova à Wolfoldo familia fortaſſis ſuo loco plura dicenda occurrent, ad eliminandas quaſdam fabellas, quæ ea de re paſſim in Scriptorum poſteros codices irrepsêre. Cæterùm quanta Otto præſtiterit aliis remotioribus Eccleſiis, paſſim Hiſtorici tradunt, ad quos, brevitatis ſtudio, Lectorem remittere cogimur.

§. IV.

Res Eccleſiæ ac Imperii de anno Chriſti 973. & 974. ubi de Ottonis II. Imperatoris erga Friſingenſem Eccleſiam Munificentia.

Otto II. Imp.

OTtoni Imperatori, parenti ſuo, anno Chriſti 973. ſucceſſit filius Otto II. jam antehac in conſortium Imperii aſcitus: cujus proinde, ut Pagius advertit, duæ ſunt epochæ, altera à die Natali Chriſti anno 967. quo ſocius Imperii inſtitutus eſt, altera à die 7. Maji præſentis anni, quo Patri ſucceſſit, deducta. Supererat tum adhuc ad Eccleſiæ Romanæ clavum Benedictus VI. qui circa ea tempora, teſte Mezgero, pro Friderico Salisburgenſi Archiepiſcopo decretum fecit, eíque ac ejus ſucceſſoribus ampliſſimam Archipræſulis & Legati poteſtatem in tota Norica Provincia, nominatim in Pannonia tam ſuperiori quàm inferiori, qualem ejus Anteceſſores habuiſſent, abrogato cuivis alteri in his provinciis Pallii uſu, confirmavit. Bullam Dükerus affert. Ipſemet Benedictus Pontifex anno Chriſti 974. à ſceleratis cuſtodiæ mancipatus atque jugulatus fuit. Interim cùm Otto comprimendis quibuſdam Germaniæ turbis intentus eſſet, renovata eſt quorundam Romanorum de Pontificum creatione vetus ambitio, quos, ut libido tulit, ſine Imperatoris auctoritate creârunt, ut Mabillonius loquitur. Itaque (pergit eruditiſſimus ſcriptor) mortuo Benedicto Donus II. & mox poſt Donum Bonifacius VII. Ferrucii Civis Romani filius, corruptis comitiis eſt illatus: quod cùm factio Tuſculanorum Comitum æquô animô

Archiepiſcopus Salisburgenſis fit Legatus Sedis Apoſtolicæ.

Chronic. Salisb. pag. 69.

Fata Pontificum.

Digitized by Google

animô ferre non poſſet, ipſum omnibûs affligare modis cæperunt. Quorum conatibus cùm par ad reſiſtendum non eſſet, ex urbe, ſpoliatâ rebûs pretioſis Vaticanâ Baſilicâ, profugit. Quo facto Tuſculani Comites Benedictum VII. Alberici quondam Conſulis nepotem in ejus locum intruſerunt. Hæc Mabillonius, & ex Mabillonio Pagius. Porrò in vicinia noſtra S. Udalrico Epiſcopo Auguſtano ſucceſſit Henricus, eo nomine primus, de cujus progenie, electione & actis Hierarchia Auguſtana noſtri R. P. Corbiniani Khamm conſuli poteſt.

Quanta Abrahamo Epiſcopo, atque Friſingenſi Eccleſiæ anno Chriſti 974. contulerit Otto II. Imperator, ex tribus inſtrumentis ſequentibus patebit, quæ eruditorum curioſitati hîc exponimus, ut appareat, num vera ſint, quæ de rebus Abrahami noſtri ad dictum & ſuperiorem annum ſcriptores quidam Neoterici venditant. Primum itaque inſtrumentum, Majo menſe exaratum, ſic habet.


Ingens Ottonis II. Imp. erga Abrahamum Epiſcopum liberalitas,

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Otto divina favente Clementia Imperator Auguſtus. Noverit omnium induſtria fidelium noſtrorum tam præſentium quàm & futurorum, qualiter venerabilis Friſingenſis Eccleſiæ Abraham Epiſcopus noſtram adiit Celſitudinem proclamans, ſe quædam loca in medio horum comitatuum conſtituta, qui vulgò vocantur Puſtruſſa, Lurno, Catubria injuſtè & inlegitimè à præfata Friſingenſe Eccleſia ſubtracta. Nos verò per interventum dilectæ Matris noſtræ Adalhaidæ, & noſtri Nepotis videlicet Ducis Heinrici ſuis petitionibus conſentientes, & quicquiq inter hos tres ſuprà titulatos Comitatus proprietatis habuimus, hoc eſt, ubi ingreditur fluvius Pudio Rionhum, ex eo loco ſurſum, quæcunque adjacent utriſque ripis ejuſdem fluminis cum Comitatu Catubriæ inde uſque ad flumen Aſſulturbach alpes ſic appellatas videlicet Nemes, Anaganto, Walcum, Munaga, Fiſcalina, Cuniſello, Plezzes, ſerula, Pragas, ſexta, ſive omnia, quocunque vocabulo ſint, ſi inter hos fluminum meatus Pudio & Rionhum montes, valles, planities præfatæ Eccleſiæ Præſuli poteſtatique ſubpoſuimus, & per noſtræ traditionis ſcriptum iterum renovavimus, ſicut ab anteceſſoribus noſtris Regibus illuc tradita comperimus. Inſuper etiam ſub Panno Imperiali noſtro jubemus, quidquid deinceps in his locis naſcatur, in venationibus, piſcationibus, ut nullus audeat ſe abſque licentia Epiſcopi intromittere. Si quis hoc prævaricaverit, Regium Pannum Epiſcopo ſive advocato illius perſolvat. Juſſimus hoc præceptum conſcribi per quod jubemus, ut omnia præfata ad Eccleſiam Friſingenſem perpetuo jure pertineant. Ut autem hæc conceſſio noſtra firmam habeat ſtabilitatem, manu noſtra roboravimus, annuloque noſtro ſigillari præcepimus.

Reſtituit bona Friſingenſi Eccleſiæ erepta.

Et inſuper alia adjicit.

Signum Domni Ottonis invicti Imperatoris Auguſti.



Willigiſus Cancellarius vice Ruodberti Archicapellani ſubſcripſi. *Data V. Kal. Junii Anno Incarnationis Domini DCCCCLXXIIII. Indict. I. anno Regni Domni Ottonis XIII. Imperii autem quinto. Acta Altſtet.*

Alterum præceptum menſe Junio ejuſdem anni datum exhibet inſignem donationem ab Ottone factam Abrahamo Epiſcopo hunc in modum.

*IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis Otto divina favente Clementia Imperator Auguſtus. Noverit omnium induſtria fidelium noſtrorum, tam præſentium quàm futurorum, qualiter nos per interventum dilectæ Matris noſtræ Adalhaidæ & fidelis noſtri videlicet Heinrici Ducis quasdam partes noſtræ proprietatis ſitas in Ducatu præfati Ducis, & in Comitatu Poponis *, quod carniola vocatur, & qui vulgò Chrainmarcha * vocatur. * Eſt enim in ipſo Comitatu rivulus parvus, qui vocabulo ſclavorum Sabniza nuncupatur, ab exitu illius ubi oritur, ſtatim cacumina vel ſummitatésque montium occidentalem partem verſus usque ad Zelſach, & hoc ipſum Territorium cum omnibus ad ipſum pertinentibus, nec non & Alpam Boſangam, deinde trans Zovrizam usque ad montem Lubinic, ipſúmque montem usque ad majorem amnem, qui Zovra vocatur, utramque ripam illius amnis deorſum usque ad oſtium prætitulati rivuli Sabniza inque * ſurſum usque ad caput vel exitum ipſius rivuli, quicquid intra ipſa confluentia habuiſſe videamur loca nominata. Sabniza, Lonka, Suſane, iterúmque Zelaſach, vel qualicunque vocabulo vocantur, hoc totum in proprium cuidam noſtro fideli, nobisque ſatis caro Epiſcopo Abraham vocitato donavimus, cum omnibus rebus jure legitiméque ad prætitulata loca aſpicientibus, cum curtilibus & ædificiis, mancipiis utriusque ſexus, ſi inibi noſtri juris inveniuntur, agris cultis & incultis, pratis, paſcuis, ſylvis, aquis, aquarúmve decurſibus, molendinis, piſcationibus, venationibus, vineis, & vinetis, viis & inviis, exitibus & reditibus, quæſitis & inquirendis, mobilibus & immobilibus, hæc omnia, ut præſcripſimus, volumus, ut præfatus Epiſcopus firmiter teneat, ſine obſtaculo vel contradictione ulla. Inſuper ubicunque in regione in foreſto noſtro ſeu in qualicunque loco paſcua porcorum inventa erunt, ſuis porcis inibi nutritis portionem * habeat. Et ut nullus Comes vel Judex ſeu ulla perſona in aliquo ſe intromittat absque licentia vel juſſione præfati Epiſcopi *, aut illius hominis, cui Epiſcopus hoc ad regendum commiſerit. Et ut hæc noſtra donationis auctoritas firmior ſtabiliorque perſeveret *, juſſimus quoque hoc præceptum præſens inde conſcribi, annulique noſtri impreſſione ſigillari, per quod volumus, firmitérque jubemus, quatenus præfatus Epiſcopus liberum ſibi habeat arbitrium tenendi, commutandi, tradendi, vel quicquid ſibi placuerit exinde faciendi. Et ut veriùs à poſteris noſtris in futurum credatur, * noſtrâ id ipſum ſubtus roborantes. Dat. II. Kal. Julii anno Dominicæ Incarnationis DCCCCLXXIIII. Indict. II. anno Domini Ottonis Regni XIII. Imperii VI. Actum Dribure.*

* Alibi additur Comitis.
* Al. Chraina Marcha.
* Al. appellatur.
Bona in Carniolia ſuper addit.
* Al. inde.
* Al. Saginationem.
* Al. Abrahæ.
* Permaneat.
* Al. add. manu.

Tertium Ottonis II. præceptum, menſe Novembri ſcriptum, ſic habet:

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Otto divina favente Clementia Imperator Auguſtus. Noverit igitur omnium fidelium noſtrorum præſentium ſcilicet & futurorum induſtria, qualiter nos dignis & admodùm honeſtis petitionibus dilectiſſimæ Conjugis noſtræ Theophanii, nec non cari Nepotis noſtri Bajoariorum Ducis Heinrici ſupplicitèr obſequendo rogati, Venerabili & totius Religionis Viro Abrahæ Sanctæ Friſingenſis Eccleſiæ Præſuli, noſtræ familiaritati dignè adjuncto, quandam noſtræ proprietatis partem in Regione vulgari vocabulo Chreine & in Marcha, & in Comitatu Paponis Comitis ſitam, id eſt, ubi Rivulus Sabniza Originem producere incipit, deinde ſtatim occidentem versùs cacumina Montium, ſilvásque interjacentes usque ad Bocſanam ipſásque alpes Bocſanam, & ſic ad fines earundem alpium, deinde ubi rivulus Cotabla originem ſumit usque ad hunc locum, ubi hoſtium in Zovra fluvium mittit, ſicque trans

Rursùs alia bona ibidem Abrahamo confert.

Digitized by Google

trans Zovram uſque ad ſummitatem ipſius montis Zovræ adjacentis qui extenditur Orientem verſus, & ita per eundem montem perque convalles uſque ad caſtrum, quod vulgò Boſiſen vocatur, & ſic deorſum de ripa, quantum extenditur unius jugeri longitudo uſque ad vadum, quem vulgò Streſoubrod vocant, ibíque ultra eundem fluvium Occidentem verſus uſque in viam, quæ vocatur via Chreinariorum, & ſurſum per eandem viam, quicquid campi in auſtrali ejusdem viæ parte jacet, ita ut Primet territorium & ſilvula, quæ Szovrska Dubrava ſub eadem comprehenſione teneatur, & ſpatium, quod jacet inter Primet, & Vuiziline ſleti per medium dividatur, & ſic uſque in præfatum rivulum Sabniza noſtra imperiali potentia in proprium & perpetuum uſum conceſſimus, firmitérque donavimus cum terris cultis & incultis, pratis, paſcuis, ſilvis, ædificiis, aquis aquarúmve decurſibus, ipsóque jam dicto foreſto, venationibus, piſcationibus, molendinis, mobilibus & immobilibus, viis, & inviis, exitibus, & reditibus, quæſitis & inquirendis, & cum omnibus jure legalitérque ad hæc pertinentibus. Præcipimus etiam & noviter conſtituimus eisdem incolis Pannum noſtrum à rivulo Sabniza verſus Occidentem uſque ad finem Boſanga, & inde uſque jam dictum rivulum Chotabla, indéque uſque in Zovra fluvium & quicquid intra hæc eadem præfata undiqueſecus comprehenſum videtur, loca & regio. Imperatorióque more jubemus, eo tenore, ut ſi quis quarumlibet perſonarum in quibuslibet jam dictis Silvularum vel Foreſtorum locis cujuslibet generis feras canibus vel qualicunque modo comprehenderit, Bannum hujusmodi culpa noſtro debitum fiſco ipſi Epiſcopo omni dubietate poſtpoſita, ſi hoc abſque ejus fecerit licentia Dominica æſtimatione perſolvat. Hæc verò & cætera jam dicta tali conſtant ratione, ut ipſe jam dictus Epiſcopus libero deinceps perfruatur arbitrio hæc omnia tenendi, dandi, vendendi, commutandi, ſeu quicquid inde voluerit faciendi, & ut hæc noſtræ largitionis auctoritas firmior ſtabiliórque cunctis ſanctæ Dei Eccleſiæ filiis perpetim credatur, hanc cartam inſcribi juſſimus, annulóque noſtro ſignatum manu propria ſubtus eam firmavimus. Præcepimus etiam, ut nullus Comes, nec Judex, ſive Decanus, neque aliqua perſona jus habeat ſe intromittendi abſque licentia Epiſcopi, aut ejus, cuicunque ipſe commendaverit.

Signum Domni Ottonis Imperatoris Auguſti. Willigiſus Cancellarius vice Ruodberti Archicappellani ſubſcripſi.

Data VIII. Kal. Decembris anno Incarnationis Dominicæ DCCCCLXXIIII. Indictione II. anno Regni Domni Ottonis XIII. Imperii VII. actum Heiligenſtat. Amen.

Advertet eruditus Lector, omnia hæc tria inſtrumenta deſignare annum Chriſti 974. & Regni Ottonis decimum tertium: qui anni ſatis benè cohærent; aſt ut in primo deſignaretur Indictio prima, & annus Imperii, Ottonis ſecundi quintus, certè non niſi per errorem librarii contigit. In ſecundo etiam inſtrumento annus Imperii ejusdem Ottonis ſextus malè aſſignatur. Longè caſtigatiores temporis notas habet tertium inſtrumentum, cujus Autographum ſupereſt, ubi annus Chriſti 974. cum Indictione 2. anno Regni Ottonis 13. Imperii 7. rectè concordat; ſi enim, ut conſtat, Otto coronam Imperialem accepit anno Chriſti 967. & quidem Natalitiis Chriſti feriis, tunc annus 974. eidem uſque ad easdem ferias ſeptimus fuit: uti expendentibus patebit.

Verùm, quid ad hæc Diplomata dicent illi, qui ſcribunt Abrahami Friſingenſis Epiſcopi *vaniloquentiâ* hoc eodem anno Chriſti 974. ambitionem Henrici Bojariæ Principis Imperio inhiâſſe, & Principes etiam remotiſſimos ſibi aſſeclas conciliâſſe? Audi Lector! Otto II. Imperator Menſe Majo, Junio & Novembri illius anni erga Abrahamum munificentiſſimus fuit, cúmque in inſtrumento ultimo *Præſulem noſtræ familiaritati dignè adjunctum ac Virum totius Religionis* pronunciavit. Quomodo verò Otto grandes illas peſſimásque, (quas A- Emendantur quidam Scriptores Boici.

 bra-

brahamo Scriptores iſti novi turpiter affingunt) technas neſcire potuit, & Abrahamum Epiſcopum non ceu *totius Religionis Virum*, ſed hoſtem peſſimum mortaliúmque omnium ingratiſſimum tantis donis proſequi voluit? utinam adverſarii hi Scriptores non eſſent manifeſtè vaniloqui, ſed ab impacta Abrahamo Epiſcopo calumnia immunes! utinam ſuſpicari non cogamur, eos, ut placentia nunciarent, & Henricum, obfuſcatô adverſus omnem antiquitatem *Rixoſi* titulo, non niſi *Pium* dicere poſſent, totius mali molem in Abrahamum Epiſcopum rejicere maluiſſe! Certè Scriptores illi qui fortè credidêre, Arenbeckii opus (quod quidem primarium & autographum vidimus) nunquam proditurum eſſe in publicum, eundem Arenbeckium vaniſſimè pro ſe allegant. Non
Chronic. Bajoar. lib. 4. cap. 5. Cap. 24. enim Arenbeckius turbarum initium Abrahamo affingit, ſed primùm ad annos ſubſequentes ejus conſenſionem conſignat. Longè veriora habet Reverendiſſimus Scriptor Mauſolæi S. Emmerammi, dum aſſerit, Henricum Bojariæ Ducem conſiliô & impulſu proximorum Agnatorum atque Affinium, (non verò Abrahami Epiſcopi) anno 976. turbas excitâſſe, & fœdus cum Auguſtano Epiſcopo, Bertholdo Palatino, & Henrico Carinthiæ Marchione pepigiſſe: Regem ſeſe ſcripſiſſe & in Eccleſia S. Emmerammi ab Abrahamo Epiſcopo Friſingenſi coronam accepiſſe. Hæc & non plura de Abrahamo ſcribit ex ſcriniis Eccleſiæ ſuæ (in qua Henricus Diademate coronatus fuit) Abbas eruditiſſimus, idémque meritiſſimo jure extraneis præferendus. Schönlebius in ſua *Carniolia* ſic habet: *in Germania Henricus Bavarus Imperii faſces prenſans induxit Abrahamum Epiſcopum Friſingenſem, ut ſibi augurali cæremonia coronam imponeret.* Sic ille, ſeductionem Abrahami Henrico, non Henrici Abrahamo tribuens. Et ſanè quis credat, Abrahamum noſtrum Ottonis, ſummi Benefactoris ſui, *odiô imbutum* (ut non nemo alius ſcribit) & non potiùs Henrici Bojariæ Ducis, (in cujus provincia univerſa Diœceſis Friſingenſis includebatur) ſive metu ſive potentiâ, ac perſuaſionibus inductum fuiſſe, ut eundem coronaret, maximè cum tot aliorum etiam Principum, nempe Haraldi Dani, Miſeconis Poloni, Boleſlai Bohemi, Henrici Carinthii: Antiſtitum Magdeburgii, Moguntini, & Auguſtani conſenſus accederet? Vides, Lector, nos neutiquam omnem culpam ab Abrahamo removere, quippe quem noxæ demùm participem fuiſſe
Non exculpatur totus Abrahamus. omninò fatemur: ſed ſolùm illud optimè negare, Abrahamum graviſſimarum illarum rixarum fuiſſe vaniloquum primipilum & incentorem.

Aſt cur (dicet non nemo) Abrahamus potiùs, quàm alius Bojariæ Epiſcopus coronam Henrico, & quidem Ratisbonæ, & extra Eccleſiam ſuam impoſuit? Reſpondemus, vero ſimile eſſe, id contigiſſe ideò, quia cæteri remotiores Bojariæ Epiſcopi Henrico faciliùs ſeſe oppoſuêre, & S. Wolfgangus, Ratisbonenſis tunc Epiſcopus, in alpeſtrem prope Abernum lacum ſolitudinem ſeſe eo ipſo tempore ad declinandas Henrici rixas receperat, veluti Re-
Cap. 13. verendiſſimus Mauſolæi Scriptor teſtatur. Hinc pronum eſt ſuſpicari, quòd, cùm è Bojis Epiſcopis ſolus Abrahamus ſuprà recenſitis Principibus demùm conſenſiſſet, ac è conſentientium Epiſcoporum numero urbi Ratisbonenſi, Bojariæ in rebus profanis tunc Metropoli, vicinior eſſet, Henricum ab eo inunctionem poſtulâſſe, & Abrahamum, vellet, nollet, demùm manus dediſſe. Verùm hæc in juſtam Abrahami defenſionem, non verò plenam excuſationem dicta ſunto.

Cæterùm Ludovicus Schönlebius loco ſuprà allegato exiſtimat, donationem Dominii Lak in Carniolia retrahendam eſſe ad annum Chriſti 973. Aſt
Lack. Schönlebius documenta noſtra non vidit: porrò idem Scriptor urbem Lak (vulgò Biſchoffs Lakh) ditionis peramplæ caput, *Locopolim*, & in indice *Lacopolim* vocat. Eſt illa ditio inter tot alias Friſingenſis Eccleſiæ Præfecturas hodie facilè præcipua: ex quo agnoſcas, quantum Friſinga ſit obligata Abrahamo Epiſcopo ſuo?

§. V.

Digitized by Google

§. V.

Abrahami Epiſcopi Exilium.

DE Henrico Rixoſo, & Abrahamo Epiſcopo noſtro in exilium ab Ottone II. Cæſare deinceps actis quàm plura Scriptores afferunt, aſt circa annum rei geſtæ & loca exilii plurimùm diſſentiunt. Schönlebius rem jam refert ad annum 974. Sic enim habet: *Eodem anno Abrahamus Friſingenſis Epiſcopus in exilium pulſus ab Ottone Imperatore . . . . . in Carinthiam fugit, ubi ad lacum Wertſee fundavit Collegiatam Eccleſiam cum Decano & quinque Canonicis, ſacram ædem SS. Primo & Feliciano Martyribus dedicavit illatis eorum Lipſanis, quæ nunc Lithopoli apud PP. Franciſcanos ſub altari ſummo aſſervantur.* Hæc ille. Nos uti factam aliquando illam ab Abrahamo fundationem atque Eccleſiæ Dedicationem neutiquam negamus, quippe quam Abrahamo etiam meritò gratulamur; ita de tempore ac anno fugæ longè aliud ſentire cogimur ex Præceptis Imperatoriis, eo ipſo anno Abrahamo noſtro conceſſis, quæ ſupra retulimus. Alii Scriptores locum exilii Abrahamo aſſignant Corbejam, alii Trevirim. Henricus Rixoſus à quibusdam Scriptoribus Ingelhemium, ab aliis Trevirim, ab aliis Trajectum mittitur. Fugâ elapſum fuiſſe Henricum alii ſcribunt, ſed alii fugam in Bohemiam, alii in Carinthiam arripuiſſe contendunt; certum tamen eſt utrumque ad tempus exulâſſe.

Variæ Scriptorum opiniones.

Abrahamus Ep. fundat Eccleſiam Collegiatam in Wertſee.

P. Adamus Widl in ſuo *S. Sebaſtiano Eberſpergenſi* cum ex Brunnero retuliſſet, Henricum Reipublicæ hoſtem declaratum, è provincia ejectum, & ſive Paſſavii ſive Friſingæ obſeſſum, cum Abrahamo Epiſcopo in poteſtatem Ottonis veniſſe, & procul à Bavaria exilium ſubiiſſe, hæc ſubdit: *Subinde ad totam poſteritatem memorabilis omninò res accidit. Erat Duci Henrico inter Tutelares ſanctos D. Maternus, quem præcipua devotione colebat, & carceris ſui Patronum multis precibus advocabat, ut ejus auxilio charam libertatem, turbis nuper amiſſam, recuperaret. Neque preces fuêre irritæ: nam haud multò poſt S. Maternus ſecundùm quietem Henrico aſſiſtere viſus eſt, expreſſis verbis monens, ut, ſi ipſe & Præſul Abrahamus cæterique vinculis liberi eſſe cuperent, ſequentia puncta ſanctè jurarent, & adpromitterent: primò Eberſpergam ſupplices accederent, & ad Divi Stephani Protomartyris Aram ſuas (Divi Materni) reliquias Aræ illi inditas venerarentur: ſecundò fractam cum Udalrico Comite (Semptenſi) amicitiam ſarcirent, & pacem componerent; tertiò negatam tanto tempore templi Eberſpergenſis Conſecrationem Abrahamus Antiſtes actutùm promoveret; his, non aliis conditionibus ipſos libertate potituros. Hæc Maternus, neque in vanum. Dicta Sancti coronavit eventus. Ambo quippe cuſtodia præter ſpem ſoluti rectà Eberſpergam conceſſère, ibidémque ad Aram provoluti fidem D. Materno liberârunt, licèt poſtliminiò recrudeſcentibus, ut fit, malè obductis cicatricibus, & odio in ſpeciem duntaxat emendato, rurſus Ottonem veriti ambo ad Carinthios profugerint. Abrahamus nihilominus, loci Ordinarius, ut vocant, extemplò Udalrico Comiti copiam fecit advocandi, unde vellet, Epiſcopum, qui ſacris ritibus Eberſpergenſem Eccleſiam dedicaret;* hæc ille: qui ſubdit, Eccleſiam illam poſtea à Friderico Salisburgenſi Archiepiſcopo fuiſſe dedicatam. Annum rei geſtæ P. Widl non exponit: neque nos exponimus, ſed ſolùm contendimus, iſta (utcunque demùm contigerint) ad annum Chriſti 974. minimè pertinere, ſed ad annos aliquantò poſteriores differenda eſſe. Sanè Abrahamo noſtro ubicunque demùm in exilio degente ſilent ad aliquot annos documenta domeſtica.

Cap. 8. §. 3.

S. Maternus, Abrahami Epiſcopi Evergeta.

Dedicatur Eccleſia Eberſpergenſis.

Hinc ad alia acta Synchrona ſtilus noſter tantiſper eſt convertendus.

§. VI.

§. VI.

Alia acta illius temporis, Abrahamo exulante.

Viciſſitudines variæ. *Chronic. Salisb. pag.* 70.

BEnedictus VII. Apoſtolicam Sedem adeptus, anno Chriſti 975. Synodum celebravit, & Franconem, Bonifacii VII. nomen uſurpantem, excommunicationis ſententiâ perculit, uti latè probat Pagius. Eodem anno Pilgrinus Pataviensis Epiſcopus reſtituitur in dignitatem Archiepiſcopalem. Literas Dükerus recitat: quas tamen Mezgerus in *Hiſtoria Salisburgenſi* doctiſſimè examinat, & reprobat. Henrico Bojariæ Duci exauctorato & in exilium propulſo ſubrogatur in ejuſdem Provinciæ Ducatu Otto Sueviæ Dux, qui anno Chriſti 978. miſeratus ingentes ruinas Ampliſſimi quondam Monaſterii Tegernſeénſis Ottoni Imperatori ſupplex accidit, ut eodem in loco, rebus boniſque omnibus tum ſpoliato, divini Nominis cultum reſuſcitaret. Audiit Ducem Imperator & evocatum è Trevirenſi S. Maximini Monaſterio Hartwicum Monachum reducendæ novæ Coloniæ Benedictinæ Abbatem conſtituit, ampliſſimam bonorum reſtitutionem adjecit, privilegiis ſingularibus Monaſterium cumulavit, illúdque in protectionem ac defenſionem Imperialem ſuſcepit. Legimus in Chronico Tegernſeenſi apud Clariſſ. P. Bernardum Pezium, reſtaurationem Monaſterii illius initium ſumpſiſſe anno Chriſti 978. & Hartwicum Abbatem ab Abrahamo Epiſcopo Friſingenſi confirmatum atque benedictum, anno Chriſti 982. debitum carnis exſolviſſe. Verùm cùm in illud ipſum quinquenium adhuc duràſſe videatur Abrahami exilium, neſcimus, an à vero admodùm aberremus, ſi conjiciamus, confirmationem atque benedictionem illam Hartwico Abbati potiùs fuiſſe factam ab alio Epiſcopo, cui Abrahamus negotium commiſerit, veluti etiam in conſecratione Eccleſiæ Eberſpergenſis contigiſſe, alibi diximus: quod tametſi admittatur, nihilominus benedictionis gratia Abrahamo omninò in acceptis manet referenda.

Reſtauratio Monaſterii Tegernſeenſis.

Ampliſſimus hic locus foret excurrendi in expeditiones Ottonis II. Imperatoris ea tempeſtate factas adverſus Bohemos, Gallos, Græcos, & Saracenos, nec non (ut quidam ſcribunt) adverſus Henricum Ducem exauctoratum, etiam in exilio inquietum: item enarrandi acta admiranda S. Wolfgangi Ratisbonenſis Epiſcopi; at quia ea à noſtro inſtituto ſunt remotiora, diſſimulari debent. Ottonem, quem Bojariæ Ducem datum diximus, aut in prælio infelici ab Imperatore cum Græcis inito, aut in reditu ex Italia obiiſſe Scriptores Boici tradunt, Henrico minore ſive Carinthio filio ab eodem Imperatore Ducatu Bojariæ donato. Ipſe Imperator Otto II. cùm anno Chriſti 983. Ottonem filium ſuum, poſthac eo nomine tertium, Imperii Collegam renunciàſſet, mortem obiit, Romæ ſepultus, poſtquam fortunæ & Martis variantis exemplum ſeſe aliquot annis orbi exhibuerat.

Ottone II. è vivis ſublato libertati reſtitutus Henricus Dux, ultrò cedente Henrico minore ſeu Carinthiæ Duce, rurſum novas rixas movet, & Ottone III. in ſuam poteſtatem redacto, Imperium ambit, Bojariæ Epiſcopis ſibi adhærentibus, in quorum numero Abrahamum fuiſſe facilè conjicimus, quem eodem tempore ab exilio rediiſſe exiſtimamus. Verùm Otto III. Procerum Germaniæ favore è periculo & captivitate ereptus palmam rivali præripuit, *mirabilia mundi* deinceps ob ſapientiam appellatus, & anno Chriſti 984. Aquisgrani coronatus.

Inter hæc eodem anno Benedictus VII. felicioribus hujus ſæculi Pontificibus adnumerandus, Eccleſiam regere deſiit, ſuccedente Petro Epiſcopo Papienſi, Ottonis II. Archicancellario, qui deinceps in Pontificatu Joannis XIV. nomen aſſumpſit, aſt non niſi ad aliquot menſes retinuit. Vix enim Franco,

ſeu

Digitized by Google

ſeu Bonifacius VII. ſæpiùs à nobis memoratus, mortem Benedicti VII. intellexerat, cùm ſtatim Conſtantinopoli accurrens, collecta perverſorum ſociorum manu Joannem in captivitatem redactum fame confecit, & Petri ſolium vi invaſit: in quo tamen non niſi pauculis menſibûs ſedit, Divinâ vindictâ & vita & throno Apoſtolico exturbatus, & vix tandem ſepulchro donatus. Succeſſit anno Chriſti 985. Joannes XV. de quo Pagius nonnulla ad eum annum diſputat.

§. VII.

Reliqua Abrahami Epiſcopi Acta.

ABrahamum Epiſcopum unà cum Henrico Rixoſo Bojariæ Duce ſtatim à morte Ottonis II. Imperatoris ad ſedem ſuam reverſum eſſe, ſuprà conjecimus, & etiamnum opinamur. Eum ante annum Chriſti 980. in gratiam tum Imperatoris Ottonis III. tum Imperatricis rediiſſe, certum eſt, & demonſtrari poteſt ex inſtrumento inſignis donationis eo anno Abrahamo factæ, quod ſic habet.

IN Nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Otto divina favente Clementia Rex. Noverit igitur omnium fidelium noſtrorum præſentium ſcilicet & futurorum induſtria, qualiter nos dignis & admodùm honeſtis petitionibus dilectæ Matris noſtræ Theophanii nec non cari Nepotis noſtri Karenthinorum Ducis Hainrici ſuppliciter rogati Venerabili Viro Abrahæ Sanctæ Friſingenſis Eccleſiæ Præſuli, noſtræ familiaritati dignè adjuncto quandam noſtræ proprietatis partem in Regione vulgari vocabulo Chreine & in Marcha Ducis Heinrici & in Comitatu Waltilonis Comitis ſitam, idem, ubi Rivulus Sabniza Originem producere incipit, deinde ſtatim occidentem verſus cacumina montium ſylváſque interjacentes uſque ad Boſanam, & ſic ad fines earundem Alpium; Deinde ubi rivulus Cotabla originem ſumit, uſque ad hunc locum, ubi hoſtium in Zoura fluvium mittit, ſicque trans Zouram uſque ad ſumitatem ipſius montis Zouræ adjacentis, qui extenditur Orientem verſus, & ita per eundem montem, pérque valles uſque ad Caſtrum, quòd vulgò Boſiſan vocatur, ſtatímque de eodem caſtro, uſque in rivulum, qui vocatur Gotzthe, & cacumina montium ad Zouram reſpicientia proindéque ubi præfatus rivulus Auſtrali parte decurrens hoſtium vadit in Zovram, ac ſic tractim, dum Zoura hoſtium facit in Zavam, ac quicquid inde locorum inter illas proprietates duas ſitum eſt, Abrahæ videlicet Epiſcopi, ac Werhardi Comitis excepta proprietate Pribizlavvi noſtra traditione regali ſibi donata, hoc totum nobis pertinens Abrahæ Epiſcopo in proprietatem donare curavimus, ac Zouræ juncta ripa, quantum extenditur unius jugeri longitudo uſque ad vadum, quod vulgò Streſoubrot vocant, ibique ultra eundem fluvium occidentem verſus uſque in viam, quæ vocatur via Creinariorum, & ſurſum per eandem viam, quidquid campi in Auſtrali ejuſdem viæ parte jacet, ita ut Primet territorium, & ſylvula quæ Zouruska Dobrava ſub eadem comprehenſione teneatur, & ſpatium, quod jacet inter Primet & Wizilineſteti per medium dividatur, & ſic uſque in præfatum rivulum Sabniza noſtra regali potentia in proprium uſum conceſſimus, firmitérque donavimus, cum terris cultis & incultis, pratis, paſcuis, ſylvis, ædificiis, aquis, aquarúmque decurſibus, ipſóque jam dicto foreſto, venationibus, piſcationibus, molendinis, mobilibus & immobilibus, viis & inviis, exitibus & reditibus, quæſitis & inquirendis & cum omnibus jure legalitérque ad hæc pertinentibus. Præcipimus etiam & noviter conſtituimus eisdem locis Pannum noſtrum à rivulo Sabniza verſus occidentem uſque ad finem Boſanga, & inde uſque ad jam dictum rivulum Chotabla, indeque uſque in Zovra fluvium, & quicquid intra hæc eadem

præfata undique ſecus comprehenſum videtur loca, & regio, Imperatorióque more jubemus, eo tenore, ut ſi quis quarumlibet perſonarum in quibuslibet jam dictis ſylvularum, vel ſoreſtorum locis cujuslibet generis feras canibus vel qualicunque modo inſequitur, Pannum hujusmodi culpa noſtro debito fiſco ipſi Epiſcopo omni dubietate poſtpoſita, ſi hoc absque ejus ſecerit licentia, dominica æſtimatione perſolvat; hæc verò & cætera jam dicta tali conſtant ratione, ut ipſe jam dictus Epiſcopus libero deinceps perfruatur arbitrio hæc omnia tenendi, dandi, vendendi, commuttandi, ſeu quicquid inde voluerit faciendi. Et ut hæc noſtræ largitionis Auctoritas firmior ſtabiliórque permaneat, cunctis ſanctæ Dei Eccleſiæ filiis. hanc cartam inde ſcribi juſſimus annulóque noſtro ſignatam manu propria ſubtùs eam firmavimus, præcipimus etiam, ut nullus Comes, nec Judex, ſive Decanus, nec aliqua perſona jus habeat ſe intromittendi absque licentia Epiſcopi, aut ejus, cuicunque ſe commendaverit. Signum Domini Ottonis Glorioſiſſimi Regis. Hildibaldus Epiſcopus & Cancellarius vice Willigiſi Archiepiſcopi recognovi. Data Kal. Octobr. Anno Dominicæ Incarnationis DCCCCLXXXVIIII. Indict. II. anno autem tertii Ottonis Regnantis VI. Actum Franchenſurt feliciter. Amen.

Ex hoc præclaro regiæ Munificentiæ inſtrumento certum atque manifeſtum eſt, Abrahamum Epiſcopum Ottoni III. deinceps fuiſſe planè acceptiſſimum, nec ſolùm eam, quam adverſus Imperatoris Parentem contraxerat, maculam eluiſſe, ſed inſuper etiam regiis favoribus dignum ſeſe reddidiſſe. Præterea ex eadem membrana probatur illud, quod in ſuperioribus diximus, nempe Abrahamum Epiſcopum proprias quasdam poſſeſſiones in Carniolia habuiſſe, dum Rex teſtatur, ſe donare Abrahamo fundos proprietati ejusdem adjacentes.

Cæterùm eodem anno obiiſſe Henricum minorem Carinthiæ Ducem; ipſam verò Carinthiam Henrico Bojo fuiſſe adjectam, Brunerus ſcribit; ad annum ſequentem, Chriſti 990 P. Mezgerus mortem Friderici Archiepiſcopi Salisburgenſis, & Electionem Hartwici è Comitibus de Sponheim recenſet.

In hac Friſingenſi Diœceſi cùm Canonici Eberſpergenſes (quos P. Adamus Widl S. Auguſtini appellat) ſæpiùs jam antehac ultrò miſſionem à Comite (Udalrico) petiiſſent, eò quòd *numerus peregrinantium indies creſceret, ipſi verò contemplationi ſuæ ac quieti, cujus erant amantiſſimi, oborto ſtrepitu hominum minùs conſultum crederent, rati, meliorem eſſe partem Magdalenæ ſuaviter ad pedes Chriſti ſeſſitantis ac contemplantis, quam Marthæ circa multa ſolicitæ & negotioſæ, impetrârunt tandem abeundi veniam, quàm toties urgebant. Abierunt ergò relicto ſui apud Udalricum deſiderio:* uti latè proſequitur laudatus ſcriptor: qui poſteà ſubdit: *His ita ſe habentibus ne Eberſperga Religione jam & prodigiis celebris ſacris deſtituta auxiliis, ac deſerta remaneret, placuit Udalrico novam continuò præſtantiſſimorum Virorum Coloniam aliunde advocare. Fuêre illi Venerabiles Patres S. Benedicti, paſſim virtute, ſcientia, bono vitæ odore tota Germania nominatiſſimi. Hi ſpecioſis Evangelizantium pedibus inſtructi, cùm jam albæ Regiones ad meſſem apparerent, venêre Eberſpergam anno poſt Chriſtum Servatorem 990. Abbate primo Reginboldo, Auguſtâ Vindelicorum ex inclyto Monaſterio, ut modò vocant, SS. Udalrici & Afræ huc accerſito & delecto &c.* Hæc & plura alia P. Widl, cujus libellum ſæpè hactenùs allegatum, Lectori expendendum relinquimus, id unum monentes, Reginboldum ſeu Reginbaldum non potuiſſe anno Chriſti 990. evocari ex inclyto Monaſterio Auguſtano SS. Udalrici & Afræ, quippe quod primùm anno 1012. fuit inſtitutum, Reginbaldo primò Abbate primùm poſt triennium deinceps Eberſpergam tranſlato, uti ex Hierarchia Auguſtana P. Corbiniani Khamm diſcimus.

Anno 992. Otto Imperator confirmavit Abrahamo Epiſcopo noſtro eam donationem, quam Avus ejus Otto magnus dudùm tum Friſingenſi tum Inticenſi Eccleſiæ fecerat. Tenor literarum hic eſt. *In-*

Digitized by Google

IN Nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Otto divina favente Clementia Rex. Noverint omnes fideles noſtri præſentes atque futuri, qualiter fidelis noſter Abraham Epiſcopus obtutibus noſtris præſentari fecit præceptum beatæ memoriæ Domni Avi noſtri Ottonis videlicet Imperatoris Auguſti, in quo continebatur, quomodo ipſe per interventum dilectæ ſuæ contectulis Adalheidis Imperatricis Auguſtæ caræ Aviæ noſtræ nec non & ejus equivoci Genitoris noſtri quasdam res Imperialis juris ſitas in Comitatu Tarviſiano haut longè à fluvio Vallatus, & in loco, qui dicitur Chunio, qui ſitus eſt prope litus Prente, qui fuit Iſaac traditus Judeo à Wicberto, & in loco, qui dicitur piſcatorus & Vicentino Comitatu in circuitu Gudege ultra tria milliaria, & in utrique ripa Prente jus macelli & in ejus finibus, quæ inter iſtos deſignatos fines jacent, quæ appellantur aunario. Deinde terminante in aqua quæ dicitur Muſone, deinde terminante in flumine Diſò, & deinde terminante in litano, unde ſilus reſurgit, & de ipſa curie ſuprà nominato Gudago terminante Aurillia, & deinde terminante in Reſcio, inter iſtos deſignatos fines cum pratis, paſcuis, viis & inviis, exitibus & reditibus, fontibus, aquis aquarúmque decurſibus, piſcationibus molendinis, ſilvis & paludibus omnibus rebus juſtè legitiméque ad eandem Curtem reſpicientibus, quæſitis & inquirendis ad ſervitium ſancti Candidi ad Inticam in manus ſibi ſatis chari Epiſcopi jam ſuperius Abraham appellati ob remedium animæ ſuæ tradidit, eo ſcilicet tenore, ut idem jam dictus Epiſcopus uſque ad obitum ſui absque contradictione omnium totum atque integrum teneat atque poſſideat. Poſtea verò ſervitio Sancti Candidi reintegratum perpetim inibi permanſurum, ad Inticam redeat atque reſpiciat, pro rei tamen firmitate petiit celſitudinem noſtram idem jam dictus Abraham Friſingenſis Eccleſiæ Epiſcopus venerabilis, ut nos denuò id ipſum noſtræ donationis Auctoritate confirmaremus. Nos verò ob dilectionem prælibatæ Aviæ noſtræ Adalheidis Imperatricis Auguſtæ, & frequens ſervitium, quo ipſe devoto animo ſæpiùs nobis exhibuit, piæ petitioni illius benignum aſſenſum præbentes eandem Curtem Gudago ſuprà nominatam cum omnibus rebus illuc ritè aſpicientibus eodem tenore ſicut ſuperiùs ſcriptum habetur, & videtur, ad Eccleſiam S. Candidi ad Inticam noſtræ Celſitudinis præceptione à novo donavimus, tradimus atque confirmamus: ea ſcilicet ratione, ut idem jam dictus Epiſcopus uſque ad obitum ſui absque contradictione omnium omnia hæc teneat, atque poſſideat, & poſt ejus exceſſum ſervitio Sancti Candidi ad Inticam perpetualiter ibi manſuræ cum omni integritate redeant atque reſpiciant. Et ut hæc noſtri juris donatio atque confirmatio firma, ſtabiliſque perſeveret, hanc cartam conſcribi ac ſigilli noſtri impreſſione juſſimus conſignari. Et qui violator hujus præcepti extiterit, invitus perſolvat mille libras, auri obrizi medietatem cameræ noſtræ & medietatem præfato Epiſcopo ſuíſque Succeſſoribus & Eccleſiæ Inticæ.

Signum Domni Ottonis glorioſiſſimi Regis. Hildibaldus Epiſcopus & Cancellarius vice Willigiſi Archiepiſcopi notavi; data Non. Novembris anno dominicæ Incarnationis DCCCCXCII. Indict. VI. anno autem III. Ottonis Regnantis VIIII. Actum Dornbure feliciter. Amen.

Hoc Ottonis III. præceptum cùm in quarto ſeu magno Traditionum libro recitâſſet Conradus Sacriſta, hæc de Abrahamo ſubjungit. *Hiſque ab Imperatoribus Eccleſiæ ſuæ impetratis, turre quadam Monaſterium adauxit, & diverſis Ornamentis Eccleſiarum in plenariis* (nempe libris Miſſalibus) *& Tapetibus diligenter ac devotus adornavit, rexítque hanc Sedem Epiſcopalem annis* 37. *& mortuus eſt, & ſepultus eſt in Baſilica* (potiùs capella) *quam in honorem ſancti Thomæ Apoſtoli erexerat feliciter. Amen.* Ita Conradus: ex quo diſcimus, mortem Abrahami, quem anno Chriſti 957. Epiſcopatum adiiſſe diximus, reponendam eſſe ad annum Chriſti 994. quod etiam pleraque Chronica Friſingenſia aſſeverant. Sanè ii, qui mortem Abrahami ad annum Chriſti 992. ac diem

Junii ſeptimum reponunt, ex recitato Ottonis III. diplomate erroris perſpicuè convincuntur; Cùm illud diploma fuerit conceſſum Abrahamo primùm Nonîs Octobris dicti anni. Meliùs itaque annus obitûs Abrahami alibi ponitur ad annum Chriſti 994. ac diem Julii decimum quintum. Gamanſius tamen ex vetuſtiſſimo Friſingenſi Kalendario diem Julii ſeptimam exprimit. Codex Weichenſtephanenſis annum Chriſti 993. deſignat: cui etiam quidam domeſtici conſentiunt.

Porrò Conradus in fine actorum Abrahami Epiſcopi in margine hæc appoſuit: *Commemoratio rerum Eccleſiaſticarum & amictuum, cum quibus Abraham hanc Eccleſiam decoravit & ditavit; inprimis cappæ* (Pluvialia hodie vocamus) *cum aureis fibulis paratæ 6. aliæ cappæ de probatiſſimis palliis 16. Planetæ* (caſulas aliàs dicimus) *auro paratæ 6. ſtolæ cum auro paratæ 5. cum totidem fanonibus* (nempe manipulis) *& cingulis. Calix unus magnus aureus & argenteus & fiſtula* (pro ſanguine Chriſti è calice trahendo) *argentea. Alter vero aureus cum patenis. Humerale cum ſolido auro unum. Alia auro parata 4. item planetæ ſine auro 5. Dalmaticæ auro paratæ 3. aliæ duæ ſine auro. Pallium ſacrum I.* fortè ad exemplum illius quod S. Corbiniano primo Friſingenſi Epiſcopo Gregorius II. contulit, & cum quali depictum cernimus ipſum Abrahamum Epiſcopum in libro Traditionum, à Conrado Sacriſta conſcripto, uti etiam alios anteceſſores & plures ſucceſſores Epiſcopos. *Cortinam* (velum) *de pallio uno. Galeta* (res nobis hactenùs incognita) *argentea I. Pixis argentea I. Albam auro paratam unam.* Ex quibus nemo non intelligit, Abrahamum noſtrum omninò dilexiſſe decorem Domûs Dei.

Abrahami ætate etiam Henricum Rixoſum, Bojariæ Ducem, fuiſſe pium *Cap. 7.* in S. Corbinianum, diſcimus ex Arenbeckio, qui *lib.* 4. Chronici Bojariorum hæc habet: *Ex hujus* inquit, *Hainrici Ducis Donatione caput argenteum deauratum S. Corbiniani, quod hactenùs habetur in Eccleſia Friſingenſi, factum eſt. de hoc ſunt metra:*

Dum jubet Hainricus, quàm ſanctus Corbinianus
Splendet in argento, quod dedit ille Deo!
Præſulis Abrammi fulgeſcit imago benigni,
Omnipotens animam ſalvet in arce ſuam.

Ejusdem Abrahami tempore Ratoldus quidam, nobilis Presbiter, Friſingenſis Eccleſiæ Cuſtos & Æditúus omnem ſuam proprietatem in *Puoſinga* (fortè Paſing) in uſus Sacrarii Friſingenſis obtulit coram nobilibus teſtibus, Friſingæ 6. *Id. Sept. in Nativitate Sanctæ Mariæ, in Dedicatione Eccleſiæ Friſingenſis*, ac, ut ſuſpicamur, in ipſo feſto S. Corbiniani, quod eo tempore adhuc ab eo die non fuit tranſlatum in diem ſubſequentem. Inſtrumentum damus in parte alterá N. 1090. Idem Ratoldus eadem die aliam donationem fecit totius proprietatis ſuæ in loco *Runna, ad providendam*, nempe præbendam, *fratrum.* Illud ſequitur ſub Num. 1091. De hoc Ratoldo infra redibit amplior mentio.

Vid. à N. 1092. uſque 1112. Fecit Abrahamus noſter quamplures Eccleſiæ ſuæ permutationes, quarum inſtrumenta extant, aſt ſine notis Chronologicis. Multi ibi nobiles notantur, ſed ſine cognomine: de quorum proinde Genealogia Lectori conjecturas obtrudere non vacat. Satis nobis fuerit teſtatum relinquere poſteris, Abrahamum fuiſſe, ex Apoſtoli ſcito, *Domui ſuæ bene præpoſitum.*

Quæret fortaſſis nonnemo, an Abrahamus etiam conformiter ſubjunctis Apoſtoli verbis, *filios habuerit ſubditos cum omni caſtitate?* Ad quod reſpondendum eſt, Abrahamum & habuiſſe ſubditos ſpirituales filios, & vixiſſe *cum omni caſtitate.* Nam quod quidam maledici de familiaritate Abrahami cum Juditha, Henrici Rixoſi Matre habitâ, comminiſcuntur, in hunc modum poſt Brunnerum Adelzreitterus expungit. *Juditha*, inquit, *poſt Mariti exceſſum, con-*

continentiam coluit, nec evitavit tamen ſiniſtros vulgi rumores. Cùm enim Abraham Friſingenſem Epiſcopum impensè veneraretur, & in rebus dubiis familiariter conſuleret, incurrit in malè ſeriatorum criminationes. Verùm, cùm illa è vivis exceſſiſſet, idem Antiſtes inter ſacra ſolemnia, quæ ritu funebri defunctæ faciebat, ejus famam hac ratione defendit: antequam ſumeret hoſtiam ſacroſanctam Corporis & ſanguinis Divini, ad populum converſus demortuam laudavit. Flagitium vero, inquit, quod impoſtores ejus pudicitiæ affinxerunt, ſi unquam perpetravit, faxit Omnipotens Pater, ut filii ſui corpus & ſanguis, quod ſalutare eſt aliis remedium, mihi ſit exitio, & Judithæ ſaluti. Sic locutus, corpore animóque purus, ſumpſit pretioſiſſimam Convivii Chriſtiani refectionem. Dicenti credidit populus. Relictum tamen Viduis Virginibúsque documentum, quanta cautio in caſtimoniæ & integræ famæ tutela ſit adhibenda. Sic ille; Gewoldus turpe Judithæ factum Aventini fabulis accenſet.

Abrahamum noſtrum Examini Clericorum quatuor anni temporibus inſtitui ſolito: item horis canonicis, ad alios in exemplum trahendos, ſemper interfuiſſe, maximam Parochialium Eccleſiarum curam habuiſſe, nec niſi exercitatos Clericos inter fratres ſuos admiſiſſe, Chronica domeſtica teſtantur. Additur in margine quarti Chronici, Abrahamum fuiſſe amiciſſimum, & olim condiſcipulum Alexandri Abbatis Campidonenſis; cujus etiam omnia negotia expedierit. Alexander ille à S. Udalrico Epiſcopo Auguſtano fuit præfectus Abbatiæ Campidonenſi, Abbas ordine decimus tertius, vel ab ipſa promotoris Sanctitate commendandus, laude utique in Abrahamum quoque noſtrum, eidem familiariſſimum, redundante.

Extant in Bibliotheca Cathedralis Collegii Friſingenſis plures Codices, ſub Abrahamo Epiſcopo conſcripti, quos ante nos vidit Vir Clariſſimus P. Bernardus Pezius Mellicenſis, uti datis ad nos literis teſtatus eſt. Unde colligimus, barbaro etiam illo ſæculo, Chriſti decimô, Friſingæ literarum amorem neutiquam intepuiſſe.

Obitu Abrahami Epiſcopi ad annum Chriſti 994. protracto intelligimus, eum terris valedixiſſe anno Joannis XV. Pontificis decimo, Ottonis III. electi Imperatoris duodecimo: Beato Hartwico Salisburgenſi Archiepiſcopo, & Chriſtiano Epiſcopo Patavienſi. Ratisbonenſis Epiſcopus S. Wolfgangus menſe Julio illius anni adhuc inter vivos erat, brevi tamen ad Superos migraturus, uti paulò infrà videbimus.

CAPUT IV.

Goteſcalcus Epiſcopus Friſingenſis XVI.

§. I.

Natales, & electio Goteſcalci: item acta vicina uſque ad annum Chriſti 995.

Goteſcalcus, aliàs Gottſcalcus, &, ùt eſt apud Mabillonium *Veterum Analectorum Tom.* 4. à S. Gotthardo, Tegernſeenſi tum Abbate, ac Froumundo Monacho Tegernſeenſi latinè *Theodúlus*, id eſt, Miniſter Dei, ſive Gottsknecht in ſuis epiſtolis rectè appellatus, in omnibus membranis Friſingenſibus ſextum decimum inter Friſingenſes Epiſcopos locum obtinet. Silent antiqui Codices de ejus proſapia. Hodie tamen non- Goteſcalci nomen.

 nul-

Digitized by Google

nullis videtur fuiſſe prognatus ex ſtirpe nobilium de Hagenau, quæ fuerit eadem cum familia Baronum de Weilheim. An è gremio Eccleſiæ electus, vel aliunde aſcitus, aut (ùt eo tempore alibi ſæpe factum fuiſſe conſtat) ab Imperatore fuerit impoſitus, non proditur. Exiſtimamus tamen, cum ſuffragiîs Friſingenſis familiæ eam dignitatem fuiſſe adeptum, cùm ad illud uſque tempus non conſtet, privilegium libertatis eligendi à quoquam ſive Pontificum ſive Cæſarum fuiſſe Eccleſiæ Friſingenſi ademptum aut impeditum. Annum electionis exiſtimamus fuiſſe Chriſti 994. uti ex ſupra dictis conſtat. De die electionis non extat mentio.

S. Wolfgangi mors.

Et merita.

Eodem anno, quo Friſingenſem Cathedram ex noſtro calculo conſcendit Goteſcalcus noſter, Ratisbonenſem deſeruit beatus Wolfgangus, vita ſanctiſſimè functus, meritò *omnium ordinum Magiſter* à nonnemine appellatus. Innumera ſunt, quæ de hujus viri admirabili ſanctitate, virtutibûs, zelô animarum, curîs paſtoralibûs, effuſiſſima in pauperes liberalitate, prophetiîs, ac prodigiîs maximîs: item de conſiliis prudentiſſimis, quibus Cæſares juvit & inſtruxit, paſſim apud Hiſtoriographos maximè Bojarios, reperire eſt. Famam ejus etiam poſt mortem prodigia ferè infinita deprædicant, & in hanc uſque diem multiplicantur, in eo maximè ad lacum Abernum loco, ubi is olim ſacram ſolitudinem elegerat. Teſtes veteres ſi nihil valerent, ſufficerent vivi, nempe vicini Boji, Auſtriaci, Styri, quibus uſitatiſſimum eſt ſacrum illum locum venerari, ac beneficia reportare. Cæterùm S. Wolfgango in Ratisbonenſi Cathedra ſubrogatus eſt Gebhardus, ex familia Comitum de Hohenwart procreatus.

Henricus Dux Bojariæ obit.

Monita data filio.

Sequenti anno Henricus Bojariæ Dux, toties à nobis memoratus, è vivis exceſſit. Rixoſum ultimis vitæ annîs minimè fuiſſe, patet ex poſtremis filio Henrico, futuro Duci, poſtea Imperatori, datis cautiſſimis monitis, inter quæ ex Ditmaro noſtro, ſcriptore Synchrono, apud Adelzreiterum ſequentia legimus. *Obſtiti quidem aliquando* (inquiebat, rixas ſuas contra Ottonem ſuſcitatas deplorans) *cum magno meo damno & dedecore; ſi, quàm promptum mihi fuit id dare effectum, ita nunc liceret reddere infectum, crede mihi, facerem hodie, cur me mei facti non pœniteret. Tu verò diſce meô exemplô nihil admittere, cujus te poſtea pigeat. Malè vertit duobus Henricis, Avo, patrique tuo, cum totidem Ottonibus de regno certâſſe: vide, ne tertius ſis, qui ſimili errore cum tertio collidaris. Regna, quæ Deus condidit, à Deo ſunt accipienda, non rapienda, cælo, fatóque adverſante. Regna cuivis meritò debent eſſe ſuſpecta, quia plerumque infida, ſervilia, anguſta, & inſatiabilia. Hæc meditare, hæc alta mente repone, & vive memor mei, quem in hac mortali vita non es deinceps viſurus*; iſta moriturus Henricus Henrico filio: poſt quæ ad mortem optimè comparatus in pace quievit.

Succedit Henricus filius Sanctus.

Part. 1. lib. 15. n. 1.

Lib. 8. n. 5.

Annitentibûs poſtea Bojîs noſtris Henricus filius, quem deinceps ùt ſanctum venerabimur, Ducatum impetravit. Supererat enim eo tempore illud antiquæ libertatis veſtigium, & conſuetudo, ut, qui ad ducatum promovendi eſſent, Optimatum ſuffragia prenſarent, nec priùs clientelare ſacramentum dicerent, quàm gentis proceres regiæ voluntati fuiſſent aſſenſi, imò eligerent, quem à Regibus Principem erant accepturi, ut pulchrè iterum Adelzreitterus cum noſtro Ditmaro ſcribit. Optimè in idem argumentum conſonat Brunnerus, ex quo non piget ſequentia excerpere. *Generari*, inquit, *& naſci à Principibus, quod hodie ferè ſolùm æſtimatur, prærogativa ſine dubio fuit indipiſcendi aviti honoris: prenſabatur tamen etiam populus, & numerabantur ſuffragia eligentium: quæ magna pars libertatis fuit nondum extinctæ, cùm neque omnino invitis domini potiùs quàm Principes imponerentur, cogerentúrque ij tam Cæſaris quàm civium beneficium in faſtigio ſuo agnoſcere: proinde neque ſervitutem illorum ſibi traditam, ſed tutelam; neque tam Rempublicam ſuam eſſe, quam ipſos Reipublicæ: quæ quidem Henrici cura præter vitam omnem pri-*

Digitized by Google

primæ fuêre. Hæc Brunnerus: qui poſtea illius educationem ſanctam Magiſterio Sancti Wolfgangi, veluti fonti totius illius felicitatis debitam eleganti ſtilo proſequitur, ipſiúsque Divi Wolfgangi curas, quas etiam à morte ſua pro Henrico geſſit, belliſſimè deſcribit. Nos rem compendiô damus. Henrico dormienti aliquando Wolfgangus adſtiterat, & parieti geminas has voculas: *poſt ſex.* inſcripſerat. Experrectus ille mortem primùm in ſextum diem: poſtea in ſextam hebdomadem: demùm in ſextum annum expectavit, curîs interea maximis adhibitis, ut vitam quàm ſanctiſſimè poneret. Sextô verò annô, cùm dies vaticinii illuxiſſet, Henricus vitam non amiſit, ſed Regnum Germaniæ, à Proceribus delatum, accepit, quo certè nemo ſeſe digniorem reddiderat, inde natum illud: *da tales Magiſtros, & habebis tales Imperatores.* Verùm iſta incidenter. Nunc ad Ottonem III. & Goteſcalcum Epiſcopum noſtrum revertimur, inter quos hoc ipſo anno Chriſti DCCCC XCV. ſequens commutatio bonorum accidit.


A D. Wolfgango educatus.

Cui etiam poſt mortem curæ fuit.

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Otto divina favente clementia Rex. Omnium fidelium noſtrorum tam præſentium quam & futurorum noverit induſtria, qualiter Goteſcalcus Friſingenſis Epiſcopus quoddam prædiolum ſuæ Eccleſiæ jacens in confinio noſtræ proprietatis Orientalis urbis, quæ dicitur Chremiſa, cum omnibus utenſilibus ad idem pertinentibus conſiliante Duce Heinrico in jus noſtræ proprietatis manu ſua, ſuique Advocati Anzonis perpetuò conſiſtendum tradidit. Nos autem econtra in eadem Marcha, & in comitatu Heinrici Comitis noſtræ proprietatis VI. regales hobas, in loco, qui dicitur Zudamere ſfelt juxta flumen quod dicitur Ipiſa cum curtiferis, areis, pratis, paſcuis, ſilvis, ſaginationibus, venationibus, piſcationibus, Zidalvveida, molendinis, exitibus & reditibus, viis & inviis queſitis & inquirendis ea omni, qua nos hactenus detinuimus utilitate ac juſtè legitiméque ad eaſdem hobas pertinente ſub præſentia fidelium noſtrorum in manus præſcripti Epiſcopi tradidimus. Ea lege, & eo tenore ut præfata eccleſia ſanctæ Mariæ ſanctique Corbiniani, & Goteſcalcus epiſcopus & ſucceſſores ejus ſine contradictione omnium hominum eas in perpetuum poteſtativè poſſideant. Et ut hæc proprietatis noſtræ traditionis nunc & in futuro ſtabilis & inconvulſa conſiſtat, Hanc cartam inde conſcriptam impreſſionis noſtræ ſigillo confirmari atque corroborari præcepimus manúque noſtra propria, ut infra videtur, ſecundùm conſuetudinem Regum vel Imperatorum eam firmavimus.*

Signum Domni Ottonis glorioſiſſimi Regis.

* Zidalweida: nempe glandes quernæ, quibus paſcuntur porci: Bojis Trechel ſive Aichelweid.



Hildibaldus epiſcopus & cancellarius vice Willigiſi Archiepiſcopi recognovi. Data XVII. K. Sept. anno dominicæ Incarnationis DCCCC XCV. Indict. VIII. anno autem tertii Ottonis regnantis XII. actum Magadaburg feliciter. Amen.

Hoc inſtrumentum, cùm alicubi expendiſſet vir cl. P. Hieronymus Pezius, rectè animadvertit, ſub vocabulo *Cremiſa* intelligi urbem Crembſam: ſub *Zudamaresveld* hodiernam Ulmarveldam, ſub *Ipiſa* fluvium *Ips*, à quo adjacens oppidum nomen habet, & Ipſium dicitur. Cæterùm ex prædicto Inſtrumento ad oculum apparet, Ottonem, cum pro prædiolo daret ſex *hobas* ſeu *Hubas regales*, ſuum erga Friſingenſem Eccleſiam, ejúſque Epiſcopum Goteſcalcum ſtu-

Dilucidatur inſtrumentum.

ſtudium luculentiſſimè explicuiſſe. Ulmervelda in hodiernum usque diem ad eandem Friſingenſem Eccleſiam pertinet.

§. II.

Acta Eccleſiæ, Imperii, & Friſingenſia de anno Chriſti 996.

Gregorius V. PP.

In ſerie Rom. Pontiff.

In Annalibus Germaniæ ad Ann. 996. Præſcribit modum eligendi Imperatorem.

HOc anno ex communi calculo obiit Joannes XV. Pontifex Maximus: diem tamen emortualem manere incompertam Pagius aſſerit; quod addo, ne miretur Lector, ſi quandoque etiam Friſingenſium Epiſcoporum dies obitus aſſignare non poſſumus. Succeſſit Bruno, Ottonis Suevorum ac Saxonum Ducis filius, ipſi Ottoni III. Imperatori ſanguinis vinculo proximus, è Divi Benedicti religioſo ordine Romam vocatus ac Pontifex electus aſſumpto Gregorii V. nomine, ùt ferè habet R. P. Gregorius Kolb S. J. Paulò aliter Bucelinus noſter ſentit, ac Brunonem Ottonis potiùs Suevorum ac Bojorum quondam Ducis filium dicit: aſt Monachum Ordinis noſtri fuiſſe, omninò conſentit, etiam Mabillonio noſtro in Annalibus ſuffragante, ubi eum primo Monachum Corbejæ novæ, poſtea Werdenſem Epiſcopum fuiſſe oſtendit; unde is etiam Corbejam nominare ſolebat *pupillam ſuam*, prout Corbejenſes Annales teſtantur. Subdit Bucelinus ſequentia; Imperator à Gregorio cognato ſolemni ritu coronatus, auctor eidem fuit Concilii convocandi, quo ipſo Gregorius & Eccleſiæ & Imperio mirificè conſuluit, eligendíque Cæſaris modum præſcripſit, eóque & Germanis Romanum Imperium ſtabilivit, & æternùm tam de Cæſaribus quàm Electoribus meruit. Hæc ille ex Scriptoribus nominatiſſimis, quos allegat. Cæterùm Electorum numerus eo anno nondum adhuc videtur ad ſeptenarium cum effectu fuiſſe reſtrictus: Nam etiam Friſingenſes Epiſcopos, Goteſcalcum, ſcilicet, Egilbertum & alios annîs ſequentibûs inter electores locum adhuc habuiſſe, alibi demonſtrabimus. Ea de re videatur Pagius ad hunc annum. Sanè Goteſcalcum noſtrum etiam graviſſimis illis actis, quæ mox recenſuimus, Romæ interfuiſſe, docemus ex diplomate ſequenti, Romæ dato, quo Goteſcalcus jus cudendæ monetæ, mercatum quotidianum, & proveniens inde telonium, quod eousque Regibus debebatur, ſibi, Eccleſiæ, urbíque ſuæ impetravit. Præceptum Imperatoris ſic habet.

Goteſcalcus præcipua dona ac privilegia ab Imperatore obtinet.


Mercatum quotidianum: jus monetæ: telonium.

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Otto Divina favente Clementia Imperator. Noverit omnium fidelium noſtrorum tam præſentium quàm & futurorum induſtria, qualiter nos conſenſu & conſilio Epiſcoporum, atque Laicorum aſtantium, ipſius quoque Summi Apoſtolici Gregorii Romanorum, Francorum, Bojoariorum, Saxonum, Alſatienſium, Suevorum, Lotharingorum ob remedium animæ noſtræ, noſtrorúmque parentum, nec non & interventum ac petitionem Goteſcalchi Frigiſingenſis Eccleſiæ Epiſcopi talem utilitatem ac tantum honorem, id eſt, mercatum omni die legitimum, monetam Radaſponenſem in loco Frigiſinga dicto imperiali potentia conſtrui, & adprime incæptari conceſſimus. Theloneum autem nos exinde reſpicientem ſuper gremium Sanctæ Dei Genitricis Mariæ, ſanctique Corbiniani pro ſalute corporis noſtri & animæ perpetualiter inibi conſiſtendum poteſtative tradidimus. Et omnibus quidem eundem mercatum inquirentibus pacificum aditum, ac reditum noſtri Imperialis Banni diſtrictione firmiter ſancimus, ſed ea lege atque tenore, ut præfata Eccleſia, ac idem Epiſcopus prætitulatus omnésque ejus ſucceſſores hanc & hunc utilitatem honorem in finem uſque ſæculi feliciter optineant. Et ut hæc noſtræ poteſtatis traditio nunc & in futuro ſtabilis & inconvulſa perſeveret, hanc cartam inde conſcriptam impreſſionis noſtræ ſigillo

Digitized by Google

lo confirmari atque corroborari ſtatuimus noſtráque manu propria, ut infra videtur, ſecundùm conſuetudinem Regum vel Imperatorum hoc ſigno eam ſignavimus.

Signum Domni Ottonis glorioſiſſimi Imperatoris.



Hildibaldus Epiſcopus & Cancellarius vice Willigiſi Archiepiſcopi recognovi.

Data XI. Kal. Jun. anno Dominicæ Incarnationis D CCCC XCVI. Indictione VIII. Anno autem tertii Ottonis Regnantis XIII. die Imperialis conſecrationis ejus tertio. Actum Romæ feliciter. Amen.

Ex hoc inſtrumento, ut diximus, ſatis perſpicuum eſt, Goteſcalcum inter tot alios Epiſcopos Romæ in comitatu Imperatoris fuiſſe, cùm tertia ſtatim poſt coronationem die, tempore utique uſus, tanta privilegia ibi obtinuerit; nec minùs certum arbitramur, Goteſcalcum noſtrum poſtea cum Imperatore aliud iter inſtituiſſe: id enim apparet ex nova eáque perampla donatione, Kal. Nov. Bruchſellæ *, Diœceſis Spirenſis oppido facta, cujus Diploma ſequentia continet. Goteſcalcus Romæ moratur. * Bruchſall.

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Otto divina præordinante clementia Imperator Auguſtus. Noverint omnium induſtria fidelium noſtrorum tam præſentium quàm & futurorum, qualiter nos dignis petitionibus dilectiſſimi Nepotis noſtri Bojoariorum Ducis Heinrici annuentes, quaſdam noſtri juris res in regione vulgari vocabulo Oſtarrichi in Marcha, & in comitatu Heinrici Comitis filii Luitpaldi Marchionis in loco, Niuvanhova dicto, id eſt, cum eadem curte, & in proximo confinio adjacentes triginta regales hobas, cum terris cultis & incultis, pratis, paſcuis, ſilvis, ædificiis, aquis aquarúmve decurſibus, venationibus, Zidalvveidun, piſcationibus, molendinis, mobilibus & immobilibus, viis & inviis, exitibus & reditibus, quæſitis, & inquirendis, omnibúsque jure legalitérque ad eaſdem hobas pertinentibus, ſuper gremium Frigiſingenſis Eccleſiæ ad ſervitium ſanctæ Mariæ, ſanctique Chriſti Confeſſoris atque Pontificis Corbiniani, cui nunc fidelis noſter Kotaſcalhus venerabilis præſidet Epiſcopus, in proprium atque perpetuum uſum conceſſimus, firmitérque tradidimus noſtra Imperiali potentia, eo modo, eóque tenore, ut eadem præfata Frigiſingenſis Eccleſia idémque prælibatus Antiſtes Kotaſcalhus, atque omnes ſui ſucceſſores liberò deinceps perfruantur arbitrio hæc omnia tenendi, commutandi, & quidquid voluerint inde faciendi. Et ut noſtræ Largitionis auctoritas firmior, ſtabiliórque cunctis ſanctæ Dei Eccleſiæ filiis perpetim credatur, hanc cartam inſcribi juſſimus, anulóque noſtro ſignatam manu propria ſubtus eam firmavimus. Nova Cæſarea donatio in hodierna Auſtria.

Digitized by Google

Signum Domni Ottonis invictiſſimi Imperatoris Auguſti.





Hildibaldus Epiſcopus & Cancellarius vice Willigiſi Archiepiſcopi recognovi.

Data Kal. Nov. Anno Dominicæ incarnationis DCCCC XCVI. Indictione X. anno autem tertii Ottonis regnantis XIII. Imperii verò I. Actum Brouchſelle feliciter.

Quid ſit Niuvanhova?

Monendus hîc eſt Lector, nomine Niuvanhovæ intelligi à quibusdam hodiernam urbem Waidhofen, vulgò Bayriſch Waidhofen/ ſitam intra alpes inferioris Auſtriæ verſus Styriam, quæ urbs unacum territorio adjacente hodiéque dominio Friſingenſis Eccleſiæ ſubjacet.

Otto Imperator à S. Paulo jubetur non ejicere è Monaſterio Monachos, ſed emendare.

Cæterùm cum hoc, ut diximus, anno Otto Imperator diadema Imperii à Gregorio noſtro ſuſcepiſſet, & inter cæteras curas etiam reformationi quorumdam Monaſteriorum intentus eſſet, cogitanti è Baſilica S. Pauli viâ Oſtienſi ejicere Monachos, & introducere Canonicos, hoc, quod è Glabro Rodulpho Baronius recenſet, accidit. Glabri verba ſunt ſequentia: *Contigit igitur ipſo in tempore, ut idem Imperator ſuggerente tam ipſo Pontifice quàm aliis quibuscunque zelum profectûs religionis domûs Dei gerentibus, quoſque in beati Pauli Eccleſia nomine tenùs Monachos, cæterùm pravè degentes, inde expellere deberet, ac alterius inſtituti (quos videlicet Canonicos dicimus) in eodem loco ſervituros, ut ei ſuggeſtum fuerat, ſubſtituturus eſſet. Cùmque hoc appeteret implere decretum, apparuit ei noctu per viſum beatiſſimus Apoſtolus Paulus, atque eundem Imperatorem hujusmodi monere curavit: ſi verè, inquiens, zelus divinæ ſervitutis optimi Operis te adurit, vide, ne hujus propoſiti inſtitutum præſumas in Monachis immutare expellendis; non enim omninò expedit cujùsque Eccleſiaſtici Ordinis, quamvis ex parte depravati, propoſitum unquam abjici ſeu mutari; in eo namque unusquisque judicandus eſt ordine, in quo ſe primitùs vovit DEO ſervire; reemendari tantùm licet corrupto cuique in eadem propriæ vocationis ſorte. Taliter quippe monitus Imperator retulit ſuis, quæ audierat ab Apoſtolo, curámque agens, qualiter eorum inſtitutum quiviſſet in melius reformare, non expellere à loco, licèt immutare.* Ita apud Baronium Glaber; verùm utinam iſtud Divi Pauli monitum etiam aliquando alii Principes ſibi dictum putâſſent!

Gosbertus Tegernſeenſis Abbas familiaris Goteſcalci Epiſcopi.

N. 1113. §. 1. 2. 3. *Ibid.* §. 4.

In inclyto Tegernſeenſi Monaſterio eo tempore floruit Gosbertus Abbas, genere nobilis, è Ratisbonenſi Divi Emerammi Monaſterio illuc accitus, cujus tres epiſtolas ad Goteſcalcum Epiſcopum noſtrum datas in Parte altera exhibemus, è quibus intelligimus, præcipuam inter Epiſcopum & Abbatem familiaritatem coaluiſſe. Annectimus aliam Tegernſeenſium epiſtolam ad Cathedrale Col-

Digitized by Google

Collegium Friſingenſe datam, quibus ii mortem ejusdem Gosberti Abbatis Friſingenſibus nunciavêre.

§. III.

Status Eccleſiæ, Imperii, & Friſingæ uſque ad annum Chriſti MII.

ANno Chriſti 997. vitam & merita Apoſtolica glorioſo fine clauſit magnus ille & Sanctus Hungarorum, Bohemorum, & Polonorum Apoſtolus Adalbertus, ex Ordinis noſtri Monacho Magdeburgenſi Pragenſium Pontifex. Is cum S. Stephanum, primum poſtea Hungarorum Regem, ſacrîs baptiſmi undîs expiâſſet, innumeras per illud, aliáque regna Baſilicas conſtruxiſſet, ac inter ſudores Apoſtolicos in Pruſſiam usque excurriſſet, à paganis interceptus, haſtísque confoſſus eſt Duce cohortis Sigone idolorum Sacerdote, qui velut ex officio primos ictus in virum ſanctum vibravit, quem alii ſubſecuti ſunt. Paſſus eſt ipſa die, qua Chriſtus olim pro hominibus cruci immori voluit. Ejus Martyrio comperto Dux Poloniæ Boleslaus corpus ejus dato pretio à barbaris mercatus, in patriam ſuam tranſtulit, & Gnesnæ honorificè condidit multis prodigiis illuſtratum. Ibi Otto III. ejus ſepulchrum nudîs pedibûs adivit, & in ejus honorem Eccleſiam illam in conſulto Metropolitano, erexit in Archiepiſcopalem, cui Gaudentium Monachum, Martyris fratrem, impoſuit patrio nomine Kadinum à Ditmaro appellatum. Hæc apud Mabillonium, Bucelinum, & alios legimus. Porrò in Pragenſi Eccleſia S. Adalberto ab Ottone III. ſuffectus eſt Thietdagus Monachus Corbejæ novæ, à Willigiſo Moguntino Archiepiſcopo conſecratus, uti toties laudatus Mabillonius habet. *Obitus Sancti Polonorum Apoſtoli Adalberti.*

Sequenti anno, Chriſti 998. ſanctus Odilo noſter, Cluniacenſis Abbas, annuam Commemorationem omnium fidelium defunctorum ſecundo die Novembris in ſuis Monaſteriis celebrandum inſtituit, id quod poſtea à Romano Pontifice ubique locorum ea ipſa die ſervandum ſacra lege ſancitum eſt, uti Baronius in Notis ad Martyrologium Romanum obſervat. Poſtero anno, Chriſti 999. beatus Gregorius noſter, eo nomine Quintus Summus Pontifex, de Romano Imperio, patria Germania, Hungaria item, Polonia & Eccleſia univerſa longè meritiſſimus, è vivis diſceſſit: cui ad votum Ottonis III. Imperatoris in Romana Sede ſucceſſit Gerbertus, ex Monacho Benedictino Floriacenſi primùm Remenſis, poſtea Ravennas, demùm Romanus Pontifex factus; unde hoc Hexametron, quamvis ex ævi ſui more parùm caſtigatum, reliquit: *Commemoratio fidelium defunctorum inſtituitur.* *Moritur Gregorius V.* *Succedit Sylveſter II.*

Scandit ab R. Gerbertus ab R. poſt Papa viget R.

Quo tres illas, quibus præfuit, ſacras Sedes denotavit, nempe Remenſem, Ravennatem, ac demùm Romanam. Porrò Gerbertus noſter in Romano ſuo Pontificatu Sylveſter II. appellari voluit. Eidem in Sede Ravennate Otto III. ſuffecit Leonem, Abbatem Ordinis noſtri Nonantulanum.

Ad ſubſequentem annum, Chriſti milleſimum, notat Baronius, aliíque Hungariæ Scriptores, Sylveſtrum noſtrum, Romanum Pontificem, quam Poloniæ Duci coronam paraverat, S. Stephano, Geiſæ, Hungarorum Ducis, filio, juſſu Numinis miſiſſe, primúmque gentis ſuæ Regem renunciâſſe. Mabillonius rem diffuſiùs narrando, refert, Stephanum miſiſſe legationem ad Romanum Pontificem, ut Epiſcopatus illius gentis, ab ipſo recens erecti, confirmarentur, & regium nomen ipſi tribueretur. Functum eſſe eo legati munere Aſtricum, Sancti Martini Breunovienſem (in Bohemia) Abbatem, tunc creatum Colocenſem Epiſcopum, mutato nomine Anaſtaſium dictum, qui piiſſimi Ducis res ge- *S. Stephano coronam mittit.*

ſtas ex ordine referens, à Sede Apoſtolica coronam Regni petierit, dignum eſſe Ducem eo honore probans, quippe qui Divina fretus ope non modo populos illos ſubjugâſſet, ſed etiam multos infideles ad Chriſtum convertiſſet. His mirè exhilaratum Pontificem poſtulatis libenter annuiſſe, Regémque Stephanum dixiſſe cum ea prærogativa, ut ante eum Crux, ceu Apoſtolatûs inſigne, geſtaretur. Reverſo Anaſtaſio Stephanum Regem coronatum fuiſſe, móxque edictum cum Epiſcopis & Regni primoribus promulgâſſe, quo & ſingulis vitiis congrua remedia parata fuerint, & Eccleſiaſticæ diſciplinæ Ordo ſancitus. Hæc iterum Mabillonius, qui addit, ea ipſa tempeſtate Sebaſtianum, ex Monacho S. Martini Strigonienſem Archiepiſcopum creatum fuiſſe.

Alii vicinarum gentium Apoſtoli.

Eodem anno Bonifacius Monaſterii S. Alexii Romæ Monachus in Archiepiſcopum à Sylveſtro Pontifice conſecratus novus ad Pruſſos Apoſtolus venit, qui admirabili ſanctitate, prædicatione & miraculis provinciam mirè excoluit, ac demùm ſanguine ſuo rigavit. Eodem itidem anno duo è S. Romualdi noſtri Sodalibus, Joannes ſcilicet ac Benedictus ad Polonos miſſi Evangelii præcones, deinceps à parricidis necati, miraculis claruêre: uti rursùs in Annalibus habet Mabillonius noſter.

Obit Otto III. Imp.

Sequenti anno, Chriſti 1001. Sanctus Romualdus Ottoni Imperatori conſilium ſuggeſſit, ut depoſitâ purpurâ Monachum indueret; quod Imperator ſpopondit; ſed dilatione Monachatum vitámque perdidit, proximô annô 5. Kal. Febr. morte ſublatus; verùm nunc in Bojariam redeundum eſt.

S. Gotthardus Abbas Tegernſ. accuſatur Goteſcalco Epiſcopo. Et ab eo reprehenditur.

Effulſit eo ipſo anno in hac Friſingenſi Diœceſi è noſtris inſigni ſanctitatis fama S. Gotthardus, Monaſterii inferioris Altahæ primùm Monachus & Abbas, nec non, juſſu Principum, Monaſteriorum Herſfeldenſis, Tegernſeenſis, & Cremifanenſis Reformator egregius. Hic cùm ad Tegerſeenſes veniſſet, & ab iis ceu Abbas equidem acceptatus fuiſſet, paulò pòſt Goteſcalco Epiſcopo variè accuſatus eſt. Objiciebat itaque datis literis Goteſcalcus Gotthardo, quòd is alienæ incubaret provinciæ, & in ovile Domini non per liberæ electionis oſtium, ſed aliunde irrupiſſet, ac contra decreta canonum plures Abbatias ſibi uſurparet. Goteſcalci animum utique incenderant ipſi Tegernſeenſes Monachi, cauſati, Gotthardum contra loci Privilegia ſibi in Abbatem fuiſſe obtruſum; ita illi quidem: aſt re ipſa exactior diſciplina Gotthardi gravis iiſdem acciderat. Vir Sanctus viſis, quas ea ſuper re Goteſcalcus ſeu Theodúlus Epiſcopus ſcripſerat, literis, inter cætera hunc in modum modeſtiſſimè reſpondit: *Si in unius tam nefariæ criminationis cauſa me unquam reprehenderet propria conſcientia, quàm verecundo vultu, quámque pœnitenti animo mea ſponte voluiſſem me ſequeſtrare à totius Chriſtianitatis communione!* & infra. *Quod me furtivè in Ovile Domini dicitis irrupiſſe, teſtis eſt fidelis curia, populíque Chriſtiani innumera agmina, quia nihil de veſtræ poteſtatis vel alicujus alterius ſubjectione mihi vindicare præſumpſi: niſi quod de poteſtativa manu Summi Principis hodie (non fateor, utrùm vellem an nollem) ſuſcepi. Hujuſmodi prohibitionem obeditionis in Regula conſcriptam vitæ Benedictinæ non invenio, quamvis ſæpè ſæpiùs hinc inde detrita ſit præ manibus noſtris.* Hæc Goteſcalco S. Gotthardus, & verè. Neque enim deerant plura exempla ſanctorum Abbatum, quibus plurium Monaſteriorum cura ac reformatio, ubi res poſtulaverat, commiſſa fuit ab Imperatoribus; neque ejuſmodi diſpoſitioni obſtat S. Regula, quæ reformationem exoptat, modum verò iis, quorum intereſt, non præſcribit.

Reſcribit Epiſcopo.

Porrò Gotthardo cum Tegernſeenſibus non benè conveniſſe, atque inde Monaſterio illi quandam diffamationis maculam acceſſiſſe, diſcimus ex aliqua excuſatoria Tegernſeenſium epiſtola ad Goteſcalcum Epiſcopum exarata, quam in parte altera cum Lectore communicamus.

N. 1123. §. 5.

Abit è Monaſterio Tegernſeenſ.

Gotthardus cùm eum in modum nonniſi annum unum ac menſes duos apud Tegernſeenſes fuiſſet demoratus, inde abſceſſit, demùm factus Epiſcopus Hil-

Digitized by Google

Hildesheimenſis verè Sanctiſſimus; ut ſuo loco monebimus. De his tum in Chronico Tegernſeenſi à P. Bernardo Pezio edito, tum apud Mabillonium in Annalibus fuſiùs agitur.

P. B. Pez. Anecd. T. 3. part. 3. Mabill. in annal. lib. 52. n. 71. & 72. item Analect. T. 4. pag. 450. Mabill. T. 4. Vet. Analect. pag. 352. Vid. Part. Alt. N. 1113. §. 8.

Circa idem tempus Fromundus Tegernſeenſis Monachus & *Portarius* ſcripſit Goteſcalco Epiſcopo, rogans, ut prædones Monaſterii coërceret, ne pauperes ex hac fraude inopiam paterentur, quibus *ex decimatione* rerum ſuarum eleemoſyna conferebatur. Eas preces à Goteſcalco fuiſſe exauditas, non eſt, cur in dubium revocemus. Interim ſi benè rem accipio, colligimus, decimam certorum proventuum Monaſterii Tegernſeenſis partem eo tempore fuiſſe ſolitam dari pauperibus: quod idem poſteris temporibus in Monaſterio quoque Benedictoburano, poſt ejus inſtaurationem fuiſſe obſervatum, in vetuſtis annuorum cenſuum Codicibus disertè ac ſæpiùs annotatum deprehendimus.

Decima pars redituum in eo Monaſterio erat deſtinata pauperibus.

Uti etiam in Benedictoburano.

Porrò diſcedente S. Gotthardo ab Henrico Bojariæ Duce intruſus eſt alius, dictus Eberhardus de Cella. *Hinc*, ùt ſubditur in Chronico, *fratres majori perturbatione gravabantur, quia miſerum eſt* (ùt ibi ait Chronographus) *ubi ignota perſona dominus eligitur: miſerius verò, ubi invitis imperandis imponitur. Solatium ſubjectionis, & ſervitutis ſubjectis eſſe videtur, ſi ipſi ſibi dominum eligant, eò quòd ſiat benignior, ſi ſponte poteſtas deferatur: immitior ſi vi occupetur.* Hæc ibi. Aliquam prædicti Abbatis epiſtolam, quam is ad Goteſcalcum Epiſcopum miſit, in Altera Parte recitamus. Sanè Eberhardus fortè non integro biennio Tegernſeenſibus præfuit, ac poſtea anno 1003. ſucceſſorem habuit è Tegernſeenſi gremio Peringerum, cujus iterum epiſtola quædam ad Goteſcalcum Epiſcopum exſtat, & à nobis inter cætera ejus ævi monumenta reponitur.

Alius Abbas, Tegernſeenſibus veriùs obtruſus.

N. 1113. § 6.

N. 1113. §. 7.

§. IV.

Donationes Friſingenſi Eccleſiæ factæ à S. Henrico Imperatore, ſub Goteſcalco Epiſcopo.

OTtone III. Imperatore quocunque demùm mortis genere (de quo Scriptores variant) terris ereptò, cùm ejus funus per Italiam ductum, in Bojariam eſſet delatum, Henricus Dux noſter, unà cum Epiſcopis atque Comitibus Bojariæ, Pollingæ occurrit, neque contentus communi pietatis officio, etiam humeros cadaveri ſubjecit: qua modeſtia ſibi mirum in modum procerum ſtudia demeruit, uti Adelzreitterus memorat. Viſcera deinceps Imperatoris Auguſtæ Vindelicorum in Divæ Afræ Baſilica propè Divi Udalrici conditorium decentiſſimè fuêre ſepulta: reliquum cadaver Aquisgrani tumulum accepit.

Germaniæ Principes vivente adhuc Ottone defectionem moliti fuerant, & ad eam etiam Henricum trahere ſtuduerant, at incaſſum. Henricus enim, paterni moniti memor, nihil adversùs Imperatorem committere certus erat. Interea vacante Regalì Solio, cùm non deeſſent acerrimi rivales Imperii Germanici, tandem unanimi propemodùm Principum ſuffragio Henricus, Dux noſter, à fracto crure vulgò *claudus* dictus, Moguntiæ Rex fuit ſalutatus. Inter Epiſcopos Bojariæ ac alios electioni aderat etiam Goteſcalcus noſter, ut Adelboldus, ex Monacho Ordinis noſtri Trajectenſis Epiſcopus, & Annales Paderbornenſes ad annum Chriſti 1002. tradunt, aliíque ſcribunt. Regni coronam Henrico Willigiſus Moguntinus Archiepiſcopus impoſuit. Hic eſt ille Willigiſus, qui, cùm Patre paupere carpentario natus, ad Archiepiſcopalem poſtea dignitatem evectus eſſet, Rotam ſibi in inſignia delegit, quibûs natalium ſuorum admoneretur. Cúmque ea inſignia paſſim parietibus appingi ac inſculpi juſſiſſet, verſum illum adſcripſit:

Henricus, Bojariæ Dux, in Regem eligitur.

Willigiſus Archiepiſcopus Moguntinus.

Willigis recolas, quis es, & unde venis.

Digitized by Google

In Chronico Mellicenſi, quod nuper edidit Vir clar. P. Hieronymus Pezius, vulgari idiomate ſic habetur:

Willikhiß Willikhiß/
Gedenhk/ von wannen du komen ſiſt.

Ea inſignia ſucceſſores Archiepiſcopi non erubuère ſibi retinere, & in noſtra usque tempora monetis ſuis inſculpere non dedignantur. Interea animadvertet Lector eos, qui ad Epiſcopatus eo tempore promovendi erant, non alia nobilitate, quàm virtutis indiguiſſe, majúſque pretium virtuti, quàm ſanguini poſitum fuiſſe. Certè uti nobilitas cum virtute eſt nobiliſſima, ita ſine virtute ignobilis eſt. Porrò Henricus Rex Chunegunde ſibi in uxorem virgineam aſſumpta, variâ fortunâ eo adhuc anno, in præliis uſus, Ratisbonam venit, ubi Goteſcalco noſtro in præmium fidei ac laborum gratô ſanè animô ſequentem donationem fecit.

S. Henrici in Eccleſiam Friſingenſem liberalitas.

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Hainricus divina ſavente Clementia Rex. Noverint omnes fideles noſtri præſentes ſcilicet & futuri, qualiter nos ob interventum dilecte noſtre conjugis Chunigunde Regine, fideliſque noſtri Goteſcalci Friſingenſis Eccleſie Antiſtitis quoddam prædium Straſiſta vocatum, & quidquid, intra tres fluvios Libniza, Sabum, Zoura, in regione Carniola, & in comitatu Waltilonis comitis, noſtri juris ſitum eſt, ſuper gremium Sancte Marie ſemper Virginis, Sanctíque Corbiniani ibidem Friſinge corporaliter quieſcentis in proprium donavimus cum omnibus ad idem prædium pertinentibus, ædificiis, mancipiis, agris, pratis, ſilvis, paſcuis, aquis, aquarúmque decurſibus, molendinis, piſcationibus, exitibus & reditibus, Zidalvveiden, foreſto, decimis, vineis, vinetis, venationibus, viis & inviis, cultis & incultis, quæſitis & inquirendis, & cum omnibus appenditiis, eo tenore, ut prædicta noſtra Regalis traditio eidem Præſuli Goteſcalco, & poſt illius vitæ terminum Friſingenſis Eccleſiæ Canonicis pro remedio animæ noſtræ, parentum noſtrorum abſque omnium contradictione mortalium in perpetuum deſerviat. Juſſimus quoque inde hoc præceptum conſcribi, &, ut hoc firmius ſtabiliúſque permaneat in futurum, manu propria ſubtus firmavimus. Signum Domni Heinrici invictiſſimi Regis. Egilbertus Cancellarius in vice Willigiſi Archicancellarii. Data VIII. K. Decembris anno Dominicæ incarnationis MII. Indict. I. Anno verò Heinrici invictiſſimi Regis I. Actum Radiſpone.

Locus in Carniolia.

Sequens annus, Chriſti 1003. Sylveſtro noſtro, eo nomine ſecundo Romano Pontifici ultimus fuit, cui Joannes XVII. & poſt aliquot menſes Joannes XVIII. ſucceſsère.

Pontificum Succeſſio.

Ardua ſanè imperii initia ſenſit Henricus Imperator, veluti paſſim Scriptores tum domeſtici, cum extranei referunt, pluribûs Principibûs ab eo deficientibûs. Nihilominùs in Eccleſiam Friſingenſem beneficus eſſe non deſtitit; id demonſtramus duplici diplomate, año 1003. 5. Id. Septembris Babenbergæ dato. Primum hæc habet:

Novæ donationes S. Henrici Imp.

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis Heinricus divina ſavente clementia Rex. Notum ſit omnibus fidelibus noſtris præſentibus & futuris, qualiter nos interveniente dilectiſſima nobis conjuge & regnorum conſorte Cunigunda venerabili Friſingenſis Eccleſiæ Præſuli Goteſcalco ſuppliciter poſtulanti & dignè petenti per hoc Regiæ Majeſtatis inſigne conceſſimus tres noſtræ proprietatis villas, id eſt, inprimis Hezinga, quæ ſita eſt juxta flumen Drubenaha, quicquid Megingoz in miniſterio ibi viſus eſt obtinere cum Scaralovva. Beſinga quoque excepta Rapperenovva cum vico Fridinga & omnibus earundem villarum juſtis

&

Digitized by Google

& legalibus pertinentiis mobilibus & immobilibus ſive in Nortgavve ſub Uſcalci comitatu, ſive in Donachgavve ſub defenſione Rouperti Comitis ſitis, ſervisque & ancillis, areis, ædificiis, pratis, paſcuis, ſive compaſcuis, ſilvis, aquis aquarúmque decurſibus, molendinis, piſcationibus, viis & inviis, exitibus & reditibus, queſitis & inquirendis & omnibus juſte legis utenſilibus reditibus & ut præſcriptum appendititis eo tenore & perpetuæ firmitatis convenientia quatinus Præſul Goteſcalcus easdem præſcriptas villas & earum utilitates omnibus diebus vitæ ſuæ uſufructuario poteſtative fruatur & teneat. Poſt obitum verò illius in uſus & diſpenſas fratrum Friſingenſium in locis Wibenſtephane & ſancto Vito Deo ſervientium cum omni integritate & equa diviſione redeant, eo ordine, ſi aliquis præfati Præſulis Goteſcalci ſucceſſor, quod futurum non credimus, prenominatas villas in ſuos uſus ſine juſta & eisdem prædictis fratribus placita redemptione & convenientia temptaverit avertere, noſtris heredibus ſtatim revertantur & ſerviant. Et ut hæc noſtra auctoritas ſtabilis & inconvulſa permaneat, hanc noſtri præcepti paginam manu propria roborantes noſtræ imaginis ſigillo imprimi juſſimus. Signum domni Hainrici Regis invictiſſimi; Egilbertus Cancellarius vice Willigiſi Archicapellani recognovi. Fratres in Weihenſtephane, & S. Vito.

Data V. Idus Sept. anno dominicæ Incarnationis M. III. Indict. I. Anno verò domni Heinrici ſecundi Regis II. Actum Babenbergæ feliciter Amen.

Alterum Præceptum continet commutationem quamdam, Friſingenſi Eccleſiæ perquàm utilem, & eſt tenoris ſequentis.


IN nomine &c. Heinricus Divina favente clementia Rex. Notum ſit omnibus fidelibus noſtris præſentibus & futuris, qualiter nos per interventum venerandi Friſingenſis Eccleſiæ Godeſcalchi quandam cum eo concambii firmitatem fecimus, & litteris ob memoriam mandari juſſimus. Tradidit igitur præfatus Epiſcopus Godeſcalchus, & nobis ſecundùm legem Alemannorum firmiter legavit jure perpetuo quamdam ſuæ Eccleſiæ Cortem in Alamannia, pago Duria, & in Comitatu Manegoldi Comitis ſitam nomine Navva cum omnibus utilitatibus, appendiciis, Mancipiis, & pertinentiis ſuis, quoquo modo vocari ſive inveniri poſſint ſine ſua ſuorúmque Succeſſorum moleſtia aliqua retinendam, & lege proprietatis pro noſtro libitu poſſidendam. Econtra ſicut præfatus Epiſcopus poſtulavit pro Compendio ſuo, & loci vicinitate quasdam noſtræ proprietatis villas juxta fluvium Regino ſitas ſibi, ſuæ Eccleſiæ, ſuisque Succeſſoribus tradidimus, & per hoc Regale præceptum confirmari perpetuò juſſimus. Idem Rotega totam, quidquid Megingoz ibi in miniſterio viſus eſt obtinere, excepta una foreſtarii hoba, quam olim Rudalbertus poſſedit, addentes eidem villæ ſilvam nomine Utinhard, Tiechelinga quoque totam excepta hoba propria Megingozi, quomodo eam ſibi tempore Ducatûs noſtri tradidimus. Cirinzinga etiam totam cum reliquis earundem villarum legalibus pertinentiis & utilitatibus mobilibus, & immobilibus, ſervis & ancillis, areis, ædificiis, terris cultis & incultis, pratis paſcuis communibus, ſilvis, aquis, aquarúmque decurſibus, Molendinis, piſcationibus, viis & inviis, exitibus & reditibus, quæſitis & inquirendis, ſeu omnibus legalibus pertinentiis eo tenore, quatenùs præfatus Epiſcopus Godeſchalchus, ſui ſucceſſores quoque pro utilitate ſua & Eccleſiæ ſuæ neceſſitate quidquid inde voluerint, liberè faciant. Et ut hæc noſtra traditio ſtabilis & inconvulſa permaneat, hanc noſtri Præcepti paginam manu propria roborantes ſigillo noſtræ imaginis imprimi juſſimus. Bona in Suevia.

Signum

Digitized by Google

Sigillum eſt læſum.

Signum Domini Henrici Regis invictiſſimi.



Egilbertus Cancellarius vice Willigiſi Archicapellani recognovi. Data V. Id. Sept. anno Dominicæ Incarnationis MIII. Indictione I. Anno verò Domni Heinrici ſecundi Regni II. Babenberge. feliciter. Amen.

Obſervationes ex præmiſſis 2. Inſtrumentis.

Ex ſupra adducto Donationis inſtrumento ad oculum apparet, jam eo tempore non ſolùm Weihenſtephanenſem, verùm etiam Divi Viti montem à fratribus fuiſſe inhabitatum, cùm in utrumque Henricus fuerit liberalis. In utroque autem inſtrumento reperitur Egilbertus Henrici Regis Cancellarius, qui alius non eſt, niſi Goteſcalci in Epiſcopatu Friſingenſi Succeſſor: de quo ſuo loco.

§. V.

Acta Imperii, & Goteſcalci Epiſcopi annîs 1004. & 1005.

Bojariæ ſtatus.

INter Cæteros Imperii Principes, qui turbas adverſus Henricum novum Regem, electúmque Imperatorem moverant, etiam Hezilo Comes erat, ſive Francus natione, ſive undecunque productus, ùt Brunnerus loquitur, qui ab Henrico Principatum Bojariæ flagitabat. Is, ùt latè proſequitur laudatus Scriptor, ſpe ſua dejectus, tandem Polono, aliíſque in ſuas partes concitatis, in caput Regis conjuravit. Prolixior turbarum materia eſt, quàm ut hìc locum inveniat. Perduellio alium finem non habuit, quàm ut Hezilo demùm ab Henrico bello peteretur, ac provinciâ, fortunîſque omnibûs exutus, in cuſtodiam arcis Wirgenſtainianæ compingeretur. Henricus Rex ea tempeſtate Henricum Moſellanum, Chunegundis Auguſtæ fratrem Bojis Principem dederat: ac paulò pòſt Hardwigo Tyranno profligato Rex Italiæ coronatus fuerat: quo facto in Bohemiam movens, fugato incubatore Boleslao legitimum Principem Jaromirum Provinciæ dedit. Erat tunc iterum in Comitatu Regis Goteſcalcus noſter, qui in Natali Deiparæ Sacris ſolenniter operari, ac pro concione dicere à Rege juſſus fuerat, Pragenſi Epiſcopo ultrò aſſentiente. Paruit Epiſcopus noſter, ac finita Evangelii lectione ad Regem, Proceres, populúmque converſus, ſermonem graviſſimum inſtituit, cujus ſumma Capita Ditmarus noſter annotavit. Exordium itaque ſumpſit à præcipuis Chriſtiani hominis officiis, quæ quiſque Deo, Majoribus, proximóque deberet. Tum ad Regem amanter converſus, eum commonuit, ut expenderet, quantis tum honorum, tum fortunarum ac victoriarum gratiîs Cœli Munere ab infantia cumulatus fuiſſet, quantáſque Divinæ Largitati, non meritis ſuis, gratias deberet? ſubdidit, tantis Divinæ Miſerationis cumulis reſpondere Regem aptiùs non poſſe, quàm ſi & ipſe erga ſubditos clemens, ac miſericors eſſet, offenſáſque petentibus condonaret. Demùm propiùs ad propoſitum, quod hactenùs celaverat, progreſſus, *Te*, inquit ad Regem, *obteſtor per nomen & amorem ejus, qui ſuo debitori*

Goteſcalcus in Comitatu S. Henrici Regis.

Pragæ pro concione dicit.

Digitized by Google

ri decem millia talentorum, id eſt, Judæis recutitis * *ſuorum transgreſſionem præceptorum indulſit, Henrici* (nempe Hezilonis) *quondam Marchionis, nunc autem, ut ſpero, verè pœnitentis, ſenior chariſſime, miſerearis, vincula ſolvas, & gratiam dones, ut eò liberiori animo hodie Dominum interpelles, dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris &c.* Et ea quidem Oratio, cùm Epiſcopus noſter verbis etiam lacrymas miſceret, permovit Regem, ut Hezilonem ad vota Præſulis, atque applauſum totius populi libertati reſtitueret: quod factum expendens Baronius Henricum maximè pium, atque Goteſcalcum Epiſcopum tanto munere dignum, imò etiam ſanctum appellare non dubitavit.

* Nempe *circumciſis.*

Henricus ignoſcit Heziloni.

Baronius Goteſcalcum appellat *Sanctum*; conſentit Joan. Palazzi in ſua *Aquila Romana* in Annot. ad S. Henric. Imp. n. 306.

Cæterùm Rex hoc eodem anno Chriſti 1005. congregato Tremonienſi Concilio totus in eo fuit, ac *magna inſtantia apud Epiſcopos laboravit, ut collapſa Eccleſiæ diſciplina reformaretur. Præſtiterunt illud Sacri Præſules pro viribus diligentiſſime, communique conſenſu ediderunt Canones, quibus Sanctiſſimæ Leges Eccleſiaſticæ in priſtinum uſum revocarentur, praviqué mores, qui in clerum ac populum irrepſerant, exularent, & corrigerentur. Quibus ſtatutis Rex ſibi Deum propitium conciliavit, viámque ad victorias conſequendas, & Romanum Imperium obtinendum aperuit. Celeberrimi illius Concilii acta planè interierunt: Exordium duntaxat apud Ditmarum deſcriptum reperitur tale:* Anno Dominicæ Incarnationis MV. anno autem Domini Henrici ſecundi regnantis quarto (inchoato) in die Nonarum Julii, *reliqua deſunt;* ita Harduinus in Actis Conciliorum. Interfuiſſe Synodo illi Goteſcalcum, nemo negabit, qui perpenderit, quanto in pretio Sancto Regi Epiſcopus fuerit, maximè cùm dicta Synodus factum Pragenſe paulò antè præceſſerit, & aliàs Antiſtes noſter in Comitatu Cæſaris plerumque moratus fuerit.

Henrici Regis ſancta ſtudia.

Tom. VI. part. I. Col. 767.

§. VI.

Acta Friſingenſia incertorum annorum ſub Goteſcalco Epiſcopo, Ejúsque Mors.

Ratoldi, Nobilis Presbyteri & Eccleſiæ Friſingenſis Cuſtodis, atque æditui liberalitatem in eandem Eccleſiam ſupra in Actis Abrahami Epiſcopi jamjam laudare cœpimus, & hoc loco ulteriùs commendaturos eſſe adpromiſimus. Fecit ille donationem tertiam ſub Goteſcalco Epiſcopo, quam ut hiſce plenam inſeramus, variis rationum momentis adducimur, uti prudens ac eruditus Lector judicabit; verba inſtrumenti hæc ſunt:

Donatio Ratoldi, Cuſtodis Friſingenſis.

In nomine Summæ Deitatis ego Ratoldus Presbyter indignus, atque Eccleſiæ Friſingenſis Æditus, omnibus Chriſti Cultoribus notum eſſe cupio, qualiter ob ſpem æternæ hæreditatis pro meæ parvitatis portione ad tabernaculum Dei quædam de rebus meis offerre ſtudui, atque exinde pro remedio animæ meæ Laudes Divinas amplificare omni intentione propoſui. Tradidi enim per manum Advocati, nec non Germani mei Dietrici in urbe Friſinga, cum Conſilio Domini mei Goteſcalchi, ejusdem loci ſpectatiſſimi Epiſcopi, fideliúmque ſuorum, nobilium ſcilicet, atque ignobilium perſonarum, præſentibus etiam quàmplurimis, conſulentibúsque conſanguineis meis, quidquid proprietatis jure legitimo habui & poſſedi in villa Zollinga nuncupata, id eſt, omne, quod acquiſivi & accepi de quadam fœmina nobili Luitvvih dicta, ac ſi quid cum prædio meo temporibus Abrahæ felicis memoriæ Epiſcopi ab eo in proprium ibi commutavi. Illud verò totum atque integrum, ut ſupra aſſignatum eſt, tradidi, ſtatímque veſtivi in altare S. Benedicti, ea videlicet ratione, ut poſt vitæ meæ terminum Presbyter Andricus, eidem altari fideliter jam deſerviens, univerſum, quidquid illud eſt, totám-

Donatio in Zolling.

Ad aram S. Benedicti.

Digitized by Google

totámque rerum earundem uſucapionem ad uſque vitæ ſuæ etiam exceſſum firmiter teneat, & abſque omnium contradictione poſſideat. Poſt obitum igitur Presbyteri prætitulati placuit duos agnatos meos, quorum alter Jacob, alter Tagini cognominatur, eidem ſubſtituere traditioni, illa quippe lege, ut alter è duobus Jacob conſanguinitatis quoque jure mihi propinquior, idipſum totum haberet, quando ad Presbyterii dignitatem perveniret, ſi ejusdem loci Epiſcopo deſervire, atque in fratrum Congregatione Regulæ Canonicæ obedire, nec non altaris ejusdem Miniſterium in curam propriam ſuſcipere voluiſſet. Eandem quoque rationem Taginino per omnia obſervandam poſt iſtum, ſive eum ſupervixerit, ſive præſcriptis obtemperare nolentem præoccupaverit, deſinivi. Quodſi tali conditione ſatisfacere ambo recuſaverint, in Epiſcopi, fratrúmque ſit arbitrio, ut de fratribus unum eligant, cui Epiſcopus cum ipſorum Conſilio curam Altaris cum prædictis rebus commendet. Ac ne hoc temerè ab aliquo poſſet diſſolvi, hanc Cartam exinde conſcribi feci, teſtéſque, per aures, ut moris eſt, tractos ſubſignari, quorum ſunt nomina Udalſchalh Comes, Tagini, item Udalſchalh, Pezili, Aripo, Arnis, Udalrih, Dietrih.

Ratoldus ille Benedictoburanis erat notus.

Exiſtimamus, hunc eſſe ipſiſſimum Ratoldum, de quo in pervetuſto Rotulo Benedictoburano, ſtatim poſt annum Chriſti 1052. conſcripto, ad tempus Goteſcalci Epiſcopi hæc ponuntur: *Huic* (intellige Reginberto I. Monaſterii Benedictoburani, poſt devaſtationem dato Rectori, atque Sæcularium Clericorum Magiſtro, anno Chriſti 997. Kal. Oct. emortuo) *ſucceſſit Ratoldus ex Friſingenſi Caſtello* (nempe urbe) *natus nobili genere & honeſta familiâ: qui dum inceſſu pedum careret, orando & bonis operibus inſiſtendo obtinuit, ut greſſum reciperet. Unde Deum in Sancto Benedicto magnificans, Eccleſias Sanctæ Mariæ, & S. Laurentii, quæ ſunt in Cœmeterio, condidit, prædia, quæ habuit, contulit, Firholzen & Minſing Sanctæ Mariæ; Wachrein, pro gratiarum actione S. Benedicto, addidit & quædam mobilia non minùs neceſſaria, Sarcoſagum argenteum, ſcriniolum cum reliquiis deauratum, capſas & cruces, thuribulum, librum Miſſalem, & plura alia;* additur in fine, eum obiiſſe Friſingæ. Annus obitûs in veteri illa Membrana non deſignatur. Antonius tamen Funda, Chronographus Benedictoburanus, qui ſcripſit anno Chriſti 1504. mortem Ratoldi ponit ad annum Chriſti 1009. Quæ omnia cùm optimè conveniant, neſcio, an in dubium trahi poſſit, Ratoldum Friſingenſem, & Benedictoburanum fuiſſe omninò unam, eandémque perſonam: id quod adhuc magìs firmatur ex eo, quòd, eodem Rotulo teſte, in Monaſterio Benedictoburano Ratoldo ſucceſſerit Tagino Presbyter nobilis, quem omninò credimus eſſe eum, de quo ceu agnato ſuo Ratoldus in recitato Inſtrumento Donationis ſemel iterúmque mentionem ingerit.

Et Divo Benedicto devotus.

Hîc obiter monendum eſſe Lectorem cenſemus, Eccleſiam Sanctæ Mariæ in Cœmeterio Benedictoburano à Ratoldo Friſingenſi conſtructam, aliam non eſſe, quàm Eccleſiam ejus loci hodie Parochialem. Sanè Eccleſia S. Laurentii in eodem Cœmeterio erat ab utraque, nempe tum primaria, Sancto Benedicto dicata, tum altera, Beatiſſimæ Deiparæ ſacra, planè diverſa, cui poſteris annis accrevit Monaſterium Monialium, ſed quod ſæculô Chriſti decimô quartô rurſus defecit: quod idem in pluribus vicinis virorum Monaſteriis, quibus adjuncti erant ſacri Parthenones, *propter nimias exactiones Principum & Advocatorum*, accidit, uti in Metropoli Hundii, & Actis Monaſterii Pollingani videre eſt, verùm iſta incidenter.

Tom. 3. pag. 114.

Cultus S. Benedicti Friſingæ, & alibi continuatus.

Cæterùm ex antiquis membranis hactenùs relatis luculenter conſtat, cultum aráſque Sancti Patris Benedicti neque Friſingæ, neque in Benedictoburano Monaſterio unquam defeciſſe, quamquam circa obſervantiam Regulæ ejusdem S. Benedicti mutatio quædam utrobique inciderit. Singulariter in Inſtrumento Ratoldi notamus, circa initium undecimi ſæculi Chriſtiani in Friſingenſi prima-

Digitized by Google

maria Eccleſia fuiſſe obſervatam *Regulam Canonicam*, & fortè vitam aliquo modo communem. Sanè an nomine *Regulæ Canonicæ* intelligenda veniat Regula S. Auguſtini, poſt medium ſæculum undecimum paſſim celebrata, eruditis dijudicandum relinquimus. Interim nobis verò quàm ſimillimum videtur, eam vitam ex decreto Laudati Concilii Tremonienſis fuiſſe obſervatam: niſi dicere malis, illam Regulam aliam non fuiſſe, quàm eam, quæ in Aquisgranenſi Concilio ſub Ludovico Pio ex SS. Patribus concinnata fuit, ut ſuô locô diximus.

Juvat hìc è Chronico Monaſterii Staffelſeenſis, tempore Hungaricarum irruptionum exciſi, aut potiùs ex compendioſa deſcriptione fundationis Monaſterii Benedictoburani referre, quod ſub Goteſcalco Epiſcopo inter Clericos Benedictoburanos, atque Schlechdorffenſes accidit. Adducimus ipſa Codicis, in inclyto Monaſterio Ettalenſi aſſervati verba: cui Codices Benedictoburani, tametſi aliàs diffuſiores, omninò conſonant:

Nota, qualiter S. Tertulinus fuerat furatus à quodam de Burn, & qualiter fuerat reductus in Schlechdorffenſe Monaſterium à Confratribus ibidem. De Reliquiis S. Tertulini.

Reginbertus Abbas (Presbyter ſæcularis, & Magiſter Clericorum ſæcularium, qui circa finem ſæculi decimi, & initium undecimi Monaſterium Benedictoburanum incolebant) *ex familia S. Benedicti ſtuduit, quidquid boni potuit, ejúsque tempore amplificatus eſt Clerus S. Benedicti, quem ipſe nutrivit. Uxorem namque habuit ex familia S. Tertulini Martyris*, nempe Schlechdorffenſem. *Ex ea filium genuit, literiſque imbui fecit, nomine Adalberonem. Qui cùm vir factus eſſet, cœpit magis amare Cœnobium S. Benedicti, quàm S. Tertulini. Et ex eo contigit, ut corpus illius, videlicet S. Tertulini transtulerat in Burn 9. Kal. Decembris, neſcientibus Clericis S. Benedicti, neque Patre ſuo Domino Reginperto. Cúmque cognoſcebant ſancti Martyris Corpus in Burinenſi Cœnobio inventum eſſe, lætati ſunt, & interímque uſque dum cogitarent, ubi illud collocarent, in Sarcophago collocabant, ſuper Altare Sancti Benedicti ponebant. Illóque rediente in Schlechdorff ad Magiſtrum ſuum Heripertum Clerici hujus loci, ſcilicet Fridericus, Reginpertus cum aliis fratribus tulerunt caput & majora oſſa quædam, excavato lapidi mundiſſimo impoſuerunt, loco collocabant, neſciente Adalberone.*

Poſt hæc quoque obiit Reginpertus hujus loci, videlicet in Burn, Dominus 16. Kal. Octobris, cui ſucceſſit Ratoldus ex Friſing. nobilis vir: nempe de quo ſuprà diximus. *Supradictus verò Adalbero litigavit cum Sodale ſuo Schlechdorffenſe Clerico, qui dixit ad illum; tace, Adalbero, tace. Dominum S. Tertulinum habes furatum. Ex his verbis contigit, ut Adalbero tolleret oſſa, quæ remanſerant, portarétque in Schlechdorff Eccleſiam. Collocavit loco, quo tulit, confitens peccata ſua Heriperto, qui promiſit illum non publicare Epiſcopo ſuo. Qui aliter faciens dixit Epiſcopo Goteſcalco* (nempe Friſingenſi) *furatum eſſe Corpus Sancti Tertulini Martyris ab Adalberone. Qui Epiſcopus ſupra dictus juſſit Sarcophagum argenteum fabricare, & oſſa, quæ ſupra dicta ſunt, in eo collocare dicens, alia, quæ in Burenſi locô remanſerunt, cum vi tollere. Supradictus vir Ratoldus, hujus loci, videlicet in Burenſi loco Dominus deſcendit ad Epiſcopum in Schlechdorffenſi Cœnobio dicens, ſe pro certo ſcire, nihil in Monaſterio S. Benedicti eſſe de Reliquiis S. Tertulini Martyris. Credidit Epiſcopus Gotſchalcus ipſo; unde veniebat, ut omnes dicerent, corpus totum eſſe in Sclechdorffenſi loco S. Tertulini Martyris, & hic ſanctus Tertulinus Martyr corporaliter requieſcat in Schlechdorffenſi Cœnobio in Sarcophago argenteo; & hoc rei veritas eſt.* Hæc ex Codice Ettalenſi, quem rogatu noſtro Clar. P. Bernardus Pezius *Tomi III. Anecdotorum Parti III.* inſeruit, ac publicæ luci expoſuit. Ubi inter alia notabit eruditus Lector, Reginbertum Clericorum Magi-

Digitized by Google

ſtrum fuiſſe conjugatum: qualis etiam fuit ipſius Anteceſſor Richolfus, qui habuit uxorem nobilem Adelindam, ex qua 9. filias genuit. Verùm iſta barbaro illo ſæculo inuſitata minimè erant, uti nec ſæculo undecimo, uti per decurſum videbimus. Illud verò ſanè incredibile exiſtimabimus, quod quidam poſterorum ſæculorum Scriptores parùm eruditè tradidêre, Clericos illos Benedictoburanos, eorundémque Magiſtros fuiſſe Canonicos Regulares ordinis S. Auguſtini, eo errore decepti, quòd exiſtimarent, omnes Clericos, in aliqua communitate viventes, fuiſſe Auguſtinianæ Regulæ, tribúsque votis addictos. Certè in Codicibus Benedictoburanis æquè ac Friſingenſibus decimi & undecimi ſæculi (ne dicam noni aut octavi) nulla ejus Regulæ, aut S. Auguſtini mentio occurrit, tametſi ea perſuaſio poſtea in quoſdam Benedictoburanos decimi tertii ſæculi Codices irrepſerit, & Aventinum ejúſque ſequaces ſeduxerit. Sanè quo tempore in Schlechdorffenſe Monaſterium veri Canonici Regulares Ordinis S. Auguſtini fuerint introducti, ſuo loco ſub Ottone I. Friſingenſi Epiſcopo, Deo favente, dicemus.

Fecit Goteſcalcus Epiſcopus noſter quàm plures bonorum Eccleſiæ ſuæ permutationes, in quibus occurrunt nomina Advocatorum Eccleſiæ Friſingenſis Udalſcalcus Helmpertus,& Erchamkerus, incertum cujus familiæ viri. In quadam permutatione Mancipiorum, cum Monaſterio Tegernſeenſi facta legimus, Advocatum ejus Monaſterii fuiſſe Ugonem, cujus proſapiam itidem hactenùs ignoramus. Permutationum inſtrumenta in Parte altera Lectoris oculis committimus.

A Num. 1114. uſque 1153.

Annus obitus Epiſcopi Goteſcalci.

Conveniunt omnia Chronica Friſingenſia, Goteſcalcum Epiſcopum terris fuiſſe ereptum die 6. Maji, conſentientibus Gamanſii excerptis: ex quo intelligimus, annum mortis illius non potuiſſe eſſe Chriſti 1005. Cùm eo anno adhuc in feſto Nativitatis B. M. V. Pragæ pro concione dixerit, uti ex narratis conſtat. Unde neceſſariò ejus obitus ad annum Chriſti 1006. differendus eſt. De eo Freibergerus ſcribit, quòd cùm ſuo Cathedrali Collegio legem ſtatuerit, ne quis è Canonicis præter *Præbendam* ordinariam aliud beneficium admittat. Verùm ea lex poſteris temporibus, ac maximè anno Chriſti 1685. ſublata fuit. Goteſcalci Exuviæ in Cathedrali ſua Eccleſia fuêre tumulo illatæ. Fundavit Goteſcalcus anniverſariam ſui commemorationem dato Eccleſiæ eum in finem prædio quodam in *Eypenhofen*, uti legimus in Codice antiquo anniverſariorum, in Cathedrali Eccleſia Friſingenſi celebrari ſolitorum.

Votum Goteſcalci Ep.

Fundatio Anniverſarii.

Cæterùm ex bonis in hodierna inferiori Auſtria Goteſcalco donatis temporum ſucceſſu coaluêre inſignia illa duo dominia Waidhovienſe, & Ulmerfeldenſe, quorum utrumque nobilem præfecturam habet: ut adeò perpenſìs maximìs de Friſingenſi Eccleſia meritìs, attentáque etiam apud maximos Scriptores ſanctitatis famâ, Goteſcalcus inter præſtantiſſimos hujus Sedis Epiſcopos à nobis omni jure reponatur.

Merita Goteſcalci.

Sanè cùm initia Pontificatûs Goteſcalci Epiſcopi repoſuerimus ad annum 994. finem verò ad annum Chriſti 1006. conſequens eſt, ut dicamus, Goteſcalcum præfuiſſe Friſingenſi Sedi annis ferè duodecim, quanquam, (uti ingenuè fatemur,) nobis diſertè refragetur quartus Traditionum Friſingenſium liber, qui ejus regimini añôs 15. aſſignat: quem tamen numerum ideò ægrè amplectimur, quia plura alia documenta, Catalogi, atque membranæ ſuperiùs adductæ contrarium ſuadent. Mors itaque Goteſcalci incidit in annum Joannis XVIII. Papæ quartum, S. Henrici electi Imperatoris quintum: quo ipſo tempore Salisburgenſem Cathedram tenuit Hartwicus, Ratisbonenſem Gebhardus I. fundator Monaſterii Prüelenſis propè Ratisbonam, quod poſtea ſæculo Chriſti XV. Carthuſianis fuit conceſſum. In Patavienſi Sede ſupererat Epiſcopus Chriſtianus, in Brixinenſi, ùt videtur, S. Albuinus, qui ex Hundii mente primus eandem Epiſcopalem Sedem è Sabionenſi Caſtro Brixinam tranſtulit, niſi fortè jam eo anno ejus ſucceſſor Adal-

Digitized by Google

Adalbero in ea Cathedra ſacra jura diſpenſâſſe dicendus ſit. Sanè Sabionenſem arcem in Parthenonem Benedictinum ſæculo Chriſti primùm XVII. converſam fuiſſe, alibi Lectorem jam monuimus.

CAPUT V.

Egilbertus XVII. Epiſcopus Friſingenſis.

§. I.

Natales & Electio Egilberti Epiſcopi.

HUndius in Metropoli poſt Goteſcalcum Epiſcopum ponit Fridericum quemdam Friſingenſem Antiſtitem, qui ab Ottone III. Imperatore anno Chriſti 996. & aliàs obtinuerit bona quædam Friſingenſi Eccleſiæ. Aſt ſi Vir eruditiſſimus hæc, quæ hactenùs protulimus, inſtrumenta videre potuiſſet, nunquam de Friderico quodam, Goteſcalci Succeſſore, mentionem ingeſſiſſet. Inſtrumenta enim omnia non Fridericum, ſed Goteſcalcum laudant. Neſcimus ſanè unde hic Fridericus, in mentem Viri eruditiſſimi, Ampliſſimique venerit, & ipſus fatetur, Fridericum in Chronico Friſingenſi non reperiri; certúmque manet, eum in Inſtrumentis non memorari, quod Gewoldus in additionibus ad Hundium cautè advertit. Itaque nullum nobis hic cum Friderico quodam, ſed cum Egilberto negotium eſt.

Tom. 1. pag. 105.

Malè inſeritur poſt Goteſcalcum Epiſcopum Fridericus.

Varia apud diverſos Scriptores nomina hic Egilbertus noſter obtinet. Albertum enim, Adalbertum, Agilbertum, Egibertum, Engilbertum, Engelbertum, & Filibertum nominant. Verùm viſis antiquioribus membranis, ipsâque Egilberti manu, retinendum omninò eſt Egilberti nomen. Is, teſtantibus omnibus Chronicis, & Catalogis Friſingenſibus atque Weihenſtephanenſibus natus eſt ex Illuſtriſſimo Stemmate Comitum de Moſpurg, deinceps à S. Henrico Imperatore in Cancellarium aſſumptus, Willigiſi Archicancellarii vices ſuppleturus. Eo officio jam anno Chriſti 1002. functum fuiſſe diſcimus ex Præcepto Henrici Imperatoris, quod ad dictum annum ſub Goteſcalco exſcripſimus. Recognovit etiam litteras ejuſdem S. Henrici de anno 1003. quas itidem ſupra recitavimus. Eodem etiam anno ſubſcripſit aliis ejuſdem Imperatoris literis, quibus poſſeſſiones S. Bavonis Gandavenſis fuêre confirmatæ, uti Mallinkrotius ex Miræo recenſet.

Nomen:

Et proſapia Egilberti.

Officium Cancellarii Cæſarei.

Mir. lib. 1. Donat. c. 17.

De fratre Egilberti Juvene, Henrici Imperatoris domeſtico, refert Adelboldus noſter, ipſius Imperatoris quondam conſiliarius, & exercitûs Dux, poſtea Laubienſis Monachus, ac demùm Epiſcopus Ultrajectenſis, cum anno Chriſti 1002. prope Paderbornam in tumultu ab agreſtibus interemptum fuiſſe, qua die Sanctæ Chunegundis cum S. Henrico Rege nuptiis Urbs applaudebat. Nomen nobiliſſimi adoleſcentis non exprimitur. Fuiſſe Egilbertum aliquando membrum Cathedralis Collegii Friſingenſis aſſerere equidem non audemus: illud tamen fieri facilè potuit; nam ut ſupra ſub Waldone diximus, Cancellarii non niſi ex ſacra Religione, aut Clericorum cœtu aſſumi ſolebant. Contigiſſe ejus promotionem anno Chriſti 1006. ex iis intelligitur, quæ de Goteſcalci obitu ſupra notavimus.

Egilberti frater interimitur.

Digitized by Google

§. II.

Nova S. Henrici Regis in Friſingenſem Eccleſiam Munificentia: ubi etiam de fundatione Epiſcopatûs Bambergenſis.

QUàm teneris amoribûs Egilbertum Epiſcopum S. Henricus complexus fuerit, demonſtramus ex duplici donatione in ejus gratiam Friſingenſi Eccleſiæ anno Chriſti 1007. eodem die facta. Inſtrumenta ſic habent.

Egilbertus Epiſcopus S. Henrico dilectiſſimus, accipit ab eo bona in Carinthia.

IN nomine Sanctæ, & individuæ Trinitatis. Henricus divina favente clementia Rex. Omnibus Sanctæ Dei Eccleſiæ fidelibus præſentibus, & futuris notum fieri volumus, qualiter nos tam pro noſtræ remedio animæ, quàm pro dilectiſſimæ Contectalis noſtræ, Cunigundæ videlicet, Reginæ peticione, nec non & familiariſſimi nobis Eberhardi Cancellarii pia interventione, inſuper amabillimi noſtri Egilberti Epiſcopi aſſidua obſequendi admonitione quædam noſtri juris prædia Vueliza & Linta vocitata in provincia Karinthia, & in Comitatu Alberonis ſita cum familiis utriuſque ſexûs, & cum curtiferis, areis, ædificiis, terris cultis, & incultis, viis, & inviis, exitibus, vel reditibus, quæſitis, & inquirendis, rebus mobilibus, ſeu immobilibus, aquis, earúmque decurſibus, molis, molendinis, piſcationibus, ſilvis, ſaginis, venationibus aprorum paſcuis, paludibus, alpibus, vallibus, planiciebus, omnibus rebus, juſtè vel legaliter ad eandem Cortim reſpicientibus ad Eccleſiam Sanctæ Dei Genitricis, Sanctíque Corbiniani Chriſti Confeſſoris omnium contradictione remota hac noſtræ auctoritatis præceptali pagina donantes proprietavimus, eo ſcilicet tenore, ut prælibatus Epiſcopus, ſuique Succeſſores liberam dehinc habeant poteſtatem, eadem antedicta prædia tenendi, poſſidendi, commutandi, vel quidquid ſibi libeat, modis omnibus inde faciendi. Et ut hæc noſtræ tradicionis auctoritas ſtabilis & inconvulſa permaneat, hanc cartam manu propria roborantes ſigilli noſtri impreſſione inſigniri juſſimus. Signum Domni Heinrici Regis invictiſſimi. Eberhardus Cancellarius vice Willigiſi Archicapellani recognovi. Data VI. Idus Maj. Indictione V. anno Dominicæ Incarnationis MVII. Anno verò Domni Heinrici ſecundi, Regni V. Actum Babenberc feliciter. Amen.

Alterum inſtrumentum ſequentia continet.

* Al. Parthenopolitanique

* Al. & quia

Egilberto Epiſcopo donantur alia bona in Carinthia.

*IN nomine Sanctæ, & individuæ Trinitatis. Heinricus divina favente Clementia Rex. Noverint omnes Chriſti noſtríque fideles, tam futuri, quàm præſentes, qualiter nos pro noſtræ, Senioríſque noſtri Ottonis Imperatoris animæ conſulentia, parentumve noſtrorum felici memoria, & per interventum Dilectæ Conjugis noſtræ Chunigundæ, Partenolopanique * Archiepiſcopi Tagenini dicti, ac pro indulgentia bonæ memoriæ Abrahæ Epiſcopi, in cujus laribus, eis, quæ Sanctæ Mariæ, Sanctíque Corbiniani erant, bonis pleniter utentes paterno lenimine benigne nutriebamur, ac pro Requie pii Præſulis Coteſcalci jam defuncti, atque * noſtrum fidelem Egilbertum Antiſtitem de propria quaſi Cameræ ad tale diſpendium ſuperandum vix noſtræ aſſiduitati ſubtraximus, quoddam juris noſtri prædium, Chatſa vulgò nominatum in provincia Karinthia ſitum cum familiis utriuſque ſexûs, curtiferis, ædificiis, terris cultis, & incultis, quæſitis, & inquirendis, rebus mobilibus, & immobilibus, viis, inviis, exitibus, reditibus, aquis, aquarúmque decurſibus, molendinis, piſcationibus, ſylvis, ſaginis, venationibus, Zidalvveidis, alpibus, vallibus, paludibus, omnibus eidem prædio juſtè, vel legaliter pertinentibus ad Eccleſiam Sanctæ Mariæ Matris Domini, ejúsque Sancti Confeſſoris Corbiniani in proprium donavimus. Eo*

nam-

Digitized by Google

namque tenore, ut jam dictus Egilbertus Friſingenſis Epiſcopus, ſuique Succeſſores abſque contradictione omnium noſtro Dominio ſubditorum liberam exinde habeant poteſtatem tenendi, poſſidendi, commutandi, vel quidquid in uſum Eccleſiæ libuerit, faciendum. Præcipientes igitur, ut nullus Dux aliquiſve Comes jugum, aut aliquam diſtrictionem ſervis, libertiſque in eodem prædio habitantibus imponere jus habeat, ſed Advocatus, eidem Corti ab Epiſcopo impoſitus, quidquid in eadem curte regendum, emendandúmve ſit, juxta leges ac inſtituta Majorum poteſtativè diffiniat. Et ut hæc noſtræ traditionis auctoritas ſtabilis, & inconvulſa permaneat, hanc noſtri præcepti conſcriptam* manu propria roborantes ſigilli noſtri impreſſione conſignari juſſimus. Datum VI. Idus Maji. Indict. V. anno Dominicæ Incarnationis MVII. anno verò Domni Heinrici ſecundi Regni V. actum Babenberch feliciter Amen.*

* *Al.* faciendi.

* *Al.* paginam.

Atque hæ ſunt inſignes donationes, quibûs egregia illa in Carinthia bona â clementia Sancti Regis, & Reginæ itidem Sanctæ, Chunegundæ ſcilicet, tum ſuo, tum defunctorum Epiſcoporum Goteſcalci, atque Abrahami Magno merito Egilbertus Eccleſiæ ſuæ aquiſivit. Ubi in poſteriori inſtrumento primâ notâ digniſſimum eſt, quòd S. Henricus diſertè aſſerat, ſe aliquandò *in laribus* Abrahæ Epiſcopi, *& Sanctæ Mariæ, Sanctique Corbiniani paterno lenimine benignè nutritum fuiſſe:* quæ ſanè Maxima eſt Urbis Friſingenſis, atque Abrahami Epiſcopi gloria, quòd ſcilicet aliquando foverint alumnum in terris cœliſque fulgentiſſimè regnaturum, atque utrobíſque beneficentiſſimum evergetam futurum.

Sunt tamen, qui ſuſpicentur, S. Henricum non Friſingæ, ſed Ratisbonæ in Ædibus Friſingenſibus fuiſſe educatum, fortè à S. Wolfgango, ut alibi diximus.

Quinto Kal. Novembris ejuſdem anni Henricus Rex Galliæ, atque Germaniæ Epiſcopos Francofurtum evocavit, ubi de erectione novi Epiſcopatûs communi conſilio ageretur. Pijſſimus Princeps Bambergam, Franconiæ Oppidum, à puero dilexerat, excoluerat, ac demùm eam etiam Uxori in dotem aſſignaverat: Et hinc ibidem Epiſcopalem Sedem erigere meditabatur. Unde Congregatos Francofurti Patres pronus in terram, ac ſupplex rogavit, ſibi ut aſſenſum præberent. Tantis pijſſimi Principis precibus haud ægrè ceſſêre Epiſcopi, præter Henricum Wirziburgenſem, cujus ſacræ juriſdictioni Bamberga ſubtrahenda erat. Sed Satisfecit Henricus Rex Henrico Epiſcopo adjectîs Wirziburgenſi Eccleſiæ peramplis bonîs, & ſic tandem erectio illius Epiſcopatûs decreta fuit. Conſenſit in primis Joannes XVIII. Pontifex Maximus: ac deinde quàm plures Archiepiſcopi, & Epiſcopi, inter quos etiam Egilbertus noſter ſubſcripſit. Exſtat inter Codices Friſingenſes M.S. Relatio Ulrici Bambergenſis, in qua tota illa Hiſtoria plena manu exponitur. Sed & alii Scriptores eandem diffusè referunt, ut opus non ſit hîc ea de re plura diſſerere.

Act. Concil. Tom. VI. part. I. Col. 769.

Fundat Henricus Epiſcopatum Bambergenſem.

Novo Epiſcopatui præeſſe juſſus eſt Eberhardus, Epiſcopi noſtri Egilberti in munere Regii Cancellarii Succeſſor, qui 6. Id. Maji ejuſdem anni adhuc ceu Cancellarius ſubſcripſit Inſtrumento Henrici, Egilberto conceſſo, ut ſupra vidimus.

§. III.

Acta publica ab anno Chriſti 1008. usque 1019. delibantur.

ANno Chriſti 1008. Henricus Moſellanus Bojariæ noſtræ Dux ob initam adversùs Regem Henricum conſpirationem proſcriptioni jam jam proximus, Boicæ Optimates juramento adegerat, ut ſibi adpromitterent, ſe non paſſuros, ut intra triennium alius Dux, præter ipſum Henricum, Bojariæ præficeretur. Non poterat non offendi eo facto Rex Henricus: qui proinde Bojariæ proceres ſequenti anno Ratisbonam evocavit, &, ut ſibi potiùs, quàm Duci jam jam proſcripto, morem gererent, tandem quidem, ſed ægrè impetravit.

Henricus Boj. Dux proſcribitur.

Digitized by Google

travit. Ita exautoratus Dux cùm domeſticis auxiliis deſtitueretur, ad alia confugit, vi recepturus Bojariam, niſi undique aditu hoc, & aliquot ſequentibus annis fuiſſet excluſus.

Alia proſcriptio. Aliam laude, atque admiratione digniſſimam proſcriptionem eodem anno fecit Sanctus Rex, dum Adelberonem propriæ Auguſtæ Conjugis fratrem, Trevirenſis Sedis invaſorem, inde ejecit, eíque Megingaudum ſuffecit, majorem virtutis quàm Sanguinis rationem habens; qua de re Brunnerus agit.

Ditmarus fit Archiepiſcopus Merſeburgenſis. Sequenti anno, Chriſti 1009. Joannes XVIII. terris valedixit, Sergiô IV. in thronum S. Petri ſubrogatô. Eodem anno Ditmarus ſæpè laudatus, Ordinis noſtri Monachus Magdeburgenſis, Neoburgi ad Danubium, Henrico Rege præſente, Tagmone Archiepiſcopo Magdeburgenſi, & aliis quinque Epiſcopis inaugurantibus, Merſeburgenſis Pontifex Salutatus eſt. Hic eſt ille Scriptor, ſine cujus calamo Hiſtoria Germaniæ illius ævi tota caligaret, uti inter plures alios Scriptores gratô animô Brunnerus advertit, eúmque ſcriptis ſuis de Bojaria noſtra optimè meritum, & vel ideò benè in Bojaria Mitrâ decoratum pronunciat. *Annal. Bojor. lib. 9. pag. 677.*

Sequenti anno, Chriſti 1010. Henricus *Rex interventu, atque petitione Egilberti Epiſcopi Friſingenſis Eccleſiæ* erga Monaſterium Pollinganum profuſiſſimè liberalis fuit. Inſtrumentum Donationis Hundius *Metropoli* ſuæ inſeruit: quod nos in parte altera nonnihil caſtigatius producemus, prout videlicet Pollingâ nobiſcum communicatum fuit. Scribit ad dictum annum Bucelinus noſter, Henricum nullum in Germania cœnobium, & Eccleſiam non ornandum ſuſcepiſſe, adeò, ut inexhauſtam planè Sancti Regis liberalitatem nulla ſatis poſteritas demiretur. *Pollingani. N. 1154.*

Benedictoburani. Ingratiſſimus ſim mortalium, niſi hîc Lectorem moneam, Sanctum hunc Regem fuiſſe omnium primum, qui multa prædia, Monſterio Benedictoburano, Arnolfi mali tempore erepta, eidem reſtituerit, & quidem ad preces Brunonis Auguſtani Epiſcopi, fratris ſui germani. Ampliorem etiam ejuſdem Sancti Principis liberalitatem, ac bonorum reſtitutionem commendant faſti Tegernſeenſes ad præſentes annos; ubi ſingulari mentione dignum videtur, quòd inclyto illi Monaſterio Henricus plurima præſtiterit patrocinante S. Godehardo ſupra laudato: qui tametſi olim Tegernſeenſibus parùm fuiſſet acceptus, nihilominùs tamen ejus Monaſterii curas minimè depoſuit, eíque non tantùm ad recuperandas fortunas profanas, verùm etiam, ac maximè ad reſtaurandum Sacratiorem diſciplinæ Monaſticæ cultum, ſaluberrimam operam impendit. *Tegernſeenſes liberalitatem S. Henrici deprædicant.*

Ad annum Chriſti 1011. Ditmarus noſter refert celebratiſſimam illam Eccleſiæ Cathedralis Babenbergenſis dedicationem hîs verbîs. *Peracta* (id eſt, perfecta) *in civitate Bavenbergenſi Eccleſia Majore, cùm Natalitius Regis dies eſſet, & triceſimus quintus jam inciperet annus* (nempe ætatis Regis) *pridie Non. Maji omnis primatus ad dedicationem iſtius aulæ ibidem Congregatus, & ſponſa hæc Chriſti per manus Joannis Patriarchæ de Aquileia, & aliorum plùs quam 30. Epiſcoporum dedicatur. His ego peccator interfui.* Hæc Ditmarus: Cui adſtipulatur apud Pagium Marianus Scotus noſter, unà cum Chronographo Wirziburgenſi, qui aliis, & ævô, & locô remotioribus longè ſunt præferendi. Dedicatio altera, ſequenti anno Bambergæ facta, non erat Eccleſiæ Majoris, ſed Sancti Stephani, uti rursùs egregiè Pagius docet. *De hoc Joanne vid. Ughell. in Italia Sacra T. V.*

Eodem anno, Chriſti 1012. Sergio IV. ſummo Pontifici Benedictus VIII. in Sede Divi Petri ſucceſſit: qui paulò poſt exorta adversùs ſe tempeſtate ad Henricum Regem confugit. Quo ipſo tempore è præcipuo hujus Friſingenſis Diœceſis Monaſterio Tegernſeenſi in SS. Udalrici, & Afræ Auguſtanum Cœnobium Bruno Epiſcopus, Regis frater, coloniam Benedictinam introduxit, Reginbaldo Monaſterii S. Galli Monacho, fratribus illis (quos tamen non idcircò dixeris Presbyteratûs, aut Clericatûs gradu deſtitutos) Abbate conſtituto.

Proxi-

Digitized by Google

Proximô annô, Chriſti 1013. interventu Egilberti Epiſcopi noſtri Sanctus Henricus Imperator Paderbornenſi Eccleſiæ curtem *Honſtade* dictam donat. Id contigit Babenbergæ XVIII. Kal. Februarii. Inſtrumentum in Parte altera exhibemus, quod ex Annalibus Paderbornenſibus deprompſimus, in quibus etiam aliam donationem prædii Hammanſtadienſis ejuſdem Egilberti interventu eidem Eccleſiæ anno Chriſti 1019. factam legimus.

Egilbertus patrocinatur Meinwerco Paderbornenſi Epiſcopo.
N. 1155.
Lib. 5. *pag.* 401.
N. 1156.

Reperio in Actis Friſingenſibus ejuſdem anni 1013. formulam quamdam manumittendi ſervos, quam cum erudito Lectore communicare non piget. ea ſic habet.

IN nomine Sanct. & individ. Trinit. Heinricus divina ſavente Clementia Rex. Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus præſentibus, & futuris, qualiter nos ob interventum Marachvvardi quendam ſui juris ſervum nomine Weranhardi, excuſsô de manu ejus noſtra manu denariô liberum fecimus, & ab omni eum ſervitutis jugo abſolvimus. Proinde Regali noſtra jubemus potentia, ut idem jam dictus Weranhart tali deinceps libertatis lege utatur, quali cæteri manumiſſi hactenùs ſunt uſi, eodem modo á Regibus, & Imperatoribus liberi facti. Et ut hæc noſtræ conceſſionis ingenuitas ſtabilis, & inconvulſa permaneat, hanc Chartam inde conſcriptam ſigilli noſtri impreſſione juſſimus roborari. Dat. Ratisbonæ anno 1013. hæc in gratiam amantium antiquitatem.

Formula manumittendi Servos.

Ad eum ipſum annum ſcribit Vir Clar. P. Corbinianus Khamm, Imperialis Monaſterii S. Udalrici Senior Venerabilis, in *Hierarchia* ſua *Auguſtana*, Brunonem Epiſcopum Auguſtanum à Guelphone ſeu Guelpho, præpotenti Rhætiæ Duce, grandem caſtellorum, pagorum, ac ipſius Urbis Auguſtanæ devaſtationem paſſum, ſuppetias ſibi ferente Egilberto Friſingenſi Epiſcopo demùm illatorum damnorum atque injuriarum compenſationem obtinuiſſe; atque inde amplas poſſeſſiones tum Auguſtanæ, tum Friſingenſi Eccleſiæ acceſſiſſe. Verùm iſta ad annum Chriſti 1026. rectiùs differuntur, uti ſuô locô monebimus.

Eo ipſo tempore Henricus ad compeſcendum Italiæ tyrannum Hartwicum (aliis Arduinum) in Italiam cum Germaniæ proceribus, ac valido exercitu profectus, rebûs ex animi ſententia compoſitis, demùm unà cum S. Chunegunda conjuge ſua coronam Imperii â Pontifice Benedicto VIII. Romæ accepit. Scribit Carolus Bartholomæus Piazza in ſuo *Emerologio ſagro di Roma Criſtiana &c.* Henricum tum ipſi Pontifici, tum cæteris Romanis autorem fuiſſe, ut in feſtis Majoribus, finitis Evangelii verbîs, Symbolum Apoſtolicum ſubjungeretur, quod antehac non fuerit uſitatum Romanis, quippe qui obtenderint, Romam nunquam fuiſſe hæreſi aliqua contaminatam, prærogativâ quadam tum Principibus Apoſtolorum, tum aliis innumeris Chriſti Martyribus Romæ paſſis conceſsâ. Verùm ea de re rectiùs ſcribit Mabillonius, qui in ſuis annalibus ex variis libellis de ordine Romano â ſe editis docet, longè ante id tempus Symbolum Nicænum in Romana Eccleſia recitatum fuiſſe in Miſſa. Qua de re Lector curioſus ipſum Mabillonium poterit conſulere.

S. Henricus Imp. & Chunegunda Auguſta coronantur Romæ.
Lib. 53. *n.* 98.

Glaber Rodulfus auctor eſt, Benedictum Papam Henrico Romam ingreſſo tradidiſſe aureum pomum, gemmîs & aurea cruce ſupereminente ornatum, ut eſſet ei documento, ſic eum debere mundo imperare, ut dignus eſſet Sanctæ Crucis, ipſiúsque Salvatoris præſidiô. Quo ille gratanter accepto, nullis, inquit, melius hoc donum congruit, quàm illis, qui calcatîs Mundi pompîs, Salvatoris Crucem expeditiùs ſequuntur. Statímque globum illum miſit ad Cluniacenſe Monaſterium, præ aliis Cœnobiis religione florentiſſimum. Sunt, qui ſcribant, Odilonem, dicti Monaſterii Abbatem pomum illud aureum ſtatim vendidiſſe, & pretium in pauperes erogâſſe. Porrò Coronam Regiam à Pontifice ſibi impoſitam Henricus ſupra aram S. Petri ſuſpendit. Cæterùm Hartwicus, quem

Ibid. n. 99. *apud Mabill.*
Piazza, ubi ſupra.

Bruſch. in annal. Germ. ad ann. 1015. quem Italiæ coronam prenſaſſe diximus, circa idem tempus coronam Ordinis noſtri Monaſticam elegit, Monachus factus.

Mabill. in annal. lib. 55. n. 43. Idem, quod ſtupeſcas, tentavit ipſemet S. Imperator Henricus. Aſt prohibitus eſt à Richardo Abbate, cujus vitæ ſcriptor ſic habet. Cùm aliquandò S. Vitoni Monaſterium ingreſſus eſſet Henricus, ſtatim hunc verſiculum protulit: *hæc requies mea in ſæculum ſæculi, hîc habitabo, quoniam elegi eam.* Ad hanc vocem expavit Heymo Virdunenſis Epiſcopus, qui præſens aderat, monuítque Richardum Abbatem, ne ad Monaſticam profeſſionem Henricum admitteret, quod abſque incredibili Reipublicæ damno fieri non poſſet. Poſtridie nihilominùs ingreſſum in Capitulum Henricum, ut Monaſticum habitum peteret, interrogavit Richardus, vellétne fieri Monachus, ipſíque in omnibus obedire? Cúmque ille ſe ita velle profeſſus eſſet, repoſuit Abbas: Volumus ergò, & præcipimus, ut ad gubernandum tibi à Deo commiſſum Imperium redeas. Quod ex obedientia præſtitit Imperator, Magno jure deinceps Ordinis noſtri illuſtribus viris à quibuſdam adnumeratus.

S. Henricus cupit fieri Monachus.

Spondet obedientiam.

Et mox jubetur reſumere faſces Imperii.

Sequenti anno, Chriſti 1015. Henricus Cæſari reconciliatus Bojariam iterum ab eodem obtinuit. Verùm nos ad Egilbertum, ac res viciniores ſtilum reducimus.

§. IV.

Origo Vicini inclyti Monaſterii Weihenſtephanenſis.

Rogandus eſt hîc ante omnia eruditus lector, ut in Memoriam reducat ea, quæ de monte Tetmons, hodie Weihenſtephan, diximus in prima, & quarta noſtra Diſſertatione prolegomena, nec non in Divi Corbiniani Vita, & Actis Hittonis Epiſcopi, nempe montem illum jam priſcis temporibûs fuiſſe tum Gentilium ſuperſtitionibûs, tum habitatorum nobilitate celebrem, Divi Stephani antiquô ſacellô, ac Divi Corbiniani habitatione, fontíſque ſuſcitatione, imò cœleſtium quoque Choraularum concentu, aliíſque portentis illuſtrem, Monachorum deinceps, juxta Codices alibi laudatos, Friſingam tranſlatorum, Sedem, poſtea fundatô Clericorum ſæcularium collegiô, illatíſque Divorum Alexandri, ac Juſtini ſacris exuviis glorioſum, celebratis ibi quibuſdam Synodîs clarum, ac pluribûs donationibus eò factis inclytum, atque ab ipſo etiam Sancto Henrico beneficam manum expertum.

Tetmontis celebritas.

Perſtitit ſacrum illud ſæcularium Clericorum, ſeu, ut inſtrumentum habet, Præbendariorum Collegium uſque ad annum Chriſti 1020. quo Egilberto Epiſcopo aliud in mentem Deus inſpiravit. Conſideraverat abſque dubio ſapientiſſimus Pontifex, Monaſticum ordinem tempore Sancti Corbiniani ibidem inſtitutum, ac poſtea in Cathedralem Eccleſiam tranſlatum, temporum ſucceſſu tam in ipſa Domo Beatæ Mariæ, quàm in Eccleſia Sancti Stephani defeciſſe, neque jam *plurimam normam Monachorum ad canendas Chriſti laudes adunatam* Friſingæ audiri. Hinc (ut habet antiquum Monaſterii Weihenſtephanenſis Chronicon) *Præpoſitum cum ſex Præbendariis ab Hittone ad Sanctum Stephanum prius inſtitutos, in collem Sancti Viti tranſtulit, ibique collegiatam inſtituit Eccleſiam, & Canonicorum loco ad Sanctum Stephanum Monachos ſecundùm Regulam Sancti Benedicti viventes ordinavit. Sub Egilberto igitur Epiſcopo in hoc Weihenſtephanenſi Monte Monaſtica ſeu Cœnobialis Vita, Cœnobiumque Weihenſtephanum ab ipſo Egilberto Præſule Friſingenſi ad laudem & honorem Omnipotentis DEI, Beatæ Mariæ Virginis, & S. Stephani Proto-Martyris conſtructum eſſe perhibetur. De qua fundatione Canonicorum, Monachorúmque permutatione ſimplices hi leguntur verſiculi propter vetuſtatem non prætermittendi.*

Ex eo transferuntur ſex Præbendarii.

Subſtitutis Monachis Benedictinis.

Hinc

Digitized by Google

Hinc anno Milleno, Vigeno quoque primo,
Præpoſituram Præſul Egilbertus vehit inde.
Translatam Viti cœpere cacumina montis,
Cœpit & hic Benedicti floridus Ordo per ipſum.

Monuimus in ſuperioribus, mentionem Monaſterii Sancti Viti jam occurrere ſub Arnoldo Epiſcopo, in quod veroſimiliter Monachi noſtri Friſingâ migraverint. De ejusdem Eccleſiæ S. Viti fratribus etiam Sanctus Henricus in Diplomate anno Chriſti 1003. Gotoſcalco Epiſcopo conceſſo meminit, ut ibidem monuimus. His adſtipulatur fama, & antiqua traditio, quæ addit, Monachos noſtros è prædicti S. Viti Monaſterio ab Egilberto in ipſum montis cacumen fuiſſe translatos ad Sanctum Stephanum, Canonicos verò è dicto Sancti Stephani Collegio fuiſſe repoſitos ad Sanctum Vitum. Firmari iſta videntur ex verbis Chronici Weihenſtephanenſis, quod de facta quadam Canonicorum, Monachorúmque *permutatione* diſertè pronunciat. Accedit, quòd in hanc uſque diem peculiaria quædam fœdera inter ſe habeant Sancti Stephani Monaſterium, Vicinúmque Sancti Viti Canonicorum Collegium. Neque obſtat, quòd quidam exiſtiment jam anno Chriſti 1001. apud Sanctum Vitum Cononicos exſtitiſſe, quod ii probare conantur ex iis, quæ ſculpta videntur in ſubſelliis Chori Collegiatæ Sancti Viti Eccleſiæ: ubi ex parte Evangelii ſic legimus: Quinam ante annum Chriſti 1021. fuerint Miniſtri Eccleſiæ S. Viti?

Pſallite canonicè, ſimul & vivatis amicè,
Aut vacuus labor eſt: neutrum reliquo ſine prodeſt.

Ex parte verò Epiſtolæ quidam ſic legunt:

Anno 1001. *compactæ ſunt iſtæ ſellæ à Venerabili Capitulo Sancti Viti Friſingæ.* Ex quo ſcilicet conſectaneum videri queat, jam ad ipſum ſæculi XI. initium Eccleſiam S. Viti Canonicis fuiſſe commiſſam. Verùm, ut diximus, iſta minimè obſtant: ii enim, qui ſculptos ibi Characteres legunt eo, quo memoravimus, modo, perſpicuè hallucinantur. Neque enim legendum eſt *Anno* 1001. ſed anno 1441. nam inter primam, & ultimam Monadem non viſuntur nudi duo circuli, ſeu, ut vocamus, duæ *nullæ*, ſed duæ *tetrades*, ſeu quaternarii numeri, pendentibûs utrobíque ex circulo ſuperiori duabûs caudulîs, ita ut forcipis fermè figuram referant, quo ſcilicet modo ſæculô decimô quartô, ac ſequenti numerus quaternarius pingi ſolebat, uti infinitis exemplîs demonſtrari poteſt, & patebit iis inſpectoribus, qui antiquariæ literaturæ notitiam comparârunt. Certè literæ verſuum, atque omnes ſculptæ illius Scripturæ apices neutiquam præferunt manum undecimi, ſed decimi quinti ſæculi. Addo, quod alibi monui, nempe ciphras, ſeu numeros Arabicos, ſæculo XI. non fuiſſe in uſu apud Germanos, ſed ſolùm literas, quas vocant *numericas*. Certè inter tot vetera ſæculi undecimi, ac præcedentium temporum monumenta ciphras, hodie uſitatas, mihi aliquandò occurriſſe neutiquam memini: quod idem alii, in re antiquaria exercitatiſſimi, fatentur. Ut adeò hæc qualiſcúnque objectio neutiquam probet, ad Sanctum Vitum jam ante annum Chriſti 1021. Canonicos vixiſſe. Verùm utut iſta ſint ſatis perſpicua, nolim tamen contentioſè affirmare, ex Eccleſia Sancti Viti, quæ in Umbilico Te[r]montis viſitur, Benedictinos fuiſſe translatos ad Sanctum Stephanum, donec fortaſſis aliunde validiora argumenta nobis ſuppeditentur. Itaque totam hanc *permutationem* Lectoris arbitrio permittimus, atque in re obſcura judicio noſtro neutiquam pertinaciter inhæremus.

De dotatione excitati ab Egilberto Monaſterii Weihenſtephanenſis hæc habet Chronicon loci, à Caſparo Fraſio Abbate anno Chriſti 1575. recognitum & auctum. *Cum itaque digniſſimus Epiſcopus Egilbertus hoc Weihenſtephanenſe (ut præmiſſum eſt) fundaſſet Cœnobium, illud etiam bonis, & poſſeſſionibus ad ſuſtentationem fratrum neceſſariis dotare voluit, eidem de rebus, & bonis Ec-* Novum Monaſterium dotatur ab Egilberto.

cleſiæ Beatæ Mariæ Virginis, & Sancti Corbiniani tradens Mammadorphium cum Eccleſia ejúsque Decimis: Ubermeſs cum duabus Eccleſiis, & earum Decimis; Eccleſiam cum Decimis & ejus dote in Pippinhauſen, Pergkhauſen, & Ambertshauſen. Duas partes decimarum vini, quas ipſe Præſul prope Bulſanum (vulgò Bozen) habuit. Perach, Ouſtim, Giſilingam, Strogam, Tamindorff, Elachbach. Prædium in Haſelbach. Dimidium prædium (quod Huebam vocant) cum equino territorio ad Bullingam. Territorium in urbe Ratisbonenſi.

Subjungitur in eodem Chronico:

hæc prænotata Monaſterio ab initio pro neceſſaria fratrum ſuſtentatione à præfato Epiſcopo fuiſſe tradita creduntur; alia verò bona à diverſis Succeſſoribus aliiſque addita: hæc Chronicon. Aſt multò exactiùs diſtinctiúsque dotatio Weihenſtephanenſis Monaſterii colligitur ex libro Commutationum Friſingenſium, ac inſtrumento Donationis, factæ à Sancto Henrico Imperatore Monaſterio Weihenſtephanenſi ipſo anno fundationis, nempe Chriſti 1021. quod totum nunc ordine explicabimus.

Dotatio explicatur.

Dictô fundationis annô Henricus Imperator ad preces Egilberti Epiſcopi recèns erecto Weihenſtephanenſi Monaſterio donaverat Inſulam quandam Danubianam, dictam *Sahſonoganc*, in hodierna Auſtria inferiori ſitam. Hanc inſulam non tantùm primus Weihenſtephanenſium Abbas Gerardus, è celebri Monaſterio Seonenſi, Salisburgenſis Diœceſis, aſſumptus, verùm etiam ejus poſt unum annum Succeſſor Arnoldus, & quidem uſque poſt mortem Sancti Henrici Imperatoris, nempe ultra annum Chriſti 1024. poſſedit. Secuta Henrici morte Egilbertus Epiſcopus cum Arnoldo, ſecundo Abbate, commutationem inſtituit, ac pro Inſula prædicta proprietatem multorum prædiorum, quæ eouſque Abbates jure ſolùm beneficiario poſſederant, Monaſterio adjecit; totum, quod breviter hîc expreſſimus, ipsîs documentis latiùs demonſtramus.

Henrici donatio ſic habet.

Egilberti laus.

Qui Monaſterio Weihenſtephan Inſulam Sahſonaganc impetrat.

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Hainricus divina fævente clementia Romanorum Imperator Auguſtus. Si Venerabilibus Eccleſiarum Dei locis quiddam largimur beneficii, neceſſitatéſque Eccleſiaſticas noſtro relevamus juvamine, id profectò & animæ, & Regni noſtri ſaluti provenire non dubitamus. Proinde omnibus Chriſti noſtríſque fidelibus notum eſſe volumus, qualiter nos ob recordationem, & Eleemoſinam Divi Senioris noſtri Ottonis Imperatoris Auguſti ob ſpem quoque divinæ remunerationis tam nobis, quàm etiam dilectæ noſtræ contectali Chunigundæ impetrandam, atque ob fideliſſimum Venerandi Friſingenſis Præſulis Eigilberti obſequium, amorémque dedimus quandam partem cujuſdam Inſulæ Sahſonaganc dictæ ad Monaſterium Sancti prothomartyris Stephani in Epiſcopatu ejuſdem egregii Antiſtitis ab eodem Præſule conſtructum, fratribúſque inibi in Chriſto militantibus in Provincia ſcilicet Orientali juxta Danubium & in Marchia Adalberti Comitis ſitam, & his terminis incluſam. à loco enim Zuntineſprucca viſum per ripam Danubii uſque in locum Orta dictum, & inde uſque in ſylvam, quam Hart vulgariter nuncupant, & à ſupra dicto ponte per directum uſque in eandem ſylvam Hart, ipſam videlicet Inſulam Sahſonaganc quantum ſupraſcriptô continetur terminô, & quidquid reliquæ terræ cultæ, vel incultæ intra prædictum invenitur terminum, cum areis, ædificiis, aquis, piſcationibus, venationibus Zidalvveidis, paſcuis, & lignorum inciſionibus, omnibus illic habitantibus, & quidquid utilitatis inibi poterit inveniri, ea ratione hanc noſtram conceſſionem Sancto Stephano, & jam dictis fratribus firmantes, ut nullus Epiſcopus, ſeu aliqua qualibet perſona poteſtatem habeat res eaſdem inde alienare, vel aufferre. Et ut hæc noſtræ conceſſionis munificentia omni ævo ſtabili tenore firma, & inconvulſa permaneat, hoc præſens præceptum inde conſcriptum manu propria roborantes ſigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri. Guntherius Cancellarius Vice Aribonis Archicapellani reco-

Digitized by Google

recognovi. Data XVIII. K. Decemb. Indict. IIII. Anno Dominicæ Incarnationis Milleſimo XXI. Anno Domini Henrici ſecundi regnantis XX. Imperii autem VII. actum apud Villam Möringen; hæc ibi.

Inſtrumentum verò commutationis factæ poſt obitum Henrici inter Egilbertum Epiſcopum, & Arnoldum, ſecundum Abbatem, hæc continet.

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Notum ſit univerſis Eccleſiæ filiis, qualiter inter Venerabilem Friſingenſis Eccleſiæ Præſulem Egilbertum, & inter Abbatem Sancti Stephani Protho-Martyris Arnoldum, quoddam cum concordi Cleri, & plebis deliberatione ex voto factum eſt concambium. Tradidit namq́ idem Antiſtes cum manu Advocati ſui Oudalſcalchi in manum Abbatis præfati de poſſeſſionibus ſuæ Eccleſiæ, quidquid eo die jam dictus Abbas in poteſtate vel inveſtitura ſua habuit in prædiis, in mancipiis, in decimis, molendinis, ſcilicet Hegilinhuſum cum omnibus appendiciis ad eundem locum pertinentibus. Perhah ſub eodem jure. Mammandorff cum Eccleſia decimata, Ouſti, Ubarmuſſi cum Eccleſiis decimatis. Tres Hobas Wihſa, Giſilinga, Stroga. Wippanhuſun, quod beneficium fuit Aribonis. Buirra cum Eccleſia decimata. Zamindorff, quod Egino presbyter in mutuum dedit Epiſcopo prædicto. Territorium in Urbe Radaspona. Unam Houbam cum equino territorio ad Pullingun. Territorium equinum ad Hutichar. Elabbah. hæc omnia Egilbertus Epiſcopus, ut dixi, tradidit ad altare Sancti Stephani, & ipſius altaris ſervitoribus, ſive ſint Monachicæ, ſeu canonicæ converſationis, pro perenni Imperatoris Henrici, ſuimetque felicitate, jure proprietatis poſſidendum. Econtra Abbas Arnoldus cum manu ejusdem Advocati Oudalſcalchi in manum prædicti antiſtitis Egilberti in recompenſationem traditionis prædictæ, cum manu poteſtativa in jus proprietatis Eccleſiæ Sanctæ Mariæ, & Sancti Corbiniani pari utriusque partis deliberatione, & conſilio retradidit partem cujusdam Inſulæ Sahſonaganc dictæ in Provincia Orientali, & in Marchia Adalperti Comitis Sitæ, quam ob ſpem retributionis divinæ, & ob interventum ejusdem Epiſcopi bonæ memoriæ Heinricus Imperator Sancto Stephano, ejúsque ſervitoribus ſub teſtamento tradidit, his terminis incluſam. A loco Zuntineſprucca viſum per ripam Danubii uſque in locum Orta dictum, & inde in ſylvam, quam Hart vulgariter nuncupant, & à ſupra dicto ponte per directum uſque in eandem ſylvam Hart, ipſam videlicet Inſulam Sahſonaganc, quantum ſupraſcripto continetur termino, prout altari Sancti Stephani ſub teſtamento traditum erat, ut dixi, Epiſcopo mutua viciſſitudine retradidit. Et ut hæc commutatio ſtabilis permaneat literarum ſerie veraciúmque teſtium, ut mos eſt, firmatum eſt teſtimonio. Altman Comes. Hartuuic, Sarhilo, Meginhart, Herrant, de familia Heibrih, Mathuni, Luitheri, item Luitheri, Sinzo, Gerhart, Reginhalm, Gerruuic, Peratholt, Herrih, Rihfrit, Gozolt, Dietprebt, Tbararo-Frouimuiz.

Quam poſtea Egilbertus ex permutatione quadam Friſingenſi Eccleſiæ obtinet.

Advertet utique nobiſcum eruditus Lector, Henricum tempore hujus tractatûs inter vivos jam non ſuperfuiſſe, cùm in inſtrumento, ubi de Henrico Imperatore agitur, adjiciatur: *Bonæ memoriæ*, quod utique non de vivis, ſed mortuis dici ſolet. Rurſum intelliget idem benevolus Lector, Egilbertum in prima fundatione Monaſterio contuliſſe enumerata prædia in feudum ſolùm, ut vocant, non verò abſoluto proprietatis jure. Iſtud verò jus primùm poſt aliquot annos, recepta in vicem Inſulâ illâ Danubianâ, adjeciſſe: quod ipſum ſupra monuimus, & nunc ſatis, uti ſpero, demonſtravimus.

Weihenſtephanii etiam Moniales fuiſſe inſtitutæ.

Cæterùm ex laudato Chronico conſtat ulteriùs, non ſolùm Monachis, verùm etiam Monialibus fuiſſe ibi ædificium ab Egilberto ſuſcitatum. Cùm enim narrâſſet Chronographus, antehac in eo loco, *ſeptem tantùm Miniſtros divinæ, regiæq́ ſuæ Majeſtati ſolitum ſervitutis penſum perſolviſſe*, ſubdit, effeciſſe Egilbertum, *ut deinceps milites, qui contra ignita ſpiritualis nequitiæ tela for-*

Videatur etiam Liber Traditionum Weihenſteph. fol. 5. a. 20. b. 22. b. 28. b. 31. a. 45. a. 46. a. & b. 50. a. 51. b. 56. b. 57. a. &c.

Digitized by Google

ſortiſſimis præclara Obedientiæ armis inſtructi dimicarent, multiplicarentur; nec non caſtæ, innuptæque puellæ illis adunatæ Virgineo puritatis candore dulciſſimis vocum concentibus altiſſimo laudum perſolverent præconia.

Hæc laudatus Chronographus; cui adſtipulatur antiquum Kalendarium Weihenſtephanenſe, in quo manu planè coæva notatur interitus ejus Parthenonis ad annum Chriſti 1242. iis verbis: *in feſto XI. Millium Virginum clauſtrum Dominarum combuſtum eſt.* Sanè è cineribus poſtea reſuſcitatum fuiſſe dictum Monaſterium, nullibi legimus; aſt ipſum virorum celeberrimum Collegium in hanc uſque diem Religioſæ diſciplinæ, virtutum, ſcientiarum, ædificiorúmque & ſacræ ſupellectilis ſplendore, benedicente Domino adeò clareſcere pergit, ut meritò omnes, qui vident, glorificent Patrem, qui in cœlis eſt. Et quoniam de dotatione inclyti hujus Monaſterii hactenùs egimus, juvat hîc ſubjungere tria alia brevicula inſtrumenta; duo aliarum commutationum, tertium novæ donationis tractatus exhibentia. Primum habet tenorem ſequentem.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, qualiter inter Venerabilem Egilbertum Epiſcopum, & Abbatem Arnoldum hujuſcemodi factum eſt Concambium; namque Epiſcopus cum deliberatione ſuorum fidelium dedit per Manum Advocati ſui Oudalſcalchi ad altare Sancti Stephani decem houbas cenſuales, quæ vulgariter Parſcalbes-hoba dicuntur, & decimam Eccleſiæ ad Chamara. Econtra jam dictus Abbas pari ſuorum deliberatione retradidit per manum Advocati ſui Iſangrimi ad altare Sanctæ Mariæ, & Sancti Corbiniani undecim houbas cenſuales, & unum Molendinum ad Frima, in Marchia Ottonis Comitis. Et hæc traditio iſtis firmata eſt teſtibûs. Altman Comes, Gerolt, Pezili, Gotapolt, De familia Reginhalm, Sigipolt, Oudalſcalch, Luitheri, Item Luitheri, Engildico.

Alterum ſic ſonat.

Noverit omnis turba Chriſti fidelium, qualiter idem Abbas Arnoldus per manum Advocati ſui Iſangrimi quoddam prædium Rihkozesdorf dictum ad altare Sanctæ Mariæ, & Sancti Corbiniani tradidit, Econtra Epiſcopus per manum Advocati ſui Oudalſcalchi ad altare Sancti Stephani dedit quoddam prædium Houapack vulgariter nuncupatum. Et ut hoc Concambium immutabili firmatum ſit ſtabilimento, iſti adhibiti ſunt teſtes. Gerolt, Penno, Gotapolt, de familia Luitheri, item Luitheri, Pezili, Dietperht, Aſkirih, Herrih.

Tertium denique ſequentem Egilberti donationem exhibet.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus qualiter Venerabilis Egilbertus Friſingenſis ſedis Epiſcopus cum manu Advocati ſui Oudalſcalchi pro felicitate animæ ſuæ tradidit ad altare Sancti Stephani duas partes decimæ ſui vini in Pozana, ejúsque Altaris Servitoribus, perpetualiter poſſidendum; Iſti ſunt teſtes tracti per aures. Altman Comes, Hartvvic, Herrant, de familia Gerhart, Sinzo, Dietpreht, Gervvic, Gozolt.

Hæc de Origine Celebris illius Monaſterii contrahenda, & Ordine exponenda videbantur. Nunc ad Seriem annorum hiſtoriæ reliquæ revertimur.

§. V.

Reliqua Acta publica usque ad annum 1024. ſæculi III. Friſingenſis ultimum.

ANno Chriſti 1022. S. Henricus Imperator movit in Italiam, ut Græcos, & Saracenos, Apuliam & Campaniam infeſtantes retunderet. Ad vota fluxêre omnia. Campaniam enim occupavit, Beneventum intravit, Trojam expugnavit, Neapolim cepit, Capuam, Salernum aliáſque Civitates in deditionem accepit. Rebûs ex animi ſententia confectis in Caſinum Cæſar unà cum

S. Henricus triumphat in Italia.

Digitized by Google

cum Benedicto Pontifice venit, ubi ingentes calculi dolores ſenſit. Verùm, ut habet Breviarium Romanum, ibi *à Sancto Benedicto inſigni miraculo ſanatus eſt.* Ut verò Soſpitatori ſuo gratum ſe exhiberet Imperator, varia Sacro illi Monaſterio dona contulit, nempe, ut Mabillonius ſcribit, textum Evangeliorum aurô, gemmíſque coopertum, intùs verò uncialibûs ex auro literîs, figurîſque decoratum; calicem aureum cum patena, gemmis itidem adornatum, & varia Eccleſiæ ornamenta. Ad hæc veſtem unam de Altari S. Benedicti, quæ quondam fuerat Caroli Regis, â Judæis redemptam, cum calice argenteo Saxonico Majori, & patena ſua, quem Theodoricus Saxonum Rex olim Beato Benedicto dono miſerat. Subdit Mabillonius: tanti Principis Sanitati congratulantem Benedictum Papam alia inſuper ornamenta S. Benedicto contuliſſe. Quin etiam reverſum in Germaniam Imperatorem, planetam præclaram cum ſtola, manipulo, & Cingulo, atque alba ad Beatum Benedictum cum novis gratiarum actionibus transmiſiſſe, tantæque de cætero circa hunc Sanctum locum devotionis exſtitiſſe, ut, ſi diutiùs proviveret, relicto Imperii faſtigiò devotè ſub Sanctæ profeſſionis habitu illic ſerviturum ſe ſpoſponderit. Iſta Mabillonius, & ante eum plures authores celeberrimi. Sanè Miraculum in Summo Orbis Monarcha, præſentibûs ipſo Summo Pontifice aliíſque tum Eccleſiaſticis tum profanis Principibûs patratum, non ſolùm cultores S. Benedicti, verùm etiam Monaſteria Benedictini Inſtituti mirificè per Orbem auxit, uti benè obſervârunt, qui res Benedictinas ex propoſito conſcripſerunt.

Gratum ſe exhibet S. Benedicto.

Annal. lib. 55. n. 15.

Cæterum, ut Adelzreitterus, ac poſt eum Mabillonius habent, hoc ipſo anno S. Gothardus, olim Altahæ inferioris, item Tegernſeenſium, ac Cremiſanenſium Abbas, Hildesheimenſibus datus eſt Pontifex, ſubrogatus S. Bernwardo Epiſcopo, qui antequam mortem obiret, Monaſticum Ordinis noſtri habitum ſuſceperat, ut Mabillonius ex Wolfero ſcriptore ferè Synchrono prodit.

S. Gothardus fit Epiſcopus Hildeſienſis.

Circa idem tempus Baronio teſte, Guido Aretinus, Ordinis itidem noſtri Monachus, veluti Muſicus inſignis innotuit, Romam â Benedicto Pontifice vocatus. Hic maxima omnium admiratione novam rationem diſcendi Muſicam invenit, adeò ut puer paucis menſibus diſceret, quod pluribûs annis vix homo quolibet pollens ingenio addiſcere potuiſſet. Illi debemus, Syllabas Muſicas, ſeu vocum differentias ſex *Ut, Re, Mi, Fa, Sol, La.* Quarum Originem is, teſte P. Pexenfelder S. J. è veteri hymno, D. Joanni Baptiſtæ Sacro, duxit:

In apparatu Erud. Cap. 59.

Ut queant laxîs
Re - ſonare fibris
Mi - ra geſtorum
Fa - muli tuorum,
Sol - ve polluti
La - bij reatum
Sancte Joannes.

Origo Syllabarum Muſicarum.

quod in Muſicorum gratiam hic annotare viſum eſt.

Sequenti anno, Chriſti 1023. Hartwico Salisburgenſi Archiepiſcopo ſucceſſit Guntherus ex Imperatoris Cancellario factus Juvavienſium Archipræſul. Ratisbonæ quoque defuncto Gebhardo Epiſcopo ejus nominis primo ſuffectus eſt alius ejuſdem nominis Gebhardus, dictus II. qui antehac Auguſtanæ Eccleſiæ fuerat Canonicus. Ad eundem annum, Brunnero teſte, pertinent ea, quæ de Babone Abenſpergenſi Comite, ejúſque triginta duobus filiis referri paſſim apud Hiſtoricos ſolent, & Brunnerus ipſe latè proſequitur. Memoriâ quoque digniſſimum eodem ferè tempore illud accidit, ut duo Sancti Principes, Henricus ſcilicet Imperator, & Robertus Galliarum Rex in vero pacis oſculo abſque

Eventus varii.

ulla

Digitized by Google

ulla de digniori loco contentione convenirent de ſtatu Eccleſiæ tractaturi. Quo ipſo anno Moguntiæ celebratum fuit Concilium, cui Idem S. Imperator interfuit, ſumma ſemper veneratione complexus Epiſcopos, etiam eos, quos in ſe æquo aſperiores expertus fuit, exempló hodiernis Regibus utinam non inſolitô! Comparuit in celebri illa Synodo etiam S. Gothardus Epiſcopus, qui occaſione itineris ſui mulierem à dæmonio inſeſſam liberavit, eóque facto Summam omnium Venerationem fuit aſſecutus. Videantur *Acta Concil. editionis Harduin. T. 6. part. 1. col.* 835.

Henricus Virgo.

Floſcul. Hiſtor.

Bucel. in annal. German.

Injurias ſceptró compenſat.

Lib. 4. Cap. 16.

In annum proximè ſequentem, ſæculi noſtri Friſingenſis tertii ultimum, incidit Sancta Mors ejusdem Sanctiſſimi Imperatoris noſtri Henrici, cujus laudes nullæ Scriptorum pennæ extollere pro meritis unquam poſſunt. Illius morituri, & Conjugem ſuam amicis commendaturi ea vox fuit omnibûs ſæculîs memoranda: *recipite*, ajebat, *quam mihi tradidiſtis, Virginem veſtram.* Quibûs verbîs Henricus hominum, ac maximè Cæſarum miraculum ſeſe fuiſſe comprobavit. Verè prodigioſæ fuêre nuptiæ, quibus Virginitas pronuba, dos integritas, pudor ornamenta, & juncti ſunt animi immunes corporum, ut nonnemo obſervavit. Adjecit Henricus alia non minori ſtupore digna verba: *Conradum*, inquiebat, *Franconiæ Ducem, conſilio & manu promtum, Imperatorem eligite*, deſignans ſcilicet hominem ſibi ſi non rebellem, certè imperia ſæpiùs aſpernatum. Verè pretioſa in conſpectu Domini mors, digniſſimáque, quam cœli multîs prodigiîs coronaverint, atque Summi Pontifices animam corporis ſolutam compagibûs in Divorum catalogum retulerint. Sepultus eſt Henricus Babenbergæ in Eccleſia Cathedrali, quam ipſe fundaverat, nactus poſt mortem longè plures cultores, quàm vivus habuerat, rariſſimo ſanè inter Imperatores Regésque exemplô. Ubi illud obſervare liceat, Henricum vota Religioſis propria exactiſſimè obſervâſſe. Nam obedientiam Richardo noſtro profeſſus, ejúsque imperium, tametſi duriſſimum, executus eſt. Votum Caſtitatis, quo ſe, teſte Arenbeckio, adſtrinxerat, cautiſſimè cuſtodivit: ac ſua, quæ potuit, omnia Eccleſiis, ac maximè Monaſteriis conſecravit.

Conradus Salicus Imp.

Col. 544. circa finem.

In Comitiis poſtea celebratis ad Votum Henrici electus eſt Conradus, à ſua proſapia dictus Salicus, in cujus electione etiam Egilbertus Epiſcopus noſter ſuffragium contulit, uti Palatius tum ex Wippone, tum ex Gotfrido refert: idémque diſcimus ex Chronico Auſtriaco, quod Clar. P. Hier. Pezius edidit: Item ex literis cujusdam confirmationis, quas Egilbertus noſter eodem tempore à Conrado Rege accepit Moguntiæ, propè quam Urbem electio contigit. Literæ ſic habent.

Conradus Egilberto ædes Ratisbonenſes, à S. Henrico donatas, confirmat.

IN nomine Sanctæ, & individuæ Trinitatis C. Divina favente gratia Rex. Si noſtra Regalis Munificentia locis Venerabilibus, ſacræque Religionis Cultoribus quicquam utilitatis contulerit, ſcimus magna præſidia tam animæ noſtræ, quam etiam ſtabilitati Regni noſtri inde accreſcere. Proinde noverit induſtria cunctorum fidelium hominum noſtrorum, qualiter nos ob interventum venerandi Egilberti Friſingenſis ſedis Epiſcopi more Anteceſſorum noſtrorum Regali conceſſione firmavimus Curtiferum unum in præſenti ab eodem egregio Præſule ſuperædificatum in provincia Bojaria, & in Urbe Reganſpurch ſitam, partem videlicet cujusdam palatii veteris, atque deſtructi, incipientis à Curte, quam tenet Eber. Babenbergenſis Epiſcopus, ac contra Septentrionem in longitudine Octo perticas habentem, & inde ad Orientem uſque ad Viam publicam, quæ eſt inter Eccleſiam Sancti Salvatoris, prædictúmque Curtiferum ad flumen Danubium ducit, terminantem. Conſtat namque idem Curtiferum à pio Anteceſſore noſtro Hainrico Imperatore Eccleſiæ Friſin-

Digitized by Google

Friſingenſi ob remedium animæ ſuæ fideléque Miniſterium ejusdem Antiſtitis conſentiente Duce Bajoariorum Hainrico Imperiali præcepto conceſſum. Nos autem Eccleſiaſticæ utilitati nihilominùs proſpicientes hoc præſenti præcepto noſtro Curtem prædictam cum univerſis ædificiis, ac ſepium munitionibus illi in perpetuum firmamus manu propria ſubtùs roborantes. Dat. III. K. Septemb. Indict. VII. anno Domini M. XXIIII. anno. I. Dñi C. ſecundi Regnantis. Actum Magunciæ.

Henrici Sancti Mortem præceſſerat mors Benedicti VIII. Summi Pontificis 3. Kal. Majas: cujus in locum Tuſculanorum Comitum factione Joannes vulgò XX. dictus, ipſius Benedicti frater, coúsque Portuenſis Epiſcopus, poſtridie ejus diei ſubrogatus eſt. Ita ſuprema duo Orbis Chriſtiani ſolia, Pontificium ſcilicet, & Imperatorium vacârunt eodem anno Chriſti 1024. quo etiam tertium noſtrum Friſingenſe ſæculum finem accepit. Porrò reliqua Egilberti noſtri acta ad initium quarti ſæculi Friſingenſis differimus.

Joannes XX. PP.

Digitized by Google

HISTORIÆ FRISINGENSIS SÆCULUM IV.

Ab anno Chriſti 1024. uſque ad annum 1124.

Sive

LIBER QUARTUS,

De Epiſcopis, & Rebus Friſingenſibus quarti Sæculi.

CAPUT PRIMUM.

Reſidua Egilberti Epiſcopi Acta.

§. I.

Liberalitas Conradi II. Regis, & S. Chunegundæ Auguſtæ Viduæ erga Egilbertum anno Chriſti 1025.

COnradus Rex eô nomine ſecundus adepti recèns honoris initia pulcherrimîs virtutibûs, quippe illuſtribus juſtitiæ adminiſtratæ exemplîs, ac profuſa in Eccleſias liberalitate reddidit auſpicatiora. Is cùm ſuperiori anno, Chriſti 1024. Egilberto noſtro curtiferum, ſeu ſpatium pro conſtruenda domo in Ratisbonenſi civitate à S. Henrico donatum, præceptô ſuô confirmâſſet, uti in ſuperioribus vidimus, primô hujus quarti Friſingenſis ſæculi annô, Chriſti 1025. eidem Epiſcopo etiam plura alia prædia adjecit, uti ſequens inſtrumentum oſtendit.

Conradus Imp. adiicit Egilberto nova prædia

*IN nomine Sanctæ, & individuæ Trinitatis. Chunradus divina favente Clementia Rex. Cunctis fidelibus noſtris præſentibus, atque futuris notum eſſe volumus, qualiter nos ob animæ noſtræ remedium, venerandique Egilberti fidelis noſtri Friſingenſis ſcilicet ſedis Antiſtitis petitionem, quædam proprietatis noſtræ prædiola ſic nominata: ad Riut, ad Steitun, ad Aripinrut *, ad Steinrunahi, ad Oruum *, quæ Pezili Ubamanni filius ſervus noſtræ poteſtatis poſſedit, prædictique Præſulis Advocato Udalſcalco, cæteriſque miſſis ſuis cum terminis propriis præmonſtravit in ſeptentrionali parte Danubii fluminis, & in comitatu Ruperti Comitis ſitas in pre-*

* Al. Arpinriut.
* Al. Horinwin.

Digitized by Google

*proprietate * conceſſimus, & per hanc Regalem paginam in jus ejus, atque Dominium transfudimus cum curtiferis, ædificiis, terris cultis, & incultis, pratis, ſylvis, aquis, aquarúmque decurſibus, viis & inviis, molendinis, piſcationibus, Gdalvveidis, quæſitis, & inquirendis, omnibúsque legitimè ad loca eadem pertinentibus, ea videlicet ratione, ut præfatus Præſul liberam in rebus * habeat poteſtatem, tradendi ſeu ſibi retinendi, aut quidquid ſibi libitum fuerit, exinde faciendi. Et ut hæc noſtræ conceſſionis auctoritas ſtabilis, & inconvulſa permaneat, hoc præſens præceptum inde conſcriptum manu propria roborantes ſigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri. Dat. 2. Non. Maji. Indict. XVIII. * anni Domini MXXV. Anno verò Domini Chunradi Secundi Regis invicti I. actum apud Svvarza Dapuca. **

* *Al.* proprietatem.

* *Alibi additur:* prædicta.

* *Alibi omittitur indictio. librarius hallucinatus eſt, qui non debebat ſcribere XVIII. ſed VIII.*

* *Al.* Swarzabruka.

Multò verò in Eccleſiam Friſingenſem munificentior paulò poſt fuit ſancta Chunigunda Auguſta vidua. Hæc enim poſtquam annum integrum Henrico ſuo caſtiſſimè parentaverat, Boicam ultimò adiit, & cum Egilberto tractatum iniit, quem Veteres *Precariam*, aut *Complacitationem* vocabant. Ubi monendus eſt Lector, nomine *Precariæ* hîc neutiquam intelligi *precarium*, qualiter à Juriſperitis uſurpatur, & ſignificat id, quod precibus conceditur tam diu, quamdiu is, qui conceſſit, patitur: ſed intelligitur uſusfructus, illi, qui Eccleſiæ cuidam rem aliquam ſuam donavit, vel in ejusmodi re ſola, vel etiam in aliis rebus illius Eccleſiæ ad preces ejus conceſſus, uti Gotthelffius Struvius in Gloſſario ad Freherum *de rerum Germanicarum Scriptoribus*, eruditè probat, & hic ipſe, quem ſubjungimus, tractatus multò etiam manifeſtiùs demonſtrabit, cujus verba ex autographo hæc ſunt.

Precaria, ſeu Complacitatio Domnæ Chunigundæ Imperatricis Auguſtæ, atque Venerandi Egilberti Friſingenſis Eccleſiæ Epiſcopi.

*Anno Dominicæ Incarnationis Milleſimo Viceſimo quinto Summæ Divinitatis miſeratione proviſum eſt, ut pia Deóque amabilis Domina Chunigunda Imperatrix Auguſta ob amorem cœleſtis deſiderii, atque ob recordationem Divæ memoriæ Senioris ſui Heinrici Imperatoris Auguſti, nec non ob quoddam vitæ temporalis emolumentum cum conſilio glorioſi Ducis Bajoariorum, Heinrici ſcilicet fratris ſui, cunctorúmque procerum, & Optimatum, comitúmque Bajoariæ provintiæ, ac Judicum, quædam ſui juris prædia Rantersdorf, ſive Ranteshova, Holzperchach, Oſtermuntinga, Veltchiricha nominata traderet in manus Venerandi Egilberti Friſingenſis Eccleſiæ Epiſcopi, & Advocati ſui Uodalſcalchi cum Eccleſiis, ac decimis, cum foreſto Willinhart, ac foreſtariis *, cum terris cultis, & incultis, mancipiis utriúsque ſexûs, vineis, molendinis, & cum omnibus juſtè, & legaliter ad ea pertinentibus, exceptis tantùm quinq; ſervilibus manſis, cum pratis ad eosdem ritè pertinentibus in beneficio Bezilini ſitis, quod nuncupatur * . . . . . . & quinque ſervis cum quatuor ancillis, quibus ipſum beneficium tunc temporis erat poſſeſſum, quod videlicet beneficium ea lege, ut dictum eſt, ipſa Domna Imperatrix Auguſta tradidit in proprium Uxori præfati Bezilini abſque Venationibus, & ſaginationibus, ac ſine lignorum inciſionibus in foreſto jam dicto. Excepit etiam memorabilis Imperatrix Camerarium unum Azili nominatum abſque beneficio ſui, & famulas duas Peza, & Raza nominatas. Inſuper etiam Imperatrix Auguſta tradidit eidem Epiſcopo, quidquid viſa eſt habere in loco Hal dicto cum utriusque ſexûs mancipiis, ædificiis, terris cultis, & incultis, ſartaginibus, ac locis ſartaginum, ac locis onuſtariis * Witevendin, cenſalibus. & cum omnibus jure, & legaliter ad ipſam Salinam reſpicientibus, atque cum omnibus rebus, quas viſa eſt habere ſupra fluvium Sala nominatum, ea videlicet ratione, ut ipſa venerabilis Domina, quamdiu Deo ordinante viveret . . . res omnes ſupra memoratas in integrum poſſideret. Poſt deceſſum verò vitæ mortalis pro eleemoſina piâ memoriæ Domini ſui Heinrici*

S. Chunegunda permulta prædia donat Friſingenſi Eccleſiæ.

* Foreſtarius, *qui ſylvas curat.*

* *Lacuna exciſa.*

* *Ubi ſcilicet turrus aut naves onerantur ſale, Vino, vel frugibus &c.*

Adjiciuntur certæ conditiones.

Digitized by Google

ci Imperatoris, adoptato quoque propriæ animæ remedio ad altare S. Mariæ ſemper Virginis, Sanctique Confeſſoris Chriſti Corbiniani Friſingæ corporaliter quieſcentis, in jus videlicet, atque dominium egregij Antiſtitis Egilberti Succeſſorúmque ſuorum lege precaria refunderentur. Teſtes Gerolt Comes. Fridirih Comes. Arnolt Comes. Hartvvic palatinus Comes. Adalpero Comes. Tiemo Comes. Poppo Comes. Piligrim Comes. Altman Comes. Item Gerolt Comes. Gunspolt Comes. Heinrih filius Tiemonis comitis. Peraholt filius Friderici comitis. Gerolt filius Geroldi comitis. Sarhilo filius Sarhilonis comitis. Gerolt. Maganus. Gamanolf. Albrih Item Gamanolf. Helmperht. Hartvvic. Ekkihart. Luitolf.

Egilbertus erga S. Chunegundam gratum ſe exhibet.

Econtra verò Prælibatus Pontifex cum conſilio, atque conſenſu ſuorum tam Clericorum, quàm laicorum, maximéque pii Ducis Heinrici, ac Optimatum ſuorum retradidit Deo devotæ Imperatrici Chunigundæ, lege ut ſupra dictum eſt, precaria cum manu Advocati ſui Uodalſcalchi de rebus Eccleſiæ ſuæ curtem Iſona vocatam. Curtem Purgreina ac curtem, quæ dicitur Dorfa. Curtem etiam Tegrinvvach cum terris cultis, & incultis, cum ipſo Monaſterio, & Congregatione Sancti Zenonis, ac reliquis Eccleſiis, & decimis, cum mancipiis utriusque ſexûs, molendinis, ſilvis, compaſcuis, Zidalvveidis, omníque poetenus utilitate ad prædictum venerabilem locum pertinentibus, rerúmque prædictarum veſtituram, eo tenore, ut prædicta Domina, & datum, & acceptum uſque ad felicem vitæ ſuæ terminum poteſtativè poſſideat: poſtea verò integritas ambarum partium, dati ſcilicet, & accepti omni contradictione remota ad altare Sanctæ Mariæ, Sanctíque Corbiniani ad ſpecialem uſum Friſingenſis Præſulis Egilberti, ſuorúmque ſucceſſorum firma allegatione, juréque proprio ſubſiſtat: Si autem ſortè, quod abſit, evenerit, ut violentia ſive uſurpativa poteſtate alicujus Imperatoris vel Regis, aut etiam Ducis ſive Epiſcopi hæc precaria in illa, vel in iſta parte diſſolvatur, aut infringatur, uterque, quod dedit, recipiat, & in ſuum uſum ac veſtituram, ſicut ante habuit, reflectat. Gerolt Comes. Fridirih Comes. Arnolt Comes, & reliqui ut ſupra.

S. Chunegundis fit Monialis.

Porrò quo die hic tractatus fuerit concluſus, non exprimitur in inſtrumento. Illud certum videtur, *hanc complacitationem*, ſeu *beneplacitum* contigiſſe ante menſem Julium hujus anni. Cùm enim Chunegundis juxta Baronium III. Id. Julii anniverſarium Henrici diem celebráſſet, ad Confungenſem, ſeu Confugienſem Parthenonem, à ſe haud procul Caſſallis * Haſſiæ oppido, ad Fuldam amnem conditum, ſe recepit, & illo ipſo die Monaſterii illius Baſilicam dedicari fecit, quo ipſo tempore intra Miſſarum ſolemnia, Imperiali veſte ornata, ad altare proceſſit, ibíque ligni Dominici pretioſam crucem obtulit, ac demùm, lectô Evangeliô, poſitâ Regali purpurâ, fuſci coloris tunicam, quam ipſa ſibi elaboraverat, accepta Sacerdotali benedictione, induit, capillíſque reſectis, velo, & annulo inſignita, Chriſto ſub Divi Benedicti Regula conſecrata, ſicque ſacrarum filiarum ſuarum contubernio aggregata eſt, quibus omnibus ſe deinceps inferiorem exhibuit, & exquiſitiſſimæ ſanctitatis facem annis quindecim (ut quidam opinantur) præluxit. Sanè quo anno poſtea bona, in inſtrumento deſignata, Eccleſiæ Friſingenſi tum acceſſerint, tum redíerint, incertum eſt. Certum eſt, & acceſſiſſe, & rediiſſe, ac Friſingenſem Eccleſiam Sanctæ Imperatrici manere obæratam; de cujus feliciſſima morte ſuo locô agemus.

* Heſſen-Caſſell.

Epiſcopatus Bambergenſis cœlitus ſtabilitur.

Eodem anno Bruno Epiſcopus Auguſtanus, defuncti Henrici, Sancti Imperatoris, frater, prava de evertendo Bambergenſi Epiſcopatu, ejúſque bonis ſibi vendicandis conſilia agitaverat, jámque in vota ſua tum Conradum Imperatorem, tum etiam Giſelam Imperatricem attraxerat. Sed obſtitit S. Henricus, qui fratri ſpectabilem ſeſe in ſomno offerens, ſevera, nî à propoſito deſiſteret, ſuppliciorum comminatione facilè effecit, ut cum mente ſaniori evigilaret. Et verò talem deinceps ſeſe Bruno exhibuit, ut ei Conradus filium ſuum Henricum,

cum, futurum in Imperio ſucceſſorem, educandum traderet, quod is etiam deinceps naviter, piè, ac feliciter executus eſt. S. Burchardus Ep.

Ad eundem annum referunt quidam mortem S. Burchardi, Wormatienſium Antiſtitis, qui, cùm diſciplina Olberti Laubienſis Monachi ad eum ſcientiæ gradum perveniſſet, ut Juris Canonici peritorum phœnix diceretur, factus eſt primò Epiſcopus, poſtea Conradi Imperatoris moderator ſanctiſſimus. Mortem cùm obiiſſet, præter tres denariolos, & veſtem ſetis horridam amicis reliquit nihil, cùm ſua omnia in egenos diſpensâſſet, verúmque ſeſe pauperum non advocatum tantùm, ſed & Patrem demonſtrâſſet. Et hæc profectò eſt vera Juris prudentia, quam Chriſtus docet. Orationem Burchardi morituri ad ſuos factam, ac ex vera humilitate, ac ſapientia profectam recitat Baronius, qui hujus Sancti Viri mortem ad annum Chriſti 1026. differt, cui unà cùm Bucelino noſtro haud inviti ſubſcribimus. In Annal. German.

§. II.

Conradi II. Regis, ac Imperatoris: item Egilberti Epiſcopi res geſtæ uſque ad annum Chriſti 1029.

ANno Chriſti 1026. Conrado Regi Menſe Februario Romam petenti, reſtitêre ex more Langobardi, ſed incaſſum. Ei, ſuperatis alpibûs, magno cum apparatu Joannes Pontifex occurrit. Interea Erneſtus Sueviæ Dux, ac Welfo Princeps præpotens (de cujus proſapia Adelzreitterus ad hunc annum plura refert) in Suevia tumultuabantur, atque Brunonem Auguſtanum Epiſcopum acerbis direptionibus vexabant. Egilbertus noſter, cùm Saxonibus (è quibus Bruno oriundus erat) gratitudinis vinculô adſtrictum ſe crederet, ſuppetias Brunoni miſit: aſt in fugam converſus hoſtium arma in ſuum quoque Epiſcopatum Friſingenſem concitavit. Ellingerus Abbas Tegernſeenſis eo ipſo anno, neſcitur, qua de cauſa, gradu motus eſt. Sequenti anno, Chriſti 1027. Conradus Rex ipſo Reſurrectionis Dominicæ die à Joanne Papa Auguſtus ſalutatus, ac coronatus, rebûs in Italia conſtitutis, ac juribûs Eccleſiæ ſtabilitis in Germaniam regreſſus eſt, ubi Ulmæ coacto Procerum conventu Welfonem proſcripſit; quo ipſo ferè tempore Henrico Moſellano, Bojariæ Duci, S. Chunegundis fratri defuncto, filium ſuum Henricum Bojis præfecit Ducem, eo nomine ſextum. Gunthero Salisburgenſium Antiſtiti ea ipſa tempeſtate Dietmarus, ſive Theodemarus, eo nomine ſecundus, ſucceſſit. Porrò quæ Conradum inter & Egilbertum noſtrum eo anno ſuper Abbatia Moſpurgenſi fuêre conſtituta, ex ſecundo Traditionum Friſingenſium libro exhibemus: ubi hæc legimus. Res anni 1026. Conradus Imperator coronatus.

Conſultum igitur, & rationabile videtur, ut, quidquid ſæcularibus negotiis agitur, totum hoc ſerie literarum ac veracium teſtimonio virorum ita ligetur, atque roboretur, ne poſtmodùm à quoquam diſſolvi, vel infringi, aut ullo modo valeat negari. Proinde cognoſcant omnes tam præſentes, quam futuri de inquiſitione prædii, quod Moſaburc dicitur, ubi S. Caſtulus Martyr Chriſti corpore requieſcit, inter Dominum Chuonradum Imperatorem, & Venerandum Egilbertum Friſingenſem Pontificem habita, qualiter uno eodémque tempore, & cœpta ſit, & finita. Anno ſiquidem Dominicæ Incarnationis MXXVII. Indictione XI. præfatus Dominus Chuonradus Imperator Auguſtus anno Regni ſui III. Imperii vero I. cum accepta Imperiali benedictione de Italia cum exercitu reverteretur, in Urbe Radasponenſi conſedit, ubi inter cætera, quæ ad Imperii ſui ſtatum, utilitatemque pertinere videbantur, placuit, omnes Bajoaricæ provinciæ Comites, & electos Judices per Sacramentum Regale admonere, Fol. 297. b. profectio fol. 300.

*ut poſſeſſiones & prædia intra eandem provintiam ſita, quæ noviſſent ad ſolium ſui Imperii jure pertinere, eodem Sacramento publicè interrogati, manifeſtè pronuntiarent. Similiter etiam de civitatibus, ad Marchiam iſtius provintiæ pertinentibus, nec non de Abbatiis legitima libertate uti debentibus, eos interrogavit. Cæteris verò Judicibus ex conſcientia ſua ad interrogata ſic, & ſic reſpondentibus quidam Comes, Poppo dictus, ab Imperatore admonitus dicebat, locum, qui Moſaburc dicitur, cum cunctis illo reſpicientibus liberam eſſe Abbatiam, ideóque legitima potiùs debere uti libertate, quàm Eccleſiæ Friſingenſis ſedi ſervire debere, niſi hoc in comitatu, & in Mallo * publico à Veridicis contradiceretur Scabinis. Imperator ergò hanc judicii tranſlationem, & cætera nimìs curiosè animo perpendens, tandem ob amorem, ac juſtam petitionem ſupra dicti venerandi Præſulis Egilberti cum conſilio Optimatum ſuorum, tam Francorum, quàm iſtius provinciæ Principum Adalperoni comiti, in cujus comitatu ipſe locus Moſaburc ſitus eſt, Imperiali præcepto injunxit, ut in placito ſuo per legitimas inducias indicto hujus rei veritatem juxta legem Bajoaricam diligenter apud Judices inquireret, id eſt, utrùm locus ſupradictus libera deberet eſſe Abbatia, an jure poſſeſſionis ad Eccleſiam Friſingenſem deberet conſiſtere? Comes igitur juxta præceptum Imperatoris placitum ſuum publicè, legitiméque ad Tutinchova indictum in VI. Idus Auguſti habuit. Tunc Domno Egilberto Epiſcopo pariter cum comite Adalperone reſidente, præſentibus etiam comitibus Arnolfo, Poppone, Eparhardo, Chadalhoho, & multis aliis viris illuſtribus inter defenſores utriuſque partis Uodalſcalchum ſcilicet Friſingenſis Eccleſiæ advocatum, & Geroldum Imperatoris nihilominùs Advocatum lis, & diſceptatio legitima cauſæ ipſius tamdiu ventilata eſt, donec lite finita Judices omnes per Ordinem propriis ſedentes in ſedibus juramento conſtricti ſæpe dictum prædium Moſaburc cum ſua veſtitura in jus, atque dominium Friſingenſis Eccleſiæ jure perpetuo pertinere affirmabant, nec unquam pro libera Abbatia vel eſſe, vel haberi debere teſtati ſunt. His ita peractis comes Adalbero per Advocatum Venerabilis Epiſcopi Uodalſcalchum, ut mos eſt, rogatus, banno * conſueto prædium idem Friſingenſi ſtabilivit Eccleſiæ. Poſtremò Domnus Antiſtes Albericum Vaſallum ſuum Advocatum ſibi cum judicio Judicum, & banno comitis ſuper res ſupra memoratas conſtituit. Hæc ſunt nomina judicum nominatiſſimorum, qui hoc prædium cum veſtitura ad Friſingam pertinere, in proprietatem ſacramentô affirmabant. Reginperht Comes. Egilolf Comes. Albrich cum filio. Gamanolf cum filio. Otto. Sigihart. Arnolt. Purchart. Adalperht. Hartnit. Penno. Engilhart. Sizo cum filiis. Timo. Sigamunt. Chadalhoch. Hartman. Ato.* Ita Abbatia Moſpurgenſis Friſingenſi Eccleſiæ rurſus adjudicata fuit.

* i.e. judicio.

Fol. 300. a.

Deciditur quæſtio ſuper Abbatia Moſpurgenſi.

* *Edicto publico.*

Henricus Niger fit conſors Regni.

Sequenti anno, Chriſti 1028. Conradus Imperator filium ſuum Henricum, Bojariæ noſtræ Ducem, nondum annos undecim natum, in Regni conſortium adſciſcit: quem in ſolenni conventu Aquiſgrani Pilgrinus colonienſis Archiepiſcopus ipſa ſacra Pentecoſtes die coronavit, à colore crinium dictum *Nigrum.* In alio Regni conventu, Ulmæ congregato, Guelpho, & Erneſtus ſupra allegati Duces in Cæſaris gratiam fuêre recepti.

Et curæ Egilberti noſtri committitur.

Anno Chriſti 1029. Bruno Auguſtanus Epiſcopus, S. Henrici frater, feſtis Paſchalibûs cum Conrado Imperatore Ratiſbonæ peractis, 8. Kal. Maji è vita ibidem migravit, Auguſtæ in condita à ſe Divi Mauritii Baſilica ſepultus præſente Imperatrice, & Henrico Rege Juvene, cujus moderatio deinceps ab Imperatore Conrado commiſſa fuit Egilberto Epiſcopo noſtro, quod eam, qua dudùm hic Epiſcopus inclaruerat, exiſtimationem maximè auxit. Scribit Brunnerus, Regiam in Andecenſi arce fuiſſe collocatam, gratificantibus haud dubiè voluntaria ceſſione ejus loci Dynaſtis Regi adoleſcenti, cœli, ſolíque opportunitate capto.

Ipſum

Digitized by Google

Ipſum Conradum Cæſarem paulò antè, ſcilicet 5. Nonas Martias Friſingæ fuiſſe præſentem, diſcimus ex Pancharta, ſive Diplomate, quo Conradus bona Eccleſiæ Friſingenſis omnia confirmavit. Autographum ſic habet.


IN nomine Sanctæ, & individuæ Trinitatis Chuonradus divina ſavente clementia Romanorum Imperator Auguſtus. Si erga Domus Dei noſtræ liberalitatis munificentiam piis incitati ſtudiis oſtenderimus, & oportuna terreni commodi more Imperiali ſeu Regali eis conſerimus ſuffragia, non ſolùm ad temporalem regni divinitùs nobis collati profectum, verùm & ad æternitatis gloriam feliciter optinendam, hoc nobis multum prodeſſe liquidò credimus, ſimulque patrociniis Sanctorum nos inde beari, atque tueri non ambigimus. Idcircò omnibus Chriſtianæ Religionis fidelibus, præſentibus ſcilicet pateſcat, ac futuris, quomodò reverendus Egilbertus Sanctæ Frigiſingenſis Eccleſiæ Præſul noſtram adiit celſitudinem obnixè ſupplicans, ut pro ſtabilitate ejuſdem ſacroſanctæ Eccleſiæ univerſas res liberalitate piæ memoriæ anteceſſorum noſtrorum Imperatorum ſcilicet, ſive Regum à primo conſecrationis ſuæ tempore, uſque modò eidem conceſſas, & quidquid religioſa nobilium perſonarum, vel ignobilium traditione, ſeu commutatione, ſive coemptione aliqua, in jus, ac inveſtituram ejuſdem Eccleſiæ in præſenti collatum dinoſcitur, per noſtræ Imperialis renovationis præceptum, ſibi roborare, atque confirmare dignaremur, totámque Eccleſiæ ſacultatem in tutelæ noſtræ patrocinium, Mundiburdium, atque defenſionem habuiſſemus commendatam. At nos gratuita benignitate religioſis ejus petitionibus prò Chriſti honore, & Sanctæ Genitricis ſuæ ſemper Virginis Mariæ Veneratione aſſenſum præbentes, nec non dilectæ Contectalis noſtræ Giſelæ Imperatricis Auguſtæ, & caræ Sobolis noſtræ Regis videlicet Heinrici, & tam Venerabilium Epiſcoporum, quàm reliquorum conſpectui noſtro aſſiſtentium procerum interceſſioni piè annuentes, jure auctoritatis noſtræ ad præfatam Eccleſiam nomine Sanctæ Dei Genitricis dedicatam, ubi electus Dei confeſſor Corbinianus corpore quieſcit, pro anteceſſorum noſtrorum, & animæ noſtræ remedio, ac diuturna profectûs noſtri felicitate æternaliter in proprium donamus, roboramus, ac renovando confirmamus, quidquid ad prædictam ſanctam, & Matricem Eccleſiam hactenùs pertinebat, & quidquid moderno tempore eadem Eccleſia in inveſtitura ritè retinet, in quacunque videlicet Provintia Imperii noſtri ſive quocunque pago, aut Marchia, vel comitatu ſitum ſit, cum Monaſteriis, Eccleſiis decimatis, ſive abſque decima, cum caſtellis, vel Vicis, cum curtibus, & caſis, aliiſque ædificiis, familiis, & utriusque ſexûs mancipiis, parſcalchis, ſindmannis, hengiſtſuotris, cenſibus, ac capiticenſibus, agris, campis, vineis, terris cultis, & incultis, novalibus vel ſilvis ad novalia extirpandis, pratis, paludibus, paſcuis, compaſcuis, montibus, ſilvis materiæ, ac lignorum inciſionibus, foreſtis, venationibus, mercatis, theloneis, & percuſſura proprii. nomiſmatis, ſalinis, & ſartaginibus, ac locis ſartaginum, aquis, aquarúmque decurſibus, piſcationibus, ſtationibus, id eſt, Giſtellis piſcium, quos Huſones dicimus, molinis, molendinarúmque locis, pontibus, vectigalibus, viis, & inviis, exitibus, & reditibus, quæſitis, & inquirendis. Hæc omnia in omnibus ad ipſum Frigiſingenſe Epiſcopium legaliter pertinentia per hoc auctoritatis noſtræ præceptum in jus, & poteſtatem ſacroſanctæ Chriſti Matris Eccleſiæ præfatæ donamus, tradimus, & confirmando renovamus, eo rationis tenore, ut jam dictus honorabilis Epiſcopus, ejúsque ſucceſſores liberam pro utilitate ejuſdem Sanctæ Dei Eccleſiæ peremniter habeat poteſtatem, quidquid inde voluerit, faciendi abſque ullius moleſtia. Et ut hæc auctoritatis noſtræ per cuncta labentis mundi curricula firmiore ſolidetur ſtabilitate, manu noſtra ſubter eam roborantes, ſigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri.

Novæ Eccleſiæ Friſingenſis Pancharta.

Signum

Digitized by Google

Signum Domni Chuonradi invictiſſimi Romanorum Imperatoris Auguſti.





Odalricus Cancellarius vice Arbonis Archicapellani recognovi.

Data V. Non. Mart. Indict. XII. anno Dominicæ Incarnationis Mill. XXVIIII. anno autem domni Chuonradi ſecundi regni V. Imperii verò III. actum Frigiſingæ.

Hanc Panchartam, ſeu generalem omnium jurium confirmationem video in quibusdam antiquis Codicibus non incongruè appellari *Stabilitatem Friſingenſis Eccleſiæ.* Cæterùm quantum Egilbertus rebus Friſingenſibus profuerit, cùm hanc à Cæſare confirmationem impetraret, non eſt opus monere prudentem Lectorem.

§. III.

Proſecutio Actorum Imperii & Egilberti uſque ad annum Chriſti 1034.

ANno hujus Chriſtiani ſæculi triceſimo antiquæ inter Bojos, Hungaróſque lites eò exarſerant, ut in mutuas etiam cædes, & incendia graſſarentur. Ea occaſione Conradus Imperator in Hungaros bellum decrevit, exercitúmque cum Ducibus miſit, qui tamen cùm Hungaris imminerent, ſubito terrore perculſi re infecta in Germaniam redîere fremente Auguſto. Datum id precibus Sancti Regis Stephani, qui cùm ſeſe propulſandis armis Cæſareis imparem ſentiret, unà cum ſuis, precibûs, ac jejuniis vindicem Numinis dexteram cohibuerit. Stephanus deinceps legationem ad Henricum Regem juvenem in Bojariam miſit, atque ab eo pacem petiit: quam etiam ipſe Rex adoleſcentulus annitente haud dubiè Egilberto noſtro, moderatore ſuo, aliíſque proceribûs, annuit, inſcio licèt Parente Cæſare: qui tamen deinceps nihil ulteriùs in præſens contra Hungaros ſtatuit, propitiam utique Stephano Numinis manum reveritus.

S. Stephanus bellum ab Hungaria avertit.

Ad eandem tempeſtatem Brunnerus refert mortem Welfonis, Boicæ, Sueviæque Dynaſtæ ampliſſimi, cujus cum Brunone Auguſtano, & Egilberto Friſingenſi Epiſcopis bella ſuperiùs commemoravimus. Hic *fato propior*, inquit Brunnerus factum ſuum *non modò ſeriò deteſtatus eſt, ſed juſtis omnibus piaculis caput noxæ exemit; cujus magnitudinem cùm Aquæ frigidæ cenſurâ, ſolenni illius*

Welfo Friſingenſi Eccleſiæ facit reſtitutionem. Lib. 10. pag. 828.

Digitized by Google

illius ævi examine, agnoviſſet, annumerare utrique Epiſcopatui ampl.us poſſeſſiones non ante deſtitit, quàm eodem judicio abſolveretur. Hæc ille. Nos, quid Welſo Friſingenſi Eccleſiæ ſive reddiderit, ſive adjecerit, inter Friſingenſes tabulas hactenùs non reperimus: illúdque unum Lectorem monemus, ſub *cenſura aquæ frigidæ* aliud non intelligi, niſi purgationis quoddam genus, quo criminis alicujus ſuſpectus, vel accuſatus, in aquam demergebatur, ita, ut, ſi ſupernataret, nocens, ac reus: Contrà, ſi in imum delaberetur, innocens judicaretur: cujusmodi probationes (ait Hofmanus in Lexico) apud medii ævi ſcriptores frequenter occurrunt. Fundamentum earum hoc fuiſſe ex Hincmaro noſtro Remenſi refert: *Et quoniam* (ait Hincmarus) *oſtendimus, divina auctoritate baptiſmum eſſe judicium, quo princeps mundi mendax foràs ejicitur, divini Viri ad ignota inveſtiganda invenerunt judicium aquæ frigidæ, in quo ad invocationem Veritatis, quæ Deus eſt, is, qui veritatem mendacio cupit obtegere, in aquis, ſupra quas vox Domini intonuit, non poteſt mergi &c.* Hæc apud Hofmanum; ubi etiam prolixè exhibetur *Ordo ad exorciſmum aquæ frigidæ*: quod tamen judicium poſteris temporibûs à Pontificibus fuit ſublatum: quamquàm, obſervante Delrio, examinis hujus reliquiæ etiamnum alicubi ſuperſint in crimine Magiæ. Verùm de his ſatis.

Quid ſit judicium aquæ frigidæ?

Anno Chriſti 1031. Aribo Moguntinus Archiepiſcopus è vita migrans, ſedem illam S. Bardoni, Hersfeldenſi Monacho, reliquit, quem ob inſignem eloquentiam, ac Vitæ ſanctitatem alterum Chryſoſtomum dixêre. Egilbertus noſter eodem anno cum quodam Williborto fecit prædiorum quorundam permutationem notabilem à Conrado Imperatore Goslariæ confirmatam. Dedit Epiſcopus Williborto prædia in Haslbach: recepit verò alia in *Dietbirgirint*, ut fuſiùs habetur in inſtrumento, quod in parte altera exhibemus, ad quam Lectorem remittimus. N. 1192.

Perſtiterant interim ad illud usque tempus in Monaſterio Benedictoburano ii, de quibus alibi egimus, ſæculares Clerici, quorum Majores curam reſtaurandæ illius Eccleſiæ à S. Udalrico, ac Ottone I. Imperatore acceperant. Horum ultimus Rector Reginbertus II. cùm ei Monaſterio paulatim tot prædia reſtituta fuiſſe conſpiceret, quæ congruo Monachorum cætui alendo ſufficerent, præeſſe deinceps non auſus, Imperatorem Conradum II. Anno 1030. acceſſit, rem omnem fideliter expoſuit, & ut Benedictinis hominibus Monaſterium reſtitueret Cæſar. ſupplex monuit, ſolam ſibi Parochialis Eccleſiæ curam deinceps depoſcens. Plurimùm eam rem promovit autoritas Adalberonis Comitis de Sempta Monaſterii Advocati, nec non Eberhardi Epiſcopi Auguſtani, quorum intererat cultum Dei reſtituere, & piiſſimorum fundatorum voluntati atque inſtitutioni ſatisfacere. Florebat verò ea ipſa ætate præcipua Monaſticæ obſervantiæ laude apud Tegernſeenſes B. Ellingerus, primùm ab anno Chriſti 1017. usque ad annum 1026. Ampliſſimi illius Monaſterii digniſſimus Abbas; poſtea anno Chriſti 1031. in eandem Abbatiam reſtitutus. Nemini alii aptiùs reducendæ regularis diſciplinæ provinciam demandari poſſe credidit cum Epiſcopo, & Adalberone Reginbertus, quàm Viro illi Sancto, & monaſticæ vitæ Magiſtro exercitatiſſimo. Hunc igitur ad Divi Benedicti Regulam in Monaſterium Benedictoburanum reducendam placuit commendare Imperatori, qui etiam juſtiſſimæ petitioni facilem aſſenſum præbuit. Beatus igitur Ellingerus Imperatoria autoritate ad illud Monaſterium 3. Kal. Nov. an. 1031. profectus, viribûs omnibûs deinceps conniſus eſt, ut aliam rebus, ſacrísque ritibus faciem reduceret. Verùm dum anno non integro ſacros labores reformationi impendit, à ſuis domum revocatur, & proprii Monaſterii rebus adeſſe jubetur, 11. Kal. Octobris anno 1032. ad ſuos Tegernſeenſes reverſus. At non idcircò cœpto apud Benedictoburanos operi manum ſubtraxit, ſed è ſuis ſibi ſubſtituit virum nullis laudibûs dignè prædicandum, Beatum ſcilicet Gothelmum, cui undecim Tegernſeenſes Fratres, uti & libros quos-

Monaſterium Benedictoburanum Benedictinis reſtituitur.

dam, Benedictinis ritibus ſervituros, & alia quædam utilia liberaliter adjunxit. Ita Divi Benedicti ſacra in Benedictoburano Monaſterio tandem iterum fuêre reſtituta. Sanè quamdiu Tegernſeenſes illi undecim ſubſidiarii in eo Monaſterio perſiſtere potuerint, ſub Nitkero Epiſcopo, Egilberti ſucceſſore, commemorabimus. Interea Gothelmus Ratisbonæ anno 1033. prid. Kal. Octobris etiam Imperatoria autoritate Benedictoburanæ Abbatiæ admotus, *inveſtitus*, & inſtitutus fuit.

Egilbertus etiam aliis gratias impetrat.

Anno interim Chriſti 1032. XV. Kal. Februarii Conradus Imperator ad preces Egilberti compluribus prædiis Meinwercum Paderbornenſem Epiſcopum donavit. Literas donationis P. Nicolaus Schaten S. J. in Annalibus Paderbornenſibus recitat. Eæ literæ in *Hiltivvardeshuſen* fuêre ſcriptæ atque ſignatæ. Biduô ante, nempe XVII. Kal. Febr. Paderbornæ interventu Egilberti Epiſcopi, Moderatoris Henrici Regis, Conradus Imperator fundationem Monaſterii Abdingkoviani confirmaverat, uti in iisdem annalibus legitur.

Benedictus IX. intruſus.

Romæ Anno Chriſti 1033. Joannes XVIII. Pontifex Maximus obiit, intruſô paulò pôſt Benedicto IX. ætate puero. Factum illud Scandalo plenum fusè deplorat Baronius, idque faſtui, atque ambitioni Alberici, Comitis Tuſculani, qui parens Benedicti erat, tribuit. Deteſtatur etiam idem facinus apud Pagium Victor III. Papa, Sacerdotum quorumdam avaritiæ, ac Simoniacæ labi illud adſcribens. Nos non immeritò adſcribemus utriſque. Alberici Ambitio emit, Clericorum illorum avaritia vendidit Pontificatum, ut tum ex Baronii, tum ex Victoris III. verbis apparet. Porrò vociferantibus ſuper eo facto novatoribus noſtris Baronius hæc inclamat.

Cum injuria Eccleſiæ.

Facitne iſta, inquit, *Eccleſia ipſa Romana, an patitur, cùm in eam indignus intruditur, & monſtrum aliquod ſæculari potentia in ſacroſanctam illam ſedem provehitur, & exaltatur? ſed quòd pati iſta coacta ſit, jam ipſa facta ſuperiùs enarrata declarant, &, quæ ſunt dicenda, monſtrabunt. Quæ ratio patitur, quæ charitas perſuadet, quæ Judicis recti diſcretio imperat, ut præter omne jus, fáſque ita inſurgatis in eam? veluti cùm quis in hominem incidat à latronibus ſpoliatum, vulneribus confoſſum, ſauciatum, in luto & ſuo ſanguine volutatum, ſemivivum relictum, in foveámque præcipitatum: non in graſſatores ipſos ſæviſſimos ac ſceleſtiſſimos invehatur, deteſtatúſque eos, contumeliis, atque maledictis ultricibus impetat, ſed ea convertat probra cuncta in ærumnoſum illum ac miſerum, miſeriarum planè ſcopum, ejúſque non alliget vulnera compaſſione, ſed confricans detractione, ſcalpénſque blaſphemiis majori crudelitate faciat recrudeſcere?* hæc Baronius, qui poſt plura tum ſua, tum aliorum lamenta ſubdit: *Interim autem, quod mireris, tanta tunc vigebat obſervantia toto Catholico orbe erga Romanam Eccleſiam, ut, quemcunque audirent throno inſidere Petri, colere eum, & venerari non detrectarent, cùm non ipſum ſedentem, ſed eum, cujus vice ſederet, imprimìs attenderent.* hæc ille: qui deinceps probat, Benedictum illum fuiſſe agnitum, habitúmque Pontificem Romanum, eámque rem è S. Petro noſtro Damiano Synchrono Cardinale explicat.

Cùm eum in modum Benedictus IX. turpitudinibûs Sedem Petri inquinaret, Egilbertus noſter Friſingenſem Eccleſiam tum exemplîs optimîs implevit, tum etiam novîs dominiîs ampliavit. Certè tres inſignes donationes hoc anno à Conrado Cæſare impetravit, quas pro ſua dignitate hiſce inſerendas eſſe omninò cenſuimus. Prima ſic habet.

I*N nomine Sanctæ, & individuæ Trinitatis Chonradus divina favente clementia Romanorum Imperator Auguſtus. Si Venerabilia Eccleſiarum Dei loca alicujus doni incremento ſublimare ſtudemus, id profectò nobis, noſtríque regni ſtatui liquidò proficere minimè diffidimus. Quapropter omnium Chriſti fidelium*

præ-

præſentium ſcilicet, ac futurorum noverit univerſitas, qualiter nos divini amoris inſtinctu pro remedio animæ noſtræ ob interventum, & petitionem dilectæ noſtræ Conjugis Giſilæ Imperatricis Auguſtæ, nec non Henrici Regis filii noſtri, ob juge etiam, devotúmque ſervitium fidelis noſtri Egilberti Friſingenſis Eccleſiæ Venerabilis Epiſcopi, eidem præſuli, ſuæque Eccleſiæ Friſingenſi largiti ſumus in Orienti parte juxta fluvium Urula vocatum in Comitatu Marchionis Adalberi cum omni lege Hobas Regales duas, quæ antea ad Murum ſui Juris curtem ibi juxta jacentem ex rebus regni pro beneficio conceſſæ ſunt, & inſuper hobam unam regalem prope fluvium eundem inferiùs jacentem, quam habuit in beneficium prædictus Marchio Adalpertus, & etiam in medio utrarúmque partium jugera XXX. ſupradictæ curti contigua, quæ Aribo de Enſinburc in beneficium habuit, cum omnibus ejus apenditiis, areis, ædificiis, exitibus, & reditibus, viis, & inviis, cultis, & in alendis, quæſitis, inquirendis, agris, campis, pratis, ſilvis, venationibus, aquis, aquarúmque decurſibus, molis, molendinis, piſcationibus, ſeu cum omnibus utilitatibus, quæ ſic dici, aut ſcribi poſſunt, eáſque per hanc noſtram Imperialem paginam de noſtro jure & dominio in ejus Jus & dominium transfundimus, & in proprium tradidimus, ea videlicet ratione, ut jam dictus Præſul, ſuíque ſucceſſores liberam deinceps poteſtatem habeant in uſum Eccleſiæ quidquid eis placuerit, faciendi. Inſuper verò eidem Epiſcopo confirmavimus ibi cætera ſui Juris bona à termino Orientali, ubi Liudzimannespah influit Ibiſan, & inde Phezniza, deindéque Rudnicham, itémque à termino occidentali à villa Chrellindorf uſque in fluvium Zuchaha & ad Rudnicham, ſicque ad Montana Carinthiam reſpicientia. Et ut hæc noſtræ donationis imò confirmationis auctoritas ſtabilis, & inconvulſa omni ævo permaneat, hoc præceptum inde conſcriptum manu propria corroborantes ſigillo noſtro inſignimus.

Conradus Imp. Egilberto Epiſcopo donat bona in Auſtria.

Signum Domni Chuonradi Romanorum Imperatoris invictiſſimi.

Burchardus Cancellarius vice Bardonis Archicapellani recognovi.

Data Non. Maj. anno Dominicæ Incarnationis Milleſimo XXXIII. Indictione II. anno autem Domni Chounradi ſecundi regnantis X. Imperii VIII. Actum Radaſponæ feliciter. Amen.

Alterius donationis Menſe Julio ſecutæ inſtrumentum, quod merita Egilberti ſolidè depingit, ſic ſonat.

IN nomine Sanctæ, & individuæ Trinitatis Chounradus divina favente Clementia Romanorum Imperator Auguſtus. Si loca Venerabilia divino cultui mancipata ob memoriam divinæ remunerationis munere noſtræ conſolationis benigniùs adaugendo ditare decrevimus, hoc non ſolùm Nobis ad Regni noſtri commodum, verùm & ad animæ noſtræ remedium ſalubriter provenire credimus. Quapropter omnium Chriſti, noſtrorúmque fidelium, præſentium ſcilicet, & futurorum univerſitati notum eſſe volumus, qualiter nos ſummæ Divinitatis intuitu per interventum amantiſſimæ Conjugis noſtræ Giſilæ Imperatricis Auguſtæ, noſtríque dilecti filii Heinrici Regis cara petitione, nec non ob aſſiduum fideléque ſervitium Egilberti Friſingenſis Eccleſiæ Venerabilis Epiſcopi, qui præ cæteris multiplicato genere ſervitutis, & nobis pro viribus gratanter ſervivit, ſuúmque ſervitium in hoc multipliciter adauxit, quòd eundem unicum noſtrum filium per nos ſuæ fidei commendatum plena fide vice noſtra fovit, amplectitur, amavit, & per omnia fideliter educavit, tradidimus ad altare ſemper Virginis Mariæ, Sanctíque Corbiniani nobiliſſimi Chriſti Confeſſoris in civitate Friſinga corpore quieſcentis, Curtem Alarun ſitam in Marchia, & in Comitatu Adalberti Marchionis, cum omnibus ad eundem locum jure ac legaliter pertinentibus, cum mancipiis utriúſque ſexûs, cum areis, ædificiis, agris, vineis, campis, terris cultis, & incultis, pratis, paſcuis, ſilvis, venationibus, aquis, aqua

Commendat Imperator merita Egilberti Ep.


Et præmiô novô proſequitur, nempe bonis in Marchia Orientali ſive Auſtria.

Digitized by Google

aquarúmque decurſibus, piſcationibus, molis, molendinis, viis, & inviis, exitibus, & reditibus, quæſitis, & inquirendis, ſeu cum omni utilitate, quæ vel ſcribi, aut nominari ullo modo poteſt, eandémque Curtem de noſtro jure, ac dominio ea ratione in jus, atque dominium præfatæ Friſingenſis Eccleſiæ omninò transfudimus, & in perpetuam proprietatem donavimus, ut idem Venerabilis Antiſtes Egilbertus, & Succeſſores ſui abſque violentia ullius noſtri ſucceſſoris, ſive Regis ſive Imperatoris liberam poſthac licentiam hanc habeant potenter poſſidendi, commutandi, vel quidquid inde ſibi ſalvo jure Eccleſiæ placuerit, faciendi. Et ut hæc Imperialis noſtræ traditionis integritas ſtabilis, & inconvulſa per futura annorum curricula perſeveret, hoc auctoritatis noſtræ præceptum inde conſcriptum ſigilli noſtri impreſſione inſigniri juſſimus, & ambo nos Ego, idémque filius meus dilectus Rex videlicet Heinricus, Ego ipſe humiliter interveniente, Ille me conſentiente, atque jubente, uterque in ſui Nominis ſigno manu propria ſubtùs corroboravimus.


Subſcribit. *Signum Domni Chuonradi invictiſſimi Romanorum Imperatoris Auguſti.*

Pater Imp.



Signum Domni Heinrici tertii Regis glorioſiſſimi.

Et filius Rex.



Burchardus Cancellarius vice Bartonis Archicapellani recognovi.

Ex autographo pendet ſigillum plumbeum hujus figuræ.

Data XIIII. Kal. Auguſti. Indict. I. Anno dominicæ Incarnationis Milleſimo trigeſimo tertio. Anno verò Domni Chuonradi ſecundi Regni Nono, Imperii autem ſeptimo, anno etiam Domni Heinrici Regis tertii ſexto. Actum Imileb feliciter. Amen.

Ter-

Digitized by Google



Tertia denique donatio ſequentia continet.

*IN nomine Sanctæ, & individuæ Trinitatis. Chuonradus Divina favente Clementia Imperator Auguſtus. Si Venerabilia Eccleſiarum Dei loca donô liberalitatis noſtræ in aliquibus adaugere ſtudemus, id profectò ad ſtatum regni noſtri, & ad ſalutem animæ noſtræ liquidò proficere non modò ſperamus, ſed certiſſimè ſcimus. Proinde omnium Chriſti, noſtrorúmque fidelium præſentium ſcilicet, & futurorum noverit univerſitas, qualiter ego Chuonradus gratia Dei Imperator Auguſtus ſpe divinæ remunerationis, immò propter petitionem Dilectiſſimæ Conjugis meæ Giſilæ Imperatricis Auguſtæ, nec non, & filii noſtri Heinrici Regis, inſuper pro amore & ſervitio Egilberti Friſingenſis Eccleſiæ Venerabilis Epiſcopi gemina fidelitate nobis devotiſſimi, altera quidem, quod in noſtro ſemper ſtrenuus erat obſequio, altera verò, quòd eundem filium noſtrum à nobis ſuæ procurationis vigilantiæ commendatum paterno educavit animo, dedi ad altare Sanctæ Dei genitricis Mariæ in civitate Friſinga, ubi egregius Chriſti Confeſſor Corbinianus corpore requieſcit, curtem Enilingun * ſitam in Comitatu Udalſcalci Comitis cum omnibus ejuſdem loci juſticiis, cæteríſque pertinentiis, cum Eccleſia, dote & decimis legittimè confirmata, cum areis, ædificiis, & utriúſque ſexûs mancipiis, exitibus, & reditibus, viis, & inviis, agris, pratis, paſcuis, ſylvis, aquis, aquarúmque decurſibus, molis, molendinis, piſcationibus, quæſitis, & inquirendis, cultis, & incultis, & cum omnibus utenſilibus, quæ aut ſcribi, aut nominari poſſunt, eo videlicet tenore eandem curtem de noſtri Dominii jure in jus, & dominium prædictæ Friſingenſis Eccleſiæ omninò transfundimus, & in proprium perpetuò poſſidendum tradidimus, ut idem Venerabilis Præſul Egilbertus, ſuique ſucceſſores liberam habeant poteſtatem, eam, ſicut alias Eccleſiæ proprietates liberè poſſidendi, & ſi opus fuerit, commutandi, ſeu quidquid ad uſum Eccleſiæ ſibi libitum fuerit, inde faciendi. Et ut hæc noſtra Imperialis traditio ſtabilis, & inconvulſa omni permaneat ævo, & ut nullus noſtrorum, vel alia perſona hæc noſtra dona audeat violare aut infringere, hanc præcepti noſtri paginam inde conſcriptam ipſe, idémque dilectus filius noſter Rex Heinricus, Ego ſua petitione, Ille noſtrâ licentiâ, & collaudatione, uterque in ſuo Monogrammate manu propria ſubtùs roborantes, ſigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri. Dat. anno Dominicæ Incarnationis M.XXXIII. Indict. I. XII. Kal. Auguſti. Actum apud provinciam Turingam apud Regalem Curtem Imileb.*

Fidelitas Egilberti Epiſcopi.

* Fortè Ainling, in diſtrictu Aichenſi.

Vides, Lector, quantum Eccleſiæ Friſingenſi annô unicô contulerit Egilbertus Epiſcopus, præconem illuſtriſſimarum virtutum ſuarum nactus omni exceptione majorem, Cæſarem?

§. IV.

Reliqua Egilberti, ejúſque temporis geſta.

Commutatio bonorum inter Egilbertum Epiſcopum, & Adalberonem Comitem Semptenſem.

REbus tum Friſingenſibus, tum Eberſpergenſibus lucem afferre poſſe cenſuimus Inſtrumentum commutationis, quæ inter Egilbertum Epiſcopum noſtrum, atque Adalberonem Comitem de Sempta facta eſt Anno Chriſti M XXXIII. literæ illæ ſequentia exhibent.

Notum ſit cunctis Dei fidelibus, ſcilicet præſentibus, & poſteris, concambium, quod effectum eſt ab Egilberto Friſingenſis Kathedræ Epiſcopo cum Adalperone filio Oudalrici ſtrenuiſſimi Comitis, Regula juſtitiæ Noricæ comitatum provinciæ gubernante. Tradidit quippe idem Antiſtes prædicto preſidi per manum Uodalſcalchi fiſcalis Advocati Baſilicam in Vico, Operendorf vocitato, ſitam, cum decimatione, & dote, univerſóque ſacro regimine Eccleſiaſtici Ordinis juxta dominicum ſus, ac publicum jus. ipſum inſuper ſupra ſcriptum legitimè addendo viculum cum areis, edificiis, terris cultis, & incultis, queſitis ſeu inquirendis, exitibus, atque reditibus, paſcuis, pratis, ſilvis, viis, & inviis, aquis, aquarúmque decurſibus, cum cunctis mobilibus, immobilibus ad eundem locum pertinentibus, nec non in alia villa Rimidingun* dicta unum adiciens manſum, ſine contradictione omnium poſſidendum, vel, cui libeat, donandum. Nec mora jam memoratus Præſes conſerta, ac ſuper affluenti recompenſatione univerſa Præſuli retribuit, aliam Eccleſiam reddens dotatam cum additione unius manſi in vico, in quo eadem poſita eſt, Tegrinbach appellato, ſecundùm conditionem ſuperiùs comprehenſam. Quodcunque autem in eodem loco æquæ ſibi retributionis deſuit, in aliis territoriis complevit, in pago Ruodolfeshuſum dicto unum manſum, & in aliis duabus villis utriſque Humlipacb nuncupatis, utrinque binos manſos cum dediſſet. His igitur tranſactis præfatum Comes prædium à Pontifice acceptum, veluti moris eſt, triduana poſſeſſione in proprium jus vendicavit. Pactum namque hujus traditionis Anno M XXXIIII. ab Incarnatione Dominica, Indictione II. excellentia Clericali, nobilitatéque militari, ac familia utriúſque partis id adprobantibus peractum, ad notitiam Cæſaris Chuonradi Secundi Romanorum Imperatoris Auguſti, ipſiúſque filii Heinrici Noricorum Ducis cùm eſſet delatum, Regia eorundem auctoritate, ſeu juſſu, ſtabili tenore roboratum eſt. Ne quiſquam, qui juſtitiam ſitiat, illud præſumat evellendo violare, verùm juſtitiæ ſectatores perpetim inconvulſum tueantur; poſtmodùm verò idem Comes divino compunctus inſtinctu, animæ pro remedio ſuæ ſuorúmque ipſius prædii proprietatem cum inveſtitura, juxta omne jus, quo ipſè hanc ſuſcepit, dedit ad altare Sancti Sebaſtiani in Cœnobio Eparesſpergenſi Deo militantium legaliter mancipans fratrum.*

* Oberndorf, prope Eberſpergam.

* Fortè Riming, in Præfectura Erdingana.

Hoc inſtrumentum eò promptiùs in lucem protraximus, & ſtatim hîc appoſuimus, quod illius nec in Chronico Eberſpergenſi, nobiſcum benignè communicato, nec apud R. P. Adamum Widl S. J. ejus tractatûs mentio occurrat; ipsúmque inſtrumentum etiam dilucidando per id temporis Semptenſium Comitum ſtatui, atque conditioni perquàm commodum videatur. Porrò ſub nomine *Operendorf* exiſtimamus aliud in hac membrana non intelligi, niſi Vicum *Oberndorf*, Monaſterio Eberſpergenſi vicinum, ut omnes nôrunt. Reliquorum locorum in inſtrumento deſignatorum vocabula non ſatis aſſequimur; & hariolari non juvat.

Poppo Abbas Stabulenſis.

Cæterùm eodem anno illuſtre modeſtiæ exemplum S. Poppo, Stabulenſis in Diœceſi Leodienſi Abbas, Germaniæ prætulit, dum à Conrado Imperatore Argentinenſis Pontifex renunciatus, honorem conſtanter reſpuit, juſſus deinceps

ceps & coactus reformationem Monaſteriorum ſuſcipere, quod etiam præclarè
præſtitit, uti Bucelinus in Annalibus refert.

Proximò annò, Chriſti 1035. Conradus electus Imperator, more anteceſ- Conradus
ſoribus uſitato, & à Scriptoribus meritò commendato, plures regni provincias provincias
ſibi ſubjectas, ſuis ipſe oculis luſtravit, & Natalitias quidem Chriſti ferias Argen- Imperii viſitat.
tinæ, Purificationem Deiparæ Auguſtæ, Paſcha Ingelheimii, Aſcenſionem Pa-
derbornæ, alia feſta alibi celebravit: de quibus iterum laudatus noſter Buceli- *Annal. German.*
nus ſcribit.

Deinceps annò Chriſti 1037. Henricus Rex noſter, Chunihildem, Danorum
Regis filiam uxorem duxit. Conradus verò parens in Italiam cum exercitu feſtinavit,
bellúmq; ſeditioſis non ſine propriæ vitæ diſcrimine intulit, parum proſperè poſtea
continuatum, cùm in ejus exercitum dira lues graſſaretur: qui nihilominùs juxta to- Conradus co-
ties laudati Bucelini Annales à Sum̃o Pontifice poſtea annò 1038. coronâ Imperii re- ronam Impe-
dimitus eſt. Is interpellatus à Caſinenſibus noſtris, in Campaniam movens Pandul- rii accipit.
phi Capuæ Ducis inſolentiam fregit, eúmque Principatu movit, cùm interea
mortem obiiſſet Chunihildis, Uxor Henrici Regis, ac Ducis noſtri, quem eo-
dem anno Cæſar parens etiam Hermanno Alemanniæ Duci in Italia mortuo ſuf-
fecit. Is ipſe annus S. Gothardo, toties à nobis laudato Hildeſienſium Antiſtiti Mors S. Got-
ſupremus fuit, inter cujus laudes Brunnerus refert, etiam mortuos, qui vivi hardi.
è fidelium communione fuerant ejecti, viro ſancto morem geſſiſſe: Cujus ta- *S. Gregor. l. 2.*
men rei exempla tum in Vita S. P. Benedicti, tum alibi reperimus. Porrò S. *Dial. c. 23.*
Gothardum ad ſuperos comitatus eſt S. Stephanus Hungariæ Rex: poſt quos Et Conradi
etiam Conradus Imperator anno Chriſti 1039. Sceptrum, vitámque Trajecti Imper.
poſuit. Ejus cadaver cùm Spiram portaretur, Henricus Rex filius, rarò pieta-
tis exemplò, ad omnium toto itinere templorum aditus, feretrum ſubiit. Por-
rò Spiræ in Baſilica, quam, Trithemio teſte à fundamentis novam erexe- *Chronic. Hir-*
rat, tumulo illatus eſt: qua ipſa in urbe eodem anno obiit S. Reginbaldus, *ſaug. Tom. 1. ad ann. 1039.*
olim S. Udalrici Auguſtæ, poſtea Eberſpergæ, tum Laurishemii Abbas, ac de- *Idem ibid.*
mùm ejus civitatis Epiſcopus Religioſiſſimus. Denique inter nobiliſſima illa fu- Item S. Re-
nera mors etiam Egilbertum noſtrum eo ipſo anno numeravit: ſicque Henri- ginbaldi.
cus Rex noſter uno eodémque anno Patrem utrumque, naturalem ſcilicet, ac Ac Egilberti noſtri.
ſpiritualem amiſit; de anno mortis Egilberti inferiùs iterum agemus.

Cæterùm Henricus, Patris in Imperio ſucceſſor, cognomento, ut dixi- Henricus ſuc-
mus, Niger, moderatione Regni, rerúmque geſtarum gloria, ut Otto noſter cedit Patri.
Friſingenſis commemorat, Parentis virtutes deinceps ſupergreſſus eſt. *Lib. 6. c. 32.*

Sanè quæ hactenùs de Egilberto noſtro geſta retulimus, erant acta illuſtriora
certorum añorum. Superſunt verò longè plura alia, quorum certæ notæ chronolo-
gicæ non exſtant. Ex iis ſequentia delibamus. Et Egilberti quidem virtuti, ac Reli-
gioni meritò tribuimus, quòd ipſo in hac Friſingenſi cathedra feliciter ſedente, non Donationes
ſolùm à Regibus, & Imperatoribus, verùm etiam ab inferiorum ſubſelliorum fideli- factæ Eccle-
bus plures donationes factæ ſint Friſingenſi Eccleſiæ. Inter has legimus Wichman- ſiæ Friſin-genſi.
num nobilem tradidiſſe ad altare S. Crucis in Eccleſia S. Mariæ prædia in *Richan-* N. 1157.
bach, & *Hochinſteina* in uſum Clerici, altari illi deſervientis. Aribonem itidem Vi- N. 1158.
rum nobilem, tradidiſſe pro animæ ſuæ, & Egilberti Epiſcopi remedio bona quæ-
dam ſua in *Kiehna* ad altare S. Urbani. Altmañum comitem, cogitantem *de remedio* 1159.
Senioris ſui Egilberti Pontificis, prædium ad *Skeſtularum*, ſeu Scheffttlarn, do-
nâſſe in manus Geroldi, qui eo tempore Friſingenſis Eccleſiæ Advocatus erat,
& in inſtrumentis quàm pluribus laudatur. Waltonem, Eccleſiæ Friſingenſis 1160.
ſervum, & Presbyterum donâſſe prædium ſuum in *Heberſpach* ad altare S. Cru-
cis eo fine, ut iſtius Friſingenſis Eccleſiæ cuſtodibus, Clericis, & laicis eſſet in
paſtum ac famulatum. Altmannum virum nobilem delegâſſe ad *oblationem* 1161.
ſeu ſervitium fratrum prædium in *Arzbach*. Burchardum nobilem obtuliſ- 1163.
ſe ad arbitrium Egilberti Epiſcopi, quidquid poſſederat in *Aſinhuſa*; item vi-
neam

Digitized by Google

1164. neam in *Bouzana*. Fridericum Comitem exhibuiſſe bona quædam in *Gerhartinga* ad diſpoſitionem Egilberti Epiſcopi. Adalberonem Comitem donâſſe Friſingenſi Eccleſiæ, quidquid poſſederat in *Lenginvelt*. Alios alia bona variis conditionibus Friſingenſi Baſilicæ conſecrâſſe. In quibus inſtrumentis obiter obſervamus, apparere ex his tractatibus, ſingulis ferè Eccleſiæ Cathedralis Altaribus proprios Miniſtros Clericos fuiſſe eo tempore deputatos.

1165.

à N. 1166. uſque 1169.

Commutationes, ab Egilberto Epiſcopo factæ.

Inter commutationes bonorum, quàm plurimas, quas ab Egilberto Epiſcopo factas ſuo locô recitabimus, ſequentes ſingularem mentionem hîc mereri videntur. Prima, quæ inter Epiſcopum, & Cathedrale collegium contigit, hæc continet.

Prima cum Collegio Cathedrali.

JUſtum, & rationabile videtur, ut quidquid ſæcularibus agitur negotiis: teſtimonio veracium teſtium, & ſerie litterarum ita ligetur, atque firmetur, ne poſtmodùm ullo modo diſſolvi vel infringi queat. Proinde noverit induſtria omnium, qualiter placuit, atque convenit inter Venerabilem Egilbertum Epiſcopum, & Canonicos Sanctæ Friſingenſis Eccleſiæ unà cum Domno Werinhario Præpoſito ac Magiſtro fratrum eorundem quoddam concambium facere, ſicut & fecerunt. Tradidit namque idem Venerandus Antiſtes cum manu Advocati ſui Uodalſcalchi in manus ejusdem Domni W. & advocati ſui Altmanni Comitis de rebus Eccleſiæ ſuæ loca infra nominata, id eſt, Fiohta cum Eccleſia decimata, excepta tantùm decima, quæ pertinet ad pauperes. Oporandorf quoque, & Zorogeltinga cum Eccleſiis in utrisque locis conſtructis, & quidquid in beneficium habuit domnus ſupradictus, tam in mancipiis, quàm in rebus cæteris. Inſuper poſt obitum vitæ ſuæ ad Oranpahha, quod præfatus Senior precaria poſſeſſione tunc poſſidebat. Item ad Nitlaranpahha poſt obitum Ariponis, cui precario nihilominus jure illud erat conceſſum cum Eccleſiis in utrisque locis conſtitutis, excepta item decima, quæ ad pauperes pertinet, & molendinas duas, unam ad Friſingam, alteram ad Weidland totum atque integrum ad uſum Canonicorum in ſede ſupra dicta Chriſto famulantium tradidit, atque firmavit. Complexis quoque ad idem concambium locis his, id eſt Weingi, & Erlipah omnibusque, quæ uſque ad hoc tempus in beneficium erant conceſſa ab Epiſcopis cum mancipiis utriusque ſexûs tam in prædictis locis manentibus, quàm etiam his, quæ de parte Epiſcopatûs uſque in locis poteſtati fratrum conceſſis habitare videbantur. Econtra prælibatus Domnus W. Cum manu Advocati ſui A. in Manus Venerandi E. Epiſcopi, & Advocati ſui Uo. de rebus fratrum in comitatu Carniola, quidquid eisdem fratribus dono & largitate bonæ memoriæ Henrici Imperatoris traditum erat, in recompenſationem traditionis ſupradictæ poteſtativa manu retradidit conſentientibus, & ambarum partium traditiones collaudantibus tam univerſo Clero, quàm populo, & cunctis pariter fidelibus ſuis tam nobilibus, quàm ex familia ad hoc electis. Et totius hujus commutationis tenor hoc fine ac ratione concluſus, & perfectus eſt, ut tota ratio prædictæ commutationis evo perpetuo ob commune compendium utriùsque partis ſtabilis, & inconvulſa permaneat. Teſtes Perahtold. Item Perahtold. Uodalrich. Hart. Wich. Jagob. Dierich. Weriant. Wazaman. De familia Heilrih. Reginhalm. Chuonrad. Gervvic. Epararo. Waldman. Razo. Ribker. Erchanfrid.

Diverſi reditus Epiſcopi, & Canonicorum Cathedr.

Ex hoc inſtrumento clariùs, atque ex aliis hactenùs adductis liquet, tempore Egilberti ærarium, atque prædia Epiſcopi, atque Canonicorum non fuiſſe ampliùs communia, & alium fuiſſe Epiſcopi, alium Canonicorum Advocatum. Item decimam quandam Eccleſiarum partem pauperibus fuiſſe ſeorſim reſervatam.

Cum Gebehardo ejus nominis tertio Epiſcopo Ratisbonenſi, Conradi Imperatoris fratre, Egilbertus Epiſcopus ſequentem tractatum inire cogitabat.

Gebe-

Digitized by Google

Gebehardus Epiſcopus animæ ſuæ poſt mortem æternæ retributionis præmia præparaturus, ad aram B. M. V. ac Sancti Corbiniani Friſingæ obtulerat hæreditaria bona in *Legian* unà cum mancipiis, ædificiis, ſilvis, venationibus, cæteríſque omnibus, quæ in eodem loco eoúſque poſſederat, ea tamen conditione, ut bonorum illorum uſus primùm poſt ipſius mortem ad Canonicorum Friſingenſium collegium devolveretur. Tantæ liberalitati, ut reſponderet Egilbertus, volebat Gebehardo Epiſcopo aſſignare uſumfructum aliorum quoque Eccleſiæ Friſingenſis bonorum, tum in *Legian*, tum etiam in *Porpian*, *Sutſis*, *Tieres*, *Albiun*, *Tamurcis*, *Tſevis*, *Tſuſis*, *ad Seges*: item ſilvam *ad Gredine*, ita, ut penes Gebhardum non tantùm fructus prædiorum Friſingenſi Eccleſiæ ab eodem oblatorum ſalvi manerent, verùm etiam fructus ex cæteris aſſignatis Friſingenſis Eccleſiæ prædiis ac poſſeſſionibus ad eoſdem vitæ dies accederent: poſt ejus verò mortem dominium, & fructus utrorumque prædiorum Eccleſiæ Friſingenſi proprii manerent. Aſt Gebehardus veritus, ne hic tractatus ſibi quidem perquàm utilis, Numini parùm probaretur, Conditionem ab Egilberto oblatam acceptare noluit, & dominium bonorum ſuorum eidem Egilberto Epiſcopo, ejúſque Eccleſiæ ita jam in præſens proprium eſſe voluit, ut fructus eorum non niſi veluti Cliens, ſeu beneficiarius, dum proviveret, in ſuos uſus convertere poſſet, donatione videlicet dominii *inter vivos*, non verò *mortis causâ* facta, uti Juriſperiti appellare conſueverunt. Ita interpretamur Inſtrumentum ex more ſæculi illius ſatis obſcurum, quod in parte altera exhibemus. N. 1170.

Inter Udalricum Tridentinum Epiſcopum & Egilbertum noſtrum convenerat, ut Udalricus Epiſcopus bona in *Gudago*, ab Eccleſia Friſingenſi nimium diſtantia, Eccleſiæ verò Tridentinæ viciniora acciperet ac in eorum locum alibi viciniora prædia, ſive vineas, ac terras Egilberto, & Eccleſiæ Friſingenſi aſſignaret. (De Udalrico I. & II. Tridentinis Epiſcopis ad annos noſtri Egilberti videatur *Italia Sacra Tom. V.* ubi de Epiſcopis Tridentinis.)

Cùm autem poſtea Udalricus Epiſcopus Tridentinus nullum certum bonum pro Eccleſia Friſingenſi determinâſſet, ac mortem obiiſſet, alio ejuſdem nominis Epiſcopo Udalrico ſuffecto, Egilbertus noſter, uti par erat, contractum, eodem annuente, reſcidit, & uterque Epiſcopus Eccleſiæ ſuæ bona ſibi ſervavit. N. 1171.

Magìs ſeriam commutationem bonorum fecit Udaſcalcus Eccleſiæ Friſingenſis Advocatus ſeu Defenſor cum Gebehardo Ratisbonenſi Epiſcopo, eidémque in Vico *Gruob**, haud procul â loco Martyrii S. Emerammi ſito, quinque jugera dedit. (* Grueb, Aiblingenſis Territorii.)

Contra Epiſcopus eidem Advocato alia bona tum intra, tum extra muros Ratisbonenſis civitatis redhibuit. Inter teſtes nominatur Nizzo, quem ſuſpicari quis poſſet Egilberti in ſede Friſingenſi Succeſſorem, Nitkerum aliàs communiter appellatum: Verùm de hoc ſuô locô. N. 1172.

Ex Commutatione inter Epiſcopum noſtrum Egilbertum, & Himildrudem Sanctimonialem circa quædam prædia ſub certis conditionibus facta apertè conſtat, adhuc tempore Egilberti Epiſcopi Moſpurgi ſuperfuiſſe Cænobium S. Caſtuli. Exhibemus inſtrumentum in altera parte, ubi etiam de alia Sanctimoniali Helinpirga mentio occurrit. N. 1173.

Egilberti tempore Eccleſiam Friſingenſem habuiſſe certos milites, & ſervos nobiles, paſſim ex inſtrumentis apparet. Sic in inſtrumento quod N. 1174. recitamus, Reiginhalmus Camerarius vocatur ſervus Eccleſiæ, fortaſſis quòd ſe ipſum quodam pacto, aut ratione Eccleſiæ (ut cum mediæ ætatis ſcriptoribus quibuſdam ex Hofmanno loquamur) *obnoxiaverit*, ſeu obligaverit. (Plura vide à N. 1175. uſque ad N. 1213.) (*In Lexico univerſ.*)

Conradus Sacriſta, & Canonicus Friſingenſis in eo, quem conſcripſit, quarto ſeu magno traditionum libro, cùm per compendium narrâſſet, quas & quantas bonorum acceſſiones ſedi ſuæ Egilbertus fecerit, demùm hæc addit: *Omnibus his peractis Eccleſiam iſtam diverſis & optimis, ut pro parte* (Egilbertus ſacram ſupellectilem auget & exornat.) (fol. 111. a.)

Nempe anno Chriſti 1187. quo Conradus ſcripſit.

in præſentiarum cernitur, decoravit ornamentis. Cyborium enim* (puta cum Alcuino apud Hofmannum, tegimen, & umbraculum Altaris) *quod erat ante ignis vaſtationem* (anno 1159. factam) *ſuper majus Altare expanſum, aurô & argentô & lapidibus pretioſis erat intextum, Tabulam quoque* (ſeu operimentum ſeu Antependium Altaris) *ex auro puriſſimo, quæ in diebus feſtis ante ipſum altare deponitur, fabrili opere compegit. Sacroſagum majus* (capſam ſcilicet, in qua ſacræ reliquiæ aſſervabantur) *& duos lapides itinerarios* (ſeu altaria portatilia) *& libros auro, & argento, & lapidibus intextos, & cappas* (ſcilicet *Pluvialia,* ex parte poſteriori *Caputium* habentia, & in Proceſſionibus adhiberi ſolita) *& caſulas, quæ hic habentur meliores, cum calicibus optimis Eccleſiæ contulit. Plura candelabra circa chorum, & pulpitum, in quo legebatur Evangelium* (more apud Benedictinos hodiedum uſitato) *& duas Coronas* (ornamenta in Eccleſia ante aras pendentia, coronæ figuram præferentia) *unam in choro dependentem : alteram ad S. Crucem, miro opere, ut meritò de ipſo dici poſſit: Domine dilexi decorem domûs tuæ & l. h. g. t.* (id eſt, locum habitationis gloriæ tuæ) *præparaverat. Cætera quoque altaria, videlicet S. Crucis, & S. Stephani tabulis & ſarcophagis aurô, & argentô cooperto ornaverat, Crucem majorem, ut hodie videtur, argentô cooperuit. Minorem quoque aurô, & margaritîs cooperuit. Parvam, quæ aſſiduè defertur, de puro argento fabricari conſtituit. Ampullas* (ſeu vaſa tum pro oleo catechumenorum, ac infirmorum, tum pro chriſmate aſſervando) *in Cæna Domini deferendas cum ſeptem candelabris, & ſedes ferreas tres Epiſcopales, argento coopertas, præparari juſſit. In multis quoque reditibus, quoûſque vixit, Eccleſiam iſtam ditavit.* Hæc Conradus Sacriſta.

Aliæ Laudes Egilberti Ep.

Chronicon Weihenſtephanenſe in Egilberti laudes meritò effuſum, cum verbîs è ſacris ferè codicibus depromptîs appellat *Omni laude digniſſimum, Virum, quem ſuſcitaverit DEUS, ſecundùm cor ſuum, qui, ad quæcunque ipſum mitteret Dominus, ſine murmure pergeret; impollutus labiis, innocens, ſegregatus à ſæculi hujus peccatoribus, cæloque excelſior factus, dignus, ut ſacerdotiô fungeretur, haberétque laudem in nomine Domini, & offerret illi incenſum in odorem ſuavitatis. Qui omni tempore dederit confeſſionem Sancto, & Excelſo, in Verbo Gloriæ: qui de toto corde laudaverit Dominum, & dilexerit eum, qui ipſum fecit : Stare faciens cantores contra altare, & in ſono eorum dulces fecerit melodias. Qui diſpoſuerit, ut eſſet in celebrationibus decus ; ſtatuerit fratres in unum, qui laudarent Sanctum Nomen Domini, & amplificarent in ævum Sanctitatem ejus : qui in diebus ſuis domum Domini ſuffulſerit : à quo etiam templi* (Weihenſtephanenſis) *altitudo fundata ſit, & excelſi parietes erecti &c.* Hæc Chronicon laudatum. Quibus omnibus accedunt teſtimonia omni exceptione majora, amor nempe ſingularis, quo Egilbertum arctiſſimè complexus eſt S. Henricus Imperator, veluti ex inſtrumentis apparet. Conradus quoque Imperator eam, quam de Egilberto habuit, ſummam æſtimationem exprimere magìs non potuit, quàm cùm filium Henricum Regem Juvenem, ac futurum Imperatorem Egilberto virtutibûs Cæſare dignîs imbuendum tradidit.

N. 1214. 1215. & 1216.

Extant in quodam Tegernſeenſi Codice Epiſtolæ tres, à Peringero & Ellingero Abbatibus ad Egilbertum Epiſcopum ſcriptæ, quas Parti alteri operis inſerendas cenſuimus, ubi eas Lector inveniet.

Annus & dies obitûs Egilberti Epiſc.

Obitum Egilberti Epiſcopi Chronica Friſingenſia primum, quartum & ſextum cum Gamanſio in Excerptis reponunt ad diem 4. Novembris, & annum Chriſti 1039. quibus conſonat antiquum, & ferè coævum Kalendarium Weihenſtephanenſe. Secundum verò Friſingenſe Chronicon notat diem quin-

Digitized by Google

quintum: tertium verò deſignat annum Chriſti 1040. ubi tamen manifeſtus error deprehenditur; nam Nitkerum, Egilberti Succeſſorem, jam fuiſſe Epiſcopum anno Chriſti 1039. paulò pôſt manifeſtè apparebit.

Deceſſit igitur Egilbertus Epiſcopus, Wipponis teſtimoniô *providus gubernator Cleri, & populi ſui*, de Eccleſia ſua, de Ordine S. Benedicti, de Collegiata S. Viti familia, imò de toto Imperio optimè meritus, Annô Benedicti Papæ IX. ſeptimô, Henrici tertii Regnantis (alumni olim ſui) primô: Pontificatûs ſui triceſimô quartô: Cathedram Metropolitanam Salisburgenſem moderante Dietmaro, Patavienſem Berengero, Brixinenſem Hartwico, qui Brixinam mœnibus cinxit. Egilbertum ad eum, cui vivens in deliciis fuerat, Sanctum Henricum Imperatorem à morte tranſiiſſe, cum noſtris Weihenſtephanenſibus nulli dubitamus. Tumulum corporis ſui in Cathedrali ſua Eccleſia ad aram S. Spiritûs accepit. Virtutum magnitudo tumulô claudi non potuit.

CAPUT II.

Nitkerus XVIII. Epiſcopus Friſingenſis.

§. I.

Acta tum Nitkeri, tum publica uſque ad Annum Chriſti 1041.

Nikerus, Nitkerus, Nitgerus idem ſunt in membranis domeſticis, quod apud quosdam Scriptores exteros Nizo, aut etiam Vizo ſonat. Nitkeri noſtri natales aut fruſtra quæruntur, aut, ſi Aventino credimus, obſcuri fuêre. Scribit ille, Nitkerum habuiſſe fratres Bernulphum & Machtunum, *obſcuris crepundiis apud Bojos occidentales Reginoburgii ortos.* Quod ſi ita eſt, nullum ab avis ſplendorem Nitkerus accepit. Monuimus in ſuperioribus in inſtrumento quodam Egilberti inter teſtes nominari Nizzonem. Sanè an hic Nizzo idem ſit cum hoc, de quo agimus, Nitkero, non auſim aſſerere, maximè cùm hic Epiſcopus in aliis membranis Friſingenſibus conſtanter vocetur Nitkerus. Ita in Nitkero plura ſunt, erúntque obſcura. Ingentem tamen ſcientiarum theſaurum capaci ingeniô Nitkerum comparâſſe ex eo conſtat, quia in faſtigium Friſingenſis Cathedræ emerſit Cæſaris Henrici fortaſſis favore, & Gebehardi ejusdem fratris, Epiſcopi Ratisbonenſis, patrociniô: quod iis temporibus infrequens non erat, cùm Clerus quidem eligeret, at aliquando non alium, quàm qui Cæſari probaretur: quod etiam in ipſorum ſummorum Pontificum electione aliquoties obſervatum fuiſſe, hæc ipſa, de quibus ſcribimus, tempora ſatis demonſtrant, & poſteriora etiam clariùs demonſtrabunt. Verùm ad acta Nitkeri deveniendum eſt.

Nitkeri natales. *Electio.*

Nitkerum & apud Imperatorem valuiſſe, & Eccleſiæ ſibi concreditæ curam laudabilem geſſiſſe, patet ex Pancharta Imperatoria, qua omnium & ſingulorum Eccleſiæ Friſingenſis jurium confirmationem primis ſtatim Regiminis ſui menſibus, aut diebus ab Henrico impetravit. Præceptum Imperatoris ſic habet.


Confirmatio Jurium Eccleſiæ Friſingenſis.

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Henricus divina ſavente Clementia Rex. Si erga Domus Dei noſtræ liberalitatis munificentiam piis incitati ſtudiis oſtenderimus, & opportuna terreni commodi more imperiali ſeu regali eis conferimus ſuffragia, non ſolùm ad temporalem regni divinitùs nobis collati profectum: Verùm & ad æternitatis Gloriam feliciter obtinendam, hoc nobis multùm prodeſſe liquidò credimus, ſimúlque patrociniis Sanctorum nos inde beari, atque tueri non ambigimus. Idcircò omnibus Chriſtianæ Religionis fidelibus præſentibus ſcilicet pateſcat ac futuris, quomodo Reverendus Nitgerus Sanctæ Friſingenſis Eccleſiæ Præſul noſtram adiit Celſitudinem, obnixè ſupplicans, ut pro ſtabilitate ejusdem Sacroſanctæ Eccleſiæ univerſas res liberalitate piæ memoriæ Anteceſſorum noſtrorum Imperatorum ſcilicet ſive Regum à primo Conſecrationis ſuæ tempore uſque modò eidem conceſſas, & quidquid religioſa nobilium Perſonarum vel ignobilium traditione ſeu commutatione ſive coëmptione aliqua in jus ac inveſtituram ejusdem Eccleſiæ in præſenti collatum dinoſcitur, per noſtræ Regalis Renovationis præceptum ſibi roborare atque confirmare dignaremur, totámque Eccleſiæ facultatem in tutelæ noſtræ ſingulare patrocinium, mundiburdium, atque defenſionem habuiſſemus commendatam. At nos gratuita benignitate religioſis ejus petitionibus pro Chriſti honore, & Sanctæ Genitricis ſuæ ſemper Virginis Mariæ Veneratione aſſenſum præbentes, nec non nobis dilecti Dietmari Salzburgenſis Eccleſiæ Archiepiſcopi, & aliorum tam venerabilium Epiſcoporum, quàm reliquorum conſpectui noſtro aſſiſtentium Procerum interceſſioni piè annuentes jure auctoritatis noſtræ ad præfatam Eccleſiam nomine Sanctæ Dei Genetricis dedicatam, ubi electus Dei Confeſſor Corbinianus corpore quieſcit, pro Anteceſſorum noſtrorum & animæ noſtræ remedio, ac diuturna profectûs noſtri felicitate æternaliter in proprium donamus, roboramus, ac renovando confirmamus; quidquid ad prædictam Sanctam & Matricem Eccleſiam hactenùs pertinebat, & quidquid moderno tempore eadem Eccleſia in veſtituræ ritè retinet, in quacunque videlicet provincia regni noſtri ſive quocunque pago, aut Marchia, vel comitatu ſitum ſit, cum Monaſteriis, Eccleſiis decimatis, ſive abſque decima, cum caſtellis vel vicis, cum curtis & caſis, aliisque ædificiis, familiis, & utriuſque ſexûs mancipiis, parſcalchis, ſindmannis, Hengiſtſuotris, cenſibus, ac capiticenſibus, agris, campis, vineis, terris cultis & incultis, novalibus, vel ſilvis ad novalia extirpandis, pratis, paludibus, paſcuis, compaſcuis, montibus, ſilvis, materiæ ac lignorum inciſionibus, foreſtis, venationibus, mercatis, teloneis, & percuſſura proprii Nomiſmatis, ſalinis, & ſartaginibus, ac locis ſartaginum, aquis, aquarúmque decurſibus, piſcationibus, ſtationibus, id eſt giſtellis piſcium, quos huſones dicimus, molinis, molendinarúmque locis, pontibus, vectigalibus, viis & inviis, exitibus & reditibus, quæſitis & inquirendis. Hæc omnia in omnibus ad ipſum Friſingenſe Epiſcopium legaliter pertinentia, per hoc auctoritatis noſtræ præceptum in jus & poteſtatem Sacroſanctæ Chriſti Matris Eccleſiæ præfatæ donamus, tradimus, & confirmando renovamus, eo rationis tenore, ut jam dictus honorabilis Epiſcopus Nitgerus, ejuſque Succeſſores liberam pro utilitate ejusdem Sanctæ Dei Eccleſiæ perenniter habeant poteſtatem, quidquid inde voluerint faciendi abſque ullius moleſtia. Et ut hæc auctoritas noſtra per cuncta labentis mundi curricula firmiore ſolidetur ſtabilitate, manu noſtra ſubter eam roborantes ſigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri.

Signum

Digitized by Google

Signum Domni Henrici tertii Regis invictiſſimi. Sigillum eſt læſum.



Theodoricus Cancellarius vice Bardonis Archicapellani recognovit.

Data Indict. VII. *Anno Dominicæ Incarnationis* MXXXVIIII. *Anno autem Domni Heinrici tertii ordinat.* XII. *regni verò I. Actum feliciter Amen.*

Obſervamus hic, in literis autographis, Anno Chriſti 1039. exaratis, diem ac menſem *dati* non exprimi. Et quoniam catalogi noſtri omnes mortem Egilberti Anteceſſoris ad diem 4. menſis novembris Anno 1039. reponunt, vel etiam ulteriùs differunt, hallucinari cenſemus eos, qui exiſtimant, prædictum inſtrumentum fuiſſe expeditum pridie Idus Maij ejusdem anni 1039. & Nitkerum jam eo menſe Friſingenſi Epiſcopatui præfuiſſe. Verùm de hoc ipſi interpolatores viderint. Quo menſe recitatum inſtrumentum fuerit expeditum?

Ad eundem annum, Chriſti 1039. Antonius Pagius in ſua Critica agit de origine Canonicorum Regularium, qui communi domo, communi menſa, ac communibûs bonis utuntur, & S. Auguſtini Regulam profitentur: qui ſcriptor videri poteſt.

Ad ſequentem annum, Chriſti 1040. communiter referri ſolet mors S. Chunegundis Auguſtæ Virginis, viduæ, & demùm Sanctimonialis Benedictinæ, de hac Friſingenſi Eccleſia, ut alibi diffuſiùs notavimus, optimè meritæ, cujus tamen obitum laudatus Pagius meritò mallet jam reponi ad annum Chriſti 1033. ad quem videlicet annum Chunegundis obitum repoſuit ſcriptor planè Synchronus Lambertus noſter Schafnaburgenſis, uti etiam Chronicon Hildesheimenſe, nonniſi ad annum Chriſti M XXXIII. continuatum. Sed quocunque demùm anno Auguſta Virgo deceſſerit, certum eſt, eam à morte in Sanctarum Virginum Catalogum fuiſſe relatam, neque à Benedictini duntaxat inſtituti hominibus, verùm etiam ab aliis, maximè verò à Bambergenſibus ac Friſingenſibus annuô officiô coli. Pagius ex Bollando benè notat, quemadmodum in Eccleſia Romana vigeat conſuetudo, ut in feſtis S. Petri Apoſtoli fiat commemoratio S. Pauli Apoſtoli; viciſſim in hujus feſtis, illius recolatur memoria, ita in Eccleſia Bambergenſi Sanctiſſimos Conjuges Henricum & Chunegundem non ſeparari, nec de uno eorum aliquod feſtum celebrari absque alterius implorato ſuffragio. Hæc Pagius; & benè. Id enim in Bambergenſibus Kalendariis diſertè ac piè præcipitur. Annus mortis S. Chunegundis Auguſtæ Virg.

Nitkeri Epiſcopi gratiam, qua apud Henricum Nigrum eo anno valuerat, ſequens Diploma confirmationis demonſtrat. Nitkerus valet apud Imperatorem

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Henricus divina favente Clementia Rex. Si loca venerabilia divino cultui mancipata ob memoriam Divinæ remunerationis munere noſtræ conſolationis benigniùs adaugendo ditare decreverimus,

Digitized by Google

mus, hoc non ſolùm nobis ad regni noſtri commodum, verùm & ad animæ noſtræ remedium ſalubriter provenire credimus. Quapropter omnium Chriſti noſtrorúmque fidelium, præſentium ſcilicet & futurorum univerſitati notum eſſe volumus, qualiter nos ſummæ Divinitatis intuitu per interventum nobis dilectiſſimi Sigibotonis Sanctæ videlicet Spirenſis Eccleſiæ venerabilis Epiſcopi, nec non ob aſſiduum fideleque Servitium Domni Nitkeri Friſingenſis Eccleſiæ Præſulis celeberrimi eadem ſcilicet benevolentia & auctoritate, qua ſimiliter fecit & ante me beatæ memoriæ Dominus, Genitorq́ meus, pius, & per omnia Catholicus Chuonradus ſiquidem Imperator Auguſtus, qui me interpellante, in idipſum etiam conſilio & re conſpirante in cartam conſtitutionis ejuſdem, immo hæc eadem continentem manu propria roborando, omnique lege confirmando in jus Friſingenſis Eccleſiæ tradidit, nos pariter animo nihilominùs volenti tradidimus & conceſſimus ad Altare ſemper Virginis Mariæ, Sanctique Corbiniani nobiliſſimi Chriſti Confeſſoris in civitate Friſinga corpore quieſcentis curtem Alarum ſitam in Marchia & in comitatu Adelberti Marchionis cum omnibus ad eundem locum jure ac legaliter pertinentibus, cum mancipiis utriúsque ſexûs, cum areis ædificiis, agris, vineis, campis, terris cultis & incultis, pratis, paſcuis, ſilvis, venationibus, aquis, aquarúmque decurſibus, piſcationibus, molis, molendinis, vijs & invijs, exitibus & reditibus, quæſitis & inquirendis, ſeu cum omni utilitate, quæ vel ſcribi aut nominari ullo modo poteſt, eandémque curtem in jus atque dominium præfatæ Friſingenſis Eccleſiæ ea ratione omninò transfudimus, & in perpetuam proprietatem donavimus, ut idem venerabilis Antiſtes Nitkerus & Succeſſores ſui abſq́ violentia ullius noſtri Succeſſoris ſive Regis ſive Imperatoris liberam poſthac licentiam hanc habeant potenter poſſidendi, commutandi, vel quidquid inde ſibi ſalvo jure Eccleſiæ placuerit faciendi. Et ut hæc regalis noſtræ traditionis integritas ſtabilis & inconvulſa per futura annorum curricula perſeveret, hoc auctoritatis noſtræ preceptum inde conſcriptum ſigilli noſtri impreſſione inſigniri juſſimus.

Confirmatio Curtis de Alarn.

Signum Domni Heinrici tertij Regis invictiſſimi.

Theodericus Cancellarius vice Bardonis Archicapellani recognovi.

Data XV. Kal. Febr. Indict. VIII. Anno Dominicæ Incarnationis MXL. Anno verò Ordinationis Domni Heinrici tertij XII. Regni autem I. Datum Auguſtæ feliciter Amen.

Hanc Henrici Confirmationem ſequenti anno excepit ejuſdem donatio Nitkero facta, cujus ſunt hæc verba.

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Heinricus divina favente clementia Rex. Si Sanctarum Eccleſiarum res ex noſtris facultatibus ampliamus, hoc ad præſentis vitæ noſtræ ſtatum, & ad æternæ retributionis præmium nobis profuturum eſſe non dubitamus. Hujus Spei gratia nos ob interventum Giſilæ dilectæ Matris noſtræ Imperatricis Auguſtæ, & Titmari Salzburgenſis Archiepiſcopi quandam noſtræ poteſtatis curtem Oſtermunding nominatam in pago Salzgovve, & in comitatu Aribonis Palatini Comitis ſitam Friſingenſi Eccleſiæ in honore Sanctæ Mariæ, Sanctiq́ Corbiniani conſecratæ & conſtructæ ob dilectionem & gratam nobis ſervitutem Nytgeri præfatæ Eccleſiæ Venerabilis Epiſcopi cum omnibus ſuis pertinentiis, hoc eſt, utriusque ſexûs mancipiis, areis, ædificiis, terris cultis & incultis, agris, pratis, paſcuis, campis, ſylvis, venationibus, Eccleſiis, decimationibus, aquis, aquarumq́ decurſibus, molis, molendinis, piſcationibus, viis & inviis, exitibus & reditibus, quæſitis & inquirendis, ſeu cum omni utilitate, quæ ullo modo inde venire poteſt, in proprium dedimus atque tradidimus, ea videlicet ratione, ut præſcriptus Nitgerus Epiſcopus, ſuique Succeſſores de prætitulata curte liberam dehinc poteſtatem habeant tenendi, commu-

Donatio Oſtermundingæ.

commutandi, precariandi, vel quidquid ſibi ad uſum prædictæ Eccleſiæ placuerit, inde faciendi. Et ut hæc noſtræ traditionis Auctoritas Regalis ſtabilis omni permaneat ævo, hanc paginam inde conſcribi manu propria, ut infra videtur, confirmantes, ſigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri. Dat. pridie Idus Mai. Anno Incarnationis MXLI. Actum Wormaciæ feliciter Amen.

Ex his manifeſtum eſt, Nitkerum Epiſcopum eo usque ſeſe Imperatori verum ac ſolicitum Eccleſiæ ſuæ paſtorem probâſſe.

Cæterùm ex calculo P. Mezgeri eodem anno Dietmaro Salisburgenſi Archiepiſcopo morte ſublato Balduwinus, pauperum benefactor eximius, ſucceſſit, ab ipſo ſuo Anteceſſore Sacris electoribus commendatus.

[Balduinus fit Archiep. Salisb.]

§. II.

Alia ejusdem temporis acta.

HOc eodem tempore inclytum Monaſterium Tegernſeenſe in cineres conſederat, & inſuper à furibus perverſisque nebulonibus gravia damna perpeſſum fuerat. Et ecce! culpa tota in innocentiſſimum Abbatem Ellingerum conjicitur, isque coram Henrico Rege & Nitkero Epiſcopo, ceu univerſarum illarum calamitatum cauſa & origo, reus agitur â proprijs filijs. Henricus itaque tantis Tegernſeenſium vociferationibûs permotus, Nitkerum Epiſcopum ad Tegernſeenſes miſit, qui cauſam diſcuteret, & malis remedium afferret. Ad illud Monaſterium cùm veniſſet Nitkerus, tantas adversùs Abbatem querelas audivit, ut eum & gradu & loco movendum cenſuerit. Itaque faceſſère, & ad Monaſterium Altahenſe migrare, ibique actus ſuos deplorare juſſus eſt inſons Ellingerus, qui injurias lubenti animo perpeſſus in eo Monaſterio horas minimè otioſas traduxit, ſed ſcriptioni librorum totum ſe impendit. Codices illi diu ſuperfuêre, & fortaſſis etiamnum alicubi deliteſcunt. Porrò abſente eum in modum Ellingero, Tegernſeenſe Monaſterium Altmanno, Eberſpergenſi Abbati, commendatum fuit ad tempus. Id contigit Anno Chriſti 1041. 5. Nonas Octobris: quo ipſo die Nitkerus Epiſcopus Cryptam Tegernſeenſem conſecravit, uti legimus in Monumentis Tegernſeenſibus, â Clariſſimo, & ad rem literariam illuſtrandam nato viro P. Bernardo Pezio Mellicenſi editis.

[Ellingerus Abbas Tegernſeenſis exautoratur.]

[Anedot. T. 3. part. 3. col. 510.]

In annum ſequentem, Chriſti 1042. referri cernimus mortem Heriberti Eiſtadiani Epiſcopi. Hic, ut Brunnerus ſcribit, *cùm averſas à Divo Henrico in Babenbergenſis Epiſcopij ſinum opes poſſeſſionésque difficulter concoqueret, totúsque in id incumberet, ut adventitia unde unde dote ærarium S. Wilibaldi ſolaretur, Henricum Regem; cujus res nunc ſcribimus, eò deduxit, ut Neoburgenſem Parthenonem, D. Henrici opus, Eiſtadianis Pontificibus ſubjecturum ſe polliceretur, ſi D. Wilibaldi oſſa, ipſámque adeò dignitatis ſuæ ſedem Neoburgi, deſerto Eiſtadio, collocaret. Sed ſuperis* (pergit Brunnerus) *cordi non fuit è vetere domicilio, Sanctiſſimis auſpicijs fundato, avita ſacra emigrare, aut Dei Matris cultui addictas Virgines imminuto jure, divi Cæſaris violata voluntate, & reſciſſis actis, alteri velut in ſervitutem dari. Henricum certè, injecta divinitus Religione, inconſultæ ſponſionis pœnitentia ſubiit: qua cùm omnes Epiſcopi ſpes evertiſſet, tantus animo ejus mæror incidit, ut mortis appetendæ, quàm Euſtadij reviſendi ſibi copiam dari præoptaret, haud quaquam irrito voto. In eo ipſo itinere decedentem Friſingenſis Epiſcopus Nitkerus tumulavit.* Hæc Brunnerus.

[Heribertus Ep. Eiſtet. tumulo infertur à Nitkero Ep. Vid. Brunn. part. 2. Annal. Boj. p. 866. & ſeq.]

Heribertum Friſingæ obiiſſe, P. Gabr. Bucelinus noſter in ſua *Germania Sacra* commemorat. Porrò Heriberto in Eiſtadiana Cathedra ſequenti anno ſurroga-

[Part. 1.]

roga-

Digitized by Google

rogatus eſt Gebhardus, ex illuſtri ſive Calvvenſium ſive Hirſpergiorum Comitum proſapia ortus, futurus ſummus Eccleſiæ Catholicæ Hierarcha, uti ſuo loco monebimus. Eodem anno Henricus Rex Henricum, eo nomine ſeptimum, divæ Chunegundis ex fratre nepotem, Bojis novum principem præfecit. Rex ipſe Henricus Agnetem Ingelhemij duxit: quo tempore loco hiſtrionum, qui ad regias nuptias magno numero convolaverant, pauperes refici juſſit. Tantum Rex adoleſcens ab optimo inſtitutore ſuo Egilberto, Friſingenſi Epiſcopo, olim didicerat.

Modeſtia Henrici Regis in nuptiis.

Ingentes adversùs eundem Regem noſtrum tumultus tum Bohemi tum Hungari annîs proximè elapsîs excitaverant, quos Ovo Hungarorum Rex, aut potiùs Tyrannus, ac regni invaſor nunc faſtu nunc perfidia ingenti contra Henricum ad arma provocaverat, quem is tamen tandem exautoravit, vitâ privavit, ac Hungariam Imperij tributariam fecit. Refert Aventinus, & ex Aventino Brunnerus ac Palatius, Bernulphum ac Machtunum, Nitkeri Epiſcopi noſtri, fratris ſui, favore obnixos, in aulam Regis noſtri irrepſiſſe, &, cùm ob obſcuros natales nobilium præfecturas conſequi haud potuiſſent, ad Ungaros defeciſſe, meritò proditionis ſperantes, quod natalium ignobilitas denegaverat. Hortatos inſuper eſſe Ovonem, ut pactorum ſimulatâ obſervantiâ, Henricum pacis fiduciâ cum paucis ſuorum advenientem circumveniat, occidat, Boiariam invadat: ipſos Reginoburgum ei tradituros. Sin ille veniat, nihilominùs arma inferat: opes ſeſe, vitámque offerre. Acceptîs literîs Ovonem ipſos collaudâſſe, præmiîs oneràſſe, alteri Ducatum, alteri præfecturam Bojorum promiſiſſe, ſi optatus facinoris exitus id permiſſurus eſſet. Porro Henricum, de Ovonis perfidia edoctum, comparuiſſe non cum paucis ſuorum, ſed cum ingenti exercitu, & Hungaros gravi clade affeciſſe. Fuiſſe eo tempore interceptum Nannonem ſcribam Hungarum, in cujus vidulo ſeu crumenula à Zona ſerica pendente epiſtolam Bernulphi & Machtuni fuiſſe inventam, Cæſarique oblatam: quam cùm Imperator legiſſet, Bernulphum & Machtunum fidei, quam violaverant, meritas pœnas ſolvere, & in furcam agi imperâſſe. Addit Aventinus, Nitkerum Epiſcopum Fruxinenſem ob necem fratrum ignominioſam nimìs protervum, Ravennam ab Imperatore fuiſſe relegatum, ubi ſubitò fatò interiêrit. Hæc illi. Verum ut ut Aventino non negemus, quæ ipſe de Nitkeri fratribus, quamquam ſine adducto teſtimonio, ſcripſit, & inſuper facilè credamus, Nitkerum gratiâ Henrici ad tempus excidiſſe, ac, ſuo tempore, Ravennæ ſubitò fatò interiiſſe, cum tamen Ravennam velut exulem veniſſe omninò negamus, idque infra ex Synchronis ſcriptoribus luculenter diluemus. Nitkerum ab anno Chriſti 1044. uſque ad 1049. Friſingæ, aut certe in Cæſaris aula moratum non fuiſſe, ex eo videmur poſſe admittere, quòd toto illo tempore nihil reperiamus, quod is ſive domi ſive foris geſſerit. Porrò Nitkerum Anno 1049. ac tribûs ſequentibûs vitæ annîs Henrici favoribûs uſum fuiſſe, infra demonſtrabimus.

Hungaria fit Imperij tributaria.

Nitkeri duo fratres plectuntur.

Nitkerus non exulavit Ravennæ.

Supradictus annus Chriſti 1044. Romanæ Eccleſiæ ſanè triſtiſſimus fuit, cùm tres Pontifices, qui ſummi eſſe non poterant, Petri Cathedram non regerent, ſed potiùs diſcerperent. Diverſas Hiſtoriographorum ea ſuper re Relationes referre non vacat. Suademus tamen Lectori curioſo, ut ea ſuper re Antonium Pagium ad annum prædictum adeat, ſatìs certa ab eo edocendus. aliqua de his infra commemorabimus. Sequenti anno Chriſti 1045. Berengerium, Patavienſem Epiſcopum, obiiſſe, & Engelbertum ſucceſſiſſe, Hundius in Metropoli tradit.

Varii eventus illius temporis.

Brunnerus ſcribit, eodem anno Henrico Regi, vernum jejunium hîc Friſingæ auſpicanti, Legatos Hungariæ, Regis ſui (Petri) nomine magnîs precibûs inſtitiſſe, ut pacem ſalutémque, quam Patriæ peperiſſet armatus, inermis ſtabiliret: Henricum verò poſtulatis annuiſſe. Hæc ille. Sanè an eo tempore Nit-

Henricus Rex Friſingæ annuit Hungaris pacem petentibus.

Digitized by Google

Nickerus Friſingæ fuerit præſens, ex domeſticis membranis non conſtat, ut ſupra inſinuavimus. Aventinus, dum memorat, Henricum eo tempore apud Nickerum Friſingæ fuiſſe, ſibi, aſſertóque Epiſcopi exilio luculenter contradicit.

Extat in chartario Reverendiſſimi atque Illuſtriſſimi Cathedralis Collegij Friſingenſis Codex antiquus, manu ſin XI. certè XII. Sæculi exaratus, cui titulus: *Deliberatio Gerardi Moreſinæ Eccleſiæ Epiſcopi ſupra hymnum trium Puerorum ad Iſingrimum liberalem:* Opus, ut videtur, orbi hactenùs planè incognitum, verùm nunc ad typos jamjam paratum. Autor illius hoc ipſo, de quo in præſens agimus, tempore Martyrium pro Chriſto pertulit, de quo paucula, etiam rebus ſupra memoratis lucem affuſura, ex Breviario Monaſtico & aliis ſcriptoribus delibanda cenſuimus. Opuſculum S. Gerardi de Sagredo aſſervatur Friſingæ.

Gerardus igitur, ſcriptor, imò Autor ejus Libri, Venetijs ex Sagreda Patritia familia natus, ab ineunte ætate divino cultui deditus, Monaſticum inſtitutum amplexus eſt ſub Regula S. Benedicti in Monaſterio S. Georgij Majoris Venetiarum, in quo divinis contemplationibus vacans, flagranti animo concupivit Dominicum ſepulchrum inviſere. In ſuo itinere eo ipſo tempore in Hungariam venit, quo S. Stephanus regnabat, à quo non ſolùm benignè acceptus, verùm etiam retentus eſt, ut rudem illam gentem Chriſtianis præceptis, verbô atque exemplô erudiret. Id ut cum majori dignitate præſtaret, volente Stephano, Pontificali etiam Infula decoratus eſt. Adfuit piiſſimi Regis votis & Evangelici Præconis ſtudiis Divina pietas, factumque eſt, ut non modò novi Tyrones in fide confirmarentur, ſed etiam fidelium numerus magnoperè augeretur. Eccleſiæ in ſingulis urbibus deinceps fuère exſtructæ à Gerardo, qui Baſilicam primariam in honorem S. Georgij Martyris Conadij ad litus Moriſij fluminis exſtruxit, atque inde Moreſinam ſedem appellavit. In hac verò Eccleſia, quam Rex liberaliter dotavit, in honorem B. M. V. aram erexit appenſo ad eam argenteo thuribulo, in quo thymiama perpetuò adoleri inſtituit, & ibidem ſingulis Sabbatis officium celebrari voluit de Beatiſſima Virgine Deipara, quam *Dominam* ſuam gens illa ex ejus inſtituto deinceps appellavit, & ſingulari ſtudio colere cæpit. S. Gerardi Vitæ Compendium.

Defuncto Stephano Rege, ac Petro in ejus locum à Proceribus Regni ſuffecto, cùm is, de quo ſupra egimus, Ovo vel Uvo regnum invaderet, ſibique adverſantes ſudibûs ac palis, ipsîs Sacrîs Quadrageſimæ diebûs, ſuffigeret, at nihilominùs ad Moreſinam Gerardi Eccleſiam paſchalia Sacramenta percepturus, & Regio Diademate coronandus accederet, adverſantem ſibi Epiſcopum expertus eſt; qui, ut coronam tyranno imponeret, permoveri non potuit: cumque Uvo poſtea ab aliis Epiſcopis coronam ſuſcepiſſet, & coronatus cum ingenti comitatu Eccleſiam ingreſſus eſſet, Gerardus conſcenſo ſuggeſtu per interpretem invaſori dira imprecatus, futuram illi poſt triennium expulſionem & necem: populo verò, qui tyranno favebat, immanem ſeditionem prædixit, in qua ipſe quoque Gerardus occidendus eſſet: quæ omnia eventus probavit. Nam ſeditione exorta, cum ad Albam Regalem Vir Dei Gerardus proficiſceretur, illic cænantibus fratribus aliquando dixit: *Fratres & Amici, cras ad cœnam Agni vocamur.* Tum exemplô Divi Stephani Proto-Martyris, futurus ipſe illuſtriſſimus Pannoniæ Martyr, Deum obteſtans, ne gentilibus ſtatueret hoc peccatum, lapidibus obrutus eſt Anno Chriſti 1047. primus Hungariæ Apoſtolus deinceps appellatus. Hæc ex variis Scriptoribus congeſſimus, quorum tamen nemo meminit, aliquem glorioſi hujus Chriſti Martyris partum literarium in orbe reperiri. Verùm is, uti confidimus, brevi lucem aſpiciet opera V. C. P. Bernardi Pezij, non ſine inſigni Illuſtriſſimi Capituli Cathedralis Friſingenſis gloria, quippe è cujus ſcrinijs honor Beatiſſimo Martyri & Hungarorum Apoſtolo tribuitur, quo is omni propemodùm ab obitu ſuo tempore, id eſt, ſeptem ferè abhinc ſæculis caruit. Feſtum ipſius Sancti ſcriptoris tum ab Hungaris,

tum ab inſtituti Benedictini Sodalibus 8. Kal. Octobris, ſive die 24. Septembris colitur, ad quam diem in Martyrologio Romano repoſitum cernimus. Hæc occaſione Codicis, apud Friſingenſes reperti.

§. III.

Proſecutio Actorum usque ad Annum 1052.

Henricus Imp. non peccavit contra Gregorium VI.

USurpâſſe Henricum Regem inconceſſam omninò poteſtatem, nimisque periculosè Eccleſiaſtica judicia ſibi ſumpſiſſe, Baronius conqueritur, eò quòd Rex Gregorium ſextum, Romanum Hierarcham Pontificatu exuerit. Verùm Antonius Pagius in Critica ad Annales Baronij ex Victore III. Papa egregiè docet, Henricum in toto illo negotio *ſeſe inculpatè geſſiſſe*. Sutrij Menſe Decembri congregata fuerat Synodus, ubi de exautoratione actum fuerat. Ibi depoſitìs priùs aliìs duobûs Pſeudo-Pontificibûs Gregorius, teſte Victore Pontifice, *agnovit, ſe non poſſe juſtè honorem tanti Sacerdotij adminiſtrare, & ex Pontificali Sella exiliens, ac ſemetipſum Pontificalia indumenta exuens, poſtulatâ veniâ Summi Sacerdotij dignitatem depoſuit.* Ita Victor Pontifex: qui ſtatim ſubdit. *Poſt hæc Rex Urbem ingreſſus, congregato in Eccleſia Beati Petri Apoſtoli Romano Clero & populo, una cum Epiſcopis, qui in prædictam convenerant Synodum, communi conſilio Clementem* (ab inito Pontificatu ſic dictum, antea verò Suidgerum appellatum) *Bambergenſem Epiſcopum elegerunt, quia in Romana Eccleſia non erat tunc talis reperta perſona, quæ dignè poſſet ad tanti honorem ſufficere ſacerdotij: eumque in Apoſtolica Sede ad regendum Dominicum gregem inthronizantes conſtituerunt.* Qua de re Pagius videri poteſt: qui addit, Ottonem Friſingenſem, ſubſequentis Sæculi hominem, non niſi ex incertis rumoribus aliter ſcripſiſſe. Porrò Clemens, eo nomine ſecundus Romanus Pontifex, *nimium* (ut Hermannus noſter Contractus ſcribit) *reluctans* in Cathedram Petri evectus, *ipſa Natalitia Chriſti die ex more conſecratus, eadem die Henricum Regem, & Conjugem Agnetem imperiali Benedictione ſublimavit.* ita Hermannus apud Baronium, imò potiùs in Chronico ſuo, quod Henricus Caniſius *Tom. I. antiq. lect.* edidit.

Suidgerus Epiſc. Bamberg. elevatur in ſolium Petri.

dictus Clemens II.

coronat Henricum Imp.

Mors Clementis PP. optima conſilia abrumpit.

Rebus ita ex animo Imperatoris citra noxam geſtis tum ipſe Clemens Pontifex, tum Imperator rem tantis faſtigijs digniſſimam, aſt maximè arduam ſequenti ſtatim anno aggreſſi, conſilia de vulgato per aliqua tempora Simoniæ malo penitùs extirpando, omníque Sacrorum Ordinum nundinatione eliminanda, tum Romæ, tum in Germania inſtituerunt. Optimis verò conſiliis mors optimi Pontificis interceſſit, qui poſt novem â promotione menſes deceſſit, Bambergæ ſepultus, quam Eccleſiam etiam Papa factus, nunquam dimittere voluit. Eodem anno Henricus VII. Bojariæ Dux diem ſuum obijt.

Poppo Brixin. Epiſcopus fit Papa.

Henricus Imp. Friſingæ interpellatur, ut novum Pontificem proponat eligendum.

Defuncto interim Clemente ſummo Pontifice Benedictus IX. anno ſuperiori depoſitus, iterum Pontificatum, ex Baronij opinione, invaſerat: cui malo ut mederetur Imperator, qui Anno Chriſti 1048. in Bojariam ſe contulerat, Legatis Romanis, ſucceſſorem poſtulantibus, Popponem, Brixinenſem Epiſcopum aſſignavit: qui omnium ſuffragiis electus, Damaſus ſecundus appellatus eſt. Popponem hunc fuiſſe natione Bojum, Platina apud Hundium ſcribit, cui P. Gregorius Kolb S. J. calculum ſuum adjicit. Verum is nonniſi ad paucos dies ſupervixit: nam Idibus Auguſti Prænepte exſtinctus eſt, & Brunoni Tullenſi Epiſcopo locum fecit. Scribit Lampertus noſter Schaffnaburgenſis, Henricum Imperatorem eo tempore Friſingæ commorantem, nuncium de morte Damaſi accepiſſe, & Legatos Romanos alium Virum, tiarâ Pontificia dignum, Romæ poſtea eligendum, proponi ſibi petiiſſe. Præſtitit iſtud Imperator poſtea Wormatiæ, ut Pagius probat, & Brunonem Tullenſem

Digitized by Google

Epiſcopum Romanis commendavit: qui ab ijs cum gaudio electus Leonis IX. poſthac nomen tulit. Is paulò pòſt congregatis tum Romæ, tum Papiæ Concilijs adversùs Simoniacam pravitatem fortiſſimè decertavit: mox Coloniam & inde Remos petijt, impuros Sacerdotum mores tum in Germania tum in Gallia emendaturus. Scribit nonnemo, in Synodo illa Remenſi Epiſcopum Friſingenſem, cùm contra Apoſtolicam Auctoritatem præfractè ageret, repente in omnium oculis non ſecùs, atque elinguem, obmutuiſſe. In hujus aſſertionis teſtimonium Scriptor ille Sigebertum adducit. Nos ſaltem in Chronico Sigeberti id non invenimus. Si alibi id Sigebertus ſcripſit, aut ipſe hallucinatus eſt, aut librarij vitio ejus Verbum depravatum fuiſſe, nobis pronum eſt credere. Baronius, ac poſt eum Mabillonius in Annalibus texuère catalogum omnium Pontificum atque Abbatum, qui Synodo illi interfuère. At nullus ibi Friſingenſis Epiſcopus comparet. Nec mirum. Leo ad Remenſem Synodum non vocavit, niſi *circumjacentium* Regionum Epiſcopos & Abbates.

Annuit. Leo IX. Pontifex.

Falſum eſt, Nitkerum noſtrum in Synodo Remenſi obmutuiſſe.

Hinc neque Archiepiſcopus Salisburgenſis, nec ullus alius Boiariæ Epiſcopus aut Abbas, imò ne quidem Epiſcopus Auguſtanus veniſſe memoratur. Quid igitur cauſæ Nitkerus noſter habuit, ut Remis compareret? ſcimus (ut idem Baronius tradidit) in Synodo Remenſi Epiſcopum Veſontionenſem, qui Hugonis Lingonenſis Epiſcopi peſſimam cauſam defendendam ſuſceperat, ſubitò linguæ uſu fuiſſe deſtitutum. Atque hinc ſuſpicari licebit, verba Sigeberti (ſi tamen Sigeberti) non ad Friſingenſem, ſed ad Veſontionenſem Epiſcopum pertinere.

Domeſtica chartaria, ac nominatim libri traditionum primus & quartus produnt, Nitkerum eodem anno ab Henrico Rege impetrâſſe jura quædam in Ardacheren Auſtriæ, quæ Henricus Imperator fortaſſis nunquam conceſſiſſet Nitkero, ſi is tam malo in Leonem, novum Pontificem, omnibus ſuſpiciendum, animo fuiſſet. Inſtrumentum donationis, quod in prædictis codicibus non invenimus, ſuppeditat nobis R. D. Duellius, Canonicus Regularis S. Hippolyti in Auſtria, in Miſcellaneis ſuis recens editis: quod ſic habet.

Fol. 8. a. manu poſterioris ætatis. fol. 112. c.

l. 1. pag. 106. & ſeq.

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Henricus divina favente Clementia Romanorum Imperator Auguſtus. Quoniam ex jure ſuſcepti Regni omnibus Eccleſiis Romani Imperij debitam ſollicitudinem debemus impendere, volumus unamquamque, quantum nobis ex divinæ gratiæ munere conceditur, procurare, & ad Dei ſervitium promovere, quod Chriſti, noſtrique tam futuri, quàm præſentes noverint fideles, qualiter nos pro animæ noſtræ felicitate, & Anteceſſorum noſtrorum requie, & ob interventum noſtri thori ac Regni conſortis, ſcilicet Agnetis Imperatricis Auguſtæ, & ob devotam ſervitutem noſtri fidelis & dilecti Nikeri Friſingenſis Epiſcopi ad Altare S. Mariæ ſemper Virginis, Sanctique Corbiniani Confeſſoris in Monaſterio Friſinga tale prædium quale del Reich, id eſt, Aſtum in Ardaker in comitatu Marchionis Adalberti trans fluvium Enſam habuerunt, jure gentium noſtræ poteſtati dicatum tradidimus, cum omnibus ſuis pertinentijs, cum mancipijs ſcilicet utriusque ſexûs, areis, ædificijs, agris, pratis, campis, paſcuis, terris cultis & incultis, ſilvis, venationibus, aquis, aquarúmque decurſibus, molis, molendinis, piſcationibus, exretibus, & redditibus*, vijs & invijs, quæſitis & inquirendis, & cum omni jure & utilitate, quæ ullo modo inde poterit prævenire*, ea videlicet ratione, ut præfatus Epiſcopus, & ſui Succeſſores in prædicto loco Ardaker Clericos ſæculares ad Dei ſervitium paſcant, & ſuſtentent regulari præbenda in honorem S. Margarethæ Virginis Martyris ibidem conſtitutos, congregatos. Et ut hæc noſtra Imperialis traditio ſtabilis, & inconcuſſa omni ſuccedentiâ temporis permaneat, ideò hoc præceptum inde conſcriptum manu propria corroborantes, ſigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri. Datum 7. Idus Januarij Anno Dominicæ Incarnationis Milleſimo quadrageſimo nono, Indictione ſecunda. Anno*

* *forte* exitibus.
* *forte* reditibus
* *forte* provenire.

Ita omninò legendum cenſemus, quamvis aliter legerit Duellius.

autem Domini Hainrici Regis tertii Imperatoris ſecundi, ordinatione ejus vigeſimo, Regni quidem decimo, Imperii autem ..... in nomine Domini. Actum Eberſperg feliciter, Amen. Ita Inſtrumentum, prout â Duellio fuit productum, qui quidem in Exemplum parùm caſtigatum incidiſſe videtur.

Cæterùm, ut ſupra jamjam monuimus, hæc ab aliquot annis prima eſt mentio, quæ tum in domeſticis tum extraneis membranis de Nitkero iterum occurrit.

Norimbergenſi Conventui præſens Nitkerus.

Sequenti annô, cùm Norimbergæ decretum eſſet adversùs Hungarorum inſolentes motus â Cæſare bellum, inter Proceres præſentes etiam Nitkerum noſtrum nonnemo numerat. Nos verò ſine teſte antiquo id non audemus aſſerere, utut aliàs facilè conſentiamus. Bellum illud feliciter hoc anno geſtum, poſteriori minùs proſperè continuatum eſt. Quo tempore Henrico Imperatori Optimo natus eſt filius Henricus, peſtis Eccleſiæ futurus, veluti in conſequentibus videbimus. Ad cœlos verò translatus eſt S. Bardo, ex Monacho Hirsfeldenſi Moguntiæ Archipræſul, *Germaniæ Chryſoſtomus* appellatus, vir Apoſtolicus, Spiritu Prophetiæ & miraculorum gloriâ illuſtris, uti poſt alios Bucelinus ſcripſit, ſubjungens, Bardoni ſucceſſiſſe Lupoldum, Fuldenſem Monachum.

Naſcitur Henricus IV. A. 1051.

Nitkero cauſa quædam in Italia decidenda committitur.

In libro quinto traditionum Friſingenſium legimus, hoc Anno Nitkerum Friſingenſem Epiſcopum veniſſe ad Monaſterium Laubienſe, Ticinenſi urbi adſitum, vulgò *Cælum aureum* dictum, ibíque cauſam aliquam cum alijs adjunctis judicibus termináſſe. Verùm quia cauſa illa nimis obſcurè proponitur, & aliàs ad propoſitum noſtrum nihil confert: notæ inſuper Chronologicæ inter ſe minùs cohærent, operæ pretium non facturos nos exiſtimamus, ſi ejusmodi inſtrumentum hic inſeramus. Illud tamen in Parte altera exhibebimus.

N. 1217.

Leo IX. PP. venit in Germaniam A. 1052.

Interea Henricus Auguſtus cum Andrea Hungariæ Rege bello inexpiabili contendebat: quos ut ad concordiam Leo Papa revocaret, iterum in Germaniam contendit. In eo itinere Leo Pontifex Ratisbonam acceſſit, ibíque Wolfgangum atque Erhardum Ratisbonenſes Epiſcopos inter Sanctos recenſuit, ac quædam Sacella conſecravit, ut in Mauſolæo S. Emmerammi legimus. Eadem occaſione cum Pontifex Divi Dionyſii Areopagitæ Sacrum Corpus Emmerammianis noſtris adjudicáſſet, piæ illi controverſiæ locum fecit, quæ uſque in præſens inter noſtros San-Dionyſianos Gallos, & Emmerammianos Bojos viget: cujus litis arbitrium nobis minimè arrogamus. Eo ipſo tempore Leo multas Germaniæ Eccleſias Imperatori conceſſit, & ab eo viciſſim Beneventum cum ſuo Ducatu accepit.

Nitkero Epiſcopo noſtro ab Henrico Rege factam eſſe eodem anno Chriſti 1052. confirmationem quorundam bonorum, tum Cathedrali, tum S. Viti Eccleſiis antehac conceſſorum, diſcimus ex literis Cæſareis in parte altera recitandis: quas quia nihil ſingulare continent, ac paulò aliter in membranis Epiſcopalis Chartarij, aliter in quodam libro Collegiatæ S. Viti Eccleſiæ leguntur, hîc inſerendas eſſe non exiſtimamus.


N. 1218.

§. IV.

Acta incerti temporis, & mors Nitkeri Epiſcopi.

Nitkerus Ep. Henrico III. pretioſum donum offert.

REfert in Annalibus Ordinis S. B. eruditiſſimus noſter Mabillonius, in Vindocinenſi noſtro Monaſterio (*Vendôme* Gallis dicto) haberi ex dono Nitkeri Friſingenſis Epiſcopi capſulam auream, in qua aſſervetur lacryma quædam, quam unam eſſe ex illis, quas Chriſtus Dominus in reſuſcitatione Lazari fuderit, quàmque ex urbe ſive Conſtantinopolitana ſive Hieroſolymitana Equites quidam Friſingam detulerint, tradunt. Hæc capſula Sanctos Friſingenſis Eccleſiæ Patronos, qui eo tempore colebantur, exhibet, nempe Eutro-



Digitized by Google

tropium, Corbinianum, Mauritium, Tertulinum, atque Georgium, aureîs
literîs in ea expreſſos, ſimúlque nomen Nitkeri Epiſcopi, qui hanc capſulam
Regi Henrico donavit. Ibi inter alia hic verſus legitur:

Aſpice læta tuos felix Frigiſinga Patronos.

In altera:

Henricus Rex, Nitkerus Epiſcopus.

In ea capſula tres aliæ continentur pretioſæ arculæ, in quarum tertia habe-
tur ſacra lacryma, vitrea ampulla cærulei coloris incluſa: Exiſtimat Mabillonius
hanc capſulam, à Nitkero Epiſcopo Henrico Regi donatam, ab eodem Rege
veniſſe ad Gaufridum Comitem, Monaſterii Vindocinenſis fundatorem, &
aliqua conjecturæ ſuæ fundamenta recenſet. Speciem capſulæ in partes divi- *Tom. IV. pag.*
ſam ex Mabillonio hîc exhibere Lectori haud ingratum fore credimus. *532.*

Hanc donationem à Nitkero Epiſcopo Regi Henrico factam fuiſſe eo tem-
pore, cùm Nitkerus inter primæ admiſſionis miniſtros in aula Regis numerare-
tur, dubitare fas non eſt. Quo verò anno id contigerit, non lubet equidem
divinare. Factam tamen eſſe, antequam Henricus Romæ Coronam Imperii
acciperet, ex eo facilè colligitur, quòd is in capſula non Imperator, ſed Rex
duntaxat appelletur. Sanè quis fuerit Sanctus ille Eutropius (plures enim eo
nomine Sancti in Romano Martyrologio recenſentur) aut cur Nitkeri tempore
venerit in cenſum Patronorum Friſingenſium, ignorare nos ultrò fatemur, cùm
nulla de eo in literarijs monumentis Friſingenſibus ſive anterioribus ſive poſte-
rioribus extet mentio. De Sanctis verò Corbiniano & Tertulino in Superiori-
bus egimus. S. Georgius uſque hodie præcipuæ Parochialis Eccleſiæ Friſingenſis
Patronus habetur. De S. Mauritio notabiles reliquiæ coluntur in Eccleſia Ca-
thedrali Friſingenſi, ejúsque ac Sociorum Exuperij, Candidi, Victoris, Inno-
centii & Vitalis Officium olim non ſolùm lectiones peculiares, ſed & proprias
antiphonas in Friſingenſi Breviario habebat: hodiè verò ritu ſaltem communi
etiamnum peragitur. Id quod occaſione doni Nitkeri Henrico facti hîc mo-
nendum cenſuimus.

In Codice Traditionum Weichenſtephanenſium reperimus ſequentem Nit- *Fol. 7. b.*
keri Epiſcopi donationem.

Noſcant Chriſtiani .... quia Venerabilis Friſingenſis Sedis Epiſcopus Nitke- Eſt etiam li-
rus tale prædium, quale habuit in loco, Ruminiſperch dicto, ſitum, per ma- beralis erga
num Advocati ſui Jacobi pro ſalute animæ ſuæ tradidit ad Altare S. Stephani Weihenſte-
ejuſdem Altaris ſervitoribus perpetualiter poſſidendum cum ſilva, pratis, omni- phanenſes.
búſque appenditijs ad prædictum prædium pertinentibus. Et hanc traditionem
ſubſcriptis ſtabilivit teſtibus: Gerolt. Udalſcalch &c.

Razo ſeu Raſſo, Comes de Dieſſen Heriberto cuidam Presbytero, propin-
quo ſuo, omnia ſua bona in Nansheimb, Schvvabenſis præfecturæ vico, olim
donaverat; quod idem Heribertus adductis idoneis teſtibus aliquando proba-
vit. In eo vico laudatus Heribertus poſthac Eccleſiam conſtruxit, eámque
poſtquam à Nitkero Epiſcopo ſacris cæremonijs inaugurata fuerat, Canonicis Eccleſia in
Cathedralis Eccleſiæ Friſingenſis gubernandam commiſit, ita tamen, ut poſt Nansheim
ſuum obitum ſemper eligeretur è ſuo ſtemmate Clericus, qui in ea Eccleſia Sa- committitur
cra munia obiret. Chartam donationis in Parte altera exhibemus. Ubi meritò Collegio Ca-
advertimus, Raſſonis Dieſſenſis Comitis nomine hîc neutiquam intelligi beatum thedrali.
illum Raſſonem, quem ex Palatino, ac militum præfecto Monachum factum N. 1219.
eſſe in Actis S. Lantperti Friſingenſis Epiſcopi diximus, ſed potiùs Rapotonem II. §. 2.
Comitem de Andechs, Dieſſen & Hochenvvarth, qui unà cum Hemma Con-
juge ſua Parthenonem Hochenvvartenſem fundavit. *Rado* enim *Razzo, Raſſo,*
Rathold, Rathod, Rapot, Ratpolt & *Rad* idem ferè ſonare, & nonniſi à li-

 bra-

Digitized by Google

brarijs nominum compendia amantibus differentiam accepiſſe, Kero S. Galli Monachus aliíque in vocabularijs advertêre, veluti oportunè nos monuit interrogatus â nobis vir Clar. P. Benedictus Friepois Monaſterii Andecenſis Prior, cui obæratos nos eſſe etiam alibi profeſſi ſumus.

Tranſactio inter Epiſcopos Auguſtanum & Friſingenſem ſuper certis decimis.

Inter Eberhardum Auguſtanum Epiſcopum, & Nitkerum Epiſcopum Friſingenſem orta aliquando erat controverſia ſuper decimis in Geiſenhauſen, quas uterque Epiſcopus Eccleſiæ ſuæ vendicare cupiebat. Ea lis denique ita deciſa fuit, ut Eberhardus Nitkero plura prædia varijs in locis aſſignaret, Nitkerus verò decimas illas Eberhardo cederet. Id fieri debuit ante Annum Chriſti 1047. quo N. 1110. Eberhardus, teſte P. Corbiniano Khamm, jam è vivis exceſſit. Inſtrumentum in Parte altera producimus.

Quædam bona Eccleſiæ S. Viti permutantur.

Circa illud ipſum tempus Adalbertus quidam Archidiaconus prædium quoddam hæreditarium *in Seli* unà cum duabus *Hubis*, ſeu ſpatijs plures manſos ſive agros comprehendentibus, Eccleſiæ S. Viti tradidit, & quidem in manus Nitkeri Epiſcopi: qui Epiſcopus eidem Adalberto ex bonis Eccleſiæ S. Viti alia bona in Hamareshuſen redhibuit. Hujus & aliarum commutationum â N. 1111. uſque 1119. Nitkero Epiſcopo factarum Inſtrumenta in Partem diplomaticam rejicimus.

Diſceptatur de quorundam ſtatu ſervili.

Majoris momenti eſt fragmentum quoddam, quod in libro 2. Traditionum Friſingenſium reperio. Illud ſic habet. *Genuit autem ſupra dicta Guntpirc filias duas, unam nomine Meduni, alteram Adalpurc. Genuit autem Meduni filias quatuor, Adalhilt, Hiltikart, Meduni, Reginhilt, & filios Dietric & Otperht. Genuit autem Adalpurc filias Dierhilt & Uta. Genuit Adalhilt filias quatuor, Hiltikart, Ata, Willirun, Perusvvint. De iſta Perusvvinda & de filijs ejus Dietperto & Chunrado & cæteris poſtea facta eſt inquiſitio ſub Epiſcopo Nitkero & Advocato ejus Ottone, & Vicedomino Piligrimo, ut deberent Sanctæ Mariæ Sanctóque Corbiniano ſerviliter obedire. Tandem apud Veringam lite cepta & finita confirmaverunt & conſtabiliverunt pactionem ſupra dictam, quam fecit nobilis mulier Guntpirc cum Abraham Epiſcopo, hoc eſt, ut eadem Peruſvvind, & ſupra dicti filii ejus & filiæ Adalhilt, & Perhta, caterique poſteri ejus, nec non omnes, qui eſſent de cognatione jam ſæpè dictæ* Abſolvuntur. *Guntpirige, deberent eſſe ſoluti ab omni ſervili anxietate, niſi, ut dictum eſt, qui viri eſſent beneficiati, aut Clericali, aut Camerali, aut Pincernali, aut dapiferali ſervicio ipſo Epiſcopo, qui tunc & tunc eſſet. Hæc ſunt nomina eorum, qui conſtricti & interrogati Sacramento hæc ita eſſe, ut dictum eſt, affirmabant, Ebararo, Aripo, Altman, Marvvart &c.* E quibus luculenter intelligimus, Epiſcopos Friſingenſes jam ſæculo undecimo adhibuiſſe Miniſtros, ſeu, ut vocabant, *Officiatores* Nobiles, Camerarium, Pincernam atque Dapiferum: ea tamen officia ea ætate hæreditaria nondum fuiſſe, ſed ad optionem Epiſcopi pertinuiſſe.

Tandem ad mortem Nitkeri noſtri conſcribendam delati, cùm eam commendare poſteritati cuperemus, ab aliis Scriptoribus planè prohibemur. Vide, bone Lector, quid de illo Brunnerus ſcripſerit? *Annus quinquageſimus ſecundus* (*Sæculi XI.*) *Nitgerum ſive Nizonem Epiſcopum ſuſtulit, cum priùs ſuas ipſe laudes magnis virtutibus, aut certè illarum ſimulatione collectas ſepeliviſſet. Faſtûs olim, & inſolentiæ notatus ſeſe in ordinem redegerat, laudabili cenſura, conciliatus eo nomine Henrico Cæſari, & amicis primæ admiſſionis adſcriptus, publicìs etiam literìs, quibus ſua ibi dona confirmat, luculentè laudatus. S. Viti Eccleſiam, quam Engelbertus* (Egilbertus) *Friſingæ cæperat* (imò veriùs antiquam novis miniſtris crediderat) *ipſe perfecit, locupletavitque, &* (poſt Hittonem & Egilbertum) *fundatoris nomen meruit. Sub finem vi-* Nitkeri exitus infelix. *tæ ad ſua primordia relapſus, facto cum modeſtia divortio, ſenectutem juven-*

Digitized by Google

juventæ probrîs contaminavit, miſer, qui virtutum comitatum, cùm maximè uſui ſunt, repudiârit. Hæc Brunnerus: cui Adelzreitterus ſubſcribit. Facem his Scriptoribus præluxerant non dico Aventinus, ſed Wibertus, Brunonis, antehac Tullenſis Epiſcopi (poſtea Romani Pontificis: Leonis IX.) Archidiaconus, vitæ ejusdem Leonis ſcriptor: & B. Hermannus Contractus noſter, Hiſtoriographi Synchroni. Wibertus de Nitkero in vita S. Leonis IX. P.P. hæc habet apud Pagium ad hunc annum: *Erat huic viro Dei* (Leoni IX. P.P.) *non modica concertatio contra pervaſores rerum Sanctæ Romanæ Sedis, maximeque contra Ravennatem Epiſcopum, Spiritu repletum contumaciæ & rebellionis, cui nonnulli favebant Palatini, gloriæ invidentes Domini Apoſtolici*, nempe Leonis Papæ. *Quorum caput in ſomento diſcordiarum erat Nizo Epiſcopus Friſingiæ, ſuper quem divina virtus hujusmodi horrendam ultionem dignata eſt oſtendere. Nam pro reſponſis Imperialibus in Italiam directus Ravennam devenit, & in favorem Ravennatis detrectatoria verba contra Beatum proferre cæpit. Inter quæ ducto ſub gutture digito ad hæc blaſphema prorupit. Hoc guttur gladiô abſcindatur, niſi eum deponi fecero ab honore Apoſtolatûs. &c. &c.* Ita Wibertus. Hermannus verò breviùs hæc ſcripſit. *Tempore quadrageſimali Imperator Ravennatem Archiepiſcopum Henrichum promovit, & Nizo Friſingenſis Epiſcopus priùs ex ſuperbiſſimo vitæ habitu ad humilitatis & Religionis ſpeciem converſus, ac denuò ad priſtinæ converſationis inſolentiam reverſus, cùm eum juſſu Imperatoris Ravennam perduxiſſet, ſubita inibi morte periit.* Hæc Scriptores Synchroni, iique celebratiſſimi. Rotulus Benedictoburanus, ex pluribus membranis ſimul conſutus, & membraneîs viculîs ſimul alligatis compoſitus, atque ante Annum Chriſti 1065. manu itidem Synchrona conſcriptus, ad ipſum annum ejus Sæculi quinquageſimum ſecundum hæc exhibet: *Cùm eſſet Gotahelmus 20. annos hujus loci* (Buronenſis ſeu Benedictoburani) *Abbas* (is anno 1032. Abbatiam adiêrat) *Nitkerus Friſingenſis Epiſcopus impetravit ab Imperatore ſupradicto Heinrico ſibi committi Dominum Gotahelmum & Abbatiam Buronenſem*, ſcilicet Benedictoburanam, *neſciente illo. Hæc quoque cùm impetrâſſet, dixit ad Dominum Gotahelmum callidè, ut cum illius licentia & permiſſione ſibi liceret in Buronenſi villa* (hodie Laingruebeu) *ædificia ſua erigere. Hoc renuit Dominus Gotahelmus, neque ædificia fabricare permiſit, nec ſervitium impendere voluit, nec ad illum unquam veniebat, nec ille huc unquam venerat, ſed in Ravennam deſcendit juſſione Imperatoris ipſo anno, quo hæc contigit: & in ea ſubitanea morte defunctus eſt, & in flumen projecerunt corpus ejus Ravennenſes cives, ſicut ad nos venit ex relatione ſuorum.* Hæc ibi. Quibus coævorum hominum teſtimoniis cùm detrahere nihil, nihil addere conveniat, dolendum ſanè eſt, quòd Nitkerus ultimîs vitæ annîs exiguam ſui commendationem poſteris reliquerit, ſpeculum factus aliis, qui adepta dignitate, magnorumque Principum favore abuſi, Romano Pontifici præfractè obnituntur, rebusque Eccleſiarum inſidias ſtruunt. Refertur in iisdem Benedictoburanis membranis, undecim illos Tegernſeenſes Monachos, quos beatus Ellingerus unà cum Gothelmo, poſtea Abbate, ad Benedictoburanum Monaſterium antehac miſerat, metu Nitkeri Friſingenſis Epiſcopi illud reliquiſſe, & ad Tegernſeenſe rediiſſe. Porrò perſtitiſſe ſolùm Gothelmum, ac Sapienti neceſſarioque conſilio viginti ſeptem præſtantes juvenes ſibi delegiſſe, eosque literîs ac virtutibûs imbuiſſe, futuros impoſterùm adjutores ſuos, & firmas Domûs Dei columnas. His non ita multò pôſt acceſſiſſe illum alibi laudatum Reginbertum, ejusdem loci è Sæcularibus Rectorem ultimum; qui cùm aliquanto tempore parochiali loci Eccleſiæ præfuiſſet, tractus optimîs cum Gothelmi Abbatis, tum Religioſorum Tyronum exemplîs, & ipſe Monaſticen amplexus ſit, à B. Gothelmo poſtea conſtitutus Præpoſitus, ſeu, ut hodiè vocamus, Prior ejusdem Monaſterij, quo etiam in officio 15. annos cum laude exegerit.

Parte I. lib. 17. n. 16.

Undecim Tegernſeenſes ſubſidiarij è Monaſterio Benedictoburano domum ſe recipiunt.

Nit-

Nitkerus neutiquam eſt primus aut verus fundator Collegii S. Viti Friſingæ.

Nitkerum Collegiatæ S. Viti Eccleſiæ fundatorem qui dicunt, à verò luculenter aberrant. Fundavit Collegium illud Hitto, hujus ſedis Epiſcopus ſextus, in Monte S. Stephani, ut alibi demonſtravimus. Egilbertus Epiſcopus illud Collegium tranſtulit ad S. Vitum, ac bonis locupletavit. Favores quosdam Nitkerus addidit. Itaque verus atque indubitatus illius celeberrimi & antiquiſſimi Collegij Fundator eſt Hitto: Translator atque dotator Egilbertus: Nitkerus Fautor ſolùm atque promotor: quam illi laudem lubentes tribuimus: cui etiam domeſtici Epiſcoporum Catalogi adjungunt aliud encomium, quòd ſcilicet Nitkerus Corpus S. Nonnoſi, Soractenſis Monaſterij Præpoſiti ſeu Prioris, miris in miſeros beneficiis indies clarum, ex Italia Friſingam advexerit. Verùm quò minùs huic opinioni tam facilè accedamus, Gamanſius obſtat, qui ſcribit, in Kalendario vetuſtiſſimæ, & ante Annum Chriſti Milleſimum ſcriptæ liturgiæ Friſingenſis ſe reperiſſe Feſtum S. Nonnoſi, & quidem *majuſculis rubricatis literis* expreſſum: ut adeò corpus illius S. Confeſſoris jam multis ante Nitkeri Epiſcopatum annis Friſingæ aſſervatum fuiſſe videatur. Unde præſtat aſſentiri ijs potius membranis, in quibus ea S. Nonnoſi Translatio Hittoni Epiſcopo aſſeritur, ut alibi monuimus.

Annum obitûs Nitkeri deſignant domeſtici Epiſcoporum catalogi Chriſti milleſimum quinquageſimum ſecundum, diem Aprilis decimum tertium: quibus (quantum ad diem) Gamanſius in Excerptis ſuis reſpondet: ut adeò ſaltem dies obitûs ſatis certa appareat. Aſt de anno ſupereſt dubium, cùm ex Inſtrumento Henrici Imperatoris ſupra laudato conſtet, Nitkerum Anno Chriſti 1052. 15. Kal. Junij, id eſt, die 18. Maij, nempe uno menſe & ampliùs, poſt diem decimum tertium Aprilis illius anni in vivis ſuperfuiſſe. Augetur confuſio ex eo, quòd ordinatio Ellenhardi apud Gamanſium dicatur contigiſſe 17. Kal. Decembris ſive 15. Novembris: & in inſtrumento ſub Ellenhardo producendo habeatur, annum Chriſti 1064. 4. Non. Martij fuiſſe ejusdem Ellenhardi Epiſcopi duodecimum. In quo rerum labyrintho, quid ſtatuamus, non reperimus, niſi ut fateamur, in quædam harum membranarum inſtrumenta irrepſiſſe Sphalmata, eáque chartariorum incuriæ eſſe tribuenda. quod quidem, attenta temporis illius ruditate mirum non eſt, ut ſæpè aliàs monuimus.

Sanè ſi dicimus, Nitkerum Anno Chriſti 1052. rebus humanis valedixiſſe. conſequens eſt, ut fateamur eum deceſſiſſe Anno ſui Epiſcopatûs decimo tertio, cùm S. Leo IX. Cathedræ Petri, Henricus III. Imperio, Conradus Dux Bojariæ, Balduinus Sedi Salisburgenſi, Gebhardus III. Ratisbonenſi, Engelbertus Patavienſi, Altwinus (ut videtur) Brixinenſi præſiderent. Ubi tumulum Nitkerus acceperit, ex Benedictoburano Rotulo Lector intellexerit. Exſtat in Tegernſeenſi quodam Codice epiſtola Albini Abbatis ad Nitkerum Epiſcopum, quam in Parte altera exhibemus. Sed de Nitkero ſatis: de quo tamen adhuc monemus, in domeſticis Friſingenſium Epiſcoporum catalogis eum non malè audire.

N. 1130.

CAPUT

Digitized by Google

CAPUT III.

Ellenhardus, XIX. Epiſcopus Friſingenſis.

§. I.

Ellenhardi genus, electio, & Acta illius temporis usque ad annum Chriſti 1057.

QUi genus, unde domo Ellenhardus fuerit, in nullis veteribus Friſingenſis Chartarii membranis proditum eſt. Sed neque in recentioribus Epiſcoporum catalogis mentio proſapiæ illius occurrit. Nihilominus nobis vero ſimillimum videtur, Ellenhardum prodiiſſe ex ea familia, ex qua poſtea primi Comites Tyrolis nati ſunt. Ejus rei argumentum illuſtre reperimus in Liturgia ipſius Ellenhardi quam is Inſigni Collegiatæ Eccleſiæ S. Andreæ Friſingæ, à ſe fundatæ, dono reliquit, in cujus tergo bis apparent Inſignia Ellenhardi, quæ aliud non exhibent niſi Aquilam, eâ ipsâ figurâ expreſſam, qua hodierni Comitatûs Tyrolenſis inſignia efformantur in monetis Halæ in Tyroli cuſis, ut infrà videbimus. Habuiſſe Ellenhardum optima prædia in ea Bojariæ parte, quæ poſtea Tyrolis appellata fuit, ac hodiéque appellatur, certum eſt, idque ex conſequentibus ampliùs patebit. Nomen Ellenhardi in nullis actis Friſingenſibus ante annum Chriſti 1053. memoratur. Unde meritò ſuſpicamur, eum antehac nomen ſuum Friſingenſi Eccleſiæ non dediſſe, ſed ab Imperatore Friſingenſibus electoribus commendatum, mitram ejus loci reportâſſe. Fuiſſe Ellenhardum familiarem Henrici Imperatoris, in Chronico Benedictoburano traditur. Unde ſuſpicari licebit, eum jam ante Epiſcopatum ſuum in Aula Henrici Imperatoris & Agnetis Imperatricis fuiſſe commoratum, atque inde Friſingam traductum.

Ellenhardi Natales illuſtres.

Porrò dies Ordinationis Ellenhardi in vetuſtiſſimo Kalendario Friſingenſi, quod Gamanſius vidit & exſcripſit, dicitur fuiſſe decimus ſeptimus Kalendas Decembris, id eſt, decimus quintus menſis Novembris: ubi tamen monet Gamanſius, Kalendarium illud eſſe Ellenhardo longè vetuſtius, & nomina Epiſcoporum Nitkeri, Ellenhardi ac plurium aliorum ſolùm manibûs poſterioribûs, temporis ſucceſſu, fuiſſe inſerta, idque maximè ex diverſitate atramentorum probat. De anno verò ordinationis hæſitamus, uti patet ex iis, quæ de morte Nitkeri expendimus, fuiſſe aut annum Chriſti 1052. aut 1053. certum eſt.

Dies electionis certus.

annus incertus.

Statim ſub initium Præſulatûs Ellenhardi noſtri turbidè gerebantur res Bojariæ. Conradus Bojariæ Dux & Gebhardus Epiſcopus Ratisbonenſis neſcio qua de cauſa graviter diſſidebant, irîs in cives ac colonos acerbè à Conrado effuſis. Boij aliàs Conrado Duci, quòd is tot prædiis vaſtitatem intulerit, juſtitiam paſſim vendiderit, ac provinciam peſſimè adminiſtraverit, magnoperè infenſi, Imperatorem Henricum acceſſêre, alium ſibi Ducem poſtulantes. Et verò juſtis precibus annuit Cæſar, & Conradô exauctoratô, Boijs Henricum filiolum ſuum dedit Principem, eo nomine octavum, quem Gebhardo, Eiſtettenſi Præſuli bonîs artibûs inſtruendum concredidit. Porrò Conradus poſthac icto cum Comitibus Schyrenſibus adversùs Imperatorem fœdere, Hungarîs ſtipatus Carinthiam invaſit, Schyrenſibûs in Bojaria tumultuantibûs, ſed quos Gebhardus Eiſtattenſis Epiſcopus graviter attrivit, eo nomine benè meritus de Imperatore, ac paulò pòſt recepturus mercedem ingentem, Romanam ſcilicet Tiaram, ut infrà videbimus. Hæc cum agebantur in Bojaria noſtra, in quam eodem an-

Status Bojariæ turbidus.

no Chriſti 1053. Gottſchalcus Presbyter ac Monachus Benedictoburanus Reliquias S. Anaſtaſiæ Martyris intulit, eáſque in Sacra Æde Benedictoburana repoſuit, multis in mortales beneficiis clariſſimas; eodemque anno in inclytum Monaſterium Tegernſeenſe Sacra Divorum Chryſogoni & Caſtorij lipſana fuêre translata. Qua de re in alio quodam Opuſculo agimus.

In vita ac Translatione S. Anaſtaſiæ M.

Obitus S. Leonis IX. PP.

Annô proximô, Chriſti 1054. Sanctus Leo IX. Pontifex Maximus diem obiit. Is, cùm ſe moriturum intelligeret, in Eccleſiam S. Petri deferri voluit, ubi tumulum, juſſu ſuo jam apertum, intuitus, in hunc modum verba feciſſe apud Mabillonium traditur. *Videte*, inquiebat, *fratres mei, quàm vilis, quamque fragilis & tranſitoria ſit humana gloria! Ego qui ex nihilo propemodùm ad humanæ gloriæ faſtigium evectus ſum, ab hoc nunc iterum ferè ad nihilum ſum redigendus. Cellam quam Monachus incolui, in ſpatioſiſſima palatia jam dudum vidi converſam; modò ad hujus ſarcophagi anguſtias iterum eſt remeandum.* E quibus verbis hîc obiter licebit animadvertere, non eſſe arguendos ex noſtris eos, qui S. Leonem IX. è Monaſterio ad infulas aſſumptum fuiſſe contendunt. Verùm iſta quaſi per tranſennam. Plura de Leone tradidit Wibertus Tullenſis Archidiaconus, Leonis familiaris, in libris duobus de rebus ac miraculis Leonis, ad quem Lectorem remittimus.

In annalibus Tom. 4. lib. 60. ad ann. 1054.

& B. Hermanni Contracti.

Leonem IX. ex noſtris ad Cælos hoc anno comitatus eſt B. Hermannus contractus, ex Comite de Vöringen, Augienſis, ſeu divitis Augiæ in Suevia Monachus, ſcriptô inter alia inſigni ſuô Chronicô, de re hiſtorica optimè meritus. Hic ſolennem illam Beatæ Mariæ Antiphonam *Alma Redemptoris* compoſuit. Trithemius eidem etiam alteram, *Salve Regina*, adſcribit. Quod addo, ne ignoremus, cujusnam ingeniô Beatiſſimam Cæli Reginam toties dulciſſimè ſalutemus. At nunc Romam eſt revertendum.

Gebhardus Eiſtetenſis Epiſcopus fit Summus Pontifex.

Refert apud Antonium Pagium Leo noſter Oſtienſis, Sancto Leone Papa demortuo, Hildebrandum, ex Monacho tunc Romanæ Eccleſiæ Subdiaconum à Romanis ad Imperatorem tranſmiſſum eſſe, *ut de partibus illis, quem tamen ipſe vice Cleri, populique Romani in Pontificem elegiſſet, duceret. Quod cùm Imperator fuiſſet aſſenſus* (pergit Leo Oſtienſis) *& Gebhardum Aiſtetenſem Epiſcopum Hildebrandus ex induſtria & conſilio Romanorum expetiviſſet, triſtis ſuper hoc Imperator effectus eſt &c. Hunc ergò Hildebrandus, invito licèt Imperatore, invito etiam eodem Epiſcopo (propter quod utique poſtea dictus eſt Monachos non amâſſe) Romam ſecum adduxit: eique Victoris Nomen imponens, Romanum Papam cunctorum aſſenſu conſtituit, cùm jam fermè à tranſitu Papæ Leonis annus elaberetur.* Ita Leo noſter Oſtienſis. Gebhardo Pontificatum prædixiſſe traditur Sanctus Bardo noſter, Moguntinus Archiepiſcopus. Cùm enim Henricus Imperator de ejus ad Eiſtettenſem Epiſcopatum promotione hæreret, conſultus hac de re Bardo *ſubtùs cucullam ſuam, ut ſolebat, collectus & tacitus Cæſari demùm reſpondit. Domine, bene poteſtis hanc ei dare poteſtatem, quia aliquando ipſi daturi eſtis majorem.* Quibus Viri verbis fretus Imperator eum Eiſtettenſibus Epiſcopum dedit: ac demùm etiam, ut diximus, univerſæ Eccleſiæ Pontificem præfici paſſus eſt. Bucelinus noſter cum aliis pluribus ſcribit, eodem anno Henricum IV. tertij filium, Aquis ſolenni ritu Coronam regiam ſuſcepiſſe. Porrò Gebhardus Eiſtettenſis, qui, ne in ſolium Petri eveheretur, conduxerat quoſdam, qui Romæ famam ſuam lacerarent, cùm nullum de ipſo ſcelus populo perſuaderi poſſet, precibus tandem victus, primùm anno ſequenti *in Cœna Domini Papa eſt ordinatus*, uti habet continuator Hermanni, qui ab iis, quæ adduximus, Leonis Oſtienſis verbis, nihil abludit. Novus Pontifex Victoris II. nomen tulit, ut ſupra diximus.

Mabillon. in Annalibus ex Gretſero in Catal. Eiſtet. Ep.

In Annal. Germaniæ.

Henricus IV. fit Rex Germaniæ.

Adelzreitt. part. 1. lib. 17. N. XVIII.

Conjuratio in Imperatorem,

Interea anno Chriſti 1055. in Bojaria graviſſima in Henrici Imperatoris caput conjuratio detecta fuit. Capita tamen meditati tanti facinoris, nempe Gebhardus Ratisbonenſis Epiſcopus, ipſius, quod ſtupeſcas, Imperatoris patruus:

Welfo

Digitized by Google

Welſo Carantanorum Marchio: & Conradus nuper proſcriptus Dux non tam Henrico, quàm Deo pœnas dedêre impietatis ſuæ.

Eodem anno coactum fuit Florentiæ Concilium, ubi inter alia de non alienandis prædijs bonîſque Eccleſiarum actum eſt. Extat apud Baronium graviſſima Epiſtola S. Petri Damiani noſtri, qua Epiſcopum quendam commonefacit, quantorum criminum reos ſeſe conſtituant, qui Eccleſiarum poſſeſſiones ſive diſtrahunt, ſive in uſus profanos convertunt, ac Clericis alijs pauperibúſque ſubtrahunt. Aliud eodem anno Concilium celebratum fuit Lugduni, cui Sedîs Apoſtolicæ nomine Hildebrandus noſter Romanæ Eccleſiæ tum Archidiaconus præfuit. Dictu mirabile! agebatur in eo Conventu de Epiſcopis, qui in dignitates ſuas non per oſtium, ſed aliunde, nempe per artem ſimoniacam involaverant: & ſingulariter Archiepiſcopus quidam, Vir literatus, ejus criminis accuſabatur. Verùm hic (verba Nicolai Aragonij ex Actis Conciliorum, & Baronio recitamus) *Accuſatores pecunià corrupit, & ſibi amicos fecit. Mane autem facto rediens ad ſynodum audacter dixit: ubi ſunt, qui me accuſant? Exeat in publicum quicunque me voluerit damnare.*

Acta Concilii Harduini ad eum annum. Ad eund. annum N. II. Concilia eo tempore celebrata.

Pœne Epiſcopi ſimoniaci.

Tunc obmuteſcentibûs cunctîs, prædictus Archidiaconus (Hildebrandus) *tanquam Vir diſcretus & ſapiens, convertens ſe ad illum, dìxit: Credíſne; O Archiepiſcope, Spiritum Sanctum cum Patre & Filio unam eſſe ſubſtantiam Deitatis? quo reſpondente:* credo: *addidit Archidiaconus: dic* Gloria Patri & Filio & Spiritui Sancto. *Tunc ille* Gloria Patri & Filio *expeditè dicebat, ſed Spiritum Sanctum nullatenus proferre poterat. Quem cum frequenter inchoaret, & nihil proficeret: videns ſe per divinum judicium omninò confuſum, procidit ad pedes Archidiaconi, & confeſſus eſt proprio ore, ſe ſimoniacum eſſe. Poſtquam verò à Sacerdotali & Epiſcopali Officio eſt depoſitus,* Gloria Patri & Filio & Spiritui Sancto *libera & clara voce decantavit. Quod factum Simoniacos in tantum perterruit, quòd præter alios Prælatos Eccleſiarum viginti ſeptem, & Epiſcopi quadraginta quinque ſimoniacos ſe eſſe confeſſi ſunt, ſuis honoribus abſque ulla alia accuſatione renuntiaverunt,* Hæc ibi. Et videri ſanè poterat peſtis ſimoniaca eo facto fuiſſe penitùs extincta: Verùm prô dolor! revixit infame monſtrum, & etiamnum in exitium multorum fædè aliquando graſſatur.


Sanctiori titulo eodem anno Cathedralis Beatæ Virginis Eccleſia Friſingenſis accepit ab Henrico Imperatore bona in *Leian*, *Uſchirchin*, & *Eberhuſen*, antehac malè ab alio donata. Inſtrumentum memorabile ſubjungimus.

Munificentia Henrici III. Imp. in Collegium Cathedrale Friſingenſe.

I*N nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Hejnricus divina favente Clementia Rex, Romanorum Imperator Auguſtus. Agenda eſt cauſa Reipublicæ, ſed ſalva re Matris noſtræ Eccleſiæ. Et plerumque, quæ jure fori obtinemus, hæc jure Cæli ultrò reddere deſtinamus. Hoc ergò complacuit nobis in re fratrum noſtrorum ſpiritualium, qui Friſingæ ſub Canonica conſtituti Deo ſerviunt, & de collectis fidelium ſe agunt. Cum ipſis enim aliquando Otto Marchio precarium fecit, & dedit, quod viſus eſt habere in loco, qui dicitur Leian inter montana in Comitatu Poponis, & in loco, qui dicitur Uſchirchin in Comitatu Fridirici, & in loco, qui dicitur Ebarhuſen in Comitatu Burchardi. Antea autem ille Otto infelix Deo & Sanctæ Eccleſiæ pro inceſto ad ſatisfactionem inobediens, juxta quod Apoſtolus inſtituit, traditus eſt Satanæ in interitum carnis, & ob hoc ſecundùm legem Bauuariorum in noſtro colloquio diffinitum eſt, omnia ad fiſcum pertinere, quæ idem Otto potuit habere, quâ ratione Geroldus Advocatus ſupra memoratorum fratrum noſtrorum convictus nobis & Advocato noſtro Hartvvigo ejuſdem traditionis Ottonis inveſtituram tradidit, quia in ejus defenſione nullam invenire potuit rationem. Igitur ha-*

bemus in poteſtate, ut, quod libet nobis, inde faciamus. Libet ergò amicos nobis de Mammona iniquitatis facere, qui nos ex præſenti vita deficientes in æterna tabernacula poſſint recipere. Propterea notum ſit omnibus Chriſti noſtríque fidelibus tam futuris quàm præſentibus quia illis fratribus in memoriam noſtri, & Regni thoríque noſtri conſortis Agnetis Imperatricis, nec non dilectiſſimi Filii noſtri Heinrici Regis quarti, quicquid Otto dare deſtinavit cum omnibus ſuis appenditiis, hoc eſt, utriuſque ſexûs mancipiis, areis, ædificiis, agris, pratis, paſcuis, terris cultis & incultis, vineis, aquis, aquarúmque decurſibus, molis, molendinis, piſcationibus, ſilvis, venationibus, exitibus & reditibus, quæſitis & inquirendis cum omni utilitate, quæ ullo modo inde poterit provenire, in proprium damus; & ut hæc noſtræ Imperialis traditionis Auctoritas ſtabilis & inconvulſa omni ævo permaneat, hanc cartam inde conſcriptam manu propria, ut infrà videtur, corroborantes, ſigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri.

Signum Domni Heinrici tertii Regis, ſecundi Romanorum Imperatoris Auguſti



Winitherius Cancellarius vice Luitpoldi Archicancellarii recognovi. Data IIII: Id. DK. anno Dominicæ Incarnationis MLV. Indict. VIII. anno autem Domni Heinrici tertii Regis, Imperatoris II. Ordinationis ejus XXVIII. Regni XVIII. Imperij verò VIIII. Actum Niuenburc. in Dei Nomine feliciter Amen.

Scimus, horum bonorum donationem poni alicubi inter Acta Nitkeri. Verùm exiſtimamus, diſtinguendam eſſe donationem horum jurium ab Ottone Marchione, & alteram factam ab Henrico Imperatore. Illa vim nullam habebat, uti declaravit Imperator, & ipſe Advocatus Eccleſiæ Friſingenſis ultrò confeſſus eſt. Hæc verò legitima erat, uti ipſum Inſtrumentum luculenter demonſtrat. Illa potuit poni in actis Nitkeri: hæc verò ad acta Ellenhardi pertinet. Certè Nitkerus poſt Leonis IX. mortem non ſuperfuit, cujus depoſitionem machinando vitam ipſe, ut diximus, miſer amiſit.

Adlzreit. Part. 1. pag. 449. Henrico III. mors prædicitur.

Eodem Anno, Chriſti 1055. Henricus Imperator mortis propè inſtantis vatem habuit Annonem Colonienſem Epiſcopum, qui ei à Confeſſionibus erat. Is, quod Cæſari liberales eleemoſynas, aliquando etiam quaſdam corporis caſtigationes injungeret, ab adulatoribus accuſatus, hæc verba, mortis nuncia, decepto Imperatori in aurem ſuggeſſit. *Oro te*, inquiebat, *O Cæſar, ne patiaris quidquam inter nos diſcordiarum hoc anno ſeminari. Omnia fati noſtri momenta Deus habet in numerato. Nos curtæ Provinciæ homines vix præſentia novímus, nedum ſcimus, quid nobis annô Proximô ſit eventurum.*

Non

Digitized by Google

Non habent tuam ſalutem in conſilio, ſed ſua commoda, qui ſuadent aliud, tibíque inanibûs præſtigiis lenocinantur. Hæc & plura divus Anno, divinitùs edoctus, quo tempore Henricus eſſet moriturus. Vaticinio reſpondit eventus, ut mox dicemus, dum interea optamus, ut omnes principes tam fideles monitores domeſticos ad latus habeant, eorúmque monita amplectantur.

Poſtero anno Chriſti 1056. Victor Papa in Germaniam contendit, rerum cum Cæſare tractandarum neceſſitate adactus. Eum Imperator maximo cum honore Goslariæ in Saxonia excepit, ubi Pontifex Nativitatem B. V. cum eodem celebravit. Inde Botfeldiam, Diœceſis Paderbornenſis villam, profectus Imperator infirmari cœpit, ac tandem ad extrema deductus, petita ab iis, quos duriùs habuiſſet, venia, boníſque alienîs, quæ in fiſcum redegerat, reſtitutîs, 3. Non. Octobris vitam piè poſuit, Henricô filiolô, pueritiam nondum egreſsô, ſucceſſore relicto, diſparis ſanè ingenij Juvene, ipſe inter optimos Cæſares meritò numerandus. Porrò Agnes Imperatrix vidua tutelam filij in ſe ſuſcepit, quem in ſolio Magni Caroli Aquîs priùs collocatum, Pontifex Ratisbonam comitatus eſt, atque adoratis ibi Chriſti Cunis in Italiam redijt, ubi anno ſtatim ſequenti & ipſe vivendi finem fecit. 5. Kal. Auguſti. Victori in Pontificatu Romano ſucceſſit Stephanus IX. al. X. Antehac Caſſinenſis Monaſterii noſtri Abbas: in Epiſcopatu verò Eiſtetenſi, quem Victor etiam cùm in Cathedra Petri ſederet, non dimiſerat, Cunzo ſurrogatus eſt. Summa rerum Imperij penes Agnetem aliquamdiu remanſit, cui ob ſpem prolis Bojaria permiſſa fuit. Papa Stephanus eodem anno è noſtris Sanctum Petrum Damiani, virum Zelo divini honoris, atque Eccleſiaſticæ diſciplinæ exæſtuantem, totíque Orbi jam antehac notiſſimum, Sacrâ Purpurâ exornavit. Is, factus Cardinalis, ſtatim graviſſimam ad Collegas Cardinales & Coëpiſcopos epiſtolam ſcripſit, textum illum Apoſtoli exponendo, quo is ait, *oportere Epiſcopum eſſe irreprehenſibilem.* Recitat totam illam Epiſtolam Baronius, digniſſimam ſanè, quæ Epiſcoporum animis aſſiduè inſonet.

Papa venit in Germaniam.

Imperator moritur: cui ſuccedit filius Henricus IV.

Stephanus IX Papa.

Petrus Damiani fit Cardinalis.

Ellenhardus Epiſcopus noſter, exempla deceſſorum ſuorum ſecutus, à Rege juvene Henrico Panchartam ſeu generalem omnium Eccleſiæ Friſingenſis jurium, Privilegiorum, atque bonorum confirmationem anno Chriſti 1057. petiit, atque obtinuit. Extat autographum hujus confirmationis; quæ, quia nihil diverſum ab aliis Panchartis ſupra inſertis continet, hîc non reponenda viſa eſt, ne ſimilia toties repetendo Lectoris patientiam fatigemus. In altera tamen parte eam exhibebimus.

Ellenhardus pro Eccleſia ſua ſolicitus.

N. 1231.

Proximo anno, Chriſti 1058. 4. Kal. Aprilis Stephanus Pontifex, ſuperiore primùm anno electus, inter vivos eſſe deſiit. Mortis nunciô acceptô Thuſciæ Comites Joannem, Veltrenſem Epiſcopum, intrudere conabantur, quem etiam Pſeudo-Electores Benedictum X. nuncupabant. Verùm, promotore maximè Hildebrando noſtro, à Cardinalibus electus eſt Gerardus Florentinus Epiſcopus, Nicolaus II. deinceps dictus, qui poſtea in Synodo, Sutrij coacta, Sententiam contra Thuſciæ Comites dixit, ubi etiam Benedictus ad pedes veri Pontificis ſeſe abjecit, ſuúmque atque electorum ſuorum crimen confeſſus eſt. Nicolai electioni etiam Henricus Rex aſſenſum præbuit, qui, Brunnero teſte, anno Chriſti 1059. Natalitia Chriſti Feſta Friſingæ celebravit: quo ipſo anno mortuus eſt Luitpoldus Moguntiæ Archipræſul, Monachus olim Fuldenſis: cui ex eodem Monaſterio Sigefridus Abbas, Comes de Eppenſtein, ſuffectus eſt, Vir Magnificus, doctus, ac Religioſus quidem, uti cum Trithemio Bucelinus ſcribit; at poſtea Henrici rixis irretiri ſeſe paſſus.

Nicolaus II. PP.

Henricus Rex venit Friſingam.

Salisburgi ſequenti annno (Chriſti 1060.) Balduinus Archiepiſcopus ex podagra mortem oppetiit, ſedémque reliquit Gebehardo Helffenſteinio, Henrici III. quondam Capellano, qui convenientibûs Ratisbonæ Epiſcopîs Gebe-

 hardo

Digitized by Google

S. Gebhardus Salisburgenſis Archiepiſc. conſecratur. Tom. 2. Ant. Lect. pag. 311.

hardo Ratisbonenſi, Engelberto Pataviensi, Ellenhardo noſtro Friſingenſi, Altvvino Brixinenſi, Adalberone Wirzburgenſi, & Gunzone Eiſtettenſi in Archipræſulem fuit conſecratus, quod Mezgerus noſter tradit, idémque in vita ipſius S. Gebhardi apud Henricum Caniſium habetur. Porrò ipſe etiam Gebehardus Ratisbonenſis Pontifex eodem adhuc anno ad anteceſſores ſuos abiit, ac, volente Henrico Rege, Succeſſorem nactus eſt Ottonem, Babenbergenſis Eccleſiæ Canonicum, ut ex Mauſolæo S. Emmerammi intelligimus. Succeſſit funeſtus Eccleſiæ Catholicæ annus, Chriſti milleſimus ſexageſimus primus, quo ingens inter Sacerdotium & Regnum diſſidium exortum eſt. Defuncto enim Nicolao II. Pontifice, cum in deligendo ſucceſſore ingentes in urbe turbæ imminerent, Hildebrandus Archidiaconus habito cum Cardinalibus Nobilibúsque Romanis conſilio: ne in pejora ruerent diſſidentium animi, autor iis fuit, ut Anſelmus, Lucenſis Epiſcopus, Vir inſigni probitate ac doctrina conſpicuus, poſt menſes ferè tres, prid. Kal. Octobr. in Romanum Pontificem eligeretur, dictus Alexander, eo nomine ſecundus. Id ubi reſcivit Henricus unà cum Agnete Matre, factum indigniſſimè tulit, ac mox Conciliabulò Baſileæ congregatò, Placentino & Vercellenſi Italis Epiſcopis aſſentientibûs, Cadaloum ſeu Cadolum Parmenſem Epiſcopum, ad ſe profectum, Pontificem renunciavit, eíque Honorii II. nomen impoſuit. Ex eo Schiſmate lerna malorum proruptura erat, niſi maximorum Virorum, Petri maximè Damiani operâ, ſequenti anno in publica ſynodo Antipapa Honorius damnatus fuiſſet. Verùm de hoc diſſidio infra, ſuô locô, plura.

Schiſma in Eccleſia. ſopitur.

§. II.

Fundatio inſignis Collegiatæ Eccleſiæ S. Andreæ Friſingæ.

POſtquam Ellenhardus generalem bonorum ſuæ Eccleſiæ confirmationem à Rege obtinuit, ſequenti tempore uſque ad annum Chriſti 1062. nihil ſingulare præſtitiſſe memoratur. Nam pauculæ, quas circa tempus illud fecit, bonorum permutationes, ſingularem mentionem non merentur, nihilominùs in parte altera à nobis recenſendæ.

N. 1236. 1237. 1242. 1243. 1245. 1246. & 1247.

Sanè anno 1062. Ellenhardus magno illi ac præcipuo operi ſuo manum adjecit, quod ejus nomen æternitati conſecraturum erat, quando videlicet è bonis ſuis *dominicalibus*, id eſt, propriis atque hæreditariis, conſtruxit atque fundavit Inſignem Collegiatam Eccleſiam S. Andreæ prope palatium ſuum Epiſcopale in monte Friſingenſi *cum XXI. prabendarijs & cum officialibus*, idque non ſolùm ad laudes divini Numinis, verùm etiam ad cultum divinum in Cathedrali Eccleſia feſtîs ſolennioribûs auguſtiùs peragendum. De Sancta hac Ellenhardi intentione in libro quarto, ſeu *magno*, Traditionum Friſingenſium legimus, ut ſequitur.

Inſtitutio Ellenhardi Epiſcopi.

Poſt decimum nonus reſidens ſacer ipſe Patronus
Fratribus aſſociam condidit Eccleſiam.

Intentio Ellenhardi in fundanda Eccleſia Collegiata S. Andreæ.

Eo tenore, ut ante omnia divina officia peragenda Clerus illic coadunatus cum ſigno campanarum Majoris Eccleſiæ campanis reſpondeant, niſi in ſolempnitatibus ſibi ſpecificatis, ſcilicet Andreæ & Dedicationum ſuarum. In Purificatione Sanctæ Mariæ cum Proceſſione collegium majoris Eccleſiæ aggrediantur, id eſt, comitentur. Similiter feria IIII. poſt mediam Quadrageſimam unum Diaconum ad *Officium Scrutinii* (nempe ad Examen Ordi-

Digitized by Google

Ordinandorum) *ordinabunt. In Cœna Domini omnes ad Conſecrationem Criſmatis cum debita ſolempnitate conveniant, officia, quæ ſibi Domnus Epiſcopus injunxerit, humiliter completuri. Item in Paraſceve officium ejusdem diei in ſalutatione Sanctæ Crucis humiliter peracturi veniant. Similiter in Sabbato Sancto Paſchæ ſub ſilentio ad Conſecrationem Cerei conveniant cum fratribus majoris Eccleſiæ ad benedictionem fontis proceſſionem facturi. Item in die Reſurrectionis & fer. II. ac III. ſollempniter induti cum Proceſſione veniant cum populo ſuo, proceſſionem cum fratribus facturi. Item in Letania majori, & per omnes dies Rogationum cum Cruce ſua ac proceſſione plebis ſuæ fratribus majoris Eccleſiæ proceſſioni occurrant, & humiliter peragant. Item in die beati Alexandri & S. Crucis fratres majoris Eccleſiæ conventum beati Andreæ cum proceſſione adeant, cum quibus illi usq; ad Baſilicam beati Joannis redeant. Item in Aſcenſione Domini, ſicut moris eſt, cum Proceſſione veniant. In Sabbato Sancto Pentecoſtes ſub ſilentio ad conſecrationem baptiſmi veniant. In die verò Sancto Pentecoſtes cum ſollempni proceſſione venientes remaneant, quibus peractis Miſſarum ſollempniis ſimul cum fratribus in caritate fraterna, ſicut inſtitutum eſt, reficiantur. In Aſſumptione quoque beatæ Mariæ cum ſollempni proceſſione venire non omittant. In Nativitate quoque Sanctæ Mariæ ad Veſperam cum ſollempni veniant proceſſione. Similiter die ſequenti hora tertia* (*nempe Canonica*) *ac peracta Miſſarum ſollempnitate ſimul cum fratribus ſollempniter reficiantur, & in oppoſita menſa Domini Decani locentur. Verùm meritò per præfatam reverentiam Kathedralem Eccleſiam noſtram honorari volumus, quoniam præfatum collegium ſancti* (ſupple Andreæ) *Eccleſiæ, noſtris Dominicalibus* (nempe bonis) *ſpecialiter alendum conſtituimus, & ut noſtri memoriam habeant in ſuis orationibus, ac eorum, quorum collatione prædicta beneficia accepimus.* ita ibi. ubi vides, Lector, Ellenhardum in ſua illa magnifica fundatione aliò non reſpexiſſe, niſi ad Majeſtatem divino cultui conciliandam, & ad Eccleſiæ Cathedralis ſplendorem piè amplificandum.

Cæterùm ex hac Ellenhardi inſtitutione omninò conficimus, jam ipſius Ellenhardi tempore Eccleſiam S. Joannis in monte ſtetiſſe exſtructam. Aſt quid ſi inſuper dicamus, etiam Eccleſiam S. Andreæ jam extitiſſe in eodem monte, priusquam Ellenhardus inſigne illud collegium adjiceret? Certè in libro ſecundo Traditionum Friſingenſium, quem *Commutationum* vocant, inter acta Egilberti Epiſcopi (de quo ſupra) reperimus expreſſam ejus rei mentionem, dum ibi dicitur, Engilbertum quemdam tradidiſſe quædam mancipia *ad S. Andream.* Fortaſſis inſuper eadem Eccleſia jam eo tempore fuit Parochialis, cùm nullibi legamus, ab Ellenhardo fuiſſe ei Collegio aſſignatum ſive populum, ſive certos limites, intra quos Canonici curam animarum paſtoralem gererent. Et tamen ipſe Ellenhardus introductis à ſe iisdem Canonicis præcipiat, ut nunc *cum populo ſuo*, nunc *cum proceſſione plebis ſuæ* ad Cathedralem Eccleſiam veniant. quæ verba, quin Parochiam deſignent, eruditorum nemo dubitabit.

Eccleſiæ SS. Joannis & Andreæ antiquiores Collegiis poſtea adjunctis. *fol. 168. a.*

Inter ea, quæ Ellenhardus ſuo Divi Andreæ Collegio dona adjecit, primum apud eruditos locum obtinebunt, quæ apud Gevvoldum in Additionibus *ad Hundij Metropolim* rectè refert Andreas Schererus, Collegiatæ illius Eccleſiæ olim Decanus his verbis: *ejusdem fundatoris Ellenhardi habemus albam, Caſulam, cum duabus Dalmaticis. Adeſt quoque ipſius calix cum patena, triplo ferè majoris magnitudinis & capacitatis quàm moderni calices eſſe ſolent. Adſunt quoque Miſſale in pergameno elegantiſſimo charactere ſcriptum unà cum libris Evangeliorum & Epiſtolarum.* Hæc ille ibi: cui tantò proniùs accedimus, quantò majori humanitate nobis præclara illa vetuſtatis monumenta fuêre nedum exhibita, verùm etiam ad Muſæum noſtrum conceſſa ab iis, qui celeberrimæ illi Eccleſiæ hodie præſunt.

Liberalitas Ellenhardi in Collegium à ſe fundatum deſcribitur.

In

Digitized by Google

Codex Sacer Evangeliorum.

In libro illo Evangeliorum depictus cernitur Ellenhardus cum gibbo (ut itidem Gewoldus ex Scherero advertit) offerens librum S. Andreæ, & per S. Andream Chriſto. De Ellenhardo offerente hæc verba, literis aureis ſcripta, notantur in marginibus picturæ:

Hunc Ellenhardus offert Præſul venerandus
Andreæ librum, ſed enim tibi, Chriſte per ipſum.

Reſpondet Ellenhardo Chriſtus in hæc verba, literis itidem aureis exarata.

Summum præſto bonum penſando vices meritorum:
Ne dubites, in me retinet te pagina vitæ.

Liturgia.

In altero codice, quem Miſſalem Schererus vocat, occurrit primò locò ordinaria, ut vocamus Præfatio, aureis itidem literis expreſſa, adjuncta pictura exhibente Angelos concinentes Deo *Sanctus, Sanctus, Sanctus &c.* prope quos Epiſcopus cum diverſis ordinis, ſexûs & ætatis hominibus hæc vota in ſchedula exhibet:

Nos, Pater æterne, laudi conjunge ſupernæ.

Sequitur ſtatim Kalendarium, longiſſimo, ut inſpectoribus patet, uſu valde detritum, in quo annotata conſpiciuntur ea Sanctorum Feſta, quæ eo ſæculo erant celebria. Ubi adverto, præter feſta Domini ac Deiparæ præcipua, item feſtivitates aliquas Apoſtolorum & Evangeliſtarum nulla alia notari Characteribus majuſculis quàm S. Gregorii Papæ: S. Benedicti Abbatis: S. Mariæ Magdalenæ. S. Laurentij. S. Lamberti Martyris: S. Huberti Epiſcopi: S. Nicolai Epiſcopi: ac S. Silveſtri Papæ: quæ idcircò exiſtimamus ævô Ellenhardi ſingulari quadam veneratione fuiſſe culta. Porrò Sancti Corbiniani feſtum celebrabatur eadem die cum Feſto B. V. uti conſtat ex liturgia adhuc vetuſtiori, quam Gamanſius vidit. Cæterùm licebit mihi pro honore Beatiſſimi Patris Benedicti bonâ Lectoris veniâ obſervare, in eo Ellenhardi libro Miſſali de eodem S. P. Benedicto poni orationes, ut vocamus, proprias, inter quas *ſecreta* ſic ſonat: *Munera, Domine, quæ tibi fideliter immolamus, quæſumus, ut interveniente Sancto Benedicto, cujus normam in terra regulariter degendi cognovimus, placatus ac propitius recipere digneris. Per Dominum &c.* Vides, amice Lector, adhuc ſæculô undecimô ſanctum Benedictum, ejuſque Regulam Friſingæ peculiarem venerationem habuiſſe, maximè cùm non ſolùm feſtum hujus Sancti, verùm etiam Translatio ejuſdem die 11. Julij fuerit celebrata; quod etiam Gamanſius ex liturgia Friſingenſi vetuſtiori annotavit. De his fortè plura in *altera parte.* Subſecutis temporibus alia feſta ſubintrârunt.

Oratio: *Ante oculos tuos.*

Præterea in eodem venerando Codice inter prima ferè folia exhibetur piiſſima illa, verùm iterùm uſu frequenti aliqua ſui parte vix non deleta precatio: *ante oculos tuos Domine &c.* quam nonnulli tribuendam cenſent Urbano VIII. Pontifici: cui tamen ea, uti manifeſtum eſt, aliter adſcribi non poteſt, niſi quatenùs piâ illius Operâ, ac ſumma auctoritate fuit approbata, in lucem publicam protracta, &, ut titulus præfert, *edita*, ac publicæ fidelium devotioni propoſita. Propiùs veritatem attingunt, qui eam Orationem cum Bartholomæo Piazza Divo Brunoni adſcribunt; quamquam de illo quoque Autore dubitare fas ſit, cùm Ellenhardus, ut poſtea videbimus, obiêrit anno 1078. Divus Bruno primùm 1084. Ordinem Carthuſianorum inſtituerit, & anno 1101. ad ſuperos migrârit, ut Baronius in notis ad Martyrologium Romanum tradit: ut adeò Ellenhardi Codex ætatem, ſaltem virilem, Divi Brunonis præceſſiſſe videatur. Denique, ut breves ſimus, in eodem memorabili Codice reperimus orationes proprias pro *Octava* S. Andreæ Apoſtoli, abſque omni dubio in ejuſdem Divi Andreæ Eccleſia olim adhibitas ex Ellenhardi fundatoris ac donatoris inſtituto. Eas in parte altera exhibebimus. Hæc intra Codicem.

Emerologio ſagro di Roma Part. 2. pag. 610.

N. 1248. b.

Exteriùs depictus cernitur *Agnus Dei;* circa quem apparent *quatuor animalia*, quatuor ſacros Hiſtoriographos ſeu *Evangeliſtas* repræſentantia. Circà cir-

Digitized by Google

circùm pictura ſtipatur variis aliis animalibus pro more illius ævi, ex ebore ſculptis. A tergo ſacri illius Codicis (qua ſcilicet in parte tituli librorum noſtro ævo exprimi ſolent) penicillo exhibentur S. Andreas, ac S. Laurentius, veluti ſecundarius ejusdem Eccleſiæ Patronus: penes quos conſpicimus depicta Ellenhardi Inſignia, de quibus ſupra rectè diximus eſſe ea ipſa, quæ hodiedum Comitatum Tyrolenſem indicant, uti hîc Lectoris oculis ſubjicimus.



Hæc de pretioſis illis Ellenhardi Codicibus, qui meritò & religioſiſſimè aſſervantur, & ab eruditis omnibus æſtimantur ſuper aurum & topazion.

Calix Ellenhardi argenteus, ac majori ſui parte pro more illius ætatis inauratus, una cum patena capax admodùm eſt: in cujus pede inter varia animalia & lilia aurifex iterum exhibuit ſupra recenſita, ut videtur Ellenhardi inſignia. His adjungitur canaliculus argenteus oblongus, quo fideles laici olim ſub altera etiam vini ſpecie ſacram ſynaxin è calice attrahebant, qui uſus poſtea graviſſimis ex cauſis in Eccleſia Dei iisdem laicis interdictus fuit, ut nôrunt Theologi. Vaſa ſacra Ellenhardi.

In Ellenhardi Humerali, ſeu amictu, qualis à ſacrificaturis ſuper humeros circa collum aſſumi ſolet, exhibentur iterum *Agnus Dei* & quatuor animalia, margaritis gemmisque phrygio opere diſtincta. *Alba* ſacrificantis Ellenhardi veſtis, ex lana tenuiſſima contexta, proceram Viri illius ſtaturam prodit. In ea verò *Albæ* parte, quæ à collo ad pectus pertingit, Phrygio ſeu acupictor filis aureis ac bombycinis varij coloris exhibet effigiem Chriſti, quem Nicodemus è cruce ſolvit, ponè aſtantibus Maria Matre Jeſu, ac Joanne dilecto diſcipulo. Verſus ac prope fimbriam partis anterioris eodem artificio filisque ſimilibus effigiatos ſpectamus Chriſtum ſedentem cum duodecim diſcipulis aſtantibus. Chriſtus medium inter eos locum habet: ad cujus dexteram Petrus cum clavi in dextera, libro in ſiniſtra, ac tonſura in capite: ad ſiniſtram Paulus cum libro viſitur. His junguntur Andreas cum libro, Jacobus cum libro, & ſic alij Apoſtoli, pretioſò, quamvis non artificioſò noſtris annis labore efficti. Pars Albæ poſterior eodem ſitu exhibet Synagogam cum Prophetis duodecim. Sedens in medio conſpicitur figura mulieris, cultrum manu dextera: volumen ſeu rotulum aut membranam oblongam (niſi fallimur) ſiniſtra tenentis. Inſcriptio ſuper caput: *Sinagoga*. Ad dexteram adſtat David Rex coronatus cum ejusdem formæ volumine ſeu rotulo: ad ſiniſtram ſtans itidem Iſaias propheta, Hieremias propheta, Heliſæus propheta, & prophetæ reliqui conſpiciuntur, jucundo ſanè antiquariæ rei amatoribus ſpectaculo. Porrò cingulum itidem ex filis aureis atq; bombycinis conſtat, villosque habet ejusdem materiæ, neque aliàs ab hodierno uſu admodum recedit. *Caſula* Ellenhardi retinet formam, antiquis temporibus uſitatam, & inſtar caſæ (ut alicubi Rabanus noſter de caſula loquitur) omnia præ- Veſtes Sacræ

Digitized by Google

ter caput tegit, rotunda & uſque ad talos protenſa, cæterùm ex omnibus partibus clauſa: unde hinc inde ſuper brachia aptari debet & revolvi diligenter, ne celebrantem impediat. Dalmaticæ hodiernis non multum ſunt abſimiles, niſi quòd magnitudine noſtras ſuperent. Verùm de his ſatis.

Cæterùm Ellenhardo ſatis non erat Collegiatam illam S. Andreæ Eccleſiam fundâſſe, ac propriis hæreditariis bonis dotâſſe, ijsque, quæ deſcripſimus, munificentiæ ſuæ præclaris teſtimoniis exornâſſe, verùm etiam Cæſarem Henricum adiit, ut ejus favorem novo Collegio conciliaret, felici ſanè exitu. Donavit enim Imperator Collegio illi bona quædam in Hiſtria, veluti conſtat ex Cæſareis literis, quæ ſunt hujus tenoris.

Ellenhardus ab Imperatore obtinet ſuæ Eccleſiæ bona quædam in Hiſtria.

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. H. divina favente Clementia Rex Romanorum Auguſtus. Omnium fidelium noſtrorum tam præſentium quàm futurorum piæ devotioni pateat, quemadmodùm nos pro æterna retributione, & pro anima Patris noſtri bonæ memoriæ Heinrici Romanorum Imperatoris Auguſti, obq; petitionem & interventum dilecti noſtri Annonis ſcilicet Colonienſis Archiepiſcopi, nec non ob devotum & fidele ſervitium Ellenhardi Friſingenſis Epiſcopi quaſdam juris noſtri proprietates ad fiſcum noſtrum pertinentes in Marcha Hiſtria, & in Comitatu Marchionis Udalrici, inq; locis ſubnotatis, id eſt, in Pyrian & Nivvenburch ſitas cum omnibus utilitatibus ad eas ritè pertinentibus, hoc eſt, mancipiis utriusque ſexûs, areis, ædificiis, terris cultis & incultis, agris, pratis, campis, paſcuis, ſilvis, aquis, aquarumve decurſibus, navium ſtationibus, Theloneis, viis & inviis, exitibus & reditibus, quæſitis & inquirendis, cunctisque aliis appendiciis, quæ ullo modo dici, vel nominari poſſunt, ad Monaſterium S. Andreæ Apoſtoli in Civitate Friſinga, à præfato ejusdem Civitatis Epiſcopo in Dei nomine initiatum & conſtructum ex proprio in proprium donavimus, ea videlicet ratione, ut fratribus inibi Deo militantibus, in quantum ex eisdem bonis provideri poſſit, ad divinum officium peragendum victus & veſtitus ſingulis annis ſubminiſtrentur. Et ut hæc traditio noſtra nunc & in futuro ſtabilis & inconvulſa permaneat, hoc regiæ donationis præceptum inde conſcriptum ſigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri, manuq; propria, ut infra videtur, corroboravimus atque firmavimus. Dat. VIIII. Kal. Novembr. anno Dominicæ Incarnationis MLXII. Indict. I. anno autem Ordinationis Domni Heinrici quarti Regis VIII. Regni verò VI. Actum Auguſtæ in Dei nomine feliciter. Amen.

Advertet hic Lector, Regiam hanc donationem factam eſſe anno 1062. *ad Monaſterium S. Andreæ Apoſtoli* ab Ellenhardo Epiſcopo NB. *initiatum & conſtructum.* Quibus verbis ipſa prima fundatio non reſtringitur ad hunc eundem annum, ſed potuit, imò fortaſſis debuit uno aut altero anno præcedere, ut adeò de primo fundationis anno nihil certi ſtatui à nobis poſſit. Quare anni illius determinationem aliorum judicijs libenter ſubjicimus. Obſervamus interim, Collegiatam Divi Andreæ Eccleſiam ab Henrico vocari *Monaſterium.* Aſt id mirum non eſt, cùm ipſa Cathedralis Eccleſia circa ea tempora adhuc fuerit appellata *Monaſterium.* quod proinde nomen etiam inferioribus Collegiatis Eccleſiis Scriptores illius ævi tribuerunt.

§. III.

Continuatio Actorum tum domeſticorum tum extraneorum uſque ad annum Chriſti 1070.

Confirmatur electio Alexandri PP.

HOnorium II. Pſeudo-Papam in publico Concilio fuiſſe communi ſuffragio reprobatum, & electionem Alexandri confirmatam, ſupra jamjam dicere cœpimus. Id contigit anno Chriſti 1062. in Germania, in loco,

cui

Digitized by Google

cui *Osborium* nomen. Plurimum eam in rem contulit ſcriptio illa noſtri beati Petri Damiani, quam Baronius plena manu recenſet. Multum quoque operæ addidiſſe memoratur S. Anno Colonienſis Archiepiſcopus. Ita tum quidem Schiſma præſente ipſo ac aſſentiente Rege ſublatum fuit, aſt non idcircò Cadalous ſuperbiendi finem fecit, ut ſuo loco dicemus. Porrò Alexander, in Petri Sede ſtabilitus, eodem anno Gebhardo Archiepiſcopo Salisburgenſi pallium miſit: ac anno ſequenti Romæ Concilium convocavit, in quo contra Simoniacos, maximè contra Petrum Epiſcopum Florentinum actum eſt, qui, cùm Simoniacam labem negando à ſe amoliri ſtuduiſſet, poſtea per Monachum quendam Vallis umbroſæ, Petrum igneum dictum, maximô miraculô Simoniacæ pravitatis convictus fuit, cùm Monachus ille, qui inter alios ſodales ſuos Epiſcopum accuſaverat, aſſertionem ſuam ignis judicio, ſtupente maxima Cleri populique frequentia demonſtrâſſet, uti fusè Baronius refert. Henricum Regem à Parente ipſius Petri Epiſcopi aurô corruptum fuiſſe, Pagius tradit. Simoniacus Epiſcopus reprobatur.

Interea Germaniæ res cœperunt ire in deterius ex mutata Regis Henrici educatione. Cauſas habeo, cur fata illa non meo, ſed alterius, & quidem Adelzreitteri calamo referam. Sic igitur ille. Pueri, Henrici Regis, inquit,„ ætatem Moguntinus & Colonienſis Archiepiſcopi adhuc ſatis ad Virtutis Stu„ dium flexerant. Verùm ubi Albertus, alijs Adalbertus, Bremenſis ſeu Ham-„ burgenſis Archiepiſcopus ob nonnullam prudentiæ ſpeciem & generis claritu„ dinem, in partem Conſiliorum irrepſit, nactus per abſentiam Annonis Agrip-„ pinenſis (in Italiam miſſi) occaſionem Regis pervertendi, aſſentando, quo„ nihil Principibus eſt peſtilentius, & moliendo eſt aſſecutus, ut Collegas autho-„ ritate & gratia ſupergreſſus, graviſſima quæque negotia ad ſe raperet, &, quod„ ambitionis proprium eſt, omnia Regis munia, ſuo arbitratu gereret, verſa-„ rétque. Illi ad ſummam poteſtatem graſſanti, foventíque juvenilem Henri-„ ci laſciviam, acceſſit Wernerus Comes, homo ferox & inſolens, cujus auda-„ ciâ ad firmandam improbitatem utebatur. His inſtructus præſidijs, nihil pen-„ ſi habebat, Epiſcopatus, velut ſub haſta vænum habere, Monaſteriorum„ opima diſtrahere, Eccleſiæ honores turpiſſimo quæſtu vendere, illuſtriora„ Reip: munera non virtuti aut bene meritis, ſed nundinatoribus committere.„ Habuit quidem paulò molliùs potentiores Epiſcopos, metu factionum, ſed„ tantâ licentiâ uſus eſt in minùs validos, ut non cum hominibus, Religionis„ immunitate tutis, ſed cum vilibus mancipiis, quà exigendo inſueta tributa,„ quà cogendo ad indigna ſervitia, per inſatiabilem avaritiam, ſummo jure„ agere videretur. Cùm Corbeienſem & Laurisheimenſem opulentas Abba-„ tias invaſiſſet, ut ejus rapinæ infamiam & publicum odium minueret, ha-„ berétque, unde bolô objectô os æmulis obſtrueret, Regi perſuaſit, ut Co-„ lonienſi Antiſtiti donaret Malmundarienſe, & Endanum Cœnobium, Mo-„ guntino Selingenſtadianum, Rudolpho Suevorum Duci Campidonenſe, „ Wernero Comiti Sacras Kirchbergæ poſſeſſiones, Ottoni Bojorum Duci Al-„ tachenſes, quæ hunc demùm calamitoſum inopémque reddiderunt. Hæc, Adelzreitterus, qui ex Metropoli Hundij poterat addere etiam Monaſterium Benedictoburanum, ejuſdem Alberti ſive Adalberti Archiepiſcopi operâ Ellenhardo Friſingenſi Epiſcopo à Rege puero, peſſimos mores induto, conceſſum: id quod rurſus non alio in fine fecerit Adalbertus, quàm ut etiam Ellenhardum Regi aliàs familiarem, rebus ſuis faventem redderet. Diploma Henricianæ Donationis apponimus.

Henricus Rex juvenis pervertitur ab Adalberto Hamburgenſi Archiepiſcopo.

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Heinricus divina favente clementia Rex. Omnibus Chriſti noſtriq; fidelibus, tam futuris quàm præſentibus notum eſſe volumus, qualiter nos ob remedium animæ Patris noſtri piæ memoriæ Heinrici Imperatoris Auguſti, noſtráq; in Chriſto perpetua felicitate


Adalbertus Archiepiſcopus Ellenhardo impetrat Abbatiam Benedictoburanam.

Digitized by Google

tate, inſtinctu quoq; fidelis noſtri Adalberti Hamaburienſis Archiepiſcopi, nec non ob fidele Servitium Ellenhardi Epiſcopi ad Eccleſiam Friſingenſem in honore Sanctæ Dei Genitricis & Sancti Corbiniani conſtructam, Abbatiam Burun dictam in pago Sundergoue in Comitatu Sigemari Comitis ſitam, cum omnibus appendicijs, hoc eſt, villis, vineis, in quacunque Provincia, ceu quocunque pago vel comitatu ſitis, nec non utriusque ſexus mancipiis, areis, ædificijs, agris, campis, pratis, paſcuis, ſilvis, foreſtis, foreſtarijs, venationibus, terris cultis & incultis, aquis, aquarúmque decurſibus, molis, molendinis, exitibus & reditibus, viis & inviis, quæſitis & inquirendis, omnique jure & utilitate, quam nos inde habuimus, in proprium dedimus, ea videlicet ratione, ut prædictus Ellenhardus Friſingenſis Epiſcopus, ſuique Succeſſores liberam inde poteſtatem habeant tenendi, conſtituendi, vel quidquid ad communem utriusque Eccleſiæ utilitatem voluerint, faciendi. Et ut hæc noſtra Regalis traditio ſtabilis & inconvulſa omni permaneat tempore, hanc cartam inde conſcribi, manúque propria corroborantes Sigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri.

Signum Domni Heinrici quarti Regis.

Sigehardus Cancellarius vice Sigefridi Archicancellarii recognovi.





Data 15. Kal. Sept. anno Dominicæ Incarnationis MLXV. Indictione III. anno autem Ordinationis Domni Heinrici quarti Regis XI. Regni verò VIII. Actum Gerſtungun in Dei nomine feliciter. Amen.

ELlenhardus dictum in modum Abbatiâ *Burun*, nempe Benedictoburanâ, donatus, contra, & ſperari poterat, ſtatim Megingoſum, Abbatem legitimum, exautoravit, & è monaſterio S. Stephani (nempe Weichenſtephanenſi) aſſumpſit Ratmundum, quem Benedictoburanis præfecit, virum quidem bonum, ſed non bonum Abbatem, quippe qui mores quidem Religioſos exhibebat, verùm curam aliorum exiguam habebat. Quo factum eſt, ut in eo Monaſterio diſciplina religioſa paulatim penè collapſa ſit, uti in duobus antiquis Chronicis Benedictoburanis legimus. Interim Adalberti Hamburgenſis Archiepiſcopi facinora, ut ait Mabillonius, omnis populus damnabat, damnabitque poſteritas. Certè anno ſtatim ſequente, ut Brunnerus cum alijs ſcribit, Adalbertus, qui Divorum opes ſpolia fecerat, ſacrilegæ prodigalitatis pœnas luit, odiis totius Imperij in eum concitatis, quibus illum eripere ne Rex quidem potuit. Jactatæ palàm fuêre nudatis etiam enſibûs liberæ voces, Henrico aut Regnum aut Adalbertum eſſe ejurandum. Ita demùm Henricus, ne

Annal. T. IV. pag. 670.

Adalbertus Archiep. toti orbi exoſus.

ne Regnum & vitam amitteret, Adalbertum dimittere coactus fuit, cujus proinde fortuna, eo quidem tempore, penitùs concidiſſe viſa eſt. Ita ferè illi.

In Bojaria noſtra cùm anno ſequenti, Chriſti 1067. Nobiles in hac ipſa ſua patria prædas impunè agerent, eademque infamiâ etiam Dux ipſe Otto laboraret, Ellenhardus noſter pro ſua Eccleſia ſolicitus, non ſolùm nullum ſuæ Eccleſiæ detrimentum fecit, ſed inſuper hanc ab Henrico Rege novam & inſignem donationem impetravit.

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Heinricus Divina ſavente Clementia Rex. Sanctarum Dei Eccleſiarum profectui tantò diligentiùs providere debemus, quantò excelſius ex divino munere ſublimati ſumus. Quapropter omnibus Chriſti noſtriq; fidelibus, tam futuris, quàm præſentibus notum eſſe volumus, qualiter nos Friſingenſi Eccleſiæ, in honorem S. Mariæ, Sanctique Corbiniani conſtructæ & conſecratæ, ob petitionem, ac interventum Berthæ Reginæ, Regni thoríque noſtri conſortis dilectiſſimæ, inſtinctu quoque Epponis Nivvenburgenſis Epiſcopi, Ekkiberti Marchionis, Oudalrici Marchionis, nec non ob fidele meritum, Ellenhardi, ejuſdem ſedis Epiſcopi, has villas Cubida, Lounca, Ozpe, Razari, Truſculo, Steina, Sachte Petre in pago Iſtria in Marcha Oudalrici Marchionis ſitas, cum omnibus appendicijs ſuis, hoc eſt, utriusque ſexûs mancipijs, vineis, agris, pratis, campis, paſcuis, ſilvis, venationibus, foreſtis, foreſtarijs, Eccleſiis, areis, ædificijs, terris cultis & incultis, aquis aquarúmque decurſibus, molis, molendinis, piſcationibus, exitibus, & reditibus, viis & inviis, merkatis, theloneis, monetis, quæſitis & inquirendis omniq; utilitate in proprium dedimus, confirmavimus, perpetuo jure obtinendum conceſſimus, ea videlicet ratione, ut nullus ſucceſſorum noſtrorum Imperator ſive Rex, Dux, Marchio, Comes, aut alia major vel minor perſona judicialis hac data præfatæ Eccleſiæ auferre, alienare, aut ullo modo præſumat inquietare, ſed prænominatus Epiſcopus ejúsque ſucceſſores liberam inde poteſtatem habeant tenendi, precariandi, commutandi, vel quidquid inde ad utilitatem ejuſdem Eccleſiæ voluerint faciendi. Et ut hæc noſtra Regalis traditio ſtabilis & inconvulsa omni permaneat ævo, hanc cartam ſcribi, manúque propria corroborantes ſigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri. Henricus iterum erga Ellenhardum magnificè munificus.

Signum Domni Heinrici quarti Regis. Gregorius Cancellarius vice Annonis Archicancellarii recognovi. Data tertio nonas Martii anno Dominicæ Incarnationis MLXVII. Indictione V. anno autem Ordinationis Domni Heinrici quarti Regis XII. Regni vero XI. Actum Ratiſponæ feliciter amen.

Ad eundem annum Pagius revocat Concilium Mantuanum, quod Baronius ad annum Chriſti 1064. repoſuerat. Aſt Baronio in actis Conciliorum adſtipulatur Harduinus. In eo Concilio Cadalous Pſeudo-Papa iterum condemnatus, & Alexander à criminibus ſibi objectis abſolutus eſt. *Tom. IV. part. I. pag. 1143.*

Sequenti anno Chriſti 1068. Otto Dux noſter, una cum Annone Colonienſi Archiepiſcopo, & Henrico Epiſcopo Tridentino legatione, Cæſaris nomine in Italia functus eſt; quo ipſo tempore rursùs civile inter Bojos Bellum exarſit, quod tamen ſubitò mutatîs tumultuantium animîs divinitùs ſopitum eſt. Henricum Regem hoc, non verò ſequenti anno ferias Chriſti Natalitias Friſingæ coluiſſe, vero ſimilius eſt: qua de re poſt Lambertum Schaffnaburgenſem Aventinus ac Palatius agunt. Paulò poſt, cùm Henricus, aſſentientibûs quibusdam Epiſcopis, Bertham Reginam Conjugem repudiaret, Sanctus Petrus Damiani noſter Pontificia Legatione functus, probrum illud cœleſti quadam facundia avertit. Interea Ottone Bojariæ Duce perduellionis per calumniam accuſato, atque nihilominùs exautorato, Rex Henricus Welfonem ſubſtituit: ex qua occaſione calamitates illius temporis, egregio, pro more ſuo, ſti- Rex iterum Friſingæ Cunas Chriſti veneratur. Acta varia.

Digitized by Google

lò Brunnerus deſcribit deploràtque, ſtatim ad initium tertiæ Partis, ad quem Lectorem remittimus. Cæterum annuentem eodem anno votis ſuis habuit ſummum Pontificem Alexandrum II. Gebhardus Salisburgenſium Metropolita, dum Papa novæ Epiſcopali Cathedræ Gurcenſi apud Carinthios ſtatuendæ auctoritatem Pontificiam libens eidem commodavit, uti poſt alios Mezgerus noſter tradit. Nec minùs propitium ſensêre Pontificem Archiepiſcopus Moguntinus & Epiſcopus Babenbergenſis, qui, cùm Simoniacæ labis rei conſtituti, & ad cauſam dicendam Romam vocati eſſent, ad judicium ſubeundum illuc ſe contulerunt: quos veluti obedientes filios Pontifex abſolvit, & ad ſuas Eccleſias liberos remiſit. Qua de re Baronius ad hunc annum fusè diſſerit, qui videri poteſt.

§. IV.

Ellenhardi, & illius temporis geſta usque ad annum Chriſti 1074. *ubi de fundatione inclytorum Monaſteriorum Rotenſis & Raittenbuchenſis.*

Conſecratio Eccleſiæ S. Udalrici Auguſtæ.

ANno Chriſti 1071, Embrico Auguſtanus Epiſcopus, templum SS. Udalrici & Afræ à ſe inſtauratum ſacrìs cæremoniis initiavit aſſiſtentibûs ſibi Gunzone Eiſtettenſi & Ellenhardo noſtro Friſingenſi Epiſcopis. Henricum Regem eidem feſtivitati interfuiſſe Mabillonius ex Stengelio refert: Aſt R. P. Corbinianus Khamm in Hierarchia ſua Auguſtana Regiæ præſentiæ mentionem nullam facit. Potuit tamen Rex intereſſe ea ipſa occaſione, qua eo anno ad Bojos ſe contulit, ut illos impoſito nuper Duci Welfoni conciliaret: quod etiam ex animi ſui ſententia conſecutus eſt. Proximò annò, cùm Gebhardus Salisburgenſis Archiepiſcopus ultimam manum fundationi Gurcenſis Epiſcopatûs admoviſſet, Guntherum nominavit & confirmavit primum Gurcenſium Præſulem, eumque cooperantibus ſibi Epiſcopis Altwino Brixinenſi, Ellenhardo noſtro Friſingenſi, & Candiano Hiſtrienſi conſecravit, ut iterum Mezgerus tradit. Eodem anno Bremenſis ſeu Hamburgenſis Archiepiſcopus Adalbertus, qui rursùs in aulam redièrat, obiiſſe fertur. Henricus indies prolapſus in deterius, cùm peſſimi Regiminis iterum palàm fuiſſet commonitus, religioſiſſimum Annonem Colonienſem Archiepiſcopum, cujus admonitiones antehac faſtidièrat, rursùs publicìs officiis, quamquam invitum, admovit: qui licèt peſſimos Germaniæ mores ſancta ſeveritate coërcere ſtuderet, adeò tamen nihil in emendanda Regis indole profecit, ut is continuò etiam pejor fieret. Unde etiam Anno Archiepiſcopus demùm ex aula ſeſe ſubduxit. Refert ex antiquis ſcriptoribus Bucelinus noſter, Sigefridum Moguntiæ Archiepiſcopum incredibili Imperii ab Henrico adminiſtrati faſtidio, ſimulata ad S. Jacobi cineres in Caſtiliam peregrinatione, Cluniacum ſe recepiſſe, & cucullum induiſſe: poſtea verò ſimoniaco Antiſtite in Moguntina ſede ab Henrico collocato per obedientiæ virtutem adjuratum ab Abbate, & Pontificatum reſumere juſſum. Quod is etiam præſtiterit, ac peſte illa tam illuſtrem Cathedram liberaverit. Id ipſum ex Mariano Mabillonius affirmat: qui hoc ipſo anno refert mortem beati Petri Damiani noſtri, qui Florentiæ ex febri ſanctiſſimè deceſſit. De eo Baronius teſtatur, *hoc deploratiſſimo ſæculo, eum excreviſſet diluvium carnis ad obruendam Eccleſiam, divinitùs datum tantum Virum, qui auſteriſſimæ vitæ exemplo, verbique prædicatione & ſcriptis exſiccaret tantam putredinem paritèrque pugnaret contra ſimoniacam Hæreſin, quæ ubique graſſabatur impunè.* Hæc ille.

Gurcenſis Epiſcopatûs origo.

Henricus indies pejor.

Inſequens annus, Chriſti 1073. Alexandri Papæ II. ultimus, Gregorii VII. primus, magnìs motibûs Imperium concuſſit Authore maximè Rege Henrico, cujus

Digitized by Google

cujus flagitioſi & turbulenti actus totum ferè Occidentem perturbârunt. Is Romam citatus fuit ab Alexandro Papa, reſponſurus ad accuſationes, quæ adversùs eum à Saxonibus delatæ fuerant ad Apoſtolicam Sedem, Simoniaca potiſſimùm hæreſi, alijsque criminibus, in Eccleſias, Perſonas ſacras, ac profanas perpetratis. Ille verò Pontificis mandato contempto, cùm ut ſupra diximus, Annonem Archiepiſcopum jam non haberet monitorem domeſticum, refractîs omnibûs pudoris ac modeſtiæ vinculîs deinceps etiam liberiùs omnibus flagitijs & ſceleribus atque ſubditorum vexationibus fræna laxavit, Saxoniæ ac Turingiæ colles caſtellis ac præſidiîs firmavit, prædáſque ex agris vicinis villíſque agendi liberam facultatem militibus ſuis permiſit, ut cum alijs Mabillonius ſcribit. Neque deerant ex Imperij Principibus, qui de abjiciendo conſcelerato Rege conſilia tractarent, fuiſsétque ille abſque dubio è ſolio deturbatus, niſi Rudolphus Suevus Imperij coronam detrectâſſet.

Hildobrandus fit ſummus Pontifex.

In Hiſtor. Germanorum ad annum 1073.

Interea Alexander II. Optimus Pontifex die 21. Aprilis è vita migraverat, cui Romani ſtatim poſtridie, cùm Alexander tumulo illatus fuiſſet, inconſulto Rege Henrico Hildebrandum, ex Monacho Romanæ Eccleſiæ Archidiaconum, *Virum*, ut Lambertus noſter teſtatur, *ſacrîs literîs eruditiſſimum & in tota Eccleſia tempore priorum Pontificum omni virtutum genere celeberrimum, quamquam invitum ac mærentem*, uti Centius Camerarius apud Pagium ſcribit, ſubrogârunt. Eligentium judicium hîs verbîs erat conceptum: *Nos Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, Clerici, Acolythi, Subdiaconi, Diaconi, præſentibûs venerabilibûs Epiſcopîs, Abbatibûs, & Monachîs, conſentientibûs pluribûs turbis, utriusque ordinis, eligimus nobis in Pontificem Hildebrandum Archidiaconum, Virum Religione, doctrina juſtitiáque præſtantem, in adverſis conſtantem, in proſperis moderatum, pudicum, ſobrium, caſtum, hoſpitalem, domum ſuam bene regentem, in gremio hujus Eccleſiæ à pueritia egregiè educatum, & eruditum, eundémque poſthac eſſe & dici Gregorium VII. Pontificem volumus & conſentimus.* Hæc Baronius ex Actis publicis refert. Sanè Hildebrandi celebritas jam ante Pontificatum tanta fuit, ut Pantaleon Conſul, cum portas æreas pro Eccleſia S. Pauli via Oſtienſi, admirabili artificio Conſtantinopoli fabricari curâſſet, ijs inter alia hæc inſculpi juſſerit; *Anno milleſimô ſeptuageſimo ab Incarnatione Domini, temporibus Alexandri Sanctiſſimi Papæ ſecundi, & Domni Hildebrandi venerabilis Monachi & Archidiaconi, inſtructæ ſunt portæ iſtæ in Regia Urbe Conſtantinopolitana adjuvante Domino Pantaleone, qui illas fieri juſſit.* id quod cum eodem Baronio Mabillonius refert. Ubi vides, Lector, Hildebrandum jam trienniò ante Pontificatum habitum fuiſſe ipſi Pontifici Alexandro quaſi ſupparem, cùm Urbis conſul tempus confecti tanti operis non ſolûm ad Alexandri, ſed etiam Hildebrandi Venerabilis Monachi atque Archidiaconi ætatem retulerit.

Ejus ſolidiſſima laus.

Ad ann. 1073. N. XXIV.

Baron. ad ann. 1070. N. XXXII. Mabill. ad eundem annum N. LXXIV.

Hanc nihilominùs electionem velut ſe inconſulto factam, indignè tulit Henricus, miſitque, qui facti rationem à Romanis expoſtularet. Verùm ubi comperit, Gregorium ad eam dignitatem non ambitione ſed vi adductum, ordinari ſe paſſum non fuiſſe, donec electionem tum Regi, tum Teutoniæ Principibus probari intelligeret, aſſenſum ſuum Henricus adjecit, ac teſte Centio Camerario ſupra laudato, ſtatim Gregorium Vercellenſem Epiſcopum, Italici Regni Cancellarium, ad Urbem tranſmiſit, ut Auctoritate Regia electionem ipſam confirmaret. Addit Lambertus, Regem *lætisſimo ſuffragio, ut ordinaretur,* mandâſſe. Sanè Willelmus S. Remigij Abbas promotionem congratulatus Gregorio inter cætera hæc habet: *Tantus autem*, inquit, *ut nobis relatum eſt, totius populi tui electioni tuæ conſpiravit aſſenſus, ut nullus omninò ex tanta multitudine viſus fuerit diſſentire. Et unde, quæſo, tanta unanimitas, tanta potuit eſſe concordia, niſi ex Spiritûs illius inſtinctu, cujus olim adſpiratione plebs primitiva credentium unum cor, & unam animam habuiſſe deſcribitur?*

Henricus Rex electionem Gregorij VII ratam habet.

Gra-

Gratias ergo Deo, qui ſic tua favit Electioni, ut non pateret Eccleſia ſciſſioni. Addit verò, huic electioni tam unanimi neminem auſurum repugnare, niſi qui *reſpectu miſeræ conſcientiæ* pondus ſententiæ Gregorij ſibi imminuere formidaret. Hæc Willelmus. Porrò Gregorius poſtea primùm menſe Junio ejuſdem anni in Feſto SS. Apoſtolorum Petri & Pauli conſecratus eſt.

Vide Mabill. Analect. T. 1. p. 247. item Annal. T. 5. p. 61.

Fundatur Monaſterium Rotenſe.

In hoc ipſum tempus incidit ampliſſima fundatio, ac tum Pontificia tum Cæſarea confirmatio inclyti Monaſterii Rotenſis in Bojaria ſuperiori ad Oenum in hac Friſingenſi Diœceſi ſiti, quam non aliis aptiùs, atque ipſius Regis Henrici verbis exprimendam cenſuimus: quæ tametſi prolixiora ſint, per extenſum hic damus, ex Rotenſi Autographo, ut non ſolùm quemdam Boicorum ſcriptorum lapſum detegamus, verùm etiam aliquam publicæ Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ lucem afferamus. Henricus ſic habet:

Hainricus Divina favente Clementia quartus Romanorum Imperator Auguſtus. Regalis dignitas & Imperialis Majeſtas ad hoc divinitùs ordinata eſt, ut ſuperborum temeritatem comprimat, fidelium verò devotionem maximéque Deo famulantium humilitatem pia dovotione muniat. Ideò fidelis noſtri Cononis Palatini memoriam poſteris ſcriptò transmittimus, quia Deum & Sanctum Petrum omnium rerum ſuarum hæredem reliquit. Habuit enim duos liberos, quibus ſubſtantiam ſuam diviſit, Cononem ſcilicet, & Irmogardam, quæ cùm marito traderetur, portionem ſibi debitam accepit, & de parte reliqua omnem calumniam legitimè refutavit. Deinde filius quoque duxit Uxorem, celebratíſque nuptiis, cùm multi conveniſſent, inierunt conſilium parentes cum filio & nuru ſua, ne in die bonorum immemores eſſent malorum, & ut illi, qui omnia dedit, aliqua tribuerent. Convenerunt ergò in hoc, ut in loco & fundo, qui dicitur Rota, quem præterfluit Enus fluvius, qui eſt in Comitatu Arnolfi Comitis, Monaſterium conſtruerent, ibique Monachos Deo famulantes aggregarent. Placuit hoc filio, placuit Nurui, ſimúlque cum Parentibus ad Altare Sanctorum Marini & Aniani procedentes, tradiderunt Deo & Sanctis ejus; quidquid in Regno noſtro poſſiderunt, ſi abſque liberis obirent. Nurus quoque dotem, quam ex Marito acceperat, Monaſterio in legitimam poſſeſſionem tradidit cum omni patrimonio, quod in Lotharingia poſſederat, ſi ex eodem Marito Conone liberos non generaret. Evolutis autem aliquot diebus filius ad ſervitium noſtrum vocatus in bello cecidit, & ſic omnis hæreditas ad Monaſterij jus, cui traditum fuerat, rediit. Orbatus verò Pater tota mente ad Deum convertitur, ſublatóque corpore filij, & aſſumpta Nuru, quæ ſine prole remanſerat, ad Monaſterium properat, exequias celebrat, celebratíſque exequiis traditionem renovat. Dat ſocer hæreditatem, Nurus dotem; non conditionatè, ut priùs ſed perfectè Deo & Sanctis ejus in perpetuum. Offeruntur Viri militares, qui dicuntur miniſteriales cum prædiis & poſſeſſionibus ſuis, quos domi, foriſq; cuſtodes lateris habebat, quibus etiam jura ſtatuit, ut Monaſterij gloriam teneant, & Abbatibus liberè ac regulariter ſubſtituendis honeſto loco, gradu & ordine deſerviant. Traduntur familiæ diverſi ſexûs & ætatis, quibus etiam tertiam partem ſervitij ſui relaxavit, hiſque diſpoſitis conditionem conſumat, & prædia, notata inferiùs Deo & fratribus regulariter viventibus confert. Rota, in quo eſt Monaſterium, cum Eccleſiis, terminis & appendiciis ſuis. In Barochia Chemeringen 30. manſos cum parte Eccleſiæ decimis, terminis & appendiciis ſuis Bberſtetten, Ottingen, Aske, Nuivara cum Eccleſia decimis & appendiciis ſuis. Herigolteshuſen cum Eccleſia, decimis, terminis & appendiciis ſuis. Volkmariſtorff cum vineis & agris vinitorum. Rota, quod adjacet Glone flumini cum Eccleſia, decimis, terminis, & appendiciis ſuis. Harde, Bruntal, Helpſendorff, Torinhuſen, Warte, Veriſtetten, Wachreine, Ourholz, Walcheſe,

cheſe, Choletal, Billerſee per totum cum Eccleſia, decimis, terminis, & appendiciis ſuis, in Luichental, Stegen, Wiſinwanch, Crieſcanowe, Grantowe, Barne, & quidquid à Stricken usque ad Jochperg habuerat, præter unam manſionem apud Wiſinſwanck, quam filiæ ad pernoctandum tradiderat, cùm de loco ad locum tranſiret. Apud Halle patellam ſalis, & locum patellæ. In Stubeia duos manſos, in Wibetal ſtabularem curiam. Ad valles in monte, qui dicitur Ritino, quinque manſos, ad Suſan in Poſcen curiam & vineas, in Carinthia Caſtrum, quod dicitur Urſen, & circa Caſtrum ſexaginta manſos. Juxta Moram fluvium Flachſaba. Juxta Liesniche Meizzenſtein. In Marchia juxta Rabam fluvium Chuniberge cum terminis & appendiciis. In Oriente Breitenowe Suarzaba, Luiprandeſtorff, Snozindorff, Hederiſcheswerde juxta Danubium versùs Hungariam, Viskahegemunde, Chrunbinuzhwoane cum terminis & appendiciis ſuis. In Tongowe curiam. Ad Gruninbach ſex vineas ad Huriperch cum vineis agris vinitorum. Ultra Chambe Choſtingen & Neaſwertingen cum Eccleſia, decimatione, Theloneo, terminis & appendiciis ſuis. Juxta fluvium, quod dicitur Naba, Undechestorff. Curiam ſuam Ratisbone juxta ſanctum Caſſianum cum atrio per circuitum & ædificiis. In Suevia villam, quæ dicitur Eslingen. Hæc omnia cum omni jure tradidit cum areis & ædificiis, agris, campis, pratis, molendinis, aquis, aquarúmve decurſibus, ſilvis, venationibus, ſectione, ſaginatione, & quæ habentur & haberi poſſunt in legitima poſſeſſione Rotenſis Monaſterii, de quibus etiam Nurus ſua Eliſabeth ſtatim Monaſterium inveſtivit, & poſtea in beneficium accepit. His ergo prædiis & redditibus vir fidelis Rotenſe Monaſterium fundavit, ac fundatum beato Petro ac Romanæ Eccleſiæ tradidit per manum Eberhardi de Razenhoven, qui & primus Bizanzium aureum annuatim perſolvendum Lateranenſi Palatio perſolvit, ac ſic loco atque familiæ tutelam apoſtolicæ defenſionis obtinuit. Obtinuit quoque Monaſterio liberam Abbatis electionem, Baptiſmum, ſepulturam, & ut Advocatum non habeant, niſi quem velint, quia jam legitima ſucceſſio advocatorum ceſſaverat, mortuo ſine liberis filio, & ad filios filiæ jus illud non pertinebat. His ita peractis noſtram præſentiam adiit, noſtráque imperiali auctoritate hæc omnia roborari expetiit. Nos verò devotione tanti Principis exhilarati, ac petitione ejus inducti, Pontificialem auctoritatem noſtra auctoritate munivimus, & quidquid conceſſit, conceſſimus, ſtatuentes, ut nulla Eccleſiaſtica ſæcularisve perſona audeat præfati Monaſterii jura infringere, perſonas turbare, poſſeſſiones invadere, minuere, auferre, vel ablata retinere, terminos cohibere, vel transgredi, nec ullam poſſeſſis, vel in futurum poſſidendis violentiam inferre. Si quis hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens, Rotenſe Monaſterium infeſtare præſumpſerit, veniat ſuper illum Apoſtolica maledictio, noſtríque violati edicti dura compoſitio, noverítque ſe mulctatum centum libris auri, cujus medietas noſtræ Cameræ, alterum verò medium fratrum uſibus perſolvetur. Hoc ergo ut firmiter teneatur, locique libertas, pax & ſecuritas omni ævo ſtabilis & inconvulſa permaneat, hanc præſentem noſtræ conſtitutionis paginam inde conſcribi fecimus, noſtríque ſigilli impreſſione muniri.

Signum Domini Heinrici Regis invictiſſimi. Egilbertus Cancellarius vice Willigiſi Archicapellani recognovit. Dat. Non. Sept. anno Dominicæ Incarnationis M. LXXIII. indict. XI. anno autem Regni Henrici XX. Actum Ratisbonæ feliciter. amen. Præſidente Romæ Apoſtolicam Sedem Gregorio VII. qui & Hiltprandus. Ita Henricus; cujus Diploma poſtea anno 1226. Fridericus II. Imperator confirmavit, illúdque totum ſuo Diplomati inſeruit, uti in additionibus Gewoldi ad Hundii Metropolim videre eſt.

Digitized by Google

Obſervationes ex Diplomate Henrici.

In utroque hoc Diplomate duo annotamus. Henricus, utut aliàs vitiis ſupra recenſitis obſitus, in hoc ſuo Diplomate Gregorii *Pontificalem auctoritatem* rursùs agnovit, & apoſtolicam Monaſterii Rotenſis confirmationem ſua quoque auctoritate munivit, Gregoriúmque, qui & Hilteprandus, nomine expreſſit, ac Apoſtolicæ ſedi præſediſſe teſtatus eſt, idque Nonîs Septembris ejusdem anni 1073. poſtquam Menſe Junio Gregorius conſecratus fuerat. Nullum igitur eo quidem tempore cum Gregorio diſſidium, nullum de ejus legitimo Pontificatu dubium habuit, & futuros ſuos adversùs Pontificiam illius poteſtatem auſus damnavit.

Error quorumdam Scriptorum detegitur.

Deinde Henricus anno ſalutis 1073. Menſe Septembri diſertè aſſerit, Chunonem, Chunonis Rotenſis fundatoris filium *in bello cecidiſſe;* fortè non alio, quàm quod Henricus nuper cum Saxonibus geſſerat. Quo igitur jure quidam præcipui rerum Boicarum Scriptores aſſerunt, eundem Chunonem primùm anno Chriſti 1081. obiiſſe, & quidem inſtar fautoris auxiliatoríſque Schismaticorum vitam clauſiſſe, diris Pontificiis obnoxium, cujus tamen Parens, haud invitô Henricô, Apoſtolicæ Sedi devotiſſimus fuit, uti Diploma demonſtrat? & cur Chuno junior diris Pontificiis devotus dicitur, quando ipſe Henricus Rex Anathematis fulmine nondum percuſſus, neque Schiſmaticus declaratus fuit? apage igitur hunc errorem è Boica Hiſtoria, ut ſua laus utrique Chunoni inviolata perſiſtat, qui fundatione tam magnifica, accedente Pontificia, ac conſonante Cæſarea auctoritate divino Numini æviterna præparaverunt obſequia. Illud ſanè dolendum eſt, quod de illuſtri laudatorum Chunonum ortu ac ſanguine majores noſtri plura literis non conſignârint: aut, ſi quæ fuêre conſignata, interiêrint.

Fundatio Monaſterii Raittenbuech.

Ad annum Chriſti ſequentem ſcil. 1074. referenda ſunt prima initia inclyti Monaſterii B. M. V. Canonicorum Regularium Ord. S. Auguſtini in Raittenbuech, uti docemur ex. Inſtrumento pervetuſto, quod Tomo III. Metropolis Salisburgenſis producit Gewoldus, tametſi Hundius cum Arenbeckio primordia ejusdem Eccleſiæ primùm ad annum Chriſti 1085. differat. In eo inſtrumento legimus, *Welſonem cum Conjuge ſua Juditha quendam ſui prædii locum, Bebingoe* (hodie Böbingen) *appellatum cum villis, mancipiis, agris, pratis, ſilvis & redditibus, ad Cellam, quæ vulgò dicitur Raitenbuech, tradidiſſe, quæ in nomine JEſu Chriſti, ejusque ſanctæ Genitricis Mariæ condita & conſecrata fuerit; hac ſcilicet conditione, ut deinceps Deo ibidem ſervientibus Clericis in uſum cedat. Additur, huic facto interfuiſſe beatæ memoriæ Patavienſem Epiſcopum Altmannum cum ſuis Clericis.* Id quod egregiè confirmatur ex. Catalogo Pataavienſium Epiſcoporum, quem nuper edidit Clar. P. Hieronymus Pezius Mellicenſis Scriptorum Auſtriacorum *Tom. I.* ubi ſequentia de Altmanno legimus: *Hic devotiſſimus in Epiſcopatu ſuo tria cœnobia Clericorum, juxta Regulam S. Auguſtini communiter viventium, inſtituit: & tertium in Epiſcopatu Friſingenſi* (nempe Raittenbuechenſe) *in allodio Welſonis Ducis per Clericos ſuos ædificavit, & regularibus diſciplinis ſubdidit.* Hæc in confirmationem Welſoniani Inſtrumenti per parentheſin.

pag. 159.

col. 16.

Recitatîs poſtea ex more veterum factæ Welſonianæ donationis teſtibus ſubjungitur, eundem Ducem *triginta & unum manſos proximos ad Raitenbuech* (nempe agros Monaſterio adjacentes) *donâſſe Reliquiis S. Mariæ* (fortè de veſtibus, capillis, aut aliis ejusmodi) *aliorúmque ſanctorum, quæ ibidem continentur, pro redemptione animæ ſuæ, omniumque debitorum* (fortè progenitorum) *ſuorum ſtabiliter illic ad DEI ſervitium manendos*, id eſt ſpectaturos. Subjunctis poſtea novæ illius donationis teſtibus additur, id contigiſſe

Digitized by Google

giſſe *anno Dominicæ Incarnationis M. L. XXIV, Indict. XII. Kal. Januarii.* quæ notæ chronologicæ tum inter ſe benè cohærent, tum etiam ætati B. Altmanni & Welſonis, eo nomine primi Bojariæ Ducis egregiè reſpondent. Demùm Charta dictæ traditionis ſubdit, *Welſonem Ducem filium Ducis Wolfhardi, prædium ſuum in loco, qui dicitur Wilſteig, iudem reliquiis tradidiſſe, retento tamen ſibi uſu fructuario.* Ita Inſtrumentum Donationis. Sanè quis fuerit Welſo ille Wolfhardi filius, hactenus nos nondum aſſequi, ultrò fatemur. Cæterùm de recitata huc usque donatione, ac primæva illius Eccleſiæ fundatione Poëta pervetuſtus pro ſimplicitate illius ævi hæc cecinit.

In populo quaſi lux effulgens Welſo pius Dux.
Qui dulcis quaſi nux, cunctis nec corde fuit trux.
Hujus fundator clauſtri fuit & relevator
Summus Plaſmator ipſius ſit renovator.

Welſonis fundatoris laus.

Huc revocandi ſunt alii de laudato Welſone antiqui verſus ex Raittenbuechenſi Codice:

Anno milleno ſeptuageſimo quoque quarto
Dux Welſo inſignis virtutibus claruit dignis.

De Juditha verò idem Poëta ſic luſit:

*Judent * dicta locum ſtruxi ſtudioſius iſtum.*
Ergò mei memores precor ut ſint hìc famulantes.

* Judith.

Porrò fundationem eum in modum factam Urbanus II. Pontifex Maximus datis anno 1090. & 1092. literis probavit. Extant autographa earum literarum, quæ ex ſingulari gratia Reverendiſſimi & Ampliſſimi Domini Patritii moderni digniſſimi Præpoſiti, nec non eximia humanitate D. Gaudentii Mayr Decani, Friſingæ conſpeximus non ſine admiratione veterum characterum, qui in exemplari de anno Chriſti 1090. apparent, &, ut æri aliquando incidantur, omninò merentur. Iisdem literis idem Pontifex Udalricum, primum ſacri illius Collegii Præpoſitum confirmavit.

Monaſterii Raittenbuechenſis celebritas.

Ut primùm res Raitenbuechii dictum in modum propitiis ſuperis fuère conſtitutæ, mox tantum Sanctitatis odorem ſparſère novæ plantæ, ut is non in vicinam duntaxat Bojariam, verùm in Saxoniam usque ac Flandriam penetraverit, atque Viros præſtantiſſimos ad Cœnobium illud attraxerit. Inter horum primos numeratur Lambertus, Rottenburgius in Franconia Comes, & Metropolitanæ Colonienſis Eccleſiæ Canonicus. Hic dum ſub initium duodecimi ſæculi iter Hieroſolymitanum meditatur, conſilio Razzonis Raittenbuechenſis Laici, & Udalrici Patavienſis Epiſcopi, Regularibus deinceps Canonicis Raittenbuechii accenſeri voluit; ubi tantos Virtutum radios ſparſit, ut Conradus Salisburgenſis Archiepiſcopus eundem ad Adelgottum Magdeburgenſem Metropolitam unà cum Berevico Raittenbuechenſi Præpoſito (qui Udalrico proximus ſucceſſit) aliisque illius Monaſterii Viris Religioſiſſimis mittendum cenſuerit.

Adelgottus tantorum virorum virtute fretus Halæ in Saxonia Monaſterium *Novi Operis* (Neuwerck) erexit, eidémque Lambertum præpoſuit, officio ſuo deinceps tam piè ſanctéque functum, ut beati titulum à morte in domeſticis Chronicis retulerit. Paucis poſtea elapsîs annîs Sigismundum cum aliis quatuor fratribus Quelphoropitum (Wolfenbittl) vocatum, noviter erecto Collegio (Hammersleben nuncupato) fuiſſe Præpoſitum, domeſticæ itidem membranæ produnt. Rogerius Raittenbuechenſis datus eſſe dicitur Præpoſitus Collegio Rhodenſi recens erecto prope Aquisgranum. Intra Bojariam noſtram Eberwinus è Monaſterio Raittenbuechenſi primus præfuit Eccleſiæ Berchtoldsgadenſi (quæ hodie Principatûs jure gaudet) adductîs

Digitized by Google

illuc ſecum octo fratribus, quatuor videlicet Clericis, & quatuor Laicis: de quibus plura Hundius. Verùm de celeberrimo Monaſterio Raittenbuechenſi ſatis in præſens: de quo ſuis locis & temporibûs plura dicenda occurrent.

Tractatus inter Archiepiſcopum Salisb. & Epiſcopum Friſingenſem. N. 1248. Tom. 5.

Ad hunc eundem annum Chriſti 1074. pertinere videtur conventio facta inter Sigehardum Patriarcham Aquilejenſem, & Ellenhardum noſtrum Epiſcopum Friſingenſem, ſuper decimis, mancipiis,, curtibus, areis & Eccleſiis in Carniolia ſitis. Conventionis literas in altera parte exhibemus. Ughellus in Italia *ſacra* hunc Patriarcham appellat Singifredum, Sigeardum, & Sigheardum, Cancellarium Henrici IV. Ortum ex Comitibus de *Pleien*, nempe Plain prope Saliſburgum: anno 1068. electum.

§. V.

Proſecutio tum publicorum tum domeſticorum actorum uſque ad annum Chriſti 1078.

Zelus Gregorii VII.

POſt ſtabilitam Gregorii Pontificis electionem tentata fuêre omnia, ut pax Henricum inter & Saxones conciliaretur. Nec deerat ſpes felicis ſucceſsûs, niſi levitas Regis tractatum abrupiſſet. Interim cùm Gregorius novus Pontifex ex veteri Canonum inſtituto ſimoniacam peſtem, ac inveteratam Clericorum incontinentiam Conciliis ac Decretis paulatim acriter perſequeretur, Regem & Epiſcopos quoſdam, qui aut Cathedris aut concubinis ſuis timebant, graviter offendit. Ajunt Moguntinum Archiepiſcopum, cùm Pontificis mandatis ſtrenuè cooperaretur, vitæ periculum à quibuſdam Epiſcopis adiiſſe. Inter hæc Henricus Ellenhardo Epiſcopo Friſingenſi labente adhuc anno Chriſti 1074. 6. Kal. Decembris ſequentem donationem fecit.

Henricus IV. iterum erga Ellenhardum Liberaliſſimus.

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Henricus divina favente Clementia Rex. Omnibus Chriſti noſtrique fidelibus tam futuris quàm præſentibus notum eſſe volumus, qualiter nos in præſentia Principum noſtrorum Gebehardi Salzburgenſis Archiepiſcopi, Ottonis Ratiſponenſis, Willehelmi Trajectenſis Epiſcoporum, Welph Ducis Bauuariorum, cæterorúmque fidelium noſtrorum ex prædio, quod Salomon Rex Ungarorum noſtræ poteſtati ſubjugavit, Sanctæ DEI Genitrici Virgini Mariæ in Eccleſia Friſingenſi, ubi Corpus Sancti Corbiniani quieſcit, rogatu & ſervitio ejuſdem Sedis Epiſcopi Ellenhardi centum manſos his locis ſitos Aſcherichesbrugge, Chuningesbrunnen, Nowendorf, Haſilowe, ſicque de Litaba uſque ad eum locum, qui terminus eſt inter Litaba & Vertowe cum omnibus appenditiis hoc eſt, utriuſque ſexûs mancipiis, areis, ædificiis, pratis, paſcuis, Vineis, terris cultis & incultis viis & inviis, aquis, aquarúmque decurſibus, molis, molendinis, piſcationibus, exitibus & reditibus, quæſitis & inquirendis, exceptis venationibus & Wiltbanno in Litahaberge, aliis autem omnibus utilitatibus in proprium tradendo firmavimus, firmando tradidimus, ea videlicet conditione, qua cum omnibus ex præfato prædio donatis convenimus, ut idem Friſingenſis Epiſcopus Ellenhardus, ſuique ſucceſſores in quolibet Caſtello, ſpecialiter in Mieſenburc muniendo pro his centum regalibus manſis nobis ſerviant, & in aliis omnibus nobis fideles exiſtant. Cujus traditionis teſtem cartam præſentem noſtro juſſu conſcriptam, noſtra autem manu confirmatam, ſigilli quoque noſtri impreſſione inſignitam cunctis ſæculis reliquimus.

Signum Domini Heinrici Quarti Regis invictiſſimi.

Adalbero Cancellarius vice Sigefridi Archicancellarii recognovi.

Anno

Digitized by Google

Anno Dominicæ Incarnationis milleſimo LXXIIII. Indictione XIII. VI. Kl. Decembris data: anno autem Ordinationis Domni Heinrici IIII. Regis XX. Regni XVIII. Actum Ratiſponæ in Nomine Domini JEſu, Amen.

Hæc Rex Ellenhardo noſtro: quem tamen non idcircò Regi contra Pontificem adhæſiſſe dicèmus, cùm Ellenhardus usque ad id temporis à nemine unquam aut ſimoniaci criminis, aut pravæ libidinis reus fuerit habitus. Dicendum potiùs videtur, quòd nondum eò dementiæ tum Rex pervenerit, ut virtutem prœmiò indignam cenſeret. Cúmque ei donationi interveniſſe conſtet Gebehardum Salisburgenſem Archiepiſcopum, Virum Sanctitatis famâ Clariſſimum, atque ſedi Apoſtolicæ addictiſſimum, dubitari non poteſt, quin Ellenhardus ejusdem cum Metropolitano ſuo mentis ac conſilii fuerit, ac eousque Pontificiorum Decretorum prævaricatorem ſeſe minimè conſtituerit. Ex quo tamen Ellenhardus non probatur alia Henrici Acta laudaſſe.

Sequenti anno Chriſti 1075. Adalzreittero teſte, Henricus pro Salomone Hungariæ Rege bellum ſuſcepit promiſſo ſibi in prœmium aliquo terræ Hungaricæ tractu. Verùm certatum eſt ingloriè, Salomone fortunæ ſuccumbente, & Henrico ſub autumnum Ratisbonam regreſſo.

Romæ eo tempore Gregorius totus erat in reformandis depravatis ſimoniacorum ac Clericorum incontinentium moribus. Stupenda verè ſunt, quæ de ſanctis ejus laboribus ad hunc annum refert Baronius, qui recenſet plura Decreta Pontificia contra quosdam Germaniæ Epiſcopos edita, inter quos tamen Ellenhardum noſtrum nullibi Lector inveniet. Cæterùm annum illum, teſte Lamberto noſtro, lugubrem fecit obitus Annonis Colonienſis Archiepiſcopi, qui ſe ſemper velut murum pro Pontifice contra Henricum ejúsque aſſeclas objecerat. Ejus exemplum eodem anno Natali die Redemptoris noſtri Populus Romanus ſecutus eſt, cùm Gregorium Pontificem aggreſſione ſacrilegi hominis Quintii, Romani Præfecti, dum ſacra ageret, captivum abductum, & carceri per ſummum nefas mancipatum, priſtinæ libertati reſtituit. Atrox facinus Guiberti antiqui ſchiſmatici, poſtea Epiſcopi Ravennatis, ſed Romano Pontificatui inhiantis artibus fuiſſe concinnatum, Baronius latè demonſtrat. Guiberti veſtigiis anno ſequenti turpiter inſtitit Henricus Rex, Apoſtolicæ Sedis contemptor ac hoſtis acerrimus; qui cùm de neglectæ Pontificiæ poteſtatis cultu per legatos Gregorii interpellatus fuiſſet, teſte Lamberto noſtro, illius ævi homine, *ſtatim abjectis cum gravi contumelia Legatis, omnes, qui in Regno ſuo eſſent, Epiſcopos & Abbates Wormatiæ Dominica Septuageſimæ convenire præcepit, tractare cum eis volens ad deponendum Romanum Pontificem, ſi qua ratio pateret; in hoc cardine totam verti ratus ſalutem ſuam, & Regni ſtabilitatem, ſi is non eſſet Epiſcopus.* Statuta itaque die Rex Wormatiam venit. Venerunt etiam Epiſcopi tum Gregorio ob cauſam *Cælibatûs* infenſi, tum ab Henrico pollicitationibus (ut Palatius loquitur) excitati, & Abbates ampliſſimò numerò. His acceſſit incentor Hugo Blancus, à Papa nuper ob pravos mores è Cardinalium Cætu motus, *deferens ſecum,* ut ait Lambertus noſter, *de vita & inſtitutione Papæ ſcenicis figmentis conſimilem tragœdiam, qualiter ab ineunte ætate converſatus, quàm perverſo ordine Sedem Apoſtolicam occupaverit, quæ ante Epiſcopatum, quæ poſt acceptum Epiſcopatum, memoratu quoque incredibilia flagitia commiſerit. Hujus authoritatem* (pergit Lambertus) *tanquam divinitùs ſibi deſtinatam gratiſſimè amplexati, & promptiſſimè ſecuti ſententiam promulgârunt, quòd Papa eſſe non poſſit, nec ullam juxta privilegium Romanæ Sedis ligandi aut ſolvendi poteſtatem habeat, vel aliquando habuerit, qui tantis vitam probris ac criminibus commaculaverit.* Hæc apud Lambertum noſtrum.

Pontifex pergit pravos emendare.

Defenditur à Populo Romano.

Henricus furit in Pontificem.

Conciliabulum Wormatienſe ſtudet Gregorium exautorare.

An Ellenhardus Decreta Conciliabuli ſubſcripſerit.

Scribit Adelzreitterus, inter alios Epiſcopos, quibus veri amor, & ſuprema Romanæ Sedis Authoritas Regis gratiâ fuerit potior, Ellenhardum Friſingenſem datæ ad Papam ab eo Conciliabulo epiſtolæ non ſubſcripſiſſe. Adelzreitterum Mezgerus noſter ſequitur. Suffragatur etiam P. Nicolaus Schaten S. J. in Annalibus Paderbornenſibus iis verbis: *Obſtitêre*, inquit, *his* (nempe Epiſcopis, Gregorii VII. inimicis) *acriter alii Epiſcopi, Gebehardus cumprimis Salisburgenſis Archiepiſcopus, Adalbero Wirzeburgenſis, Hermannus Metenſis, Adalbertus Wormatienſis, Altmannus Patavienſis, Ellenhardus Friſingenſis, Cibo Tullenſis Epiſcopi, aſſerentes, iniquum eſſe, Epiſcopum aliquem nullis adductis teſtibus, nullis probatis criminibus condemnare, nedum Romanum Pontificem, Sacroſanctum Epiſcoporum caput, adversùs quem neque Epiſcopi neque Archiepiſcopi reciperetur delatio.* Hæc ibi: *Ubi in teſtes vocantur Beka, Heida, & Bucherius.* At Gualterius Belga in *Chronico Chronicorum:* Palatius *lib. 18. cap. 3.* inter alios Epiſcopos Henrico aſſentantes etiam Ellenhardum numerant: quibus ex Heterodoxis ſubſcribunt Goldaſtus *Tom. 1. Conſtitutionum Imperialium pag. 237.* & Leukfeldius in *Antiquitatibus Halberſtadienſibus pag. 687.* item in Additionibus ad eaſdem *Antiquitates Halberſtadienſes pag. 83. & 84.* Palatius & Goldaſtus ipſam Pſeudoſynodi Epiſtolam producunt, & Epiſcoporum ſubſcribentium, imò, ut rectiùs dicam) præſcribentium nomina recenſent. Has ſibi contrarias aſſertiones quo pacto conciliare poſſimus, non videmus, qui nullius autoritati abſque authenticis inſtrumentis quidquam detrahere intendimus, ſed judicium noſtrum ſuſpendimus. Interea Lambertus noſter Schaffnaburgenſis, Monachus Hirsfeldenſis, qui ſtatim anno ſequenti totam Hiſtoriam latè conſcripſit, & de rebus recentiſſimè geſtis procul dubio exactam notitiam habuit, ait, ex Epiſcopis, qui convenerant, ſolos Adalberonem Wirceburgenſem, & Herimannum Metenſem Epiſcopum aliquamdiu reſtitiſſe, ſed tandem à Wilhelmo Trajectenſi, qui cauſam Regis pertinaciús tuebatur, metu adactos manum dediſſe, & unà cum cæteris ſubſcripſiſſe. *Igitur ex nomine omnium* (ſubdit Lambertus) *qui convenerant, Epiſcoporum & Abbatum, plenæ contumeliarum literæ Romam deſtinantur, quibus denuntietur Romano Pontifici, ut Pontificatu, quem contra Eccleſiaſticas leges uſurpâſſet, ſeſe abdicet, ſciatque, poſt eam diem quidquid agat, jubeat, decernat, irritum haberi.* Cæterùm adverto, in ſerie Epiſcoporum ſubſcribentium apud ipſos Palatium & Goldaſtum Archiepiſcopum Salisburgenſem Gebehardum, & Altmannum Patavienſem non reperiri: ex quo, ſi cum Lamberti dictis rem conferamus, apparet, ſanctos hos duos Antiſtites ad illud Conciliabulum ne quidem ſe contuliſſe, & ipſa ſua abſentia impio contractui ſeſe oppoſuiſſe: quod idem ex eadem ratione de Altwino Brixinenſi dicendum eſt.

Lib. 6. pag. 591. ad ann. 1076.

Conciliabulum Papienſe adverſus Gregorium VII.

Huic Pſeudo-Synodo brevi aliam ſucceſſiſſe Papiæ, Palatius refert ex Bertoldo. In ea poſt criminationes acerbiſſimas rursùs prodiit decretum de Hildebrando (ita vocabant Gregorium) abdicando. Hujus decreti verba ultima ſunt, quæ ſequuntur. *Huic decreto Germaniæ, Galliæque & Italiæ Epiſcopi ac Proceres, conventu in hac Regia urbe Papiæ acto, ſubſcripsêre, juraruntque, ſe nunquam Pontificem maximum iſthoc nomine recepturos.* Hæc ex Bertholdo Palatius. Ubi tamen monendus eſt Lector, Bertholdum loqui de iis ſolùm Epiſcopis, qui Papiam ſe contulerunt; non verò aſſerere, omnes omninò eorum Regnorum Epiſcopos Papiæ comparuiſſe.

Rolandus vocabatur Clericus ille, cui Conciliabulum epiſtolam dedit ad Gregorium deferendam. Is maturato itinere Romam contendit, ut in urbem veniret, antequam illic ſacrorum Præſulum Conventus, à Gregorio jam

jam indictus, inſtitueretur. Delatus in urbem Gregorio Pontifici abſque omni ſalutationis honore, *Tibi*, inquit, *Cæſar noſter Chriſtianiſſimus, ſanctiſſimi Italiæ, Germaniæ, Galliæ Epiſcopi, & ſacer Ordo Chriſtianus præcipiunt, ut te munere, quod actu, pecuniâ, gratiâ occupâſti, confeſtim abdices. Nec enim fas eſt, in vitiis * illis te adverſùs autoritatem Imperatoris,* * *fortè legend. invitis.* *contra Chriſtianæ Eccleſiæ decretum, ovili DEI ultra incubare.* Poſtea ad cæteros verſus: *Pientiſſimi*, inquit, *fratres, Paſtorem jure veſtro deligite. Deinde ſacratiſſimus Conſul, Tribunus & Princeps veſter more majorum autbor fiat.* Hæc iterum Palatius.

Gravis ſanè erat audacia, qua Pontificia auctoritas laceſſebatur, imò in Ordinem redigebatur ab eo, qui defenſoris Eccleſiæ titulô gloriabatur, & Gregorii legitimam electionem dudùm ſuo ſuffragio comprobaverat. Attamen, ut Lambertus ſubjungit, *Papa nil permotus atrocitate Nuncii, poſtera die, cùm Clerus & populus frequens ad ſynodum confluxiſſet, in auribus omnium literas recitari fecit, & ſic cunctis, qui convenerant, Epiſcopis, id* Henricum Gregorius diris devovet. *fieri decernentibus, Regem excommunicatum, & cum eo Archiepiſcopum Moguntinum Sigifridum, Epiſcopum Trajectenſem Wilbelmum, Epiſcopum Babenbergenſem Rubertum. Cæteris, qui conſpirationis bujus participes extiterunt, diem ſtatuit, qua niſi Romæ præſentati cauſam dicerent novæ hujus & inuſitatæ contra Sedem Apoſtolicam rebellionis, ſimilem cæteris excommunicationis ſententiam ſortirentur. Porrò Ottonem Ratiſponenſem Epiſcopum & Ottonem Conſtantienſem & Burchardum Loſannenſem Epiſcopum, & alios nonnullos, quibûs Rex potiſſimum Conſiliariis utebatur, jam pridem excommunicaverat.* Hæc Lambertus ſcriptor planè Synchronus. Porrò formulam Excommunicationis, ac depoſitionis Henrici Palatius plena manu *Lib.18. cap. 3.* cum Lectore communicat.

Dum hæc ita in Germania ac Italia geruntur, Bojariæ, Saxoniæ ac Sueviæ Principes de alio Rege deligendo in Conventu Triburienſi tractant, Qui cogitur gratiam Pontificis exorare. & in Henricum arma parant: qui demùm coactus pacem petit, & metu exauctorationis pro conſequenda abſolutione, lugubri licèt itinere, in Italiam properat.

Canuſii, firmiori Caſtro, eo tempore Pontifex morabatur, ubi ejus alloquium Henricus petebat. Aſt Papa hominem, criminibûs graviſſimîs obſitum, cœlo terræq; deteſtabilem, ac Chriſtiani nominis probrum, noluit admittere, priusquam triduanâ pœnitentiâ, quamquam ſceleribus neutiquam & abſolvitur, pari, alloquium, atque abſolutionem utcunque promereretur. Finito eo triduo ad ſe admiſſum Henricum certîs conditionibûs abſolvit. Aſt is, ſed nulla emendatione ſecuta. qua erat depravata indole, vix à Pontifice regreſſus, ſtatim ad vomitum rediit, dum interim etiam Principum conventus Henricum abjecit, & Rudolphum, Sueviæ Ducem in Regem elegit, Deo gravibus pravorum Epiſcoà Proceribus Imperii rejicitur. porum atque aliorum Procerum ſuppliciis Pontificis innocentiam faciente luculenter teſtatam. Narrat Baronius, quod ſequenti die, poſtquam Rolandus literas Pontifici tradiderat, Romam allatæ fuerint literæ pœnitentium Reſipiſcunt quidam Epiſcopi. Epiſcoporum ultramontanorum. Verba, quæ Scriptor vitæ Gregorii habet, Baronius hæc refert. *Die verò altera ab Epiſcopis ultramontanis literæ ad Pontificem ſunt allatæ, in quibus confitebantur ſe erràſſe, & nimium deliquiſſe; qui poſtulabant quoque veniam, & omnem de cætero ſibi obedientiam obſervaturi firmiter ſpoponderunt.* Hæc vitæ ſcriptor. Quòdſi inter eos Epiſcopos, qui, ne unà cum Eccleſiis ſuis infelices eſſent, Henrico contra Pontificem ad tempus, & non niſi in ſpeciem adhæſêre, etiam Ellenhardus noſter numerandus ſit (quod quidem ob diſſidentes ſcriptorum opiniones aſſerere nec volumus, nec poſſumus) dubium eſſe vix poteſt, quin idem Ellenhardus unus de numero illorum ultramontanorum Epiſcoporum fuerit, qui factum ſuum ocyùs

De hoc Polenſi Epiſcopo nihil habet Ughellus.

ocyùs deteſtati, veniámque fuère conſecuti. Certè anno Chriſti M. LXXVII. precibûs Hazigæ Comitiſſæ Schyrenſis, ac juſſu Friſingenſis Pontificis, nempe Ellenhardi, à Polenſi Epiſcopo, Hazigæ affine, conſecratam fuiſſe Eccleſiam S. Margaritæ in Cell, intra Alpes, ubi prima initia cepit ea Benedictina Sodalitas, cujus poſteri Schyram hodie incolunt, Conradus Schyrenſis in Chronico tradit. Unde non immeritò argumentum ducere videmur, Ellenhardum eo tempore cum Romano Pontifice communionem habuiſſe non minùs ac reliquos Bojariæ Præſules. Porrò Epiſcopos ſimoniacos Italos, ac præcipuè Guibertum Ravennatem Archiepiſcopum alióſque Cæſari junctos anno Chriſti 1078. Gregorius è fidelium cætu excluſit. Interim eodem anno diverſis ſtudiis in imperio nutabant, belliſque flagrabant omnia, & Rudolphus recens electus Rex cum Henrico gravi prælio congreſſus, cruenta admodùm victoria potitus eſt; Ellenhardo noſtro interim ad extrema vitæ delato.

pag. 3.

Rudolphus contra Henricum Rex electus.

§. VI.

Acta Ellenhardi Epiſcopi incertorum annorum, ejúſque mors.

Ellenhardi operâ ingentes acceſſiones tum Cathedrali B. V. tum Collegiatæ S. Andreæ Eccleſiæ factas eſſe, ex iis, quæ hactenùs commemoravimus, ſatis ſupérque conſtat. Hæc bonorum incrementa auxit Ellenhardus utiliſſimis bonorum commutationibus, quas in partem alteram differimus more noſtro, ne nimia Inſtrumentorum mole ac copiâ Hiſtoriæ filum rumpamus.

fol. 9. a.

In Codice Traditionum Weichen-Stephanenſium de Ellenhardo reperimus donationem ſequentem, Monaſterio illi factam.

Ellenhardus Weihen-Stephanenſibus beneficus.

Notum ſit omnibus in Chriſto fidelibus, preſentibus ſcilicet & futuris, qualiter Venerandus Friſingenſis Eccleſiæ Epiſcopus Ellenhardus pro remedio animæ ſuæ, nec non ob amorem interventúmque Herrici Abbatis tradidit in dotem Altari S. Dionijii à ſe dedicato in Monaſterio S. Stephani Proto-Martyris duo vineta ad Bozana ſita, unum in loco, qui dicitur Scala; alterum in loco, qui dicitur Altum Chellari perpetualiter ſerviendum fratribus inibi Chriſto militantibus. Et ut hæc ejus traditio firma & inconvulſa in perpetuum permaneat, teſtibus ſubſcriptis firmaverat,

Luitpolt. Ratolt. Reginbart. Willipolt. Gerhart.

Hanc donationem ſecuta eſt alia, quam, omiſsis ambagibûs, breviter damus.

fol. 9. b.

Auget liberalitatem.

Notum fieri cupimus - - - - qualiter Venerandus Friſingenſis Eccleſiæ Epiſcopus Ellenhardus pro remedio animæ ſuæ tradidit ad Altare S. Stephani Proto-Martyris II. vineta, in loco, qui dicitur Vuachorea ſita, perpetualiter ſerviendum ejúſdem altaris ſervitoribus, unum ad complendum mandatum: alterum in annonam. Hujus rei teſtes ſunt de Nobilibus Eppo &c.

Componitur cum Archiepiſcopo Salisburgenſi.

N. CXVII.

Cæterum Ellenhardus noſter non tantùm cum Sigehardo Patriarcha Aquilejenſi ſuper bonis ac juribus in Carniolia ſitis tractatum utilem inſtituit, quod ſupra jamjam meminimus, verùm etiam cum Gebehardo Salisburgenſi Archiepiſcopo amicam conventionem fecit ſuper decimis, quas Friſingenſis Eccleſia in Archiepiſcopatu Salisburgenſi in & prope Wertſee habuerat. Suſpicor, id contigiſſe paulò poſt annum Chriſti 1062. quo ſcilicet anno Alexander II. Pontifex maximus teſte Baronio Gebehardum Archiepiſcopum ingentibus quidem gratiîs affecit, laudibúſque cumulavit, nihilominùs tamen eundem duriuſculè reprehendit, tum quod Clericos haud modeſtè viventes, non cohiberet, tum quod *ſui ſuffraganei* (utique Friſingenſis) *decimas retineret.*

Digitized by Google

neret. Ex quibus etiam manifeſtum fit, Ellenhardum ea de cauſa Romanum Pontificem interpellâſſe. Porrò eum tractatum non piget hic referre, prout eundem quarto ſeu magno Traditionum Friſingenſium libro inſertum reperimus. Tenor talis eſt. *fol* 114. *a.*

*IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Ad omnium Chriſti fidelium notitiam perpetuámque cautelam literis commendavimus, qualiter contentio, quæ erat de decimis, quas in Archiepiſcopatu Salzburgenſi Sancta Friſingenſis poſſedit ac poſſidet Eccleſia, juxta communem aſſenſum utriusque Eccleſiæ fidelium determinata eſt. Convenit namque inter Venerabiles Pontifices prædictarum Eccleſiarum, ut Domnus Ellenhardus Friſingenſis Epiſcopus de tribus curtiferis, quibus velit ſibique placeat apud Werſe, decimam integram habeat. De reliqua autem decimatione ipſe tertiam. Domnus Gebehardus verò Archiepiſcopus duas accipiat partes. Item de prædiis Friſingenſis Eccleſiæ in loco Chatzis poſitis complacuit, ut Præſul Friſingenſis de curtifero uno quo velit, decimam integram habeat. De cæteris decima in tres partes dividatur, quorum una ſit Epiſcopi Friſingenſis, duæ Archiepiſcopi Juvavienſis. Et ut hæc conventio perpetualiter inconvulſa permaneat, Domnus E. Friſingenſis Epiſcopus communi conſilio fidelium ſuorum tam Clericorum quàm Laicorum cum manu Advocati ſui Ottonis I. manſum Sclavonicum in prædicto prædio Catzis in Villa quæ dicitur Pederdorff in manum Archiepiſcopi nec non Advocati ſui Egilberti in proprium tradidit, atque delegavit, & cum hac parte decimationis, quæ ſibi ceſſit, concambivit. Præterea cùm tractarent de Baſilicis, quas in Liburnia Friſingenſis Eccleſia habuit, una ſcilicet Sancti Petri apud Frezna, altera S. Michahelis apud Bozſarinza, tertia S. Martini apud Veluz, earundem Advocatus Eccleſiarum A. * juramento confirmavit, quòd prænotatæ Eccleſiæ terminationem tocius populi, qui habitat infra terminos in ſequentibus anotatos, XXX. annos abſque proclamatione obtinuerint. Ideòque jure eandem perpetualiter obtinere deberent, his quidem ſignis & circumſcriptionibus; ſanè de loco ubi Riſara in fluvium Tra ad Villam, quæ dicitur Zregiah, & de hac villa ad villam, quæ vocatur Fübta, & inde ad montem Huonaresperch, & per circuitum montis illius, nec non ab utraque ripa fluminis Molna ad cacumen montis, qui dicitur Juro in litore prædicti Tra ſurſum ad paludem Gerlindamos nominatam, Quo finito communi aſſenſu utrobique laudatum eſt, & quicquic decimarum Archiepiſcopus, cujus Barrochia eſt, & regimen Epiſcopale, infra prædictarum Eccleſiarum terminationes à populo exigit, vel in poſterùm exigere poterit, hoc in duas dividatur partes: quarum una Archiepiſcopo Juvavienſi, altera Friſingenſi perſolvatur Pontifici, excepta decimatione prædiorum, quæ tunc temporis in Liburnia ſancta Friſingenſis poſſidet Eccleſia, quam Epiſcopus Friſingenſis ſine particione integram obtineat. Et ſi fortè tres præſcriptæ Eccleſiæ à populo longiùs remoto viarum longitudine & itineris difficultate facilè non poſſint viſitari, novæ ibi à Præſule Friſingenſi, conſultu tamen & ordinatione Archiepiſcopi ædificentur, quas vel Archipræſul conſecret, & populum juxta velle petitionémque Epiſcopi Friſingenſis terminet, vel ſibi idem faciendi poteſtatem committat. Et ut hoc pactum ſtabile & inconvulſum perſeveret, ſæpe dictus Domnus E. Friſingenſis Epiſcopus conlaudantibus ſuis Clericis, militibus, ſervientibúsque cum manu Advocati ſui A. manſum unum Sclavonicum & dimidium in loco, qui dicitur Lengendorff, in manum Domni Gebehardi Salzburgenſis Archiepiſcopi nec non Advocati ſui E. in proprium tradidit & delegavit. Sicque decimarum portionem, quæ ſibi ceſſit, concambivit, atque redemit, Hujus rei teſtes ſunt. - - - -* Ita Ellenhardus Epiſcopus difficilem illam controverſiam faciliter ſuperavit, & jura Eccleſiæ ſuæ egregiè tutatus eſt.

* *fortè Adalbertus.*

Augentur proventus Cathedralis,& S. Zenonis Iſanenſis Eccleſiæ.

N. 1232. 1239. 1240. 1241. 1244. N. 1238.

Sub ejusdem Epiſcopi noſtri regimine etiam Dominis Canonicis tum majoris Eccleſiæ, tum S. Zenonis (nempe Iſanenſibus) complures donationes factæ ſunt, quas inter ejus inſtrumenta reponemus: ubi in præſens illud adverto, in duabus ejusmodi membranis inter teſtes reperiri Meginwardum, quem Ellenhardo in Sede Friſingenſi ſucceſſiſſe arbitramur. Cæterùm ipſemet Ellenhardus *ad altare S. Petri in Crypta* prædium quoddam Sigolzſteten aſſignavit, atque anniverſariam ſui memoriam fundavit, fratribúsque commendavit.

Mors Ellenhardi Epiſcopi.

Tandem Ellenhardus, rebus Eccleſiæ ſuæ egregiè conſtitutis, ſeniô morbóque fractus terrenis rebus valedixit anno Chriſti 1078. die 11. Martii, veluti diſcimus ex inſcriptione ſepulchri in Collegiata S. Andreæ Eccleſia, ubi ſequentia legimus. *Anno Domini MLXXVIII. in Vigilia S. Gregorii obiit Ellenhardus Epiſcopus Friſingenſis, Fundator hujus Eccleſiæ cum XXI. Præbendis, & cum officialibus.* ✝. Hæc ibi.

B. Batho Ellenhardi Sacellanus.

Ad commendationem Ellenhardi Epiſcopi cumprimis pertinet, quòd is à ſacris dicatur habuiſſe B. Bathonem, quem Raderus in tertio volumine *Bavariæ Sanctæ* Friſingenſem Presbiterum appellat. Qui etiam obſervat, legi in antiquo ſacrarum precum Breviario Fruxinenſi ſolemnem precationem, ex qua cognoſcatur, illum per cœleſte quoddam prodigium magnam hominum vim pane repente ſub manibus creſcente paviſſe. Sic enim habere formulam: *DEus, qui in deſerti regione multitudinem populi tua virtute ſatiâſti, intercedente B. Bathone Confeſſore tuo in hujus ſæculi tranſeuntis excurſu victum nobis ſpiritualem, ne deficiamus, impende.* Ita Raderus. Ad quem anno Chriſti 1622. 24. Septembris literas dedit Reverendus ac Religioſiſſimus Dominus Andreas Scherer Collegiatæ Eccleſiæ S. Andreæ Decanus, quas non piget hiſce inſerere. *S. Batho*, inquit, *ſecundùm traditionem anteceſſorum noſtrorum dicitur fuiſſe noſtri Ellenhardi quondam Epiſcopi Friſingenſis, & Fundatoris Eccleſiæ noſtræ Collegiatæ Sacellanus, ſed non extat ſcriptum; in Calendario autem noſtro fundationum vetuſtiſſimo inſcriptus, S. Watho Confeſſor. Habet in Eccleſia noſtra præcipuum Altare: cujus dies feſtus tricesimo primo Julii duplici ritu peragitur. Locus ſepulchri eſt in Choro noſtro à Cornu epiſtolæ, prout parvus lapis & ſingularis eum deſignat. Antiquus verò lapis, ſub quo ejus oſſa requievêre, pone Altare ſummum, cui Epigraphe ſequens eſt inſcripta:*

Hoc ſub ſaxo Divi Bathonis corpus quondam requievit, quod tandem anno Domini 1376. cum reliquiis S. Sixti Papæ unà cum altari in ſacellum S. Udalrici ob commoditatem translatum eſt.

Ubi eſt locus ſepulchri antiquus, poſtquam hoc primùm anno (1622) chorum lapidibus quadratis ſterni, ſcaláſque ſeu gradus ex marmore recens fieri curavi, ſaxo quoque antiquo remoto, ac retrò Altare Summum translato & erecto, tamdiu terram effodi & amoveri præcepi, quousque veſtigium ſepulchri inveni, prout tandem fornicem, in quo aliquot, quamvis parva oſſa, haud dubiè B. Bathonis unà cum carbonibus fuêre, reperi, ac denuò illæſo fornice, terrâ locum impleri & adæquari juſſi. In ſacello Epiſcopi veteri, ubi jam novum Cathedralis Eccleſiæ Organum, reſervatur brachium S. Bathonis, quod Reverendiſſimi & Illuſtriſſimi Principis & Epiſcopi Viti Adami, qui hodie Pontificatum Friſingenſem gerit, Sacellanus in præſentia Joannis Fiernhamer Theol. Doctoris, Canonici S. Andreæ, & Notarii publici mihi monſtravit. Nos verò habemus mandibulam inferiorem argenteo pedi infixam, ac potiora oſſa. Oratio ejus habetur in antiquo Breviario Friſingenſi. Sed præter hæc plura habere & inquirere non potui. Actum Friſingæ 24. Sept. anno 1622.

Andreas Scherer, Decanus S. Andreæ in fidem manu propria ſubſcripſit.

Hæc

Digitized by Google

Hæc, ut ſuperiùs monui, ex Radero deſumpta ſunt. Quibus adimere nihil, addere verò id unum potui, in antiquis Liturgiis Friſingenſibus reperiri etiam duas alias orationes, feſtiva B. Bathonis die dici olim ſolitas: quarum hæ ſunt formulæ:

Secreta.

Da nobis, quæſumus, Domine, ſemper hæc tibi vota gratanter perſolvere quibus Sancti Confeſſoris tui Bathonis depoſitionem recolimus, & præſta, ut in ejus commemoratione ſemper gloriam tuam prædicemus.

Complenda.

Sumptum, Domine, cæleſtis remedii Sacramentum ad perpetuam nobis provenire gratiam beatus Batho confeſſor obtineat.

Hæc de B. Bathone conſcribere poteramus, tum ex Radero, tum ex Scherero laudatis, atque ex antiquis Liturgiis Friſingenſibus. Ubi non diſſimulamus, S. Bathonem ab Arenbeckio in Chronico Bojoariorum vocari *Carinthiæ Apoſtolum.* Unde verò id hauſerit Arenbeckius, nobis non conſtat. In Megiſeri *Annalibus Carinthiæ* hactenus de S. Bathone nihil invenimus. In Liturgia illa antiquiſſima, quam Gamanſius vidit, ad diem 31. Julii præter feſtum S. Tertulini Martyris, apponuntur hæc verba: *Translatio S. Wattonis Confeſſoris.* *col. 74.*

Diſceſſit è vita Ellenhardus anno ſui regiminis 25. Gregorio VII. Pontifice, Rege Henrico IV. an potiùs Rudolpho Suevo contra Henricum electo? Salisburgenſi Archiepiſcopo Gebehardô: Bojariæ Duce Welfone I. præſidentibus vicinis Cathedralibus Eccleſiis Ratisbonenſi Ottone, Patavienſi Altmannô, Brixinenſi Altwino: de quibus impoſterùm fortaſsis plura referenda occurrent.

De Advocatis Eccleſiæ Friſingenſis.

Habuit Friſingenſis Eccleſia hactenus à tribus ferè ſæculis advocatos ſeu defenſores nobiles, uti ex multis documentis paſſim apparet. Verùm ex quibus proſapiis illi aſſumpti fuerint, non ita facilè diſcernimus. Sub Ellenhardo noſtro advocatum Ottonem, filiúmque ejus Ekhardum fuiſſe Schyrenſes Comites, diſcimus tum ex inſtrumento Hazachæ, ſeu Hazigæ, tum ex Conradi Schyrenſis Chronico. Porrò de ejuſmodi Eccleſiarum advocatis frequentior impoſterùm recurret ſermo, ubi res poſtulaverit. *pag. 4.*

Ellenhardus Epiſcopus diſtinguendus à quodam Friſingenſis Eccleſiæ miniſtro ejuſdem nominis.

In pervetuſta illa Liturgia, quam Gamanſius laudat, ad 10. Kal. Auguſti ponuntur verba ſequentia: *Ellenhardus Laicus obiit.* Verùm hic Ellenhardus utique nihil cum Ellenhardo Epiſcopo commune habet. Fortaſſis tamen Ellenhardi illius nomine intelligitur, qui in toties laudata Gamanſii Liturgia dicitur depictus eſſe *adgeniculatus* pluribus ſanctis, *manibus protenſis, capillatus modicè coronatus in vertice cum ſago breviore; & adſcriptum eſt aurô. XPE recorderis ELLENHARDI famulantis. Fortè miniſterialis,* inquit, *Gamanſius, aut ei devotus Laicus.* Hæc ille. Et ſanè hunc Ellenhardum ſæpiùs inter teſtes Friſingenſium tractatuum (aſt Ellenhardô Epiſcopô antiquiorum) reperiri, *Pars* noſtra *altera* hujus Operis docebit.

Scribit Arenbeckius, Urbem Friſingenſem circa annum Chriſti MLXXV. à Guelfone Duce tempore Ellenhardi Epiſcopi fuiſſe deſtructam; aſt illam hujus urbis direptionem, vel potiùs ſpontaneam deditionem ad aliquot annos eſſe differendam, infrà videbimus. *apud P. Bern. Pez. Tom. III. Anecdot. Part. III. col. 190.*

CAPUT IV.

Meginwardus XX. Epiſcopus Friſingenſis.

§. I.

Electio Meginwardi, & quæ eam conſecuta ſunt usque ad ann. Christi 1085.

Meginwardus fuit membrum Capituli.

Liberè electus.

Ejus proſapia incerta.

MEginwardum quemdam Ellenhardi tempore fuiſſe in Collegio Canonicorum Cathedralis Eccleſiæ Friſingenſis, manifeſtum eſt ex duobus Inſtrumentis commutationum, ut ſuperiùs jam monuimus. Hinc exiſtimare omninò licebit, quòd vel illum ipſum Meginwardum deinceps Henricus Rex deſignaverit eligendum, ut Aventinus ſcribit, vel electum acceptaverit, ut ejus ætatis mores ferebant. Electum fuiſſe liberîs ſuffragiîs, ex eo videtur colligi poſſe, quòd ejus electio ſtatim undecimo poſt Ellenhardi obitum die contigerit, ut mox videbimus. Sanè unde Natales ſuos Meginwardus hic noſter traxerit, incompertum nobis hactenùs manet. Sunt, qui eum è Schyrenſibus Comitibus prognatum fuiſſe exiſtimant. Verùm cùm Conradus Schyrenſis, ubi in ſuo Chronico de Meginwardo Epiſcopo noſtrò ſæpiùs agit, eum nullibi Schyrenſi familiæ accenſeat, idémque alios ejus temporis Epiſcopos, nempe Patriarcham Aquilejenſem, & Epiſcopum Polenſem in Hiſtria, è Schyrenſi familia exortos, accuratè deſignet, neſcitur, an illi opinioni tutò ſubſcribi poſſit? Porrò Meginwardi electionem incidiſſe in 11. Kalendas Aprilis, ſeu in diem 22. Martii anno 1078. docemur ex Chronico quinto, ſeu quinto Epiſcoporum Friſingenſium Catalogo, ſub Philippo Epiſcopo conſcripto: idque longè firmiùs demonſtrari poteſt ex ſæpè laudato pervetuſto Codice Weihenſtephanenſi, ubi coæva, ſcilicet ſæculi Undecimi manu ad annum Chriſti ſupra dictum legimus: *Ellenhardus Epiſcopus obiit V. Idus Martii: & ſucceſſit Meginhardus Epiſcopus in XI. Kal. Aprilis.* Ubi vides, Lector, ſtatim undecimo, poſtquam Ellenhardus deceſſerat, die Meginwardum fuiſſe in Friſingenſi Cathedra collocatum.

Monaſterium Benedictoburanum reſtituitur libertati.

Tom. 2. pag. 145.

Interea Ellenhardô Epiſcopô defunctô Benedictoburani Cœnobitæ ſtatim ad Imperatorem ſeſe contulêre, atque, ut Monaſterium ſuum in eam, qua priùs gaviſum fuerat, libertatem reſtitueretur, ſupplices petiêrunt. Annuit votis Imperator, ac Monaſterium omni ſervitutis jugo exemit, ſeriò dolens, quòd illud unquam alterius obſequiis ſubjeciſſet. Literæ Imperatoris, quas etiam in *Metropoli Salisburgenſi* legimus, ſequentia continent.

In nomine Sanctæ, & individuæ, Trinitatis. Henricus divina favente Clementia Rex.

Diploma Henrici IV.

OMne, quod ſcribitur inſtrumentum, geſtarum rerum continet fidem, notitiam, momoriam, & firmamentum. Qua ratione & per hoc ſcriptum notum ſit omnibus in Chriſto viventibus, tam futuris, quàm præſentibus, qualiter nos Eccleſiam nomine Beyrn, quam à noſtra manu & Regia poteſtate dimiſſam & alienatam ſua libertate deſtitueramus, qualiter hanc, dum reſipiſcendo nobis inde conſultum voluimus, tum quoque ob ſalutem animæ, & peccatorum remedia beatæ memoriæ Patris noſtri Henrici, ac Matris noſtræ Agne-

Digitized by Google

Agnetis, & ob ſalutem duorum filiorum noſtrorum, pro quibus ibi ſpecialiter continuis intercedendum orationibus in æternum voluimus, in eam, quam ab inſtitutione ſua ſumpſit, libertatem reſtituimus, & immutabiliter in perpetuum deſtinavimus, quatenùs deinceps ea utatur ita, ut in Regia tutela & defenſione contineatur. Cujus libertatis reſtitutio ut ſtabilis, & inconvulſa omni permaneat ævo, hanc Chartam inde juſſimus ſcribi, ac propria manu corroboratam noſtro ſigillo inſigniri.

Signum D$\bar{n}$i Henrici IV. Regis Invictiſſimi
Gebehardus Vice-Cancellarius recognovi.

Data Anno Dominicæ Incarnationis 1078. Indict. I. anno autem Henrici IV. Regis Invictiſſimi Ordinationis 24. regni 22. Ita inſtrumentum. Et quoniam nullibi legimus, Meginwardum Epiſcopum liberationi ejus Monaſterii ſeſe oppoſuiſſe, colligimus, non ſoli Henrico factum quondam ſuum, verùm etiam Meginwardo graviter diſplicuiſſe. De ea re plura in Benedictoburanis Codicibus reperiri poſſunt.

Turba in Imperio.

Dum hæc ita geruntur, pax nulla Regnum inter, ac Sacerdotium ſperari poſſe viſa eſt. Ipſi maximè duo Germaniæ Reges, Henricus inquam, & Rudolphus, graviſſimîs diſſidiîs præliîſque colliſi fuêre. Romæ anno Chriſti 1080. Nonis Martii Gregorius Pontifex convocavit Concilium generale, in quo Henrico Regi, Germaniam bello, armiſque vaſtare pergenti, neque toties repetiti ſacramenti fidem ſervanti, anathema dixit, eidémque Regnum abrogavit; Rudolphi verò electionem, miſsâ coronâ aureâ, confirmavit, ea nihilominùs lege, ne deinceps beneficiorum, nempe Epiſcopatuum atque Abbatiarum collationes, ſeu *Inveſtituræ* à laicis ſive traderentur, ſive acceptarentur. Ea re efferatior factus Henricus Herbipoli, ſeu ut tum appellabant, Wirceburgi primùm: mox Brixinæ, hodierni Comitatûs Tyrolenſis Urbe, triginta factioſorum Epiſcoporum collecto conventu legitimum Papam abjuravit, eique Guibertum Ravennatem Archiepiſcopum, bienniô abhinc ob ſimoniacam hæreſin à Gregorio diris devotum, ſub nomine Clementis III. oppoſuit, atque ita totam non modò Germaniam, verùm etiam Italiam perturbavit, ut nemo citra periculum Apoſtolorum limina adire poſſet, niſi priùs juraſſet, quòd Gregorium Papam convenire non vellet. Deinceps rursùs ad arma, & perſequendas Germanici belli reliquias converſus Henricus, Rudolphum ſummô aggreſſus eſt præliô, in quo Rudolphus, ſuis licèt feliciſſimè pugnantibûs, Idibûs Octobris, tertiô, ex quo Rex dictus fuerat, annô ex duplici graviſſimo vulnere occubuit.

Acta Concil. Edit. Harduin. Tom. 6. p. 1. col. 1587.

Conciliabula.

Clades Rudolphi electi Regis.

Fata Epiſcoporum.

Cæterùm poſt Brixinenſe Conciliabulum integerrimi quique Antiſtites, qui nec vi, nec metu à vera in legitimum Pontificem fidei conſtantia dimoveri poterant, ab aris fuêre proſcripti, & è ſedibus ſuis ejecti: contrà verò ab Henrico nominati, qui eorum Epiſcopatibus incubarent. Adelzreitterus hîc ſubdit verba Herrandi Halberſtattenſis ſequentia: *Dominus Henricus,* inquit, *Conſtantienſem, Bambergenſem, Moguntinenſem, & plures alias Eccleſias pro pecunia: Ratisbonenſem, Auguſtenſem & Strasburgenſem pro gladio: Abbatiam Fuldenſem pro adulterio: Monaſterienſem verò Epiſcopatum, quod dicere, & audire nefas eſt, pro Sodomitica immunditia vendidit.*

Parte I. pag. 490.

Ibidem.

„ Subjungit idem Adelzreitterus: Gebhardo Saliſburgenſi Bertholdus, „ maniſeſtarius templorum, Admontenſis præſertim, ſpoliator ſuperinductus „ eſt. Wigoldo Auguſtano Sigefridus: B. Altmanno Paſſavienſi exulanti poſt „ Hermannum, Luitpoldi Ducis filium, qui ultra biennium in ea Sede non „ ſuperfuit, ſuffectus neſcio quis, Thiemo: Luitpoldo Abbati Sangallenſi „ Vdalricus, Marquardi Carantani filius, & paſſim alibi Viris Catholicis ſub„ rogati Eccleſiæ Romanæ perduelles, tanta ſacrorum perturbatione, ut, ge„ minatîs infulîs, plebs hæreret ambigua, ab utris ſalutis auxilia poſceret?

Digitized by Google

Hæc ille. Brunnerus addit, Welphonem Bojariæ Principem, in Pſeudo-Synodo Brixinenſi fuiſſe diris devotum, quòd Henricianæ factioni adhærere nollet. Quæ cauſa eſt, ut, cùm in tantis rerum triſtiſſimarum turbis nulla de noſtro Meginwardo hactenùs occurrat mentio, meritò conjiciamus, eum

Meginwardus ſub Welphone tutus.

Welphonis potentiâ nixum, legitimo Pontifici adhæſiſſe, neque in ſuam Sedem Friſingenſem alium Pſeudo-Epiſcopum admittere coactum fuiſſe. Ejus conjecturæ fulcimentum ex eo deſumimus, quòd conſtet, etiam Wigoldum

Henric. Caniſ antiq. lect. Tom. 6. pag. 1234. & 1236.

Auguſtanum legitimum Epiſcopum, à Welfone noſtro fuiſſe defenſum, de quo paulò inferiùs. Imò Meginwardum noſtrum fuiſſe eo tempore unum ex quinque Catholicis Regni Teutonici Epiſcopis, in Vita S. Gebehardi Salisburgenſis Archiepiſcopi disertè traditur.

§. II.

Novæ turbæ Regnum inter ac Sacerdotium usque ad obitum Gregorii VII.

Gregorii PP. curæ pro Eccleſia.

INterempto Rudolpho, quem contra Henricum fuiſſe electum, atque à Pontifice confirmatum diximus, Gregorius non tam de nova Regis electione, quàm de fundendis aſſiduè precibus, largiſſimis dandis eleemoſynis, Deóque modîs omnibûs exorando, conſilia tractare cœpit, *ut inimici* (inquiebat) *noſtri, quos ſuô præceptô diligimus, reſipiſcant, & ad gremium Sanctæ Eccleſiæ redeant.* Ita enim ipſe ad B. Altmannum Epiſcopum Patavienſem, & S. Wilhelmum Abbatem Hirſaugienſem, ſuos in Germania Legatos, ſcripſit. Verùm longè aliter, atque optaverat optimus Pontifex, res vertit.

Henrici Imp. propoſita.

Henricus ſequenti anno, Chriſti 1081. Cum ingenti exercitu primo Vere in Italiam contendit, ut vel à Pontifice novam abſolutionem extorqueret, vel eum è ſolio Petri plenè deturbaret, irrito tamen eo anno conatu. Licèt enim unà cum idolo ſuo Clemente Romam acceſſiſſet, atque eam Urbis partem, quam Leoninam vocant, trans Tiberim poſitam, obſediſſet, atque ſuburbana ſuccendiſſet, Gregorio tamen de conſtantia Pontificia ne latum quidem unguem decedente, ſagittis ac lapidibûs a Romanis è muro impetitus, ac re infecta diſcedere coactus fuit, unde Ravennam ſe tantiſper recepit. Poſtero tamen annô eductô ex hibernis exercitu Romam reverſus, Leoninam in poteſtatem redegit, Gregorio in Caſtrum S. Angeli, ſeu, ut vocant, Molem Adriani ſeſe recipiente. Vrbe quoque veteri anno Chriſti 1083. potitus, Guibertum, ſeu Clementem ſuum in throno divi Petri anno

Qui coronatur à Pſeudo Pontifice.

Chriſti 1084. collocavit, atque ab eo Coronam Imperii apud S. Petrum accepit, cùm eam Gregorius illi velut verſutiſſimo, & necquicquam pœnitenti homini imponere noluiſſet. Cæterùm minimè diuturnum erat Clementis Pſeudo-Pontificis Romæ Imperium. Rotberto enim Guiſcardo, Apuliæ Duce à Deſiderio Caſinenſi Abbate in auxilium veri Pontificis adductô,

Novus Germaniæ Rex.

Henricus cum ſuo Clemente Urbe exceſſit, & in Germaniam rediît, ubi res ſuas malè ſuccedere intellexerat, Hermannô Lucelburgiô interim à Germanis in Regem electô. Porrò Romani tametſi aliquamdiu Rotberto ſeſe oppoſuiſſent, deditionem tamen facere coacti ſunt: qua ſecuta, cùm Gregorius coactô novô Conciliô novam anathematis ſententiam in Clementem Pſeudo-Pontificem, atque Henricum protuliſſet, Caſinum ſe contulit: atque inde Salernum ad dedicandam S. Mathæi Apoſtoli Eccleſiam contendit.

Novæ in Germania turbæ.

In Germania, ut diximus, ea tempeſtate res Henrici neutiquam ad ejus vota gerebantur. Is, quo tempore Italiam ingredi cogitabat, Germaniæ Gubernationem Friderico Hohenſtauffenſi commendaverat. Hunc Regni Vicarium Hermannus Comes Lucelburgius, à Saxonibus, ac Welphone noſtro in Regem electus, prælió ſtravit. Welfo noſter poſtea Auguſtam expugna-

Digitized by Google

pugnavit, & Wigoldum, legitimum Epiſcopum Auguſtanum, adverſùs quem Henricus Sigefridum, eo nomine ſecundum, intruſerat, in ſede ſua Auguſtana collocavit. Et licèt Fridericus Henrici Vicarius, paulò poſt Auguſtam recuperaverit, ac Sigefridum ſuum rursùs in Sedem Auguſtanam invexerit, anno tamen ſequenti, Chriſti 1084. Welſo rursùs cum validiori exercitu advolans, urbem iterum in poteſtatem redegit, & Sigefridum ejecit. Verùm ubi ex Italia demùm Henricus cum exercitu ſupervenit, cedendum Welſoni fuit. Poſthac Henricus, receptâ Auguſtâ, Wigoldum cuſtodiæ mancipavit, & Sigefridum ſuum reſtituit.

Annô proximô, Chriſti 1085. ineunte, Gregorius Pontifex prædixerat, ſe circa Kalendas Junii è vita migraturum. Imminente itaque vocationis ſuæ die convocatos Cardinales & Epiſcopos 15. Kal. Junii ſub diſtricti judicii comminatione, & ſanctæ obedientiæ præcepto conſtrinxit, ut, ſiqua in ſe reprehendenda advertiſſent, ſibi liberè proponerent. Verùm cùm nemo unus compareret, qui alicujus defectûs Gregorium commoneret, hæc ſubjecit Pontifex. „ Ego, fratres mei dilectiſſimi, labores meos nullius momenti „ facio, hoc uno confiſus, quòd ſemper dilexi juſtitiam, & odio habui ini„ quitatem. Mors Gregorii VII. PP.

Tum eóſdem Cardinales ſingillatim datâ dexterâ polliceri ſibi juſſit, ſe neque Guibertum, ſeu Clementem Pſeudo-Papam, neque Henricum, niſi reſipiſcerent, in communionem recepturos. Sic finem vivendi fecit ſtrenuus Pontifex, 8. Kal. Junii, *Martyr & Confeſſor* ab Hugone Flaviniacenſi appellatus, uti Mabillonius habet, qui de Gregorio ſubjungit: „ Hic „ finis, inquit, fuit Magni illius Pontificis, qui vivens mira, & difficilia ope„ ratus eſt reſtituendo cælibatum Sacerdotum, Simoniam extirpando, & in„ veſtituras Eccleſiaſticarum dignitatum moderando. Qui denique magno „ ſpiritu vidit ultima, & inter Sanctos Pontifices adſcribi meruit. Hæc Mabillonius. „ De Gregorio Breviarium noſtrum Monaſticum hæc habet: *Innumerabilia ſunt, quæ vel fortiter ſuſtinuit, vel multis coactis in Urbe Synodis ſapienter conſtituit, Vir verè Sanctus, criminum vindex, & acerrimus Eccleſiæ defenſor - - - - Pluribus in vita, & poſt mortem miraculis clarus - - - ejusque ſacrum corpus in Cathedrali Baſilica Salernitana eſt honorificè conditum.* Hæc ibi. Martyrologium Romanum de Gregorio ad diem 25. Maji hæc habet: *Salerni depoſitio beati Gregorii Papæ ſeptimi, Eccleſiaſticæ libertatis propugnatoris ac defenſoris acerrimi.* Ejus laudes.

Ejus corpus poſt quingentos ferè ab obitu annos ad confuſionem ſui nominis hoſtium omninò integrum, & incorruptum ſe vidiſſe oculatus teſtis Baronius apud Bucelinum noſtrum, & P. Gregorium Kolb S. J. teſtatur. Corpus incorruptum. *In annal. German. ad ann 1085.*

Hujus laudatiſſimi Pontificis officium ac Verba ſuperiùs recitata, Clemens XI. PP. Anno Chriſti 1719. die 19. Auguſti prædicto Breviario noſtro Monaſtico inſeruit, die 28. Maji quotannis *ritu*, ut vocamus, *duplici* celebrandum. Luberet in ampliſſimos hujus Sanctiſſimi Pontificis laudes excurrere, & acatholicos quoſdam ſcriptores, acerrimos Gregorii VII. hoſtes, atque inter hos præcipuè Guilielmum Cave refellere. Verùm id non permittit inſtituti noſtri ratio, ac ſatis eſſe nobis debet, quòd id alii Catholici centies validiſſimè præſtiterint. *In ſerie Roman. Pontif.*

Decretum ultimum, à Gregorio adversùs Henricum, & Guibertum ſeu Wibertum editum, per Legatos Petrum Albanenſem in Franciam, per Ottonem, ex Monacho Cluniacenſi factum Oſtienſem Epiſcopum & Cardinalem, in Germaniam perlatum eſt. Hic poſtquam in eandem Germaniam venit, Conventum in Saxonia convocavit, in quo ſententiam in Schiſmaticos vulgavit, quam Saxones ratam habuêre. Succeſſit alter conventus in Turingia convocatis utriusque partis Epiſcopis & Proceribus, ubi Gregorii partes defenden- Varii Conventus in Germania.

ſendente Gebehardo Salisburgenſi Archiepiſcopo: Henrici verò cauſam propugnante Wecilone Moguntino, tanto animorum æſtu certatum eſt, ut non ſine ſanguinis effuſione conventus ſolveretur. Convenêre poſtea Catholici Quintilinburgi in Saxonia, ibique iterum publicata fuit in Schiſmaticos ſententia. Contrà verò Henriciani conciliabulum habuêre Moguntiæ, cui Meginwardum noſtrum Friſingenſem Epiſcopum interfuiſſe Aventinus, & ex eo Goldaſtus ſcribunt, neque Adelzreitterus diffitetur, idémque in *Annalibus Paderbornenſibus* traditur. Id ſi verùm eſt, meritò dicemus, Meginwardum fuiſſe ex iis unum, qui Palatiô, & iiſdem Paderbornenſibûs annalibus teſtantibûs, ore, non tamen corde adhæſerunt Henrico, territi triſtibûs exemplîs, quæ inter melioris cauſæ patronos edebantur. Argumentum ejus rei inſigne ſequenti anno occurret: quo eodem anno Saxones equidem Henricum certîs conditionibus iterum in Regem ſuum recepêre: at tùm is fidem datam, more ſuo, mox fefelliſſet, ſubeunte facti pœnitentia eum rurſus repudiârunt.

N. 1249. Donationem ad ſepulchrum beati Lantperti Friſingenſis Epiſcopi anno ſuperiori: hoc verò anno aliam Collegio Cathedrali factam in Parte Altera

N. 1250. recenſemus. Eodem anno Vicinum Monaſterium S. Stephani in monte incuriâ cujuſdam Monachi incendiô conflagravit.

Incendium Monaſt. Weihenſteph.

§. III.

Acta Meginwardi, & quæ aliàs accidêre uſque ad annum Chriſti 1090. ubi de Attilenſi Monaſterio

BEato Gregorio VII. Pontifice VIII. Kal. Junii anno Chriſti 1085. ad ſuperos tranſlato, ſtatim poſt Pentecoſten Epiſcopi & Cardinales, Gregorii Partibus addicti convenêre ad eligendum ſucceſſorem, omnéſque unanimi ſuffragio in Deſiderium, Caſinenſem Abbatem, Gregorio & Eccleſiæ ſemper fideliſſimum conſensêre. Verùm ille electioni nullîs modîs aquieſcens, ad ſuum Caſinenſe Monaſterium ſe recepit; univerſos tamen, quibus res Catholica cordi erat, ut Pontificem, gerendis Eccleſiæ negotiis magìs idoneum legerent, identidem cohortatus eſt. Integrum annum & ampliùs tenuit ea reluctantis Deſiderii conſtantia, quippe qui diceret, mori ſe potiùs velle, quàm Pontificatum admittere. Tandem ſancto quodam aſtu Romam accerſitus, rogatúſque fuit, ut ſaltem eum deſignaret, quem Pontificatu dignum cenſeret. Deſiderius ad hæc Ottonem ſeu Odonem Oſtienſem Epiſcopum, mox ſupra laudatum, ſuggeſſit. Tum pleríſque in eam ſententiam jam jam inclinantibus ſurgens Cardinalis quidam, *ne ſiverit DEus*, inquit, *ut alium quàm Deſiderium Pontificem habeamus.* Qua voce commoti cæteri, Deſiderium uno conſenſu comprehenderunt, & in ædem S. Luciæ pertractum, ſub nomine Victoris III. Pontificem inaugurârunt: qui tamen quatriduò pòſt Româ regreſſus Pontificia ornamenta depoſuit, & ab Epiſcopis, & Cardinalibus nulla ratione reduci potuit: quæ omnia poſt plurimos alios referens Mabillonius, aliam narrationem, ab Hugone Lugdunenſi Archiepiſcopo animô invidiâ exulceratô ſcriptam, validiſſimè refellit. Certè Deſiderius, anno, ut diximus, 1085. electus, ante annum 1087. ordinari ſeſe paſſus non eſt; ut non conſtet, an ullus unquam tantâ conſtantiâ Summum Pontificiæ dignitatis honorem à ſe amoliri conatus ſit?

Deſiderius Abb. Caſin. eligitur in Pontificem.

Reluctatur.

At nihilominùs inauguratur, dictus Victor III.

Interea in Germania dum Henricus Saxones iterum armîs divexat, in Bojariam rejicitur, ubi, præter Ottonem Ratisbonenſem Epiſcopum, neminem ſuis partibus faventem reperit, Bojîs cæterîs Welphoni Duci ſuo adverſùs Henricum adhærentibus, quibus junctus Meginwardus noſter, Friſingâ

Meginwardus cum aliis opponit ſe Henrico IV.

Paſcha-

Digitized by Google

Paſchalibûs feriîs ejus aſſenſu captâ, in fœderis, & belli ſocietatem cum Saxonibus conceſſit. Ea occaſione Gebehardus Salisburgenſis Archiepiſcopus è novem annorum exilio Salisburgum revertitur, Altmanno Pataviensi, & (quod benè notabit Lector) Meginwardo noſtro Epiſcopo comitantibus; ut meritò iterum judicemus, Meginwardum id, quod fortaſſis in Moguntino Conciliabulo peccaverat, non feciſſe, niſi metu, quippe qui ſtatim poſtea majori libertati reſtitutus, Catholicis viris adhæſit, atque ad eorum Communionem ultrò admiſſus fuit. Porrò ut in Mauſolæo S. Emmerammi legimus, eodem adhuc anno Welphô unà cum Saxonibus, Henricô fugâ elapsô, Ratisbonam obſidione cinxit, eáque capta, Ottonem Epiſcopum, qui inter primæ admiſſionis amicos ab Henrico numerabatur, adegit, ut deſerta Henrici factione Catholicis accederet, ac legitimum Pontificem veneraretur. Poſthac Herbipolim arma Welfo cum fœderatis Saxonibus ac Suevis convertit, cui Urbi 20000. milites admovit, fuſóque grandi ſtrage Henrici exercitu, Urbe potitus eſt. Henricus ſalutem ſuam Ratisbonæ quæſiturus erat; aſt eo delatus, portîs concluſis, admiſſus non fuit, cùm eum Ratisbonæ nemo non execraretur. Paulò poſt Timo, Patavienſis Eccleſiæ auctore Henrico incubator, cùm de ſalute æterna planè deſperaret, infelicem animam efflavit: Cujus mors ſanè terribilis multos ſchismati Henriciano addictos, & inter hos Wezilonem Moguntinum Archiepiſcopum ad Catholicas partes traduxit. Henricus tamen, cùm eo facto nihil moveretur, rursùs in Saxones movit adſcitô priùs in armorum ſocietatem Vratislao Bohemiæ Ducæ, quem Diademate Regio per Engelbertum Trevirenſem Archiepiſcopum coronari juſſerat, ſed non alio fructu ſecuto, quàm ſtrage, quàm ei Saxones novam intulêre. Cui res ſuæ ſuccedunt ad vota.

Interea eodem anno Meginwardus noſter prid. Idus Octobris Eccleſiam B. M. V. apud Tegernſeenſes noſtros conſecravit, uti loci Chronicon ad hunc annum, Chriſti 1087. teſtatur. In *Cella* illa Alpeſtri, cujus Eccleſiam anno Chriſti 1077. ad preces Hazigæ Comitiſſæ Schyrenſis conſecratam fuiſſe ſupra diximus, annîs ſubſequentibus augéri cæpit Fratrum numerus, & piæ Fundatricis ſancta liberalitas. Quare ut Ordo Regularis illic ſive introduceretur, ſive potiùs conſolidaretur, Haziga locum S. Wilhelmo, Hirsaugienſium Abbati, commendavit. Hic è ſuis miſit XII. Monachos, & totidem Laicos, eam, quam Hirsaugiæ didicerant, Divi Benedicti Regulam in ſæpe dicta *Cella* obſervaturos. Hi ad locum delati, eundémque contemplati, cùm ob viarum difficultatem, ſylvarúmque aſperitatem ea, quæ ad victum quotidianum pertinent, non niſi ægrè illuc afferri poſſe cernerent, impetrârunt ab Haziga, ut ea cum Epiſcopo Meginwardo (cujus Eccleſia Friſingenſis in Vicinia ampliſſima prædia eo tempore poſſedit, ut ſuô locô demonſtrabimus) quandam bonorum commutationem faceret, atque talem poſtea novo Cænobio locum aſſignaret, in quo divinis laudibus, juxta Divi Benedicti Canones abſque id genus obſtaculis inſiſti poſſet. In ea igitur bonorum Commutatione, quam ex Membranis Friſingenſibus in Parte Altera dabimus, Haziga à Friſingenſi Eccleſia & Epiſcopo Meginwardo eum locum, qui olim dictus fuerat *Vispach*, hodie verò *Vispachau* appellatur, à *Cella* ſupra dicta uno milliari Germanico, non integro diſtantem, obtinuit, ibique ad majorem Fratrum commoditatem Eccleſiam conſtruxit, quam etiam Meginwardus Epiſcopus noſter hoc, quem diximus, anno Chriſti 1087. conſecravit. Aliam commutationem quarundam decimarum Haziga cum Meginwardo paulò poſt fecit, quam itidem in Parte Altera unà cum teſtibus exhibebimus. N. 1252. Monachi ex loco Cell migrant in Vispachau. *Conrad. Schyrenſis pag. 6. & ſeq.* N. 1253.

In eundem annum ex mente quidem Aedelzreitteri incidit reſtauratio inclyti Monaſterii Attilenſis Ordinis noſtri, & hujus Diæceſis Friſingenſis, facta ab Engelberto, Halæ, & Waſſerburgi Dynaſta. Primam ſacri illius Cœnobii originem ſcriptores Damaſianis Comitibus, Arnolpho potiſſimum, De Monaſterio Attilenſi.

Leupoldi Damaſiæ, Andechſii, ac Summontorii Comitis filio tribuunt. Vixiſſe dicitur Leupoldus ille circa annum Chriſti 1039. Sic enim Andecenſes noſtri tradunt. Genuit Leupoldus, iiſdem teſtibûs, tres filios, Conradum, Fridericum, & Arnolphum, è quibus Conradus Damaſiæ Canonicus factus & Fridericus, aliàs etiam *Rochus* dictus, uxorem Chuniſſam duxit, quam anno Chriſti 1075. obiiſſe memorant. Arnolphum Albicius primum Comitem Tyrolis agnoſcit: Et hic Attilenſis Monaſterii primus fundator fuiſſe creditur, ſepultus ibidem unà cum uxore Giſala circa annum Chriſti 1080. Uti Hundius ex Aventino prodit. Ex qua temporum ſupputatione vero nobis fit quàm ſimillimum, initia Monaſterii Attilenſis aliquantò poſt medium ſæculum Undecimum reponi debere, uti ipſe prudens Lector judicabit. Porrò Monaſterium recens erectum acerbiorem hoſtem non habuit, quam Fundatoris primi fratrem, Fridericum ſcilicet, aliàs *Roke* & Rochum dictum, quippe qui & Monachos ejecit, & poſſeſſiones eorum ad eam tenuitatem redegit, ut ægrè tribus cœnobitis alendis deinceps ſufficerent. Jndoluit tantis malis Engelbertus, Halenſium, ut diximus, & Waſſerburgenſium Comes, & pro Divini Numinis inſtauranda perpetua laude Monaſterium non ſolùm è ruinis eduxit, locupletavitque, verùm etiam caſtrum ſuum gentilitium, Lintburgum dictum, Monaſterio illi contiguum, ſolo æquavit, ne ſtrepitu domeſticorum Pſallentibus in Eccleſia Monachis moleſtia afferretur. Ipſe poſtea cum familia ſua univerſa Waſſerburgum migravit. Exſtant ea ſuper re litteræ apud Gewoldum in Additionibus ad Hundii Metropolim, quæ videri poſſunt. Ibi inter alia legimus, Engelbertum Comitem etiam Friſingenſi Eccleſiæ quandam donationem feciſſe, nempe, ut verba ſonant, *Decimalem turrem * in Ardingen, & manſum dimidium ſub ipſo monte* (an Attilenſi, an verò Friſingenſi?) *ſitum, ad exponendum ibi vinum Friſingenſis Eccleſiæ.*

Tom. 2. pag. 119.

* Legendum. curtem.

Tempus reſtaurati Monaſterii.

Verùm hic circa tempus reſtaurationis, ab Adelzreittero deſignatum, non minimus occurrit ſcrupulus, dum allegatæ literæ habent equidem, rem illam univerſam geſtam eſſe anno Chriſti M. L. XXXVII. Sed tamen poſtea additur, id contigiſſe *in præſentia Domini Ottonis Epiſcopi*, qui utique ante annum Chriſti 1137. Epiſcopatum non adiit? Certum itaque eſt, aut locô Ottonis in inſtrumento poni debere Meginwardum Epiſcopum: aut retento Ottone Epiſcopo delendam vel aliter legendam eſſe notam Chronologicam anni M. L. XXXVII. quod poſteriùs amplectendum eſſe omninò exiſtimamus, quia Engelbertum quendam Hallenſium Comitem convixiſſe Ottoni I. Epiſcopo Friſingenſi patet ex Diplomate Conradi II. Imperatoris de anno 1141. quod nos ad eum annum plena manu dabimus. Synchroni itidem iis fuêre Bertholdus Comes de Andehs, & Burcardus de Moſburc, in Diplomate Gewoldi adducti, uti colligimus ex Inſtrumento, quod in Parte Altera N. 1231. reponimus. Cæterùm totam illam donationem poſtea Alexander III. Papa Anno 1176. literîs Pontificiis, iiſque ampliſſimîs confirmavit, quas idem Gewoldus exhibet.

Eodem anno Chriſti 1087. tandem Deſiderius, quem diximus, Caſinenſium Abbas ſupplicibus Cardinalibus, & Epiſcopis ceſſit, ac Pontificatum in Conventu Capuano admiſit ut ſupra jamjam inſinuare cœpimus. Is, Paſchate Caſini celebrato, ad Urbem progreſſus, Baſilicâ S. Petri, quam hactenùs Clemens Antipapa occupaverat, in poteſtatem redacta, die Dominica poſt Aſcenſionem ab Ottone Oſtienſi, & aliis Epiſcopis conſecratus, & in Sede Petri collocatus eſt. Nullibi verò legimus, in electione Victoris conſenſum Imperatoris ſeu Regis fuiſſe expetitum: quod nec in Electione ſucceſſoris obſervatum eſt. Hinc infert Pagius, Electionem Gregorii VII. fuiſſe

Libertas in deligendis Pontificibus reſtituta.

Digitized by Google

fuiſſe ultimam, in qua Imperatoris conſenſus fuerit exquiſitus. Ita deinceps vota eligentium libera eſſe cæperunt.

Cæterùm poſthac brevi Victor Pontifex exercitum ingentem conduxit adversùs Saracenos, de quibus etiam inſignem reportavit Victoriam, ut jam duplici titulo Victor appellari mereretur. Cùm poſtea indicto Conventu Clementem Antipapam, & alios quosdam, Beneventi è Communione fidelium excluſiſſet, & ea, quæ multi deceſſores conſtituerant, decreta firmâſſet, in morbum (neſcitur, an non ex malis Malevolorum artibus?) incidit, & Caſinum reverſus eſt: ſtatimque vocatis ad ſe Epiſcopis, & Cardinalibus Odonem ſeu Ottonem, Oſtienſem Epiſcopum (quem jam antea præ ſe eligi optaverat) commendavit: ac poſt triduum, XVI. Kal. Octobris ad cœlos tranſiit. *Acta Victoris III.* *& mors.*

Poſt Victoris III. mortem fluxêre ſex propemodùm menſes, dum ſacri Electores viduatæ Romanæ Eccleſiæ dedêre novum Pontificem, & quidem eum ipſum, quem Victor optaverat, nempe Ottonem Oſtienſem Antiſtitem, Virum, ut Mabillonius ſcribit, mediæ ætatis, pietate & eruditione inſignem, quem Urbanum II. appellârunt. Hunc Urbanum antehac fuiſſe Remenſem Canonicum, poſthac verò Monachum Cluniacenſem, Pagius ex verſibus elegiacis antiquiſſimis refert. P. Gregorius Kolb S. J. de eo hæc ſcribit: *Urbanus II. gallus, Otto quondam vocatus, parentem nactus eſt Milonem - - - illuſtri proſapia ortum. Relicto ſæculo D. Auguſtini Regularibus Canonicis aſſociatus, ad D. Benedicti ordinem tranſiit, ex quo à Gregorio VII. Pontifice poſtulatus, Oſtienſi Eccleſiæ Epiſcopus, & Cardinalis præfuit: demùm unanimi calculo Pontifex inauguratus &c.* Quæ ſi vera ſunt, vir iſte maximus aliâ utique philoſophiâ uſus eſſe dicendus eſt, ac ii, qui contra manifeſta plurium Sanctiſſimorum Virorum exempla, negant, fas eſſe, ut Canonicus ab ordine Canonicorum tranſeat ad Monaſticum ſtatum: quod hîc in tranſcurſu videbatur inſinuandum. *Urbanus II. Pontifex.*

Eo ipſo tempore, nempe anno Chriſti 1087. Hermannus Lucelburgius Germaniæ, ut ſupra diximus, Rex electus, Saxonibus in diverſa ſtudia diſtractis vileſcere cæpit. Ferunt, eum abdicato regnô periiſſe fermè inglorium. Alii alia de illo ſcribunt. Sequenti anno Otto, Ratisbonenſis Epiſcopus, Henrici ſectator, è vivis exceſſit, antequam ab anathematis vinculo fuiſſet abſolutus. Ei ſubrogatus eſt Gebhardus IV. Comes Gozenheimius, aliis Hohenlöenſis. Feliciùs eodem anno è vita migravit B. Gebhardus Salisburgenſis Archiepiſcopus, invictiſſimus Eccleſiæ Catholicæ propugnator, in inclyto Monaſterio Admontenſi, à ſe erecto, ſepultus, & miris clarus, ſuccedente ex Ordine noſtro S. Thiemone, de quo mox infra. Eodem anno, ex Bucelini calculo è vita exceſſit Wezilo Moguntinus Archipræſul, Henrico Imperatori plurimùm obnoxius, at ſub finem vitæ ſeriò pœnitens: cui ſucceſſit Ruthardus Erfurdenſis S. Petri Abbas. Eodem tempore Welfo Bojariæ Dux Auguſtam civitatem, ejusque ſpurium Epiſcopum Sigefridum iterum in poteſtatem redegit, iráſque Henrici in ſe concitavit; aſt quem ſequenti anno, Chriſti 1089. Welfo præliô vicit. Ipſo anno celebratum fuit Romæ Concilium, quo Gregorii VII. & Victoris III. adversùs Clementem Antipapam, & Henricum Regem decreta fuêre confirmata, & Antipapa pulſus eſt Vrbe, poſtquam jurejurando pollicitus fuerat, ſe Sedem Apoſtolicam deinceps non invaſurum, quamquam is poſtea fidem iterum fefellit. *Acta varia in Germania.* *& Italia.*

Scribit ad eum annum Baronius ex Jvone, in Teutoniæ partibus quatuor Epiſcopos in Catholica Communione perſtitiſſe, videlicet Wirzburgenſem, Patavienſem, & Wormatienſem, quibus Metenſis acceſſerit. Verùm Bojariæ acta longè aliud docent, ſi tamen Bojariam è Germaniæ Provinciis non excludimus. Welpho Provinciæ Dux adversùs Henricum victoriis inclaruerat, neque erat, cur Bojariæ Epiſcopi Duci ſuo, legitimo Ponti- *Catholici Epiſcopi in Germania.*

Digitized by Google

fici maximîs vinculîs adſtricto, refragarentur. Sedebat in Metropolitana Salisburgenſi Cathedra S. Thiemo noſter. Et quis unquam ſcripſit, eum aliquandò Cæſari adversùs legitimum Pontificem adhæſiſſe? Idem S. Thiemo eodem anno non ſolùm à Beato Altmanno Patavienſi Epiſcopo, verùm etiam à Meginwardo, Friſingenſi Præſule ſacram inaugurationem accepit. Quis verò dicet, à B. Altmanno cooperatorem, aut à S. Thiemone conſecratorem adhibitum fuiſſe Meginwardum, ſi Schiſmaticus fuiſſet? Verùm hæc ad refellendum Jvonem ſatis. Interim ad Friſingenſem Hiſtoriam omninò pertinet, quod Mezgerus noſter in Hiſtoria Salisburgenſi de S. Thiemonis electione recenſet in hunc modum: *Archipræſule*, inquit, (Gebhardo) *ex hac vita ſublato, cùm Bertholdus* (incubator) *antea expulſus, ad apertum ſibi poſtliminiò vacuæ Sedis Salisburgenſis aditum anhelaret, ii, quibus ſacræ electionis cura incumbebat, ut impium prævenirent, feſtinato in ſuffragia novi, & legitimi antiſtitis iverunt. Collatîs votîs duo ex urna electi exivêre, Thiemo Abbas, & Adalbero, Eccleſiæ Friſingenſis Decanus. Certantibus inter ambigua ſtudia partibus conventum, ut uterque ad præſentiam conſultantium vocaretur; venit Thiemo, Adalbero verò cum Altmanno Paſſavienſi navigio huc tendens, medio in flumine neſcio quo caſu, ſalvîs, & ſpectantibus aliîs in flumen excidit, ac merſus occidit, non ſine DEI proviſione, qui morte competitoris deciſam litem ſic voluit. Ita ſine rivali ſuperſtes Thiemo Salisburgenſi Eccleſiæ deſponſatur, & à ſacris Antiſtitibus Altmanno Paſſavienſi, Adalberone Würzburgenſi, ac Meginwardo Friſingenſi auctoritate Apoſtolica inauguratur anno 1090. 8. Aprilis.* His Mezgeri verbis conſentiunt, quæ apud Henricum Caniſium, & in Annalibus Paderbornenſibus fuêre annotata. Vides, Lector, Meginwardum noſtrum inter viros rei Catholicæ ſtudioſiſſimos, imò Sanctos non receptum tantùm, verùm etiam Apoſtolica auctoritate iiſdem ſtrenuiſſimè collaborantem?

[Margin: Adalbero Decanus Friſingenſis.]

[Margin: *Tom. 4. antiq. lect. pag. 673. ad ann. 1089.*]

§. IV.

Proſecutio actorum usque ad annum Chriſti 1098.

EX modò laudatis Sacris Præſulibus Adalbero Würzburgenſis adhuc anno Chriſti 1090. Proximô verò B. Altmannus Patavienſis beatam mortem obiêre: Thiemo Archiepiſcopus, ut tradit laudatus Mezgerus, ab iis, qui Henrici factioni adhæſerant, in vincula conjectus eſt. Aſt id non hoc, ſed ſequentibus primùm annîs contigiſſe nobis videtur. Scribit ad illud tempus Baronius, plures Epiſcopatus ex peſſimis rationibus turpiter ab Henrico fuiſſe diſtributos: de Friſingenſi tamen nihil diſtinctè exprimit: ſed nec domeſtica documenta ea de re quidquam memorant. Verùm Meginwardum quoque noſtrum immitia fata fuiſſe eodem anno perpeſſum, ex ſequenti narratione manifeſtè deprehendo, quam in ſæpe laudato pervetuſto Weihenſtephanenſi Codice ſeu Kalendario manu coæva conſcriptam reperio in hæc verba.

[Margin: Iniqua Epiſcopatuum diſtributio.]

IN hoc anno (Chriſti 1091.) *Meginwardo, & Herimanno pro Epiſcopatu altercantibus, nullóque Rectore nec fas, aut nefas diſcernente, excitati ſunt Vettingenſes cives* (nempe incolæ Vettingæ, pagi ad pedem montis S. Stephani ſiti) *in diabolicum Zelum, invidia inſtigante, ſuper tres pauperculas mulieres, quaſi eſſent veneficæ, & hominum, & frugum perditrices: quas quodam manè in lecto adhuc dormientes apprehenderunt, & ad aquam eas examinantes nihil in eis culparum invenerunt, & flagellantes eas crudeliter, volebant eis aliquid eorum, quæ ipſis mendosè intentabant, extorquere, nec potue-*

[Margin: Vettingenſium inſolens factum.]

Digitized by Google

potuerunt. Tunc quidam eorum ibant ad Friſingenſe vulgus, & impetrabant erga quemdam Roudolfum, & Chounradum, quòd plebium turbas congregaverunt & pervenerunt ad eaſdem mulieres, & comprehenderunt eas, & uſque Friſingam eas adduxerunt. Et iterum eas flagellantes nihil in eis veneficii extorquere valentes duxerunt eas ad ripam Yſanæ fluminis, & combuſſerunt eas omnes tres ſimul, quarum una viventis pueri prægnans fuit: & ſic in igne Martyrizatæ ſunt in XIIII. Kal. Julii, & à quodam conſanguineo in ipſa ripa fluminis ſepultæ ſunt. Quas poſtea tulerunt ibi Sacerdos, & duo Monachi, & in atrio S. Stephani ſepelièrunt, ſperantes, eas verè eſſe dignas Chriſtianæ Communionis. Hæc ibi. Ex quo Lector facilè ſibi perſuadebit, Eccleſiæ etiam Friſingenſi contra Meginwardum fuiſſe intruſum alium quendam Pſeudo-Epiſcopum, cui Meginwardus ſeſe oppoſuerit, furibunda plebe interim libertatem ſibi arrogante, & malè ſanum illud judicium exercente. Sanè quis fuerit Herimannus, qui cum Meginwardo de Epiſcopatu contenderit, infra ex conjectura quadam monebimus. Interea licèt tunc Friſingæ quidem, uti etiam alibi res turbatè agerentur, certum tamen eſt, & fatetur Baronius ad hunc annum, in Germania tempore graviſſimi Schiſmatis multos etiam laicos duxiſſe vitam ſanctam, & moribus primitivæ Eccleſiæ non admodùm abſimilem. Baronio ſubſcribit Mabillonius, qui ex Bertholdo tradit, communem vitam in multis Germaniæ locis florere cæpiſſe non modò inter Clericos & Monachos, verùm etiam, eorum exemplo, apud laicos utriusque ſexûs, qui ſe ſuáque omnia in communem uſum contulerint, & ſæculi rebûs abdicatis, congregationibus Clericorum, atque Monachorum regulariter viventium ſub eorum obedientia mancipaverint. Exiſtimat verò Mabillonius, hanc inſtitutionem initium ſumpſiſſe ab exemplo fratrum Laicorum, quos ſanctiſſimus ille, ac in Urbe, & Orbe notiſſimus Hirsaugienſium noſtrorum Abbas Wilhelmus in ſuis Monaſteriis admiſit, & ad certas leges adſtrinxit. Verùm utut hujus inſtitutionis ampliationem Wilhelmo libenter concedamus, initium tamen ejus normæ tribui eidem poſſe inficiari cogimur, cùm neutiquam deſint exempla ſuperiorum, non dico annorum, ſed ſæculorum, quibus quàm plurimi etiam laici ſe ſuáque omnia Monaſteriis devoverunt, & ad vitæ communitatem tranſtulerunt, tametſi non idcircò etiam Monachorum, vel Clericorum ſæcularium Habitum aſſumpſerint, aut caſtitatis voto ſeſe adſtrinxerint. Chartæ ejus rei quàm plurimæ reperiuntur in variorum Monaſteriorum Scriniis, neque Friſingæ deſunt, uti ex tot inſtrumentis hactenùs didicimus, ac paulò poſt ſimillima referemus. Cæterùm hanc primitivæ Chriſtianorum vitæ reſtitutionem cùm maligni quidam carperent, inſtitutum illud Urbanus II. Pontifex comprobavit litterîs ad Monaſteriorum Præſides ſcriptîs in hunc modum. *Quosdam accepimus*, inquit, *morem veſtrorum cænobiorum corrodentes, quo Laicos ſæculo renuntiantes, & ſe ſuáque ad communem vitam transferentes, regendos obedientiâ ſuſcipitis. Nos autem eandem converſationem, & conſuetudinem, ſicut oculîs noſtrîs * conſpeximus, laudabilem, & eò perpetua converſatione * digniſſimam, quo in primitivæ Eccleſiæ formam ingreſſa eſt, judicantes, approbamus, ſanctam & Catholicam nominamus, & per præſentes litteras Apoſtolica auctoritate confirmamus.* Hæc Pontifex apud Mabillonium. Ita tum quidem apud multos humilioris conditionis Germanos *meum* ac *tuum*, frigidum illud verbum, innumerorum parens malorum, ſanctè eliminatum fuit; cùm interim Rex Henricus pro coronis ſanguinem alienum, Pſeudo-Epiſcopi pro Mytris pecuniaś profunderent, & aliis quibusvis modis dignitates ſibi raperent, non facti *forma gregis ex animo*, ſed *lupi rapaces in ovili.* Certè hoc ipſo anno Guibertus ſeu Clemens Antipapa contra id, quod jurato promiſerat, iterum Urbem: Henricus verò Italiam

Studium vitæ communis in Germania.

à Pontifice approbatum.

* nam ante hac in Germania aliquandò fuit.

* *fortè leg.* conſervatione.

Alia Henrici Imp. ſtudia.

 armîs

Digitized by Google

armîs invaſit: cùm interim Udalricus Tyrolenſis, Udeſcalci Comitis filius, non *aliunde aſcendens*, ſed *per officium* virtutis, ac legitimæ electionis intrans, ſedem Patavienſem adiret, à S. Thiemone Salisburgenſi Archiepiſcopo inauguratus.

In Italia dum Henricus partes Transpadanas turbat, ad Canuſium ceditur: quo tempore Adelheidis, ſive Praxedis (aliis Bertha) Imperatrix, à marito peſſimo ſceleſtè habita, ad Urbanum Pontificem fugit, quam non ita multò poſt ſecutus eſt Conradus filius, oblatum à Patre turpiſſimum in Matrem ſcelus deteſtatus. Summa humanitate gratiſſimos hoſpites excepit Pontifex: & Conradus quidem, ducta Rogerii Siculi filia paulò poſt Langobardiæ Rex adversùs Patrem ſalutatus eſt, Gebhardo interim Conſtantienſi Epiſcopo, velut Legato Pontificio Allemanniæ proceres adversùs Henricum concitante: quo tempore conventu apud Ulmam habito Welſo Bojariæ Dux, fraterque ejus Bertholdus Allemanniæ Dux, cæterique utriusque Regionis Optimates in duos annos fædus adversùs Henricum jurejurando pepigerunt.

Conventus Ulmenſis.

Media illa tempeſtate mox laudatus Gebhardus Conſtantienſium Pontifex, & Apoſtolicæ ſedis Legatus Synodum frequentem convocavit, in qua de diſciplina Eccleſiæ, de Simoniacis, & Concubinariis, de diebus feſtis Paſchatis, & Pentecoſtes, ac ſolemnioribus jejuniis multa fuêre conſtituta.

Synodus Placentina.

Anno Chriſti 1095. Urbanus Pontifex Epiſcopos & Abbates tam Galliæ, quàm Langobardiæ Placentiam convocavit ad Synodum, in qua tractatum fuit de repudiata ab Henrico Regina, ſeu Imperatrice: de Philippi Francorum Regis uxore itidem dimiſſa: ac precibus Alexii Imperatoris Conſtantinopolitani petentis auxilium contra Saracenos ſeu Turcas. Propoſiti verò noſtri non eſt, univerſam ejus concilii hiſtoriam texere: illud tamen advertimus, præter ea, quæ ſynodus circa tres illos tum Reges, tum Imperatores conſtituit, etiam novis decretis fuiſſe ſancitum, ne Clerici concubinas admitterent, aut pro conſequendis Clericalibus quibusvis beneficiis pecunias expenderent, aut aliis ejuſcemodi illicitis placendi ſtudiis ea aucuparentur. In Placentino illo concilio Thiemo Salisburgenſis Archiepiſcopus, Udalricus Epiſcopus Patavienſis, & Gebhardus Conſtantienſis Epiſcopus Arnolfum Mediolanenſem Archiepiſcopum conſecràſſe dicuntur. Secutum paulò poſt fuit Claromontanum in Gallia Concilium, in quo præſente Urbano II. PP. quàm plurima ad diſciplinam & Eccleſiæ regimen fuêre ſancita: Eodémque ferè tempore idem Urbanus primus Bullæ, ut vocant *Cruciatæ* auctor, expeditione contra infideles promulgata, multos Chriſtianos Principes, & inter hos è Schyrenſi Familia Ottonem, & Eccardum, à peronibus (certo calceamentorum genere) peronatum (Bundſchuech) dictum, ac poſtmodùm in ea expeditione præprimis glorioſum, ad ſacra arma accendit. Idem Pontifex eo ipſo tempore Officium B. V. M. ſolis eousque Monachis cognitum, & uſurpatum, etiam ad reliquum Clerum transfudit, hodie etiam quibusdam Parthenio Mariæ cultui addictioribus Laicis familiare.

Concilium Claromontanum.

Bulla Cruciata.

Meginwardus Epiſcopus noſter eodem anno reſtaurato Weihenſtephanenſi Monaſterio (quod incendio periiſſe ſupra diximus) novam conſecrationem impendit 9. Kal. Septembris: Verùm (neſcitur, ob quam cauſam) Erchangerum Abbatem exautoravit, eique ſequenti anno Pabonem, ex Priflingenſi Monaſterio, ut legimus, eductum, ſubſtituit XII. Kal. Julii. Rursùs eodem anno Hermannus (qui teſtibus Adelzreittero, ac P. Corbiniano Khamm ex Comitibus Wittelſpacenſibus ortus fuerat) Auguſtanum Epiſcopatum, quem non ſine Simoniaca labe invaſerat, malè adminiſtravit. Et fortaſſis hic ipſe Hermannus erat, quem anno Chriſti 1091. Meginwardo noſtro circa Epiſcopatum Friſingenſem litem moviſſe ſupra ex Weihenſtephanenſi Codice diximus. De hoc Comite plura prædicti duo ſcriptores produnt, ad quos

Acta Monaſterii Weihenſtephan.

Digitized by Google

quos Lectorem remittimus. Fortè in conſequentibus occaſio erit plura de eodem, ejúsque poſt aliquot annos ſecuta reſipiſcentia ſcribendi.

Interim, qui ad ſacrum bellum Pontificis exhortatione maximô numerô ſeſe accinxerant, iter versùs Conſtantinopolim fuère ingreſſi. Meginwardum verò eo tempore, nempe 17. Kal. Auguſti anno 1096. Friſingæ moratum fuiſſe, diſcimus ex inſtrumento Commutationis, quod exhibemus in Parte Altera. Et quoniam ibi inter teſtes primô locô referuntur *Otto Skirenſis, & ejus fratruelis Udalrich:* Hermannus verò fratrem habuit Udalricum, ut Adelzreitterus ſcribit, creſcit fortaſſis ea perſuaſio, Hermannum illum fuiſſe Wittelſpacenſem, cum idem ſanguis Schyrenſium, & Wittelſpacenſium fuerit, ut nemo ignorat. Bellum ſacrum. N. 1255.

Anno Chriſti 1097. Henricus Rex ex Italia reverſus Erchangerum, quem Meginwardus noſter ejecerat, in Abbatiam Weihenſtephanenſem reſtituit, ut habent ejus loci antiquæ Membranæ. Ipſe Henricus ſimulata boni Principis ſpecie, Conventum Moguntiæ indixit, ac nonnullos ad ſuas partes revocavit, Ruthardum tamen, ex Abbate, ut diximus, S. Petri Erfurti Moguntinum Archiepiſcopum, Sedi Romanæ addictum, vaniſſimo obtentu, in exilium ejecit, ac proventus illius Eccleſiæ fiſco ſuo addixit. Præterea Henricus Judæis ſeſe perquàm benevolum exhibuit defenſorem, reſtaurata earum libertate, & conceſſo rituum ſuorum uſu. Circa idem tempus Meginwardus noſter Friſingenſis Epiſcopus Monachos Weihenſtephanenſes diſperſiſſe ſcribitur, aſt nulla ejus rei cauſa aſſignatur. Verba manûs ſynchronæ hæc ſunt: Anno 1098. *Meginwardus Epiſcopus obiit IIII. Kal. Maji; qua etiam die priùs* (intelligo, anno ſuperiori) *nos diſperſit.* Hæc ibi. Acta Henrici Imp.

§. V.

Acta certa, incertorum tamen annorum ſub Meginwardo Epiſcopo: ejúsque obitus.

Liberaturi fidem noſtram, qua in ſuperioribus promiſimus, nos ſuô locô demonſtraturos, Friſingenſem Eccleſiam verſus alpes intra Amnes Mangualdam, Schlieram, & Leiznacum (quibus ferè hodiernus Comitatus Waldekkenſis concluditur) quàm plurima prædia, ac jura poſſediſſe, producimus in *Altera* hujus Operis *Parte* Inſtrumentum Meginwardi Epiſcopi noſtri Friſingenſis, cujus hæc ſumma eſt. Compererat Meginwardus Epiſcopus, ingentia damna circa loca ſupra dicta à, neſcio, quibus, Eccleſiæ ſuæ ſive illo, ſive aliis potius ab aliquot retrò actis annîs fuiſſe illata. Hinc conſulturus eidem ſuæ Eccleſiæ, ac damna ulteriora prohibiturus, Pienzenauam, hodierni Comitatûs Waldekkenſis vicum, ſeſe contulit unà cum Advocato, ſeu Protectore ſuo Ottone Schyrenſi Comite, ut ibi inſtitueret *Placitum*, id eſt, judicium, ſeu Conventum, ad causæ illius examen ſuſcipiendum, & Advocatus edoceretur, quænam prædia ac jura Eccleſiæ Friſingenſis ejusdem protectioni fuiſſent commiſſa. Cùm itaque è vicinia quàm plurimi teſtes, qui conſcii eſſent, quouſque prædia, & aliæ poſſeſſiones Friſingenſis Eccleſiæ eò loci ſeſe extenderent, convocati, interrogati, & auditi: quidam inſuper juramentô fuiſſent adſtricti, ut ſingula terminorum loca accederent, ea notarent, & indicarent, facta denique eſt ex teſtium relatione conſcriptio illorum terminorum: quam Meginwardus Epiſcopus ſtatim ſub Epiſcopali banno, id eſt (uti Hofmannus interpretatur) ſub pœna excommunicationis confirmavit, ita ſcilicet, ut quicunque deinceps abſque Epiſcopi licentia ea ſibi uſurpaturus eſſet, à communione fidelium cenſeretur exclu- Eccleſiæ Friſingenſis poſſeſſiones verſus Alpes trans Iſaram. N. 1256.

excluſus, donec facta reſtitutione abſolutionem conſequeretur. Sanè quinam ſint termini à teſtibus aſſignati, ipſum inſtrumentum latè indicat: ubi tamen notamus, plura vocabula Montium, vallium, ac ſimilium locorum ſucceſſu temporum utique exoleviſſe, veluti alia quædam præcipua adhuc remanent, ac ſigillatim nomina trium amnium ſeu fluviorum *Mangualdæ*, *Schlieræ*, & *Leiznaci*: nec non nomen lacus *Schlierſee*: item *Schwarzenberch*, *Elpach*, *Pienzenowa*, & alia. Sanè quibûs factîs tot jura, prædia, ac bona Eccleſiæ Friſingenſi poſthac eo loci iterum deceſſerint, nobis manet incompertum.

Vitæ communis exempla Friſingæ.

Vitam communem eo tempore etiam à Laicis quibusdam in Germania cordi fuiſſe, ſuperiùs ex Baronio, atque Mabillonio demonſtravimus. Occurrit verò ejus rei egregium exemplum ſub Meginwardo Epiſcopo noſtro, dum Engila de Sandolteshuſen nobilis Matrona ſe, ac omnem poſteritatem ſuam Eccleſiæ B. V. Friſingæ tradidit, ac ſua, ſuorúmque bona commiſit, ita, ut ipſa, ac omnes ejus poſteri deinceps viverent eo jure, ac pacto, quibus etiam cæteri Eccleſiæ Friſingenſis obſequiis eadem conditione addicti utebantur. Facta eſt ea traditio in manus Ekkihardi, Eccleſiæ Friſingenſis Ad-
N. 1257. vocati, ſeu Protectoris præſente Meginwardo Epiſcopo, & aliis multis nobilibus teſtibus, quorum nomina latiùs in Inſtrumento exhibentur.

Eadem planè tempeſtate alii Eccleſiis ſe, ac ſua addicebant non abſolutè, ſed ſolùm ſub certo cenſu annuo. Ejus rei exemplum ſub Meginwardo habemus in Enzewiba nobili fæmina, quæ ſe, & filiam Diezam cum omni ſua poſteritate donavit B. Mariæ Friſingæ, ita, ut annîs ſingulîs nummos quinque eidem Eccleſiæ ſeu fratribus ibi Deo famulantibus pendere deberet. Eam donationem ipſe Meginwardus Epiſcopus coram multis nobiliſ-
N. 1259. ſimis teſtibus ſuſcepit, quos Inſtrumentum laudat. Verùm piarum hujus generis oblationum exempla paſſim in Eccleſiis antiquis reperiuntur ferè ſine numero.

Aliquandò etiam ad Commune Vitæ genus quidam ultrò invitabantur ab iis, qui Communitati præerant. Meginwardus noſter ab ipſo Henrico Rege petiit Fridericum quemdam, in famulitio ejusdem conſtitutum, quem etiam Rex ipſe manu cujusdam nobilis Pernhardi familiaris ſui juſſit tradi Sanctæ Mariæ, ſanctóque Corbiniano in eorundem obſequium, ita tamen, ut is, unà cum poſteris ſuis, inter primæ notæ familiares Eccleſiæ miniſtros numeraretur, & communi cum illis jure uteretur. Hunc Fridericum non
N. 1260. ſolùm Meginwardus Epiſcopus, verùm etiam viri præcipui, Eccleſiæ Friſingenſis Miniſterio addicti, nobiliſſimîs teſtibûs adhibitis in ſuam ſocietatem recepêre. Hæc de moribus illius ævi.

Creſcunt reditus Friſingenſis Cathedralis familiæ.

Ejusdem Meginwardi Epiſcopi temporibus collegio Canonicorum Cathedralis Eccleſiæ Friſingenſis complures bonorum acceſſiones factæ ſunt ab ipſis potiſſimum Canonicis, qui ea ætate paſſim, imò plerúmque *fratrum* nomine appellabantur. Sic Piligrim Canonicus, & Presbyter præ-
N. 1261. dium ſuum in *Urpach* donavit Eccleſiæ Friſingenſi, *ut unus fratrum det in anniverſario ſervitium* (nempe ſolatium quoddam, aut monetam) *fratribus*
N. 1262. 1263. *& celebret miſſas.* Simillima præſtitêre Dominus Engilscalch Canonicus, & Presbyter, & Albricus de *familia*, qui *Confratribus* obtulêre prædium in
1264. *Walfviſtorf*, & Hubam in *Mammindorf*: ac alii plures alia. Fridericus verò de *familia S. Mariæ* dedit ad lectum, id eſt, ad tumulum ſeu aram
1265. S. Lantberti aream in *Kiſſingin* ad utilitatem pauperum Chriſti. Alius è Canonicis bona ſua propria cum bonis communibus *Confratrum* ſuorum commutavit, velut inſtrumenta ſub Meginwardo adducenda demonſtrabunt. Verum his non vacat diutius immorari: ſatìs nobis erit notâſſe, ejus temporis Friſingenſes Canonicos quadam rerum peculiari proprietate omninò fuiſſe uſos; quod maximè apparet in Wolfoldo Canonico, qui 38. jugera fratri-

Digitized by Google

fratribus dedit, ac in vicem alia 34. jugera recepit. Poſtea factus Præpoſitus, ad anniverſariam ſui memoriam conſervandam fratribus prædium apud *Pillinchovam* tradidit, veluti Inſtrumenta docent. Cæterùm cùm hîc occurrat Wolfoldi mentio, monemus Lectorem, in vita S. Gebhardi Salisburgenſis Archiepiſcopi, quam Henricus Caniſius Tomô ſextô Antiquarum Lectionum exhibet, occurrere Wolvoldum quendam, qui ex Canonico Cathedralis Eccleſiæ Friſingenſis factus ſit Monachus primùm, poſtea Abbas in *Huſenboven*, hodie Eiſenhoven, ad quem locum Monachi ex Viſchpachau fuerant ad tempus tranſlati, transferendi poſthac demùm Schyram, ubi hodiéque DEO ſerviunt. Additur verô de dicto Wolvoldo Abbate in prædicta S. Gebhardi vita, eum ab Advocato ſuo dira perpeſſum, contuliſſe ſe ad Monaſterium S. Georgii in ſylva Hercinia, ac inde à Conrado I. Archiepiſcopo Salisburgenſi fuiſſe evocatum ad Monaſterium Admontenſe, îbique factum Abbatem ſummô illius Monaſterii, imò totius Archidiœceſeos bono. Hæc cùm ita ſint, ac tempus hujus Wolvoldi ex Canonico Friſingenſi facti Monachi & Abbatis, cum Wolfoldi ſupra laudati Friſingenſis Canonici ætate planè conſentiat, nemo eruditorum fortè negabit, inrer hos Wolfoldos non eſſe faciendum diſcrimen, ſed unum eundémque Wolfoldum primùm fuiſſe Canonicum, ac Præpoſitum Friſingenſem, poſtea Monachum, ac Abbatem Eiſenhovenſem, demùm celebratiſſimum cænobiarcham Admontenſem. Interea res poſtulat, ut in Catalogo Schyrenſium Præſulum Wolfoldus deinceps non reticeatur. De hoc Wolfoldo plura ſuô locô. **Wolfoldus ſive Wolvoldus Friſingenſis Canonicus.**

Porrò in Inſtrumentis ſub Meginwardo conſcriptis ſemel, iterumque occurrit mentio cujusdam *Vice-Domini.* Ubi Lectorem monemus, eo nomine, uti Macri fratres in ſuo Hierolexico obſervant, majores noſtros nil aliud, niſi oeconomum Epiſcopi ſignificare voluiſſe. **Vice-Dominus Epiſcopi.**

Extat inter Meginwardi Epiſcopi Inſtrumenta unum, quô is, datô pretiô, oppidum, ſeu Caſtrum *Puttenperich* comparâſſe dicitur à nobili Adalramo de *Smutesbuſan.* Illud in Altera Parte Lectori offerimus. N. 1269.

Fuit verò MeginWardus non ſolùm Eccleſiæ ſuæ, verùm etiam aliorum, maximè tamen Nobilium commodis addictus, quippe quibus paſſim donationes inſignes fecit. Eæ referuntur in quarto, ſeu magno Traditionum libro in hunc modum. **Meginwardi liberalitas.**

Hic dona præſtita à Domino Meginwardo hujus ſedis Venerabili Epiſcopo.

SKirenſes Comites P. (Pernhardus) *& frater ejus.* O (Otto) *habent apud Seleprettesſteten III. Curtes, & apud Witinchaim II. Curtes. Dux Weſhardus habet apud Germariſcowa IIII. curtes, IIII. hubas & molam, & piſcatorem, & II. Wademannos. Wolfher de Perigo miniſter veſter habet apud Skeſtelarun II. Curtes. Chuonrad de Dachchou habet apud Spachbrucka II. Curtes. Gebehardus Archidiaconus habet apud Piſcofesriet. Wernher de Vagana habet apud Wichanriet II. Curtes. Comes Sigeboto habet apud Strazloch II. Hubas. Reginhalm de Hofſteten habet curtiferum I. apud Tuſtetin, Comes Otto de Omeras II. Curtes apud Tiniggen, & duas Hubas apud Cirlo. Adalpero de Sindelleſtorf habet II. curtes, & molam I. in eadem Villa. Ouzi de Huſan habet Hubas II. unam apud Wilperch, alteram apud Sindelesſtorf. Otto de Richolſtorf, Uodalrich miniſter Comitis Gebehardi habent II. curtes apud Wilperch. Arnolt de Perego habet hobam in media* * *ſilva.* * Mittenwald.

Et hæc ſunt, quæ Meginwardus nobilibus conceſſit. Sequuntur modò, quæ Meginwardi tempore nobiles ultrò abſtulerunt Friſingenſi Eccleſiæ, prout in eodem traditionum libro habetur his verbîs.

Digitized by Google

Annotatio quorumdam bonorum Eccleſiæ Friſingenſis ſubtractorum.

Hæc autem ſunt bona, à ſervitio veſtro prædatim ſubtracta. Dux Welfhardus habet decimam apud Germariſcowa. Comes de Omeras habet apud Diniggen V. hubas, & molam I. & I. paſtorale arium, & figulum I. & Carpentarii beneficium I. & apud Vorchaideh curtem I. Rudolf de Owelſtat habet apud eandem villam molam & Sindmanni beneficium. Pillunch de Pruchco habet apud Jlurlingen II. Curtes, & II. hubas, & hortulani arvum & Curtem I. & hobam I. & hortulani arvum apud Polingen, & habet hobam aput Litan, & II. hobas aput Cirlan. Ribbero de Pajerbrunnen habet nemus ſitum apud eandem villam Bajerbrunnen. Hæc ibi.

fol. 115. C. & D.

Meginwardi apud Bohemos prædicatio.

Freibergerus in Chronico impreſſo de Meginwardo hæc habet: „ Cùm „ Bohemia Chriſtianam fidem recepiſſet, in Dioceſi Ratisbonenſi fuit vocatus Epiſcopus Ratisbonenſis ad conſecrandum nonnullas Eccleſias: attamen in ſua infirmitate plurimîs precibûs induxit Meginwardum. Ille, ut „ animas DEO lucraret, non recuſavit. Veniens in Bohemiam populum duræ cervicis in fide Chriſtiana inſtruxit, & cæremonias in Eccleſiis fecit, „ maximè in Cathedrali in Prag in Eccleſia S. Viti, ubi habetur brachium „ S. Viti. Ibi cùm diu prædicâſſet, Monaſteria conſtrui impetravit, & ædificatis illis deliberavit iterum Friſingam venire: infelices verò intentionem „ ſcelere præveniunt, & ſic poſt aliquos annos ibidem mortuus, & ſepultus „ eſt in Prag in dicta Eccleſia. „ Hæc Freibergerus: & idem traditur in Hiſtoria M. S. ſive, ut alio nomine vocant, *Chronica quinta* Epiſcoporum Friſingenſium.

Incerta.

Verùm uti Brunnero ſuſpecta ſemper fuit hæc de Meginwardo relatio, „ quòd ex Coſma æquali horum temporum ſcriptore ſatis conſtet, Boiohæmum Guibertinæ factionis, Catholico Antiſtiti qualem Meginwardum fuiſſe „ oſtendimus, morem geſturum non fuiſſe: ita nobis quoque eadem narratio planè hactenùs probari non poteſt, dum ex manu Synchrona Codicis Weihenſtephanenſis apertè conſtat, Meginwardum ultimîs vitæ annîs Friſingæ commoratum fuiſſe, quippe qui Monaſterium Weihenſtephanenſe recens reſtauratum anno 1095. conſecravit, ac Abbatem ejecit, aliúmque ſubſtituit: anno 1097. Monachos diſperſit: ac demùm anno proximo, id eſt, 1098. obiit, & quidem IV. Kal. Maji, quo ipſo die, anno ſuperiori Monachos diſperſerat. Unde potius Friſingæ quàm Pragæ terræ commendatus fuiſſe omnino dicendus eſſe videtur, tametſi ejus tumulus hactenus inventus non fuerit. Legimus tamen, Meginwardum pro fundatione anniverſarii ſui Curtem in *Aſinkofen* prope Friſingam aſſignâſſe: tametſi inſtrumentum ejus donationis nondum conſpeximus.

Meginwardi fundatio.

Obitus.

Obiît igitur Meginwardus noſter exactis in Regimine ſuo annîs 20. Menſe uno, ac aliquot inſuper diebûs, Pontificatûs Urbani II. anno XI. Henrici IV. Regis XXXXIII. Imperatoris XV. S. Thiemone noſtro Archiepiſcopo Salisburgenſi, Gebhardo IV. Ratisbonenſi, Udalrico Patavienſi, & Ottone Brixinenſi Epiſcopis, Bojariæ Duce Welfone Seniore: nullo majori teſtimonio commendandus, quam quòd Viris Sanctis nempe Gebhardo, & Thiemoni Salisburgenſibus, & Altmanno Patavienſi Religioſiſſimis Antiſtitibus familiarius convixerit, cum quibus ſine laude præcipua vivere non potuit.

CA-

Digitized by Google

CAPUT V.

Henricus I. Epiſcopus Friſingenſis XXI.

§. I.

Genus, Electio, primordia Epiſcopatûs Henrici I. Epiſcopi: ubi de fundatione inclyti Monaſterii Cellæ Dietrami.

HEnricum, Anno Chriſti 1098. 4. Kal. Julii Sedi Friſingenſi impoſitum, nonnemo producit è proſapia illuſtriſſima Comitum de Sempt, & Eberſperg, eúmque Udalrici Comitis filium facit. Verum cum ex judicio P. Adami Widl S. J. in ſuo *D. Sebaſtiano Eberſpergenſi* Udalricus Comes Semptenſis, ac Eberſpergenſis ſupremum diem jam obiêrit Octogenarius Anno Chriſti 1029. ac tota Semptenſium Comitum familia anno Chriſti 1045. (vel paulò poſt) extincta fuerit, Inſignia inſuper Gentilitia, cum ultimo ſtemmatis, tumulo illata, ac conſepulta ſint, iſta opinio, quæ Lazio tribuitur, fidem apud eruditos non inveniet. Sunt qui Henricum familiæ Comitum de Biburg, aut Nobilium de Kemnaten innectere ſtudent, quem alii ſive Nobilem ſive Comitem de Eberſtein appellant. At his omnibus graviter contradicit lapis ſepulchralis Henrici, cui inſcriptum legimus de *Eberſtorff:* quam inſcriptionem omnes hodiéque conſpicimus, eidemque tantò proniùs aſſentimur, quantò certiùs etiam conſtat Henricum Epiſcopum Friſingenſi Eccleſiæ dono dediſſe prædium in Eberſtorff, uti ſuo loco dicemus. Equidem in inſigni Codice Neocellenſium traditionum reperimus Inſtrumentum, in quo Fridericus, frater hujus Henrici Epiſcopi, vocatur Comes de Bilnſtein. Aſt id mirum non eſt, cùm eo tempore viri nobiles plerúmque non tam ſanguinem, quàm dominia ad ſe aut hæreditario jure devoluta, aut Principum donatione conceſſa reſpicerent, & ab iis cognomen ſibi adſciſcerent: qui mos in Galliis etiamnum obtinet. Inſtrumentum illud ſuô locô adducemus.

Natales Henrici I. Epiſcopi.

reperiuntur in lapide ſepulchrali.

Henricum non fuiſſe à Friſingenſibus electum, ſed aliunde intruſum, diſcimus ex quadam Conradi I. Archiepiſcopi Salisburgenſis ad Friſingenſes Canonicos, atque Diœceſanos Epiſtola, ubi inter cætera de Henrico hæc ſcribit: *Ecce lupus, non per oſtium, qui Chriſtus eſt, ſed aliunde, ut mactet, & perdat, in ovile, ſicut omnibus patet, ingreſſus, innumeras in vobis animas æternæ morti tradidit &c.* Epiſtolam illam ſuô locô infrà proferemus. Sanè quis ſacram conſecrationem Henrico impenderit, à nemine hactenùs proditum invenimus; qui etiam non ſine animi dolore deprehendimus, Henricum Epiſcopum utrique Henrico Imperatori, nempe IV. & V. fuiſſe perquam familiarem, atque ut plùrimùm in eorum tum comitatu, tum aula verſatum, iisdémque, quibus illi, Pontificum fulminibus, obnoxium: quæ utique cauſa eſt, cur de nullo alio Epiſcopo, qui tanto, nempe 40. propemodùm annorum ſpatiô Friſingenſi Eccleſiæ præfuerit, pauciora in domeſticis Friſingenſibus tabulis reperiantur: atque ideò ab extraneis potiùs ſcriptoribus aliqua ejus acta emendicanda fuerint.

Ejus intruſio.

Cæterùm proximô poſt Henrici Epiſcopi inſtitutionem anno Henricus IV. Cæſar, Conrado filio natu Majori, atque rerum Italiæ potito in-

Digitized by Google

Henricus V. conſors Imperii.

ſenſiſſimus, Henricum filium natu minorem ſocium Imperii adſcivit: Urbanus verò II. Pontifex obiit: cui unanimi Electorum ſuffragio ſuffectus eſt Rainerius, antehac Cluniacenſis ſub Divi Benedicti regula Monachus, demùm Pontifex Maximus renunciatus, ac Paſchalis II. dictus, qui etiam Hugoni Cluniacenſi Abbati aſſumptionem ſui datis litteris, quas Mabillonius refert, nunciavit. Idem annus expugnatâ Victricibus armis Hieroſolimâ, Chriſtianis omnibus glorioſus fuit, ac plures deinceps fideles in Syriam traxit; inter quos Welfo noſter, S. Thiemo Salisburgenſis Archiepiſcopus, Bernardus, & Ekkardus Schyrenſes Comites eminebant.

Paſchalis II. PP.

Secuta eſt altero anno mors Guiberti Pſeudo-Pontificis. At non ideò cum Antipapa extinctum erat ſchiſma, cùm adhuc ſuperviveret Henricus Imperator, cujus operâ poſt Guibertum tres alii ſibi ſuccedentes Pſeudo-Pontifices ſuffecti ſuêre, nempe Albertus Neopolitanus, Theodoricus, & Maginulphus Romani, qui Paſchali ingentem laborum materiam faceſſivêre. Porrò Paſchalis Pontifex Gebehardo Conſtantienſium Præſuli, veluti fortiſſimo Eccleſiæ propugnatori, titulum, ac dignitatem Legati Apoſtolici confirmavit. De noſtro Henrico Epiſcopo nihil ſimile invenimus. Scribit verò in ſuo Chronico Conradus Schyrenſis, circa hoc tempus Eccleſiam Monaſterii in *Uſenhofen* recens conſtructam, ab Henrico Friſingenſi Epiſcopo fuiſſe dedicatam; quam tamen dedicationem poſtea irritaverit Conradus Salisburgenſis Epiſcopus, *quia idem Epiſcopus* (Henricus) *pro magna irreligioſitate à gratia Apoſtolicæ ſedis fuit alienatus.* Ex quo firmatur id, quod diximus: nempe Henricum Epiſcopum Henrico Imperatori, toties Eccleſiæ Romanæ refractario, conſtanter adhæſiſſe.

Novi Pſeudo-Pontifices.

Henricus Ep. à Pontifice alienus.

Proximô annô, ſæculi duodecimi Chriſtiani primo, Chriſtiana noſtra militia, quæ nuper Hieroſolymam ſubjugaverat, fraudibus Alexii, Imperatoris Orientis, plurima perpeſſa eſt incommoda. Periêre ex noſtris quam plurimi: inter quos Welpho, dum ſalutem in fuga quærit, in Cypro animam efflavit. S. Thiemo noſter, Salisburgenſis Archiepiſcopus, cùm mutilam Machometi ſtatuam reparare nollet, ſed eam inſuper in fruſta comminuiſſet, horrendo ſupplicii genere eviſceratus, illuſtriſſimum teſtimonium Chriſto dedit, ſibique immortalem Martyrii coronam fabricavit. Conradus Italiæ Rex, eodem anno Florentiæ deceſſit, peſſimi Patris, nempe Henrici Imperatoris, filius optimus. Ipſe Henricus Imperator, cùm ſequenti anno promiſiſſet, ſe indicto ad tollendum ſchiſma Concilio Romæ interfuturum, at poſteà minimè comparuiſſet, imò novum Pſeudo-Pontificem inſtituiſſet, meritò iterùm diris devotus, & ſacris interdictus eſt. Eodem tamen anno, præter morem, ſanctum Othonem, Cancellarium ſuum, abſque ulla pecuniæ largitione conſtituit Bambergenſem Epiſcopum: ſed quem honorem neutiquam acceptavit Otho, donec Sedis Apoſtolicæ mandato conſtrictus fuit. In Bojariæ ducatu Welphoni ſeniori Welpho II. ſucceſſit.

S. Thiemonis Martyrium.

Conditur Cella Dietrami.

In eundem annum incidunt initia celebris Monaſterii Ordinis Canonicorum Regularium S. Auguſtini, quod *Dietrami Cellam* nominamus, eò quòd Dietramus Presbyter cum duobus ſociis in vaſto nemore Cellam illam condiderit, Udalſcalci Tegernſeenſis Abbatis potiſſimùm ope ſubnixus, ut Brunnerus loquitur. Conſenſit Henricus Epiſcopus noſter, & has eodem anno litteras Abbati dedit.

Gewold in addit. ad Metrop. Hundii T. 2. p. 255.

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Ego Hainricus DEI gratiâ ſanctæ Friſingenſis Eccleſiæ Epiſcopus, ex petitione Dilecti filii noſtri Udaſcalci Abbatis Tegernſeenſis Monaſterii, univerſitati fidelium tam præſentium quàm futurorum inſinuo, quòd præfatus Abbas conſenſu noſtro, ac totius

Capi

Digitized by Google

Capituli, & aſtipulatione Bernardi, & Sigibtonis de Newenburg advocatorum ſui Monaſterii, & conſilio & conniventia ſuæ congregationis, & Miniſterialium ſuorum in allodio ejusdem Monaſterii, quod Egelingareüt dicebatur, collectis fidelibûs, atque religioſis perſonis ad divinæ religionis cultum, cellam beati Martini laudabiliter inſtituit, Ordinem ſecundùm regulam S. Auguſtini inviolabiliter ibidem obſervari conſtituit: Poſſeſſiones, quibus ipſe eandem Eccleſiam ditavit cum oblationibus fidelium, quas eadem Eccleſia conſequi poſſet, uſibus fratrum ibidem Deo ſervientium deſervire conceſſit De inſtitutione verò Præpoſiti, nobis annuente, & Præpoſito Dietramo præſente, ita ordinavit: ut obeunte Præpoſito fratres ejusdem Cellæ conſilio, & conſenſu Abbatis concorditer ſibi Præpoſitum eligant, & electus poſſeſſiones, & inveſtituram temporalium ab eo accipiat, nobis autem de ſpiritualibus reſpondeat. Et ut hæc inſtitutio in futuris temporibus firma & inconvulſa permaneat, ſigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri. Acta ſunt hæc apud Waringder XVII. Kal. Nov. Anno Dominicæ Incarnationis M. CII. Indict. X. Anno Epiſcopatûs noſtri V. Hujus rei teſtes ſunt de Canonicis Matricis Eccleſiæ Hainricus, Wichmannus, Herrandus. De parochialibus ejusdem Monaſterii Weringher de Waringder, Udalricus de Harpenigen, Gerbicus de Gmunden. De Nobilibus Sigiboto Advocatus, Werinhart de Stoſſe, Otto de Grube, Udalſcalch, & Ribher de Hohenberth. De Miniſterialibus Eccleſiæ Rudolf, & Otto de Ribolveſtorf, Egmo de Dietprethſeſchirchen, & filius ejus Ambricus, Udalricus, Hainricus, & duo filii ejus, Sigimar, Wolfolt de Wachergen. Sigibo, Ekkebart, Hainrich, Werinher de Harpenigen, Pilgrim, Megerch Duſhouerii, & alii quàm plures.*

Ab Abbate & Capitulo Tegernſeenſi.

* fortè Stoſſe.

Paſchalis II. Pontificis Maximi literæ de hac fundatione hæc continent.

Paſchalis ſervus ſervorum DEI dilecto filio Dieteramo, & ejus fratribus in Beati Martini Canonicam Vitam profeſſis in perpetuum. Juſtis votis aſſenſum præbere juſtisque petitionibus aures accommodare nos convenit, qui licèt indigni juſtitiæ cuſtodes, atque præcones in excelſa Apoſtolorum Principum Petri, & Pauli ſpecula poſiti Domino diſponente conſpicimur. Udalſcalchus ſiquidem Tegernſeenſis Abbas augendæ religionis inminens de ſui Monaſterii poſſeſſionibus regularium fratrum, qui Canonici dicuntur, congregationem alere Domino largiente diſpoſuit, in loco, quem ſancti Martini Cellam appellaverunt. Ejusdem igitur Abbatis & Monachorum ejus juſtum votum piumque deſiderium cognoſcentes, quod ab eis inſtitutum eſt, præſenti decreti favore firmamus. Ipſam enim Cellam & Canonicorum illuc congregatorum ſeu congregandorum conventum Apoſtolicæ Sedis munimine confovemus, ſtatuentes, ut quæcunque prædia, quæcunque bona per ſupradictum Tegernſeenſis Monaſterii Abbatem vel per alios fideles de jure proprio loco eidem conceſſa ſunt, quæcunque etiam in futurum conceſſione Pontificum liberalitate Principum, vel oblatione fidelium juſtè illic dari offerrive contigerit, firma vobis veſtrisque ſucceſſoribus & illibata permaneat. Decernimus ergò, ut nulli omninò hominum liceat eandem Eccleſiam temerarie perturbare aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur eorum, pro quorum ſuſtentatione, & Gubernatione conceſſa ſunt, uſibus omni modis profutura, ſalva Friſingenſis Epiſcopi canonica reverentia. Decimas etiam novalium veſtrarum vobis veſtrisque ſucceſſoribus habendas remota Epiſcopalium miniſtrorum contradictione concedimus. Sanè poſt profeſſionem exhibitam nemini veſtrûm liceat proprium quid habere, nec ſine præpoſiti vel Congregationis licentia de clauſtro diſcedere, ut in eo, quod aſſumpſiſtis propoſito, Domino largiente conſtanter in perpetuum maneatis. Siqua igitur Eccleſiaſtica ſæculariſve perſona &c. &c.

Literæ Pontificiæ.

Hæc acta ſunt anno Dominicæ Incarnationis MCVII. Paſchali PP. Secundo. Ita habet antiquus Codex Tegernſeenſis, cujus Titulus eſt: *Acta Papalia & Imperialia paginâ 146. & 147.*

Huc meritò revocamus epitaphium ſupradicti Udalſcalci Tegernſeenſis Abbatis, quod exſtat apud Clariſs. P. Bern. Pezium *Tom. III. Anecdotorum*, & hæc exhibet. *part. III. col. 511.*

Abbas loci hujus Comes de Neuuburg Udalſcalchus
Cellam Dietramo fundat mille centúmque bino
Idibus Novembris tranſit è carcere carnis.

Alias Privilegii Tegernſeenſibus conceſſi Apoſtolicas confirmationes Hundius refert in Metropoli, & ibi Gewoldus in additionibus, ubi plura alia de fundatione celebris hujus Monaſterii Lector inveniet. Confirmationem ab Ottone II. Friſingenſi Epiſcopo factam ſuô locô exhibebimus. *Tom. II. pag. 254. 255. & ſeqq.*

§. II.

Henricus I. Epiſcopus turbis ſe implicat. Mors Henrici IV. Imp. ac S. Bennonis Epiſcopi Miſnenſis.

Henrici IV. luſus. HEnricus Imperator, ut non ſoli Pontifici, ſed etiam univerſis Chriſtianis conſtantem animi inconſtantiam proderet, in Conventu Moguntiæ celebrato finxit ſe ſuſcepturum expeditionem in Orientem adversùs Turcas, Chriſtiani nominis hoſtes acerrimos. Mirum eſt, quantò gaudio atque applauſu Germanorum Imperatoris verba excepta fuerint. Verùm poſtquam luſus Henrici brevi innotuit, odio ac ludibrio omnibus, ſuis nimirùm atque exteris fuit.

Henricus Epiſc. malè inductus. Dum eum in modum Henricus Imperator Principibus populíſque illudit, Henricus Epiſcopus noſter illudi ſibi paſſus eſt ab Udalrico Borivoii Bohemiæ Regis fratre, qui jure natalium ſibi Bohemiæ Regnum ab Imperatore adversùs fratrem juniorem quidem, ſed tamen legitimè in ſoliò jam confirmatum depoſcebat. Annuit votis utcunque Imperator pecuniis ab Udalrico unctus. Tum is mox occupaturus ſolium Bohemiæ, in qua omnia ad vota ſua obventura palàm jactitabat, in itineris potiùs ac gaudii, quàm veri belli ſocietatem Sighardum, Burghuſianum antehac Comitem, poſtea ex dote (Toparchia Schallenſi) dictum Comitem de Schalla aut Sala: item Henricum Epiſcopum noſtrum, alióſque affinitate ſibi conjunctos attraxit. Itum eſt ad epulas potiùs ac occupandas præpingues Præfecturas, quàm ad prælium conſerendum, ut diximus. Verùm dum in interiora Bohemiæ ventum eſt, obviam cum inſtructiſſimo exercitu Borivojus, Bohemiæ Rex, occurrit, & hoſpites minimè invitatos in anguſtias concluſit, multóſque in fugam conjecit. Inter hos Henricus Epiſcopus noſter cum nonnullis ſociorum noctu dilapſus, ſacram ſupellectilem, qua ad aram uti ſolebat, Bohemis in prædam reliquit. Ita rebus ſuis ſpoliati Bohemiam deſeruêre, qui Bohemiæ dignitates ac theſauros ſpe devoraverant. Factum hoc ad annum Chriſti 1104. referri ſolet.

Tractatus de ſtipendio Advocatorum ejus temporis. Eodem anno Henricus Imperator Conventum Ratiſbonam indixit, in quo quid inter alia actum ſit diſcimus ex quarto, ſeu Magno Traditionum Friſingenſium libro. Explicamus autem rei ſeriem noſtrìs verbis in gratiam eorum, quibus abſtruſiora mediæ ætatis vocabula minùs ſunt familiaria. Expendebatur in eo Conventu, conſtitutum olim fuiſſe in Concilio quodam Africano, petendum eſſe ab Imperatoribus, ut ii, accedente Epiſcoporum conſilio, conſtituerent protectores pauperum, nempe colonorum & ſubditorum, adversùs potentiam divitum, ne ipſi pauperes nimìs graves eſſe

eſſe deberent Eccleſiis, ac perpetua ex earum reditibus ſubſidia ſibi petere. Quæſitum verò poſtea in eodem Conventu Ratisbonenſi fuit, ecquid ejusmodi defenſoribus pauperum: item Monachorum & Eccleſiarum protectoribus pro ſtipendio laboris eſſet rependendum? Conſtituit verò Conventus Procerum Regni, ut omnes, qui ad *Placitum*, id eſt, ad jurisdictionem vel potiùs defenſionem ejusmodi Advocati ſeu Defenſoris pertinerent, quot annis tempore, quo convocarentur, in loco certo convenirent, in quo ejusmodi Advocatus *ſervitium*, id eſt, penſionem annuam majorem non exigeret, niſi duos modios tritici, duos porcos, tres cados vini & *Medonis*, id eſt, Hydromeli, decem cados cereviſiæ, & quinque modios avenæ. Advocatis verò Monaſteriorum aſſignata fuit tertia pars *bannorum*, nempe mulctarum pecuniariarum, ita tamen, ut, ſi res fratrum diſpendium quoddam paſſæ fuiſſent, fratribus præprimis reſtituatur aut res ipſa ablata, aut *Werigelda*, id eſt, pretium æſtimationis. Porrò Advocatis Prælatorum, nempe Epiſcoporum nihil certi conſtitutum fuit, ſed eo contenti eſſe jubebantur, quod Prælatus, rerum ſuarum damnum per injuriam paſſus, Advocato, cujus ope damnum ejusmodi reſartum, aut injuria depulſa fuiſſet, ultrò ex charitate offerret. Hanc conſtitutionem verbîs Ratisbonæ conceptis pleniùs damus in Altera Parte. N. 1272.

Hæc, ac fortè his ſimilia plura agebantur Ratisbonæ: interea tamen Regni Proceres facilè advertebant, verbîi potiùs, quàm ſincerîs curîs Henricum graviora Regni negotia adminiſtrare, neque de tollendo Schiſmate, minùs de terræ ſanctæ recuperatione ſtabilienda ſeria conſilia fovere. Inde enatæ indies majores querelæ, indignationes, iræ, & tantæ quidem, ut Boji Henrico deſignato Regi, Henrici Imperatoris filio, auctores eſſe cœperint ſeceſſionis à Patre faciendæ. Bojis acceſsêre Suevi, Francones, Saxones, qui omnes diuturni ſchismatis denique intolerantes, illud penitùs execrati ſunt; & Ruthardus ex Abbate, ut diximus, S. Petri Erfordiæ Archiepiſcopus Moguntinus: ac Gebehardus è Zaringiæ Duce, ac Monacho poſtea Hirsaugienſi Epiſcopus Conſtantienſis, ceu Sedis Apoſtolicæ Legati eas Provincias, quorum Principes ac Proceres Henricum abdicaverant, Romanæ Eccleſiæ reconciliârunt. Porrò Henricus junior, eo nomine quintus, ab univerſis Principibus in Conventu Moguntino Rex ſalutatus, exauctorati communibus votis Parentis Imperatoris acta reſcidit, ac paulò poſt Northuſiæ in alio Conventu publicè ſe purgavit, teſtatus, ſe bellum Patri inferre nulla regni cupiditate, ſed ſolo ſchismatis tollendi, ac defendendæ Apoſtolicæ Sedis ſtudio atque deſiderio. Non deerant equidem, qui Henrici Imperatoris partibus adhuc arma jungere cuperent: verùm rebus illius ſemper in deteriora ruentibus, demùm etiam ab iis ſociis deſertus eſt: unde coactus Imperator Inſignia Auguſtalia in filii poteſtatem tandem conſignavit. Succedentibûs nihilominùs novîs rancoribûs, cùm Imperator fruſtra in quibusdam Regni proceribus, & inter hos in Henrico Epiſcopo Friſingenſi ſpem aliquam adhuc reponeret, demùm in vincula conjectus præ mærore animi extinctus eſt Spiræ, aut, ut alii malunt, Leodii circa Kal. Auguſti anno Chriſti 1106. vitæ ſuæ 56. Regni 50. etiam poſt mortem miſerrimus, quippe qui ob tot repetita anathematum fulmina etiam ſepulturâ quinquenniô caruit. Memorat aliàs inter alios Bucelinus noſter, neminem alium Imperatorem toties collatîs ſignîs cum hoſtibus conflixiſſe, atque Henricum, adeò, ut is M. Marcellum & Julium Cæſarem ſupergreſſus, bis & ſexagies juſtô præliô dimicâſſe deprehendatur, atque utinam, inquit ille, causâ, quàm ſucceſſu meliore.

Sed minimè ſeriùs.

Deſeritur Henricus IV. à ſuis.

& miſerè moritur.

Mortem Henrici Cæſaris ſesqui menſe præceſſerat feliciſſimus ad cœlos tranſitus S. Bennonis Miſnenſis Epiſcopi, hodie totius Bojariæ noſtræ Patroni atque Evergetæ ſingularis, prodigiîs clari, qui, cùm ad extrema delatus eſſet,

Obitus S. Bennonis Ep. Miſnenſis.

eſſet, ſuis inter alia mortem Henrici paulò poſt eventuram diſertè prædixit. Natus eſt ſanctus Epiſcopus anno Chriſti MX. in Saxonia, parentibus Friderico, & Bezela, Bullenburgi haud procul Goslariâ Comitibus, in ſacro regenerationis lavacro dictus Benno, quod nomen genti illi eo tempore idem ſonabat ac Benedictus. Quinquennis parvulus à parentibus, virtute non minùs quàm generis claritate conſpicuis Berwardo, ſancto Hildeſienſium Epiſcopo, cognato ſuo commendatus, ab hoc Wigero, Religioſiſſimo Monaſterii S. Michaelis Hildeſiæ Præpoſito (qualem hodie vocamus *Priorem*) literîs ac pietate excolendus traditus eſt, ſub cujus ſancto magiſterio nobiliſſimæ indolis adoleſcentulus profectum in literatura ac religione fecit verè admirabilem. Mundi deinceps pompas peroſus, ſtimulantibûs inſuper ſancti Pontificis Berwardi conſiliis ac exemplo (quippe qui ipſus poſito Epiſcopali habitu Monaſticum ſuſceperat, & vitæ reliquum inter Monachos exegerat) redire ad ſuos Benno noluit, ſed in eodem Divi Michaëlis Monaſterio Hildeſienſi (quod etiamnum floret) ſeſe Divi Benedicti, Patroni ſui, legibus ſolenni votorum nuncupatione arctiùs adſtrinxit. Pariſios deinde ob excelſas animi ac ingenii dotes ad ſtudia miſſus, ac ſupremos in ea Academia gradus adeptus, domî paulò poſt Presbyter ordinatus, & Abbatis munus ſuſcipere coactus eſt: à quo ipſo tamen onere abſolvi fusîs lacrimîs inſtantiſſimè petiit, ac demùm poſt trimeſtre etiam impetravit. Aſt DEus clariſſimum lumen ſub modio latere non voluit. Hinc Benno, urgente maximè Henrico III. Imperatore, Pontificis auctoritate è Monaſterio extractus Cæſareo Sacerdotum Goslarienſium Collegio Magiſter datus eſt: quod ille munus per multos annos adeò egregiè geſſit, ut ex ejus diſciplina quàm plures Archiepiſcopi & Epiſcopi ad varias Germaniæ Eccleſias fuerint evocati: è quorum numero exiſtimant nonnulli fuiſſe quendam, qui *Canon* dictus fuerit, & Friſingenſi Eccleſiæ datus ſit Epiſcopus. Aſt nos in tot Friſingenſium Epiſcoporum Catalogis & monumentis nullam alicujus Canonis Epiſcopi mentionem reperimus, neque cui ſive tempori ſive anno illigari poſſit, deprehendimus. Cæterùm ipſe Divus Benno demùm Miſnenſibus præfectus Antiſtes, cùm pro DEI Eccleſia Henrici IV. ſcandalis inter pauculos alios Præſules ſeſe omnium fortiſſimè oppoſuiſſet, ac pro ſua Eccleſia exilium, aliáque gravisſima incommoda perpeſſus eſſet, demùm ſanctam animam annô ſupra notatô, nonagenariô major, efflavit, vivus ac mortuus maximîs prodigiis clarus. Hæc obiter ex vita ejus ſancti, Monachii anno 1697. tertium edita, & ab Electoralis Inſignis Collegiatæ Eccleſiæ B. M. V. Reverendisſimo Canonicorum Collegio Sereniſſimo Principi Electori Maximiliano Emmanueli inſcripta, uti etiam ex Raderi Bavaria ſancta depromſimus. De hoc S. Bennone fortaſſis ſuò locô plura.

Vitæ illius compendium.

In Catalogis Friſingenſium Epiſcoporum nullus reperitur, qui Canon dictus fuerit.

Eo ipſo anno XI. Kal. Nov. Paſchalis II. Pontifex Maximus celebravit Concilium Guaſtallæ ad Padum fluvium in Langobardia, in quo ſalubriter conſtitutum fuit, ut etiam illi Præſules, ac Minoris Ordinis Clerici, qui à Schismaticis vel Simoniacis ordinati eſſent, in ſuis Eccleſiis poſſent perſiſtere, dummodò non Simoniæ ſcelere, aut vi honorem occupâſſent. Interim inter alios Bertholdus, qui Salisburgenſem Sedem aliquot ab hinc annis vi invadere tentaverat, rejectus: contrà verò B. Conradus, Henrici V. Cancellarius, vir genere Abenſpergenſium ſive Comitum ſive Baronum, ac virtute illuſtrisſimus, a Paſchale, Benedictino Pontifice ordinatus, ac Palliô Sacrô donatus fuit, de Eccleſia DEI, ac ſua Salisburgenſi, nec non Ordine Canonicorum Regularium, ſub Regula S. Auguſtini vota ſua religioſa DEO nuncupantium, plurimùm meriturus. Porrò Paſchalis Pontifex, qui in Germaniam proficiſci ſtatuerat, cùm intelligeret, Henricum à remittendis, ut ſperabat, Eccleſiarum inveſtituris, Patris exemplô, abhorre-

Concilium Guaſtallæ.

Conradus I. Archiep. Salisburgenſis.

Digitized by Google

horrore, mutatô conſiliô in Galliam deflexit, ubi Concilium Trecenſe erat celebraturus: de quo paulò inferiùs.

§. III.

Res Eccleſiaſticæ & civiles: item Monaſteriorum Madronenſis, Tegernſeenſis, & Weihenſtephanenſis usque ad annum 1115.

POſtquam Paſchalis Pontifex in Galliam delatus, Natale Domini Cluniaci celebraverat, anno ſtatim inſecuto, Chriſti 1107. ad varia Regni illius loca profectus, cùm Catalaunum deveniſſet, obvios habuit novi Imperatoris Legatos, qui cauſam illius de *Inveſtituris* expoſuere. Horum poſtulata cum Pontifex rejeciſſet, illi vix non ad convicia & injurias prolapſi tumultuari cœperunt, teſtati Pontifici, cauſam illam non in Gallia, ſed Romæ gladiis eſſe dirimendam. Legatis digreſsis Pontifex Trecas perrexit, ubi in frequenti Concilio circa Feſtum Dominicæ Aſcenſionis iterum contra conjugia Clericorum, contra Simoniacos, & ſæculares dignitatum atque beneficiorum Eccleſiaſticorum collatores actum fuit, Cæſareanis jus Principis ſui violatum quiritantibus. Secutum eſt annô proximô Beneventanum Concilium, præſente Pontifice celebratum contra Laicos collatores beneficiorum Eccleſiaſticorum, ibique Pontifex excommunicationem utrique parti, danti nimirùm atque accipienti, interminatus eſt. Interea Henricus V. novus Imperator cum Flandris, Hungaris, Polonis atque Bohemis varia negotia habebat, quibus utcunque confectis anno Chriſti 1109. in Ratisbonenſibus Comitiis Romana profectio decreta, atque anno proximo etiam inita fuit. Inter eos, qui Henricum ingenti numero comitabantur, Germaniæ Proceres, Welfo Dux fuit: item Theobaldus Vohburgius, Engelbertus Craiburgius, Otto Comes Palatinus, & Sigebotho Falkenſteinius. Romam antequam veniret Imperator, promiſit Pontifici, ſe uſurpato hactenùs ab Imperatoribus *Inveſtiturarum* juri renunciaturum: aſt paulò poſt parentis exemplum egregiè ſcilicet ſecutus, non ſolùm promiſſionem tam ſolemnem turpiſſimè convulſit, ſed, cùm Romam deveniſſet, Paſchalem Pontificem ſacris ad Divi Petri aram peractis extra templi atrium captivum duci juſſit. Capta quoque fuit Clericorum ac Laicorum ingens multitudo, quibus veſtes detractæ, multæ verò inflictæ fuère injuriæ, uno id improbante ex Germaniæ Epiſcopis Conrado Archiepiſcopo Salisburgenſi, qui Henrico cuidam militi cognomento dicto *Caput*, nempe *Kopf*, à quo, ut nonnemo judicat, caſtrum Kopfſpurg nomen traxit, ſtrictô gladiô necem minitanti, ultro jugulum obtulit, ac moriturum ſe potiùs, quam atrox illud facinus probaturum aſſeruit: quod factum ſanè illuſtre ingentes illi deinceps adverſitates conſcivit. Interea Pontifex apud caſtrum Trebecum in Sabinis, Cardinales verò apud Crocodiſium in cuſtodiam dati fuère. Captivis ſuis poſtea Henricus affirmavit, ſe, niſi Pontifex ſibi morem gereret, omnes, quos in cuſtodia teneret, aut interfecturum, aut certè membris mutilaturum. Cùm verò minæ nihil proficerent apud Pontificem, ac inſuper Germaniæ Epiſcopi precibus eum flectere non poſſent, vehementiùs excandeſcens Imperator omnes in Pontificis conſpectum produci juſſit extemplo necandos. Verùm nihil his motus Pontifex ſe ipſum obtruncandum obtulit, ac ut cæteri quoque cauſam DEI mortem ſubeundo agerent, graviter admonuit. Aſt cùm illi ad Pontificis pedes provoluti, ut ſui miſereretur, etiam atque etiam obteſtarentur, tandem, humani quid paſſus, conſenſit, ut Imperator Epiſcopos atque Abbates absque Simonia ac liberè electos, annulô ac baculô *inveſtiret*, ſicq; *inveſtiti* conſecrari poſſent. Eo facto Henricus exhilaratus Pontifici ſpopondit, ſe ei fidem ſervaturum, atque erepta

Novæ diſcordiæ inter Pontificem, ac novum Imperatorem.

Digitized by Google

Romanæ Eccleſiæ patrimonia reſtituturum. Secuta eſt paulò poſt coronatio Henrici, qui deinceps in Germaniam rediit. Pontificis interea factum Cardinales illi, qui in captivitatem cum eo rapti non fuerant, vehementer improbabant, illúdque reſcindere non dubitabant. Inde novæ eæq; graviſſimæ inter ipſos Pontificios turbæ enatæ ſunt, donec tandem Pontifex libertati pleniùs reſtitutus convocato Concilio poteſtatem dedit reprobandi atque damnandi totum illud, quod ipſum inter & Henricum actum fuerat: qua facultate uſi Patres & factum damnârunt, & Henricum diris devoverunt. De Henrico Epiſcopo noſtro in his turbis nulla occurrit mentio. Welſo Bojariæ Dux facti Cæſarei iniquitatem eidem audacter explicuiſſe dicitur: Conradus verò Salisburgenſis Archiepiſcopus ob invictam pro Sede Apoſtolica Conſtantiam pluribus annis exilium tolerare compulſus eſt.

Monaſterium Madronenſe.

In hac Friſingenſi Diœceſi anno Chriſti 1112. *prorsùs interiiſſe* Monaſterium Divi Petri honori in vertice Madronæ montis poſitum, atque ab Andecenſibus, iiſdémque Dieſſenſibus Toparchis olim excitatum, Brunnerus ſcribit, neſcio an, & quo veteri teſtimonio nixus. De illius Monaſterii primordiis cùm nihil mihi ſive in editis, ſive ineditis occurreret, tandem vir clar. admodùm R. P. Benedictus Friepeis Prior Andecenſis certiorem me fecit, aſſervari in Eccleſiaſtico theſauro Andecenſi Liturgiam vetuſtam, quæ olim ad Monaſterium Madronenſe pertinuerit, atque in ea legi hæc ipſa verba: *Noverint Chriſti fideles, quòd ego F. Chunradus, & converſus de Monte S. Petri, qui dicitur Madron, & Ordinis S. Benedicti, & profeſſus ibidem attuli hunc librum ad locum & montem Andeſs Deo & S. Nicolao, quia adavus meus, qui reſidebat in Caſtro Andeſs, fecit & comparavit eum ob remedium animæ ſuæ. Dum intravi Ordinem S. Benedicti & locum S. Petri, portavi hunc librum mecum. Tempore Ruedolfi Ducis Babariæ cœpit litigium inter eum & Comitem de Surberg, & locus S. Petri totus deſtructus & deſolatus, & ibi fratres cum ejulatu expulſi, & res Eccleſiæ devenerunt in manus alienorum, & omnes conſumptæ, & ſpecialiter reliquiæ, quas Magnus Comes de Andeſs dedit S. Petro, quia adavus Comitis de Andeſs fundavit eandem Eccleſiam, & dotavit eam unà cum fratre Mechtino, & eſt primus inceptor fundationis prædictæ, & frater prædictus fuit profeſſus in loco Beſſelprunnenſi, quas reliquias ego frater Chunradus & librum recepi mecum, & donavi eas ad montem Andeſs & locum S. Nicolai. Frater Mechtinus & duo fratres cum eo dederunt fugam à loco Beſſelprunn tempore Arnolphi impii, dum locus* (Beſſelprunn) *deſtructus & deſolatus fuit.* Hæc ibi: quæ ſi vera ſunt (certiora autem hactenùs nondum experiri licuit) prima Monaſterii Madronenſis fundatio jam pertinet ad tempora Arnulphi Mali, id eſt ad initium decimi ſæculi. Secundò: rectè adſcribitur Comitibus Andecenſibus. Tertiò: colligitur, Ordinem Sancti Benedicti illuc fuiſſe introductum à Monachis antiquiſſimi Monaſterii Weſſofontani.

Cæterùm ea, quam Chunradus (ex Comitibus, ut alicubi legimus, Hornſtainiis Monachus Madronenſis) deſcribit, ejuſdem Cœnobii devaſtatio non pertinet ad annum Chriſti 1112. ſed ad tempora Rudolphi Bojariæ Ducis, & quidem, uti Adelzreitterus notat, ad annum Chriſti 1296. quo tempore vixiſſe *Megingozum de Surberch* diſcimus ex coævo Inſtrumento, quod reperimus in Codice Traditionum Monaſterii S. Petri Salisburgi, ubi *Megingoz de Surberch* inter teſtes recenſetur. Quodſi etiam aliam devaſtationem Madronenſis Monaſterii anno Chriſti 1112. contigiſſe dicere placeat, teſtibûs indigemus, quales tamen apud Brunnerum non invenimus. Monaſterium Madronenſe anno 1112. non *prorsùs periiſſe* ex eo demonſtratum manet, quòd adhuc propè finem ſæculi decimi tertii Monachi locum incoluerint, uti ex Chunradi ſupra laudati luculento, imò oculato teſtimonio diſcimus; & ſæculô duodecimô anno Chriſti 1163. ſub Alberto Epiſcopo eidem Monaſterio factam fuiſſe inſignem donationem, ſuô locô demonſtrabimus.

Num. M.CCCXXV.

Ari-

Digitized by Google

Aribo Tegernſeenſis Abbas ſæpe dicto anno Chriſti 1112. privilegium ſuper decimis novalium in Eccleſiis ſuis percipiendis ab Henrico Epiſcopo Friſingenſi obtinuit, uti tum apud Hundium *in Metropoli*, tum in monumentis Tegernſeenſibus apud P. Bernardum Pezium Lector inveniet. Tom. III pag 392. Anecdot. Tom. III. col. 518.

Hoc eodem anno deſinit Chronicon Sigeberti Gemblacenſis, Ordinis noſtri Monachi, qui meritò præcipuis, ac de republica literaria optimè meritis Germaniæ noſtræ ſcriptoribus accenſetur, eo ſolo nomine culpandus, quòd alicubi lapſus, Imperatoribus ſui ævi contra Pontifices patrocinatus fuerit.

Proximo anno, Chriſti 1113. S. Bernardus, Mellifluus Doctor, Ordinem Divi Benedicti, ac Ciſtercienſe Monaſterium ingreſſus eſt, futurus ipſe novæ ac ampliſſimæ Congregationis ſub eadem Divi Benedicti Regula Fundator ſanctiſſimus. Quo eodem anno Henricus Imperator Saxonibus, patris exemplô, bellum intulit: anno verò ſubſecutô Mathildem Anglam Conjugem duxit. S. Bernardus.

De vicino inclyto Monaſterio Weihenſtephanenſi ad annum Chriſti 1114. in pervetuſto illo loci Kalendario, toties hactenùs allegato, uti etiam in loci Chronico ſequentia referuntur. Verba Chronici hæc ſunt. *Clericus quidam nomine Marquardus apud Domum B. Mariæ Virginis in Chorte* (id eſt, ut alibi legimus, curia ſeu palatio) *Epiſcopali* (Friſingenſi) *ad auſtralem plagam diluculô, orto jam ſole deambulans, vidit circa Weihenſtephanenſe cœnobium, versùs occidentem, nubes condenſari, è quibus grandis ſtella paulatim procedens usque ad turrim templi S. Stephani perrexit; ubi aliquamdiu ſubſtitit, & mox relicta turri ſuper clauſtrum verſus orientem proceſſit: unde progreſſa ad aquilonem reverſa eſt: atque rurſus ſuper turrim rediit. Hinc ſexies ad orientem, & inde ſexies ad Aquilonem in modum crucis diſcurrit. Tandem ab occidente ad orientem proceſſit, donec ad magnum aggerem pomœrii perveniret, & ſuper turrim verſus orientem reverteretur, nubémque, unde primò egreſſa fuerat, rursùs ingrederetur, nec ampliùs appareret, ſole per magnum cœli ſpatium progreſſo. Per id ſanè prodigium plerique putârunt, Sanctum Michaelem Archangelum ſe manifeſtâſſe. Quare etiam ab Epiſcopo Friſingenſi* (utique Henrico) *cœnobio in Patronum eſt deputatus, cùm ante id tempus ſolus Sanctus Stephanus illius cœnobii Patronus eſſet.* Hæc ibi. Atque hinc eſt, cur in eodem inclyto ac Religioſiſſimo Aſceterio non ſolùm *Dedicatio S. Michaelis Archangeli* (ut vocant) verùm etiam *Feſtum Apparitionis* ejusdem S. Archangeli ſolenniſſimo ritu celebretur. Eventus mirus in Monaſterio Weihenſtephanenſi.

§. IV.

Turbæ Eccleſiaſticæ continuatæ: & tertia migratio noſtrorum ex Eiſenhoven Schyram.

CUm Henricus Imperator anno Chriſti 1115. grandi cum exercitu Saxoniam populabundus pererraret, ingenti à Saxonibus clade affectus, & conſiliis amicorum, Principúmque querelis compulſus, conventum generalem Moguntiam circa initium menſis Novembris indixit. Verùm cùm nonniſi pauci admodùm Proceres comparerent, Moguntini cives, quorum Archiepiſcopum Imperator jam tertio anno captivum tenuerat, occaſione utendum rati, palatium Cæſaris armati cinxerunt, ultima quæque eidem minitati, niſi Adelbertum Archiepiſcopum quantocyùs libertati ac dignitati ſuæ reſtitueret. Et ſanè obtemperare debuit Henricus, dum provivere voluit. Itaque Archiepiſcopum liberum dimiſit. Periculum Henrici Imp.

Digitized by Google

Concilium Lateranenſe.

Sequenti anno, Chriſti 1116. Romæ pridie Nonas Martii celebratum fuit generale Concilium Lateranenſe, in quo Paſchalis II. retulit, ſe privilegium *Inveſtiturarum* Henrico Imperatori partim ob vim illatam, partim ideò conceſſiſſe, ut graviſſima mala ab Eccleſiaſticis ac Laicis averteret. Addidit, ſe privilegium illud condemnare ſub perpetuo anathemate, & rogare omnes, ut idem faciant. Sanè quotquot aderant Patres, Pontifici cum plauſu conſensêre. In eodem Concilio excommunicatio Henrici Imperatoris publicè confirmata fuit, ut Baronius ſcribit.

Injuria facta Cathedrali Collegio Friſingenſi detegitur.

Scriptores plures memorant, emanâſſe eo tempore Bullam non ſolùm excommunicationis, verùm etiam depoſitionis contra Henricum Epiſcopum noſtrum: & Conradum Archiepiſcopum veniſſe Friſingam, ut eam populo promulgaret: aſt Archipræſulem ab Eccleſiæ Cathedralis Canonicis, qui tum doctiſſimi omnium Sacerdotum Germaniæ cenſebantur, fuiſſe urbe exactum. Ita illi quidem. Verùm de ea tum excommunicationis, tum Depoſitionis ſententia nihil reperimus in actis Concilii ſupra laudati: & de Friſingenſibus Canonicis longè aliud docemur ex quadam eorundem Canonicorum ad Conradum Archiepiſcopum poſt ſublatum Schiſma data epiſtola, ubi teſtantur, *ſe præceptum Conradi cum multa ſemper humilitate ſuſcepiſſe, & ſuſceptum nullo retractos periculo reverenter adimplere ſtuduiſſe.* Epiſtolam illam ſuô locô ac tempore infrà recenſebimus. Sanè quodnam fuerit præceptum illud, diſcimus ex ſequenti Conradi Archiepiſcopi Salisburgenſis ad eoſdem Canonicos, atque univerſos Friſingenſes Diœceſanos epiſtola, ex qua etiam edocemur miſerum Friſingenſis Eccleſiæ eo tempore ſtatum, Henrici Epiſcopi regimen deplorandum, & Conradi Archipræſulis ferventiſſimum zelum. Epiſtola è Codice Tegernſeenſi alibi jam laudato extracta ſic habet.

CONradus DEI gratiâ Salzburgenſis Epiſcopus, omnibus Friſingenſis Eccleſiæ filiis ad zelum domûs DEI Spiritûs vehementis accendi. Si decorem domûs DEI diligitis, ſi filios Eccleſiæ vos eſſe recognoſcitis, non immeritò miſerabilem Matris veſtræ miſeriam ac patriæ deſolationem inauditam deflere poteſtis. Mater enim veſtra vobis præſentibus & tacentibus, ornamentîs omnibûs innumerîs usquequaque deſpoliata, peſſimîs moribûs & exemplîs ad animam usque vulnerata, & membris etiam quàm plurimis ad infernum præmiſſîs crudeliter eſt truncata. Vineam veſtram aper de ſylva omnimoda deſolatione vaſtavit, & ſingularis verè ferus, in flagitiis nulli comparabilis, non paſcendo contrivit. Qui tot millia hobarum ventris barathro, tot millia animarum tartaro tradidit. Si vobis præſentibus lupus irruens unam de gregibus oviculam raperet, & traheret, quis à minimo usque ad maximum ad raptorem perſequendum, ad raptum eripiendum pedem à curſu, manum à fuſte vel lapide, linguam à clamore contineret? Ecce lupus, non per oſtium, qui Chriſtus eſt, ſed aliunde, ut mactet & perdat, in ovile, ſicut omnibus patet, ingreſſus, innumeras in vobis animas æternæ morti tradidit, cùm nec unam verbô vel exemplô vivificaverit. Et tamen quidam favendo, omnes autem ſilentiô præbendo conſenſum cum perdente ſimul & perdito perire non formidatis? Alii deprehenſum in aliquo Simoniæ vel fornicationis flagitio paſtorem etiam Catholicum, ne contra Deum toleretur, judiciô tollunt & ejiciunt. Vos per omnia inutilem, hæreticum, Eccleſiaſticarum rerum diſtractorem tolerando fovetis, & fovendo toleratis. Capite ergò nobis vulpem, ſi noluiſtis parvulam, ſaltem decrepitam, quæ demolita eſt vineam. Nam vinea veſtra tandem aliquando, Domino aſpirante refloruit, cum pro ejusdem liberatione S. Spiritus gratia plurimorum animos vehementer accenderit. Rogamus itaque vos, dilecti, & obſecramus in Domino, quatenùs vel nunc, licèt ſerò, Matris veſtræ dolor vos & labor afficiat, & ad liberationem ejus ſpiritus conſilii & forti-

Digitized by Google

fortitudinis linguas veſtras & animos ardentes efficiat. Ad redimendas ergo veſtras veſtrorùmque animas in proxima Palmarum Dominica Romæ, quò & ipſum vocavimus, quicunque Domini eſt, nobis jungatur, ut præſtante Domino, Apoſtolicæ Sedis judiciò Eccleſia veſtra liberetur. Hæc Conradus ad Friſingenſes.

Sanè quo anno hanc epiſtolam Conradus ſcripſerit, definire difficillimum eſt. Illud verò ex Salisburgenſis Hiſtoria conſtat, quod, cùm Conrado Archiepiſcopo exautorationem Henrici Epiſcopi molienti, Henricus ipſe circa annum Chriſti 1116. reſiſteret, contra eum Welſo Dux arma moverit, atque Friſingam vaſtaverit: eámqùe ob cauſam ira Henrici Imperatoris graviùs in Conradum Archiepiſcopum debacchari cœperit, eùmque in exilium ejecerit.

His malis anno Chriſti 1117. ſucceſsêre alia quoque communia mala. *Terra motus ingens.* Die enim 3. Januarii terribiliſſimo, poſt omnem retrò memoriam (ut Adelzreitterus meminit) motu terra concuſſa, urbium mœnia, ſacræ ædes, turres cum immani hominum ſtrage everſæ fuêre: domus paſſim in ſuos habitatores procubuêre: villæ, caſtella ſubito hiatu abſorpta: arbores innumeræ ſtirpitùs evulſæ: montes abrupti, dehiſcentibus alveis flumina areſacta: quæ & alia hîs etiam longè graviora laudatus ſcriptor, aliíque diffusè proſequuntur. Ejus terræ motûs meminit Kalendarium Weihenſtephanenſe coæva manu hîs verbîs: *Hoc anno* (MCXVII.) *contigit terræ motus in III. Non. Jan. in nocte ante diem. & in die ſecundò contigit ante veſperam fer. IIII.* Verùm his immorari nobis non licèt: minùs vacat reliquas Germaniæ turbas ſanè inſolentiſſimas ſtilo proſequi. Audi, bone Lector, Trithemii noſtri ad illud tempus verba. „ O tempora, inquit, o mores hominum! quantìs malîs, quantìsque perturbationibûs plena videbantur omnia! vaſtatìs undique agrîs, villîs depopulatîs, oppidîs & regionibûs nonnullîs in ſolitudinem penè redactîs, deficiente quotidiana Clericis per Eccleſias præbenda, ceſſabant in multis locis divina obſequia: Monaſteria Ordinis noſtri multa hîs calamitatibûs afflicta in ultimam paupertatem devenerunt: inter quæ famoſiſſimum illud Fuldenſe Cœnobium, quod eatenùs inter omnia Germaniæ Monaſteria tam divitiîs quàm honoribûs pollens obtinuit principatum, usque ad extremam rerum inopiam redactum fuit in tantum, ut Monachi nec victui neceſſaria haberent. „ *Chronic. Hirsaug. T. I. p. 364.* Hæc Trithemius. Baronius ſcribit, anno Chriſti 1117. Henricum Imperatorem, cùm Romam perveniſſet, perterritum prodigiîs & portentîs, multîsque irati Numinis ſignis, de impetranda abſolutione fuiſſe perquàm ſolicitum. Subjungit, ea territamenta fuiſſe quædam prodigia, quæ magnus ille ſanctùsque Benno Miſnenſis Epiſcopus, qui ante 10. annos ex hac vita migrârat, adhuc poſt mortem contra hæreſin Henrici, & Eccleſiæ perſecutores magnô numerò edebat, quæ Catholicis ſolatio ingenti, Schiſmaticis maximo terrori fuerint. *S. Benno Epiſcopus etiam poſt mortem certat contra Schiſmaticos.* Addit ex Urſpergenſi, Henricum Imperatorem, his prodigiîs ſauciatum pluribûs legationibûs apud Pontificem, Roma abſentem, egiſſe, atque abſolutionem petiîſſe: aſt Pontificem abſolutionem ad Synodum propediem convocandam diſtuliſſe.

Gelaſius II. PP.

Proximo anno, Chriſti 1118. 15. Kal. Februarii Paſchalis Pontifex ad ſuperos migravit: cui ſucceſſit Gelaſius II. Joannes antea dictus, Monachus Caſinenſis, Diaconus Cardinalis S. Mariæ in Coſmedin, Pontifex conſalutatus 8. Kal. Februarii ejusdem anni. Quanta hic Pontifex ſtatim poſt electionem ſuam fuerit perpeſſus tum à Cincio Henricianæ factionis anteſignano, tum ab ipſo Imperatore Henrico, nobis iterum hiſce inſerere ob brevitatis ſtudium non licet. Id unum paucîs notamus, eum, cùm Romæ nulla eſſet ſecuritas, ſe contuliſſe in Galliam, ubi anathematis fulmen in Cæſa- *Ughell. in Italia Sac. item P. Greg. Kolb. S. 3. Trithem. in Chronic. Hirsaug. ad annum 1118. Staravolſcius in Epitome Conciliorum. pag. 294.*

Cæſaris caput intorſit, Principibus Germaniæ de Henrico exauctorando deliberantibûs.

Caſtrum Schyrenſe mutatur in Monaſterium.

Ea tempeſtate celeberrimam ejus ævi arcem Schyrenſem ab illuſtriſſimis Comitibus atque habitatoribus (quorum ſereniſſima poſteritas hodiéque Bojariæ dominatur) communi conſenſu fuiſſe mutatam in Monaſterium, hodiéque ſub D. Benedicti Regula florentiſſimum, Adelzreitterus poſt alios ſcribit, in quod Monachi, qui hactenùs in Uſenhofen, ſive Eiſenhofen Deo ſervierant, fuêre translati: de qua translatione fuſiùs agit Conradus Schyrenſis in ſuo Chronico: ad quod Lectorem remittimus.

§. V.

Reſtituta Eccleſiæ, etiam Friſingenſis tranquillitas: ubi etiam de erectione inclyti Monaſterii in Beurberg.

Calliſtus II. PP.

Ughell. in Ital. ſacra. P. Kolb. ſ. 3. in Serie Pontif. Roman.

GElaſio II. Pontifice poſt unicum Pontificatus annum Cluniaci in Gallia ad ſuperos translato Patrum ſuffragiis in ejus locum electus eſt Vido ſeu Guido, quem alii Burgundicum, alii Gallum appellant, Henrico V. Imperatori, Adelheidæ Galliæ Reginæ, nec non Angliæ Regibus propinquitate junctus, ex Monacho Benedictino Cluniacenſi Viennenſis in Gallia Archiepiſcopus, ac demùm Summus Pontifex Calliſtus II. nuncupatus. Is paulò poſt Conciliô Remîs coacto, cum Cæſar Eccleſiarum *inveſtituris* etiamnum renunciare nollet, nulla habita ſanguinis ratione novo illum anathemate perculit. Contra verò novum ſub Divi Auguſtini Regula Inſtitutum Præmonſtratenſe probavit ac confirmavit. Is cum Romam delatus ibíque honorificè exceptus fuiſſet, Burdinus, ab Henrico Imperatore intruſus Pſeudo-Pontifex fugâ elapſus: aſt ſequenti anno captus in carcere mortuus.

Henricus V. incipit reſipiſcere.

Calamitatibus interea in Germania etiamnum ſævientibus Welfo II. Dux Bojariæ diem obiît, fratre Henrico IX. ſucceſſore relicto. Is novæ contra Cæſarem factioni unà cum Boijs ſuis anno ſtatim ſequenti, Chriſti 1121. acceſſit. Territus itaque Cæſar tum felicibus Calliſti II. Pontificis ſucceſſibus, tum etiam Principum, ob inflictum anathema ſibi æquè, ac olim Parenti, obnitentium potentiâ, demùm ſeria de pace conſtituenda conſilia admiſit, atque Conventum Herbipolim indixit, ubi etiam vera Pacis Regnum inter & Sacerdotium fundamenta jacta fuêre, cum Regalia Regno, ſpiritualia verò Eccleſiæ fuêre adjudicata. Porrò de excommunicatione Henrici Imperatoris, ex qua tot eousque ſcandala ortum traxerant, nihil in ampliſſimo illo Conventu fuit conſtitutum, ſed negotium illud ad Calliſtum Pontificem fuit remiſſum, legatîs quibuſdam electîs, qui hæc omnia Calliſto nunciarent, ac abſolutionem Imperatoris totius Imperii nomine flagitarent.

Canonici Salisburgenſes Divi Auguſtini Regulæ ſe mancipant.

Interea Conradus Archiepiſcopus Salisburgenſis, cùm Sereniora jamjam tempora imminerent, ab exilio ſuo redux, effecit, ut Metropolitanæ Eccleſiæ ſuæ Canonici communem ſub Divi Auguſtini Regula vitam inſtituerent. His Præpoſitum dedit Hermannum: Decanum verò Hartmannum, è cœnobio Divi Nicolai prope Patavium accitum, virum ſanctimoniâ clarum, ac majoribus etiam dignitatibus deinceps augendum. Eo tamen tempore Petrenſibus Abbati & Monachis nihil adhuc de ſuis antiquis juribus ac prærogativis deceſſit, ut ſuo loco monebimus. Admontenſibus noſtris idem Conradus Archiepiſcopus circa ea tempora Abbatem dedit Wolvoldum, ex Canonico Cathedralis Eccleſiæ Friſingenſis olim Monachum & Abbatem in Eiſenhoven, poſtea rurſùs Monachum S. Georgii in Sylva Hercynia, ac demùm iterum Abbatem, nempe Admontenſem, de quo jamjam in ſuperioribus in vita Meginwardi Epiſcopi agere cœpimus. Hunc cùm Legatus Conradi Archie-

Wolvoldus, olim Friſingenſis Canonicus fit Abbas Admontenſis.

Digitized by Google

piſcopi à S. Theogero, ejus Monaſterii Abbate Spiritu DEI pleno petiiſſet, reſpondit religioſiſſimus Cœnobiarcha: *Ducite eum in gaudio, & ſcitote pro certo, quia per eum in Divino Officio tota veſtra proficiet regio.* Hæc legimus in vita S. Gebehardi Salisburgenſis Archiepiſcopi apud Henricum Caniſium, ubi additur, eum admirabili dexteritate Monaſterium Admontenſe, Schismatis tempore plurima perpeſſum, reſtauráſſe, ejus fortunas multipli-cáſſe, religioſorum virorum numerum auxiſſe, ac inſuper novum Monialium contubernium adjunxiſſe: ſub ejus ſacro regimine adeò viguiſſe Regularem obſervantiam, ut plures ex ejus diſcipulis ad mytras fuerint evocati: quos inter primô locò Reinbertus Prior, poſtea Monaſterii S. Petri Salisburgi Abbas, ac demùm Epiſcopus Brixinenſis memoratur, Ipſe denique Wolvoldus totiùs Styriæ factus Archidiaconus cultum Divinum longè latéque ſanctiſſimè propagavit, ac omnia Archidiœceſis Salisburgenſis Monaſteria luſtravit atque reformavit. Aliquando tamen turpiſsimè diffamatus, ferrum candens ex ſuccenſo clibano ſpectantibus fratribus aliiſque raptum illæſus tractavit, ſéque eo pacto innocentem probavit: ac demùm in opinione ſanctitatis terris valedixit. Hæc tantò proniùs narramus, quantò rarior laudis materia in Germania noſtra ad illa tempora occurrit. De Wolvoldo pleniùs agitur tum in laudata S. Gebehardi vita, tum in Hiſtoria Salisburgenſi Mezgeri, ac ſingulariter in Catalogo Admontenſium Abbatum in eadem Hiſtoria exhibito.

Antiq. Lect. T. 6 pag. 1242. 1243. ejus laudes.

Anno Chriſtianæ ſalutis 1121. Otto Iringenſis Caſtri * Dominus, Calliſto Pontifici prædium ſuum Buribergenſe * obtulit, ubi Principibus Apoſtolorum Eccleſia conſtrueretur, in qua Regulares Divi Auguſtini Canonici Divina Officia perpetuìs temporibùs peragerent. Acceptavit gratanter Pontifex oblatum munus, eidémque Eccleſiæ Apoſtolicam protectionem adpromiſit. Literas Pontificis Hundius in Metropoli, & Harduinus in Actis Conciliorum refert. Brunnerus atque Adelzreitterus ex Paulo Bernriedenſi Synchrono ſcribunt, Conradum quemdam Anachoretam Ottoni ſancti illius conſilii auctorem fuiſſe, & B. Herlucam, quæ Eptatico * ejecta, apud Bernriedenſes cellulam ſibi ſtruxerat, fauſta auſpicia, lætóſque ſucceſſus præſagiíſſe. Beurbergenſes interim Codices Ottoni fundatori ſuo meritò adjungunt duos fratres Conradum & Eberhardum, quippe qui & ipſi prædia quædam ſua ad fundandam, dotandámque ſacram illam familiam contulêre. Hinc illud Beurbergæ diſtichon legimus ſupra januam, qua ad *Capitulum* itur, ſcriptum, quod nomina Fundatorum, & unà literis numeralibus annum factæ fundationis exhibet hunc in modum:

* Euraſpurg.
* Beurberg.
Initia Monaſterii in Beurberg.
* *Epachium* vel *Hepachium* interpretatur Raderus. fortè *Epfach*, ad Lycum fluvium intra Landſpergam & Schongaviam.

AVthor eras Otto, ConraDe, EberharDe beate
BeVrbergæ fratres Vos tenet Vrna pIos.

Sanè Otto non tantùm prædia & profanas opes erectæ à ſe Eccleſiæ obtulit, verùm etiam eandem pretioſis Divorum lipſanis mirè exornavit. Eum theſaurum ipſe ab Adalberto parente ſuo acceperat, qui cùm Henrici IV. Imperatoris cor in manibus haberet, multiſque etiam Principibus viris viam ad Cæſaris gratiam ſtraviſſet, ejuſcemodi ſacris donariis à variis Epiſcopis certatim cumulatus fuerat. Recens erecto Collegio Otto primùm Præpoſitum Henricum dedit. Accidit haud multò poſt, ut Eppa, laudati Anachoretæ Cònradi neptis, terris valefaceret. Ea cùm in Beurbergenſi Baſilica tumularetur, aderat, præter alios, Paulus Bernriedenſis, Scriptor perquam celebris: item Bertha, Ottonis, Conradi & Eberhardi Mater, & beata etiam Herlucca, quæ dicere audita fuit, integrum cælitum agmen ſacris operanti Sacerdoti adſtitiſſe. Pronum piúmque eſt conjicere, eos

non

Digitized by Google

non fuiſſe alios, quàm quorum ſacras Exuvias Otto in ea Eccleſia condiderat. Bertham, Ottonis, Conradi & Eberhardi Matrem, è numero fundatorum nemo excludet, qui conſideraverit, eam erectioni templi & Monaſterii ſupervixiſſe, ac ſacris ſepulturæ ritibus, cùm Eppa tumulo inferretur, in eadem Eccleſia interfuiſſe.

Erronea quædam opinio ſubmovetur

Scribit Raderus in Bavaria Pia, Beurbergæ in æde Magnæ DEI Matris extare tumulum eminentem, in modum cenotaphiorum Chriſti, quæ ad Paraſceven excitantur, in quo conditus ſit ſolitudinis olim in Boica cultor Heinricus, & addit, per omnes anni partes ab accolis cineres illius religiosè viſi, præſertim tribûs poſt Paſchatis ferias Sabbatîs, ubi quotidianîs miraculîs fulgeat. In ejus rei teſtimonium Raderus literas Beurbergenſes cujusdam Anonymi Præſulis adducit. Verùm pace celeberrimi Scriptoris res longè aliter ſe habere dicenda eſt. Beurbergenſes membranæ potiùs affirmant, in æde B. M. V. Parochiali (nam quæ eſt præcipua Monaſterii Eccleſia, patrociniô Principum Apoſtolorum gaudet) quieſcere equidem Heinricum, aſt non Anachoretam, ſed primum ejus Cœnobii Præpoſitum. Mira quoque, & populorum concurſus à Radero deſcriptus (ut incolæ & accolæ nôrunt) non fieri ſolent Beurbergæ, ſed in Eccleſia quadam ad Lacum Vermium * à Monaſterio ſeſqui horæ ſpatiô diſtante haud procul Seeshauptô; quæ nomen *S. Heinrich* non ab Henrico ſancto Imperatore habet, ſed a beato quodam Henrico Anachoreta, qui ibi ſub elevato tumulo quieſcit, ac mira patrat; qui etiam olim eam Eccleſiam fundâſſe dicitur, Doloroſæ Virgini Matri, filium è cruce depoſitum in ſinu geſtanti ſacram. Id quod Beurbergenſes ex ſincerioribus Inſtrumentis teſtatum nobis fecêre, &, ut iſta ad eximendas erroneas opiniones hîc nota fierent, à nobis facilè impetrârunt. In ea Eccleſia, Uffeldorffenſis Parochialis filia, iidem Beurbergenſes ſacra miniſtrant ex conceſſione Auguſtanorum Pontificum, ad quorum Diœceſin locus pertinet.

* Würmſee.

Pax inter Sacerdotium & Regnum.

Anno Chriſti 1122. poſtquam Legati Imperii, nempe Epiſcopus Spirenſis & Abbas Fuldenſis Romam ad Pontificem venerant, ac Legationis ſuæ cauſas expoſuerant, Calliſtus Pontifex unà cum iisdem miſit Oſtienſem Epiſcopum, duóſque è Cardinalibus, uti Urſpergenſis refert; qui ſubdit: *Facto igitur univerſali Conventu apud urbem Vangionum, quæ nunc Wormatia dicitur, ſicut longum, ita & incredibile memoratu eſt, quàm prudenti, quam inſtanti, quámque per omnia ſollicito cunctorum Procerum conſilio, pro pace & concordia per unam, vel ampliùs hebdomadam certatum ſit, donec ipſe, in cujus manu cor Regis eſt, omnem animoſitatem Auguſti ſub Apoſtolicæ Reverentiæ obedientiam causâ Matris Eccleſiæ, etiam ultra ſpem plurimorum inflexit &c.* In eo itaque conventu communibus ſuffragiis hæc fuêre concluſa. Dimiſit Imperator *Inveſtituram* per annulum & baculum, & Eccleſiis omnibus conceſſit liberam electionem, electíque ſive conſecrationem ſive benedictionem. Inſuper Pontifici & Eccleſiis promiſit reſtitutionem eorum omnium, quæ ſchiſmatis tempore iisdem fuerant ablata. Contrà verò Pontifex conceſſit, ut deinceps electiones Epiſcoporum & Abbatum Teutonici Regni in præſentia Imperatoris, absque Simonia tamen, fierent, & ut electus Regalia per ſceptrum ab Imperatore reciperet. Ita tandem concordia Regnum inter & Sacerdotium reſtituta fuit. Secutus eſt paulò poſt alius Conventus Bambergæ, in quo Principes, qui Wormatiæ non comparuerant, in easdem leges pacis jurârunt. Subdit apud Pagium Simeon Dunelmenſis, Ordinis noſtri in Anglia Monachus ad eundem annum Chriſti 1122. *Hac concordia per gentes, & populos ubique divulgata, mittuntur etiam ab Apoſtolico omnibus Archiepiſcopis & Epiſcopis per Regiones & Provincias, ut omni excuſatione poſtpoſita feſtinent occurrere ad Concilium, quod*

Dominus

Digitized by Google

Domnus Apoſtolicus celebraturus erat XV. Kalend. Aprilis, anni ſcilicet ſequentis, Chriſti 1123.

Exiſtimat Adelzreitterus, hoc primùm tempore, quo Henricus cum Pontifice in gratiam verè rediit, Conradum Archiepiſcopum Salisburgenſem ab exilio ſuo ad Eccleſiam ſuam rediiſſe. Id nos controverſum non facimus. Gratulamur tamen nobis, eundem Religioſiſſimum Antiſtitem, cùm à Sede ſua extorris, in locis variis hoſpitium quæreret, etiam illud unà cum Hildipoldo primo Gurcenſium Epiſcopo inveniſſe in Monaſterio noſtro Benedictoburano, quod in iis turbis Summo Pontifici arctiſſimè adhæſit, licèt dira quæque ab uno & altero vicino Epiſcopo pateretur. Id tum ex Chronico noſtro, tum etiam ex illæſis literis Pontificiis demonſtrari poteſt.

Anno proximè ſecuto, Chriſti 1123. celebratum fuit Laterani Concilium generale, de quo ſupra præviam mentionem ingeſſimus. In eo conditiones pacis Pontificem inter, & Henricum confirmatæ: Imperator ejusque aſſeclæ ab Eccleſiæ cenſuris abſoluti, & ad meliorem Eccleſiæ diſciplinam Canones conditi fuère: circa quod ipſum tempus Calliſtus Pontifex, ex Monachis noſtris, ut diximus, aſſumptus, inſtitutionem Canonicorum Regularium ſub Regula S. Auguſtini à Conrado Archiepiſcopo in Eccleſia Salisburgenſi factam, ratam habuit, uti Adelzreitterus ſcribit: qui idem Pontifex anno Chriſti 1112. Canonicorum Berchtoldtsgadenſium atque Bernriedenſium inſtitutionem approbavit, ut Hundius & ex eo Harduinus in *Actis Conciliorum* referunt. *Concilium Generale Lateranenſe.*

Demùm anno Chriſti 1124. idem laudatiſſimus Pontifex Calliſtus, rectè à Pandulpho *Pacis Pater* dictus, non ſine maximo omnium luctu ad cœlos magnam animam transmiſit, rebûs maximîs quinquenniô ſui regiminis perfunctus: cum quo ſæculum noſtrum Friſingenſe quartum in pace abſolvimus, & redditam Friſingenſi quoque Eccleſiæ cum Romana concordiam gratulamur, cætera Henrici Epiſcopi acta in librum ſequentem differentes. *Calliſti II. Obitus.*

HISTORIÆ FRISINGENSIS

SÆCULUM V.

Ab anno Chriſti 1124. usque ad annum 1224. Sive

LIBER QUINTUS

De EPISCOPIS ac REBUS FRISINGENSIBUS Quinti Sæculi.

CAPUT I.

Reſidua Acta Henrici I. Epiſcopi.

§. I.

Eccleſiaſtica, Civilia, ac Friſingenſia Acta usque ad annum Chriſti 1130.

Ubi de primordio inclyti Monaſterii Undenſtorfenſis.

Cùm

Digitized by Google

CUm anno Chriſti 1124. Menſe Decembri fatis conceſſiſſet Calliſtus II. Pontifex Maximus, eodem adhuc Menſe 13. Kal. Jan. poſt quasdam difficultates ſuperatas electus eſt Cardinalis Lambertus de Jagnano, patriâ Bononienſis, Honorius II. deinceps nuncupatus: qui, ùt notat Anonymus Zwetlenſis in Hiſtoria Romanorum Pontificum *priùs fuerat Mediator & Legatus inter Kalixtum Papam & Imperatorem Heinricum, per quem etiam inveſtituras reſignavit.* Sequenti verò anno Chriſti 1125. viam univerſæ carnis ingreſſus eſt Henricus V. Imperator 10. Kal. Junii, poſtea 10. Kal. Auguſti Spiræ ſepultus, ùt Pagius contendit. Procerum deinde Germaniæ voto unanimi Rex renuntiatus eſt Lotharius natione Saxo, eo nomine dictus ſecundus, quamvis conſtet, eum in Diplomate, Monaſterio Benedictoburano Friſingæ conceſſo, ſe nominâſſe Lotharium III. fortè non ſolùm ad Lotharium Ludovici Pii filium: verùm etiam ad hujus filium Lotharium, Lotharingiæ Regem reſpectu habito. Sanè hic Lotharius coronam nonniſi invitus demùm admiſit, Aquisgrani inunctus. Proximus annus, Chriſti 1126. Hartwico Ratisbonenſium Præſuli ſupremus fuit. Ei ſucceſſit Chuno, antehac Sigebergenſis ſub Regula S. Benedicti Abbas, eo nomine primus. Hic eſt ille Chuno, qui, teſte Radero in Bavaria ſancta, afflatus odoribus virtutum Beati Gerhohi, tum Canonici Regularis in celebri Monaſterio Raittenbuchenſi, eundem ſocium laboris petiit, cujus in Provincia luſtranda & Pontificatu adminiſtrando conſiliis uteretur, quem etiam impetravit, & ſacrîs Sacerdotii honoribûs initiavit. Verùm de Chunone ac Gerhoho plura inferiùs.

Honorius II. PP.

apud P. Bern. Pezium Anecdot. T. I. part. 3. col. 388.

Mors Henrici V. Imp.

Lotharius II. *al.* III. Imp.

Chuno Episc. Ratisbonenſis.

Ad eundem annum Chriſti 1126. Hundius refert primordia inclyti Monaſterii Undenſtorſenſis, quod Divi Auguſtini Regularibus Canonicis Otto Palatinus Comes de Wittlſpach, Pater Ottonis, poſtea Bojariæ Ducis, ad Gelonum fluvium juſſu Calixti II. (qui quidem jam anno Chriſti 1124. obîerat) in hac Diœceſi condidit, quam fundationem poſtea Lotharius Rex ratam habuit, pluréſque Pontifices confirmârunt. Calixti II. literas ad Ottonem ſcriptas Gewoldus fideliter recitat ex autographo, quod ipſi non ſine animi voluptate conſpeximus. Eodem ferè tempore Henricus IX, Bojariæ Dux, teſte Adelzreittero Monaſticam vitam in inclyto noſtro Monaſterio Weingartenſi amplexus, beata morte vitam concluſit, ejúsque filius Henricus X. Principatum adîit, qui Gertrudem Lotharii Regis filiam matrimonio ſibi copulavit.

In addit. Hund. T. 3. pag. 440.

Anno Chriſti 1129. diſceptatum fuit ſuper morte Ellenhardi Friſingenſis Pontificis, dudum, nempe anno Chriſti 1078. humanis rebus erepti, an ſcilicet is ſchiſmati Guiberti (de quo ſupra egimus) adhæſerit, atque ea labe infectus, mortem oppetîerit? Recitat Hundius ea ſuper re Inſtrumentum, ab Andrea Scherer, Collegiatæ Eccleſiæ S. Andreæ Decano ſecum ex antiquo autographo (quod quidem nobis hactenùs videre non licuit) communicatum, quod ſic habet.

Cauſa Ellenhardi Epiſcopi Friſingenſis diſcutitur.

Metrop. T. I. pag. 153.

Anno Dominicæ Incarnationis milleſimo centeſimo vigeſimo nono, primo Kal. Auguſti. Collectis apud Luſen quampluribus Salzburgenſis, Friſingenſis, Ratiſponenſis, Patavienſis, Aiſtitenſis Eccleſiarum Clericis, religioſis & literatis, inſuper Abbatibus & Monachis, & non modico Principum ac populorum Collegio, coram Archiepiſcopo Salzburgenſi Chounrado & Reginberto Brixienſi Epiſcopo, inter cætera, cauſa Ellenhardi Friſingenſis Epiſcopi jam dudum ante annos quinquaginta duos feliciter viam univerſe carnis ingreſſi ventilata eſt. Quia hoc ipſe tempore Gregorii VII. qui & Hiltibrandus, ſub

Digitized by Google

hereſi Wicbertiana quibusdam defunctus eſſe putabatur, à præfato Metropolitane Sedis Archiepiſcopo plus annos quinquaginta duos, quibus ſine reclamatione Canonica tam mortuis quàm vivis verè Catholicus eſt habitus, irrationabiliter eſt impetitus; cùm utique duobus annis priùs ipſe de mundo exceſſerit, quam Wicbertus Hæreſiarcha Romanæ ſedis Cathedram invaſerat. Sed beati viri meritis exigentibus probabili ſeptem probabilium virorum teſtimonio Canonicè excuſatus; immò meritorum prærogativa & miraculorum atteſtatione Venerabilis ſemper inventus, reverentiam, quam apud DEum & homines dudùm vivens emeruit, etiam mortuus Domino propitiante irrefragabiliter obtinuit. Probatum eſt itaque legitimè ac Canonico Rudolfi Abbatis Aiſtitenſis teſtimonio, Dietmari S. Andreæ Decani, Hannonis Presbyteri, Chunonis Parochiani, Rîcheri Presbyteri de Glane, cæterarumque Venerabilium Perſonarum, quòd Venerabilis idem Epiſcopus in gratia Sedis Apoſtolicæ & communione Matris Eccleſiæ indubitanter obièrit. Ne ergo digna tantæ rei memoria ulla poſterorum oblivione deleatur, placuit, ut hujus comprobationis notitia per literarum inditia poſteris noſtris tranſmittatur. Acta ſunt hæc præſentibus ſubſcriptis teſtibus & aliis quàm pluribus. Abbas Salzburgenſis Paldricus, Abbas Scilenſis Guntherus, Præpoſitus Salzburgenſis Hermannus, Præpoſitus Chimſeenſis Hartmannus, Præpoſitus de Perchteres Kademan, Jiberuuinus, Præpoſitus de Garze, Hugo, Præpoſitus de Oue Herilortus, Præpoſitus de Cella Burchardus, Tagibertus Præpoſitus de Werda, Archidiaconus Patavienſis, Rubertus, Præpoſitus Aiſtitenſis Burchardus, Wernherus Canonicus Ratisbonenſis, Friſingenſes Canonici Adalpero Præpoſitus, Adalpertus Decanus, Wichmannus Præpoſitus S. Andreæ, Heinricus Scholaſticus, ac Præpoſitus S. Viti, Herricus Præpoſitus S. Caſtuli, Hoboldus Præpoſitus S. Zenonis, Waltherus Tridentinus Præpoſitus. Ita habet Inſtrumentum à Scherero exſcriptum: quod cum Lectore communicandum videbatur. Nos, qui, ùt diximus, autographum non vidimus, ei teſtimonio nihil addere, nihil demere præſumimus.

Mors Chunonis Epiſcopi Ratisbonenſis.

Proximo anno, Chriſti 1130. ad ſuperos abiit ſuprà laudatus Ratisbonenſis Eccleſiæ Antiſtes, cujus rogatu & juſſu B. Gerhohus conſcripſit præſtantiſſimum illud opus ſuum de *Ædificio DEI*, ſeu de ſtudio & cura diſciplinæ Eccleſiaſticæ, quod, cùm erudito orbi hucusque fuiſſet incognitum, nuper Clariſs. Vir. P. Bernardus Pezius è Bibliotheca noſtra Benedictoburana in lucem protraxit. Sic enim ſcribit Gerohus Zelo Divini honoris plenus: *Rogatu & juſſu tuo, ſanctæ Ratiſponenſis Eccleſiæ Venerande Præſul Chuno, fateor me ad hoc animari, ut, te cogente, opúsque magnum à mea parvitate expoſcente, non dubitem conari, quatenùs ea, quæ requiris, perſolvam, quamvis apud me nihil tale repoſitum ſciam, unde tibi delicatiſſimo Sanctarum Scripturarum ſcrutatori valeam ſatisfacere &c.* optavit poſtea Gerhohus, ut hoc ſuum opus præcipuè commendaretur deſignato Epiſcopo Friſingenſi ac Clero: ſic enim fratrem quemdam alloquitur in primo ſuo Prologo: *ſi quid tibi de aqua hujus putei* (operis nempe ſui) *ſapuerit, propina ſolis dulcibus & mitibus, qualium unus eſſe creditur deſignatus Epiſcopus Friſingenſis.* Ubi absque dubio alium Gerhohus non intelligit niſi Ottonem Henrici ſucceſſorem laudatiſſimum. Hæc de B. Gerhoho, viro in Divinis ſcripturis longè exercitatiſſimo, etiam ideò oportebat ſcribere, quòd is olim, inter alia loca, Friſingæ operam literis dediſſe ſcribatur, factus ingens certè gloria Friſingenſium ſcholarum, ob quas Friſinga *montis docti* nomen eo tempore paſſim promerita eſt.

Rader. in Bavar ſancta volum II. pag. 274

Legimus in monumentis Tegernſeenſibus, Conradum Salzburgenſem Archiepiſcopum plura altaria ab Henrico Friſingenſi Epiſcopo in eo Monaſterio conſecrata, diſſipaſſe. *Inter quæ* (ùt habet loci Hiſtoriographus) *cùm etiam*

P. Bern. Pez. Anecdot. T. 3. p. 3. col. 519.

Digitized by Google

etiam altare ſancti Chryſogoni Martyris retrò altare principale in choro tunc ſituatum aperuiſſet, & oſſa S. Chryſogoni M. in ſcrinio ſagmario, ut translata olim fuerant - - - intuitus fuiſſet, luce quadam ſupercœleſti in faciem reverberatus, quaſi ſolis radium intenderet, ita penitùs inhorruit, ut ſolo in modum crucis proſtratus penè mentis inops notatur, conqueritur ſuſpiriis & gemitibus, quòd locum intraverit, & violentiam fecerit ſanctis. Hæc ibi. Circ. ann. D. 1135.

Extat in antiquo, ac ſuperiùs jam allegato MS. Codice Tegernſeenſi Epiſtola Honorii II. PP. ad Conradum Salisburgenſem Archiepiſcopum, ex qua ulteriùs manifeſtum fit, eidem Archi-Præſuli adhuc tempore hujus Pontificis, & poſt reſtitutam Eccleſiæ tranquillitatem non benè conveniſſe cum Henrico Friſingenſi Epiſcopo. Ea ſic habet.

Henricus Epiſcopus Friſing. nondum cum Archiepiſcopo conciliatus.

Honorius Epiſcopus, Servus Servorum DEI, Venerabili Fratri Ch. Salzburgenſi Archiep. ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem. Friſingenſis Eccleſia, & He. Epiſcopus per litteras & nuntios ſuos in præſentia noſtra adverſum te graviter queſti ſunt, quòd videlicet ordinationes ab eo poſt adeptam gratiam prædeceſſoris noſtri felicis memoriæ papæ C. & Romanæ Eccleſiæ factas, evacuare contendis: altaria etiam, quæ ab ipſo ſunt conſecrata, ſubvertis, & de Parochia ſua non ſicut Metropolitanus, ſed tanquam proprius Epiſcopus judicas & diſponis. Nos autem nec ſua, nec alterius alicujus peccata, ſicut nec debemus, ullatenùs defendere volumus. Verùm ſi Friſingenſem Eccleſiam de prædicta perſona, prout zelo juſtitiæ agere videris, deſideras liberari, rationabile eſt, ut in cauſa iſta Canonicè procedas. Nos enim & eam audire, & præſtante Domino Canonicè diffinire parati ſumus. Interim verò ab omni infeſtatione tam perſonæ quàm Parochiæ ſuæ abſtineas.

Quid ad hæc Pontifici reſponderit Conradus, haud conſtat. Interim in eodem Codice Tegernſeenſi legitur libellus quidam ſupplex, quem pro Henrico Epiſcopo eidem Archiepiſcopo obtulêre Friſingenſes Canonici. Tenor illius eſt, qui ſequitur.

Friſingenſium Canonicorum literæ ad Archiepiſcopum.

C. Digno & incomparabili ſanctæ Salzb. Eccleſiæ Archiepiſcopo devota Friſingenſis Eccleſiæ Congregatio debitam in omnibus ſuæ ſubjectionis & orationis inſtantiam. Quod ceſſantibus hinc inde partium ſchiſmatibus ſancta Mater Eccleſia deſiderata dudùm victoria, pace, & unitate perfruitur, DEO pacis gratias obnixè referimus. & ut noſtræ quoque fluctuationis anxietas Paternitatis tuæ miſerante clementia portum inveniat gratiæ tuæ confidimus, & humiliter expetimus Nunc ergò, Pater piiſſime, gratiam nobis in oculis tuæ Majeſtatis inveniat, quia præceptum dignationis tuæ, licèt grave quondam & aſperum, cum multa ſemper humilitate ſuſcepimus, ſuſceptum nullo retracti periculo reverenter adimplere ſtuduimus. Ecce Patrem noſtrum & Dominum, longo languore defeſſum ad Te verum Ægypti diſpenſatorem & Dominum de terra famis afferimus, ut te viſo, recognito, ſimul & conſulto gratiæ tuæ præſentiam, quam dudùm ardenter exoptat, acquirat, & alimenta vitæ, quæ dudum abſenti miſeras, nobiſcum præſens à te largiùs accipiat. Tu ergò Dominicæ compaſſionis, Præſul amande, non immemor, flentibus Eccleſiæ ſororibus paternæ miſerationis affectu digneris occurrere, & infirmum noſtrum in Bethania, in domo obedientiæ verè jam poſitum nobis congemendo, condolendo, & lacrimando reviſe. Si delatoribus diſcordiam inter vos ſeminantibus aliquando concitatus te patrem ſuum & magiſtrum mente alienatus offenderit, juxta illud Evangelicum ex corde remittas, & reverſum tandem filium ſtolâ primâ & annulô pro pœnitentis gratulatione reveſtias. Proinde Principalis tot Principum precatio, tot cognatorum ſuorum, tuorúmque fidelium interceſſio precibus noſtris accedat, ut jam tibi, licèt graviter obfirmato, denegare non liceat, quod tot precatorum humilis importunitas & importuna humilitas efflagitat. Quid multa? Eccleſiæ noſtræque ſaluti proſpiciens,

ſpiciens, Pater & Domine, ſubjectum tuum, quem paterna ſeveritate flagellaveras, materna lenitate convenias, excuſationis ſuæ verba clementer exaudias, ignorantémque, qua poſſis, rationum veritate convincas, convictúmque qua ratione poſſit ſurgere, edoceas. Præterea charitati tuæ omnes in commune conquerimur, qualiter abſolutionis gratiam, munere tuo abſolutè nobis conceſſam, Confrater noſter C. nova ſemper, ùt ſolet, exactione coartat, & vitas ſingulorum plus creditìs uſurpando diſcutiens, alios ab ordinibus, alios ab Eccleſiis abſterrens, omnes autem ad electi ſui electionem usquequaque compellens, non ſolùm diſperſa non colligit, ſed gratia tua donante collecta diſpergit. Cur enim imperitum vulgus tot abjurationum vel exactionum novitatibus abſterret, cui redeunti ad eccleſiam ſolum hoc ſufficeret, quòd à Romana ſede vel Metropolitana decretum accipiat? Noverit autem tuæ diſcretionis induſtria, quòd in electionem illius electi nec unus quidem ex fratribus noſtris, ùt C. aſſerit, Deo teſte aliquando conſenſit. Miſerator & Miſericors Dominus miſericordem te nobis exhibeat, ut zelum juſtitiæ, quem delinquentis exceſſus in ſe graviter attenderat, pœnitentis humilitas oleô miſericordiæ conſperſum in mente juſti reperiat. Hæc Friſingenſes Conrado Archiepiſcopo, ad quem ſeſe Henricum Epiſcopum contuliſſe, & de impetranda venia egiſſe ex ipſa epiſtola videtur ſatìs apertè colligi poſſe. Sanè lecto hoc libello ſupplici, demiſſione pleno, viſâque ſeria Henrici reſipiſcentia Conradum preces Friſingenſium paratiſſimo animo exaudiiſſe, dubitare fas non eſt. Interim ex ea epiſtola diſcimus, Friſingenſes Canonicos, Archiepiſcopo cæteroquin jam conciliatos, contra immoderatam auſteritatem cujusdam è ſuo Collegio (cui fortaſſis Archipræſul vices ſuas in reconciliandis quibusdam Friſingenſibus Clericis, Laicisque commiſerat) graves querelas moviſſe, & alteri cuidam, adversùs Henricum Epiſcopum neſcitur, à quo? deſignato, eoúsque nunquam conſenſiſſe. Verùm iſta ſalvo ſemper eruditi Lectoris judiciô dicta ſunto. Si recitatis hactenùs epiſtolis adjectæ reperirentur chronologicæ notæ, rem utique faciliùs aſſequeremur; quam nunc in ſua obſcuritate relinquere cogimur.

§. II.

Acta usque ad annum Chriſti 1137. ubi de Fundationibus inclytorum Monaſteriorum Dieſſenſis, Beyhartingani & Weyarenſis.

Eventus varii. HOnorio II. 16. Kal. Mart. ann. 1130. vita defuncto ſucceſſit Gregorius de Matthæis, quem Baronius in Annalibus, & Ferdinandus Ughellus in *Italia ſacra* Monachum Benedictinum antè fuiſſe exiſtimant; aſt Pagius è Canonicis Regularibus Lateranenſibus electum eſſe contendit. Porrò mutato nomine Gregorius deinceps dictus eſt Innocentius II. Contra hunc, nonniſi à ſexdecim Purpuratis Patribus electum, alii pauculi Cardinales elegerunt Petrum Leonem, quem Anacletum II. appellârunt. Unde rursùs novum ſchiſma Eccleſiam afflixit, donec tandem Petrus Leo rejectus fuit. Inter Bojos quoque eo tempore graviſſima excrevêre diſſidia: unde pugnæ, neces, incendia tum in ſuperiori tum inferiori Bojaria, usque dum poſtea pax Wolfratshuſii ſancita fuit. Lotharius interim Rex rursùs jamjam repetiturus erat inveſtituras per pedum atque annulum anteceſſorum ſuorum exemplô, niſi Divus Bernardus ſaniora perſuaſiſſet. Cedente Rege Innocentius II. in Galliam delatus, Leodii ipſi Lothario ejúsque Conjugi coronas regias impoſuit: tum Remîs concilium celebravit, & Anacletum Antipapam diris devovit. Poſtea Romam reverſus anno Chriſti 1133. prid.

Innocentius II. PP.

Non.

Digitized by Google

Non. Junii Lotharium etiam Imperatorem coronavit; qui poſtea rursùs in Germaniam ſe contulit, ac Friſingæ X. Kal. Septembris Monaſterio Benedictoburano adversùs Epiſcopum Auguſtanum diploma conceſſit; quod in Parte Altera exhibemus. N. 1274. a

Interim anno Chriſti 1132. Hartwicus Raittenbuchenſis Canonicus Regularis à fundatoribus Monaſterii Dieſſenſis ſeu Damaſiani ob notam morum probitatem prudentiámque requiſitus ac expetitus, primus eidem celeberrimò Collegio præfuit, veluti Raittenbuechenſibus literis edocti ſumus. Ferunt, eum, cùm eſſet Boicæ aulæ Cancellarius, & in Comitatu Ducis Raittenbuechium veniſſet, ac loci Baſilicam ſub veſpertino officio intrâſſet, eas ſacræ paginæ voces è Cantantium ore audiiſſe: *Amice, quomodo huc intrâſti non habens veſtem nuptialem?* addunt, Hartwicum verba illa mox ad ſe retuliſſe, ratúmque, ornatum ſuum ſericum Evangelicis nuptiis parùm convenire, extemplò rebus mundanis valedixiſſe, abjectóque, quem aſportaverat, pretioſiori habitu regularem ibidem aſſumpſiſſe. Damaſiæ Hartwicus non ſolùm virorum, verùm etiam Monialium Monaſterium eâ prudentiâ ac moderatione rexit, quam Beatæ Mechtildis Monialium Præpoſitæ perſpecta ſanctitas abundè commendavit. Eum apud Dieſſenſes publicam in ara venerationem habere, ex literis itidem Raittenbuechenſibus didicimus. Hartwicus, primus Præpoſitus Canonicorum Regularium in Dieſſen.

Exiſtimamus, ad hanc ipſam ætatem referenda eſſe initia inclyti Monaſterii Beyhartingani, primùm ab Juditha nobili Matrona excitati pro ſanctimonialibus; poſtea verò traditi Regularibus Divi Auguſtini Canonicis, uti latiùs docet Hundius in *Metropoli*, & in ſuis ad Hundium Additionibus Gewoldus. Tempus fundationis proditur in lapide marmoreo, cui inciſa viſuntur hæc verba: *Conſecratio hujus Cœnobii facta eſt tempore Innocentii II. Papæ, qui regnare cœpit MCXXX. & regnavit annis XIV. & hæc peracta eſt à Romano Gurcenſi Epiſcopo.* Ex quo colliget prudens Lector, verba illa marmori fuiſſe inciſa, primùm poſt Innocentii II. mortem, adeóque poſt annum Chriſti 1142. Dolendum ſanè eſt, nullum extare Coævum inſtrumentum fundationis celebris illius Monaſterii: de qua tamen anno Chriſti MCCCCLIV. Dominus Udalricus Cœnobii Præpoſitus aliqua edoctus eſt Ratisbonæ ab Abbate Divi Emmerami, quæ in laudata Hundii Metropoli recenſentur. De inclyto hoc Monaſterio plura ac certiora ſuîs locîs dabimus, ubi (velut etiam datîs ad nos literîs Reverendisſimus & Amplisſimus D. Georgius modernus loci dignisſimus Præpoſitus teſtatus eſt) apparebit, magnam proventuum ejus Collegii partem munificentiæ Friſingenſium Epiſcoporum in acceptis referendam eſſe, atque a gratisſimis DD. Canonicis referri. Beyhartinga conditur. Tom. 2. pag. 134.

Certiùs ad iſta tempora, nempe ad annum 1133. pertinent initia inclyti Monaſterii Weyarenſis, quod Illuſtrisſimus Comes in Neuburg & Valkenſtein Sigbotho (de quo jam alibi ſuprà mentio occurrit) itidem pro Regularibus Divi Auguſtini Canonicis prope Mangualdam amnem excitavit. Collegerat Sigbotho quàm plura dominia, prædia & bona tum rebûs domi militiæq; benè geſtîs, tum liberalitate Regum, Ducum, & Epiſcoporum, præſertim Salisburgenſis, Patavienſis, Ratisbonenſis, & Friſingenſis: nec non etiam Abbatis Tegernſeenſis: ut adeò propitio Numini æternum gratitudinis monumentum, nimirùm Monaſterium, inde ſtatuendum eſſe æſtimaret. Itaque Salisburgum profectus, cùm voluntatis ſuæ propoſitum Conrado Archiepiſcopo detexiſſet, isque pio voto lubens applauderet, Sigbotho Comes propè aram Divi Ruperti, præſente Regimaro Patavienſi Epiſcopo in ejusdem Conradi Archipræſulis manus ceſſit perquam multa prædia; è quibus Conradus poſtea Monaſterium excitavit, & ex ſuæ quoque Primordia Monaſterii in Weyarn.

Eccle-

Eccleſiæ bonis aliam liberalem dotem adjecit; quam cauſam eſſe cenſemus, cur Weyarenſis Præpoſiti electio etiamnum hodie ad arbitrium ac conſenſum Metropolitani Collegii Salisburgenſis pertineat. Hæc tum ex domeſtico, Weyarenſi nempe, Traditionum Codice, tum ex Salisburgenſi Hiſtoria deſumpſimus.

Eclipſis ſolis.

Legimus in vetuſto Kalendario Weihenſtephanenſi, eodem anno Chriſti 1133. IV. Non. Auguſti, ſereno cæteroquin cœlo, ſolem tantam eclipſin fuiſſe paſſum, ut meridiano tempore ſtellæ fuerint conſpectæ.

Gerhohus Reicherſpergenſis Præpoſitus.

Annal. Boic. part. I pag. 312.

Inter Bojariæ acta anni Chriſti 1136. Brunnerus recenſet natales, dotes, ac res geſtas Viri Clarisſimi & Religioſisſimi Gerhohi, tum Reicherſpergenſis Præpoſiti, de quo jam ſuperiùs mentionem ingesſimus, & Raderus in Bavaria ſancta pleniùs agit. Scribit verò Brunnerus, Gerhohum de poſteritate fuiſſe optimè meritum, quòd germanam Divi Auguſtini Regulam primus Bojariæ intulerit, repudiatis, qui in omnium manu tunc erant, floribùs collectaneìs monitorum ſanctitatis: quo nomine Brunnerus aliud non videtur intelligere, quàm *Regulam Canonicorum Regularium ex Sanctorum Patrum ſententiis collectam*, de qua in vita Gerhohi laudatus P. Raderus agit, quámque à Regula S. Auguſtini, à Simone Werlino Dieſſenſi Præpoſito editam, atque hodiedum laudari atque obſervari ſolitam, planè diverſam exiſtimat, uti etiam ab ea Regula, quam B. Hartmannus Brixinenſis Epiſcopus compoſuit. Verùm cùm hæc expendere inſtituti noſtri non ſit, & ipſe B. Gerhohus in ſuo libro *de Ædificio DEI* de ejusmodi Regulis, ac maximè de illa Aquisgranenſi ſub Ludovico Pio conſcripta latè diſſerat, hancque Aquisgrani conditam, circa quosdam articulos paſſim rejiciat, Lectorem ad ipſum Gerhohum, Simonem Werlinum, Raderum, Brunnerum, alióſque Scriptores remittimus, & ad magis domeſtica revertimur.

§. III.

Acta Henrici I. Epiſcopi certa, annorum tamen incertorum.

Diviſio dominii cujusdam fundi prope Lacum Vallenſem vulgò Wahln-See.

CUm Monaſterio Benedictoburano præeſſet Conradus Abbas, qui anno Chriſti 1090. ex illuſtriſſimo Monaſterio Campidonenſi evocatus fuerat, ac deinceps annìs triginta duobùs cum ingenti laude ad Monaſterii clavum ſedebat, vicinia Lacùs vulgò dicti *Wahlnſee*, & ab Aventino à loci ſitu, & circumfuſis alpibus haud ineptè *Vallenſis* vocati, hodie non incelebris, tota circumquaque inculta jacebat, inacceſſa omnibus, niſi piſcatores & venatores, ac fortaſſis etiam (de quo tamen meritò dubitandum) homines & equos clitellarios excipias. Erat nihilominùs propè lacum illum planities quædam, quæ, ſi condenſæ arbores, & ligna exſcinderentur, ad culturam videbatur poſſe redigi, ubi piſcatores & retia ſua reficere, atque caſas ſibi exſtruere poſſent. Ea verò planities, utut intra judiciariam Monaſterii Benedictoburani poteſtatem unà cum lacu ac tota vicinia comprehendebatur, proprietatis tamen jure non tota ad Monaſterium Benedictoburanum, verùm etiam ad vicinum Schlechdorffenſe Monaſterium, quod eo tempore adhuc ſæculares Presbyteri Friſingenſis Diœceſis incolebant, pertinebat, quamvis nullìs certìs limitibùs fundi adhuc eſſent diviſi. Id cùm ſæpè conſideràſſet Conradus Abbas, ſtatuit tandem aperire mentem ſuam Henrico Epiſcopo, quippe cujus Cathedrali Eccleſiæ Monaſterium Schlechdorffenſe (ab Ordine D. Benedicti tempore Arnulphi Mali, ac irruptionum Hungaricarum avulſum) plenè, ùt vocant, *incorporatum fuerat*. Commodum accidit, ut Henricus Epiſcopus moraretur in Caſtro *Scoynburg*, quod poſte-

Digitized by Google

poſteris temporibus *Schaunwurg* fuit appellatum, hodie verò, poſtquam præter pauca ejus rudera nihil ſupereſt, die Veſte vulgò nuncupatur, ſitum in monte prope Ollſtadium, non incelebrem vicum, uno à Schlechdorffenſi Monaſterio milliari germanico diſtantem. Conradus igitur Abbas occaſione utendum ratus, tres è ſuis ad Epiſcopum miſit, qui eidem exponerent, quantum utilitatis capi poſſet, ſi ſylva illa prope Vallenſem Lacum exſcinderetur, & in locum ſpatioſi nemoris prata, agri, & caſæ ſuccederent. Adjecit Abbas, rogandum eſſe Epiſcopum, ut permittat locum illum ſylveſtrem, utrique Eccleſiæ eoúſque communem, in duas partes certîs interjectis limitibûs dividi: ita ut una impoſterum foret Benedictoburanorum, altera Schlechdorffenſium, & utrúmque Monaſterium deinceps eô, quô utiliùs fieri poſſet, modô de ſua parte diſponeret.

Paruêre mandatis Abbatis, quibus id imperatum fuerat, profectíque ad Caſtrum ſupradictum, Cœnobiarchæ ſui Conſilium Epiſcopo expoſuerunt, qui re cum ſuis maturè diſcuſſa, cùm intelligeret, nullum damnum Eccleſiæ ſuæ ex ea partitione emergere, imò portionem quoque Schlechdorffenſem cum fructu excoli poſſe, Abbatis poſtulatis votíſque libens annuit, & è ſuis plures adjunxit, qui partitioni ſylvæ intereſſent: qua facta integrum tum Epiſcopo tum Abbati foret, de portione ſua ad vota diſponere. Itaque Legati Epiſcopi unà cum Legatis Abbatis, atque aliis è vicinia accitis Teſtibus locum acceſsêre, conſideratóque nemoris ſpatio, demùm illud in partes duas æquales diviſère, ac partem unam ſylveſtris illius planitiei Epiſcopo, alteram Abbati aſſignavêre. Quo facto poſtea Abbas ſtatim manum adjecit operi, partémque ſuam excoli à ſuis juſſit.

Cúmque alio tempore idem Henricus Epiſcopus unà cum Nobiliſſimis Superioris Bojariæ viris, Bertholdo Comite de Andechs, Monaſterii Benedictoburani Advocato ſeu Protectore: Ottone Comite de Wolfratshauſen: item Bernardo de Wilheim, Bertholdo de Uffilendorf, Gotfrido de Antorf, Eberhardo de Herrinhauſen, Egilolfo de Matolf, Gebolfo de Aſtcern & aliis ad Monaſterium Schlechdorffenſe ſeſe contuliſſet, Conradus Abbas rursùs è ſuis aliquos ad Epiſcopum miſit, rogaturos, ut ea, quæ in diviſioue ſylvæ fuiſſent antehac concluſa, præſente Monaſterii Benedictoburani Protectore, rata haberet. Annuit Epiſcopus: & Advocatus Abbatis, ſcilicet Bertholdus Comes de Andechs, locum illum in ſuam defenſionem ſuſcepit. Sanè, quam partem elegerit Abbas, quámve Epiſcopus, hodiéque cernimus. Ea enim pars, ubi ab anno 1492. Regiam è Bojaria ad Tyrolenſes ac Italos viam, item hoſpitium, aliáſque duas ruſticanas caſas cum ſacello S. Jacobi cernimus, ad Benedictoburanum Monaſterium pertinet. Altera, in peninſula lacûs ſita & à Schlechdorffenſibus ſeriùs electa, unà cum totidem piſcatorum ædibus & ſacello S. Margaritæ dicto Monaſterio Schlechdorffenſi addicta manet. Eò loci, in fundo tamen Benedictoburano noſtra ætate acceſſit Sacellum tertium *S.* Annæ unà cum quodam Eremitorio, quod duo RR. Patres Congregationis B. Petri de Piſis unà cum fratre quodam Laico hodie inhabitant. Adeò locus olim planè ſylveſtris & incultus Conradi Abbatis providâ induſtriâ egregiam deinceps amœnitatem conſecutus eſt non ſine ingenti eorum, qui illic iter agunt, commodo. Eam fundi prope Vallenſem lacum antiquam diviſionem ex pervetuſto Codice Benedictoburano, manu rei geſtæ coæva conſcripto, cum Lectore curioſo, & locorum illorum fortè non ignaro, communicare voluimus.

Henricum Epiſcopum, facta utili permutatione fundi, faviſſe fundationi Monaſterii Biburgenſis, Benedictini tunc inſtituti, ex ejusdem Cœnobii

Confirmatur

Eremitorium. Ad lacum Wahlaſee.

Monaſt. Biburg.

T.2.pag.203 bii MS. Codice Gewoldus in Additionibus ad Hundium egregiè demonſtrat.

N. 1275. 1282. Henricus dotat Eccleſiam Cathedralem. Cæterum Henricum Epiſcopum in ſuam Cathedralem Eccleſiam fuiſſe munificum, docent duo Inſtrumenta, quæ in Parte Altera exprimimus. In horum poſteriori agitur de prædio in Eberſtorff, de quo ſupra dictum eſt. Ea donatione Henricus certa Miſſarum ſacrificia pro ſe, ſuâque familiâ fundavit. Porrò ſi alias plures donationes Friſingenſi Eccleſiæ ſub ejus Epiſcopatu factas hic inſereremus, Lectoris patientiam rurſus fatigaremus. Itaque eas itidem in Partem Alteram differimus. *Vide Part. Alt. usque ad N. 1313.*

Moritur. Illud, quoad tempus, inter certa numerabimus, quòd Henricus Epiſcopus denique poſt 39. annorum, & aliquot menſium longævum regimen obièrit anno Chriſti 1137. 7. Id. Octobris. Sic enim notatur in lapide ſepulchrali: *Sepultura Henrici Epiſcopi Friſingenſis. Obiit 7. Id. Octobr. Anno Domini MXXXVII.* ubi equidem Lector advertet, in literis illis numeralibus omiſſum eſſe C. id eſt, centenarium numerum: qui tamen omninò ſupplendus eſt, ac ponendus annus Chriſti MCXXXVII. Ejus ſepultura cernitur ad aram S. Leonardi. Extat de eodem Henrico Epiſcopo antiqui Poëtæ diſtichon ſequens:

Iſte Pater verus, prece ſubveniat ſibi Clerus:
Nos habet Hæredes præmia dans & opes.

pag. 83. N. 1282. & ſubjunctis. Sanè Altare Divi Leonardi Henricus Epiſcopus ipſe conſtruxit, dedicavit, ac duabus inſignibus donationibus locupletavit. Inſtrumenta earum donationum, tum ex domeſtico chartario, tum ex libro Traditionum Neocellenſium deſumpta, in Parte Altera plena manu Communicamus cum Lectore, qui inter nobiliſſimos earum donationum teſtes primô locô venerabitur S. Leopoldum Marchionem, Ottonis, qui in Epiſcopatu Henrico ſucceſſit, glorioſum Parentem. Sanè cur duo eorum Inſtrumentorum non Friſingæ, ſed Neocellæ aſſerventur, ex literis Ottonis Epiſcopi, anno 1143. ei Monaſterio conceſſis apparebit, quas infra adducemus.

Scribit Freibergerus, Henricum Epiſcopum fuiſſe Principibus Bojariæ à Conſiliis. Aſt id mirum videbitur omnibus, qui expenderint, Welfonem conſtanter adhæſiſſe Pontifici, Henricum verò aut ſemper, aut plerumque conſenſiſſe Imperatori. Equidem ultimis vitæ Henrici Epiſcopi annis præfuit Henricus dictus ſuperbus. Aſt non apparet, cur hujus Henrici conſiliarius fuiſſe dicatur, cùm hic Dux raro domi, aut in Bojaria fuiſſe in Boicarum rerum Scriptoribus deprehendatur. Cæterùm mors Henrici Epiſcopi incidit in annum octavum Pontificatus Innocentii II. cùm adhuc inter vivos ſupereſſet Lotharius Imperator, qui primùm menſe Decembri illius anni è vita migravit, uti Pagius advertit. Saliſburgenſi Eccleſiæ etiamnum præerat Conradus I. Ratiſbonenſi Henricus I. Patavienſi Regimannus, ſeu Regimarus, Brixinenſi Reimbertus ſuprà à nobis laudatus. Verùm nunc ad Henrici ſucceſſorem digniſſimum convertendus eſt ſtilus.

CAPUT

Digitized by Google

CAPUT II.

Otto I. dictus Magnus, inter Epiſcopos Friſingenſes XXII.

§. I.

Natales, adoleſcentia. & vita Ottonis I. ante Epiſcopatum.

NAtales Ottonis noſtri nemo luculentiùs, nemo fideliùs nobis explicaverit quàm Radewicus, Friſingenſis Cathedralis Eccleſiæ Canonicus, qui cum ipſo Ottone Friſingæ familiarisſimè vixit, & ipſius juſſu cœptam de Friderico Ahenobarba Imperatore Hiſtoriam continuavit. Hic de Ottone ſcripſit ſequentia: Fuit Otto *Imperatorum Henrici IIII. nepos, ſororius quinti Henrici, Conradi Regis frater uterinus, Friderici Imperatoris Auguſtiſſimi - - - - patruus, ex clariſſimo Regni Principe Leopaldo Marchione* (nempe ſancto Leopoldo, poſt fata Divorum Albo adſcripto) *Patre, & Matre Agnete, filia Henrici IIII. Imperatoris, pariter cum fratribus ſuis germanis Conrado Patavienſi Epiſcopo* (poſtea Salisburgenſi Archipræſule, ejus nominis ſecundo) *Leopaldo Duce Bajoriæ, & Henrico Duce Auſtriæ, nec non & ſororibus Gertruda Duciſſa Boëmiæ, & Bertha Duciſſa Polonorum, ac Ita Marchioniſſa de monte Ferrato, N. Imperatricis Hiſpaniæ genitrice. De tanta, inquam, tamque illuſtri parentela proles ipſa nobiliſſima traxit originem.* *lib. IV. cap. XI.* Otto, ſummô locô natus.

Hæc Radewicus; ut dubitare nemo poſſit, quin parentum claritate Otto omnes ſuos in Cathedra Friſingenſi Anteceſſores longisſimè ſuperârit. Huic tanto Natalium ſplendori ut Otto magnîs virtutibûs reſponderet, ſancti Parentis providentisſimâ curâ proſpectum fuit. Cúmque ipſa Ottonis indoles tota in virtutem ac cœleſtia propenderet, atque à ſæcularibus pompis abhorreret, parens eundem Collegiatæ Eccleſiæ Clauſtro-Neoburgenſi, à ſe anno Chriſti 1114. fundatæ, præponendum cenſuit: utque eidem rectè præeſſet, eundem, ſubſtituto ad regendam vicaria poteſtate eam Eccleſiam Opaldo quodam, Lutetiam Pariſiorum miſit, ſublimioribûs diſciplinîs imbuendum. Quantum ſanè Otto Pariſiis in ſacris ac profanis literis, in Philoſophicis item ac Theologicis ſcientiis profecerit, ex eo abunde innotuit, quòd is deinceps, cùm in Friſingenſem Cathedram evectus eſſet, omnes Germaniæ Præſules ſapientiæ laude ſua ætate aut ſupergreſſus ſit, aut ſapientisſimos æquaverit, ut infra ſuô locô ſummîs teſtimoniîs confirmabimus. Sancte educatur. Mittitur ad ſtudia Pariſios.

Cæterum cùm Otto Pariſiîs totum ſe pietati, totum literis impenderet, & nemo clarisſimas ejus tum corporis tum animi dotes non demiraretur ac amaret, inter alia inſignibus Divorum lipſanis donatus fuit. Hæc ille, cùm aliquando ad viſendam Eccleſiam ſuam Clauſtro-Neoburgenſem Pariſiîs in Auſtriam ſe contuliſſet, eidem ſuæ Eccleſiæ dono obtulit, ipſo ſancto Parente cum Cleri populíque frequentia occurrente, & ſacrum Reliquiarum theſaurum cum ſummo jubilo excipiente: qui deinceps, Leopoldi juſſu, ibidem religioſisſima cuſtodia aſſervatus fuit. Pauculîs deinde diebûs inter ſuos exactîs Otto rurſus in Galliam reverſus, decurſîs ſublimiorum ſtudiorum ſpatiîs ad longè aliud vitæ genus vocari ſe ſentiens, cum pluribus lectisſimis ſociis in Monaſterium Morimundenſe ſeceſſit, ibique inter Tyrones, atque ſodales receptus, Divi Benedicti Regulæ ſub Ciſtercienſi Reformatione ſeſe Donatur ſacris Reliquiis, quas refert in patriam. Fit Monachus Ciſtercienſis.

Digitized by Google

ne ſeſe mancipavit, exigentibus virtutum atque ſcientiarum meritis poſt paucos annos munus Abbatis admittere coactus. Id cùm parens Ottonis Leopaldus edoctus fuiſſet, Eberhardum Salisburgenſem Archipræſulem, nec non Regimarum Patavienſem & Romanum Gurcenſem Epiſcopos, alióſque viros doctrina ac pietate conſpicuos ad ſe convocavit, eorúmque conſilio ſæcularibus Canonicis Clauſtro-Neoburgenſibus Regulares ſubſtituit, ſub Divi Auguſtini norma Deo militaturos: id quod anno Chriſti 1133. contigiſſe, ex Chronico Clauſtro-Neoburgenſi diſcimus, quod vir clar. P. Hieronymus Pezius Mellicenſis edidit.

In Eccleſiam Clauſtro-Neoburgenſem introducuntur Canonici Regulares Ord. S. Auguſtini.

Interim ex morte Henrici Epiſcopi vacabat Sedes Epiſcopalis Eccleſiæ Friſingenſis, quæ poſt graviſſima Schiſmatis mala virum maximum, imò verum inſtauratorem ſibi poſtulabat. Sanè an Canonicorum electione, an verò Cæſaris aut aliorum commendatione adſcitus fuerit Otto noſter, hactenùs nullibi legiſſe memini. Radewicus Ottonem *cælitus & à DEO* miſſum fuiſſe ſcribit, ut, cùm eadem Eccleſia *omnibus ferè bonis* eſſet *deſtituta*, *diſtractæ facultates*, *collapſa palatia*, *familia attrita*, *religionis Monaſteriorum nulla vel parva memoria*, *ope Divina tandem Clero religionem*, *familiæ libertatem*, *facultatibus copiam*, *ædificiis decorem* reſtitueret.

Otto fit Epiſcopus Friſingenſis.

Legimus in ſæpe laudato Weihenſtephanenſi Kalendario, electionem Ottonis contigiſſe anno Chriſti 1137. eúmque anno primum ſequenti, Chriſti 1138. in Epiſcopatum fuiſſe introductum: quod utiquè alia ex cauſa non accidit, quam quia Otto factæ ſui electioni acriter ſe oppoſuit, uti Vitus Arenbeckius in ſuo Chronico Auſtriaco teſtatur. Quo ſanè anni illius menſe ac die in Bojariam Otto venerit, ediſſerere hactenùs non poſſumus.

Interea eodem anno Chriſti 1138. ingentes in Germania, ac maximè Bojaria motus fuêre exorti. Cùm enim Lotharius Imperator ex Italia in Germaniam contendens, Tridenti anno ſuperiori in morbum incidiſſet, & tandem etiam apud Bredunvanvillam (viliſſimam caſam Otto noſter appellat) in alpibus circa Nonas Decembris mortem oppetiiſſet, Henricus Bojariæ Dux, qui Imperatori, ſocero ſuo, morienti adſtiterat, Imperii ſigna, puta coronam, ſceptrum, gladium & crucem, quæ Caroli Magni fuiſſe dicuntur, ſibi cum Imperio uſurpare nitebatur, ut Trithemius, & ex eo Pagius ſcribunt. Unde offenſi Imperii Proceres omiſsô Henricô, cæteroquin Germaniæ Principe potentiſſimo, Conradum Suevum, Ottonis, Epiſcopi noſtri, fratrem uterinum, Regem renunciârunt, eo nomine tertium; qui tamen ſe in membranis Friſingenſibus ſecundum appellat, ut infra videbimus. Atque ex eo maximæ illæ per Germaniam turbæ enatæ fuêre: & Henricus, cùm ſe Conrado Regi opponeret, ab eodem Bojariæ juxta ac Saxoniæ Ducatu exutus eſt. Id jure, an injuriâ factum ſit, noſtrum non eſt diſquirere. Henricus paulò poſt, cùm Saxoniam recuperâſſet, finem vivendi fecit relicto filio Henrico, Leone dicto, de quo plura ſuîs locîs.

Conradus Suevus fit Imperator.

Henricus Bojariæ Dux exautoratur.

Joannes Gualterius Belga in *Chronico Chronicorum*, ac ſerie Epiſcoporum Friſingenſium ſcribit, Ottonem Epiſcopum noſtrum ante aditum Epiſcopatum fuiſſe Cancellarium Conradi III. Imperatoris. Verùm cùm ex hactenùs dictis conſtet Ottonem noſtrum citiùs in Epiſcopum, quàm Conradum, ejus fratrem uterinum, in Regem ſeu Imperatorem fuiſſe electum, non eſt, cur Gualterii opinioni adhæreamus. Sanè Ottonem (poſt ſuſceptum Friſingenſem lituum) Cancellarium Conradi egiſſe, contendit eruditiſſimus Mallinkrotius in ſuo, quod de *Archicancellariis & Cancellariis Imperialis Aulæ* conſcripſit, præclaro Opere, & quidem duobûs potiſſimùm locîs, nempe *pag. 86. & 155.* ubi Münſterum, Mathiam Caſtritium, & Herm: Kircherum pro ſe allegat. Addit Mallinkrotius, Ottonem non ſolùm apud Conradum III. verùm etiam apud ejus ſucceſſorem, Fride-

An Otto Epiſcopus aliquando fuerit Cancellarius Aulæ Imperialis?

Digitized by Google

Fridericum Barbaroſſam Cancellarii munere fuiſſe functum, idque non ſolùm ex Antonio Albizio, verùm etiam ex ipſo Radewico *lib. 3. de Geſtis Friderici cap. 22.* oſtendere conatur. Verùm ejus rei fides eſto penes laudatos ſcriptores. In Domeſticis membranis nullam ejus claram mentionem reperimus.

§. II.

Initia Regiminis Ottonis I. Epiſcopi: ubi de inſtauratione inclyti Monaſterii Schefftlarienſis.

IN ſæpè laudato Kalendario Weihenſtephanenſi poſtquam ad annum Chriſti 1137. Synchrona manu notatum fuerat, eo anno Henricum Epiſcopum fuiſſe è vivis ereptum, Ottonem verò eidem ſubrogatum, additur, *Hoc etiam anno tonitru factum eſt non modicum, cujus fulmen Monaſterium iſtud penetrans igne replevit, ſed parvô diſpendiô, licèt mirabili. Nam Monachos in Choro ſtantes & pſallentes proſtravit, nec tantùm eos, ſed & omnes foris ſtantes & aſpicientes. Imago Domini à cruce diſſoluta ante altare S. crucis eſt proſtrata: quæ ita ante altare jacuit, ut eſt in modum crucis, ſiniſtro brachio efracto. Ipſum altare conſecratum ab Epiſcopo Hainrico pluribus in locis perforavit, ſicut & Monaſterium per circuitum.* Hæc ibi. Monaſterium Weihenſtephanenſe fulmine ictum.

De Ottone noſtro in Sede Epiſcopali Friſingenſi collocato verè dici poteſt, cum mox totum fuiſſe in eo, ut ex beati Hilarii monito *infirma confirmaret, diſrupta conſolidaret, & verbum vitæ in æternitatis cibum alendæ familiæ tanquam diſpenſator fidelis, & villicus utilis* diſpenderet: quod ex modo ſubjungendis Lector intelliget. Otto verus Epiſcopus.

Inter ea, quæ Otto in ſuo Pontificatu præclarè geſſiſſe memoratur, primô locô reperimus, quòd diſciplinæ Monaſticæ amore, prædicto inclyto Weihenſtephanenſi Monaſterio anno Chriſti 1138. Abbatem præfecerit Sigimarum, nobili proſapia ortum, quem deinceps eidem ſacro collegio cum ſingulari laude præfuiſſe conſtat: & ſatìs encomii foret, quod Sigimarus ab Epiſcopo religioſiſſimo, ac rerum Monaſticarum expertiſſimo eo gradu dignus fuerit habitus. Sanè an Sigimari anteceſſor Meginhardus Abbas magiſtratu ſeſe ultrò abdicaverit, an verò vel mors, vel nimia ſenectus, vel denique Epiſcopus pedum ei eripuerit, faſti non memorant. Weihenſtephanenſibus dat Abbatem optimum.

Ad ſequentem annum Chriſti 1139. Gewoldus in additionibus ad Metropolim Hundii ponit conſecrationem Altaris in Madronenſi monte ab Ottone Epiſcopo factam. Id rectè probat ex verbis lapidi aræ inciſis, quæ ſic ſonant: *Hoc altare fecit Comes Siboto peccator. Dedicatum eſt autem Anno ab Incarnatione Domini MCXXXIX. in honore Domini noſtri JEſu Chriſti, & ſanctæ DEI Genitricis Mariæ, à venerabili Ottone Friſingenſis Eccleſiæ Epiſcopo, primô Epiſcopatus ejus annô.* Ubi advertet Lector, verba aræ inciſa non reſpicere annum, quo Otto electus eſt, ſed quo dignitatem demùm adiit. Madronæ aram conſecrat.

Eodem anno, Chriſti 1139. Innocentius II. Pontifex Maximus afflictis Chriſtianæ Reipublicæ rebus remedium allaturus Concilium Lateranenſe indixit, in quo tanta Patrum frequentia comparuit, ut Oecumenicum II. Lateranenſe appellari conſueverit. In eo non ſolùm quidam hæretici damnati, & acta Petri Leonis, ſive Anacleti Pſeudo-Pontificis reſciſſa: verùm inſuper etiam multa ad conſervandam diſciplinam Eccleſiaſticam fuère ſtatuta: quæ tamen Capitula, ut ex Orderico Pagius advertit, alicubi parùm profuère, quia ut Ordericus habet, *nimis abundans per orbem nequitia terrigenarum corda contra Eccleſiaſtica ſcita* obduraverat. An Otto Epiſcopus noſter ei Concilio interfuerit, aſſerere non audemus. Quid verò de actis magni illius Conventûs Otto ſcripſerit, Acta Conciliorum, quæ Harduinus collegit, exhibent. Concilium Lateranenſe II. *Tom. IV. part. 2. col. 1215.*

 Salis-

Acta Salisburgenſia.

Salisburgi eodem anno, Chriſti 1139. Monachi noſtri Petrenſes jus Cathedræ Metropoliticæ, quod à condita illa Eccleſia poſſederant, ceſsêre Regularibus Divi Auguſtini Canonicis, à Conrado Archiepiſcopo illuc ante 18. circiter annos introductis, ea tamen conditione, ut hi prærogativam loci dignioris Petrenſibus Monachis perpetuò cederent: qui tractatus eo anno initus, ſequentibûs temporibûs non ſolùm ab Archiepiſcopis, verùm etiam ab ipſis Summis Pontificibus confirmationem accepit. Inſtrumenta P. Joſephus Mezgerus in Hiſtoria Salisburgenſi in lucem produxit.

Otto Epiſcopus reſtaurat Monaſterium Scheffilarienſe.

In annum Chriſti 1140. incidit reſtauratio inclyti Monaſterii Scheffilarienſis, quod eousque ruinis ſuis ex Hungarorum crudelitate dudùm ſuperiùs relata incubuerat. Illud olim Regulæ Divi Benedicti fuiſſe addictum alibi demonſtravimus, & nemo ſcriptorum Boicarum Rerum in dubium vocat. Otto verò Epiſcopus noſter illud eo anno recèns inſtitutæ Præmonſtratenſium Familiæ commiſit. Literæ Inſtaurationis in libro traditionum ejuſdem Monaſterii hæc habent.

*IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Otto ego DEI gratiâ Friſingenſis Eccleſiæ Epiſcopus qualiscunque. Miſericordia Domini favente volens Epiſcopatus noſtri diruta inſtaurare, religionis ſeminaria plantare, plantata rigare, præpoſituram Schefilaru cum univerſis, quæ vel prædeceſſorum noſtrorum largitate, vel comprovincialium liberalitate conquiſita ſunt, videlicet Eccleſiis, mancipiis, villis, agris, pratis, paſcuis, decimis, cultis & incultis, Fratribus ſecundum Regulam beati Auguſtini, & conſuetudinem Præmonſtratenſium Fratrum DEO ibidem ſervientibus contradidimus. Quedam etiam beneficia noſtri Epiſcopatûs eis perpetuò retinenda donavimus. Eccleſias inſuper eidem loco adjacentes, ſcilicet Schefilaren, Uerſenhauſen, Niwarn, Echboldingen utilitatis gratiâ cum cura animarum terminando ad idem Monaſterium transmutavimus. Volentes autem Fratrum eorundem juſte peticioni aurem per omnia accommodare, Fratres ibi profeſſos ne diſcedant, diſcedentes ut nullus ſuſcipiat, anathematis vinculô volumus confirmare. Adjicimus eciam, ut de laboribus manuum, & de nutrimentis animalium eorum in noſtro Epiſcopatu nullus decimas exigat. Obeunte verò Præpoſito nullus niſi canonicè electus ſubſtituatur. Advocatum, ſi intollerabilis fuerit, mutandi facultatem, &, qui ibidem ſepeliri poſtulaverint, concedimus libertatem. In Eccleſiis ad clauſtrum eorum pertinentibus ſine peticione ipſorum Sacerdotes non ponantur. Poſſeſſa vel juſtè poſſidenda ut nullus ſurripere audeat, vel eosdem fratres inquietare, aut aliqua exaccione infeſtare præſumat, auctoritate DEI & noſtra inſtantiſſimè probibemus. Hec autem ut perpetuo inconvulſa permaneant, quemadmodùm præfati ſumus, auctoritate DEI, & beate Marie, cujus Eccleſiæ ipſius miſericordiâ præſidemus, & omnium ſanctorum, nec non & noſtra confirmamus, & ſigilli noſtri impreſſione munimus. Et hujus pagine noſtre violatores, ut in die extremi examinis cum iniquorum capite ultricibus flammis perpetuò exurendi involvantur, DEum teſtem invocamus & judicem. Eidem vero loco & Fratribus multa * ſervantibus ſit pax, & eterna cum Angelis ſocietas, amen. Facta ſunt autem hec in univerſali capitulo Ottonis Epiſcopi Friſinge, ſubſcribentibus ejuſdem Eccleſie prioribus, nec non eciam Clericis ac Laicis omnibus conſencientibus & approbantibus. Anno quidem ejuſdem Epiſcopi ſecundo, Dominice vero Incarnationis M.C.XL.*

& illud Præmonſtratenſibus tradit.

ac dotat.

** fortè leg. juſta.*

Ego Hoboldus majoris Eccleſiæ Præpoſitus ſubſcripſi.
Ego Adalbertus Majoris Eccleſiæ Decanus ſubſcripſi.
Ego Herricus Archidiaconus & Præpoſitus Moſpurgenſis Eccleſiæ SS.
Ego Wichmannus Præpoſitus S. Andreæ ſubſcripſi.

Ego

Digitized by Google

Ego Hainricus Reitenbuochenſis Præpoſitus SS.
Ego Dietrammus de Cella S. Martini SS.
Ego Hainricus Præpoſitus Burenberh SS.
Ego Herrandus Archidiaconus ſubſcripſi.
Ego Waltherus Burenſis Abbas SS.
Ego Sigimarus Abbas S. Stephani. SS.

In hoc Inſtrumento obſervabit Lector Zelum piiſſimi Epiſcopi, quippe qui palàm profeſſus eſt, cupere ſe *Epiſcopatus* ſui *diruta inſtaurare, religionis ſemina plantare*, & *plantata rigare*. Nos illud etiam obſervatione non indignum cenſemus, quòd eidem Inſtrumento inter cæteros Friſingenſis Diæceſeos Eccleſiarum Præſides ſubſcripſerit Waltherus Burenſis, id eſt, Benedictoburanus Abbas, qui tamen neutiquam de Diœceſi Friſingenſi erat. Ejus rei cauſam indagantibus aliud non occurrit, quàm quòd Monaſterium Benedictoburanum olim in villa Scheftlarienſi (Scheftlariam ſuperiorem appellamus) plura prædia habuerit, ut in *Breviario* Chronici Benedictoburani rectè meminit Gotſchalcus Monachus, Sæculi XI. homo, idémque in pluribus aliis vetuſtis ejus Monaſterii membranis aſſeritur: quæ prædia Waltherus Abbas ceſſiſſe videtur novellæ Scheftlarienſium plantationi: id quod eò fidentiùs ſcribimus, quòd ipſemet Epiſcopus teſtetur, tradere ſeſe non ea tantùm, quæ antehac prædeceſſorum ſuorum largitate, verùm etiam *comprovincialium liberalitate* eidem loco conquiſita fuerint. Liceat hîc etiam monere Lectorem Wichmannum Præpoſitum S. Andreæ, qui Inſtrumento ſubſcripſit, eſſe eum ipſum, qui poſtea in Weihenſtephanenſi Monaſterio Monachus factus eſt, veluti in Parte Altera N. 1315. demonſtrabimus. Cæterùm Donationem Ottonis Epiſcopi aliorúmque benefactorum ad preces Engelberti, primi Scheffſtlarienſium Præpoſiti, Innocentius II. Pontifex maximus confirmavit. Literas Pontificias Gewoldus exhibet.

Cur Inſtrumento ſubſcripſerit Abbas Benedictoburanus?

Metrop. Hund. T. III. Pag. 292.

Fervebant equidem eo anno inter Bojos graviſſimæ rixæ, quibus Leopoldus Bojariæ Dux, Ottonis noſtri frater, cum ultra Lycum ditionem ſuam protendere conaretur, à Welfone Henrici Leonis tutore oppreſſus fuit: verùm iſta non aliter ad ſe pertinere judicabat Otto noſter, quàm ut placando Numini omnem navaret operam. Id eo potiſſimùm pacto conſecuturum ſeſe exiſtimabat, ſi Eccleſiarum, aliorum injuriîs vexatarum, curam ſedulam haberet. Hinc eodem anno non ſolùm, ut modò diximus, Scheftlarienſe Monaſterium reſuſcitavit, verùm etiam Cathedralis Eccleſiæ jura firmare conatus eſt: quem in finem ab uterino fratre ſuo Conrado Rege, electo Imperatore, conſecutus eſt memorabilem panchartam, ſeu generalem jurium Eccleſiæ ſuæ confirmationem hujus tenoris.

*In nomine ſanctæ & Individuæ Trinitatis. Chunradus divina favente clementia Romanorum Rex ſecundus. Si religioſorum virorum dignis petitionibus benignè acquieſcimus, ſi illorum utilitatibus paternè conſulimus, ſi privilegia Eccleſiis DEI antiquitus collata renovando confirmamus, ſi libertatis jura eadem * rationabiliter conceſſa retinemus, & conſervamus, procul dubio prædeceſſorum noſtrorum Regum ſive Imperatorum exempla ſequendo tenemus, & id nimirùm tam ad præſentis vitæ felicem curſum peragendum, quàm ad futuræ vitæ beatitudinem promerendam nobis profuturum non dubitamus. Omnibus igitur Chriſti, noſtrique fidelibus tam futuris quàm præſentibus notum eſſe volumus, nos pro remedio animæ noſtræ, nec non parentum noſtrorum & inſtinctu dilectiſſimæ Gertrudis Reginæ, interventu quoque dilecti fratris noſtri Ottonis venerabilis Epiſcopi omnia ſanctæ Friſingenſis Eccleſiæ privilegia renovando confirmâſſe. Nominatim autem Comitatum Cauvriæ cum prædiis adjacentibus, quæ piæ memoriæ Imperator Otto pia*

Otto Eccleſiæ ſuæ Pancharetam impetrat.

* alibi eidem.

Matris

Digitized by Google

*alibi: *Adalbaidis.* *Matris ſuæ Albaidis* * *petitione, & venerabilis Epiſcopi Abrahæ legitimè conceſſit eidem Eccleſiæ. Decernimus etiam Regia auctoritate, ut Miniſteriales ejusdem Eccleſiæ in ea libertate permaneant, in qua Miniſteriales Regni, & cæterarum Eccleſiarum. Et in prædicto Epiſcopatu nemo monetam habeat præter ipſum.* * *Præterea firmiter interdicimus omne novum forum in eodem Epiſcopatu, niſi quod antiquitùs roboratum eſt auctoritate prædeceſſorum noſtrorum. In ipſa verò Friſingenſi Civitate annale forum concedimus. Ut autem hujus noſtræ renovationis & confirmationis præceptum ſtabile permaneat, hanc inde chartam ſcribi,* * *& ſigilli noſtri impreſſione inſigniri juſſimus, manuque propria, ut infra apparet, corroborantes. Teſtes, qui præſentes aderant, ſubnotari fecimus, quorum hæc nomina ſunt. Adalbertus Maguntinenſis Archiepiſcopus, Adalbero Treverenſis Archiepiſcopus & Apoſtolicæ Sedis Legatus, Embircho* * *Wirzburgenſis Epiſcopus Wucco Wormacenſis Epiſcopus. Sifridus Spirenſis Epiſcopus. Reimbertus Patavienſis Epiſcopus. Adalbertus Dux Saxoniæ. C.* * *Dux Burgundiæ. Heinricus Comes Palatinus. Engelbertus Marchio. Otelricus Comes de Lenzeburcb. Anno Dominicæ Incarnationis MCXL. Indict. III. Regnante Chunrado Romanorum Rege ſecundo. Anno verò Regni ejus III. Dat. apud Franchenfurt V. Non Maji in Chriſto feliciter amen.* Hæc Ottoni Epiſcopo Conradus: qui cur in hoc, aliiſque pluribus Inſtrumentis vocetur eo nomine *ſecundus*, aliis diſcutiendum committimus.

* alibi additur: *Epiſcopum.*

* alibi: *conſcribi.*

* alibi: *Embricho.*

* alibi: Ch.

Ottonem Epiſcopum noſtrum in *Soldenſi Curia* apud Vilisbur præſentem eodem anno fuiſſe, quùm Conradus II. Aſtenſi civitati jus cudendi monetam concederet, Ferdinandus Ughellus in *ſua Italia ſacra* tradit.

T. 4. col. 362.

§. III.

Fundatio inclyti Monaſterii Novæ Cellæ, vulgò Neuſtifft.

Fundat Monaſterium Neo-Cellenſe.

AD eundem annum Chriſti 1140. videntur referenda eſſe prima cunabula Monaſterii hodiéque percelebris, *Nova Cella* dicti, extra pomœria Friſingenſis civitatis ab Ottone Epiſcopo noſtro pro eodem Præmonſtratenſium Inſtituto conſtructi. Id indicare videtur Otto ipſe in literis Scheſtlarienſi Monaſterio hoc anno, ut vidimus, conceſſis, ubi teſtatur, cupere ſe non ſolum *Epiſcopatûs* ſui *diruta inſtaurare*, verùm etiam *Religionis ſeminaria plantare*. Ottonem jam hoc ipſo anno adjeciſſe manum ædificio illius Monaſterii, conjecturam ex eo ducimus, quòd ſequenti anno, Chriſti 1141. jam conſtituerit dotem aliquam, quamquam nobis hactenus ignoratam: qua de cauſa à quibusdam Rerum Boicarum Scriptoribus Monaſterii illius *fundatio* (non verò *conſtructio*) ad eundem annum differtur. Sanè teſtimonium opinionis noſtræ deſumimus ex primariis literis Innocentii II. PP. quæ Gewoldo fortaſſis non innotuerunt, & anno 1142. exaratæ ſunt in hunc modum.

Confirmante Summo Pontifice.

INnocentius Epiſcopus ſervus ſervorum DEI, dilectis filiis Hermanno Præpoſito Eccleſiæ S. Petri de Novo Loco juxta Friſingenſem civitatem ſito, ejúſque fratribus tam præſentibus quàm futuris regulariter ſubſtituendis in perpetuum. Apoſtolici moderaminis clementiæ convenit religioſos diligere, & eorum loca pia protectione munire. Dignum namque & honeſtati conveniens eſſe cognoſcitur, ut, quia ad Eccleſiarum regimen aſſumpti ſumus, eas & à pravorum hominum nequicia tueamur, & Apoſtolicæ Sedis patrocinio foveamus. Eapropter dilecti in Domino filii veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & præfatam Eccleſiam, in qua Divino mancipati eſtis obſequio,

Google

quio, ſub beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti patrocinió communimus, ſtatuentes, ut quaſcunque poſſeſſiones, quæcunque bona impræſentiarum juſtè & canonicè poſſidetis, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliîs juſtîs modîs DEO propició poteritis adipiſci firma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus illibata permaneant. Præterea quidquid à venerabili fratre noſtro Ottone Friſingenſi Epiſcopo religionis intuitu vobis conceſſum eſt, & ſcriptô ſuô firmatum, ſimiliter confirmamus. Sanctimus eciam, ut Ordo Canonicus ſecundùm beati Auguſtini Regulam & inſtitutionem fratrum Præmonſtratenſium perpetuis temporibus in eadem beati Petri Eccleſia inviolabiliter conſervetur. In communi verò Interdicto ipſius civitatis liceat vobis clauſîs januîs & excluſîs excommunicatis, ſive interdictis, non pulſatîs ſignîs, ſummiſſa voce, divina obſequia celebrare. Sanè laborum veſtrorum, quos propriis manibus aut ſumptibus colitis, ſive de nutrimentis animalium veſtrorum nullus omnino Clericus vel Laicus decimas à vobis exigere preſumat. Sepulturam quoque loci ipſius liberam eſſe concedimus, ut eorum, qui ſe illic ſepeliri deliberaverint, devocioni & extreme voluntati, niſi fortè excommunicati ſint, nullus obſiſtat, ſalvâ Matricis Eccleſiæ canonicâ juſticiâ. Decernimus ergò, ut nulli omninò hominum liceat præfatam Eccleſiam temerare &c.

(L. S.) Ego Innocentius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus SS.
† Ego Gregorius Diac. Card. Sanctorum Sergii, & Bachi SS.
† Ego Stephanus Præneſtinus Epiſcopus SS.
† Ego Octavianus Diaconus Card. S. Nicolai in Carcere SS.

Dat. Laterani per manum Gerardi S. Rom. Eccleſiæ Presbyteri Cardinalis ac Bibliothecarii XII. Kal. Feb. Indict. XI. Incarn. Dominicæ Anno MCXLII. Pontificatûs verò Domini Innocentii PP. II. anno XIII.

Ex his ratiocinamur ſequentem in modum. Anno Chriſti 1142. die 21. Jan. Innocentius PP. II. ad preces *Hermanni Præpoſiti ejúsque fratrum, Divino obſequio (in Novo Loco) mancipatorum*, jam fecit confirmationem poſſeſſionum tum ab aliis, tum ab Ottone Epiſcopo Monaſterio illi conceſſarum. Ergò jam ante menſes aliquot, adeóque anno Chriſti 1141 in *Novo Loco* (Nova Cella) habitabat Hermannus Præpoſitus cum Fratribus. Aſt ſi jam anno Chriſti 1141. in *Novo loco* habitârunt religioſiſſimi incolæ, quis non videt, ædificio Monaſterii ſaltem ſuperiori anno, Chriſti 1140. debuiſſe dari initium? Hæc adeo nobis certa videntur, ut Lectorem facilè in opinionem noſtram conceſſurum, omninò ſperemus. Sanè Hermannum, primum Neo-Cellæ Præpoſitum è Monaſterio Urſpergenſi Sueviæ fuiſſe accitum ex eo diſcimus, quòd Monaſterii Urſpergenſis Abbas *Pater Domûs* (uti uſitato Ordinis vocabulô appellant) hodiéque dicatur, maneatque loci illius, uti etiam Scheftlarienſis Monaſterii *perpetuus & ordinarius Viſitator*, velut Franciſcus Petrus, Canonicus Regularis Wettenhuſanus in ſua *Suevia Eccleſiaſtica* annotavit, qui videri poteſt.

Cujus vera initia ad annum Chriſti 1140. pertinent.

Anno Chriſti 1143. (an potiùs 1142.) Otto Epiſcopus noſter Eidem Eccleſiæ à ſe fundatæ literas ſequentes tradidit, quas hîc ſtatim ſubnectimus, ut primordia celeberrimi illius Collegii collecta exhibeamus.

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Otto DEI gratia Friſingenſis Æccleſiæ Epiſcopus in perpetuum Amen. Officium noſtrum pro viribus exequi in Epiſcopatu noſtro Religionis incrementa propagare, & bona, que videbantur, in meliùs mutare ſtuduimus. Itaque conſilio & auctoritate Summi Pontificis Innocentii, conſenſu quoque Cleri & populi Eccleſiæ noſtræ bona, que pertinebant ad altaria ſanctorum Thome Apoſtoli, Leonhardi Confeſſoris,

Lib. Tradit. Neocell. pag. 1. & 2.

Lamperti Epiſcopi, coadunavimus, & ad Eccleſiam Sancti Petri Apoſtoli dedicandam in perpetuum abſque alicujus contradictione delegavimus ad uſus Fratrum ſub regula beati Auguſtini ex Ordine Premonſtratenſium Deo inibi famulantium, exceptis decimis areæ noſtræ, que antea ad ſepulchrum beatæ memoriæ Lamperti Epiſcopi pertinebant, quas nos redemimus, agris cultis, pratis & nemoribus. Præterea quedam alia bona in Eccleſia beati Gotehardi dicebatur, ad hoſpitale dicebatur, pauperum pertinentia tranſtulimus ad Eccleſiam in honore ſancti Alexii Confeſſoris conſecratam, ita tamen, quòd ibidem non alios, ſed in uſus pauperum & peregrinorum cadant in hoſpitali adminiſtratione predictorum fratrum diſtribuendam: Inſuper res illorum decimis omnium bonorum noſtrorum ampliavimus, & de predicto clauſtro equè decimas de omnibus eò dari inviolabiliter firmavimus, & quidquid deinceps liberalitate aliquorum ſeu Laicorum ad idem clauſtrum ſive ad hoſpitale traditum fuerit, jure equitatis & noſtre auctoritatis firma ibidem & inviolata in perpetuum manere ſanctimus. Proinde ne impoſterùm hoc memorie hominum decideret, ſcriptis notari, & ſigilli noſtri impreſſione ſignari fecimus.

Otto Epiſc. dotem adjicit.

Ita habetur in dicto Codice, ſed fortè legendum: in Eccleſia, quæ beati Gotehardi dicebatur; ad hoſpitale pauperum &c.

Anno ab Incarnatione Domini MCXLIII. Indict. V. anno autem Ottonis Epiſcopi Friſingenſis Eccleſie IIII. Acta ſunt hæc Friſinge præſentibus & conſentientibus his. Ego Sigimarus Abbas S. Stephani ſubſcripſi. Ego Udalricus Abbas Scirenſis ſubſ. Ego Hoboldus Præpoſitus Majoris Eccleſiæ SS. Ego Adalpertus Decanus S. Ego Herricus Præpoſitus & Archidiaconus S. Ego Wichmannus Præpoſitus S. Ego Herrandus Archidiaconus S. Ego Burchardus Præpoſitus S. Viti S. Ego Hainricus Cuſtos S. Ego Engelſcalcus Scolaſticus S. Ego Chuno Parrochianus S. cum cæteris Canonicis Friſingenſis Eccleſiæ. Aderant etiam Laici teſtes, ac de Nobilibus Comes Pertholdus de Tyrol, Adelperth de Richersbuſun, & filius ejus Herman, Eberhart de Herrenshuſen, Meingoz & Pilgrim de Wolmuteshabe. De familia Eccleſiæ. Iſenrich Camerarius, & filius ejus Hainricus. Counrat & frater ejus Fritlo de Heidolſingen. Sigefrit de Wolfoltesdorf. Eberhart de Hagenouwe, & alii quàm plures.

Neocellæ olim Sacellum S. Gothardi.

Hîc obiter monendus eſt Lector, ante conſtructionem modernæ ſplendidæ Neocellenſis Eccleſiæ haud procul ab antiqua Baſilica exſtitiſſe ſacellum, olim dedicatum honori S. Gothardi: cujus cultus ac memoria noſtra ætate in Ara S. Joſephi intra ipſam Cœnobii Eccleſiam celebratur. De Eccleſia S. Alexii hodie nihil ſupereſt, niſi ea, quam in recitato Inſtrumento conſpicimus, memoria.

An tota fundatio ſit adſcribenda Ottoni?

Sanè an ſoli Ottoni Epiſcopo tribuenda ſit tota celebris illius Cœnobii fundatio, non immeritò ex productis hactenùs literis Lector fortaſſis dubitabit, cùm ipſe Otto Epiſcopus diſertè fateatur, ſe bona ſupra recenſita delegâſſe ad Eccleſiam ſancti Petri *cum conſenſu Cleri & populi Eccleſiæ ſuæ.* Verùm licèt hæc ita ſe habeant, & non ſolius Ottonis Epiſcopi, ſed etiam Collegii Cathedralis, aliorúmque pietati atque liberalitati ea fundatio referenda ſit in acceptis, certum tamen eſt, totius piiſſimi operis primum motorem, bonorùmque recenſitorum præcipuum largitorem Ottonem fuiſſe, ut adeò eidem *Fundatoris* titulus ab omnibus meritò tribuatur.

Non ignoramus, ſcribi à nonnemine, Novæ Cellæ Monaſterium in Friſingæ conſpectu ad Moſæ & Iſaræ confluentes à tribus fratribus, Henrico Bavariæ Duce, Ottone Friſingenſi Epiſcopo, & Conrado Antiſtite Saliſburgenſi Præmonſtratenſium Religioſis fuiſſe erectum anno 1141. verùm quia membranæ hactenùs adductæ nullam Henrici Ducis, nullam Conradi Saliſburgenſis Archiepiſcopi mentionem faciunt, neque dicto anno Chriſti 1141. Henricus, Ottonis Frater, Ducatum Bojariæ: ſed nec Conradus, eo nomine ſecundus Saliſburgenſis Archipræſul, Ottonis ibidem frater, Mytram

Salis-

Digitized by Google

Salisburgenſem tenuit, neſcitur, an illius ſcriptoris ſententia pondus habere valeat, donec aliunde ſuffragiis antiquorum monumentorum fulciatur. Interea obſervabit Lector in literis Ottonis Epiſcopi annum Chriſti 1143. vocari quartum ejusdem Præſulis in Epiſcopatu Friſingenſi, cùm tamen videatur potiùs dicendus fuiſſe quintus Regiminis annus. Verùm quia in Inſtrumento anno Chriſti 1143. adjicitur *Indictio V.* quæ potiùs ad annum 1142. pertinet, cenſemus, in notam anni chronologicam irrepſiſſe errorem librarii vitiô: & ſic ponendum fuiſſe annum Chriſti 1142. qui verè erat Ottonis Epiſcopi quartus.

Ottonis Epiſcopi inſignem erga Neocellenſes liberalitatem inter alios ſtrenuè ſecuti ſunt *Miniſteriales* Friſingenſis Eccleſiæ, nempe Vaſalli, qui feuda quædam Friſingenſia poſſidebant pro miniſterio, quod Epiſcopo præſtabant. Sic Uto de Haslbach unà cum cognomine filio prædium in Zwainkirchen & Gumpetendorf: Eberhardus de Waiden prædium in Moſach: Hainricus Judex Friſingenſis agrum in Rietchamer, Hugo Canonicus Majoris Eccleſiæ molendinum ſuum in Langheim, alii alia Eccleſiæ S. Petri in *Novo Loco*, ſeu Neocella, donârunt, uti diſcimus ex laudato Traditionum Neocellenſium libro: in quo paſſim traditur, etiam Virgines DEO ſacras ibi domicilium habuiſſe, ac vitam regularem duxiſſe: quæ tamen omnia latiùs proſequi inſtituti noſtri ratio non patitur. Alia tamen beneficia à ſucceſſoribus Epiſcopis inſigni illi Monaſterio præſtita ſuis locis commemorabimus: & illud ſolùm hic annectimus, in celebri illa Neocellenſi Eccleſia olim fuiſſe corpora ſanctorum Marini Epiſcopi, & Teclani ejusdem Capellani, de quibus Raderus in *Bavaria ſancta*: & nos alibi egimus. In vicina quoque æde Dunkenhuſiana, Divi Michaëlis Archangeli honoribus ſacra, quæ ſub Novæ Cellæ tutela eſt, S. Eberhardus Opilio cultum habet, ubi optimus hìc olim pecoris cuſtos tumulum obtinet, & glebæ, qua tegitur, ſalutarem adversùs noxia animantibus venena vim inſpirat, ab agreſtibus ceu certiſſimum amuletum expeti ſolitam: uti idem Raderus cum Brunnero aliisque tradit. Dunkenhuſium nonniſi tribûs horæ quadrantibûs Friſingâ diſtat: unde ſanctus ille Eberhardus à Radero alicubi Opilio Friſingenſis appellatur.

Liberalitas etiam Miniſtrorum Ottonis erga Neocellam.

Etiam apud Neocellam erant Moniales.

S. Eberhardus Opilio.

§. IV.

Monaſteriorum Schlechdorffenſis & Schlierſeenſis inſtauratio. Bonorum Eccleſiæ Friſingenſis confirmatio. Turbæ in Bojaria.

DE primæva Monaſterii Schlechdorffenſis & Schlierſeenſis origine ſub Epiſcopis Joſepho, Aribone & Attone diſſeruimus. Schlechdorffenſe inter calamitates ab Arnulfo Malo & Hunnis Bojariæ illatas extirpatum, & ab Ordine Divi Benedicti avulſum fuiſſe, itidem ſuis locis demonſtravimus. Succeſſu tamen temporis eum locum ceſſiſſe ſæcularibus quibusdam Clericis, ex iis conſtat, quæ in actis Gotheſchalci Epiſcopi retulimus. Cæterùm prædictum S. Tertullini Martyris Cœnobium, quod jam Aribonis atque Attonis Epiſcoporum tempore Monaſterio Friſingenſi fuerat quodam pacto traditum, ab Epiſcopis Friſingenſibus deinceps gubernatum fuit usque ad Ottonis I. Epiſcopi noſtri ætatem, qui, ut primævæ fundatorum intentioni ſatisfieret, ex recens eſſloreſcente Auguſtinianorum Canonicorum familia ſodales quosdam anno Chriſti 1140. illuc immiſit, iisdémque proprium Præpoſitum cum certis poſſeſſionibus, piorum liberalitate olim Monaſterio oblatis, conceſſit. Hanc Canonicorum Regularium in locum

Monaſterium Schlechdorffenſe.

Cedit Canonicis Regularibus.

Schlechdorffenſem introductionem Arenbeckius equidem ad tempora S. Henrici Imperatoris reponit: aſt Aventinus, Hundius, Brunnerus, Adelzreiterus & alii eam Ottoni noſtro meliùs adſcribunt. Eadem Ottonis Epiſcopi cura erat circa Monaſterium S. Sixti PP. & M. Schlierſeenſe, de cujus fundatione à quinque fratribus facta in geſtis Aribonis Epiſcopi egimus. Illud ipſum enim Monaſterium eorundem Arnulfi mali, ac Hungarorum injuriîs vaſtatum, & à Divi Benedicti norma alienatum, anno 1141. Otto noſter reparavit, Regularibus Divi Auguſtini Canonicis tradidit, atque vicinis Dominis de Waldek defendendum commiſit. De his iterum Arenbeckius, & ſcriptores mox laudati videri poſſunt.

Uti etiam Schlierſeenſe.

Habent Raitenbuechenſes membranæ, circa hoc ipſum tempus Rudolphum, tertium loci Præpoſitum, optimæ vitæ Patrem, ab Ottone Friſingenſi Epiſcopo dignitate Archidiaconi fuiſſe inſignitum; quo ſublimi munere deinceps ſucceſſores eminuêre, & in hodiernum diem eminent, atque in amplum terrarum ſpatium ſacram illam jurisdictionem exercent.

Præpoſitus Raitenbuechenſis fit Archidiaconus.

Sanè quàm ſolicitâ providentiâ Otto ſuæ quoque Cathedrali Eccleſiæ Friſingenſi proſpexerit, nemo meliùs teſtabitur, quàm Innocentius II. Pontifex Maximus, qui Ottoni Epiſcopo eodem adhuc anno ſequentes literas miſit.

Pontifex adjuvat Ep. Ottonis Studia.

*INnocentius Epiſcopus, ſervus ſervorum DEI, venerabili fratri Ottoni Friſingenſi Epiſcopo, ejus ſucceſſoribus canonicè ſubſtituendis in perpetuum. Ex commiſſo nobis à DEO Apoſtolatûs officio fratres noſtros Epiſcopos diligere debemus, & Eccleſiis ſibi à DEO conceſſis ſuam juſtitiam conſervare. Proinde dilecte à Domino frater Epiſcope Otto preces tuas rationabiles admittimus clementer, & perſonam tuam cum commiſſa tibi à DEO Eccleſia ſub beati Petri & noſtram protectionem ſuſcipimus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus, ſtatuentes, ut quaſcunque poſſeſſiones, quæcunque bona eadem Eccleſia in præſentiarum juſtè ac canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis, Deô propitiô, poterit adipiſci, firma tibi, tuîsque ſucceſſoribus, & illibata permaneant. Sancimus etiam, ut in quocunque Epiſcopatu in fundo Friſingenſis Eccleſiæ Monaſteria vel Eccleſiæ ædificatæ fuerint * aſſenſu & conſilio tuo in eis Presbyteri ſtatuantur. Jura quoque tuæ Eccleſiæ, quæ venerabilis frater noſter Chunradus Salzburgenſis Archiepiſcopus recognovit, & ſcripti * auctoritate firmavit, * & tuæ Eccleſiæ confirmamus. Decernimus ergò, ut nulli omninò hominum liceat eandem Eccleſiam temerè conturbare, * aut decimas, bona, & poſſeſſiones ipſius auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel ab ipſa alienare, ſeu quibuslibet moleſtiis fatigare, ſed omnia integra conſerventur, tuis, tuorûmque ſucceſſorum uſibus profutura. Præterea quoniam advocati ad defenſionem ſtatuuntur Eccleſiæ, advocatis ipſius Eccleſiæ * interdicimus, ne aliquid * eidem loco, vel rebus ad ipſum pertinentibus inferre, vel aliquid præter jus ſuum ab eis exigere præſumant. Siqua igitur in futurum Eccleſiaſtica, ſecularisve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temerè venire temptaverit, ſecundo, tertiòve commonita, ſi non ſatisfactione congrua emendaverit, poteſtatis, honorisque ſui dignitate careat, reámque ſe Divino Judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo Corpore ac Sanguine DEI & Domini Redemptoris noſtri JEſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco juſta ſervantibus ſit pax Domini * quatenùs hîc fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æterna pacis inveniant. Amen.*

* al. ſint.

* al. ſui.
* al. tibi & commiſſæ.
* al. perturbare.

* al. omnimodis.
* aliquod gravamen.

* al. noſtri JEſu Chriſti.

Ego Innocentius Katbolicæ Eccleſiæ Epiſcopus.

Ego

Digitized by Google

Ego Gregorius Dyaconus Cardinalis Sanctorum Serii & Bachi.

*Ego Geroldus * Presbyter Cardinalis titulo ſanctæ Crucis in Jeruſalem.* * *al.* Geraldus

*Dat. Later. per manum Baronis Capellani & ſcriptoris XII. Kal. Decembr. * MCXLI. Pontificatûs Domini Innocentii anno XII.* * *alibi:* Indict. V. Incarnationis Dominicæ Anno MCXLI. Pontificatûs verò Domini Innocentii Papæ II. anno XII.

Hoc Documentum non ex autographo, verùm ex Libro Traditionum quinto exſcriptum neutiquam equidem caret mendis quibûsdam. Reticendum tamen non erat, tum quia ex eo apparet, Eccleſiæ Friſingenſis bonis eo tempore multos, ac potiſſimùm Advocatos avidè inhiâſſe, & altiori poteſtate coërcendos fuiſſe: tum quia in eodem inſtrumento gratia illa ſingularis conceſſa legitur, qua etiam extra Diœceſin Friſingenſem Ottoni jus quoddam ſpirituale circa Clericorum inſtitutionem (in fundis tamen ad Epiſcopi dominium ac proprietatem pertinentibus) à Pontifice conceſſa fuit.

Ad eundem annum pertinere videntur literæ, quas Conradus I. Salisburgenſis Archiepiſcopus ad Ottonem Epiſcopum noſtrum dedit, è quibus zelus ejuſdem noſtri Antiſtitis pro defendendis Eccleſiæ ſuæ juribus egregiè eluceſcit. Quoniam verò ſatis dignoſci hactenùs à nobis non poteſt, quam, vel quaſnam Eccleſias literæ illæ concernant, eas in Partem Alteram differimus, ubi eas Lector conſpiciet. N. 1316. Subjungimus ibidem Inſtrumentum, quo Otto Epiſcopus cum Sigimaro Abbate ſancti Stephani bona aliqua comutavit. N. 1317.

Hæc omnia admiratione idcircò ſunt digna, quòd acciderint eo ipſo tempore, quo graviſſima inter Leopoldum Bojariæ Ducem, ac Guelphonem VI. Henrici exautorati fratrem diſſidia ob Bojariæ Principatum exarsère, quæ cousque progreſſa ſunt, ut Leopoldus Dux, Ottonis Epiſcopi noſtri frater, dum unà cum exercitu ſuo à Lyco fluvio per fines fundóſque Friſingenſes Ratisbonam regrederetur, nulla Epiſcopi fratris ſui ratione habita, omnia licentiæ militum permiſerit, eapropter ab Ottone noſtro in ſuo Chronico perpetuo ſtigmate inuſtus. Ipſum Leopoldum paulò poſt Ratisbonæ infirmitate correptum, cùm in Auſtriam tenderet, 12. Kal. Novembris Altaichii fuiſſe mortuum, Adelzreitterus tradit.

Diſſidia ob Ducatum Bojariæ.

Friſingenſibus pernicioſa.

Lib. 7. cap. 25.

Leopoldo Bojariæ Duci defuncto, ſubſequenti anno, Chriſti 1142. ex Imperatoris Conradi arbitrio in publicis comitiis ſucceſſit illius, atque Ottonis Epiſcopi noſtri frater germanus Henricus eo nomine XI. Bojariæ Dux, tam Henrico Leone, Henrici ſuperbi filio, quàm Welfone ejus fratre excluſis. Ea res adeò Welphonis animum exaſperavit, ut rurſus tracto in Bojariam milite ingentem parti Provinciæ cladem inferret. Recedentem poſtea Henricus inſecutus, cùm per Friſingenſem agrum copias duceret, novas non ſolùm incolis & Eccleſiis clades intulit, verùm etiam mœnia ac munitiones Friſingenſis civitatis ſolo æquavit, quòd cives in Welphonem potiùs, quàm in Auſtriacum ſanguinem proclives viderentur, quippe qui eundem Welphonem tecto antehac receperant. Atque hæc ex ipſo Ottone noſtro Arenbeckius, & qui eum ſecuti ſunt ſcriptores, deſumpsêre, faſtiſque Boicis inſeruêre, quibus non habemus, quod opponamus, ac meritò miramur, inter medios illos tumultus Ottonem noſtrum Eccleſiam filialem in *Chemotn*, & Parochialem in *Vilsheim* in honorem ſanctæ Mariæ Magdalenæ conſecrâſſe, uti in ſuo Chronico Auſtriaco Arenbeckius ſcribit. Faſti etiam Schyrenſes memorant, eodem anno Ottonem Epiſcopum decimas ex Schyrenſi, ac Perwilligenſi agro Monaſterio ſtabili jure confirmâſſe, atque in vicem duos *curtiferos* ſeu prædia in *Vibuſen* recepiſſe. Cæterum eodem anno, Chriſti 1142. defuncto apud Brixentas Reinberto Epiſcopo, ex Admontenſibus noſtris, ut ſupra diximus, olim aſſumpto, ſuffectus eſt B. Hartmannus, cousque Canonicorum Regularium Neoburgenſis Monaſterii in Auſtria Præpoſitus, quem in ejus Eccleſiæ regimine Ottoni noſtro ſucceſſiſſe alibi diximus.

Novus Bojariæ Dux.

Nova diſſidia.

& Eccleſiarum, maximè Friſingenſis damna.

L. 7. cap. 26.

Otto Epiſc. etiam erga Schyrenſes beneficus.

B. Hartmannus fit Epiſcopus Brixinenſis.

Otto Epiſc. varias aras conſecrat.

Proximô annô Epiſcopus noſter in Weihenſtephanenſi Monaſterio aram cujuſdam Sacelli in honorem Beatæ Mariæ Virginis: in Monaſterio verô Weſſofontano ſacellum S. Nicolai: ac rursùs ibidem aliud ſacellum, itidem in honorem Deiparæ pridie Idus Julii conſecravit: ita enim Codices tum Weihenſtephanenſes tum Weſſofontani memorant. Ubi nemo non intelligit, Ottoni noſtro ad conſecranda Altaria in Auguſtana Diœceſi, ubi Fontes Weſſonis ſcaturiunt, facultatem à Waltero I. ejus temporis Auguſtano Epiſcopo conceſſam fuiſſe.

Cœleſtinus II. PP.

Eodem anno turbata à civibus Romanis urbis Monarchia Innocentius II. PP. ad cœleſtem Hierarchiam transferri optavit, mórsque votis ejus morem geſſit. Innocentio ſucceſſit Guido, natione Thuſcus, Cœleſtinus II. in Pontificatu appellatus.

§. V.

Friſinga ab importunitate Advocatorum liberatur.

Advocati in Eccleſias injurii.


IN antiquarum Eccleſiarum chartariis atque Codicibus nihil frequentiùs, nihil amariùs deplorari meritò ſolet, quàm quod ſacra illa domicilia ab iis, à quibus omnem opem atque defenſionem ſperare debuerant, à propriis, inquam, Advocatis ac Protectoribus tot tantáſque bonorum direptiones atque injurias experiri coacta ſint. Simile quidpiam inter alios Eccleſiarum Rectores expertus Otto Friſingenſis Epiſcopus, qui eapropter in libris ſuis paſſim adverſus Eccleſiæ ſuæ Advocatos graviter ingemuit, ac tandem, ut à tantis moleſtiis liberaretur, ab uterino fratre ſuo Conrado Rege, & electo Imperatore obtinuit. Diploma cum Hundio recitamus. Autographum ita habet.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Cuonradus divina favente clementia Romanorum Rex ſecundus. Sicut divina præordinante clementia cæteris mortalibus quodammodo ſupereminemus, ſic Eccleſias, & Eccleſiaſticas perſonas ab invaſione quorumlibet Regali potentia à Deo nobis conceſſa defendere debemus. Per hoc enim & temporalia noſtra ſucceſſu noſtro regentur proſpero, & ipſius miſerante clementia, qui dat ſalutem Regibus, gloria & honore coronabimur in cælo. Noverit igitur omnium tam præſentium, quàm futurorum induſtria, qualiter Palatinus Otto de Witelineſpach noſtra fretus ammonitione, judiciariam poteſtatem quam ſuper miniſteriales Eccleſiæ Friſingenſis jure Advocatiæ habere videbatur, prorsùs abnegavit, & in præſentia Epiſcoporum, & cæterorum Principum, conpenſita ſibi tamen conſenſu totius Eccleſiæ convenienti utilitate ſecundùm conſuetudinem Curiæ omninò exfeſtucavit. Hujus rei gratia petitione Kariſſimi fratris noſtri Ottonis, ejuſdem Eccleſiæ venerabilis Epiſcopi tam pro conſervanda Friſingenſis Eccleſiæ antiqua libertate, quam pro reformanda pacis tranquillitate conſtituimus edicto Regali, præcipientes, ne præfatus Palatinus vel aliquis Heredum ſuorum ullam deinceps judiciariam poteſtatem ſuper Miniſteriales Friſingenſis Eccleſiæ ſibi uſurpare præſumat, ſed ipſi dominò ſuo Epiſcopo debita ſubjectione inſerviant, & jure cæterorum miniſterialium ſine aliqua inquietatione fruantur. Siquis verò, quod abſit, hujus præcepti noſtri conſtitutum infringere temptaverit, mille libras auri puriſſimi componat, quarum partem dimidiam Cameræ noſtræ, reliquam verò præfatæ Eccleſiæ perſolvat. Ut autem hujus præcepti noſtri pagina firma & inconvulſa omni tempore permaneat, impreſſione ſigilli noſtri eam inſigniri juſſimus, manu propria, ut infra apparet, corroborantes. Qui præſentes aderant teſtes ſubternotari fecimus: quorum nomina hæc ſunt: Theodewinus ſanctæ Rufinæ Epiſcopus Apoſtolicæ Sedis Legatus. Heinricus Ratiſponen-

Digitized by Google

ponenſis Epiſcopus, Embricho Wirzeburgenſis Epiſcopus, Theobaldus Marchio. Fridericus Advocatus Ratiſponenſis. Heinricus Præfectus Ratisbonenſis. Oudalricus Comes de Lenzeburch. Gebehardus Comes de Sulzebach. Adalbertus Comes de Bogene, & filius ejus Hartwicus. Engibertus Comes Hallenſis. Cuonradus Comes de Dachowe. Chuonradus Comes de Valleja. Waltherus de Lovenhuſen. Marcquardus de Gruenbach. Adelbertus de Moſeburch. Otto de Steina. Pernhart de Eigelswanch.

Signum D^{ni} Cuonradi Romanorum ſecundi Regis invictiſſimi.



Ego Arnoldus Cancellarius vice Heinrici Moguntini Archiepiſcopi & Archi-Cancellarii recognovi. Anno Dominicæ Incarnationis MCXLIII. Indictione V. regnante Chuonrado Romanorum Rege ſecundo. Anno vero regni ejus IIII. Data eſt Ratisponæ in Chriſto feliciter. Amen.

Ad eundem annum pertinet notabilis commutatio prædiorum, quam Otto Epiſcopus noſter majoris commoditatis gratia cum Sigimaro Weihenſtephanenſi Abbate ejúsque fratribus fecit. Tradidit Epiſcopus Abbati Epiſcopales reditus in *Vetting*, vico, ad pedem montis S. Stephani ſito, unacum alia quadam curte, ac pratis quibusdam. Abbas vero Epiſcopo redhibuit quædam prædia in *Geyslingen*, *Marceling* & alibi. Tractatum illum paulò poſt Conradus Rex confirmavit. Literas tum commutationis tum confirmationis in Parte Altera producimus.

Otto Ep. facit commutationem bonorum cum Abbate Weihenſtephanenſi Sigimaro. N. 1318. 1319.

Schyrenſe percelebre Monaſterium eodem ferè tempore ſequentes literas ab Ottone Epiſcopo noſtro impetravit. *Otto DEI gratia Friſingenſis Eccleſiæ Epiſcopus. Dilecto & Venerabili fratri Ulrico Schyrenſium Abbati, ejúsque fratribus regularem & Monaſticam vitam in eodem Cænobio profeſſis in perpetuum. Quia Divina diſpoſitio nos in hoc mari magno fluctuantes, virorum religioſorum & pauperum Chriſti conceſſit orationibus ſublevari, eorum quieti & utilitati providere, quantum poſſumus, & volumus & debemus. Quocirca juxta petitionem tuam, frater chariſſime, interventu Advocati tui viri illuſtris Ottonis Pal. Com. Monaſterium tuum à ſtrepitu populari ſequeſtramus, & plebem inde in vicinam S. Martini Eccleſiam ejúsdem Monaſterii fundo ſuperædificatam transferimus, & transmutamus. Statuimus itaque, ut plebanus ſacerdos in hac ipſa Eccleſia populo Miſſas celebret, & ſepulturas faciat de plebe, ſalva tamen in omnibus Monaſterii tui reverentia, videlicet in baptiſmate conſecrando, & palmis benedicendis, & in viſitandis cum cruce Reliquiis ſanctorum in diebus Rogationum, hanc potiſſimum honori Matris Eccleſiæ ſucceſſoribus ſuis in memoriam reliquimus & juſtitiam. Nam ut Miniſteriales Schyrenſium vel quoslibet illorum divina compunctione attentos, ſicut aliqua conſuetudo habet, apud vos & à vobis ſepeliri concedimus. Hoc autem pro amore DEI & pro dilectione tua, ut fratres inibi Deo famulantes perpeti quiete fruantur, tibi tuisque ſucceſſoribus ſanci-*

Schyræ functiones Parochiales è primaria Eccleſia Monaſterii transferuntur in proximam Eccleſiam S. Martini. non tamen omnes.

*ſancimus, & in perpetuum per præſentia ſcripta corroboramus. Verùm ne hujus Præcepti noſtri pagina in perpetuum ab aliquo violetur, ſigilli noſtri eam impreſſione inſigniri, manuque propria, ut infra apparet, confirmantes. Teſtes, qui aderant, ſubternotari fecimus: quorum hæc nomina ſunt: Chuno Decanus: Engilſcalcus Scholaſticus, Herrandus Archidiaconus, Ulricus Præpoſitus ſancti Candidi & Archidiaconus. Burckhardus Præpoſitus S. Viti, Ulricus Præpoſitus S. Gaſtuli. Magiſter Guicmannus Præpoſitus S. Andreæ & Archidiaconus. Sigemarus Abbas. Hermannus Præpoſitus. Acta ſunt hæc anno ab Incarnatione Domini MCXLIV. Indict. 6. anno autem Domini Ottonis Friſingenſis Eccleſiæ Venerabilis Epiſcopi ſeptimo. Data Moſeburch per manum Reguini Cartularii * quinto Id. Decembris.*

* *Chartularius idem eſt ac Notarius. vide Hofmann. Tom. III. pag. 314.*

Has Ottonis Epiſcopi literas exhibet Gewoldus in additionibus ad Metropolin Hundii: è quibus demonſtratur, plebem Schyrenſem usque ad annum Chriſti 1144 in primaria Schyrenſi Eccleſia, baptiſmum, cæteráque Eccleſiæ ſacramenta percepiſſe, exequias celebrâſſe, ac Divini verbi prædicationi interfuiſſe non ſine incommodo Religioſorum, quibus ſtatis horîs pſallendum, cantandum, ſilendum, meditandum, lectionibúsque ſacris vacandum erat. Quod incommodum Udalricus Abbas precibus, Otto verò Epiſcopus autoritate ſua ſuſtulit, Parochialibus illis ritibus atque functionibus ad vicinam Divi Martini Eccleſiam translatis, ubi hodiéque frequentantur.

Lucius II. PP.

Eodem anno ad ſuperos abiît Cœleſtinus II. Summus Pontifex 8. Id. Martii, cùm nonniſi Menſibus quinque ad clavum Eccleſiæ ſediſſet, inſignis fautor atque promotor Ciſtercienſis Familiæ. Is ſucceſſorem habuit Lucium II. Bononienſem, ex Ordine Canonicorum Regularium S. Auguſtini aſſumptum, antehac dictum Gerardum, eum ipſum ſcilicet, qui, cum adhuc inter Cardinales numeraretur, inter alios Bullæ ab Innocentio II. anno 1142. Monaſterio Neocellæ conceſſæ ſubſcripſit, quam ſupra exhibuimus.

§. VI.

Ottonis Epiſcopi noſtri itinera Italicum, & Hieroſolymitanum; & acta ſynchrona.

Eugenius III. PP.

Inviſitur ab Ottone noſtro.

NOnniſi menſes undecim & dies quatuordecim in ſummo Sacerdotio exegiſſe Lucium II. Pontificem, cum Sigonio ac Baronio Pagius tradit. Diem illius emortualem fuiſſe 25. Februarii, iidem aſſerunt. Lucio poſt pauculos dies ſucceſſit Bernardus, S. Anaſtaſii Romæ Abbas, Divi Bernardi Abbatis Claræavallenſis diſcipulus, in Pontificatu Eugenius III. appellatus. Ad hunc Pontificem, cùm is ob turbas Romanas Viterbii moraretur, veniſſe Ottonem Epiſcopum noſtrum Baronius ſcribit. Cauſa itineris non exprimitur. Fortaſſis inter Bernardum illum, nempe Eugenium, & Ottonem noſtrum ſingularis familiaritas coaluerat, cùm uterque in Gallia ageret, ac Ciſtercienſe inſtitutum poſtea amplecteretur. Sanè quid Viterbii acciderit, cùm Otto illuc ſe contuliſſet, quantíſque diſſidiis tota ferè Gallia colliſa fuerit, ipſemet egregio ſtilo exprimit *libro 7. cap. 29. & 30.* ad quæ loca Lectorem remittimus.

Confirmantur bona Monaſterii Weihenſtephanenſis.

N. 1320.

Eugenius Pontifex eodem anno bona à Friſingenſibus Epiſcopis, atque Ottone noſtro Monaſterio Weihenſtephanenſi conceſſa, & factas bonorum commutationes datis literîs confirmavit; quas cùm in Metropoli Hundii non reperiamus, in Parte Altera ex membranis Domeſticis exhibemus.

Turbæ in Bojaria & alibi.

Interim in hac Bojaria noſtra eodem tempore Fridericus Ahenobarbus Suevus Henrico Wolfratshuſio bellum intulit: Dux verò Bojariæ Henricus infeliciter contra Hungaros pugnavit. Otto noſter è turbulenta Italia reverſus,

Digitized by Google

ſus, ſequenti anno, Chriſti 1146. Hiſtoriæ ſuæ manum ultimam appoſuit, ubi, cùm penultimo capite variorum exterorum regnorum ingentes tumultus recenſuiſſet, metu majorum malorum impendentium percuſſus ſubdit, *apud nos verò*, inquit, *tam tetra jam videtur confuſio, ut non ſolùm reliquô anni circulô prædâ, ſed & incendiô cuncta permiſceant, ſed & in ipſo quadrageſimali & pœnitentiali tempore contra Divinas & humanas leges deſævire non pertimeſcant. Tantò poſtremò præteritorum memoria, præſentium incurſu, futurorum metu diſcriminum urgemur, ut reſponſum mortis in nobis accipientes, etiam tædeat nos vivere, præſertim cùm tam ex peccatorum noſtrorum multitudine, quàm tumultuoſiſſimi Imperatoris fætulenta improbitate, haud diu ſtare poſſe mundum putaremus, niſi ſanctorum meritis, veræ civitatis civium, quorum in toto orbe copioſa variè & pulchrè diſtincta florent collegia ſuſtentaretur.* Hæc Otto noſter, prout quidem contextus editorum exemplarium habet. Ubi utique nemo non mirabitur, quòd Otto Conradum Regem, fratrem ſuum, tam ſeverâ cenſura notet, eúmque tumultuoſiſſimum, & fœtulentè improbum Imperatorem pronunciet. Verùm monendus eſt Lector, Joannem Cuſpinianum, qui Ottonis Hiſtoriam edidit, rectè in margine annotâſſe, in aliis Codicibus locô vocabuli *Imperatoris* poni vocabulum *temporis:* ut adeò non *Imperatoris*, ſed *temporis tumultuoſiſſimi fætulentam improbitatem* Otto accuſaverit, atque ingentia inde eventura mala animô præſagiêrit. Certè Conrado, qui coronam quidem Regni, ſed non itidem Imperii ſuſceperat, non Imperatoris ſed potiùs Regis titulus ex more ac uſu illius ætatis competebat, tametſi non ignoremus, Conradum alicubi & ſe Imperatorem appellâſſe, & ab aliis appellatum fuiſſe. His accedit, quòd eo ipſo anno Conradus Pontificis hortatu de ſacra adversus Turcas expeditione conſilia inierit, eúmque in finem Spiræ Comitia celebrârit, ſtimulos ingentes Divo Bernardo ſuggerente; ut adeò non appareat, cur ab Ottone Epiſcopo, fratre ſuo, tam acerbè notari potuerit, maximè cùm ipſe Otto ſequenti ſtatim anno Conrado Regi ſacri belli ſocium ſeſe inter tot alios Principes junxerit, velut ipſe teſtatur in Geſtis Friderici primi iis verbis: *Poſthæc* (nempe anno Chriſti 1147.) *Princeps* (putà, Conradus Rex) *Bajoariam ingreditur, ibique menſe Januario generalem curiam celebravit.* Et paulò poſt ſubjungit: *accepêre crucem tres Epiſcopi, videlicet Henricus Ratisbonenſis, Otto Friſingenſis, Reginbertus Patavienſis.* Vides, Lector, Ottonem à Conrado neutiquam ita abhorruiſſe, ut eum tantâ contumeliâ mactaret, qualem quidam Codices librariorum oſcitantiâ exhibent.

Otto Friſing. lib. 7. cap. 34.

lib. 1. cap. 40.

Et quoniam ad narrationem ſacræ illius expeditionis hactenùs devenimus, illud ex ipſo Ottone, loco mox allegato, adjungimus, acceſſiſſe Regi ac ſancto illi fœderi Henricum Bojariæ Ducem, Regis fratrem, item Guelfonem Suevorum, Jabeslaum Bohemorum Duces, Odoacrum Styriæ Marchionem, & Bernardum Carinthiæ Comitem. Addit *cap. 42.* Otto noſter, non ſolùm ex Romano Imperio, verùm etiam ex vicinis regnis, nimirùm ex Occidentali Francia, Anglia, Pannonia aliiſque populis innumeros ſacræ expeditionis famâ commotos fuiſſe, tantámque inter eas nationes pacem coaluiſſe, ut non ſolùm nullis ſeſe bellis laceſſerent, ſed neque quiſquam arma in publico geſtare vellet. Equidem Henricus Leo, exauctorati Henrici ſuperbi filius, eo tempore Bojariam à Rege repetebat. Verùm cùm Principum animi toti in bellum ſacrum exarſiſſent, dilata ea cauſa fuit, ipſeque Guelfo Henrici Leonis Patruus maluit in Aſia pro terra ſancta, quàm in Bojaria pro ſuo nepote ferrum ſtringere. Rex ipſe Conradus ut eò eſſet ad pugnandum, vel etiam ad piè moriendum expeditior, antequam itineri ſeſe committeret, Germaniæ Proceres Francofurtum convocavit, atque, iîs aſſentientibûs, Henricum filium ſuum etiamnum puerum Regni Collegam re-

Expeditio in terram ſanctam.

Cui etiam Otto Epiſcopus ſe jungit, donatis prius quibusdam decimis Capitulo ſuo.

nuntiavit; qui etiam paulò poſt Aquisgrani Coronam Regni accepit. Otto quoque Epiſcopus noſter, antequam ſuis valediceret, Decimas quasdam in *Perchtershauſen* Friſingenſis Eccleſiæ Canonicis dono dedit. Literæ originariæ in Tabulario Reverendiſſimi Collegii Cathedralis etiamnum aſſervantur.

In Monumentis Tegernſeenſibus legimus, hoc eodem anno Ottonem Epiſcopum cum Conrado Tegernſeenſi Abbate mancipia quædam permutâſſe. Similis itidem mancipiorum commutatio eodem anno inter ipſum Ottonem Epiſcopum, ad Adelheidem Abbatiſſam Patavienſem facta eſt Ratisbonæ, *præſente ac annuente Sereniſſimo Chunrado II. in conſpectu Principum, ac totius curiæ.* Inter teſtes exprimuntur Henricus Ratisbonenſis Epiſcopus. Reginbertus Patavienſis Epiſcopus. Eberhardus Babenbergenſis, Gebehardus Eiſtettenſis, & Altmannus Tridentinus. Poppo & Berthold Comites de Andechs, Hartwicus Comes de Pogine, Dipaldus junior Marchio de Voheburg. Otto filius Ottonis Palatini Comitis & alii.

N. 1321. De his videat Lector Partem Alteram.

Sacræ expeditionis exitus infelix.

Hîs ita conſtitutîs Ratisbonæ naves cum ſuis Rex conſcendit, & cum exercitu penè innumerabili tandem in Thraciam, atque Orientis partes pervenit, cùm nemo de futuro lætiſſimo rerum ſucceſſu dubitaret. Verùm longè aliter res cecidit, puniente Deo peccata populi ſui, veluti S. Bernardus poſtea inſigni miraculo demonſtravit. Nam & aquarum illuviem ingentem, & Manuelis Græci Imperatoris immanem perfidiam in Exercitum immiſit. Peremit quàm plurimos panis, calce & gypſo à Græcis infectus. Alii ex inundatione contabuere: alii ex itinere defatigati malitiâ fraudulentorum viæ ductorum in Turcarum inſidias delapſi, gladio periêre. Equidem Turcæ ad Mæandrum fluvium à noſtris cladem maximam paſſi ſunt, & Conradus Rex Hieroſolymam venit, quem Otto Epiſcopus noſter ſecutus eſt: neque poſtea ad Damaſcum infeliciter noſtri pugnârunt, ipſique urbi munitiſſimæ obſidionem admoverunt. Verùm cùm quidam copiarum Duces, à barbaris aurô corrupti, ſegniùs rem gererent, eóque pacto animi obſidentium in diverſa diſtraherentur, obſidio ſolvenda fuit, frementibûs utique aliîs fortiſſimîs Ducibûs, quòd ex paucorum avaritia ac præpoſteris conſiliis poſt tantos labores, ac amiſſum nobilitatis florem Chriſtianis rebus gloria nulla, nec palmus terræ unicus acceſſiſſet, in quo Chriſtiana ſigna figerentur. Ex tam infauſto rerum ſucceſſu Rex æger animi reditum meditatus, tandem mari, poſtea terrâ in Germaniam rediit, Salisburgi ferias Pentecoſtes celebravit, ac deinceps Ratisbonam Comitia indixit. Miratur cum quibusdam aliis Adelzreitterus, cur Otto Epiſcopus noſter non meminerit ſuæ fugæ, qua is, noſtrîs in Cappadocia profligatîs, inter præliantes elapſus, poſt ingentia viarum incommoda Hieroſolymam demùm pervenerit, prout à Chronologo Reichertſpergenſi ſcribatur.

Cur Otto Epiſcopus de iis quæ in Oriente paſſus eſt, nihil receuſeat?

Aſt id mirum non videbitur iis, qui in libris Ottonis advertent, quàm is non fuerit de rebus ſuis narrandis ſolicitus, quippe qui, ubi de Conrado Rege, Leopoldo atque Henrico Bojariæ Ducibus, fratribus ſuis, agit, aut nunquam, aut raro eos fratres ſuos appellat, tametſi à Conrado Rege fratris nomen ipſe in literis Friſingenſi Eccleſiæ conceſſis retulerit. Unde prædictum Ottonis ſilentium non ignaviæ, verecundiæ aut oſcitantiæ, ſed potiùs virtuti humilitatis rectè tribuimus: qui tametſi aliorum res aut fortiter geſtas, aut magnô animô toleratas in faſtos ſuos diligenter retulerit, ſuas tamen ignorari maluit. Verùm de hac ſacra expeditione ſatìs. De ea alii Scriptores pleniori manu agunt, quos Lector conſulet.

Circa idem tempus Otto Epiſcopus noſter ſuſcepit reformationem ampliſſimi Monaſterii Tegernſeenſis ita in ſynodo ſtatuente Conrado Archie-

piſcopo

Digitized by Google

piſcopo Salisburgenſi. Eam rem difficultate præcipua non caruiſſe diſcimus ex ipſius Ottonis epiſtola, quàm Is ad Eugenium III. Pontificem ſcripſit. Ea ſic habet:

Venerabili Patri & Domino E. Summo Pontifici. O. Dei gratia Friſingenſis ſervus cum debita ſubjectionis reverentia devotum ſervitium & orationes. Codex Tegernſ. alibi laudatus, pag. 145.

*In Synodo Provinciali motum eſt verbum coram Archiepiſcopo & Suffraganeis ejus, quòd in Regalibus Abbatiis modernæ inſtitutiones & conſuetudines Clauſtralium non ſervarentur. Nos ergò cùm ad noſtri Epiſcopii ejusmodi Abbates, ſicut alii fratres ad ſuos ſermonem, ſuper his quæſtionem dirigeremus cum viris religioſis ad Monaſterium N. * Abbatis, & mutationes aliquas juxta eorum conſuetudinem, quæ hìc reprehendebatur, exegimus. Qui reſponderunt, ſe nullatenùs poſſe antiqua ſtatuta illius Cœnobii vel infringere, vel mutare ſine magna conturbatione vel potiùs deſtructione loci pro eo, quòd & Advocatus graviter ferret, & de familia, qui Miniſteriales dicuntur, ſe usque ad mortem reniti clamarent. Nobis verò cùm verbum motum nec leviter eſſe dimittendum videretur; Abbati verò pluribus ex cauſis grave vel impoſſibile eſſet ad faciendum, veſtram appellavimus audientiam. Placuit itaque nobis, Pater & Domine, cauſam hanc ad vos tranſlatam, qui & prudentiam habeatis & auctoritatem finem imponere. Attamen hoc veſtræ ſignificavimus prudentiæ, perſonam Abbatis nec tunc in Synodo, nec poſtea de aliquo pulſatam eſſe, quippe quem longo jam tempore, fratrèsque ſuos, aliàs audivimus bonum habere honeſtatis teſtimonium.* Quid ad hanc epiſtolam Eugenius III. reſponderit, quémque finem ea cauſa habuerit, haud equidem conſtat: illud tamen certum eſt, Conradum Abbatem Tegernſeenſem poſtea ab Ottone fuiſſe in gratiam receptum: cum quo etiam quamdam commutationem Mancipiorum Epiſcopus fecit.

* Conradi.

non caret difficultate.

Interea Salisburgi Conradus Archiepiſcopus eo nomine primus anno Chriſti 1147. ad cœlos tranſiit, de Eccleſia ſua, atque Ordine Canonicorum Regularium per Bojariam optimè meritus. Is ſucceſſorem habuit Beatum Eberhardum, ex Comitibus Hiltpoltſteiniis ortum, atque Monaſterii Biburgenſis Ordinis S. Benedicti Abbatem, de quo, uti etiam de Conrado plura in Salisburgenſi Hiſtoria Mezgerus noſter memoriæ prodit, & nos ſuô locô plura memorabimus. Proximô poſt Conradi Archiepiſcopi obitum anno, Chriſti 1148. Reginbertus Pataviensis Epiſcopus lituum Paſtoralem ac vitam poſuit, nactus ſucceſſorem Conradum, Ottonis Epiſcopi noſtri fratrem Germanum, quorum tertius Germanus frater Henricus Bojariæ Dux eodem anno cum Theodora Græca, Manuelis Imperatoris Nepte, nuptias celebravit.

S. Eberhardus fit Archiepiſcopus Salisburgenſis.

Conradus Ottonis noſtri frater fit Epiſcopus Pataviensis.

§. VII.

Acta Imperii & Ottonis Epiſcopi ab anno 1150. *usque ad* 1158.

AD Calamitates Regis Conradi, qui nuper è Syria inglorius redierat, acceſſit anno Chriſti 1150. Mors præmatura Henrici filii, quem is abhinc triennio Regni Collegam Procerum Germaniæ conſenſu renuntiaverat. Interim in Bojaria Ottonis Wittelſpachii filii ejusdem Regis indignationem ſacrarum opum direptionibûs provocavêre, ut ex Aventino Adelzreitterus advertit. Hinc in Ratisbonenſi Conventu in filios bellum, in Patrem verò proſcriptio decreta fuit. Aſt cùm Pater Eccleſiarum tutelas abdicare demùm paratus eſſet, & filium natu majorem Regi obſidem dediſſet, in gratiam receptus eſt.

Eventus varii.

Trajectenſis Clerus eodem anno in deligendo Epiſcopo in diverſa ſtudia abripiebatur. Occurrit cum Ottone Epiſcopo noſtro Conradus Rex, ut diſcordantes ad concordiam reduceret: ſed irrito Conatu. Proximò annò Henricus Leo, repetiturus Bojariæ Provinciam, Conrado Regi, niſi votis ſuis faventem haberet, bellum illaturus erat. Sed fruſtra fuit, ac iras & arma Regis in ſaxoniam convertit, quanquàm majori ſuâ, quàm Cæſaris gloriâ, quippe cujus conatus inſigni aſtutia Henricus deluſit.

Ad hunc annum pertinet id, quod Pagius de Gratiano Benedictino Monacho refert, nóſque in gratiam ſtudioſorum Juris hîc inſerendum cenſuimus, & quidem ipſius Pagii verbis: „ Eugenius tertius (inquit) primus om- „ nium Pontificum Romanorum juſſit in tribunalibus Eccleſiaſticis judicari „ ſecundùm compilationem Gratiani, de quo Sigonius lib. 2. de Epiſcopis „ Bononienſibus ſcribit: *Anno MCLI. Gratianus, Monachus in Monaſterio* „ *S. Felicis, Decretum, id eſt, Juris Pontificii volumen inſigne, quod extat* „ *compoſuit &c.* ſubdit Pagius: Eugenius veritus, ne Jus Canonicum vi- „ leſceret, quia omnes ſtudioſi ad Civile recens digeſtum ſe conferebant, „ ſuggerente Gratiano gradus quoſdam Academicos excogitavit, non tam „ annorum, quàm profectûs, ſcilicet Baccalaureatûs, Licentiatûs, & Doctora- „ tûs, ut hocce ſpecioſo titulo ſtudioſos ad Jus Canonicum amplectendum „ excitaret, & Privilegiis accenderet. Ita Pagius.

Origo Graduum Academicorum in Scholis Juris Canonici.

Proximò annò Chriſti 1152. dum Conradus Rex expeditionem in Italiam parat, moritur non ſine veneni ſuſpicione. Is valedicturus Mundo Regni inſignia non filio Friderico, quippe per ætatem gerendis Imperii negotiis impari, ſed Friderico, fratris filio, conſignari juſſit, quem tanto promptius probârunt congregati Electores, quod Matre Guelpha, Henrici nigri filia, natus eſſet. Inter hos Electores Baronius, Palatius, & Goldaſtus Ottonem noſtrum numerant, & ipſus videtur prodere, dum in Geſtis Friderici *lib.* 2. *cap.* 2. de hac Electione hæc poſteris commendavit: „ Hujus con- „ ſultationis, inquit, in illámque tam unanimis aſſenſûs ratio, ùt recolo, hæc „ fuit. Duæ in Romano Orbe apud Galliæ, Germaniæve fines famoſæ fami- „ liæ hactenùs fuêre, una Henricorum de Gueibelinga, alia Guelfonum de „ Altdorffio. Altera Imperatores, altera Magnos Duces producere ſolita. „ Iſtæ, ùt inter viros Magnos gloriæq; avidos aſſolet fieri, frequenter ſeſe „ invicem æmulantes, Reip. quietem multotiens perturbârunt. Nutu verò „ DEI, ùt creditur, paci populi ſui impoſterum providentis, ſub Henrico V. „ factum eſt, ut Fridericus Dux, Pater hujus, qui de altera, id eſt, Regum „ familia deſcenderat, de altera, Henrici ſcilicet Noricorum Ducis, filiam „ in uxorem acciperet, ex eáque Fridericum, qui in præſentiarum eſt, & „ regnat, generaret. Principes ergò non ſolùm induſtriam ac virtutem jam „ ſæpè dicti juvenis, ſed etiam hoc, quòd utriusque ſanguinis conſors, tan- „ quam angularis lapis, utrorumque horum parietum diſſidentiam unire poſ- „ ſet, conſiderantes caput regni eum coſtituere adjudicârunt; plurimùm „ Reipublicæ profuturum præcogitantes, ſi tam gravis, & diutina inter „ Maximos Imperii Viros ob privatum emolumentum ſimultas, hac demùm „ occaſione Deo cooperante ſopiretur. „ Hæc Otto noſter.

Eligitur Fridericus Barbaroſſa.

Eodem anno, ùt habet Baronius ex eodem Ottone noſtro, Fridericus Rex Diſſidentibus in electione Archiepiſcopi Magdeburgenſibus electoribus, Guicmannum Cicenſem (id eſt, Naumburgenſem) Epiſcopum ad eam ſedem transferre conatus eſt: neque id tum quidem improbârunt Epiſcopi, ſed tamen ea ſuper re datis literis monendum eſſe Summum Pontificem cenſuerunt. Is eo facto vehementer commotus, Eberhardo Saliſburgenſi Archiepiſcopo, aliíſque Epiſcopis, & inter hos etiam Ottoni noſtro Friſingenſi dolenter conqueſtus eſt, quòd Regis quàm Pontificis in ea translatione ſtudioſiores

Translatio Guicmanni Epiſcopi improbatur à Pontifice.

Digitized by Google

dioſiores fuiſſent, graviſſimè eos adhortando, ut ſaniora deinceps Conſilia Regi ſuggererent. Sanè quem finem negotium habuerit, Baronius ibi non explicat. Unde nec nos anxii ſumus de eventu, qui illuſtrandis rebus Friſingenſibus nihil admodum conferre poſſe videatur.

Henricus, Moguntinus Archiepiſco. pus è ſede ſua ejicitur.

Anno ſubſequenti à duobus Cardinalibus Româ in Germaniam miſſis è Moguntina ſede ejectus fuit Henricus Archiepiſcopus, quem nonnulli innocentem fuiſſe ſcribunt, & ſecutâ Divinâ in eos Cardinales vindictâ confirmare ſtudent. Aſt Otto noſter Friſingenſis Epiſcopus factum neutiquam improbat, ſed Henricum Archiepiſcopum vocat *Virum, pro diſtractione Eccleſiæ frequenter correptum, nec correctum.* Baronius inſuper fabuloſam eſſe demonſtrat eam vindictam Divinam, quæ Cardinales illos oppreſſerit, cùm eorum uterque ſuperfuerit poſt illud tempus, quo miſerè periiſſe ab aliter ſcribentibus Hiſtoricis dicuntur. Illud certum eſt, Eugenium III. Pontificem rebus humanis valedixiſſe 8. Id. Julii prædicti anni, 1153. in cujus locum ſuffectus eſt Anaſtaſius IV. Romanus, ùt cum Baronio Pagius docet. Sunt, qui eum Benedictinæ familiæ ante Pontificatum adſcribant, dum alii eundem Canonicum Regularem fuiſſe aſſerunt. Utramque tamen ſententiam Pagius impugnare videtur, qui conſuli poteſt.

Anaſtaſius IV. PP.

Eodem anno menſe Decembri Bojaria equidem Goslariæ adjudicata fuit Henrico Leoni. Verùm cùm Henricus Auſtrius, qui rerum in Bojaria potiebatur, in Comitiis nunquam comparuiſſet, tum quidem Henricus Leo Bojariæ Principatum adire nondum potuit.

Secuta eſt anno ſequenti, Chriſti 1154. Mors Anaſtaſii Papæ IV. cùm nonniſi unicum Pontificatûs annum expleviſſet. Is Petri Cathedram reliquit Hadriano IV, ex Regularibus Divi Auguſtini Canonicis aſſumpto, qui proximo anno Friderico Regi Romæ Coronam Imperii impoſuit, quo tempore Otto Wittelſpachius, & Henricus Leo illuſtriſſima in Italia facinora edidêre. Novus Imperator in Germaniam reverſus id potiſſimùm egit, ut litem inter Henricum Auſtrium, & Henricum Leonem ſuper Bojariæ ducatu componeret. Id cùm operâ Ottonis Epiſcopi noſtri obtinere non poſſet, uti Otto ipſe teſtatur, tandem aſſecutus eſt, cùm Auſtriam, quæ hactenùs Præfectura limitanea, & appendix Bojariæ fuerat, ad Ducatus excellentiam evectam eidem Henrico Auſtrio conceſſiſſet, isq; viciſſim Bojariam ejuraſſet, atque Leoni reliquiſſet. Cæſareum ea ſuper re Diploma ſanè memorabile Arenbeckius in Chronico Auſtriaco apud Clariſs. P. Hieronymum Pezium, & Stero Altahenſis Monachus in ſuis annalibus exhibet: ubi inter alios Principes etiam Otto noſter velut teſtis numeratur.

Hadrianus IV. PP.

Auſtriæ Ducatus initia.

Illuſtre iſtud factum Imperatoris erat: turpe verò illud, quo Cæſar repudiata legitima conjuge Adelheide Vohburgia, Beatricem, (quam alii Agnetem vocant) filiam Comitis Burgundionum duxit: turpiſſimum verò, quòd, cùm eam ob rem pro merito reprehenſus à Pontifice fuiſſet, Fridericus *id ægrè ferens, Cardinalibus Romanis introitum Civitatum & Eccleſiarum Regni ſui interdixerit*, ùt Pagius ex Membranis Affligemienſibus ſcribit.

Turpia Regis facta.

Dum hæc ita in Italia Germaniâque gerebantur, anno Chriſti 1154. Otto Epiſcopus noſter Monialibus inclyti Monaſterii in Chiemſee perquàm beneficum ſeſe exhibuit, quod diſcimus ex ejus literis, quas Gewoldus Tom II. Metropolis Salisburgenſis inſeruit, nos verò ex eo in Parte Altera exhibemus.

Tom. II pag. 243. N. 1322.

Anno Chriſti 1156. Ottonem noſtrum unà cum adjutore Epiſcopo Brixinenſi Hermanno conſecraſſe Monaſterium Dietrami Cellæ, Hundius ſcribit: Brunnerus verò benè notavit, eundem Ottonem eodem anno finem feciſſe ſcribendi res geſtas Friderici, à Doctiſſimo Radevico, Friſingenſis majoris Eccleſiæ Canonico, &, ùt quidam addunt, Præpoſito, continuan-

Radevicus, Friſingenſis Canonicus, ſcriptor celeberrimus.

Digitized by Google

nuandas. Porrò Radevici Friſingenſis ſcripta ad illuſtrandam Eccleſiaſticam ejus temporis hiſtoriam ſummâ diligentia Baronius adhibuit, eáque inſertîs eruditisſimîs animadverſionibûs interſtinxit, verùm de his paulo infrà ſuô locô. Nunc ad viciniora convertimur, quæ hoc eodem anno accidêre inter Ottonem Friſingenſem, & Hartwicum Ratisbonenſem Epiſcopos ſuper certis utriusque Diœceſeos limitibus. Rem eam meliùs nunquam explicabimus, quàm verbîs S. Eberhardi Salisburgenſis Archiepiſcopi, & Godehardi eo nomine primi Abbatis Admontenſis, quorum arbitrio cauſa decidenda ab utroque Epiſcopo commiſſa fuerat. Ii ſic habent:

Termini ac limites Diœceſium Friſingenſis & Ratisbonenſis.

Eberhardus DEI gratiâ Salisburgenſis Eccleſiæ Epiſcopus, & Gotehardus eâdem gratiâ Admontenſis Monaſterii Abbas omnibus Chriſti fidelibus tam præſentibus, quàm futuris in perpetuum. Quoniam ea, quæ vel conſilio terminantur, nè à memoria excidant, in ſcripta ſunt redigenda. Idcirco cauſam illam, quæ inter Venerabiles fratres noſtros Ottonem Friſingenſem, & Hartwicum Ratisbonenſem Epiſcopos de terminis Epiſcopatuum actenus ventilata eſt, qualiter à nobis terminata ſit, univerſitati veſtræ ſignificamus. Uterque namque Epiſcopus fide data in manus noſtras conſentiente utraque Eccleſia compromiſit, ut quicquid de eadem controverſia judicio vel conſilio diffiniremus, ratum haberet & obſervaret: & ſiquis eorum à noſtro conſilio vel ſententia recederet, alteri centum libras perſolveret, & nobis tantundem. Tali ſecuritate accepta partes diligenter & ſufficienter hinc inde audivimus, teſtibus etiam ſtudioſè examinatîs & ſuſceptîs, communicato conſilio cum viris Religioſis & ſapientibus, qui tunc aderant, tale dedimus conſilium, ut Ratisponenſis Eccleſia terminos illos, qui in controverſia erant ex parte Aquilonaria fluminis Iſaræ, quietè & pacificè poſſideret. Friſingenſis verò Eccleſia ex parte Auſtrali ejusdem fluminis Eccleſiam Termarſchirchin cum populo, qui eſt inter eandem Eccleſiam, & Friſingenſem Epiſcopatum ad partem occidentalem ejusdem Eccleſiæ cum duabus aliis Eccleſiis Berchheim & iterum Berchheim quietè poſſideat. Populum autem, qui eſt inter prædictam Eccleſiam, & Ratisbonenſem Epiſcopatum à parte Orientis prænominatæ Eccleſiæ, Ratisbonenſis Eccleſia pacificè detineat. Dos verò earundem Eccleſiarum in cujuscunque terminis jure fundi ad easdem Eccleſias pertineat. Hoc noſtrum Conſilium uterque Epiſcopus conſentiendo approbavit, & à fide, qua ſibi invicem, & nobis tenebantur, ad petitionem eorum ipſos abſolvimus, Hec igitur, quæ à nobis tali conſilio terminata ſunt, ut firma & illibata in futurum permaneant, literis annotari, ſigillo noſtro communiri fecimus. Anno ab Incarnatione Domini MCLVII. Indict. V. VIII. Kal. Junii, anno Domini Eberhardi Salzb. Archiepiſcopi XI. actum Hohenouwe feliciter. Amen. Hæc ex libro Traditionum Friſingenſium quarto ſeu Magno depromſimus, qui manu coæva Conradi Sacriſtæ conſcriptus fuit.

Offenditur à Rege Pontifex.

Dum eum in modum Friſingenſis & Ratisbonenſis Epiſcopi prudentiſſimè conciliantur, lites Pontificem inter & Imperatorem excrevêre. Londonienſis Epiſcopus à liminibus Apoſtolorum redux in Imperatoris ditione à Cæſareanis interceptus, cuſtodiæ mancipatus, atque indignisſimè habitus fuerat. Neque id ignoravit Fridericus, ſed Epiſcopum in arcta cuſtodia detinuit, nullius planè criminis reum, quàm quòd Summum Pontificem veneratus fuiſſet. Id non potuit diſſimulare Adrianus Pontifex, ſed literas ad Fridericum dedit, quibus de captivitate innocentis Epiſcopi conquerebatur, indignum aſſerens, quòd Eccleſia tam atrocia pateretur ab eo, cui paulò antè Imperatoriam coronam impoſuiſſet. Paterna hæc correptio adeò nihil in ſuperbi juvenis Imperatoris animo effecit, ut is potiùs in Pontificem, ejúsque Legatos vehementisſimè exarſerit, datîsque encyclicîs literis Imperii ordines adversùs Papam concitaverit, nequisſimè ſilendo cauſam, cur à Ponti-

Pontifice correptus fuerit, & illud unicum iniquè exaggerando; quòd ipſe Imperii honorem non à Pontifice (ut Adrianus jactitaret) ſed à DEO, atque Electoribus acceperit. Porrò ut veritatis ſpeciem ſtolidæ querelæ ſuæ Imperator illineret, voculam *beneficium*, quo uſus fuerat in literis Pontifex, in peſſimùm ſenſum violenter detorſit, ſcripſitque Principibus, contendere Pontificem, quaſi Romanum Imperium conferretur à Papa inſtar *beneficii*, id eſt feudi: quod tamen Pontifici nunquam in mentem venerat.

Hîs Romam delatîs meritò commotus Pontifex ad Germaniæ Epiſcopos literas dedit mærore plenas, hortatus illos, ut omni ſtudio Imperatori ſaniora conſilia ſuggererent. Quod quidem illi naviter executi, reſcripsêre Pontifici, Imperatorem *debitam Patri ſuo* (Hadriano) *reverentiam libenter exhibere: liberam Imperii coronam Divino tantùm beneficio adſcribere: electionis primam vocem Moguntino Archiepiſcopo: deinde, quod ſupereſt, cæteris ſecundùm ordinem Principibus recognoſcere, Regalem unctionem Colonienſi, ſupremam verò, quæ Imperialis eſt, Summo Pontifici &c.* Supereſſe tantùm, ut Pontifex priores literas novîs literîs benignè interpretetur.

Audiît conſilium optimum Pontifex, novâque epiſtolâ genuinum ſenſum Imperatori explicavit. Ea Pontificis epiſtola cùm Imperatori fuiſſet exhibita, Ottoni Epiſcopo noſtro Friſingenſi, ceu Epiſcoporum doctiſſimo, tradi juſſit, ejúſque cenſuram requiſivit. Otto ea occaſione prudentiſſimè uſus, optima quæque Imperatori nuntiavit, tantúmque valuit, ut demùm Fridericus cum Adriano in gratiam tum quidem redièrit, Legatóſque Pontificios Regiis etiam muneribûs affectos benigniſſimè dimiſerit. Ex quo nemo non agnoſcet, quanto beneficio Pontificem atque Imperatorem, totámque Eccleſiam Otto Epiſcopus devinxerit.

Otto Epiſcopus Imperatorem conciliat cum Pontifice.

Circa idem tempus, ùt ſcribit Radevicus, Labeslaus, è Duce Bohemiæ Rex ab Imperatore, & Imperii Primoribus renuntiatus, Ottonem Epiſcopum noſtrum, & fratrem illius Henricum Auſtriæ Ducem, prædia Friſingenſis Eccleſiæ ſibi uſurpare auſum, ad pacem & concordiam revocavit. Vetus Poëta Ligurinus, Ciſtercienſis Ordinis Monachus, eam duorum fratrum reconciliationem verſibûs exornavit, ſic canens:

Ipſe Otto Epiſcopus conciliatur cum fratre ſuo Auſtriæ Duce.

Nec minùs egregium dictu, pulchrúmque putamus,
Quòd Patruus Regis, Dux Auſtrius, atque Friſingæ
Præſul ſedis Otho ſtudio curáque Nepotis
In pacem redière bonam, quos ante feroces
Irarum ſtimuli, fraternáque rixa cruentis
Vexabat odiis, cùm Dux abrumpere quædam
Fratris ab Eccleſia per vim tentabat: at ille
Priſca ſuæ ſedis certabat jura tueri.

Hæc Poëta ille penè coævus.

Eâdem, ùt videtur, tempeſtate Otto Epiſcopus Lotharium, Rotenſis Monaſterii Abbatem, tum fratribus ſuis, tum Ottoni Wittelſpachio Palatino, poſtea Bojariæ Duci, conciliavit. Lotharius Abbas Ottoni Palatino vendiderat prædium in Niuvarn abſque præſcitu atque conſenſu Congregationis ſuæ. Palatinus inſuper prædium equidem ſibi uſurpavit, aſt pecuniam pactam Abbati minimè numeravit. Rotenſes itaque ad Pontificem appellaturi erant, niſi Otto Epiſcopus ſeſe interpoſuiſſet. Is itaque unà cum Lothario Abbate Palatinum multîs ac frequentatîs precibûs, ac propoſitô etiam animæ periculô convenit, ut prædium Rotenſi familiæ reſtitueret. Annuit tandem Palatinus, ac prædium legitimis Dominis reddidit, ea tamen conditione, ut idem prædium ſibi jure emphyteutico concederetur, is verò ſingulîs annîs in feſto Epiphaniæ Rotenſibus noſtris talentum argenti offerret. Tractatus ille ſuper Reliquiis Sancto-

Tranſactio inter Rotenſe Monaſterium & Ottonem Wittelſpachium.

Sanctorum Marini & Aniani (Rotenſium Patronorum) Friſingæ concluſus eſt, multis nobilibûs teſtibûs præſentibûs. Chartam in Parte Altera exhibemus. N. 1323.

Idem Otto Epiſcopus tractatum, ab Henrico Epiſcopo, Deceſſore ſuo, cum Abbate Conrado Benedictoburano initum, confirmavit, quo prope Vallenſem Lacum (Walhenſee) fundus inter Benedictoburanos atque Schlechdorffenſes piſcatores diviſus eſt, uti in ſuperioribus expoſuimus.

Cùm anno Chriſti 1156. Fridericus Imperator Wirzburgi Cœnobio Berchtesgadenſi in ſolenni Principum Conventu bona ſua confirmâſſet, etiam Otto Epiſcopus noſter literis ſubſcripſit. Diploma Gewoldus in Additionibus ad Hundium exhibet. Tom 1. pag. 177.

Prærogativa Collegiatæ Eccleſiæ S. Andreæ Friſingæ.

Annô proximô Chriſti 1157. Otto Epiſcopus noſter Collegium Inſignis Eccleſiæ Divi Andreæ Friſingæ in ſingularem ſuam protectionem ſuſcepit, bona confirmavit, eidémque primum poſt Cathedrale Collegium locum adjudicavit. Literas Gewoldus in additionibus ad Hundii Metropolim recitat, quæ ſic habent:

IN *nomine ſanctæ & Individuæ Trinitatis. Otto DEI gratiâ Friſingenſis Eccleſiæ Epiſcopus dilecto filio Ottoni Præpoſito Eccleſiæ ſancti Andreæ, fratribúſque ſuis Canonicis præſentibus & futuris ac ſucceſſoribus Canonicè ſubſtituendis in perpetuum. Licèt omnibus Chriſtianam fidem & charitatem debeamus, ex officii tamen noſtri debito tenemur, ut eorum, qui ſpecialiùs nobis attinent, utilitatibus provideamus, ut eorum juſtis precibus animum inclinemus. Proinde dilecte in Chriſto fili Otto, ob amorem DEI, & petitionem tuam, Eccleſiam S. Andreæ cum omnibus ſuis poſſeſſionibus, ſub noſtram protectionem ſuſcipimus, eámque præſentis paginæ privilegio communimus, ſtatuentes, ut univerſa bona ſua, vel quæ nunc habet, & poſſidet, vel in futuro largitione cujusquam juſtè & legaliter habitura eſt, rata ſibi & integra permaneant, tibi tuorúmque ſucceſſorum Præpoſitorum & fratrum uſibus idoneis jugiter profutura. Ea quoque, quæ bonæ memoriæ Anteceſſor noſter Ellenbardus Venerabilis Epiſcopus, aliique Anteceſſores noſtri in areis, decimis, vinetis, mancipiis, aliiſve poſſeſſionibus pia vobis devotione contradiderunt, ſeu congrua commutatione & concambio contulerunt, nos etiam vobis concedimus & confirmamus, videlicet areas, quas vel in monte Friſingenſi, vel infra montem ſitas poſſidetis, & in Montanis Tholbach, Cheines, vel extra montana Humblin cum decima Geislingen, cum decima Dorffen, cum decima Tugilbach, cum decima Holzhauſen, cum decima Brittenbach, cum decima, & præter hæc, quam nos vobis conceſſimus aream Laurentii. Præterea poſſeſſionem juris & dignitatis, inter alias Eccleſias poſt primam, ſicut in noſtra præſentia canonicè obtinuiſtis, vobis recognoſcimus, quod videlicet in celebrandis ordinibus in annotatione poſt ſedem Cathedralem primum locum in proceſſione ſolemni Præpoſitus veſter aliis Præpoſitis præferatur, in refectorio accubitum, qui principali oppoſitus eſt, habeatis, niſi fortè alia ſit Eccleſia, quæ antiquioribus ſe in hujusmodi gaudere privilegiis valeat oſtendere, & legitimè comprobaverit. Siquis autem huic noſtræ inſtitutionis privilegio temerè contraire voluerit, tanquam prævaricator Divino examini ſe rationem redditurum cognoſcat; conſervantibus autem eam apud eum, qui retributor omnium bonorum eſt, fructus & præmium maneat æternæ remunerationis. Signum Domini Ottonis Friſingenſis Epiſcopi. Item Ego Adalbertus Majoris Eccleſiæ Præpoſitus. Ego Adalbertus Majoris Eccleſiæ Decanus. Item Ego Engilſcalcus Majoris Eccleſiæ Scholaſticus. Item Ego Herrandus Archidiaconus. Item Ego Hoboldus S. Zenonis Præpoſitus. Item Ego Berachtoldus Majòris Eccleſiæ Notarius. Item Ego Arnoldus Archidiaconus. Item Ego Rapoto Abbas S. Stephani. Item Ego Haremodus S. Viti Præpoſitus. Item Ego Hermannus Præpoſitus S. Petri. Item Ego Udalricus*

S. Arſa-

Digitized by Google

*S. Arſacii Præpoſitus. Item Ego Henricus S. Dionyſii Præpoſitus. Anno Dominicæ Incarnationis M. C. LVII. anno autem Domini Ottonis Friſingenſis Eccleſiæ * decimo nono, Indictione V. Data VIII. Id. Novembr. Actum Friſingæ in nomine Domini noſtri JEſu Chriſti. Amen.* * adde Epiſcopi.

§. VIII.
Acta Ottonis Epiſcopi ultima.

PAuculîs annîs, antequam è vita Otto noſter migraret, Henricus Leo, Bojariæ & Saxoniæ Dux occupata ex improviſo Veringâ, Friſingenſis ditionis oppidô, pontem Iſaræ ibidem impoſitum demolitus eſt: id quo conſilio factum ſit, ex Boicis Scriptoribus, Lector, accipe. Reichenhalla oppidum eſt in Bojaria ad pedem Alpium Noricarum ſita, in qua mirabili DEI munere bullit fons aquæ ſalſiſſimæ, ex qua ſal candidiſſimus ignis beneficio excoquitur, neque per Bojariam tantum venditur, verùm etiam ad Suevos, Rhetos, Helvetos, Francones, & Rheni accolas deportatur. Salinaria dolia, uti etiam aliarum mercium rerúmque onerarii currus olim usque ad Ottonis Epiſcopi noſtri tempora ad ſupra dictos populos per Veringenſem pontem devehebantur, unde ex Vectigalibus grande æs Friſingenſibus Epiſcopis acceſſerat. Illud portorium ne Bojariæ Duces deinceps cogerentur pendere Epiſcopo, Henricus Leo, ùt diximus, Veringenſem pontem dejecit, aliúmque propè villam, München dictam, quæ, ùt alibi retulimus, anno 782. Scheftlarienſi Monaſterio donata fuerat, Iſaræ fluvio impoſuit. Inde ingens litis materia excrevit, quam etiam Otto Epiſcopus noſter ad Imperatorem, Principúmque Conventum deferre coactus eſt. Sanè quid in Principum præſentia Imperator ſtatuerit, non noſtris, ſed Cæſaris verbîs unà cum Hundio exponimus. Ea in autographo ſic habent:

Henricus Leo pontem Veringenſem dejicit. Quare? Querelæ Ottonis Epiſcopi.


IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Fridericus, Divina favente Clementia Romanorum Imperator & ſemper Auguſtus, dilecto patruo ſuo Ottoni Friſingenſi Epiſcopo, ejuſque ſucceſſoribus canonicè ſubſtituendis in perpetuum. Ex quo Divina benignitate Romani Imperii gubernacula tenemus, dignum eſt, ut ejus opitulatione, quantum poſſumus, quieti temporum, & paci Eccleſiarum curemus providere. Ita enim & in præſenti commiſſum nobis orbem pacificè gubernari, & in futuro à Rege Regum ſempiternæ retributionis præmiô donari ſperamus. Inde eſt, quòd controverſiam, quæ inter te, Kariſſime patrue, qui inpræſentiarum Friſingenſis Epiſcopatûs geris dignitatem, & nobiliſſimum conſanguineum noſtrum Henricum Ducem Bawariæ & Saxoniæ ſuper foro apud Veringen & Munichen dignoſcitur agitari, ita coram noſtra & Principum præſentia decidere curavimus, ut deinceps omnis contentionis, quæ ob hanc rem inter vos haberi poſſet, ſublata credatur occaſio. Hujus autem tranſactionis utriusque veſtrûm aſſenſu, & voluntate celebratæ talem fuiſſe tenorem præſentibus innoteſcat & futuris. Forum quod eſſe ſolebat apud Veringen, & pons ad theloneum de cætero jam ibidem non erit, neque moneta. In ejus autem rei recompenſationem conſanguineus noſter Henricus Dux Eccleſiæ Friſingenſi contradidit tertiam partem totius utilitatis, quæ provenire poterit de Theloneo fori ſui apud Munichen, ſive in tributo ſalis, ſive aliarum rerum magnarum vel minutarum ſeu venientium, ſeu inde redeuntium. Thelonearium verò aut ſuum habebit uterque veſtrûm pro beneplacito ſuo, aut, ſi hoc viſum fuerit, ambo unum, qui teneatur utrique veſtrûm ad reſpondendum. De moneta ſimiliter erit, quod tertiam partem ejus penſionis Epiſcopus accipiat, duæ in uſus Ducis concedant. Hoc autem fideliter ex parte

Imperator componit litem.

Digitized by Google

Ducis laudatum eſt, ut ſine dolo & malo ingenio ſingula hæc Eccleſiæ Friſingenſi in perpetuum abſque contradictione perſolvantur. Moneta tamen ad arbitrium Ducis locari debebit. Denique monetam Friſingenſem ad voluntatem ſuam locabit Epiſcopus, tertiam tantùm ſuæ redditionis partem Dux habebit nomine feudi, conceſſurus, ſicut & modò conceſſit cuilibet hoc ipſum, ſive multum ſive parum ad petitionem Epiſcopi. Statuimus ergò, & præſentis inſtrumenti paginâ roboramus, ut hujus conventionis hinc inde pari convenientia factæ ratum & inconvulſum omni tempore maneat firmamentum, & uterque veſtrûm, quod accepit, teneat, & quietè poſſideat, veſtris, veſtrorúmque ſucceſſorum uſibus jugiter profuturum. Porrò ne hujus facti memoria futuris quibuſque temporibus oblitteretur, ſcripto notari, ac ſigilli noſtri impreſſione muniri, manúque propria, ut infra apparet, corroborantes, teſtes quoque, qui aderant, ſubternotari fecimus, quorum nomina hæc ſunt. Arnoldus Moguntinenſis Archiepiſcopus, Fridericus Colonienſis Archiepiſcopus, Geuchardus Werzeburgenſis Epiſcopus, Hermannus Vardenſis Epiſcopus, Cuonradus Auguſtenſis Epiſcopus, Everbardus Bavenbergenſis Epiſcopus, Fridericus Dux Suevorum, Herimannus Marchio Veronenſis, Tidericus Marchio de Luſiz & frater ejus Heinricus. Signum Domini Frederici Romanorum Imperatoris invictiſſimi.

Ego Reinaldus Cancellarius vice D^ni^ Moguntini Archiepiſcopi & Archicancellarii recognovi.



L.S.

Dat. Auguſtæ XVIII. Kal. Jul. anno Dominicæ Incarnationis MCLVIII. Indict. VI. Regnante Friderico Romanorum Imperatore Auguſto anno Regni ejus VII. Imperii verò III. Amen.

Rebûs ita conſtitutîs Veringa publicis judiciis & conventibus, nec non mercaturâ, & officina monetaria olim percelebris, & Antonino (ùt videtur) *Iſaniſca* dicta, totum illud decus ſuum amiſit, quod deinceps ad villam München translatum eſt, quam poſtea in urbem mutatam fuiſſe, ſuô locô monebimus. Sanè num Imperatoris Diploma Henrico Leoni, an Ottoni Epiſcopo faventius fuerit, prudens Lector judicabit. Ea de re in conſequentibus plura memorabimus.

Operum ultimum egregii Antiſtitis Ottonis fuiſſe Brunnerus ſcribit, quod is Legatorum Pontificiorum (qui videlicet ad Cæſarem cum Adriani literis venerant) familiari uſu captus, ex eorum ſententia Friſingenſe Canonicorum Collegium, iisdem tum ædibus, & communi foco utentium, innovato veteri jure, & aliquot capitibus aucto, ad religioſæ diſciplinæ cultum velut nova face accenderit. Conſtitutionis Ottonianæ verba dudùm Hundius in Metropoli retulit, ac nos velut rem ad noſtrum inſtitutum omninò pertinentem, hîc recitanda cenſuimus.

Otto Epiſcopus circa Cathedrale Collegium ſolicitus.

Inſti-

Inſtitutio Ottonis Epiſcopi De utilitate Friſingenſis Eccleſiæ.

*IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Otto DEI gratia Friſingenſis * Epi-* * alibi additur: Eccleſiæ.
ſcopus dilectis in Chriſto fratribus Alberto Præpoſito, & univerſis ſanctæ DEI
*Genitricis Mariæ * Canonicis, eorúmque ſucceſſoribus Canonicè ſubſtituendis in* * alibi add. ejuſdem Eccleſiæ.
perpetuum. Divina nos adhortante commonitione omnibus hominibus debemus
affectum caritatis, effectum verò ſpecialius his, qui aut fidei domeſtici ſunt, aut
quibus ad arctiorem curam per Epiſcopalem ſollicitudinem deputati ſumus. Ea-
*propter Kariſſimi fratres veræ * ſaluti, veſtríſque utilitatibus pro debito noſtro* * al. veſtræ.
jugiter invigilantes, temporalium vobis, quantum valemus, neceſſitudinum cu-
ras imminuere curamus, ut ſpiritualibus diſciplinis, & honeſtioribus ſtudiis
operam diligentiùs intendatis. Conſultis itaque Venerabilibus Dominis Hainrico
& Jacynto ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, & Legatis, qui hoc tem-
pore in Regno Deutunico legatione fungebantur, & eorum adhibita auctori-
tate antiquas & rationabiles Eccleſiæ veſtræ conſuetudines, quæ, ut dicitur, le-
gem imitantur, volumus à Fraternitate veſtra diligenter obſervari: videlicet
modum pſallendi in choro, reverentiam in Capitulo, dormiendi in dormito-
rio omnibus, exceptis infirmis, & his perſonis, quæ ſe ſpeciali jure exinde
defendere poſſunt, contemptores regulari diſciplinæ ſubjaceant. Pueros &
adoleſcentes, qui pro ætatis lubrico ad malum laſciviæ proni ſunt, ſcholaſticæ
*diſciplinæ ſubjacere * volumus, donec ad ordinem ſubdiaconatûs promovean-* * al. ſubeſſe.
tur tempore congruo, nec occaſione diſcendi foras eos evagari ante hoc tempus
concedimus. Sanè de ſtipendiis, quæ ad communem præbendam pertinent, ſive
*in mancipiis ſive in aliis redditibus illud * ut ubicunque ad ſingulares cujuſpiam* * Statuimus.
uſus conceſſæ ſunt, ſi vacare cœperint, nemini beneficientur, ſed ad commu-
nem fratrum utilitatem deputentur, niſi fortè ad tria vel quatuor mancipia
*quotidianis * uſibus neceſſaria. Pro bono tamen pacis ea, quæ in præſen-* * Cotidianis.
tiarum ab aliquo veſtrûm de hujuſmodi canonicè poſſeſſa ſunt, ſuis poſſeſſoribus
quietè habere concedimus. De his autem prædiis, quæ ad oblationem perti-
nent, vel in futurum largitione cujusquam Eccleſiaſticæ, ſæculariſve perſonæ
pertinebunt: decernimus, ut hi, qui ea juſtè tenent, teneant, & quæ ex eis va-
care cœperint, paſſim non quibuslibet beneficientur, ſed his, qui à ſubdiaconatu * alib. fuerint.
*& ſupra idonei, & probatæ fidei ſunt, * & qui dimidium penſionis * ejuſ-*
dem beneficii pro ſervitio primitùs inde ſtatuto ſingulis annis fratribus in me- * al. poſſeſſionis.
moria defunctorum exinde perſolvere voluerint, ſalvâ juſtitiâ eorum, qui
cognationis ordine ſibi in aliquo prædio poterunt defendere ex delegato jurisdi-
ctionem. Sancimus etiam, atque præſentis ſcripti paginâ confirmamus vobis
univerſa bona, quæ hactenùs Venerabilium atque Katholicorum Anteceſſorum
noſtrorum vobis donatione conceſſa ſunt, vel legitima commutatione provene-
runt in decimis, areis, cultis arvis & incultis, ne nos, vel quilibet ſucceſſo-
rum noſtrorum, quæ præſentialiter poſſidetis, vel in poſterùm Canonicè acqui-
*ſituri eſtis, ea vobis diminuere, vel in eis aliquo modo * infeſtare præſumat,* * vos.
ſed omnia rata, integra, illibatáque permaneant, veſtris, veſtrorúmque ſucceſ-
ſorum idoneis uſibus jugiter profutura. Præterea, quæ vobis nos liberalitate
conceſſimus, videlicet dotem Eccleſiæ, quæ eſt in prædio Decani Al. apud
*Edeſpach, & beneficium Gebh. presbyteri * decima illa apud Tanne, & be-* * fortè Cum
neficium Ugonis Diaconi apud Haſelpach cum mancipiis & beneficium Albuno-
nis præpoſiti Mosburgenſis, quæ eſt decima Aſpach & Eich, & beneficium unum
*apud Mittenwade, * & Eccleſiam Zollingen cum aliis, ſicut eas habet in* * al. Mittenwalde.
præſentiarum dilectus frater noſter Al. præpoſitus majoris Eccleſiæ, Eccleſiam
apud Haga cum ſuis Eccleſiis, omnibúsque earum pertinentiis, dotibus & de-
cimis, cæteríſque utilitatibus vobis contradimus, ſtatuentes, ut ad uſum præ-
bendæ veſtræ, quam novam oblationem vocatis, cedant, & omnia vobis quieta

 & in-

& inconvulſa permaneant. Sanè & quæ in præſenti ad eandem oblationem collata ſunt, & in futurum cujusque liberalitate conſerentur, cuiquam benefi-
* al. ab *ciari omninò prohibemus, & præpoſitorum ad * hisdem poſſeſſionibus dominium & ordinationem removeri volumus, ſed ſint in fratrum diſpoſitione per officialem Canonicum, quem ipſi ſtatuerint, fideliter amminiſtranda. Ad hæc fraternitatis veſtræ honeſtati modis omnibus providentes areas veſtras in monte hoc, quæ vel hodierna die in poſſeſſione veſtra ſunt, vel adhuc ab hiis Laicis ſeu nobilibus, ſeu Miniſterialibus, quibus in feudum per veſtrum ſtu-*
* al. illorum *dium bona * voluntate redimentur, vobis contradimus, videlicet, ita, ut qui-*
* vel *cunque veſtrûm domum ſuam Concanonico ſuo * dederit, vel in teſtamento dimiſerit, idem ſine contradictione alicujus poſſideat, & aream, exceptis ad portam occidentalem tribus, videlicet ea, quam habent filii Ottonis Palatini Comitis, & quæ eſt Comitis Gerb. de Chregelingen, & quæ eſt Rudolfi de*
* ea *Paſtperch, & ad portam orientalem, * quam habet Magiſter Engelſcalcus, & quam habet Burchardus Advocatus Mosburgenſis, quas ob tuitionem civitatis de jure Laicorum exui volumus. Solis autem Canonicis inter ſe, & non ad exteros Clericos ſeu Laicos præfatam donationem facere concedimus. Quodſi quis Canonicorum inteſtatus obièrit, in poteſtate Præpoſiti & fratrum*
* ejus *ſit concedere domum & aream, * cui illis placuerit. Si qua ergo perſona*
* hujúsque *hanc noſtram traditionem hujusmodi * noſtri ſcripti paginam ſciens teme-*
* temerare vel *re * infringere præſumpſerit, niſi commonita reſipuerit, ream ſe coram Divina Majeſtate recognoſcat. Conſervantes autem in præſenti pacem, & in futuro fructum ſempiternæ retributionis inveniant.*

Signum Domini Ottonis
Friſingenſis Epiſcopi.

Data per manum Rachwini Notarii. Actum Dominicæ Incarnationis anno MCLVIII. Indict. VI. anno autem Domini Ottonis Friſingenſis Eccleſiæ Epiſcopi XVIIII. Regnante Sereniſſimo Imperatore Friderico. Anno regni ejus VII. Imperii autem IIII. in Chriſto feliciter. Amen.

§. IX.

Ottonis Magni, Epiſcopi Friſingenſis ſcripta.

Scripta Ottonis edita.

DE Ottone Epiſcopo noſtro Guilielmus Cave in ſua *Hiſtoria literaria ſcriptorum Eccleſiaſticorum* hæc habet. *Scripſit*, inquit, *Chronicon rerum ab initio mundi usque ad annum 1146 geſtarum libris ſeptem, quibus octavum adnexuit de fine mundi, Anti-Chriſti perſecutione, & mortuorum reſurrectione. Octo hosce libros primus edidit Joannes Cuſpinianus Argentinæ 1515. Prodièrunt deinceps Baſileæ 1569. & quinquaginta ampliùs capitibus ex MS. Codice auctiores curâ Chriſtiani Urſtiſii inter Hiſtoricos Germanos Francofurti 1585. & 1670. T. 1. p. 1. unà cum continuatione ab Ottone de Beaſio ad annum 1210. deduxit. Scripſit etiam Otto libros duos de Geſtis Friderici Barbaroſſæ Imp. Nepotis ſui, ad calcem chronici excudi ſolitos. Scri-*
Anecdota. *pſiſſe adhuc dicitur Hiſtoriam Auſtriacam penes Wolfgangum Lazium repertam, ſed nondum in lucem protractam.* Hæc Guilielmus Cave. Quibus annecti-

Digitized by Google

annectimus, quæ Æneas Sylvius in Hiſtoria Auſtrali de Ottone noſtro memorat. *In Dialectica quoque*, inquit, *ac Philoſophia Opuſcula nonnulla edidit, primúsque diſputandi ſubtilitatem ad Bajoarios Auſtralésque detulit.* Iſta Æneas. Interim ubinam locorum hic ſcriptor hæc opuſcula deprehenderit, hactenùs nobis manet incompertum. Dolendum ſanè eſt, ſi tam præclara ſubtiliſſimi ingenii monumenta aut periêre, aut in pluteo ſive ſcrinio aliquo cum blattis depugnant: optandúmque, ut ſi alicubi reperta fuerint, proferantur in publicum ad communem eruditi orbis applauſum. Sanè quanto in pretio ſummis etiam Viris Opera Ottonis fuerint, hìc paucis explicandum ſuſcipimus.

Maximam æſtimationem habuiſſe Ottonianum Chronicon apud coævos & ſynchronos, ex eo convincimur, quòd ejus operis fama etiam ad ipſius Friderici Ænobarbæ ſeu Barbaroſſæ notitiam devenerit, iſque ipſum Chronicon ab Ottone ſibi transmitti petiêrit. Id diſcimus ex reſponſoria ipſius Ottonis ad Imperatorem epiſtola, quam ex ipſo Chronico, cui ad calcem annexa eſt, huc transferre non pigritamur. Æſtimatio librorum Ottonis Epiſcopi.

Domino ſuo Friderico Victori, inclyto Triumphatori, ac ſemper Auguſto, Otto DEI gratiâ Friſingenſis Eccleſiæ id quod eſt, in eo proſperari, qui dat ſalutem Regibus.

Petivit veſtra Imperialis Majeſtas à noſtra parvitate, quatenùs Liber, qui ante aliquot annos de mutatione rerum à nobis ob nubiloſa tempora conſcriptus eſt, veſtræ transmitteretur ſerenitati. Parui ergò libens veſtro imperio tantò devotiùs, quantò Regiæ excellentiæ convenientius eſſe conſidero, ob Reip. non ſolùm armis tutandæ, ſed & legibus & judiciis informandæ incrementum, antiqua Regum ſeu Imperatorum geſta vos velle cognoſcere &c. Et infrà *Honeſta ergo erit, & utilis excellentiæ veſtræ Hiſtoriarum cognitio, qua & virorum fortium geſta, Deíque regna mutantis, &, cui voluerit, dantis virtutem ac potentiam conſiderando, ſub ejus metu ſemper degatis, ac proſperè procedendo per multa temporum curricula regnetis* &c. Hæc Otto; qui poſtea ſubjungit, ſe nubiloſi temporis, quod nuper præceſſerat, turbulentiâ inductum, eam Hiſtoriam ex amaritudine animi ſcripſiſſe non tam texendo rerum ſeriem, quàm earundem ordinem in modum tragædiæ repræſentando. Denique monet Epiſcopus, ut, ſi ſuæ Majeſtati placeret, res ab eodem geſtas poſterorum memoriæ ſtilo commendari, ſeries à notariis in ordinem digeratur, ac ſibi transmittatur: ſe pro eo labore aliud munus non præſtolari, niſi ut Eccleſiæ Friſingenſi opportunis tempore ac modis Imperator aſſiſtat, ac ſubveniat. Ultimô locô memorat Otto, ſe tum literarum, tum Chronici ſui bajulos mittere Rapatonem S. Stephani Abbatem, nempe Weihenſtephanenſem, & Ragavinum Capellanum ſuum, qui Cæſari mentem ſuam eſſent pleniùs expoſituri, atque ad interrogata reſponſuri. Epiſtola Ottonis Epiſcopi ad Fridericum Imp.

His ad Cæſarem datis literis Epiſcopus etiam alias ad Renaldum Imperatoris Cancellarium adjecit, quibus eum hortatur & rogat, ut, ſi in Hiſtoria ſua ſive contra Anteceſſores ſive parentes Cæſaris aliqua dicta reperiantur, id apud eundem benignè interpretetur. Hiſtorici enim munus eſſe obſervare veritatem. Tetræ faciei fucatum colorem ſuperducendo amitti Scriptoris officium. Hæc Otto Renaldo: & nos Lectori. Verùm iſta per parentheſin. Cui aliam adjungit ad Renaldum Cancellarium.

Sanè quàm gratanter Ottonis Opus, Fridericus acceperit, quámque lætus propoſitum Ottonis de ulteriori ſcriptione intellexerit, datâ ad eum epiſtolâ ſignificavit; quæ, cùm brevis ſit, hic referenda videbatur. Tenor itaque literarum eſt, qui ſequitur.

Fridericus Imp, reſpondet Ottoni Epiſcopo.

Fridericus DEI gratiâ Romanorum Imperator, & ſemper Auguſtus, Dilecto patruo ſuo Ottoni Friſingenſi Epiſcopo gratiam ſuam & omne bonum.

* *Codex Tegernſ.* quę

* *ibid. omittitur* promiſſa &

* *ibid.* poſ. ſunt.

*CHronica, quam * tua ſapientia digeſſit, vel deſuetudine inumbrata in luculentam erexit conſonantiam, à dilectione tua nobis promiſſa * & transmiſſa cum ingenti gaudio ſuſcepimus, & poſt bellicos ſudores interdum delectari in his, & per Magnifica geſta Imperatorum ad virtutes informari peroptamus. Ea verò quæ ab ingreſſu Regni à nobis geſta ſunt, ad petitionem tuam breviter compilata notitiæ tuæ libenter commendaremus, niſi quòd ad ſimilitudinem priorum geſtorum, quæ ab excellentiſſimis viris edita ſunt, magìs dici poſſent * umbra, quàm facta. Tamen quia tuum præclarum ingenium humilia extollere, & de parva materia multa ſcribere novit, plùs confiſi tuis laudibus, quàm noſtris meritis, tantillum hoc, quod in orbe Romano per quinquennium fecimus, paucis perſtringere curamus.* Ubi ex verbis poſterioribus ſuſpicamur, hanc Imperatoris epiſtolam datam fuiſſe ad Ottonem noſtrum anno Chriſti 1156. qui erat Friderici Regni quintus, Imperii ſecundus: Ottonis verò vitæ annus antepenultimus: ac proinde Ottonem duos primos libros de Geſtis Friderici conſcripſiſſe ultimò propemodùm vitæ ſuæ tempore; quod etiam ex iis verbis fit manifeſtum, quibus librum ſecundum abſolvit, ac tertium Radevicus Friſingenſis Canonicus inchoavit, uti eruditus Lector reperiet.

Radevici judicium de doctrina Ottonis Ep.

Idem Radevicus de Ottonis ſcientia ſic ſcribit: *literali*, inquit, *ſcientia non mediocriter aut vulgariter inſtructus, inter Epiſcopos Alemanniæ vel primus, vel inter primos habebatur in tantum ut præter ſacræ paginæ cognitionem, cujus ſecretis & ſententiarum abditis præpollebat, Philoſophicorum & Ariſtotelicorum librorum ſubtilitatem in Topicis, analecticis atque elencis ferè primus noſtris finibus apportaverit. Ob ea, & aliarum multarum privilegia gratiarum, fiduciâ quoque tam ſæcularis prudentiæ, quàm eloquio fretus facundiſſimæ linguæ, cùm ſæpiùs in Cauſis Eccleſiæ coram Regibus & Principibus conſtantiſſimè ageret, & exinde ſibi gloria laudem, laus invidiam, ut aſſolet, non modicam peperiſſet, laqueos adverſantium imperterritus declinavit, & obloquentium ore ſine læſione probè probus evaſit.* Iſta Radevicus. Gerhohus Reicherſpergenſis Præpoſitus, virtutis ac doctrinæ laude longè clariſſimus, in ſuo, quem *de Gloria & Honore Filii Hominis* conſcripſit, libro primis ſtatim lineis Othonem noſtrum vocat virum *prudentem & valenter literatum:* quem etiam ſcriptorum ſuorum lectorem & correctorem, unà cum Eberhardo Saliſburgenſi Archiepiſcopo elegiſſe ſe ſcribit.

Neque vero à ſynchronis duntaxat ſummam eruditionis laudem Otto promeritus fuit, verùm etiam à ſeris poſteris. Scripta illius ſæpiùs prælo ab eruditiſſimis viris fuiſſe ſubjecta, ſupra vidimus. De iis hæc ſcribit

Judicium Æneæ Sylvii.

Æneas Sylvius in ejus vita: *Illud*, inquit, *in Ottone laude dignum, qui, licèt fratris Nepotiſque geſta memoriæ traderet, qui Romanorum Pontificum hoſtes fuère, ita tamen hiſtoriæ legem ſervavit, ut neque cognatio veritati, neque cognationi officeret veritas.* Idem Æneas de Ottone ſic habet: *primus*, inquit, *putatur artem diſputandi Boiis & vicinis attuliſſe.* Addit. *Hiſtoriam ab ortu mundi usque in ſua tempora non inutilem deduxit, atque in octo digeſſit libros, quorum ſeptem geſta mortalium referunt, magnámque nobis Germanicarum rerum notitiam reddunt: octavus ſupernam Chriſti civitatem pulchrè peritèque figurat.* Ita rursùs Æneas. Baronius Ottonem noſtrum *& probitate inſignem, & veritatis cultorem exactiſſimum prædicat.*

Baronii.

Raderi

Raderus de Ottone in Bavaria Pia ſic ſcribit: „ Otto, inquit, magnus „ paſſim in ſcriptis appellitatur. Fratres omnes ingenii magnitudine, eru„ ditionis laude, hiſtoriæ editæ memoriâ, Religionis pietate ſuperavit. „ Similli-

Digitized by Google

millima Brunnerus, Bucelinus, Adelzreitterus, Mezgerus, Hugo, Menardus, Mallinkrotius, aliique de Ottone perhibent. B. Gerhohus, nobis nunquam ſine ſingulari veneratione nominandus, ſuam de Friſingenſi Ottone opinionem tunc maximè prodidit, quando eum unà cum Eberhardo Salisburgenſi Metropolitano Scriptorum ſuorum Lectorem & correctorem elegit, ac *virum prudentem, & valenter literatum* pronuntiavit, prout apud Clariſs. P. Bernardum Pezium legi poteſt. At nos nullum ſcribendi finem faciemus, ſi, quæ de Ottonis eruditione paſſim in Scriptoribus reperiuntur, huc adducere voluerimus. Aliorum. *Anecdot. Tom.* I. *p.* 2. *col.* 166.

Cùm interim toti mundo probarentur Ottonis noſtri eruditiſſima opera, adeò tamen ille ea non approbavit, ut, morti proximus, ea emendanda fratribus ſuis Morimundenſibus commendaverit. Meminerat fortaſſis, ſe aliquando de Divi Bernardi Ciſtercienſis Congregationis auctoris virtutibus non eum, quem debuerat, ſenſum habuiſſe, ac ſuam opinionem in Geſtis Friderici etiam ſcripto prodidiſſe, quod inter alios ſcriptores etiam Natalis Alexander in Hiſtoria Eccleſiaſtica advertit. Verùm, ut ipſe Natalis Alexander benè ſubdit, *quæ contra S. Bernardum imprudens ſcripſerat, emendari voluit Religioſiſſimus Antiſtes.* Id Alexander deſumit ex iis Radevici verbis, quæ is de Ottone habet in hunc modum: *Dum ſacro liquore,* inquit, *perunctus fuiſſet, & de pecunia ſua laudabili teſtamento ordinâſſet, inter cætera, quæ ſollicitus de ſalute ſua providebat, etiam hunc Codicem manibus ſuis offerri præcepit, eùmque literatis & Religioſis viris tradidit, ut ſi quid - - - - dixiſſe viſus eſſet, quod quempiam poſſet offendere, ad ipſorum arbitrium corrigeretur; ſéque Catholicæ fidei aſſertorem, juxta S. Romanæ, imò & univerſalis Eccleſiæ Regulam profeſſus eſt.* Hæc Radevicus de modeſtisſimo, pientisſimóque Magiſtro ſuo Ottone noſtro: & ex Radevico Natalis Alexander. Otto Epiſcopus cupit emendari ſcripta ſua. *lib.* I. *cap.* 47.

Diximus alicubi, Ottonem noſtrum *lib.* 5. *cap.* 24. Chronici ſui circa Divi Corbiniani ætatem ſtatuendam lapſum eſſe. Et id quidem etiamnum dicere cogimur. Verùm is error eſt planè innocuus, cùm Otto, qui Aribonem legerat, nomine *Gregorii* Pontificis intellexerit Gregorium tertium, ubi tamen accipiendus erat Gregorius II. Nomen verò Pippini ad Pippinum Regem retulerit, quod ad Pippinum Heriſtallum, Regis avum referendum erat. Ejusmodi metachroniſmos etiam apud alios literatisſimos ſanctisſimósque viros aliquando occurrere, nemo ignorat. Illud (quod è Gallis nonnemo obiicit) quòd ſcilicet Otto in eo videatur fuiſſe deceptus, quòd aliquam Eccleſiam Divo Benedicto Friſingæ à S. Corbiniano ædificatam fuiſſe ſcripſerit, adeò à vero exerrat, ut pigeat lepidam conjecturam multis argumentîs evertere. Ignoravit nempe Scriptor ille, reperiri Friſingæ aliquam Eccleſiam, S. Benedicto ſacram, quam nos quotidie præ oculis habemus, nec nos ſoli, ſed innumeri vicini, maximè Reverendisſimi & Illuſtrisſimi DD. Canonici, cæteríque Cathedralis Eccleſiæ Miniſtri & Clerici, qui, dum iſta ſcribimus, totum officium Divinum in Cathedrali aliàs perſolvi ſolitum, in ea, Divi Benedicti Eccleſia, Cathedrali, quæ nunc renovatur, contigua, peragunt, velut dudùm alibi monuimus. De ea Eccleſia tribûs ante Ottonem ſæculîs Cozrohus ſcripſit, uti alibi ſæpiùs demonſtravimus. Occaſio, ex qua Otto Ep. circa S. Corbiniani ætatem nonnihil cæſpitavit.

§. X.

Acta Ottonis Epiſcopi certa, tempore tamen incerto: item Acta certa, de quibus tamen dubium, an ad Ottonis ætatem pertineant?

INter ea, quæ ſub Ottone Epiſcopo certò contigêre, at de quorum anno nulla certitudo hactenùs à nobis erui potuit, occurrit primò ea commutatio,

Digitized by Google

Cathedrale Collegium permutat quædam bona cum Perchtoldo de Esgilbach. N. 1324. tatio, qua Canonici Cathedralis Eccleſiæ Friſingenſis Perchtoldo de Esgilbach tradidêre duodecim mancipia ac bona quædam, quæ eoúsque in prædicto vico Esgilbach poſſederant: in quorum vicem idem Perchtoldus Cathedrali Collegio ceſſit alia 5. mancipia: item Molendinum ad Ilmum amnem. His accesſit etiam alius tractatus, quem dictæ partes inière. Damus ejus rei inſtrumentum in Altera Parte: quod omninò legi meretur ob teſtes nobilisſimos ibi allegatos. Tractatum illum Otto Epiſcopus noſter confirmavit.

Permutatio ſimilis inter nobilem quendam, & Sigimarum Abbatem. Alia commutatio ſub Ottone facta eſt inter Sigimarum S. Stephani Abbatem, & Rudolphum de Bubenhauſen, Friſingenſis Eccleſiæ Miniſtrum, qua Dominus Abbas eidem Rudolpho, conſentiente Ottone Epiſcopo, contulit bona quædam in Schwabing, decimis tamen exceptis: Rudolphus viciſſim Abbati asſignavit alia bona in *Hortoltesbuſen*. In hac commutationis charta rursùs recenſentur quàm plures illuſtres teſtes, & inter hos etiam Otto Wittelſpachius, qui ibi Monaſterii Weihenſtephanenſis Advocatus appellatur. Eas literas itidem in Parte Altera Lector inveniet. N. 1325.

Otto Epiſc. erga Reicherſpergenſes munificus. *Metrop. T. III. p. 236.* Extant in Additionibus Gewoldi ad Hundii Metropolim, ubi de Reicherſpergenſi Monaſterio agit, literæ Ottonis noſtri, quibus ille certas in ſuo Epiſcopatu Decimas donavit Gerhoho Reicherſpergenſi Præpoſito, Viro illi, nullis nunquam laudibus ſatis celebrando, quippe qui pro diſciplina Eccleſiaſtica totus quantus exarſit, ùt maximè patet tum ex multis aliis, tum ſingulariter ex alibi jam laudato libro *de Ædificio DEI*, quem is primariò quidem Chunoni Ratisbonenſi Epiſcopo dicavit, at, poſt illum, etiam ſingulari cura, ad noſtrum Ottonem, cùm is in Epiſcopum deſignatus eſſet, direxit operâ cujusdam, ùt videtur, Friſingenſis Epiſcopatûs Presbyteri, cujus charitati omnia ſe debere Gerhohus affirmavit, fortè quòd, cùm Friſingenſes Scholas olim frequentâſſet, multa ab eo beneficia acceperit. Porrò eam Ottonis noſtri donationem Reicherſpergenſe Chronicon ad annum Chriſti 1155. reponit: quod neſcio an benè dicatur, cùm eam donationem confirmâſſe videatur Innocentius II. PP. Indictione V. quæ cum anno Chriſti 1142. concurrebat. Habetur ea confirmatio in iisdem ad Hundium Additionibus. Et quoniam in ea occurrit Gerardus Cardinalis & Bibliothecarius, tantò magis convincimur, confirmationem illam anno 1142. fuiſſe factam, quo certiùs dictus Cardinalis & Bibliothecarius eo tempore floruit, uti ex pluribus aliis Inſtrumentis hactenùs productis probari poteſt, non verò poſt annum 1155. ante quem Innocentius Papa dudùm è vivis excesſit, verùm de his ſatis. Ottonis literas iterum Parti Alteri inſerimus. Sanè cùm Chunradus Imperator eidem Reicherſpergenſi Monaſterio in Conventu Principum Ratisbonæ habito, cætera quoque bona ſua dato Diplomate confirmâſſet, etiam Otto noſter interfuit, uti apud laudatum Gewoldum legimus. Metrop. Salisb. T. III. pag. 228. 229. N. 1326.

Recenſentur in ſecundo Traditionum Friſingenſium libro inter Ottonis noſtri Acta quatuor donationes, Eccleſiæ Friſingenſi factæ, nulla tamen ſive ipſius Ottonis, ſive anni mentione inſerta. Earum duas, quæ minùs ſunt detritæ, in Parte Altera reponimus in Nobilium obſequium. His adjungimus tum ex Tegernſeenſibus, tum Weihenſtephanenſibus Monumentis plura alia, quæ ad Ottonis tum Hiſtoriam tum ætatem pertinent, ubi tamen anni rerum geſtarum annotati non fuêre. N. 1327. 1328. à N. 1329. usque 1338.

§. XI.

§. XI.
Pia mors Ottonis Magni Epiſcopi.

QUid paulò antè mortem, ac in morte Ottonis noſtri contigerit, Radevicus ejus dilectiſſimus Diſcipulus explicat, qui, ùt ipſe teſtatur, *manu* ſua *ipſius extrema lumina clauſit.* Narrationem illam verbîs ipſius Radevici, &, ubi nonnihil obſcurior eſt, noſtris explicatiùs damus: multa verò, quæ vel jam alibi memoravimus, vel in rem nihil conferre arbitramur, reticemus, iis duntaxat, quæ ſequuntur, extractîs.

Fridericus Romanorum id temporis Imperator tametſi eoúsque omnia proſperè egiſſet, ex morte tamen quorundam Principum infelicem ſeſe expertus eſt. Inter hos primo loco cenſetur Epiſcopus noſter, veluti cum Radevico teſtatur Guntherus Poëta ſupra laudatus, quem Ciſtercienſis Ordinis Monachum Guilielmus Cave appellat, qui circa annum Chriſti 1210. floruerit. Ille apud Pagium hæc eleganter canit

Inter ſucceſſus lætos, & proſpera rerum
Magna repentino Regem jactura dolore
Perculit, & placidæ turbavit gaudia mentis.
Nam Procerum multi, ſeu qui ſub Principe claro
Caſtra ſequebantur, ſeu qui ſub pace quieta
Teutonicas urbes, Nataliáque arva tenebant,
Extremum clausêre diem: quo tempore Præſul
Ille Friſingus Oto, majoris Cauſa doloris
Extitit, ingenuo comperta morte Nepoti.

nempe Friderico Cæſari.

Idem verò Imperator Fridericus anno Chriſti 1158. bellum adversùs Mediolanenſes decreverat. Cúmque ad eam expeditionem Ottonis noſtri operam ſibi exiſtimaret nedum utilem, verùm etiam neceſſariam, eundem, ut ſeſe comitatui adjungeret, invitavit. Verùm cùm Otto, fati ſui præſcius, mallet inter manus fratrum Deo preces fundentium, quàm ſtrepitum prælian-tium, animam Deo reddere, miſſionem à Cæſare petiit, atque unà rogavit, ne Imperator, poſt mortem ſuam, Eccleſiæ Friſingenſi aliquam injuriam inferri, aut electionis libertatem tolli pateretur. Piîs poſtea votîs damnatus, cùm jamjam usque ad Alpes Cæſarem comitatus eſſet, ad ſuos rediît. Ibi cùm à pluribus de inſtante morte commonitus fuiſſet, ſuos ſumma charitate complexus, valere juſſit, atque ad ſuum Morimundenſe Monaſterium infirmîs licèt viribûs, ſeſe contulit. Morimundi aliquot dies æger decumbens, neque de vicina mortis ſuæ hora jam dubius, cùm librorum ſuorum emendationem ut ſupra diximus, fratribus commendâſſet, ſacra exhomologeſi expiatus, cœleſti viatico refectus, ac ſacro ceromate inunctus, aſtantibus pluribus Epiſcopis, Abbatibus, atque Religioſis Sodalibus, quibus ſaluberrima monita ſuggeſſerat, Domino Spiritum reddidit, *felix utique*, ut Radevicus habet, *& pro meritis ſuis divino munere donatus, ut antea raptus ſit, quàm unicam ſuam, dilectam ſuam Eccleſiam Friſingenſem, cui ipſe ſpeciali & intimo amore connexus erat, in favillam & cinerem converſam vidiſſet & ſubverſam*: id quod paucis à morte ejus menſibus accidit, uti ſuô locô videbimus. *Cùm autem adhuc vivens* (pergit Radevicus) *locum ſepulturæ ſuæ fratribus digitô præmonſtrâſſet*, nempe *extra Eccleſiam inloco humili, ubi ſcilicet ab omnibus fratribus calcari debuiſſet, huic ejus ultimæ voluntati obviandum putabatur, & inter ſepta Eccleſiæ juxta majus altare honorificè tumulatus eſt, ejusque ſepulchrum à cunctis fratribus honore ac veneratione dignum habetur.*

Otto Ep. morti propinquus curam præcipuam habet Eccleſiæ ſuæ.

Animam cœlo tranſcribit.

Corpori ſepulturam humilem deſignat.

Ego autem (Radevicus) *qui hujus operis* (de Geſtis Friderici) *principium ex ejus ore adnotavi, finémque ejusdem juſſu Principis* (puta, Imperatoris) *perficiendum ſuſcepi, & manu mea ipſius extrema lumina clauſi, hoc epitaphium compoſui, & tumulo inſcribi feci.*

Libram Phœbus ſubiit cum falcitenente
Luci nox prævaluit die decreſcente,
Vita minus habuit morte prævalente,
Otto quando corruit raptus heu repente.
Hic, ſi gradum conſulis, præſul dignitate,
Formam; decens habilis juvenis ætate:
Genus: alta, nobilis Regum Majeſtate.
Mores: commendabilis mira probitate.
Monachum ſe præbuit, ſi Religionem,
Ydeas aſſeruit, ſi poſitionem.
Virgo, cujus meruit interceſſionem
Ejus ad quem genuit, agat mentionem.
*Cujus * frequens otium in Philoſophia.*
Majus exercitium in Theologia,
Fœdus ſibi mutuum cum Philologia
Nunc ſit ei ſpeculum ſumma Theoria.
Plangat hunc Germania planctu generali,
Magis tu, Friſingia, orba virò tali,
Cui tot privilegia dono ſpeciali
Jugi querimonia debes lamentari.
Hujus in te ſtudio ſtudium vigebat,
Grata diſceptatio plures acuebat.
Quid mos, aut quid ratio, nemo non videbat.
Fraus & cavillatio latens non latebat.
Hic ſacrum Eccleſiæ ſublimavit cultum
Ipſe dedit ſtrepere Logicum tumultum,
Hoc in ejus cinere totum eſt ſepultum.
Talem nemo plangere poteſt ſatìs multùm.
Quis nunc tantam gratiam formis affirmabit?
Aut quis elegantiam dictis aſſignabit?
Quis ad conſequentiam tropos revocabit?
Heu qualem ſententiam ſchola vento dabit?
Quid rerum compactio ſagax, dum rimatur?
Matheſis abſtractio quid? dum contemplatur.
Quid nihil probatio per hunc dum probatur,
Quid ambarum actio, morte ſciri datur.
Hujus necem patria juſtè dedignata
Clara dolens atria rectore privata,
De ſe bene meritum cernens in favilla
Ivit in interitum pariter & illa,
Tantas ad exequias turba populorum
Pias fundat lachrymas, mæſtum ducens chorum.
Ad preces continuas, & lamenta quorum
Illum ſalvet, animas qui beat juſtorum.

Amen.

* *Cod. Tegernſ.* Hujus,

* *in Cod. Tegernſ. hic notatur.* Omne eſſe ex forma eſt.

* *Cod. Tegernſ.* In concretione forme & ſubjecti.

Aliter.

igitized by Google

Aliter. Idem.

Cod. Tegernſ. Item aliud.

Quidquid in orbe beat præclaros & meliores
Præſulis Ottonis mirè cumulavit bonores.
Si Proavi vel Avi probitas, ſacer Ordo, poteſtas
Deberent mortis ſurias cobibere moleſtas,
Non moriturus erat præclarè præditus illis:
Heu talem communibus acceſſiſſe favillis!
Quàm facunda viri non, qualis Philoſophia,
Hortatu Regum docet edita Chronographia.
Luxit eum patria, propria comitata ruina,
Propitietur ei DEus, & pia Virgo Maria.

Amen.

Iſta Radevicus de Ottone Epiſcopo, ſemel iterùmque in hiſce ſuis tum rhythmis tum carminibus ad brevi poſtea ſecutum Friſingenſis urbis incendium alludens.

Idem Radevicus paulò antè, affectu ſanè tenerrimo Ottonem *Amantiſſimum Dominum ac Nutritorem ſuum*, ac Friſingenſis Eccleſiæ *non tam Inſtauratorem quàm Fundatorem* appellaverat. Freibergerus, Friſingenſis itidem Canonicus, Ottonem itidem vocat *ſecundum Fundatorem Friſingenſis Eccleſiæ*, imò eum in imagine æri inciſa, & opuſculo à ſe edito præfixa, ipſi ſancto Corbiniano quodammodò præferre videtur, dum Otto ad dexteram, Corbinianus ad ſiniſtram ſpectantur Cathedralem Baſilicam ſuſtentantes. Baronius (qui quidem circa annum obitûs Ottonis manifeſtè hallucinatur) ſcribit, Virum illum, *virtutibus & doctrina inſignem*, imò *ſanctum*, ſubductum fuiſſe magna DEI miſericordiâ, ne in ſenectute ſua Schismaticorum communicatione inſici poſſet, quippe qui Imperatori adhæſerit. Eum etiam Joannes Stabius, & Jacobus Manlius apud Raderum ſanctis annumerant. Arenbeckius de eo ſic habet: *Cujus*, (inquit, Ottonis ſcilicet) *probatam vitam mira, quæ ad ejus ſepulchrum* (ut fratres aſſerunt) *miracula, quæ DEus operatur, teſtantur.* Ex Menologio Ciſtercienſis Ordinis Mallinkrotius de Ottone noſtro, quem virum *incomparabilem* appellat, hæc tranſcribit. *Morimundi in Gallia depoſitio B. Othonis, admirandæ ſanctitatis viri, qui nobilitatem generis & ſæculi delitias contemnens, ibidem habitum Religionis aſſumpſit; & poſtmodùm in Abbatem illius loci electus, veræ humilitatis & perfectionis Monaſticæ ſe exemplar exhibuit. Unde in Epiſcopum Friſingenſem aſſumptus, doctrina, pietate, morum gravitate totam Europam mirabiliter illuſtravit, & poſt multa ſanctitatis opera in proprio Monaſterio feliciter vitam finivit.* Ad ſepulchrum ejus miracula patrata eſſe etiam Gewoldus in Hundianæ Metropolis Additionibus ſcribit.

Laudes Ottonis cumulantur.

Sanctus à quibusdam appellatur.

Signis clareſcit.

Obiit Otto noſter, qui toto ſui Pontificatûs tempore, teſte Arenbeckio, Monaſticum Habitum geſtaverat, anno Chriſti 1158. uti docemur ex toties allegato Kalendario Weihenſtephanenſi, quod ad eum annum ſequentia accuratè ponit. *Hoc anno Otto Friſingenſis Epiſcopus piæ memoriæ migravit ad Dominum: Adilbertus in Epiſcopum eligitur, præpoſitus Majoris Eccleſiæ. Ipſo anno Mediolanenſes Regi Friderico ſe obſeſſi dediderunt.* Conſonat Stero, inferioris Altatæ Monachus, qui ad eundem annum in ſuo chronico ſic ſcribit: *Imperator Fridericus Mediolanum obſedit, & ad deditionem cives coëgit, Otto Friſingenſis Epiſcopus obiit: & Albertus eligitur.* Hinc Pagius tum ex aliis optimis Scriptoribus, tum ex ipſo

Annus obitûs Ottonis Epiſcopi.

Radevico eruditè docet, notas temporarias, quas in Radevici edito volumine legimus, oſcitantiâ cujusdam imperiti librarii fuiſſe depravatas, qui loco anni MCLVIII. poſuerit annum MCLVIIII. Id nobis perſuaſum omninò manet tum ex Sterone, & ſupradicto Codice Weihenſtephanenſi, verbisque manu coæva ſcriptis: tum ex ipſo Radevico, qui aſſerit, *Otto Epiſcopo X. Kal. Octobris, quòd eſt circa ſolſtitium brumale, defuncto, paucis pòſt menſibus nonis Aprilis, quæ tunc fuit Dominica Palmarum, & eſt circa ſolſtitium æſtivale, horâ matutinâ civitas Friſingenſis penitùs & penitùs incendio conflagravit.* Atqui Dominica Palmarum incidit in Nonas Aprilis, ſeu in diem 5. Aprilis non alio vicini temporis anno, quàm MCLIX. ùt benè advertit Pagius: Ergo Otto jam obierat X. Kal. Octobr. ſive die 22. Septembris anni præcedentis. Præterea idem Pagius ex ipſo Radevico *cap. 23.* advertit, anno Chriſti MCLIX. *in Feſtivitate Luminum*, id eſt, Purificationis B. M. V. Albertum Friſingenſem Epiſcopum jam interfuiſſe Conventui *in villa, quæ dicitur Autimiacum.* Quamobrem (pergit Pagius) Albertus in feſto Purificationis B. M V. Ottoni jam ſucceſſerat. Hæc Pagius & benè: cui etiam plerique Friſingenſes Catalogi Epiſcoporum ſuffragantur. Is erat annus Hadriani Papæ IV. quintus: quo Salisburgenſibus B. Eberhardus noſter, Ratisbonenſibus Hartwicus II. Patavienſibus Conradus, Ottonis noſtri frater, Brixinenſibus B. Hartmannus, ex Canonicis Regularibus, ùt alibi diximus, aſſumptus, ſacra jura dabant, Henrico Leone rerum Bojariæ potiente. Tumulum, ùt diximus, Otto noſter Morimundi accepit, quo tamen virtus ejus concludi non potuit, quæ etiamnum poſt funera vivit: eúmque Brunnerus rectè nominat *non ſolùm ſui ſæculi columen, ſed & noſtri quoque normam Magiſtrúmque.*

Arenbeckius poſtquam in ſuo Auſtriaco Chronico obitum Ottonis deſcripſit, hæc pulchrè ſubdit: *Cujus*, inquit, *revera morte ſumma prudentia mentis, regalis forma corporis, tibi Friſingia, laus & gloria ſpecialis, totius Eccleſiæ ſpes maxima, & decus eximium, & quodcunque humana fragilitas novit eſſe jucundius, totum, proh dolor! in momento evanuit.* Iſta Arenbeckius. In Necrologio S. Petri Salisburgi inter defunctos Friſingenſes Epiſcopos etiam hic Otto deſcriptus eſt, ubi *Epiſcopus & Abbas* vocatur.

Digitized by Google

CAPUT III.

Adalbertus, Adilbertus, ſeu Albertus XXIII. Friſingenſium Epiſcopus, eo nomine primus.

§. I.

De genere, atque electione Alberti Epiſcopi.

DE progenitoribus Alberti, piiſſimi Epiſcopi noſtri, nec Radevicus, nec Conradus Cuſtos, nec Freibergerus, Friſingenſis Eccleſiæ Canonici, ſed neque ullus Friſingenſium Epiſcoporum Catalogus meminerunt, quamvis dubitari vix poſſit, quin is nobili, & copioſa familia prognatus fuerit. In margine MS. Catalogi Freibergeriani nonnemo appoſuit, cum fuiſſe ex Comitibus de Sigmaringen. Verùm cum ejus rei nullum prorsùs teſtimonium adducatur, & ii, qui ſæculo XII. Sigmaringæ dominabantur, Zollerani Comites fuerint appellati, imò inſuper ex iis ſacris donationibus, quas Albertus tum Friſingenſi, tum aliis Eccleſiis obtulit, appareat, bona donata omnia in Bojoaria, nempe in Præfecturis Dachavienſi, Moſpurgenſi, Crantſpergenſi, ac potiſſimùm in hodierno Erdingano territorio, nec non dominio Friſingenſi eſſe ſita, ut ex Inſtrumento inferiùs proferendo demonſtratur, difficulter ego credam, Albertum è Suevis ortum traxiſſe, cum longè veriùs Boiis accenſendus eſſe videatur. Non neſcio, circa & poſt medium ſæculum Chriſti duodecimum vixiſſe quemdam Albertum, Friderici III. Zollerani Comitis filium. Aſt hic cum noſtro Alberto confundi non poteſt. Habuit enim Albertus Zolleranus fratres Rudolphum, Fridericum, & Cunonem: ſororem Emerentiam, ſi Hübneri tabulis genealogicis credimus. Aſt Albertus noſter, dum de fratre, ac ſorore ſua loquitur, eos Udalricum, & Herburgam vocat, uti infra in donationibus Alberti conſpiciemus. Nihil ergo Albertus noſter cum illo Zollerano commune habet, præter nomen.

Albertus non fuit Comes de Sigmaringen.

Albertum ante electionem fuiſſe nobiliſſimum membrum Cathedralis Collegii, ex pluribus inſtrumentis hactenus recitatis liquidò conſtat. In literis Ottonis I. anno 1140. Scheffltarienſi Monaſterio datis Albertus ſe ſcripſit majoris Eccleſiæ Decanum. Idem Otto, cum anno ſui regiminis ac vitæ ultimô, Chriſti 1158. conſtitutiones ſupra laudatas Cathedrali Collegio præſcripſiſſet, eas præcipuè commendavit Alberto Præpoſito: unde ſuſpicamur, vel potiùs intelligimus, Albertum, qui Freibergero teſte, virtutis ac ſcientiarum Magiſtro uſus eſt Magno Ottone Epiſcopo, non per ſaltum, ut ajunt, ſed per gradus ad faſtigium Epiſcopalis dignitatis aſcendiſſe. Addit Freibergerus, Albertum, cum Otto Epiſcopus ſæpiùs ad Imperii negotia vocatus, atque ad tempus à ſua Eccleſia abeſſe coactus fuiſſet, ejus vices, ac munia in adminiſtrandis domeſticis negotiis egregiè expleviſſe. Hinc utique digniſſimum ſeſe reddidit, ut in Magiſtri ſui Cathedram diſcipulorum optimus ſubrogaretur, jacturámque Magni Ottonis Albertus Magna virtute ſarciret, atque in mox futuris ſummis calamitatibus ſumma in DEum pietate, ac fiducia Friſingenſis Eccleſiæ ruinis fortiſſimos humeros ſubderet.

Fuit Decanus, ac poſtea Præpoſitus Eccleſiæ Friſingenſis.

Albertum ab ipſo Ottone Epiſcopo, cum adhuc inter vivos degeret, fuiſſe quodammodo deſignatum Epiſcopum Conradus Sacriſta innuit, dum

fol. 118. d. in quarto, ſeu Magno traditionum Friſingenſium libro de Ottone ſcribit, quòd is *adhuc vivens eum* (Albertum) *divina gratia annuente Eccleſiæ noſtræ* (Friſingenſi) *præfecerit.* Nihilominus Albertum liberrimè fuiſſe electum ex eo fit manifeſtum, quia cum beatæ memoriæ Otto Epiſcopus valedicens Friderico Imperatori, ab eo poſtulâſſet, ne Friſingenſibus futura electione libertatem tolleret, Imperator eidem annuit, ejúſque petitionem laudavit, ut Radevicus diſertè teſtatur. Ea de re ſynchrona manus Weihenſtephanenſis ad annum 1158. hæc annotavit: *Adalbertus in Epiſcopum eligitur, Præpoſitus Majoris Eccleſiæ.* Ita ibi.

Demùm liberè electus Epiſcopus.

Cæterùm uti Otto paſtoralem lituum Alberto, ita Albertus Præpoſituræ Eccleſiæ Cathedralis ſublime munus Radevico videtur reliquiſſe. Certè Dominus Carolus de Viſch Prior Cœnobii B. V. de Dunis in ſua *Bibliotheca Ciſtercienſi* Radevicum vocat Præpoſitum Eccleſiæ Friſingenſis: quod is fortaſſis didicit ex Ænea Sylvio, qui in Ottonis Epiſcopi vita Radevicum *Friſingenſis Eccleſiæ Præpoſitum* (utique primùm poſt Albertum) appellat. Verum ut ingenuè fateamur, ex ipſius Radevici opere id non adeò facilè erui poteſt. Illud verò, quòd Radevicus in conſcribendis Friderici Imperatoris rebus geſtis Ottoni Epiſcopo, ac Magiſtro ſuo ſucceſſerit, non ſolum ex Ænea, verum etiam ex ipſo Radevico in ipſo Operis Procemio luculenter diſcimus, cujus etiam ſcriptione ad res Friſingenſes explicandas fideliter utemur.

pag. 255.

N. 1339.

§. II.

Horribilis conflagratio Friſingenſis Civitatis.

Radevic. l. 4. *cap.* 12. & 13. *Conradus Sacriſta lib.* 4. *Tradit. fol.* 118. *a.*

TRagœdiam ſcribimus, quæ magna ſui parte fortè vix fidem inveniret, niſi eam poſterorum memoriæ commendâſſent Scriptores Synchroni, atque teſtes oculati, Radevicus ſcilicet & Conradus Sacriſta Cathedralis Friſingenſis Eccleſiæ doctiſſimi Canonici, atque vel ideò aſſertores omni exceptione majores.

Friſinga ſanctîs Epiſcopi ſui Ottonis laboribûs atque ſudoribûs ad eam rerum felicitatem pervenerat, ut ædificiorum ſplendore, atque rerum affluentiâ nulli vicinorum Epiſcopatuum cederet. Tanta inſuper Cleri Religione, ac literarum ſcientiâ reſplendebat, ut in Romano orbe pauci pares: meliores, doctiores, ac celebriores nulli reperirentur, ac maximo jure Friſinga *mons doctus* paſſim appellaretur. Interea ipsîs Kalendîs Januarii, nempe in Feſto Dominicæ Circumciſionis anno 1159. accidit, ut, cùm Myſta ad aram ſummam Cathedralis Eccleſiæ ſacris ſolenni ritu operaretur, & jamjam ſacram conſecrationis formulam pronunciâſſet, aſpectante populo non ſolùm calix vi occulta everteretur, verùm etiam de effuſo ſacratiſſimo Chriſti ſanguine nullum ampliùs indicium ſupereſſet. Caſum illum, nihil utique boni ominis habentem ſecuta ſunt alia infauſta auguria. Monſtra enim quadrupedia nocturno tempore in omnium oculis per aërem volitabant. Vulpes ac lepores in paſtophoria Eccleſiæ & Canonicorum illapſæ, capi facili negotio poterant. Ululæ, upupæ, bubones in tectis lugubri clamore, ac ferali cantu nonniſi triſtia perſonabant. Mures è cavernis ſuis proſilientes pſallentium in choro fratrum vocibus interſtrepebant. In ædibus inauſpicati ſatyrorum ac lemurum clamores paſſim audiebantur. Puerorum interim atque puellarum greges, nullo duce, ſupplicantium ritu urbem obibant.

Triſtia omina.

Viſîs auditiſque adeò triſtibus auguriis facilè intellexit prudentiſſimus Epiſcopus ingentem urbi calamitatem portendi, omnique cura vigilandum eſſe, ut vindici Divini Numinis dexteræ mora injiceretur. Hinc jejunia, precéſque publicæ fuêre indictæ, quibus cœlum placari, atque ad miſericordiam

Albertus conatur placare Numen.

Digitized by Google

diam flecti poſſet. Verùm, ſive occulta quædam peccata Numinis iram provocabant, ſive DEus etiam ſuos, quos amabat, caſtigare volebat, irrita fuère Friſingenſium ſuſpiria. Nonis Aprilis (in quam diem Dominica Palmarum, ſeu, ut vocant, Ramalia inciderant) horâ matutinâ, ut Radevicus ſcribit, imò nocte, ut Conradus tradit, nempe, ut opinor, paulò ante, quàm aurora illuceſceret, ex ea parte, qua mons Friſingenſis orientem ſolem accipit, vis ignis erumpens majorem primùm Eccleſiam corripuit, flammíſque incinxit. Validiſſimi interim venti incendium in vicinam Epiſcopalem arcem, tum in Collegiatam Divi Andreæ Eccleſiam, mox in urbem univerſam volitantibûs per aërem carbonibûs, ac titiònibus tantâ vehementiâ, ac velocitate quaquaverſum ſparsêre, ut attonitis incolis vix elabendi, vitámque incredibili furentium flammarum rabiei ſubtrahendi ſpatium concederetur. Periit primò *Ciborium*, ſeu ſanctuarium, in quo Evchariſtia aſſervabatur. Secutæ ſunt ſedes Canonicorum, atque Clericorum, mirabili artificio fabricatæ, & magna ſui parte inauratæ. Cecidêre altaria cum picturis, atque ſculpturis. Ruit *Candelabrum*, ſeu Polycandelum, plures nempe candelas habens, & ante aram principem pendulum, materiâ, & artificiô nobiliſſimum. Coronæ, ante aras ex antiquorum more ſuſpenſæ, ac miro opere fabricatæ, uti & laquearia item inaurata, in pavimentum ingenti fragore præcipitata fuêre. Organum pnevmaticum, & campanæ flammarum vi diffluxêre, ipsáque adeò turris, & Baſilicæ majoris pars maxima caſu horrifico concidit. Sacra etiam ſuppellex pene tota favillis pabulum præbuit. Neque minor ruina Epiſcopali quoque palatio, Eccleſiæ ſancti Andreæ, Canonicorum ædibus incubuit; &, ut Radevicus paucîs totum ſcribit, *civitas Friſingenſis penitùs, & penitus incendiô conflagravit*, adeò, ut ne unicum quidem ſacellum, ſive oratorium flammas evaſerit, & paucula ſolùm militum habitacula illæſa remanſerint. Addit Conradus, prædicta omnia ſub hora momentanea, breviſſimô ſcilicet temporis intervallô in cinerem conſediſſe, tanto utique rebus Friſingenſibus illato damno, quod æſtimari planè non poſſit: quibus omnibus ſumma etiam calamitas acceſſit, quod tôt cives, & incolæ amiſſa ſuppellectile ac fortunarum parte maxima ſolum vertere, & alibi ceu exules, tectum, panémque ſibi, ſuiſque parvulis quærere compulſi ſint.

At non exauditur. *Incendii deſcriptio.* *Damna ex eo illata.*

Tam triſtis erat poſt incendium rerum facies, ut multi crederent, Friſingam ſuis ruinis incubantem, inſtaurari amplius non poſſe. Nihilominus Religioſiſſimus Antiſtes, fretus miſericordiâ DEI, cujus, teſte divina pagina eſt, *deducere ad inferos*, nempe ad rerum anguſtias, *& reducere*, ad reſtaurandam primùm majorem Baſilicam forti conſilio manus adjecit. At ecce! poſtquam locus pro majori illa Eccleſia jamjam deſignatus fuerat, in eundem anno ſequenti fulmen cecidit, ut adeò non deeſſent, qui exiſtimarent, invito Numine Albertum novam ſtructuram meditari, maximè cum etiam eodem tempore vicinum Monaſterium Novæ Cellæ, viginti abhinc annis ab Ottone Epiſcopo fundatum, in favillas ſubſederit. Verùm Albertus longè mitiora de divina pietate ſentire dudùm doctus, manum ab opere neutiquam retraxit, imò etiam, ut Conradus habet, ſacerdotales manus ſuas cæteris operis atque opificibus junxit, nec mente tantùm, ſed corpore etiam ruinas ſarcire diu noctúque ſtuduit. Neque defuit miſerentis DEI bonitas. Nam Albertus, conciliatîs ſibi aliorum Principum, ac maximè Friderici Imperatoris favoribus atque muneribus, Baſilicam Cathedralem brevi in formam etiam antiquâ Auguſtiorem reſtituit, ac Palatium Epiſcopale, Canonicorúmque ædes priſtinis commodiores ſuſcitavit: cujus exemplum conſiliáque cum cives aliique fortiter ſequerentur, tandem nova civitas feliciter ſurrexit. Ubi illud inſuper nemo non mirabitur, quòd toto illo tantæ calamitatis tempore fratribus ſuis, nempe Canonicis, annonam ſufficientem ſubminiſtrare

Albertus Ep. de facienda reſtauratione cogitat. *Neque abſterretur fulmine.* *Sed urbem feliciter inſtaurat.*

Alber-

Albertus potuerit. Et iſta quidem, tametſi non eodem anno contigerint, à nobis tamen ſeparanda non erant, veluti prudens, & eruditus Lector facilè animadvertet, intelligétque, quàm verè olim Hieremias dixerit, *benedictum* eſſe *virum* illum, *qui confidit in Domino, & cui Dominus fiducia ejus*.

Cur ea pœna Friſingenſibus fuerit inflicta?

Ærumnas illas Friſingenſi urbi à Numine ob Canonicorum & populi peccata fuiſſe inflictas Freibergerus neque in Radevico, neque in Conrado legit: qui, cùm veluti oculati, ut diximus, teſtes ſummam tum Myſtarum illius temporis, tum civium Friſingenſium in ſuperos ac pauperes pietatem extulerint, eam ſuſpicionem meritò è lectoris animo removent: niſi dicere malis, DEum, qui etiam in Angelis reperit pravitatem, occulta quædam vitia eô incendiô caſtigare voluiſſe, ut ſupra monuimus. De reparatione Cathedralis Eccleſiæ plura in ſequentibus. Interim eodem anno, quo Friſingenſis Baſilica igne conflagravit, etiam Spirenſis ſimillimum infortunium ſubiit: uti Radevicus teſtatur.

§. III.

Turbæ eo tempore in Eccleſia, ac Imperio enatæ: & curæ Alberti Epiſcopi.

Mediolanenſes compeſcuntur.

MEdiolanenſibûs leges ſibi ab Imperatore ſuperiori anno præſcriptas indignè ferentibus, ac defectionem palàm molientibus Fridericus Imperii Principes atque Optimates ad villam Autimiacum anno Chriſti 1159. evocavit, inter quos etiam Albertus Epiſcopus noſter, nuper electus, comparuit. In eo Procerum conventu graviſſimam adversùs Mediolanenſes orationem Imperator habuit, atque, ut res merebatur, faventes ſibi Principes omnes advertit, ut late Radevicus commemorat. Itaque Mediolanenſibus ad dicendam cauſam dies indicitur, qui quidem mandatis obtemperant, aſt, dum de præſtito, ſed turpiter violato ſacramento admonentur, aliud non reſpondent, quàm juràſſe ſe quidem, aſt fidem de ſervanda juramenti religione nunquam promiſiſſe. Ita tum quidem Mediolanenſes: atque utinam noſtris etiam temporibus ſimilia nunquam experiamur! Verùm impudenti Mediolanenſium reſponſo graviſſimè irritatus Fridericus bellum adversùs perjuros decrevit. Interea eodem anno graviſſima etiam inter Adrianum Pontificem, ac Fridericum Imperatorem ſimultas exorta eſt. Poſtulaverat Imperator, ut Pontifex Guidoni, Comitis Blanderatenſis filio, ac S. R. E. tum Subdiacono, Ravennatem mytram imponeret. Negavit id facturum ſe Pontifex, causáſque, cur id conſultum non eſſet, expoſuit, ſacrâ interim purpurâ Guidoni oblatâ. Verùm nihilominùs exaſperatus Fridericus, literas non ſolùm debitâ, ſolitáque reverentia deſtitutas ad Pontificem dedit, ſed etiam Pontificios Legatos templîs atque civitatibûs Imperii arcuit, grandi utique averſi animi indiciô. Secuta autem paulò poſt, nempe Kalendîs Septembris, Adriani mors ſimultatem diremit: quæ tamen adverſus ejus ſucceſſores longè graviùs exarſura erat, ut modo dicemus.

Diſſidium inter Sacerdotium & Regnum.

morte Pontificis tollitur.

Novum in Eccleſia ſchiſma.

Adrianô Pontifice terris ereptô Cardinales omnes, demptîs duobûs, convenêre in Rolandum, Romanæ Eccleſiæ Cancellarium, antehac Piſanæ Eccleſiæ Canonicum, quem Alexandrum III. appellaverunt: alii duo Cardinales nempe Joannes tituli S. Martini, & Guido tituli S. Calliſti in Octavianum tituli S. Cæciliæ, dudùm tiaræ Pontificiæ inſidiantem, conſpirârunt, eúmque Victorem IV. dixerunt, ut poſt alios Pagius tradit. Friderico Imperatori, uti etiam Ottoni Wittelſpachio, ex veteri odio, non Alexander legitimè electus, ſed Victor placuit, quem etiam deinceps unà cum Conciliabulo Papienſi petulanter fovit, & adoravit, dum interea is tum à Concilio Angli-

ab Imperatore fovetur.

Digitized by Google

Anglicano ac Francico, uti etiam ab Eccleſia Orientali, damnatus, Alexander verò veluti legitimus Eccleſiæ Paſtor agnitus eſt. E Bojariæ noſtræ Epiſcopis Papienſi conventui non interfuêre Eberhardus Salisburgenſis Archiepiſcopus, in ipſo itinere, Dei utique ſingulari providentia, morbo feliciter correptus: & Albertus noſter, domeſticîs malîs, imò propitiîs ſuperîs Friſingæ detentus. Hartmannus quoque Brixinenſis, & Romanus Gurcenſis, agnita Alexandri legitima electione Papiam ſeſe non contulerunt, propudioſum cœtum haud dubiè aſpernati. Comparuêre quidem Ratwicus Ratisbonenſis, & Conradus Pataviensis Epiſcopi: verùm negârunt, ſe Victori adhæſuros, niſi communi conſenſu Eccleſiæ probaretur, ut poſt Radevicum, & Baronium, Brunnerus & Adelzreitterus ſcribunt. Bojariæ Antiſtites legitimo Pontifici adhærent.

Abſentiam Alberti Epiſcopi noſtri non poterat gravatè ferre Imperator, quippe qui ſciret, quàm neceſſaria Friſingenſibus ruinis eſſet illius præſentia. Condoluit potiùs Fridericus Præſuli ſibi dilectiſſimo, ac tantîs curîs, pro reſtauranda Eccleſia ſua obruto: & cùm ipſe adversùs Mediolanenſes ſuperiori anno militari quodam aſtu pugnâſſet feliciter, datâ ad eum epiſtolâ conſolatoriâ de re benè geſta commonuit. Fragmentum epiſtolæ Radevicus recenſet in hunc modum. *Præterea ad conſolationem tuam de præſenti ſtatu noſtro aliqua tibi ſcribimus, quia honorem Imperii, & noſtram proſperitatem te diligere non dubitamus. Inter alia igitur magnificavit Dominus facere nobiſcum, & fecit. Unde facti ſumus lætantes, & maximas DEO gratias agentes. Maximam enim multitudinem Mediolanenſium tradidit DEus in manus noſtras, ita, quòd Idus Julii, qua data Diviſio Apoſtolorum celebrari ſolet, ſextentos de fortioribus civitatis captivos in vinculis abduximus, centum & quinquaginta per campos & itinera viarum interfecti ſunt. De ſubmerſis verò, & de vulneratis modus non fuit, neque numerus. Sic cum victoria Laudam reverſi ſumus.* Hæc Fridericus Imperator Alberto Epiſcopo noſtro: qui favore Cæſaris utendum ratus, eidem ſupplices literas miſit, rogavítque, ut deſolatæ Friſingenſi Eccleſiæ opem ferret; quam etiam Fridericus liberaliter contulit, ut infra monſtrabimus. Legimus alicubi, eodem anno Chriſti 1159. Albertum Epiſcopum noſtrum Moſpurgum veniſſe, ac ſtatum dirutæ Eccleſiæ ſuæ Divo Caſtulo Martyri, ejus loci Evergetæ, commendâſſe. Fridericus non offenditur ab Alberto Epiſcopo. Quod ipſe ſatis demonſtrat tum literis, tum aliîs ſubſidiîs Alberto collatis.

Dum eum in modum Albertus totus in eo eſt, ut non Principum tantùm, in terris adhuc hærentium, verùm etiam Cælitum favores ſibi Eccleſiæque conciliaret, eorúmque ope Baſilicam B. M. V. reſuſcitaret, etiam non minimam de Eccleſiæ ſuæ bonis tum recuperandis, tum evincendis curam habuit. Sanè quàm felix in eo negotio Albertus fuerit, docet recuperatio terræ de Gudaga, & evictio Comitatûs Catubriæ, quæ loca hodie Sereniſſimæ Reipublicæ Venetæ ſubjecta ſunt. Inſtrumentum ſuper Gudaga Eccleſiæ Friſingenſi reſtituta ſic habet: Albertus ſuper bonis Eccleſiæ ſuæ ſolicitus.

Sancti Spiritus aſſit nobis gratia, & ſimul cum eadem Friderico Romanorum Imperatori ſemper Auguſto vita & victoria. Anno VII Regni ejus, Imperii verò IV.

ANno ab Incarnatione Domini MCLVIIII. Indict. VII. Ego Berzo & Judex Ordinarius ſacri palatii glorioſi Imperatoris Friderici & Rogerius Caterato ex præcepto prædicti Imperatoris cognitores cauſæ, quæ vertebatur inter Albertum Friſingenſis Eccleſiæ Epiſcopum, & Ezelinum de Baſano ſuper poſſeſſionem terræ de Gudaga cum ejus appenditiis, Ezelinô legitimè vocatô, & venire nolente, communicatô multorum prudentum conſilio pronunciavimus, prædictum Albertum Friſingenſis Eccleſiæ Epiſcopum mittendum in poſſeſſionem terræ de Gudaga cum pertinentiis ejus in integrum. Hæc acta ſunt in præſentia prædicti Imperatoris Friderici, & aliorum complurium Principum, quorum nomina hæc ſunt. Eberhardus Babenbergenſis Epiſcopus, & Daniel Bragenſis Multa vindicat.

Epiſcopus, & Conradus Eiſtetenſis Epiſcopus, & Fridericus Dux de Rotenburch, & Conradus Palatinus de Reno frater Imperatoris, & Otto Palatinus de Witilineſpach, & frater ejus Otto, & Hermannus Marchio Veronenſis, & Henricus Dux Karentanus, * *& Wilhelmus Marchio de Monte Ferrato, & Gwido Comes Blantatenſis, & G. de Caneroſa Bononienſium Poteſtas,* * *& Marchio, Opizo Malaſpina, & alii multi. Data in loco Marcenco & Territorio Terdonenſi Indict. prædicta XII. Kalendas Marcii. Ego Berzo Judex Ordinarius ſacri Palatii prædicti Imperatoris ex ejus mandato complevi, ſcripſi, & ſubſcripſi.* Ita lis, quæ Albertum inter & Ezelinum eousque agitata fuerat, tandem feliciter deciſa eſt: ubi obiter monemus Lectorem, Ezelinum, de quo hic agimus, non eſſe famoſum illum Langobardiæ Tyrannum. Ille enim primùm ſæculo XIII. ſub Pontificibus Gregorio IX. Innocentio IV. & Alexandro IV. tyrannidem exercuit, ac vitam poſuit.

* al. Karinthanorum.

* Italicè Podeſtà: Latin. Prætor.

Alterum Inſtrumentum ſuper evictione Comitatûs Catubrienſis eſt tenoris ſequentis:

Sancti Spiritûs aſſit nobis gratia, & ſimul cum eadem Friderico Romanorum Imperatori, ſempèrque Auguſto vita, & victoria. Anno VII. Regni ejus, Imperii verò IV. anno ab Incarnatione Domini MCLVIIII. Indictione VII. Ego Berzo Judex Ordinarius ſacri Palatii glorioſi Imperatoris F. ex ejus præcepto cognitor cauſæ, quæ vertebatur inter Albertum Friſingenſem Epiſcopum, & Guezolum de Camino Sevaloricum Guezolini procuratorem ſuper poſſeſſione totius Comitatûs de Catubrio * *viſis rationibûs utriusque partis, & diligenter pro poſſe inſpectis condempno Guezolinum Sevoldricum ejus procuratorem Alberto Friſingenſi Epiſcopo in reſtaurationem poſſeſſionis totius Comitatûs de Catubrio, & prædicti Comitatûs poſſeſſionem in integrum à Gwezolo reſtituendam eſſe Alberto Friſingenſi Epiſcopo pronuntio. Hæc acta ſunt coram prædicto Imperatore F. in civitate Mutina in Palatio, Indictione prædicta. Teſtes interſuerunt, quorum nomina hæc ſunt. E. Banberg. Epiſcopus. Et Fridericus de Gunſpach, & Burchardus de Aſburgo,* * *& Armannus Marchio Veronenſis, & Comes Albertus, & alii plures. Ego Berzo Judex Ordinarius prædicti Imperatoris ex ejus mandato ſcripſi, & ſubſcripſi.* Ita Albertus Eccleſiæ ſuæ domi foriſque optimè feliciſſiméque proſpexit.

* Germanice Cadoberthall.

* al. Abſburgo.

Imperator Epiſcopis Bojariæ commendat Pſeudo-Pontificem.

Paulò poſt, cùm probè perſpectum haberet Imperator, Victorem IV. ſeu Octavianum quantúmvis à Conciliabulo Papienſi laudatum, conſecratúmque, ſolis ferè per Germaniam Bojariæ Præſulibus minimè probari, literas ad eos, nempe ad Eberhardum Salisburgenſem, Albertum Friſingenſem, Hartmannum Brixinenſem, & Romanum Gurcenſem dedit, quibus nequiter expoſita totius rei ſerie, nec ſine demiſſo verborum apparatu ac lenocinis *rogabat*, ne ſibi ab aliis illudi paterentur, ſed unà cum tot aliis Epiſcopis Victorem Papam recognoſcerent. Totam illam epiſtolam Radevicus recitat: Verùm quid ad hæc ſtatuerint prædicti fortiſſimi Præſules, Radevicus, metu utique Friderici, neutiquam expreſſit. Aſt diſcipulus S. Eberhardi Salisburgenſis Archiepiſcopi in ejus vita ſatis demonſtrat, quàm alienum à Victore Antipapa animum Archipræſul ille ſemper habuerit, cujus ſententiæ non ſolùm Hartmannum Brixinenſem, verùm etiam Romanum Gurcenſem, atque Albertum noſtrum Friſingenſem acceſſiſſe, vel ex eo demonſtratur, quod Fridericus non ad Eberhardum, & Hartmannum ſolos, verùm etiam Albertum, atque Romanum, veluti votis ſuis oppoſitos, literas illas exaraverit: neque conſtet, hos duos poſteriores Epiſcopos Cæſaris factioni adhæſiſſe, aut pœnis Eccleſiaſticis, cùm Fridericus, unà cum aſſeclis Epiſcopis, diris ab Alexandro devoveretur, percuſſos fuiſſe.

Sed fruſtrà.

Hæc anno Chriſti 1160. contigiſſe Baronius memorat, quo ipſo anno Radevicus Hiſtoriæ ſuæ extremam manum impoſuit. De Radevico Scriptore noſtro

Digitized by Google

noſtro Friſingenſi ad dictum annum idem Baronius ſcribit: *Stetit hic* (inquit) *ipſe auctor Radevicus, qui ad ipſum Fridericum duos libros, appendices ad Ottonem Friſingenſem, conſcripſit, in quarum poſterioris extrema parte laudes celebrans ipſius Imperatoris, libens, voléns que finem ſcribendi fecit, conſcientia repercuſſus. Ubi enim audivit, ipſum ſententia Alexandri anathemate eſſe mulctatum, detectisque mendaciis, jam in Eccleſia Catholica Catholicum recipi, atque coli Pontificem Alexandrum, deſtitit ulteriùs progredi, & ejuſdem Friderici res geſtas ſcriptis proſequi, quem videret per devia errantem extra Eccleſiam cum ſchiſmaticis rem agentem, eosdémque indefeſsô ſtudiô protegentem.* Hæc de Radevico Baronius: & meritò. Nam Radevici opus attentiùs evolventi Lectori luculenter innoteſcet, eum de Victore Anti-Papa neutiquam bene ſenſiſſe. Ait enim Scriptor noſter *Libri IV. cap. LXIX.* in Papienſi conventu penes *Octavianum* victoriam ſtetiſſe, hoc modo: *Octaviano,* inquit, *cùm præſens advenisſet, & haberet, qui partem ſuam defenderent, ceſſit litis victoria, & pro ipſo Concilium dedit ſententiam, condemnatô Rolandô, & reprobatô, qui citatus legitimè, Concilio ſe repræſentare contumaciter abnuiſſe dicebatur.* Ubi vides, Lector, Radevicum de Rolando non protuliſſe, quæ ex ſenſu ſuo vera eſſent, ſed ſolùm, quæ *dicebantur.* Citatum fuiſſe Alexandrum, certum eſt; falſum verò, fuiſſe citatum legitimè, Quis enim legitimè electum Pontificem citâſſet legitimè? Subjungit Radevicus: *Sæpiùs autem Lectorem admonitum eſſe cupimus, ut in hoc facto ad diſquirendam rerum veritatem non noſtra dicta conſulat, ſed literis & ſcriptis, quæ ad manus noſtras venerunt, & huic operi inſerendæ viſæ ſunt, ſuo ſervans arbitrio, quando de hac controverſia & litis deciſione, Conciliique judicio ſufficienter ſibi fides facta videatur.* Vides iterum,, Lector, Radevicum tuo judicio commiſiſſe controverſiæ deciſionem, Concilii rationem & judicium. Quid verò ſcripſiſſet Radevicus, ſi & convocationem, & judicium Concilii poteſtate legitima cenſuiſſet eſſe facta? Aliter ſcribere Friſingenſis ille Canonicus non poterat, eo potiſſimùm tempore, quo Eccleſiæ Friſingenſis plurimùm intererat, ne graviùs irritaretur Imperator, ac opem Friſingenſibus ruinis ſubtraheret. Satis denique Scriptor noſter mentem ſuam orbi explicuit, cùm deinceps de rebus Friderici ſcribere ceſſavit, quippe in quibus nihil laude dignum repererat. Auctorem ejus conſilii Radevico fuiſſe Albertum noſtrum, vix eſt, cur quiſquam dubitet, maximè cum & Eberhardus Archiepiſcopus, & Hartmannus Epiſcopus, vir uterque ſanctus, pro Alexandro Pontifice, ac Eccleſia Dei veluti muros ſeſe opponerent, & Ratisbonenſis atque Patavienſis Epiſcopi Victori Pſeudo-Pontifici neutiquam adhærerent.

Cautela Radevici in Opere ſuo.

Eodem anno, Chriſti 1160. Albertus Epiſcopus noſter ſub certis conditionibus Ezelino (de quo ſupra) Caſtrum Gudigi jure beneficiario, ſeu feudi, conceſſit, idque actum eſt in Lonca, nempe Lak, vulgò Biſchoffslak in Carniola, ubi inter teſtes Clericos recenſentur Abbas Rotenſis Lotharius, & Otto Præpoſitus S. Andreæ &c. Inſtrumentum exhibemus in Parte Altera.

Albertus Ep. feudum concedit.

N. 1340.

Proximo anno, Chriſti 1161. graviter inter ſe colliſi Henricus Leo, Bojariæ hactenùs Dux, & Hartwicus Epiſcopus Ratisbonenſis conciliantur potiſſimum opera Eberhardi Salisburgenſis Archiepiſcopi, qui cùm eodem tempore ab Antipapa Victore, nempe Octaviano, ad Conciliabulum Laudenſe evocatus fuiſſet, comparere noluit. Albertum noſtrum aut evocatum fuiſſe, aut comparuiſſe non conſtat. Poterat utique is Imperatori iterum facilè excuſare abſentiam ſuam, quippe qui ingenti reſtaurationis Friſingenſium ædificiorum operi præſens eſſe omnino cogebatur, quamquam eo anno ſaltem Cathedralis Baſilicæ fabricam ad finem fuiſſe perductam ſatis conſtet ex iis, quæ etiamnum conſpiciuntur ad portam ejus Eccleſiæ interiorem, ſupra

Conciliabulum Papiæ celebratur.

Frideric. Imp. adjuvat reſtaurationem Cathedr. Eccl. Friſingenſis.

Digitized by Google

quam ad ſiniſtram ingredientium partem ſculpta cernitur imago Imperatoris, adjuncta itidem imagine Alberti Epiſcopi, & hac inſcriptione lapidi inciſa:

Fridericus Romanorum Imperator Auguſtus.

Ad dexteram verò partem exhibetur effigies Imperatricis, hîs verbîs ſuperius expreſsîs,

Conjux Beatrix Comitiſſa Burgundiæ.
Anno M C L X I.

Quod utique luculenter indicat, Fridericum Imperatorem larga manu ad reſtaurationem ejus Baſilicæ concurriſſe, unà cum Beatrice Conjuge ſua.

Beatrix Auguſta in Eccleſiam Friſingenſem Regiè munifica.

Hæc eſt illa Beatrix, cui deficientibûs documentîs, tum ex antiqua fama ad nos usque perlata, tum ex conjecturis quibusdam tribuitur donum illud pretii propè incredibilis, nempe Amula illa, ſeu vas aquæ benedictæ, magnitudinis juſtæ, ac fermè tantæ, quantæ ſolent eſſe eæ, quæ adhibentur in Catholicis Eccleſiis, dum Sacerdos luſtrali aqua populum aſpergit, ex mero atque unico chryſolitho conſtans, unà cum manubrio aſpergilli, ex mero, ac itidem unico ſmaragdo fabrefacti; quæ verè Regia, aut plùs quàm Regia dona hodiéque in Cathedrali Baſilica Friſingenſi aſſervantur, & aliquando ſtupentibus advenis exhibentur. Nos utriusque imaginem æri inciſam in ea longitudine ac latitudine, quam reipſa habent, curioſis Lectoribus exhibemus. Obſcurior fama eſt, Imperatricem illud ſummi pretii donum contuliſſe dictæ Cathedrali Baſilicæ, eò quòd Divi Corbiniani precibus à lepra fuerit mundata. Miramur interim haud immeritò, quomodo fieri potuerit, ut nemo eſſet, qui certum tantæ donationis auctorem poſteris nunciaret; niſi fortàſſis ſuſpicandum ſit, Codicem, in quo ejuscemodi donationes deſcriptæ fuêre, ſive incuriâ, ſive injuriâ hominum, aut incendio periiſſe.

De Reliquiis S. Sigismundi Regis & Mart.

Eadem de cauſa Lectorem edocere non poſſumus, ecquis pretioſas è corpore S. Sigismundi, Burgundionum Regis ac Martyris Reliquias Cathedrali huic Eccleſiæ intulerit, quæ temporis lapſu tam copioſa miſeris mortalibus beneficia contulêre, ut Rex ille ſanctus in Patronum ac Tutelarem hujus Diœceſis, poſt S. Corbinianum præcipuum eligeretur, atque annuo ſolenniori officio hucusque celebretur, ſupplicabundîs fidelium agminibûs non ex ſuperiori duntaxat, verùm etiam ex inferiori Bojaria quotannis ad ejus opem efflagitandam confluentibus, cœlóque mirè puniente eos, qui de religioſo Divi cultu aut contemptim loquuntur, aut eum negligunt, vel negligenter perſolvunt, quod certiſſimîs experientiîs comprobatum eſt.

Quarum contemptus ſevere punitur.


Inter primos Reliquiarum Divi Sigismundi cultores ab aliquot ſæculis numerantur coloni Mammingæ, qui vicus eſt inferioris Bojariæ, infra Dingolfingam ſitus, integri bidui ſpatio Friſingâ diſtans. Accidit verò quodam tempore, ut, cum Mammingenſes ex annua conſuetudine cum vexillis ſolitis Friſingam religioſam peregrinationem inſtituerent, quidam ejus loci ruſticus ſupra arborem, neſcio qua de cauſa conſtitutus, à prætereuntium quodam interrogaretur, an non vellet ſeſe Friſingam abeuntium cœtui jungere? Reſpondit homo cœleſtium planè inanis, ſe nec pedem quidem ſuum velle Friſingæ reperiri. At ecce tibi! vix ea verba effutiêrat lingua petulans, cùm planta pedis occulta vi à ſura illius avulſa in terram ex arbore decidit, quam canis quidam arripiens, & unà cum ſupplicabundo agmine Friſingam veniens, ad Divi Sigismundi Sacras Reliquias ſtupentibûs omnibûs depoſuit, quam hodiéque ad ejus aram appenſam non ſine horrore ſpectamus.

Friſingenſium erga Mammingenſes pietas.


Ita didicêre Mammingenſes *non temnere Divos*, ſed Evergetam ſuum Sigismundum quot annis, non attentô tantô viæ ſpatiô venerari. Ubi cum tenero animi ſolatio addimus, Mammingenſes incolas, dum ſacris

Pen-

I



II



I
MANUBRIUM ASPERGILLI
II
AMULA AQUÆ BENEDICTÆ.

Digitized by Google

Digitized by Google


FREDERIC ROM
IMPE AVGVST
CONIVX BEATRIX COMITISSA
BVRGVNDIA MCLXI.

Pentecoſtes feriis Friſingam venire ſolent, à Friſingenſibus civibus admirabili charitate occurrentibus ad ædes ſuas certatim invitari, cibô potúque largè recreari, lectô conſoveri, & aliquando etiam viaticô donari, idque tum ob memoriam ſingularis illius prodigii, quod modò retulimus, tum in venerationem communis Tutelaris Patroni Sigiſmundi. Nos iſta ob honorem ſanctiſſimi Regis hìc tantô majori animi ſolatiô commemoramus, quod ex accuratiſſimi Pagii mente hic ipſe, quo iſta ſcribimus, annus, Friſingenſis Eccleſiæ milleſimus, Divo Sigismundo, anno Chriſti 524. paſſo, in cœlo ſit milleſimus ducenteſimus, ac duodecimi ſæculi ultimus, cui in beata æternitate acceſſura ſunt ſæcula ſæculorum, qualia, accedentibus ipſius piis patrociniis etiam nobis omnibus ab Optimo Numine apprecamur. Cæterùm donum ſacrarum Reliquiarum S. Sigiſmundi Burgundiæ Regis, ac glorioſi Martyris, cui alii, deficientibus aliis veſtigiis, veroſimiliùs tribuemus, quàm itidem Beatrici ex Burgundiæ Comitibus prognatæ, cujus effigies, ut diximus, ſupra portam interiorem Cathedralis Eccleſiæ ſculpta conſpicitur? Ubi nihilominùs fatendum eſt, quòd jam in ea pervetuſta liturgia Friſingenſi, quam à Gamanſio viſam fuiſſe ſæpe diximus, eodem teſte annotetur: *Miſſa de S. Sigismundo pro febricitantibus* cum hac Orationis præcipuæ formula: *Inclina, Domine, pias aures tuas ad deſideria ſupplicantium, &, quod devoto corde poſcimus, benignus admitte, & huic famulo tuo, qui typhi cottidiani, biduani, tertiani, quatriduaniſque, aut qualibet reliquarum febrium vexatione fatigatur, fidelis famuli tui Sigiſmundi Regis precibus occurras clementer, & dum nobis illius patefacis merita, præſenti ægroto conferas medicinam per Dominum &c.* Unde intelligimus, S. Sigiſmundum jam ſæculo Chriſti decimo apud Friſingenſes aliquem peculiarem cultum habuiſſe. Et quoniam hìc de ſacris Divorum Exuviis agere cœpimus, commodè (ut res ipſa poſtulat) ſubjungimus, quod occaſione inſtaurandæ Cathedralis Eccleſiæ Friſingenſis, referente Freibergero domeſtico ſcriptore, ſub Alberto Epiſcopo accidit.

Annus Chriſti 1724. eſt S. Sigiſmundi ſæcularis duodecimus.

Cultus S. Sigiſmundi vetuſtus apud Friſingenſes.

Jacienda erant, ut modò diximùs, fundamenta pro nova Cathedralis Baſilicæ ſtructura, jamque foſſores operi manus diu adhibuerant, cum ecce! reperta ſunt tria corpora, quæ viri grandævi contendebant eſſe ſanctorum Alexandri Papæ, & Martyris, Juſtini Confeſſoris, ac Nonnoſi Monachi, ab Hittone Epiſcopo Roma Friſingam aſportata. Verùm cùm teſtibus illis fides non adhiberetur, ſacra illa oſſa non ſolùm ſine veneratione, ſed etiam abſque omni cuſtodia aliquamdiu neglecta jacebant, ac denique jamjam extra templi aditum exportanda erant. At cùm portitores ſacras illas exuvias ad locum januæ Eccleſiæ detuliſſent, pedem extra Eccleſiæ ambitum efferre minimè potuerunt, adeò, ut re magìs perpenſa, maturiusque diſcuſſa nemo eſſet, qui non intelligeret, vera eſſe, quæ viri ſeniô graves aſſeruerant. Hinc ſtatim ad alia conſilia conversìs animis, ædicula lignea conſtructa eſt, qua ſacra illa oſſa tantiſper contegerentur, dum nova Eccleſiæ fabrica conſurgeret. Auxère incredulis fidem multa prodigia, quæ ad illam ædiculam accidêre, dum ex inſeſſorum corporibus maligni hoſpites ejiciebantur, cœci oculorum uſum recipiebant, aliiſque variis morborum generibus vexati mortales liberabantur. Ita DEus ſanctorum ſuorum oſſa majori fidelium cultu deinceps honorari voluit. Hæc ex fide Freibergeri. Unde verò is eam narrationem excerpſerit, nobis hactenùs manet incognitum: qui interea iterum ſuſpicamur, complures membranas, chartáſque Friſingenſes ſive domeſticorum incuriâ periiſſe, ſive extraneorum fraude fuiſſe amiſſas. Sanè Divi Nonnoſi ſacra pignora à ſancto Eberhardo Saliſburgenſi Archiepiſcopo, & Religioſiſſimo Antiſtite noſtro Alberto fuiſſe in tumulo elevato cryptæ Cathedralis Eccleſiæ poſthac adjectis præclarìs ſignìs repoſita, apparuit mirâ

Reperiuntur Corpora ſanctorum Alexandri, Juſtini & Nonnoſi.

DEI providentiâ, cùm Celſiſſimus, ac Reverendiſſimus Princeps & Epiſcopus Friſingenſis Joannes Franciſcus die 27. Januarii anno 1708. tumulum illum præter omnem expectationem detexit & aperuit. Qua de re ſuô locô plena manu agi poterit.

Quæret hic fortaſſis nonnemo, eccur ſanctorum Alexandri, Juſtini, atque Nonnoſi ſacræ Exuviæ Româ allatæ, ſubtùs terram fuerint iterum ſepultæ?

Reſpondemus, id veterum conſuetudini fuiſſe conforme, uti hodiéque Romæ quàm plurima ſanctorum Corpora ſepulta manent, uti nemo Romanorum ignorat. S. Auguſtini Reliquiæ ex Africa in Sardiniam, inde Ticinum translatæ, ac rursùs ſepultæ: demùm noſtra primùm ætate iterum fuêre repertæ. Divi Marci oſſa ex Aſia Venetias adducta iterum fuêre tumulô condita, uti Veneti contendunt. Simillima noſtri Emmerammiani de ſacris S. Dionyſii Lipſanis tradunt. S. Corbiniani Corpus, miraculis glorioſum, è tumulo Friſingæ elevatum, Majîs iterum fuit humatum ubi etiam aliquanto tempore ſine cultu jacebat, ut Aribo teſtatur. poſt 39. circiter annos rursùs Friſingam reportatum in Cathedrali Eccleſia fuit conditum, uti ex tot membranis edocemur. Verùm ejus rei innumera exempla paſſim occurrunt: nec eſt, cur plura adducamus.

§. IV.

Acta Eccleſiæ, Imperii, & Alberti Epiſcopi ab anno Chriſti 1161. usque 1165.

CUm anno Chriſti 1162. Fridericus Imperator poſt longam obſidionem Mediolanum ſubegiſſet, pulsisque civibus, atque ædibus omnibus, præter ſacras, everſis, aream decuſſatim, nempe in modum crucis aratrô ſcindi juſſiſſet, metu parium fatorum cæteræ quoque Langobardiæ urbes exterritæ, eidem ſeſe dediderunt, Alexandro, legitimo Pontifice, in Gallias fugâ ſeſe ſubducente. Tam ſplendidos triumphos agens Imperator, Eberhardum quoque Salisburgenſem Archiepiſcopum, ac Hartmannum Brixinenſem Antiſtitem, qui hactenùs Cæſaris idolum Octavianum adorare conſtantiſſimè abnuerant, vincere ſtuduit, eósque minacibûs literis ad ſe evocavit, poſtquam ii jamjam antea à Cæſareis Aulicis ceu læſæ Majeſtatis rei damnati fuerant. Comparuêre etiam coram Friderico Viri illi ſancti, ut adeò nemo jamjam dubitaret, quin uterque ſchismati acceſſurus eſſet. Verùm ſecùs accidit. Sapientiſſimi enim Antiſtites ad Cæſaris alloquium admiſſi, Alexandri legitimi Pontificis cauſam tam piè, tam humiliter, tam facundè dixerunt, ut nullas iis iraſcendi cauſas Fridericus invenerit, ſed eos, nemine non obſtupeſcente, & frendentibus Octaviani fautoribus, illæſos ad ſuas Eccleſias remiſerit. Poſt utrumque illum laudatiſſimum Pontificem proxima laus debebatur Gerhoho Reicherſpergenſium Præpoſito, quem in ſuo comitatu Eberhardus habebat. Nam cùm is quoque apud Imperatorem pro Alexandro modeſtiſſimè diſceptâſſet, non ſolum injuriâ nullâ, ſed inſuper etiam gratiis Cæſareis affectus eſt, ut Palatiùs tradit. Sacri illi Præſules noſtri, cum in reditu Cremonam diverterent, ubi Octavianus eo tempore commorabatur, eum ne quidem ſalutatione dignati ſunt.

Imperator fruſtra tentat Eberhardum Salisburgenſem, & Hartmannum Brixinenſem Epiſcopos.

Uti etiam Gerhohum Reicherſpergenſem Præpoſitum.

Lib. 22. pag. 151.

Neque dubitare fas eſt, cæteros Bojariæ Antiſtites eo facto firmatos, pro Alexandro fortiter ſtetiſſe. Certè Albertus noſter ſæpe affirmâſſe fertur, ſe ab exemplo Archiepiſcopi ſui nunquam receſſurum.

Poſthæc Alexander III. Turonis in Gallia Concilium convocavit, in quo comparuêre Cardinales XVII. Epiſcopi CXXIV. & inter hos S. Thomas Cantua-

Acta Concil. edit. Hard. T. 6. part. 2. col. 1589. & ſeqq.
Concilium Turonis.

Cantuarienſis Archiepiſcopus cum ſuis ſuffraganeis: item Abbates CCCCXIV. In ea Synodo Victor Antipapa, ejúsque fautores ſolenni anathemate iterum damnati, ac plures pro Eccleſiaſtica diſciplina Canones fuêre conditi. Inter hæc cœlum Eberhardo Archiepiſcopo velut fortiſſimo Eccleſiæ propugnatori ſempiternam coronam decrevit, eandémque memorabili viſione præſignavit. „ Mulier degebat in civitate Friſingenſi (ait Mezgerus) rebus „ cœleſtibus tota dedita, & excluſis mundi turbîs in cella quadam ſolitaria recluſa. Ipſa aliquando in extaſin divinitus rapta ſpectavit animo horrenda inferorum ſupplicia, & quidquid triſte ardens ille damnatorum carcer recondit. Deinde ad ſuperna lætiori viſione ſublata vidit quoque feliciſſima beatorum gaudia, & ſplendidiſſimas ſedes. Iſtas dum mirabunda circumſpicit, objecit ſe oculis ſedes quædam ſublimis magno ſplendore circumfuſa, cui ab utroque latere Cuſtodum inſtar aſſiſtebant ſancti Petrus, atque Rupertus. De quo dum ampliùs religioſa mulier obſtupeſceret, dicentes audiit binos illos cœlites, ſedem eam eſſe Eberhardi Archiepiſcopi, quam ipſi usque ad ejus mortem cuſtodirent; eàm verò non procul abeſſe. Viſionis veritas per eandem religioſam fœminam Friſinga Salisburgum perſcripta, paulò poſt ſecutô Eberhardi fatô comprobata eſt. „ Hæc fere laudatus ſcriptor ex vita B. Eberhardi, quæ extat apud Henricum Caniſium Tom. VI. ubi additur, Eberhardum ad cœlos translatum miraculîs in terris claruiſſe. Ita perditisſimis etiam temporibûs Eccleſia Romana nunquam caruit verisſimîs columnîs, viriſque ac fœminîs ſpiritu DEI plenîs. Cæterum Eberhardo in Metropolitana ſede Conradus, eo nomine ſecùndus, defuncti Ottonis Epiſcopi noſtri frater, Pataviensis hactenus Epiſcopus, in ſolio Archiepiſcopali ſucceſſit, qui & ipſe pro legitimo Pontifice & Eccleſia DEI velut murus aheneus ſtetit, idcircò Regalia à Friderico minimè conſecutus, ſed in exilium ejectus. Eberhardum eodem anno ad cœlos comitatus eſt B. Hartmannus Brixinenſium Epiſcopus, qui itidem usque ad mortem legitimo Pontifici fidelis fuit, atque in terris prodigiis claruit. Non ita Victor Papa, qui eodem quidem etiam anno vitam, ſedémque imaginariam reliquit, verùm à nemine, niſi à ſchiſmaticis aliquamdiu beati titulum retulit. Ei iidem ſchiſmatici ſubrogârunt Guidonem Cremenſem, quem Paſchalem tertium dixêre.

Eberhardi Archiepiſcopi præmium in cœlis.

Hiſtor. Salisb. lib. 4. cap. 16.

pag. 1208.
pag. 1206.

Mors B. Hartmanni Epiſc. Brixin.

Continuatio Schiſmatis.

Albertus interea noſter ſuperiori anno Chriſti 1163. Monaſterio montis Madronenſis S. Petri Ordinis S. Benedicti: nec non Sigibotoni Comiti literas dedit, quas ex autographo, etiam nobiſcum ab Illuſtrisſimo, ac Reverendisſimo DD. Joanne Ferdinando Reinhardo Joſepho, Libero Barone de Pœdigkeim Cathedralis Eccleſiæ Friſingenſis Canonico, & Eccleſiæ illius Madronenſis Præpoſito communicato rectè exſcripſit Gewoldus in hunc modum.

Albertus pro Monaſterio Madronenſi ſolicitus.

In Add. ad Hund. T. 3. pag. 97.

*Cùm * in nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis. Albertus DEI gratia Friſingenſis Eccleſiæ Epiſcopus. Quæcunque res geſtæ cognitionem ſui ad poſteros, & longam memoriam transmitti deſiderant, ſcriptis expediri debere non dubium eſt. Inde eſt, quod nos quoque eam, quæ circa Cellam ſancti Petri in monte Maderano ſitam, à nobili viro Sigibotone Comite facta eſt, traditionem, & mutuam pactionem, præſenti ſcripto curavimus annotare. Præfatus ſiquidem Comes pro remedio animæ ſuæ, omniúmque parentum ſuorum, quicquid proprietatis ſeu juris in eodem monte vel in præfata cella habere videbatur, ſuper altare beatæ Mariæ ſanctique Corbiniani, cujus vicem nos, licèt indigni, tenemus, delegavit cum omnibus ad eundem locum ritè pertinentibus, ac prædiis, quæ ſua propria familia prænominatæ Cellæ jam tradidit. Suum quoque aſſenſum & conniventiam ſpopondit, quicquid in poſterum alicui de ſuis ad idem Cœnobium, ſeu de mobilibus, ſeu de immobilibus, ſeséque moven-*

** ita habet autographum.*

moventibus contradere libuiſſet. Nos ergò ejus devotioni, piæque voluntati debitâ benevolentia reſpondendum duximus; eundem locum unà cum dilectis fratribus noſtris majoris Eccleſiæ Canonicis ſuſcipientes, decrevimus eum ab omni oppreſſione & exactione liberum eſſe, ſolis divinis obſequiis cum Monachis & fratribus, qui inibi DEO in perpetuum famulari debent, mancipatum. Statuimus quoque, ut ſi fortè per divinam opitulationem incrementum acceperit majoris, & celebrioris Monachorum conventûs, liberam eos habere deliberationem in eligendo ſibi Abbate, vel Priore. Sanè donec & rebus & numero provehatur, per nos & fratres noſtros Canonicos adhibito aſſenſu illius Congregationis Prælatum in eligendo - - - - quoque provideatur, qui diſciplinæ Monaſticæ normam & in ſe cognoſcatur habere, & aliis verbo & exemplo præeſſe valeat, & prodeſſe. Porrò - - - - Comes Sigiboto quoad vixerit ſeu de manu noſtra ſeu noſtrorum ſucceſſorum ſuſceptam - - - - miniſtret, idémque in prole ſua, quæ per maſculinum ſexum ab illo recta linea deſcenderit, obſervandum decernimus, videlicet ut jure ſucceſſionis eandem teneant advocatiam, ita tamen, ut juxta officium ſuum ita bonis provideant, malos coherceant, ne in extremo examine æterni judicii pœnas luant. Ut autem hujus traditionis atque pactionis contractus, communi totius Eccleſiæ noſtræ aſſenſu roboratus, firmus & inconvulſus omni tempore perſeveret, hanc inde chartam conſcribi, & ſigilli noſtri impreſſione ſignari, manúque propria, ut infra apparet, corroborantes, teſtes quoque ſubter notari fecimus, quorum hæc nomina ſunt: Rapoto Abbas S. Stephani. Lotharius Abbas Rotenſis. Hermannus Præpoſitus novæ Cellæ. Engilſcalcus Decanus majoris Eccleſiæ. Herrant Archipresbyter. Otto Archidiaconus & Præpoſitus S. Andreæ. Albuno Præpoſitus S. Caſtuli. Arnoldus Archidiaconus. Hartmut Archipresbyter. Rudolf. Ugo. Leupolt, Perchtolt & cæteri. De Laicis de Paingen. Waltman de Paſtperc, & filius ejus. Rudolf. de Waldeke, Meginhart de Ainſpach. Conrad de Heidolvingen & cognatus ejus. Froidiliep Friderich de Hegelingen, Eberhart de Werde. Adelolt, Rudolf & frater ejus. Gerwic. Fritilo & fratres ejus Cunrat & Sigihart, Alberich de Elbpach, & fratres ejus Sigiboto & multi alii. Signum Domini Alberti Epiſcopi.

Actum Friſingæ anno Incarnationis Domini MCLXIII. Anno autem Domini - - - - Friderico Rom. Imp. feliciter amen.

Hæc Albertus Epiſcopus, à cujus tamen temporibus res Madronenſes à ſtatu priſtino atque Monaſtico prorsùs exciderunt.

Sequenti anno, Chriſti 1164. 6. Id. Septembris Albertus Epiſcopus dedicavit Eccleſiam in *Nouwinburo* (fortè Neuburg) uti in libro traditionum Weyarenſium prope finem legimus.

Otto, advocatus Friſingenſis Eccleſiæ.

Eodem anno Otto, Friſingenſis Eccleſiæ Advocatus ſequentes literas eidem Eccleſiæ conſignavit, quas ex Quinto Traditionum libro extrahimus, ubi ſequentia legimus.

Quòd nihil præter jus advacatitium à colonibus Eccleſiæ debeat extorqueri.

IN nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis. Ego Otto Divina clementia ſacri palacii Comes, Advocatus Friſingenſis Eccleſiæ. Notum eſſe cupio omnibus, qui has literas legerint, vel audierint, quòd cum dilecto Domino noſtro Alberto ejusdem Eccleſiæ Epiſcopo pro conſervanda inter nos ſinceritate dilectionis & concordiæ taliter conveni, ſicut præſenti ſcripto ſubnotatum eſt. Laudavimus erga eum, & conſervare promittimus, quòd à colonis ſuis, quos in dominatu ſuo habet, nil accipiemus, vel officialem noſtrum accipere faciemus ex his, quæ nobis jure Advocatiæ ad illis debentur, nec eos ad Placitum noſtrum, vel Officialis noſtri venire cogemus, niſi ter in anno, & tunc venientibus

nullam

Digitized by Google

*nullam controverſiam placitando movebimus, vel movêre faciemus, niſi tantùm ſuper tribus cauſis, videlicet, ſi aliquis eorum matrimonium contraxit in dampnum Eccleſiæ cum non ſua pari, vel non liberæ conditionis muliere. Item qui pugnaces inter eos, & percuſſores inveniuntur, & ſiquidem furto inveniuntur, nobis reſpondebunt. In his verò inveſtigandis & perſequendis benignum nos exhibebimus, & nihil inſidioſè vel malitioſè aut ipſi agemus, aut Officialem noſtrum agere patiemur. Ad placita autem denuncianda Officialis Epiſcopi tres viros de ſua familia deſignabit, qui ea ſecundùm diem & locum congruum cæteris debeant ſignificare. Porrò in hujus rei conpenſationem ipſe Epiſcopus ſingulis annis quinque libras Ratisponenſis & Friſingenſis monetæ in Feſto Pentecoſtes ſe nobis daturum ſpopondit. Hoc quoque notum fecimus, quod hoc amicabile laudamentum ita perſonaliter inter nos præſentibus fidelibus & amicis noſtris ſtatutum eſt, quòd nos illud, pro jure & juſtitia ad poſteros noſtros non transmittimus, niſi fortè idipſum tunc eos hinc inde facere collibuerit, ſed ut firma noſtris temporibus utrinque maneat compromiſſio, hanc inde chartam conſcribi, & ſigillo utriusque noſtrum eam conſignari fecimus, Teſtibus, qui præſentes erant, ſubnotatis, quorum hæc ſunt nomina. De nobilibus Chnodo Megelingen. Heinricus de Stauffen. C. de Rore. Aribo de Piburch. Bern. de Riute. De Miniſterialibus Eccleſiæ, Rudolf de Paſtperch & filius ejus. C. de Heidolvingen. Eber. de Werde. Engelwan de Achdorf. Adalbardus de Priſingen. Ulricus de Holzhuſen. Gerwicus de Camera & alii. Actum Friſingæ Regnante Divo Imperatore Friderico. Anno ab Incarnatione Domini MCLXIIII. Anno autem Domini Alberti Friſingenſis Epiſcopi quarto * feliciter in Chriſto.*

* *fortè à conſecratione.*

Hanc tranſactionem Alberti Epiſcopi cum Ottone Advocato initam nemo eruditus cenſebit indignam, qui perpenderit, quantis malis genus illud hominum (Advocatorum, inquam) Eccleſias olim oppreſſerit.

§. V.

Continuatio actorum ab anno 1165. *usque ad annum Chriſti.* 1179.

ANno Chriſti 1165. (ut notat Reicherſpergenſis Chronographus) Fridericus Imperator Epiſcopos Principésque Germaniæ Herbipolim convocavit, ubi de confirmando Paſchale, atque ejurando Pontifice ageretur. Comparuiſſe dicuntur Epiſcopi quadraginta, & inter hos etiam Albertus noſter. Is qualem ſeſe in impio illo Conciliabulo geſſerit, Baronius tradit, docétque ex quadam epiſtola ad Alexandrum Pontificem à quodam amico data, *Friſenſem* (Baronius rectè legit Friſingenſem) *Epiſcopum propter ſui Archiepiſcopi abſentiam excuſatum, juramentum facere minimè coactum, ſed habitâ licentiâ ad propria rediiſſe usque ad Feſtum beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli licentiam impetrantem.* Quid ſanè deinceps Albertus ſtatuerit, ac num poſtea Herbipolim aut alibi ad Imperatorem redierit, & Paſchali ſacramentum dixerit, difficillimè decernimus. Equidem minimè nos fugit, in Chronico quodam Auſtriaco, quod nuper è Zwetlenſi Bibliotheca Clar. P. Hieron. Pezius in lucem protraxit, diſertè haberi, Albertum Friſingenſem Epiſcopum, qui antehac in Imperatoris verba jurare noluerat, *eodem anno diu renitentem, coactum juráſſe obedire Paſchali pro conſcientia, quamdiu Imperium partem ejus foveret, & quamdiu regalia habere vellet.* Verùm, ut diximus, huic narrationi ægerrimè manus damus, cùm nullibi legamus, Albertum noſtrum diris unquam à Pontifice fuiſſe devotum, aut ab aliis deinceps abſolutum; certúmque ſit, eum

Conciliabulum Wirtzburgenſe.

Qualem in eo ſe geſſerit Albertus Epiſcopus?

Totidem ferè verba reperio in Codice Tegernſ. cui titulus: Acta Papalia pag. 93. *a.*

eum impia Friderici caſtra nunquam eſſe ſecutum; velut etiam in conſequentibus videbimus. Neque obeſt, quòd Albertus noſter nunquam è ſede ſua à Friderico fuerit exturbatus, qualem calamitatem perpeſſi fuère alii Epiſcopi, qui Paſchalem deteſtabantur. Id enim planè merebatur innocentia Præſulis, in tam calamitoſa Eccleſiæ ſuæ tempora jam aliàs conjecti. Fortaſſis tamen conjicere ex hactenus relatis poſſumus, Albertum noſtrum talem ſeſe in eo negotio geſſiſſe, ut nec Alexandri Pontificis, nec Cæſaris iras ſibi conſciſceret. Certè quo animo Albertus noſter erga Alexandrum III. Pontificem: quo viciſſim Pontifex erga Albertum fuerit, ſequens Alexandri Epiſtola dabit.

Ex Codice Tegernſeenſi coævo.

A. Epiſcopus ſervus ſervorum DEI Venerabili fratri Alberto Epiſcopo Friſingenſi ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Antiqua familiaritas & ſincera devotio, quam te circa Matrem tuam ſacroſanctam Romanam Eccleſiam, & ſpecialiter circa noſtram perſonam exhibere comperimus, nos ad amorem tuum ferventem inducit, & ad exhibendum tibi gratiam & honorem vehementer accendit. Inde eſt, quòd nos audito, te velle ad præſentiam noſtram accedere, gaudio gaviſi ſumus, & perſonam tuam libenter videbimus, & in eo, quod decuerit, honorare, Domino largiente, curabimus, & honeſtè tractare.

Iſta Alexander Pontifex Alberto noſtro. Quæ literæ quocunque demùm anno (quem determinare quidem non poſſumus) ſcriptæ fuerint, ſatis indicant, Alberti Epiſcopi devotionem non ſolùm erga Romanam Eccleſiam, verùm etiam, & quidem præcipuè erga perſonam Alexandri fuiſſe *ſinceram*, & quidem *antiquam*. Ubi illud obiter advertimus, conſtare ex hac epiſtola, Albertum de ſuſcipiendo ad Pontificem itinere cogitâſſe. Sanè an illud poſtea ingreſſus fuerit, hactenus aſſeverare non audemus, cum idoneis teſtimoniis careamus. Verò tamen ſimillimum eſt, Albertum iter illud omninò ſuſcepiſſe. Cæterùm Epiſcopum noſtrum ad arcendum è ſua Diœceſi ſchisma plurimùm laborâſſe, è quadam ejus ad Rupertum Tegernſeenſem Abbatem exarata epiſtola infra videbimus. § 8.

Imperator movet exercitum contra Pontificem.

Proximo anno, Chriſti 1166. Fridericus Imperator apertiſſimo bello impetiturus Alexandrum legitimum Pontificem, è Gallia ad ſuos reverſum, copias in Italiam præmiſit, quibus egregios ſcilicet adversùs Eccleſiæ caput Duces Chriſtianum Moguntinum, Rainaldum Colonienſem, Alexandrum Leodienſem, alióſque plures ſchismaticos Epiſcopos præfecit: ac demùm ipſe circa anni finem ſubſecutus eſt. Sequenti etiam anno, cùm Alexander Bononiam evaſiſſet, Fridericus Romam cepit, atque Beatricem Conjugem à Pſeudo-Pontifice coronari juſſit, in varias Italiæ partes interim crudeliter graſſatus.

Sed infelici ſucceſſu.

Verum ea Principis inſolentiâ graviſſimè offenſi Itali ad arma convolârunt, parúmque abfuit, quin in inſidias Fridericum pertraxiſſent, quas tamen ille aſtu denique eluſit. Aſt verò peſtem, quæ exercitum Friderici invaſerat, non effugère plures Epiſcopi, nempe Rainaldus Colonienſis, Eberhardus Ratisbonenſis, Gotefridus Spirenſis, Daniel Pragenſis, Alexander Leodienſis, & Hermanus Verdenſis, aliique ex Principibus multi. Adeò etiam cœlum contra ſchismaticos vindictam manifeſtam exercuit, cùm interim nihil mali Albertus noſter pateretur, qui domi rebus Eccleſiæ invigilabat.

Hartwicus Epiſcopus Auguſtanus.

Auguſtæ eo anno vivendi finem fecit Conradus ejus ſedis Epiſcopus. Ei ſuffectus eſt Hartwicus ex Baronibus à Lierheim primùm Monachus ac Prior SS. Udalrici & Afræ, tum Conradi Epiſcopi Adjutor, ac demùm ſucceſſor factus, uti ex Hierarchia Auguſtana conſtat.

Exercitu interim tum peſtilentiâ, tum variis cladibus attrito, Imperator ne hoſtibus ſuis ludibrio eſſet, ſequenti anno, Chriſti 1168. in Germaniam ſeſe recepit, validiores ſibi copias conducturus. Ea occaſione uſi Itali, urbes

Digitized by Google

urbes pleraſque, quas Schiſmatici occupaverant, in deditionem accepêre, rebus Imperatoris indies in deteriora vergentibus. Quo ipſo anno ſanctam mortem obiit Conradus II. ex Abbate S. Crucis in Auſtria primùm Epiſcopus Patavienſis, ac demùm Salisburgenſis Pontifex, diverſorum Cæſarum frater, ſororius, patruus, eorundem tamen pro DEI Eccleſia impugnator acerrimus, meritò à Baronio *immobilis veritatis columna* appellatus. Obiit verò in Admontenſi Monaſterio, in quo ſeſe abdiderat, cùm perſecutionem Friderici fugeret: ibidémque ſepulchro honorifico reconditus eſt, eò quòd venerabile ejus corpus Salisburgum ob temporis turbines transvehi non poſſet. Conrado Archipræſuli ſacri Electores Salisburgenſes ſuffragiis ſuis ſubrogârunt Adalbertum eo nomine ſecundum, filium ſororis ipſius Conradi, quæ Ladislao Bohemiæ Regi nupta fuerat. Eum Alexander legitimus Pontifex paulò poſt Pallio donavit, Fridericus verò non ſolùm Regalibus privavit, verùm etiam è ſede ejecit, quòd is, more Prædeceſſorum ſuorum, partes Alexandri conſtanter foveret. Proximo anno fatis conceſſit B. Gerhohus Reicherſpergenſium Præpoſitus, vir ille, in quo virtúsne admiranda, an doctrina conſummatisſima primas tenuerit, meritò dubitaveris. Superſunt multa ejus eruditiſſima & zelo divini honoris refertisſima opera à Viro Clariſs. P. Bern. Pezio Summô Eccleſiæ bonô in lucem demùm ingenti labore protracta, quæ ſi manibus tum Principum, tum maximè etiam utriusque Cleri, Regularis ſcilicet æquè ac ſæcularis, verſarentur, poſſet fortaſſis rebus Eccleſiæ etiam noſtris temporibus major Religio conciliari. De B. Gerhoho plura Raderus in *Bavaria ſancta*, & nos ſuperiùs paſſim.

Obitus Conradi II Archiepiſc. Saliſb. — *Ejus ſucceſſor Adalbertus II.* — *B. Gerhohus moritur.*

Eodem tempore Paſchali Pſeudo-Pontifici defuncto Schiſmaticorum votîs ſucceſſit Calliſtus III. antehac Strumienſis Abbas, cujus tamen electionem Baronius nonnihil differt: Pagius verò eandem ad annum Chriſti 1168. affigit. Anno ſequenti 1169. Albertus Epiſcopus Schefftlarienſi Monaſterio decimas curtis ſeu prædii ruſtici in Ilbungeshof dono dedit, expeditis eum in finem literis, quas in Parte Altera exhibemus. N. 1341.

Proximo anno, Chriſti 1170. S. Thomas Cantuarienſis Antiſtes glorioſiſſimum pro Eccleſiæ immunitate Martyrium conſummavit. Albertus verò Epiſcopus noſter rursùs Schefftlarienſi Monaſterio decimas in Cheverloch donavit. Chartam donationis in parte altera damus. N. 1342. Ex ea intelligimus, donationi illi pene omnes Friſingenſis Diœceſeos Præpoſitos, atque Cœnobiarchas interfuiſſe, ac ſuffragia contuliſſe. De eodem Alberto Epiſcopo noſtro ad annum Chriſti 1172. hæc tradit Reicherſpergenſis Chronographus. *Anno 1172. in proximo autumno in hebdomada quatuor temporum Dietpoldus conſecratus eſt in Epiſcopum Patavienſem ſolemniter, & hoc in ſede ſua Pataviæ ex permiſſu Alexandri Papæ ab Epiſcopo Friſingenſi Adalberto, & Epiſcopo Ratisbonenſi Chunone, Epiſcopo quoque Brixinenſi cum conſenſu & conceſſione Archiepiſcopi Salzburgenſis IX. Cal. Octobris.* Hæc ſcriptor ille, Gewoldi judiciô ſynchronus. Ex quo proinde manifeſtum fit, Albertum noſtrum, cæteróſque illos ſuos cooperatores Epiſcopos partes veri Pontificis omninò tenuiſſe. Prædeceſſores in ſede Patavienſi Pontifices, nempe Robertum, ac Albonem, Schiſmaticos fuiſſe, ex MS. Chronico Patavienſi idem Gewoldus in Additionibus ad Hundii Metropolim tradit. *Tom. 1. pag. 310.* In eodem Chronico, eodem teſte, Albo ille, ſive Albero Friſingenſis fuiſſe dicitur & rectè quidem, ut ex Documento quodam Pollingano infra monſtrabimus. N. 1343.

Varia Alberti Ep. acta.

Interea electus Salisburgenſium Archiepiſcopus Adelbertus modîs indigniſſimîs à Friderico eſt habitus, quippe quem anno Chriſti 1169. Bambergæ nec aſpectu fuit dignatus: ac poſtea Salisburgi Regalibus exuit, ut jamjam ſupra dicere cœpimus. Et quaſi iſta eſſent minutiora, etiam Parenti ipſius Uladislao, Bohemiæ Regi, in filii odium diadema detraxit: imò

Adalbertus Saliſb. Archiepiſc ab Imperatore mirè exagitatur.

contra ipſum etiam Adelbertum, Brixinenſem & Gurcenſem Epiſcopos concitavit, qui peſſimô artificiô uſi anno Chriſti 1174. in Ratisbonenſibus Comitiis Archipræſulis famam tam ſcitè lacerârunt, ut Fridericus ſibi gratularetur, quòd cauſas haberet, inviſum caput è ſede ſua exturbandi, atque in ejus locum Henricum, Berchtesgadenſem Præpoſitum intrudendi. Adelbertus damnatus fuit, tametſi nullum eidem ſpatium pro ſe dicendi conceſſum fuerit. Auſtriæ quoque Ducis interceſſio effecit nihil; unde nec erat è cæteris, qui pro Adelberto hiſcere auderet. Henricus Adelberto ſubſtitutus, nunciô ad Alexandrum Pontificem delato, eodem equidem anno à Gualterio Albanenſi Epiſcopo, ad cognoſcendam illam cauſam ablegato, exauctoratus fuit, uti Mezgerus tradit: verùm ob pertinaces Cæſaris iras Adelbertus in ſedem ſuam reſtitui haud potuit.

Hiſtoria Salisb. lib. 4. cap. 18.

Interea exercitus à Friderico in Italiam rursùs præmiſſus primo incurſu urbes non paucas occupavit. Suos paulò poſt cum lectiſſimis copiis ſecutus Fridericus Seguſium equidem evertit, & Aſtam in deditionem accepit. Verùm dum poſtea Alexandriam, Langobardiæ urbem, obſidione cingit, Henrico Leone, Bojariæ Duce, eundem meritò averſante, ac caſtra cum flore nobilitatis ac nervo exercitûs deſerente, tametſi Cæſar etiam ad ejus genua ſupplex accidiſſet, fruſtra tamen fuit; impoſita Imperatori neceſſitate obſidionem turpiter ſolvendi. Henricus Leo ad ſuos reverſus eodem anno, Chriſti 1175. novam urbem, Monachium, moliri cœpit, Veringâ, Friſingenſis dominii urbe, ut alibi dicere cœpimus, occupata, & ponte ibi dejecto, atque ad villam *Mynichen* tranſlato; ut cum aliis Adelzreitterus ſcribit. Sequenti anno, dum Fridericus novîs copiis è Germania accitîs rursùs bellum Italis infert, ab iiſdem inflicta ingenti clade profligatur: ut demùm agnoſceret, invitis ſuperîs pugnare, qui Eccleſiam, ejúsque clientes laceſſere non ceſſaret. Ad ingentes itaque anguſtias redactus Imperator, cùm & à nutantibus ſuorum animis boni ſperare nihil poſſet, ab hoſtibus vero nonniſi infauſtos rerum ſuarum exitus prævideret, ad mentem tandem ſeriò rediit; Legatósque, Viros Imperii primos, ad Alexandrum Pontificem miſit plena poteſtate inſtructos de pace cum Pontifice conſilia conferendi. Benigno animo, gaudióque ingenti Cæſaris Legatos Alexander ſuſcepit, ſtatímque ad ſecretum colloquium eos admiſit. Ibi ea mutuæ benevolentiæ ſinceritate res tractata eſt, ut pax demùm concluſa fuerit, certîs tamen conditionibus adjectis, quibus ſcilicet Imperator, ſi pacem ſeriò colere vellet, non cum ſolo Pontifice, verùm etiam cum illius fautoribus, adjutoribus, ac protectoribus ſub certis pactis in gratiam rediret. Id cùm Legati adpromiſiſſent, tandem ſequenti anno Venetiis pax inter Regnum ac Sacerdotium ingenti bonorum omnium plauſu firmata fuit: quo facto demùm multi ſchismatici Epiſcopi à Pontifice fuêre abſoluti, quos Baronius nominatim recenſet, nullibi tamen Alberti Epiſcopi noſtri meminit, novô ſanè argumento, eum in ſchismaticorum cenſum nunquam veniſſe.

Henricus Leo Bojariæ Dux Friderici caſtra deſerit.

Primordia urbis Monacenſis.

Reſipiſcit Fridericus Imperator.

Et cum Pontifice in gratiam redit.

Eodem anno, Chriſti 1177. Albertus Epiſcopus noſter inſignem Monaſterio Pollingano benevolentiam exhibuit, dum decimas Forſtenriedenſes omnes eidem conceſſit, nec niſi *manſum* unum, ſive *bubam* unam nempe prædium in Moſach, in vicem recepit. Extat ejus tractatus Inſtrumentum apud Pollinganos, quod in Parte Altera Lectori exhibetur: in quo illud ſingulari memoria dignum deprehendimus, Albonem, ſeu Alberonem (de quo ſupra dictum) eidem tractatui cum aliis hujus Cathedralis Eccleſiæ Canonicis interveniſſe, dictúmque fuiſſe *Patavienſem quondam electum.* Ex quo eruimus, Albonem illum vitam non terminâſſe in Patavienſi ſede, ſed ad ſuos, unde venerat rediiſſe. Porrò ſuáne ſponte, an altiori auctoritate ſedem deſeruerit, ignoramus. Allegantur in eadem charta multi primæ nobilita-

Alberti Ep. liberalitas erga Monaſterium Pollinganum.

N. 1343.

biſitatis Boicæ viri: ac opportunè occurrunt verba illa: *factùmque eſt illud concambium, anno ab Incarnatione MCLXXVII. quo anno terminatum eſt Schiſma, quod fuit inter Imperium, & Romanam Eccleſiam.* Ita ibi.

Eodem anno, cedente ultrò Adelberto Archiepiſcopo, Conradus Wittelſpachius tam Pontificis, quàm Imperatoris interventu è Moguntina ſede ad Salisburgenſem translatus eſt, Henrico Berchtesgadenſi Brixinenſem lituum conſecuto. Idem Conradus proximô ſtatim annô, Chriſti 1178. ſubditos Epiſcopos ad ſynodum convocavit, ad quam etiam equeſtris Ordinis homines ac provinciæ primores convenire juſſit, uti tum Dükerus, tum Hiſtoria Salisburgenſis tradit; ubi etiam additur, in eo conventu inprimis Calliſtum Pſeudo-Papam ejuratum, Alexandrum verò ceu legitimum Orbis Pontificem ac Patrem fuiſſe proclamatum. Interhæc Cæſær in Germaniam reverſus, cùm ei alta mente repoſtum maneret, quid ante biennium auſus eſſet Henricus Leo Bojariæ Dux, eum ceu deſertorem, ac læſæ Majeſtatis reum, modîs, quibûs poſſet, omnibus perſequi conſtituit. Salutaris utique fuerat Leonis defectio, quippe ex qua Reipublicæ Chriſtianæ, ipſiúſque adeò Friderici ſalus reſtituta, atque ſchisma peſſimum ſublatum fuerat. Verùm Fridericus Leonem non ut pacis auctorem, ſed exercitus Cæſarei deſertorem denunciavit, atque in ſuam ſententiam etiam ex Germaniæ primoribus plures traxit: quod quidem difficile non erat, cùm magni Principes plerúmque adulatores faciliùs, quàm fideles cordatóſque Conſiliarios in aulis ſuis invenire ſoleant. Leo equidem ad dicendam cauſam ad Wormatienſia primùm, poſtea ad Magdeburgenſia comitia citatus ab Imperatore fuerat: Verum neutrubi comparuit, cum nonniſi dura & aſpera tam ab irato Imperatore, quàm ab æmulis potentiæ ſuæ ſibi promittere poſſet. Unde tandem ab Imperatore, ad ferendam damnationis ſententiam aliàs prono, proſcriptus, eidémque in Bojariæ Ducatu Otto Wittelſpachius, de Friderico optimè meritus, ſuffectus eſt, cui etiam Bojariæ ſtatus ſacramentum dixêre. Verum de his plura Bojariæ ſcriptores.

Acta Salisburgenſia. — *Iræ Cæſaris adversùs Henricum Leonem.* — *Otto Wittelſpachius obtinet Bojariam.*

Eodem anno, Chriſti 1179. extincto tot annorum Schiſmate Alexander Pontifex maximus apud Lateranum Concilium Generale celebravit, in quo ſingulari cura de futuris Pontificum electionibus cautum ſtatúmque eſt, neminem niſi à duabus Cardinalium partibus electum, pro Pontificè Romano habendum eſſe: quem morem hodiéque ſervari cernimus. Adjecta fuère alia tum contra quoſdam Hæreticos, tum alios diſciplinæ Eccleſiaſticæ perverſores decreta, quæ in actis ejus concilii Lector reperiet.

Concilium Lateran.

§. VI.

Nova lis de Veringenſi ponte, in Alberti Epiſcopi favorem deciſa.

HEnrico Leone recens proſcripto, Bojariæq; novo Duce Ottone Wittelſpachio impoſito ſperaverat in Comitiis Ratisbonenſibus Albertus noſter, viam ſalariam atque vectigalem ſuper pontem Veringenſem juſtis Principum ſuffragiis recuperari poſſe. Et ſanè expoſitis detrimentîs, quæ ex dejecto ponte illo Eccleſiæ Friſingenſi acceſſerant, tum Imperator, tum Principes alii, ipſéque adeò Comes Wittelſpachius viam illam ſalariam Alberto adjudicârunt, diplomate in hunc modum expedito.

Via Salaria prope Veringam adjudicatur Alberto Epiſcopo.


IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Fridericus Dei gratia Romanorum Imperator, & ſemper Auguſtus. Quæ imperiali ſtatuuntur auctoritate, literis competit annotari, ne vel tranſeuntium temporum antiquitate in oblivionem

Conferri etiam poteſt Gewoldus in Addition ad Hund T. 1. pag. 161.

vionem deveniant, vel pravorum hominum fraudulentis machinationibus indignam ſui mutationem incurrant. Noverint igitur univerſi tam præſentis quàm poſt futuræ ætatis Fideles Imperii, qualiter dilectus noſter Adilbertus Friſingenſis Epiſcopus ad Majeſtatis noſtræ præſentiam accedens humiliter nobis conquerendo ſignificavit, quòd nobilis vir Hainricus de Bruneswic quondam Dux Bawariæ & Saxoniæ forum in Veringen cum ponte, quod Eccleſia ſua à longè retro actis temporibus quietè poſſederat, deſtruxerit, & illud in villam Mynichen violenter tranſtulerit. Cujus ſiquidem rei veritas etſi noſtræ conſtaret ſerenitati, ipſe tamen eam ſeptem legitimis teſtibus in noſtra comprobavit audientia. Sunt autem hi. Chunradus Salzburgenſis Archiepiſcopus. Chuno Ratisponenſis Epiſcopus. Bertoldus Marchio Yſtriæ. Gebehardus Comes de Sulzbach. Otto Palatinus major, & frater ejus Otto junior. Fridericus Burcgravius. Conſequenter igitur ſuper eadem cauſa à Principibus curiæ noſtræ requiſitâ ſententiâ judicatum eſt, quòd præfati Hainrici factum temerarium in irritum ducere Imperialis deberet auctoritas. Quocirca ſecundùm juris tenorem translationem prædicti fori in vacuum revocantes, ipſum forum cum ponte memorato fidei noſtro Epiſcopo Friſingenſi ſuiſque ſucceſſoribus reſtituimus, & præſentis ſcripti privilegio eis & ſuæ Eccleſiæ in perpetuum confirmamus. Item ad inſtantem prætaxati venerabilis Epiſcopi poſtulationem ex Indulgentia Imperialis clementiæ permiſimus, & benevolo approbavimus aſſenſu, ut prædia, quæcunque ſumptibus ſuis conquiſivit, pro libitu ſuo Eccleſiis vel aliis religioſis locis, ſeu ad altaria quælibet poſſet contradere, & de eorumdem prædiorum reditibus pro ſuo arbitrio ordinare. Et ut hæc noſtra conſtitutio in omne ævum rata permaneat & inconvulſa, præſentem paginam in memoriam facti conſcribi fecimus, & Majeſtatis noſtræ bullâ communiri. Teſtes hujus rei prædictus Chunradus Archiepiſcopus, Chuno Ratisbonenſis Epiſcopus, Bertoldus Marchio Yſtriæ. Otto Palatinus major. Otto Palatinus junior. Gebehardus Comes de Sulzbach. Fredericus Purcgravius. Item alii teſtes, qui eidem negotio intererant, Dietpaldus Patavienſis Epiſcopus. Hainricus Currienſis electus. Goffidonius Mantuenſis Epiſcopus. Gotefridus Cancellarius. Rudolfus Notarius-Romanus Præpoſitus Halverſtatenſis. Hainricus Purcgravius. Siboto Comes de Niuwenburc. Hainricus de Altendorf. Deginhard de Halenſtein. Chunrad Purcgravius de Nurnberc. Fridericus de Trubendingen & frater ejus Albertus. Amelbrecht de Lochhuſen. Hainricus Marſchalchus de Papinham. Burchardus Camerarius. Rudolfus de Waldekke. Hainricus felix Puer. Adilolt de Dornbach. Engilwan de Abedorf & frater ejus. Hainricus. Rudolfus de Riede. Hartwicus Marſchalchus, Berthold de Richersbuſen. Sibot de Holzhuſen. Wolfherus de Holzhuſen.

Ego Gotefridus Imperialis aulæ Cancellarius vice Domini Chriſtiani Moguntinæ ſedis Archiepiſcopi Germaniæ Archicancellarii recognovi.

Signum Domini Friderici Romanorum Imperatoris invictiſſimi.



Acta ſunt hæc anno ab Incarnatione Domini MCLXXX. Indictione XIII. Regnante Fredrico Romanorum Imperatore glorioſiſſimo, anno Regni ejus XXVIIII. Imperii vero XXVI. Data Ratiſponæ in ſolempni Curia tertio Idus Julii feliciter. Amen.

Ex his quidem verbis ſententia tum ab Imperatore, tum à Principibus Imperii, atque novo Bojariæ Duce concepta, ſubſcripta, ſignata fuit: verùm, uti tam Brunnerus quàm Adelzreitterus tradunt, neque ipſe Otto Comes, neque ejus ſucceſſores conſtitutionem illam ſecuti fuêre. Majora enim erant Ottonis apud Cæſarem merita, quàm ut adverſi quidpiam ab eo ſibi tum quidem timeret, tametſi conſtitutionem Imperialem negligeret. Ita vis prævaluit juri: & qui juris effato Victor erat, potentiæ Majoris ſuccubuit: magnâ jacturâ, etiam in ſucceſſores Friſingenſes duraturâ. Verùm de his redibit mentio ſuô locô.

Eodem tempore, & quidem anno 1181. cùm Henricus Leo immitem Cæſaris ſententiam ſive gladiô reſcindere, ſive precibus mitigare ſtuderet, tandem, conatibus omnibus nihil proficientibus, etiam in exilium ejectus, in Angliam ſeſe contulit, ubi à ſocero Rege ſplendidè ſuſceptus & habitus fuit, donec alio tempore mitiora fata imminuêre. Eodem anno Alexander III. Pontifex Maximus è vivis ad ſuperos exceſſit, poſtquam inter cæteras res præclarè pro DEI Eccleſia geſtas, Eduardum Angliæ, Canutum Daniæ Reges, Thomam Cantuarienſem Archiepiſcopum, Bernardum Claræuallenſem Abbatem, & Helenam Martyrem in Divorum Album retulerat. In Petri Cathedra ſucceſſorem nactus eſt Humbaldum, Lucâ, Italiæ urbe, oriundum, antehac Epiſcopum & Cardinalem, virum variîs legationibus clariſſimum, aſt paulò poſt multîs calamitatibûs opprimendum, uti ſuis locis conſpiciemus. Eum Electores Lucium III. dixêre.

Imperator pergit inſeſtari Henricum Leonem.

Lucius III. PP.

§. VII.

Alberti Epiſcopi ſancta in ſuam Eccleſiam liberalitas, aliique eventus.

ALbertus Epiſcopus, cum de protrahenda in plures annos vita dubitare inciperet, DEum rerum ſuarum unicum hæredem ſupremîs tabulîs eſſe voluit, ne obulò quidem conſanguineis relictô, ut bene Adelzreitterus advertit. En tabulas, Lector!

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Ego Albertus DEI gratia Friſingenſis Eccleſiæ Epiſcopus. Notum eſſe volumus tam præſentibus Chriſti fidelibus quàm futuris, qualiter, ſecundùm quod Dominus menti noſtræ conceſſit, de prædiis noſtris, quæ vel patrimoniô noſtrô habuimus, vel in Epiſcopatu noſtro juſta ratione conquiſivimus, ad Divinum ſervitium in memoriam noſtri, & omnium debitorum noſtrorum ordinavimus. Ex debito enim officii noſtri, quo nos peccatores Dominus ſibi ſervire non dedignatus eſt, dignum duximus & juſtum, omnia noſtra Divino ſervitio delegare, quàm aliquibus mortalibus hæredibus ea relinquere. Hæc eſt ergò annotatio bonorum, quæ ſanctæ DEI Genitrici Virgini MARIÆ dominóque noſtro ſancto CORBINIANO, nec non & aliîs ſanctîs, quorum nos memoriam in veneratione Dominus habere voluit, cujus etiam inſtinctu feſtivitates eorum ſolemniter celebrandas inſtituimus, & altaria eis conſtruximus, & in ipſorum honore conſecravimus, propria manu tradidimus & delegari fecimus. Duas curtes predii noſtri in Haſelbach, unam ſanctæ Mariæ Magdalenæ, & alteram ſanctæ Marthæ, Domini noſtri hoſpitæ in dotem delegavimus. Predium in Richenkirchen & partem deci-

decimæ eidem ſanctæ Marthæ dedimus in uſum fratrum noſtrorum Friſingenſium Canonicorum ad perſolvendum iis plenum ſervitium in ſolemnitate prænominatæ Virginis. Curtem in Pallenhuſen, & item partem terciam decimæ in Richenkirchen ſanctæ Annæ Matri ſanctæ Genitricis Domini tradidimus ad perſolvendum in prædictis fratribus plenum ſervitium in feſtivitate ſancti Jacobi Apoſtoli. Curtem in Rapolteschirchen cum decima tradidimus prædictis fratribus ad perſolvendum eis in plenum ſervitium in conceptione ſanctæ MARIÆ perpetuæ Virginis. Decimam in Roremos & Eccleſiam Inzenmos cum tota decima ad altare ſanctæ Mariæ Egiptiacæ conceſſimus ad perſolvendum in prædictis fratribus in ipſius feſtivitate plenum ſervitium, & prediolum in Jzelingen in dotem eidem altari. Curtem in Suuanahiltdorf tradidimus beato Martyri Caſtulo in Moſeburc in uſum fratrum ibi DEO ſervientium ad perſolvendum eis in plenum ſervitium in anniverſario noſtro. Hubam in Swanhiltdorf dedimus in dotem ſanctæ Mariæ Erchingen. Cunam in ſuperiori Haſelbach dedimus in dotem ſanctæ Mariæ ejusdem Eccleſiæ Virgini delegandam ad altare Matricis Eccleſiæ ſolemni conſecratione ad luminaria ibi jugiter concinnanda. Prædium in Tagolfingen dedimus in dotem ad altare ſancti Johannis Baptiſtæ & Hubam in Unzechoven. Dotem in Lobenanger deſtinavimus ad altare S. Mariæ V. in Eccleſia ſancti Johannis Baptiſtæ. Patrimonium noſtrum, univerſum ſcilicet prædium in Harthoven primo fratribus noſtris prædictis tradidimus in novam oblationem, hac videlicet pactione, ut plenum in ſervitium in anniverſario noſtro, & plenum in anniverſario fratris noſtri Uuodalrici, & panem ac vinum in anniverſario ſororis noſtræ Herburgæ ab officiali ſcilicet prædictæ oblationis ſingulis annis eisdem fratribus perſolvatur. Poſtea placuit nobis commutationem facere cum illis, & in recompenſationem prædictorum bonorum tradidimus eis IIII. curtes in Bergen cum omnibus illuc attinentibus, & decimam in Hegelenhuſen, & prædium in Wernburgowe, quod de manu viri nobilis emi, ſcilicet Friderici de Pängen cum præfata pactione prædictorum ſervitiorum. Prædictum verò patrimonium noſtrum in Harthuſen delegavimus & deſtinavimus in uſum & dominicatum ſucceſſorum noſtrorum Epiſcoporum & in memoriam noſtri & parentum noſtrorum. Hæc omnia coram Duce Ottone firmavimus, & coram aliis Principibus. Et ut hæc omnia rata, firma & inconvulſa in omne ævum permaneant, hanc paginam inſcribi, & impreſſionis noſtræ ſigillo fecimus communiri cum teſtibus ſubſcriptis, quorum hæc ſunt nomina. Otto Dux Bawariæ. Dietricus Comes de Wazerburc. Otto Lantgravius. Prælati de Choro Bertoldus Decanus. Chunradus Præpoſitus S. Andreæ. Albeno Præpoſitus S. Caſtuli. Ortuinus Præpoſitus. Fridericus Præpoſitus de Wertſee. Chuonradus ſancti Viti Præpoſitus. Prelati in Epiſcopatu Baldmarus Abbas de Schiren. Hainricus Præpoſitus de Sceftelaren. Engelſcalcus Præpoſitus Novæ Cellæ. Dietricus Præpoſitus de Undineſtorf. De Laicis nobilioribus Burchart de Staine. Altman & frater ſuus de Abenſperc. Ulricus de Wiskenvelt. Volmarus de Wikgershoven. Hadmarus de Abuſen, & fratres ſui Cunrat & Eberhart. De Miniſterialibus Waltman de Paſtperc & frater ejus Fridericus. Rudolf & Otto de Waldekke. Eberhard de Werde. H. felix puer. Adilolt de Dornipac. Eberhart Kaſte, & frater ſuus Hiebhart. Engilwan & frater ſuus Hainricus de Habedorf, & alii multi. Acta ſunt hæc anno ab Incarnatione Domini MCLXXXI. Regnante Friderico Imperatore Romanorum Auguſto, anno Regni ejus XXVIIII. Anno autem Domini Alberti Epiſcopi - - - - Amen.

Hunc

Hunc in modum rebus ſuis omnibus ſponte exutus, atque ad æternitatis iter comparatiſſimus Albertus Epiſcopus mortis horam læta mente exſpectavit, at nonniſi poſt triennium ſecuturam.

Interea Fridericus Imperator, qui dato quidem ſuperiori anno Diplomate Friſingenſi Eccleſiæ multa verbis, re ipſa autem nihil contulerat, etiam Ottoni Wittelſpachio, Parmenioni antehac ſuo, ac novo Bojariæ Duci (ut ſunt inſtabiles aliquando etiam ſupremorum Principum animi) jam non adeò favere viſus eſt, quippe qui veterem potentiam Boicam, Cæſaribus hactenus ſemper formidandam, mirè circumcidit, eidèmque non ſolùm Ratisbonam, antiquiſſimam Bojariæ Ducum Regiam: verùm etiam Tyrolenſem Comitatum ſubduxit, ac inſuper eos, qui hactenus Boicæ limitum præfecti ſeu Marchiones erant, ac Bojariæ Ducibus parebant, Duces conſtituit, ac Duci quondam ſuo æquavit. Eo facto Bertoldus, Andecenſis Comes, Dux Meraniæ: & Ottocarus (antea Styriæ Marchio) ejusdem Provinciæ Dux ſalutatus eſt. Tyrolenſes ac Goricienſes Comites non quidem titulo, ſed nova tamen poteſtate aucti, Bojariæ legibus deinceps exempti fuère, Ducibus nihilo facti inferiores, maximè poſtquam Tyrolenſis Provincia ac Goritiæ dominium in unum coaluère Comitatum. Reverendisſimus Mauſolæi S. Emmerami Scriptor addit, etiam Bojariæ Epiſcopos Bojorum Ducum jurisdictioni fuiſſe ſubductos, ac Cæſari immediate ſubjectos: antehac enim illos ſolitos fuiſſe à Ducibus convocari Ratisbonam ad *Placita*, ſeu comitia: & ideò hodiéque Epiſcopos Salisburgenſem, Friſingenſem, Brixinenſem, ac Patavienſem proprias ædes Ratisbonæ poſſidere. Sic ille. At verò nobis, pace Reverendisſimi Scriptoris, ea ratiocinatio non videtur admodùm valida. Nam non diffitetur idem Scriptor, etiam Auguſtanum, & Bambergenſem Epiſcopos olim Ratisbonæ habuiſſe propria domicilia. Quis verò ex his arguet, eos aliquando Bojariæ Ducibus paruiſſe? Accedit, quòd Epiſcopi in Conventibus Imperii ſemper præ Ducibus digniorem locum obtinuerint, ac eodem ordine ſubſcripſerint, uti innumerîs Diplomatîs demonſtrari poteſt. Nihil igitur eo tempore circa Epiſcopos fuit immutatum, qui, ut eousque ſemper, ita etiam poſthac à ſolis Cæſarum mandatis in profanis negotiis pendebant, hodiéque pendent. Verùm nihilominus ſatìs Bojorum dominio detraxit, qui plures provincias, imò plùs quàm Bojariæ dimidium eidem ademit. Sanè rebùs ita circa truncatam Bojariam conſtitutîs, Fridericus deinceps commodiùs ſe imperaturum confidebat.

Dira Bojariæ fata.

Tantîs decoribûs ſpoliatæ ac fœdè laceratæ Bojariæ aliud malum anno ſequenti, Chriſti 1183. acceſſit, mors nempe Ottonis Wittelſpachii, qui nonniſi tribus abhinc annis, ejecto Henrico Leone, Bojariæ Dux datus fuerat, nec niſi unicum, & quidem impuberem filium reliquerat, tutelæ fratrum ſuorum Conradi Archiepiſcopi, atque Henrici (quem Bardum dixère) commiſſum. De morte Ottonis in Weihenſtephanenſi ſynchrono Kalendario ad annum 1183. hæc legimus. *Eodem anno Dux illuſtriſſimus Bojariæ, & Pater Patriæ cum Imperatore in Suevia conſtitutus, V. Idus Julii defunctus eſt, & inde, ut ipſe juſſerat, in Skirenſe cœnobium ductus, ibidem maximo planctu ſuorum ſepultus eſt.* Hæc tum Bojariæ fata fuère omni bello duriora.

Otto Wittelſpachius moritur.

Ad eundem annum, Chriſti 1183. Weihenſtephanenſis Scriptor ſynchrona manu hæc addit: *Terræ motus pridiè Kal. Maji. primâ vigiliâ noctis Friſingenſis Eccleſia igne exuſta eſt VI. Idus Maji.* De quo tamen incendio alibi nihil annotatum fuiſſe admiramur. Fortè Scriptor ille non de Cathedrali, ſed de Parochiali S. Georgii Eccleſia accipiendus eſt.

Fata Friſingenſia.

Sereniora, melioráque ſidera eodem anno illuxère laudato Ludovici Tutori ac patruo Conrado, quippe qui mortuô Chriſtianô Moguntinô

Acta Salisburgenſia.

Digitized by Google

Archiepiſcopô, in antiquam ſedem Moguntinam ductus eſt. Porrò vacanti ex ejus diſceſſu Salisburgenſi Eccleſiæ reſtitutus eſt Adalbertus, poſtquam decem abhinc annis nullô ſuô meritô ab ea velut extorris vixerat.

§. VIII.

Acta Alberti Epiſcopi, ſed potiori parte incertorum annorum: ejúsque obitus.

EXtat in ſæpe laudato Tegernſeenſi Codice epiſtola quædam Alexandri III. Pontificis Maximi ad Fridericum I. Imperatorem: quam quia poſt ſublatum ſchisma, & celebratum Lateranenſe Concilium ſcriptam fuiſſe exiſtimare licebat, fortaſſis ad acta anni 1181. repræſentare poteramus. Verùm quia ea in re decernere nihil volebamus, epiſtolam in præſentem paragraphum rejicere maluimus. Initialia verba epiſtolæ deſunt. Cætera ſic habent.

Literæ Alexandri PP. ad Fridericum Imp. pro Eccleſia Friſingenſi, & Alberto Epiſcopo.

Regiæ dignitati convenire videtur, ut Eccleſias, & Eccleſiaſticas perſonas in ſuæ libertatis honore conſervet atque confoveat, & ab incurſibus ſive infeſtatione pravorum hominum manu teneat & defendat. Per hoc enim laudabile Studium & Catholici Reges ſeu Principes ſalutem mereantur æternam, & Eccleſia DEI amplectenda pace & grata tranquillitate congaudet. Proinde dilecte in Domino Fili, Eccleſiam Friſingenſem ſtrenuitati tuæ duximus commendandam, rogantes, ut eam devotionis intuitu diligas, & in ſuæ libertatis integritate, ſicut Catholicus Princeps, confoveas, manu teneas ac defendas, & de ordinatione Monaſteriorum, quæ jus ſpectare noſcuntur, nullam ei moleſtiam irrogare permittas. Præterea de O. filio O. Comitis Palatini, qui venerabilem Fratrem noſtrum Friſingenſem Epiſcopum, dum Miſſarum ſolemnia celebraret, contumeliis afficere, & graviter injuriari, DEI timore poſtpoſito, non abhorruit, pro tuæ dignitatis honorificentia debitam juſtitiam facias. Hæc Friderico Alexander.

Summa circumſpectione Albertum Epiſcopum noſtrum uſum fuiſſe, cum bona Eccleſiæ Friſingenſis aliorum tuitioni concrederet, intelligimus ex inſtrumento ſequenti, quod in gratiam eruditorum ſubnectimus.

Defenſionem bonorum Eccleſiæ ſuæ Albertus cautè committit aliis.

*IN nomine S. & Individuæ Trinitatis. Ego Adilbertus DEI gratia Friſingenſis Epiſcopus notum eſſe volumus tam præſentibus, quàm futuris, quo pacto Advocatiam bonorum noſtrorum, quæ habemus tam nos, quàm noſtri in montanis, in Epiſcopatu ſcilicet Brixinenſi, & in Epiſcopatu Tridentino, & in Epiſcopatu Curienſi, conceſſimus Bertoldo Marchioni Yſtriæ, & filio ejus Dalmaciæ, Cromaciæque Duci, ea videlicet conventione, & ſacramento fidei in ſacerdotales manus noſtras firmato, ne alicui hominum de Advocacia aliquid unquam inbeneficient, & ne poteſtatem habeant ædificandi caſtrum aliquod in eisdem bonis ſine licentia ſive mandato noſtri vel ſucceſſorum noſtrorum, & ne Officialem ibi habeant, niſi ſecundùm petitionem noſtram * ibi ordinatus fuerit, hominibus noſtris vel aliorum in eadem Advocacia nimis gravis, & injurioſus eſſe cœperit, & infra ſex ebdomadas injuriam, quam intuliſſe dinoſcitur, non emendaverit, ad petitionem noſtram mutetur, & alius, quem nos petiverimus, ſubſtituatur. Et ut hæc rata & inconvulſa permaneant, hanc cartam inde conſcribi, & ſigillis utrorumque noſtrûm juſſimus inſigniri, cum teſtibus ſubnotatis, quorum hæc ſunt nomina. Ch. Sancti Andreæ Præpoſitus. Ortwinus ſancti Sixti Præpoſitus apud Slirſe. Ch. ſancti Viti Præpoſitus. Heinricus de Schefielahrn Præpoſitus. Engelſcalcus Præpoſitus ſancti Petri novæ Cellæ. Heinricus & Gotefridus Capellani. De Laicis:*

* *alibi additur:* Et etiam ſucceſſorum noſtrorum. Et ſi Officialis ille, qui, ſicut dictum eſt, ad petitionem noſtram

Digitized by Google

cis. Volmarus de Wikkershoven. Hainricus de Hergoltspach. Otto de Waldek. Meginhart de Hage. Haertwicus de Friſinga, Hainricus de Abdorf. Fridericus de Wippenhuſen. Altmannus Camerarius. Eberhart de Tagolvingen. Wolfher de Holzhuſen. Junior Eberhardus de Tagolvingen. Item de Miniſterialibus Marchionis. Lazarius de Wolframhuſen. Gotſ. de Unigen. Chuno de Scabcalich. Udalricus filius Lazarii. Otto de Pergen. Pernhart de Kirchaim. Arnolt, & Albrecht de Gollenhoven, & alii quàm plures fide digni. Acta ſunt hæc anno Dominicæ Incarnationis M. C. LXXXII. Regnante Friderico Romanorum Imperatore feliciter. Amen.

Eandem cautelam adhibuiſſe Albertum Epiſcopum, cùm Iaticam, ſeu bona in Inching Henrico Leoni defendenda committeret, ex ejusdem Leonis literis apparet: quæ ſequentia continent.

Heinricus DEI gratiâ Dux Bawariæ & Saxoniæ. Cùm inter nos, & dilectum Dominum noſtrum Albertum Friſingenſem Epiſcopum negotia agitarentur de Advocatia Inticenſi & ad eam pertinentibus, laudatum eſt à nobis, ſi is, quem præfecerimus Advocatiæ, Domino noſtro ſupra nominato ingratus extiterit, & oculis ejus diſplicuerit, quòd eo depoſito, & amoto alium ſubſtituamus loco illius, qui gratiam jam dicti Domini noſtri Epiſcopi demeruit, & dampnum ab eo illatum ſecundùm cauſæ æquitatem emendari ſtatuamus. Laudavimus etiam, & compromiſimus, quòd in bonis, quæ ſub illa continentur Advocatia, nullum caſtrum fabricabitur, niſi conſenſu & petitione Domini Epiſcopi. Duas hubas apud Ruſsan, quoniam non pertinent ad Advocatiam, non expetemus. Hoc laudamentum in manum Epiſcopi datâ dextrâ propriâ firmavimus, & ut filius noſter H. qui in præſentiarum adoleſcit, vel ſi quos alios filios habuerimus, cùm ad puberem ætatem Deô propitiô pervenerint, ut idem laudamentum eodem pacto ſe ſervaturos ſpondeant, fideliter efficiemus. Omnes quoque poſteri hæredes noſtri, ad quos Advocatia illa de jure venire debet, cùm eam in beneficio accipiant, præſentis ſcripti cartula commoniti præfatum laudamentum facere, & ſervare tenentur. Præterea Comes Heinricus de Strupb, & Miniſteriales noſtri Her. de Puchlon, & Ulricus de Pheten, & Gerungus de Perge, & H. de Ubingen, & Ch. Millejurejurando, Jordanus etiam fidelis noſter, & Hartmannus de Sibenaich data fide promiſerunt, quòd nos hoc laudamentum, dum vixerimus, ſine fraude & malo ingenio obſervabimus. Et ut filii noſtri, ſeu hæredes, qui fortè illis viventibus creverint, idem ſpondeant, faciant, & obſervent, ipſi fideliter adjuvabunt. Hæc autem ſingula inter nos & ſucceſſores noſtros, & inter Dominum noſtrum Albertum Friſingenſem Epiſcopum, & ſucceſſores ejus pari voluntate decretum eſt, ut ſemper obſerventur, ſcilicet ut Epiſcopus non teneatur concedere Advocatiam, priùsquam hæc omnia fideliter promittantur, & à miniſterialibus noſtris, & hæredum noſtrorum ſacramento jurisjurandi obſervanda firmentur. Acta ſunt Friſingæ ſub præſentia teſtium, quorum hæc ſunt nomina. Hii nobilis. Major Palatinus Comes. Walchun de Steinpach. Eber. de Meiſa. Erchenbertus de Moſebach. Pabo de Eringen. Liebhardus de Ekerſtorf. Dietrich de Moſen. Alber de Mochingen. Luitolt de Hagenawe. Ch. Advocatus de Mosburch. Comes Siſridus de Luibenawe. Ch. de Dornberch. Palatinus Comes de Twinge. Hii Miniſteriales Eccleſiæ Friſingenſis. Waltman de Paſtperch & filii ejus Waltman & Fridericus. Heinricus Camerarius. Rudolfus de Waldekke. Hertwicus de Richolfesdorf. Rudolfus & frater ejus Gerwich de Pubenhuſen. Adeloldus de Dornipach. Ainwicus & filius ejus. Rudolf de Hittenfurt. Eber. & frater ejus Liebhart Chaſte. Fritilo & fratres ejus Ch. & Sigbardus de Iſmaning. Albericus Dapifer. Alban Pincerna. Eber. & frater ejus Helenwich de Weltmoch.

Nova cautela Alberti Ep.

 Plu-

Plures alios, minoris tamen momenti tractatus Albertus Epiſcopus noſter cum Alberto Epiſcopo Tridentino, Conrado Duce de Dachowe, Ottone Comite de Valeja, item Comite H. de Scalah, & Bertoldo Comite Tyrolis, atque Abbatibus Weihenſtephanenſibus iniit, quos tum in virorum eruditorum, tum etiam nobilium familiarum obſequium in Parte Altera producimus, iisque annectimus aliam chartam, qua Werwoto quidam prædium in Teutenhauſen Cathedrali Eccleſiæ ad luminaria comparanda obtulit, aliaque ejus generis plura Inſtrumenta.

N. 1344. 1345. 1346. 1347. 1348. 1349. 1350. 1351. 1352. 1353. 1354 &c.

Placet hîc adjicere epiſtolam, quam Albertus Epiſcopus Canonicis Eccleſiæ Cathedralis ex Auſtria ſcripſit. Ea eſt ſequentis tenoris.

Epiſtola Alberti Ep. ad ſuos Canonicos.

Ego Albertus Friſingenſis Eccleſiæ Epiſcopus ſignifico fratribus meis, quantam favente Divina clementia apud Ducem Auſtriæ gratiam inveni. Audito adventu meo in Auſtriam, prævenit me nuntiis ſuis, qui me cum multa diligentia invitarent ad ſe. Venientem officioſè ſuſcepit, benignè tractavit, petitiones meas omnes exaudivit, ita, ut Eccleſiæ noſtræ bona à cottidiana exactione ſic penitùs libera dimitteret, ut nullus judicum vel Officialium ſuorum in eis quicquam tractare habeat. Nos verò parvum ei de prædictis bonis noſtris obtulimus cenſum, quem annuatim de hominibus noſtris & nihil ampliùs accipiendum impetravimus. De bonis in Ebersdorf tam noſtris, quam Novæ Cellæ duas libras & quadraginta nummos. Item de Alarn duas libras, & quadraginta nummos. De Enzinesdorf tredecim libras, & ſi inventi fuerint ibi fures, ſoli illi tradantur judicibus, reliqua foris facta Officiales noſtri judicabunt. Hæc omnia nobis Divinæ dilectionis & orationum noſtrarum intuitu ſic firmavit, ut toto tempore vitæ ſuæ & noſtræ de judicibus & Officialibus ſuis nihil ampliùs bonis & hominibus noſtris timere debeamus. Hæc ideò vobis ſcripſimus, ut in exemplum ſucceſſoribus noſtris relinquatur, ut & ipſi eandem gratiam impetrare non negligant. Præterea alia Eccleſiæ noſtræ bona, quæ longo tempore nobis alienata fuerunt, per ipſum Ducem rehabere meruimus, hominibus ſuis tam nobilibus, quàm Miniſterialibus ad hoc deſtinatis, à quodam Ulrico de Hintperc, à Geroldo de Sabſenganc, à Rapatone de Putene. Solus Hartnidus de Sabſenganc contentioſè nobis adhuc reſiſtit, cujus etiam contentionem in brevi terminandam ſperamus.

In toties laudato Tegernſeenſi Codice reperimus epiſtolas duas Friderici I. Imperatoris in cauſa obligationis, quam Monaſterium Cellæ Dietrami habet erga Tegernſeene Monaſterium, unam ad Rupertum Tegernſeenſem Abbatem, alteram ad Albertum Epiſcopum Friſingenſem. Prima hæc exhibet:

Epiſtola Friderici Imp. ad Abbatem Tegernſeenſem.

Fridericus DEI gratia Romanorum Imperator, & ſemper Auguſtus fideli ſuo R. Abbati de Tegernſee, gratiam ſuam & omne bonum. Veraciter audivimus, quòd Eccleſia beati Martini in fundo Eccleſiæ tuæ conſtructa, & quàm pluribus bonis ampliata atque dotata tibi prorsùs rebellis exiſtat & Eccleſiæ tuæ, Matri ſuæ inobediens, nec de ſerviciis Imperii, nec de jure tuo quicquam tibi vel legatis tuis velit reſpondere. Quod quia nobis valde diſplicet, & tam nobis, quam Eccleſiæ tuæ magnum detrimentum inde provenire poteſt, mandamus tibi intimè rogantes & præcipientes, quatinùs eam, ſicut de jure debes, in bonis ſuis, ſeu alio quolibet modo ad obedientiam tuam coherceas, & Eccleſiæ tuæ debita ſervicia perſolvere diſtringas. Scias enim, quòd nos ad hujus rei promotionem conſilium & auxilium noſtrum paratiſſimum tibi exhibeamus.

Alberto verò Epiſcopo hæc ſcripſit Imperator.

Ejusdem epiſtola ad Albertum Epiſcopum.

Significamus tibi, ad aures noſtras veraciter perventum eſſe, quòd Eccleſia beati Martini ſita & in Epiſcopatu tuo, tam in fundo Tegernſeenſis Eccleſiæ conſtructa, quàm ex bonis ejus ampliata & dotata contra matrem ſuam Tegernſeenſem Eccleſiam ſuperbam cervicem erexerit, nihil honoris ſeu reverentiæ atque ſervicii volens ei exhibere. Audivimus præterea, quòd Canonici Regulares

ejusdem

Digitized by Google

ejusdem Eccleſiæ contumaciter proviſorem ſuum, quem Abbas Tegernſeenſis eis præfecit, ab Eccleſia ſua ejecerint, & tam de ſerviciis Imperii, quàm Abbatis Eccleſiæ ſuæ nullatenus ei velint reſpondere. Quod quia irracionabile eſt & equitati contrarium, mandamus dilectioni tuæ quàm intimè rogantes & monentes, quatinùs eos Eccleſiaſticâ cenſurâ ad obedientiam Matris ſuæ Tegernſeenſis Eccleſiæ coherceas, & dignos honores, & debita ſervicia ei cogas exhibere.

Alia lis Albertum inter, & Rupertum Abbatem Tegernſeenſem ſuper Eccleſia *Wall* aliquando contigit, quo tempore Albertus Ruperto ſequentem epiſtolam ſcripſit.

Albertus DEI gratia Friſingenſis Eccleſiæ Miniſter dilecto fratri & amico Ruperto, Venerabili Tegrinſenſis Congregationis Abbati ſinceram dilectionem, ſalutem & omne bonum. Audivimus, quod de diſcretione tua vix & inviti credimus, quòd juſſione tua homines tui homines noſtros fugaverint & expulerint de terra frugum noſtrarum in Eccleſia quadam, quam ad opus ædificii Eccleſiæ noſtræ deſtinatam per multos jam annos quietè habuimus, nomine Wall. Et quia nos tibi judicii noſtri juſtitiam nunquam negavimus, ideò magis miramur, quòd ſuper nos & homines noſtros ſervos advocati tui induci feceris, ut quaſi ad contemptum noſtrum de advocato tuo juſtitiam tibi requiras. Quod quia in Eccleſiaſticis cauſis inconveniens eſſe non te latet, dilectionem tuam rogamus, ut juſtitiam nobis de hominibus tuis facias, & quietem, quam diu in Eccleſia illa habuimus, nobis concedas, donec judiciô Eccleſiaſticô juſtitiam, quam habes, vel habere putas, unde debes accipias. Albertus Ep. ſcribit Ruperto Tegernſeenſi Abbati ſuper Parochiali Eccleſia in Wall.

Reſpondit Abbas Epiſcopo in hunc modum.

Literas veſtræ Paternitatis accipientes graviter perturbati ſumus, quia Eccleſias noſtras, in fundo ſancti Quirini conſtitutas, nobis ſubtrahere, & juri veſtro mancipare velle per eas accepimus. Siquidem Eccleſiam in Wall, quam ſpeciali nota dignâſtis, cum cæteris adjacentibus nulla unquam prædeceſſorum veſtrorum contradictione ex antiquitate liberè poſſedimus, & ſacerdotes earum, quorum adhuc quidam ſuperſtites ſunt, tam per nos, quam prædeceſſores noſtros inveſtituram acceperunt. Quamobrem prudentiam veſtram flagitamus, ne alicujus conſilio ſive ſuggeſtione Eccleſiæ noſtræ jura, cunctorum affinium teſtimoniô comprobata, & nobis ex antiquitate jure fundi corroborata infringere velitis, ſed reſpectu juſtitiæ & obtentu ſervitii noſtri ſecundùm Decretales inſtitutiones pro temporalibus nos liberè & inconvulſa habere permittatis.

Alia ejusdem argumenti Ruperti Abbatis epiſtola ſic habet.

Paternitati veſtræ plurimùm confidentes non modicè contriſtamur, ſi quam adversùm nos pro Eccleſia Wall *in fundo S. Quirini conſtituta, ſimultatem habetis. Ergò prudentia veſtra ſcire dignetur, quia res Epiſcopii nequaquam vindicamus: ſed quæ ex antiquitate tam nos, quàm & prædeceſſores noſtri ſecundùm decreta pro temporalibus inſtituta liberè poſſedimus, Eccleſiæ noſtræ jura pro debito requirimus, quæ & gratiâ veſtri omninò inconvulſa habere deſideramus. Proinde pietatem veſtram humiliter flagitamus, ut reſpectu juſtitiæ, & obtentu ſervitii noſtri animum veſtrum ab hac gravitate noſtra coërceatis, & Eccleſiæ noſtræ jura ſua tranquilla mente recognoſcatis.*

Adjecit Abbas aliam epiſtolam ad quendam (cujus tamen nomen & officium non exprimitur) ut credimus miniſtrum Epiſcopi, tenore ſequenti.

Frequens eſt, & utilitati proficuum, ut, quibus adverſitas aliquando occurrerit, ad hos potiſſimùm confugiant, quorum induſtriâ ea ſe expedire prævaleant. Hac ergò fiducia & nos ad vos confugimus, quàm intimè flagitantes, ut apud Dominum Epiſcopum pro nobis ſtetis, quatenùs Eccleſiæ noſtræ jura, quæ in temporalibus ex antiquitate liberè detinuimus, nos habere permittat, ne alicujus conſiliô ab hac poſſeſſione repellat.

Sanè plures etiam alias controverſias ſuper aliis quoque Eccleſiis inter laudatum Epiſcopum Albertum, & Abbatem Tegernſeenſem fuiſſe exortas, patebit ex epiſtolis aliis, in Parte Altera adducendis.

N. 1358. 1359. 1360. 1361.

Cæterùm in iis cauſis Abbatem poſtea ad Alexandrum III. Summum Pontificem provocâſſe, ex ſequentibus Papæ ad Albertum datis literis colligimus.

Alexander III. PP. Alberto Epiſcopo:

Friſingenſi Epiſcopo. Cùm dilecti filii noſtri Abbas & fratres S. Quirini poſtpoſitis ſæcularibus deſideriis ſint ſub Religionis habitu Divinis obſequiis mancipati, Ordo juris expoſtulat, ut eorum jura ſpecialiter conſervemus. Inde eſt, quòd fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta præcipiendo mandamus, quatenùs non cuilibet, eis invitis, Eccleſias dare præſumas, quæ in fundo ſui Monaſterii ſui ſunt fundatæ, ſed eos, cùm in Epiſcopatu tuo vacaverint, ſecundùm privilegium Patris & Prædeceſſoris noſtri Eugenii de Perſonis idoneis ad repræſentationem eorum ſtudeas ordinare.

Hæc Alexander Papa ad Albertum Epiſcopum. Sanè quomodo poſtea inter utramque partem convenerit, nobis non conſtat.

Præprimis inter Acta Alberti Epiſcopi memorabilis eſt charta ſententiæ, quam circa electionem Epiſcopi Gurcenſis pro Archiepiſcopo Salisburgenſi delegata ſibi Apoſtolica autoritate tulit in hunc modum.

Albertus Epiſcopus pro Archiepiſcopo Salisburgenſi pronunciat contra Gurcenſes

* *forte in Auſtria, Ord. Ciſterc.*

*In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis Patris & Filii & Spiritûs Sancti. Nos Albertus Friſingenſis Epiſcopus, & Heinricus Abbas S. Crucis * delegati judices à Domino Papa Alexandro III. ſuper cauſa, quæ vertebatur inter Dominum Chunradum III. Salzburgenſis Eccleſiæ Archiepiſcopum, Apoſtolicæ Sedis Legatum, & Canonicos & Miniſteriales Gurcenſis Eccleſiæ, videlicet de electione Epiſcopi, quam ſibi ipſi Gurcenſes liberam vendicabant tam de jure communi, quàm privilegii Lucii Papæ, quòd ſe habere profitebantur, tum etiam longa conſuetudine. Verùm quia nec longam conſuetudinem probare potuerunt, nec privilegium, quod ſe habere profitebantur, exhibuerunt, cùm, etiamſi exhibuiſſent, Archiepiſcopus allegabat per ſubreptionem impetratum fuiſſe, cùm in eo mentio non fieret Privilegii II. Alexandri, nec Privilegii Henrici Regis, quibus munita erat Salzburgenſis Eccleſia ſuper electione, inſtitutione, conſecratione Gurcenſis Epiſcopi. Aſſerebat etiam Archiepiſcopus, quia eo nunquam fuiſſent uſi. Illis non inficiantibûs introducebat & Archiepiſcopus Privilegia Alexandri Papæ III. & Friderici Imperatoris, quibus confirmabantur prædicta Privilegia. Produxit quoque teſtes omni exceptione majores Sibotonem Salzburgenſis Eccleſiæ Præpoſitum Majorem, Fridericum ejusdem Eccleſiæ Decanum, Rubertum de Grebnic, Rubertum de Halle, Ottonem de Gloeſe, Meingozum de Engilhamingen, Marcwardum Dapiferum Seniorem, Rudolfum de Werven, quorum plures viderunt Archiepiſcopum Salzp. Epiſcopos ibi elegiſſe, inveſtiſſe, conſecrâſſe His itaque omnibus moti, præſertim quia pars adverſa omnia - - - teſtificata: & cùm nil pro ea faceret; volens omninò ceſſerit, confitens etiam ſe peccâſſe, quia Salzp. Eccleſiam litibus & ſumptibus gravaverat, auctoritate DEI, & Apoſtolorum Petri & Pauli ſententiando pronuntiamus coram Nuntiis Cardinalium, Apoſtolicæ Sedis Legatorum Centhio, Romanæ Eccleſiæ Subdiacono, & Magiſtro Hugone Januenſi Diacono, Egilolfo quoque Imperialis Aulæ Capellano, quorum conſiliô uſi fuimus, Gurcenſes Canonicos ſive Miniſteriales electionem Gurcenſis injuſtè ſibi vendicare, & ad Archiepiſcopum Salzp. omninò pertinere. Hæc ſunt nomina teſtium. Diopoldus Patavienſis Epiſcopus. Siboto Salisburgenſis Præpoſitus, Heinricus Abbas S. Petri, Iſenricus Abbas de Admonte, Fridericus Præpoſitus Berchteſgaden, Meingoz de Buomburg, Rudolfus Præpoſitus de Chiemſe, Siboto Abbas de Sewen, Rudolfus Decanus de Friſinga, Chunradus Præpoſitus S. Andreæ, Bertoldus Præpoſitus de Iſana;*

Magiſter

Digitized by Google

*Magiſter Hartmundus, Ortwinus, Olricus Friſingenſes Canonici, Otto Præpoſitus Patavienſis, Henricus Præpoſitus de Abuſen, Albertus Præpoſitus de Matſe, Albardus Præpoſitus de Randshoven, Babo Præpoſitus de Suben, Henricus Abbas de Menſe, * Hermanus Ratisbonenſis Decanus, Egilolfus Imperatoris Capellanus, Albardus Præpoſitus de Halle, Olſchalcus Auguſtenſis Præpoſitus, Vicedominus Aquilejenſis, Otto Palatii Major, & frater ejus Fridericus. Rudolfus de Phuld - - - - - Comes, Dietricus Comes de Wazerburc, Chunradus Comes de Mitterſel, Comes Ekkebertus de Tekendorf, Berchtoldus Marchio de Andechſe.* * Manſee.

Hoc Inſtrumentum Vir Clariſs. P. Bernardus Pezius ex membraneo Codice Monaſterii S. Petri Salisburgi, ſignato litera S. *Num. XII.* coæva manu exarato, unà cum plerisque ſupra recitatis Tegernſeenſibus epiſtolis nobiſcum amicè communicavit. Cui eidem etiam debemus alias duas Tegernſeenſes, vel potiùs Friſingenſes epiſtolas, quibus Albertus Epiſcopus Rupertum Tegernſeenſem Abbatem ad *Capitulum* ſeu Synodum celebrandam, Friſingam vocavit. Prima hæc continet.

A. DEI gratiâ Friſingenſis Epiſcopus dilecto & Venerabili Fratri R. Tegrinſenſi Abbati dilectionem & omne bonum. Plurimis de cauſis ultra differre non poſſumus, quin ad Capitulum Fratres convocemus. Eâ propter charitati tuæ per præſentia ſcripta mandamus, quatenùs hebdomadâ proximâ ante proximam Pentecoſten ad Capitulum ritè celebrandum feriâ II. horâ tertiâ, ad nos Friſingam venias, quintâ feriâ dimittendus. Albertus Ep. Abbatem Tegernſeenſem vocat ad Synodum.

Altera epiſtola majori attentione digna ſequentibus verbìs fuit expreſſa.

A. DEI gratia Friſingenſis Eccleſiæ Epiſcopus, dilecto & Venerabili Fratri R. Abbati Tegrinſe, dilectionem fraternam & omne bonum. Ad Capitulum noſtrum, quod in XIV. Kal. Jul. celebrare ſtatuimus, tuam quoque charitatem venire charum habemus. In ambiguo enim Eccleſiæ ſtatu non eſſet inutile, perſonas Eccleſiaſticas & religioſas ſæpiùs convenire, ut Schisma, quod per diutinam patientiam vexat orbem terrarum, ſi fieri poſſit, ſaltem in modico ambitu noſtræ Diœceſis prudentium communicato conſilio declinetur. Rogando itaque mandamus tuæ dilectioni, quatenùs ad idem Capitulum ea, qua diximus, die, apud Friſingas tuam nobis præſentiam ſtudeas exhibere. Ex qua epiſtola egregiè firmantur ea, quæ ſupra memoravimus, nempe Alberti Epiſcopi animum à ſchismate ſemper, ac maximè abhorruiſſe, totóque ſtudiô laboràſſe, ut diſſidia, quæ tollere ipſe non poterat, unà cum Diœceſanis ſuis ſaltem declinaret. Rurſus eundem ad conventum vocat.

Quas pœnas Alberti Epiſcopi tempore incurrerint tum mulieres, quæ partus ſuos in lecto oppreſſerunt: tum ii, qui neglecta thori religione adulterii reos ſeſe conſtituêre, ſequens ad Albertum Epiſcopum exarata epiſtola docet.

Alberto Venerabili Friſingenſi Epiſcopo F. Plebanus in Gemunden obedientiam cum omni ſubjectione. Mulierem hanc, cujus infans ægrotus in lecto ſecum recubans, ex ipſius negligentia, ut putat, obiit, jam per ſeptem annos in pœnitentia conſtitutam Paternitati veſtræ deſtinavimus, humiliter obſecrantes, ut eam communioni Eccleſiæ reſtituatis. Verùm hunc pro adulterio novem annis in pœnitentia conſtitutum ad vos deſtinavimus, humiliter obſecrantes, ut eum communioni Eccleſiæ reſtituatis. Hæc ibi. Bone Lector, quàm ſunt mitiora temporum modernorum erga id genus noxas ſupplicia? Pœnæ adulterorum tempore Alberti Epiſcopi.

Albertum Epiſcopum noſtrum inter cæteras Eccleſias aràsque conſecràſſe Altare S. Caſtuli in Mospurg, Hundius tradit. Idem conſecravit aram S. Benedicti in Weihenſtephan, uti in Libro Traditionum ejus Monaſterii legimus. De conſecratione Cathedralis Eccleſiæ ſupra dictum eſt. Acta Alberti Ep. varia. N. 1353.

Præterea

Tom. III. pag. 159. Præterea Hundius aſſerit, eundem Albertum Epiſcopum interfuiſſe ſolenni illi donationi, qua Welfo Dux bona ſua hæreditaria in Amergau præſente ac conſentiente Friderico Imperatore Campidonenſi Monaſterio donavit. Verùm bona illa ſecutis temporibus certo quodam tractatu in aliorum venêre manus. N. 1356.

Mors ejusdem. Obiiſſe Albertum noſtrum anno Chriſti 1183. diſcere videmur ex Libro Traditionum quarto ſeu Magno, ubi eodem anno ei ſucceſſiſſe dicitur Otto, eo nomine ſecundus Friſingenſis Epiſcopus. Conſonant Faſti Weſſofontani Monaſterii, ubi ſic legimus: *Anno Domini 1183. defuncto Alberto Epiſcopo Friſingenſi Otto Canonicus Magdeburgenſis eligitur, & introducitur in Kalendis Januarii.* Aliter habet Stero inferioris Altahæ Monachus in annalibus ſuis, ubi ad ſequentem annum Chriſti 1184. hæc ponit. *Albertus Friſingenſis Epiſcopus obiit: pro quo Otto ſuccedit.* Steroni ſubſcribit Kalendarium vicini Monaſterii Weihenſtephanenſis, ubi datâ (ut inſpicienti patebit) operâ ad annum Chriſti 1184. manu ſynchrona notantur hæc verba: *Adilbertus Friſingenſis Epiſcopus moritur: Otto Magdeburgenſis Canonicus eligitur, & incipiente hoc anno* (1185.) *id eſt in Kalendis Januarii in Epiſcopatum introducitur.* His accedit Chronicon Salisburgenſe à Clar. P. Hieron. Pezio nuper editum: ubi ad annum Chriſti 1184. habetur: *Albertus Friſingenſis Epiſcopus obiit.* Vides, Lector, quinque finitimos ejusdem ferè ævi Scriptores ſibi oppoſitos, dum duo obitum Alberti ad annum Chriſti 1183. revocant, quem tres reliqui ad annum primùm ſequentem differunt. Inde eſt, cur judicium noſtrum ſuſpendamus, nec definiamus, num Albertus in ſacro Magiſtratu 25. vel 26. annos exegiſſe dicendus ſit? Aliqua tamen vero ſimiliora in rebus geſtis Ottonis ſucceſſoris ſuggeremus. Porrò diem obitus ſignat Friſingenſe Necrologium undecimum Novembris iis verbis. *Albertus Epiſcopus noſter obiit. Unde habemus ſervitium* (nempe penſionem annuam) *de Curia in Perg 11. ℔. S, id eſt undecim libras denariorum.* Eccleſiæ Catholicæ eo tempore adhuc præerat Lucius III. Summus Pontifex: Imperio Fridericus: Salisburgenſi Eccleſiæ Adalbertus, Patavienſi Theobaldus, Ratisbonenſi Chuno II. Brixinenſi Henricus. Bojaria Ludovici Quarti, ſub patruorum tutela conſtituti, nomine gubernabatur.

Dicitur beatus. Summam Alberti noſtri laudem uno vocabulo Liber Traditionum Quartus, ſeu Magnus complectitur, dum eum diſertè *beatum* à morte appellat, haud ſanè immeritò. Nam ſi Spiritûs Sancti effato, *beatus vir* ille dicitur, *qui ſuffert tentationem: quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ:* cur beatus non dicetur Albertus noſter, qui non ſolùm igne tantorum incendiorum graviſſimè probatus fuit, ſed inſuper ſe totum ac ſua omnia DEO Divisque cœlitibus, dum vixit, addixit. Extant de Alberto in mox laudato Traditionum libro verſus ſequentes.

Auxit Adilbertus virtutis in ordine certus
Clero ſervitia, & minuit vitia.

CAPUT

Digitized by Google

CAPUT IV.

Otto, ejus nominis II. inter Friſingenſes Epiſcopos XXIV.

§. I.

Genus, Electio, & initia Regiminis Ottonis II. Epiſcopi.

OTtonis hujus Natales exactè recenſentur in Quarto Traditionum Friſingenſium Libro, ubi ferè ſequentia legimus. Natus eſt Otto Patre Dietpoldo Bergenſi in Suevia Comite, Matre verò Gisla Dieſſenſi Comitiſſa. Dietpoldo nati fuère filii ſex, è quibus parens quatuor ſacrîs diſciplinîs erudiri voluit. Quantos ſane tum in virtute tum in literis progreſſus fecerit illa illuſtriſſimorum juvenum quadriga, orbis mirari debuit. Dietpoldus enim (aliis Theobaldus) qui primô locô nominatur, deinceps Patavienſem: Henricus Herbipolenſem, Manegoldus itidem Patavienſem: Otto verò noſter Friſingenſem Cathedram conſcendere juſſus eſt: reliquorum duorum fratrum nomina Scriptor noſter equidem nobis non exprimit: ea tamen reperiuntur in Inſtrumento quodam dato Ratisbonæ anno 1187. continente tractatum inter Ottonem Epiſcopum noſtrum, ac Gebhardum Sulzbacenſem Comitem, ubi fratres illi Bertoldus atque Udalricus appellantur, autographum in Chartario Collegii Cathedralis reperitur. Hunc Udalricum in Epiſcopatu Patavienſi ſucceſſiſſe fratri ſuo Manegoldo quidam poſt Aventinum tradunt. Verùm cùm Scriptor noſter Synchronus, & quidem domeſticus, nullam ejus rei mentionem faciat, ac ſolos quatuor filios à Dietpoldo ſacrîs diſciplinîs traditos fuiſſe ſcribat, ſanè non eſt, cur Aventino ejúſque ſequacibus fidem facilè adſtruamus.

fol. 121. c.

Otto ex Comitibus Bergenſibus.

Ejus fratres.

Ottonem noſtrum è proprio Friſingenſi gremio fuiſſe electum, Codex ille noſter nullibi affirmat, neque Ottonis ulla memoria ſub Alberto prædeceſſore Epiſcopo occurrit. Scribunt verò plerique Recentiores Hiſtoriographi, eum è Metropolitano Collegio Magdeburgenſi fuiſſe evocatum: quibus cùm antiqui faſti Weihenſtephanenſes atque Weſſofontani concinant, fidem iis negare nec poſſumus, nec volumus: vero quám ſimillimum nobis videtur, Ottonem à Friderico Cæſare, velut popularem, imò cognatum ſuum Cathedrali Eccleſiæ Friſingenſis Collegio fuiſſe commendatum. Certè monumenta Tegernſeenſia apud P. Bernardum Pezium Manigoldum, Ottonis noſtri fratrem, de *Semine Regio* prognatum proclamant. Cæterùm digniſſimum fuiſſe, qui ad apicem Epiſcopalis dignitatis eveheretur, ſcriptor laudati Codicis luculenter prodit, dum aſſerit, facultatis ſuæ non eſſe explicare, qua morum integritate, quanta animi demiſſione, in pauperes charitate, animique infracti robore Otto præfulſerit.

Fuit Canonicus Magdeburgenſis.

Anecdot. T. III. part. III. col. 523.

Ejus virtutes.

Illud de Ottone prorsùs ſingulare commemorat prædictus ſcriptor, quod is uno eodémque anno ac die Veronæ & à Pontifice ſpiritualia (quo vocabulo vel confirmationem, vel etiam conſecrationem intelligere poſſumus, & ab Imperatore Regalia acceperit. Id num anno Chriſti 1184. an verò 1185. actum ſit, dubium videri queat. Priori enim anno Imperator cum Pontifice Lucio: poſteriori verò cum ejusdem ſucceſſore Urbano III. Veronæ negotia tractavit, uti apud Pagium legimus. Nobis vero ſimiliùs eſt,

Uno eodémque die à Pontifice & Imperatore inſtituitur.

id contigiſſe anno Chriſti 1184. ne ſcilicet absque cauſa rationabili nimiùm protrahamus Ottonis conſecrationem ac legitimam inſtitutionem. Ubi etiam illud non diſſimulamus, ex his nos proniores reddi ad electionem Ottonis eidem anno 1184. affigendam, ita ut eodem anno Otto electus, conſecratúſque, Kalendîs Januarii anni 1185. Friſingam venerit, quod Weihenſtephanenſis Codex diſertè pronunciat: idémque demonſtratur ex Inſtrumentis Ottonis, Tegernſeenſibus, & Neocellenſibus conceſſis, ubi annus Chriſti 1190. vocatur Ottonis noſtri ſextus, ut ſuo loco videbimus. Otto noſter paulò poſt acceptum Friſingenſem lituum, nempe anno 1185. conceſſit ſub certis conditionibus feudum quoddam Sophiæ Andechſiæ, quod antehac ejusdem Parenti, Comiti de Weixlberg conceſſum fuerat: qua de re literæ in Archivo Cathedralis Collegii aſſervantur.

Conſecratio Gotfridi Epiſcopi Ratisbonenſis. *cap.* 42.

Gregorius VIII. PP.

In Ser. Rom. PP. T. 1. col. mihi 30.

Cæterùm in vicina Ratisbonenſi Cathedra hoc eodem anno mortuo Chunoni Epiſcopo, ex Falkenſteiniis Comitibus aſſumpto, ſuffectus eſt Gottfridus, Bambergâ oriundus, qui tamen ſequenti ſtatim anno Mitram Conrado II. ſponte ſua ceſſit. Hic deinceps ab Adalberto Salisburgenſi Archiepiſcopo cooperantibus 14. aliis Epiſcopis ſacram inaugurationem ſuſcepit, uti ex Divi Emmerammi Mauſolæo edocemur. Porrò in ſuprema Divi Petri Cathedra poſtea anno Chriſti 1187. Urbano III. die 19. Octobris è vivis ſublato, die 21. ejusdem menſis ſucceſſit Albertus de Mora, dictus Gregorius VIII. quem ex ordine ſancti Benedicti evocatum ad Purpuram, denique ſummo omnium conſenſu electum fuiſſe R. P. Gregorius Kolb S. J. ſcribit: cui nihil contradicit Ferdinandus Ughellus in ſua Italia ſacra, dum eum Monachum Ciſtercienſem fuiſſe aſſerit. Nam etiam Ciſtercienſes ſub Divi Benedicti Regula militant.

§. II.

Acta publica ac Friſingenſia ab anno Chriſti 1187. *usque* 1191.

Triſtis ex Oriente Nuncius.

Chriſtianos ad bellum ſacrum incitat.

Clemens III. PP.

PAulò ante Gregorii electionem triſtiſſimus ex Aſia nuncius venerat, nempe Hieroſolymam cum ſuo Rege à Saladino Ægypti Tyranno fuiſſe captam, ac inſuper ſanctam illam Crucem, in qua, Apoſtolo teſte, *gloriari nos oportet*, in Barbarorum poteſtatem veniſſe. Hinc prima cura Gregorii fuit, ut ad Chriſtianos Principes literas expediret, eósque ad bellum adverſus Saladinum moliendum cohortaretur. Scribunt, adeò placuiſſe piiſſimam Pontificis mentem Chriſtianis Proceribus, cæteroquin diffidentibus, ut ſeptem annorum inducias inter ſe pacti fuerint, pœnis ſingularibûs in eos decretis, qui pacem in Eccleſia, ea temporis intercapedine, eſſent turbaturi. Tanta potuit Gregorius, cùm tamen ſolos duos menſes, & quidem non integros Eccleſiæ præfuerit, morte ſanctiſſima Viri vota, ac majora etiam facinora præcludente XVI. Kal. Jan. id eſt, die 17. Decembris: in cujus locum Clemens III. natione Romanus ſucceſſit.

Dedicatio Baſilicæ S. Udalrici Auguſtæ, *Hierarch. Aug Suevia Eccleſiaſtica.*

Conſcribitur Codex Friſingenſium Traditionum quartus. *fol.* 1, 4.

Cùm eodem anno, Chriſti 1187. Conradus Moguntinus Archiepiſcopus recèns reſtauratam SS. Udalrici & Afræ Auguſtæ templum (quod ante quadriennium in cineres reſederat) ſacris cæremoniis initiaret, Otto Epiſcopus noſter unà cum Udalſchalco Auguſtano Epiſcopo eidem cooperatus eſt.

Eodem anno conſcribi cœpit Magnus ille Traditionum Friſingenſium Codex, quem nos Quartum appellare ſolemus, & quo hactenùs toties uſi ſumus. Id indicatur in ipſo libri proœmio verbis ſequentibus. *Chunradus DEI gratiâ quàm humilis hujus Eccleſiæ ſacriſta, & Canonicus, contrectans & perſpiciens volumina hujus Eccleſiæ, tum traditiones Regum, tum collationes*

nes & conquiſitiones Epiſcoporum aliorúmque Principum, nobilium ſeu aliarum humilium perſonarum continentia, aut vetuſtate conſumpta (nam duro lapidi longa ſenecta nocet) aut per incuriam Cuſtodum, vel per jacturam incendiorum penitùs amiſſa, ut pius filius Matris ſuæ, cujus lacte nutritus eſt, indoluit, eadémque innovanda & reintegranda opere dignum duxit - - - - facta eſt autem hæc deſcriptio MCLXXXVII. Hæc ibi: verùm Codicem illum proſecutæ fuère manus poſteriores, quamquam non adeò liberales.

Eodem anno Fridericus Imperator edidit Conſtitutionem contra incendiarios, quam in Parte Altera totam recitamus. N. 1362.

In Faſtis Tegernſeenſibus de Conrado II. ejus loci Abbate, & Ottone Epiſcopo noſtro ad eundem annum hæc notantur: *Domino Rudperto debitum humanitatis perſolvente, ſucceſſit ei in regimine Dominus Conradus hujus nominis ſecundus. Hujus temporibus Eccleſia ſancti Michaelis in Gmunden Parochialis erat totius anguli Tegernſee. Sed quia oneroſum erat Parochianis, temporibus decentibus propter aſperitatem & longinquitatem viæ illuc ire, prædictus Dominus Conradus Abbas impetravit à Domino Ottone ſecundo Epiſcopo Friſingenſi, ut populus poſſet in futuris perpetuis temporibus baptiſmum & ſepulturam, & omnia alia ſacramenta recipere in Tegernſee, & Egern, ut patet in litera.* Additur: *hic etiam impetravit anno Domini 1187. à Papa Gregorio VIII. confirmationem Eccleſiæ Cellæ S. Martini,* nempe Monaſterii Dietramicellenſis. Literas Pontificis Gewoldus in Additionibus ad Hundium expreſſit.

P. Bern. Pez Tom. 3. Anecdot part. 3. col. 512. & ſeqq.

In vicinia Tegernſeenſi ex una Parochia fiunt tres.

Tom. II pag. 256.

Cæterùm eodem anno Otto Epiſcopus noſter Schefftlarienſi Monaſterio tradidit decimas quaſdam ex Vineis in *Severs*: ac præterea adjecit prædium quoddam in Haidelfing: pro quo tamen ab Hainrico Schefftlarienſi Præpoſito recepit aliud prædium in Dieterſheim, idque ob majorem commoditatem, eò quòd Dieterſheimenſe prædium aliis Friſingenſis Eccleſiæ bonis propiùs adjaceret. Nec ita multò poſt idem Epiſcopus eidem Monaſterio indulſit decimas, quæ ex vinea quadam Schefftlarienſi prope Bulſanum ſita, debebantur Friſingenſi Eccleſiæ: ea tamen conditione, ut intuitu illius Donationis ſororibus illius Monaſterii, quoties ſanguine minuerentur, ſolatium miniſtraretur. Ex quo intelligimus, etiam Schefftlarienſi Virorum Monaſterio eo tempore ſacrum Parthenonem fuiſſe adjunctum, id quod apud pleraque virorum Cœnobia ea ætate per Bojariam obſervabatur.

Otto erga Schefftlarienſes beneficus. N. 1363. N. 1364. Moniales in Schefftlarn.

Cùm interim Hieroſolyma, cæteráque loca Chriſti ſervatoris veſtigiis conſecrata ſub Saladini tyrannide ingemiſcerent, Fridericus Imperator unà cum plurimis Imperii Principibus in Comitiis menſe Majo anno Chriſti 1188. Moguntiæ celebratis, ſacram adversùs barbaros expeditionem decrevit, congregatúmque numeroſiſſimum exercitum anno ſequenti in Palæſtinam duxit: ubi dum plura adversùs Turcas præclarè fortitérque gerit, *Serræ* amni ad disjiciendum calorem fortè ſeſe immergens, aquis hauſtus, & aliquantò poſt extinctus, ſpes maximas ſimul extinxit. Friderici Patris Imperium Henricus Filius excepit, eo nomine inter Henricos ſextus appellatus.

Fridericus movet in Palæſtinam. Aquis hauritur. Henricus VI.

Antequam Fridericus ſacræ illi expeditioni ſeſe accingeret, anno 1188. 8. Kal. Auguſti litem inter Abbatiſſam Gandersheimenſem, ejúſque Officiales compoſuit Goslariæ. Literis Cæſareis etiam Otto noſter ſubſcripſit, ut in antiquitatibus Gandersheimenſibus Leukfeldius tradit. *pag. 303.*

Priuſquam in itinere Fridericus in Pannoniam veniret, Viennæ Ottoni Epiſcopo noſtro varia in Auſtria jura adjudicavit, veluti ex Diplomate ſubjuncto conſpicimus, quod ſic habet.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Fridericus DEI gratiâ Romanorum Imperator Auguſtus. Imperialem noſtram decet Auctoritatem, ut quæcunque de ratione fieri decreverit, litterarum notitiæ commendari faciat, ne curſu

Varia jura in Auſtria adjudicantur Friſingenſi Eccleſiæ.

*curſu temporum labente faciliùs à memoria ſuccedentium facta præteritorum evaneſcant. Unde noverint tam præſentes, quàm poſt futuri fideles Chriſti, quòd cum dilecti noſtri conſanguinei, Dux videlicet Auſtriæ Leopoldus, ejúsque filius Fridericus omnem Majeſtati noſtræ reſignâſſent juſtitiam, quam per Dominicalia Friſingenſis Epiſcopii quondam ab Imperio poſſederant in Auſtria, id eſt Marchrecht, * & Lantgerichte, * & Burchwerch, * quæ ſpecialiter ad uſus ipſorum reſpiciebant, tam in officio * Enzinsdorf, & Alarn, quàm etiam in Holenburch & Ebersdorf, nos ob inſtantem eorundem petitionem, atque dilecti nobis, ac venerabilis Epiſcopi Ottonis amorem ad hoc ſumus inducti, quòd prædictam juſtitiam nobis reſignatam Eccleſiæ beatæ Virginis, ſanctique Corbiniani Friſingæ donatione Regali tradidimus, proinde ſperantes, præmiô nos æternæ beatitudinis in futuro remunerari. Ut autem hæc noſtra traditio ſinè retractatione ſtabilis & inconvulſa omni permaneat ævo, hanc inde paginam conſcribi, ac impreſſionis noſtræ ſigillô juſſimus inſigniri, cum teſtibus ſubnotatis, quorum hæc ſunt nomina. Otto Babenbergenſis Epiſcopus, Theobaldus Patavienſis Epiſcopus. Heinricus Babenbergenſis Præpoſitus. Bertoldus Dux Dalmaciæ. Chunradus Comes de Pilſtein. Albertus Comes de Bogen. Otto Comes de Veleburch. Chunradus Burchgravius de Nuorenberch. Otto Ratisbonenſis Advocatus. Hainricus de Altendorf, Chraft de Amzimesbach. De Choro Friſingenſi Chunradus felix puer. Ortolphus Intycinenſis Præpoſitus. De Miniſterialibus Eccleſiæ Friſingenſis. Hainricus felix puer. Gerwicus de Pubenhauſen. Otto de Waldekke. Fridericus de Paſtberch. Ulricus Vertinch. Albanus de Elbpach. De Miniſterialibus Ducis Auſtriæ. Wibhardus de Sevelde. Hadmarus de Kunringen. Lutwinus de Sunnenberch. Rudolphus Stubich. Ego Joannes Imperialis Aulæ Cancellarius in vice Domini Chunradi Moguntini Archiepiſcopi, Germaniæ Archicancellarii recognovi. Actum anno Dominicæ Incarnationis MCLXXXVIIII. Regnante Domino Friderico Romanorum Imperatore ſemper Auguſto, anno Regni ejus XXXVIII. Imperii verò XXXVI. datum Wiennæ XV. Kal. Junii Indictione VII. feliciter Amen.*

**** nempe jura inſtituendi mercatum, poteſtatem judiciariam exercendi, & arces condendi. * i. e. diſtrictu.*

Jura Tegernſeenſia confirmantur.

Tam inſigni gratia auctus Otto Epiſcopus noſter ſequenti anno Fratri ſuo Manegoldo, qui ex Cremiſanenſi Abbatia ad Tegernſeenſem translatus fuerat, jura antiqua circa Monaſterium Dietramicellenſe datis novis literis confirmavit hunc in modum.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Otto DEI gratiâ Friſingenſis Epiſcopus ſecundus. Quæ à fundatoribus venerabilium locorum ſeu Eccleſiarum juſtè & religiosè inſtituta ſunt, ut futuris temporibus majori firmitate convaleſcant, dignum duximus ea literis mandare, ne quod venerabiliter inſtitutum eſt, vel oblivio deleat, vel injuria pravorum hominum ſubvertat. Eapropter univerſis in Chriſto filiis & fratribus noſtræ Diœceſis, Abbatibus, Præpoſitis, Decanis, & univerſis ſub eorum regimine degentibus, cunctiſque Chriſti fidelibus futuris & præſentibus ſignificamus, quia accedentibus nobis ad Epiſcopalem dignitatem, motum eſt verbum in conſilio noſtro, quòd Eccleſia, quæ Cella beati Martini dicitur, ad noſtrum ſpectaret Epiſcopatum. Cui rationi ſe Abbas Tegernſeenſis Monaſterii Rupertus oppoſuit, & eandem Eccleſiam, eò quòd in fundo & de fundo S. Quirini fundata & ditata eſſet, privilegiis & ſufficienti ratione obtinuit. Nos verò, quos decet prava corrigere, juſtitiam diligere, non infringere, pulſante juſtitia, nec non pro dilectione fratris noſtri Manigoldi ejusdem Monaſterii Abbatis; utriusque enim intuitu animum ab inſolita vexatione revocavimus, & ea, quæ religiosè inſtituta ſunt, auctoritate noſtra confirmamus, & præſentis ſcripti privilegiô communimus, ita videlicet, ut, ſicut in principio tempore Heinrici Anteceſſoris noſtri inſtitutum eſt, & electio Præpoſitorum prædictæ Cellæ ad conſenſum & conſilium celebretur Abba-

Digitized by Google

*Abbatum Tegernſeenſis Monaſterii, & electi poſſeſſiones & inveſtituram temporalium ab eis accipiant, & omnem honorem & reverentiam, quam filia Matri pro exhibitione multiplicis gratiæ, & jure fundationis exhibere debet, exhibeat, nobis de ſpiritualibus reſponſuri. Acta ſunt hæc conniventia totius Capituli Friſingenſis Eccleſiæ & Miniſterialium in villa, quæ Laneskirchen dicitur, anno Incarnationis Dominicæ MCXC. Indict. VIII. Anno verò Epiſcopatûs noſtri ſexto. Regnante Frederico Imperatore Romanorum Auguſto, & filio ejus Hainrico feliciter. Amen. Teſtes de Choro Friſingenſi Berchtoldus Decanus. Ortwinus Slierſenſis Præpoſitus. Fridericus Wertſedinus Præpoſitus. Cunradus S. Viti Præpoſitus. Cunradus Cuſtos, * Hainricus Scolaſticus, Eberhardus de Schlierſe. De nobilibus Hainricus de Brucke, Hainricus de Rainingen. Berchtoldus deVagene. De Miniſterialibus. Hainricus felix puer. Gerwicus de Pubenhauſen. Adiloldus de Dorinbach. Eberhardus de Werde, & filius ejus Eberhardus. Hartwicus de Richolſesdorf, & filius ejus Otto. Otto de Paſingen, & fratres ejus Hainricus, Ulricus Fertinch, Alanus de Elbpach, Otto de Herberchingen. Hainricus & Siboto de Wacharingen. Arnoldus de Hèrbertshuſen. Alanus de Richerſpürn, & alii quàm plures. Datum Friſingæ per manum Gottfridi Notarii XVIII. Kal. Sept.*

Signum Domini Ottonis Friſingenſis Epiſcopi.

* *Haud dubiè ſacriſta, de quo ſupra.*

Hæc ex Gewoldo in additionibus ad Hundii Metropolim exſcripſimus, ubi ille plures ejusmodi Juris Tegernſeenſis confirmationes adduxit. Copioſiores adhuc exhibet Codex ille coævus Tegernſeenſis, inſcriptus: *Acta Papalia & Imperialia*, qui exhiberi & videri poteſt.

Tom. 2. pag. 256.

Iſta Otto Epiſcopus Tegernſeenſibus: ſequentia eodem anno Neocellenſibus contulit, quæ ex Libro Traditionum ejus celeberrimi Collegii extrahimus, & cum Lectore communicamus.

Otto Epiſcopus Eccleſiam in Alershauſen Neocellenſibus concedit.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis Otto DEI gratiâ Friſingenſis Epiſcopus. Diſpenſationes Eccleſiarum vel Eccleſiaſticarum rerum, quæ vel per religioſorum petitionem, vel pro urgente venerabilium locorum neceſſitate rationabiliter fiunt, ad notitiam præſentium & memoriam futurorum de ratione debent pervenire. Quia ergò loca venerabilia ſumma devotione amplectenda ſunt, tum quia ibi vigent orationes ſanctorum, quorum patrociniis ſancta letatur Eccleſia, tum quia in eis elemoſynæ indigentibus hoſpitaliter impenduntur, nos Divino inſtigante amore ac mediante Friſingenſis Capituli univerſitate, Eccleſiam, quæ in Alerhuſen dicitur, fratribus in Nova Cella Deo ſervientibus pro remedio animæ noſtræ ac prædeceſſorum noſtrorum contulimus, & Epiſcopali noſtra auctoritate ſtabilimus, ita tamen, ut Præpoſitus ejusdem loci, vel eciam quisquam Dominum Engelſcalcum quondam Præpoſitum, qui jam dictam Eccleſiam à prædeceſſore noſtro beate memoriæ Domino Alberto perſonaliter tenuerat, quamdiu ipſe ſupereſt, in nullo conturbet. Fratres eciam, qui de collegio ſuo in ſacerdotes ibidem ordinandi ſunt, aſpectibus noſtris debent præſentari, qui & Synodum noſtram adeant, & de ſpiritualibus reddant rationem; qui ſi fortè mutati fuerint, ſubſtituendi nobis denuò præſententur. Quod ut firmum ſit, & ab omnibus ratum habeatur, præſentem paginam ſcribi, ac ſigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri. Actum eſt autem aſſidentibus ſanctæ Friſingenſis Eccleſie Cathedralibus Bertholdo Decano. Albinone S. Caſtuli Præpoſito. Cuonrado S. Andreæ Præpoſito. Ortwino S. Sixti Præpoſito. Cuonrado Cuſtode. Friderico Præpoſito. Cuonrado S. Viti Præpoſito. Anno Domini MCXC. Indict. VIII. Anno Pontificatûs noſtri VI. feliciter. Amen.

Eccleſia Allershuſiana hunc in modum Neocellenſibus ſtabilita proximô ſtatim anno Ruodegerus quidam, Richershuſianus Curio, litem iisdem

Digitized by Google

* Grienling. ſuper Capella in Grunelingen * coram Ottone Epiſcopo intentavit: qui causâ probe diſcuſsâ Capellam eidem Monaſterio adjudicavit, expedito in eam rem ſequenti Inſtrumento.

Iisdem Eccleſiam in Grienling adjudicat.

OTto DEI gratiâ Friſingenſis Epiſcopus ſecundus feliciter. Amen. Ad tuenda Eccleſiaſticarum rerum jura nos, qui cottidianis incommodis quatimur, & violentiâ injuſtorum opprimimur, ſcriptis firmare ſtuduimus, quæ pro utilitate Eccleſiarum à fidelibus Chriſti rationabiliter tractantur, ne à memoria poſterorum labantur. Proin omnium fidelium notitie certum tradimus, qualiter fratres S. Petri Novæ Cellæ, & quidam Plebanus in Richersbuſen nomine Ruodegerus contenderunt pro capella in Grunelingen, quam locus & conventus S. Petri à die fundationis ſue ſine omni contradictione & moleſtia quietè poſſederant, quod nullius invaſoris violenti in ipſa Capella gravamen ſenſerant, quouſque idem R. eam in uſus ſuos injuſtè trahere cogitabat. Predicti itaque Fratres præſentiam noſtram adierunt, querimoniam ſuper gravamine ſibi à prædicto R. Plebano illato proponentes, & condicto Placiti die data ſententia chatedralium & nobilium Epiſcopatûs noſtri præſcriptionem XL. annorum, quam prætendebant, teſtibus idoneis & legittimis probaverunt, & ſic omne jus, quod ante poſſederant, in ipſa Capella Domino adjuvante obtinuerunt. Et ne de cetero ſuper his ulla poſſit oriri queſtio vel controverſia, dedimus eis in teſtimonium præſentem paginam, ſigilli noſtri impreſſione roboratam. Hujus rei teſtes ſunt Ortwinus Decanus. Fridericus Præpoſitus de Wertſee. Cuonradus Felix puer, Præpoſitus S. Viti. Cuonradus Præpoſitus Moſeburgenſis. Cuonradus Cuſtos. Arnoldus de Gildebigen. Sigeboto Pulcher panis. Ulricus de Abedorf. Tageno Canonicus. Gotfridus de Angulo. De Miniſterialibus noſtris. Hainricus Felix puer. Gerwicus de Pubenhuſen. Arnoldus de Dornibach. Diepoldus de Wipenhuſen. Ulricus Vertinch & fratres ſui Hainricus & Rudolfus. Chuonradus de Humbelen. Engelwanus de Abedorf & frater ſuus Hainricus. Hainricus de Albershuſen & filii ſui Hainricus & Cuonradus Diepoldus de Grimershuſen. Iſenrich de Tanne, & alii quàm plures. Acta ſunt hec in præſentia Capituli noſtri. Anno Dominicæ Incarnationis MCXCI. anno Pontificatûs noſtri XI. feliciter. Amen. Hæc Neocellenſibus Otto ſecundus. Ubi tamen monendus eſt Lector, annum Chriſti MCXCI. non fuiſſe Ottonis XI. ſed VII. ut adeò librarius Neocellenſis eam temporis notam ex autographo non bene deprompſiſſe deprehendatur.

Exiſtimamus, iſtas literas tum Tegernſeenſibus tum Neocellenſibus datas fuiſſe ſtatim ad initium prædicti anni 1191. reliquo enim ejus anni decurſu Ottonem Epiſcopum extra Bavariam fuiſſe, mox videbimus.

§. III.

Continuatio Actorum uſque ad annum Chriſti 1205.

Cœleſtinus III. PP.

HÆc dum apud Friſingenſes aguntur, Clemens III. Romanus Pontifex mortis arbitrio paruit; cui Cœleſtinus III. ſucceſſit, qui ipſa Dominicæ Reſurrectionis ſolennitate Pontifex conſecratus, ſequenti ſtatim

Henricum VI. coronat.

die, ſecundâ ſcilicet Paſchæ feriâ, Henricum, Germaniæ hactenùs Regem, eo nomine ſextum, conjugémque ejus Conſtantiam Auguſtorum nomine ac coronâ condecoravit, poſtquam Henricus dictô ſacramento promiſit, ſe Eccleſiæ Romanæ jura illibata conſtanter ſervaturum, juſtitiam cuſtoditurum; ſi quid ex Divi Petri Patrimonio ablatum fuerit, redditurum &c. Hæc, & plura alia ad hunc annum Baronius: qui nihilominùs ab oculatiſſimo Pagio

circa

Digitized by Google

circa plura hujus anni acta emendatur. Itineri ac coronationi Imperatoris interfuiſſe Ottonem Epiſcopum noſtrum, docemur ex variis Henrici Diplomatis, à Ferdinando Ughello in *Italia ſacra* exhibitis, in quibus inter teſtes numeratur Epiſcopus noſter: quale eſt, quod ab Henrico Rege conceſſum fuit Eccleſiæ Regii Lepidi Bononiæ III. Idus Februarii. Aliud datum Civibus Eugubinis *ante Neapolim*, nempe in ejus urbis obſidione. Aliud expeditum Lucæ 4. Kal. Auguſti pro Epiſcopis Lunenſibus. Eundem Ottonem Epiſcopum ſæpiùs etiam alibi fuiſſe in comitatu Henrici Imperatoris mox iterum videbimus. Præſente Ottone Epiſcopo noſtro. *Ital. Sac. T. I. col. 302. col. 641. col. 850.*

Ludovicum, eo nomine quartum Bojariæ Ducem, Ottonis Wittelſpachii filium, ephebos egreſſum, prætextâ poſitâ anno Chriſti 1192. baltheô accinctum, gubernandæque Bojariæ ab Henrico VI. Cæſare fuiſſe admotum, produnt Boicæ Gentis Annales, Adelzreittero tribui ſoliti. Ad alia ejus temporis Bojariæ acta non diffundimur, cùm ad res Friſingenſes dilucidandas nihil admodùm conferant. Ludovicus IV. Dux Bojariæ.

Ottonem Epiſcopum noſtrum anno proximo, Chriſti 1193. cum Henrico Imperatore Wormatiæ fuiſſe commoratum, docemur ex Diplomate Cæſareo, Bebenhuſano Monaſterio in hodiernæ Wirttembergiæ Ducatu Sito, conceſſo, ubi Otto noſter inter teſtes primum locum habet, uti D. Franciſcus Petrus Canonicus Reg. in *Suevia Eccleſiaſtica* tradit, Ex Italia ſacra diſcimus, eundem Epiſcopum eodem anno pridie Nonas Julii cum eodem Imperatore fuiſſe apud Luceriam * Italiæ Urbem, ubi inter teſtes Privilegii à Friderico Aſculanæ Eccleſiæ conceſſi rursùs primô locô ponitur. *pag. 129. & Tom. I. pag. 459.* * *Lucara.*

Sequenti anno, Chriſti 1194. Otto Epiſcopus noſter Capellam in Forſtenried, quæ eousque filia fuerat Parochialis Eccleſiæ in Neuenried, accedente aſſenſu Alberti Præpoſiti in Raitenbuech, Parochialem eſſe juſſit. Extant ejus rei teſtes literæ in Pollingano tabulario tenoris ſequentis. Eccleſia in Forſtenriet fit Parochialis.

*In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, & * individuæ Trinitatis. Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus tam præſentibus, quàm futuris, ad quos ſcriptum iſtud pervenerit, quòd ego Otto Friſingenſis Epiſcopus Capellam in Forſtarnrieth, quæ quondam ſubjecta fuerat Eccleſiæ in Niunrieth jure filiationis reſpiciens eam ſicut filia Matricem Eccleſiam: hanc, inquam, capellam à poteſtate & jurisdictione & omni ſubjectione prædictæ Matricis Eccleſiæ exemi, concedens ei jus baptiſmi, & jus ſepulturæ, & pleno jure dans eam ſuæ libertati. Factum eſt autem hoc cum voluntate Alberti Præpoſiti de Raitenbuech, qui eo tempore prædictam Eccleſiam de Niwenriet tenebat. Hic ideò ſuum adhibuit conſenſum; nam Præpoſitus de Pollingen ad recompenſationem iſtius exemptionis prædium quoddam in Parſchalchesriet prædictæ Eccleſiæ Matrici donavit decimatione excepta & ſibi reſervata. Factum eſt hoc anno ab Incarn. Domini MCVIIII. * Pontificatum tenente Papa Celeſtino. Regnante quoque glorioſiſſimo Imperatore Heinrico. Hujus rei teſtes ſunt. Ortwinus Decanus. Magiſter Chunradus. Chunradus Archidiaconus. Felix puer. Henricus majoris Eccleſiæ plebanus. Fridericus in Angulo. Herrandus. Luterinus. Magiſter Heinricus Pabo. Ulricus Præpoſitus Iſenenſis. Otto de Eringespurch. Henricus de Strubeſtorf. Ortolſus de Utingen. Arnoldus de Giltichingen. Henricus Vertinger.*

*. Particula & videtur adjecta à librario.

* *Error librarii.*

Hoc apographum malè ſignare annum Chriſti M.C.VIIII. moniti fuimus à fida manu Pollingana, quæ Inſtrumentum iſthoc ad annum Chriſti 1194. reponendum eſſe ſcripſit; & ſanè prudenter. Pontifex enim Cœleſtinus, Otto Friſingenſis Epiſcopus, Ortwinus Decanus & alii teſtes ad annum Chriſti MCVIIII. minimè pertinent, uti eruditi advertent. Verum eſt, anno 1194. nullum Albertum Præpoſitum in Catalogo Raitenbuechenſi reperiri.

Digitized by Google

periri. Verùm quia in hoc Inſtrumento Albertus Præpoſitus ejus loci exprimitur, opinamur, eum in prædicto catalogo deinceps non eſſe omittendum.

Iſta Otto Pollinganis: ſequenti anno Chriſti 1195. rursùs Schefftlarienſibus ſequentia præſtitit, quæ in Inſtrumento ſubiuncto exhibemus.

IN nomine S. & individ. Trinitatis. Otto DEI gratiâ Friſingenſis Eccleſiæ Epiſcopus ſecundus. Ob hoc diſponente Domino ſumus ad Regimen Eccleſiarum aſſumpti, ut earum indigentiis cura Paſtorali providendo non ſolùm ea, quæ nos ob amorem Divinum ipſius donaria largiamur: verùm etiam, quæ piæ memoriæ Anteceſſores noſtri divinitùs eis inducti contulerunt, Privilegiorum noſtrorum atteſtatione confirmanda roboremus. Noverit itaque tam præſentium, quàm poſt futurorum Eccleſiæ noſtræ fidelium ſagacitas, quòd dilecti filii noſtri, Hainricus videlicet Scheffilarienſis Eccleſiæ Præpoſitus, ſuique Confratres ad nos accedentes humillima precum apud nos obtinuerint inſtantiâ, quòd nos traditiones Anteceſſorum noſtrorum, Domini ſcilicet Ottonis, ac Domini Adalberti reverendorum Antiſtitum, quibus eandem Eccleſiam larga donatione ditaverant, pariter cum his, quæ & nos pro modulo noſtro ipſis contulimus, Privilegii noſtri renovatione confirmavimus, ſub ſcripta diſtinctione determinando, quid iſte vel ille eidem Eccleſiæ contulerit Epiſcopus. Siquidem Dominus Otto, qui primitùs in eadem Eccleſia Præmonſtratenſium initiavit Ordinem, Paterna ſolicitudine deliberans, qualiter ibi DEO famulantium ſuſtentationi ſuccurreret, Eccleſias eis adjacentes, quæ in Privilegiis antiquioribus monſtrantur adnotatæ, privilegiata atteſtatione pariter cum monte, qui dicitur Wakkerſperch aſſignavit, ex indulgentia ſuæ Auctoritatis hoc adjiciens, ut, ſi fortè poſſeſſionum earumdem Advocati plùs debitò fratres memoratos moleſtare niterentur, poteſtatem habeant alium, ſive alios inſtituendi. Similiter & Dominus Adalbertus ſupra memoratus Antiſtes propriæ ſaluti conſulens decimationes apud Ilbungeshoven, & Cheverloch prætaxatis fratribus legitimè contradidit, ſcriptis & privilegiatis eandem & ipſe traditionem corroborans. Cui cùm nos permiſſione Divina ſuggeſſiſſemus, cupientes & eorumdem fratrum indigentiis ex aliqua parte ſubvenire, placuit, ut ad petitionem ipſorum quaſdam apud Bozen decimationes, quæ noſtris quondam deputatæ fuerant Dominicalibus, & quas nos à quodam Egilolfo Auguſtenſis Eccleſiæ Miniſteriali feudali jure exemimus, ad communem eorum utilitatem conferremus, & Capellam apud Strazloch. Præterea ſicut ab antiquo eis indultum fuerat, & nos indulgemus, ut, quicunque Miniſterialium Eccleſiæ noſtræ teſtamentum faciens aliquid eis de prædio ſuo voluerit impertiri, ratum à nobis, & ſucceſſoribus noſtris obſervetur, & quicunque moriens ſepulturam apud eos elegerit, licitè ab eis, & ſine contradictione ſepeliatur. Hæc autem omnia, quamvis aliìs alibi privilegiorum inſtrumentìs communita reperiantur; nos tamen nihilominus ob majoris cautelæ providentiam, ut ita deinceps rata, & inconvulſa permaneant, præſenti paginâ renovamus impreſſionis noſtræ ſigillò corroborata. Teſtes. Ortwinus Matricis Eccleſiæ Decanus. Chunradus Felix puer, & S. Viti Præpoſitus. Ortolfus Inticinenſis Præpoſitus. Chuonradus Cuſtos. Godefridus ſancti Andreæ Canonicus, & Capellanus. Actum Friſingæ anno Dominicæ Incarnationis M. C. XCV. feliciter. Amen.

Donationes Scheffilarienſibus factæ confirmantur.

Otto Epiſc. etiam Cathedrali Collegio munificum ſeſe exhibet.

Dum tanta per Diœceſin Otto Epiſcopus beneficia ſpargit, etiam erga domeſticos ſuos liberalem ſeſe exhibuit, & primò quidem Cathedrali ſuo Collegio prædium in *Hauſen* contulit teſtibus Ortwino Præpoſito in Schlierſee: Friderico Præpoſito in Wertſee: Chunrado Eccleſiæ majoris Cuſtode: Ottone de Iringeſpurch, ac Babone de Frikendorf. Deinde idem Religioſiſſimus Antiſtes anno Chriſti 1195. Decano prædicti Collegii aſſignavit aliud prædium in Stuthauſen Moſpurgenſis præfecturæ, & rursùs aliud prædium cum duabus partibus decimarum in Gunzhauſen ad ſtructuram & conſervationem

Digitized by Google

Chronicon V. Friſing. in Ottone Ep. XXIV. Uti etiam Sacello S. Joannis. Conſecrat Eccleſiam in Tatenhauſen in diſtrictu Roſenheimb.

tionem fortis prope ædes ipſius Decani, uti legimus in Catalogo Epiſcoporum Friſingenſium, circa annum 1500. conſcripto. Rursùs areas in civitate duas ab Alberto prædeceſſore ſacello S. Joannis aſſignatas eidem anno Chriſti 1196. confirmavit: quo eodem anno Eccleſiam in Tarenhauſen in honorem Dominicæ Crucis, B. M. V. ac S. Georgii M. dedicavit, prout in tabula quadam prædictæ Eccleſiæ annotatum legitur.

Num. 1379. Obitus Henrici Leonis. Et Henrici VI. Imp.

Interhæc Henricus Leo, Boicæ olim Dux (de quo in ſuperioribus plura) diem obiit, à rebus fortiſſimè geſtis *Leonis* nomen adeptus. Eum poſt biennium, nempe anno ſalutis 1197. ad tumulum Meſſanæ ſecutus eſt Henricus VI. Imperator, poſtquam Germanum nomen mira in quosvis ſuſpectos, etiam innocentes tyrannide exoſiſſimùm, Siculis maximè & Anglis reddiderat, *Aſperi* idcirco cognomen promeritus.

Schisma in Imperio.

Optaverat Henricus, ut Fridericus filius, è Conſtantia Auguſta ſuſceptus, ſibi in Imperio ſuccederet, ac deinceps Imperium non ex electione, ſed ſanguinis ſucceſſione ac hæreditario jure transfunderetur: verùm irrita fuère ambitioſi Cæſaris vota. Rejecto enim tantiſper puerulo Friderico, Principum aliqui in Philippum Sueviæ Ducem, defuncti Henrici fratrem: alii in Othonem Brunsvicenſem, Henrici Leonis filium ſuffragia contulêre, unde immenſitas quædam fluctuum Germaniam deinceps concuſſit. Ottonem Epiſcopum noſtrum cum cæteris Boiis Philippo tanquam vicino potentiſſimo Duci adhæſiſſe certum videtur. Roma nec Philippum, nec Othonem probavit. Tentata ſæpiùs duorum Regum conciliatio, ſelectique fuère plures Epiſcopi, & inter hos etiam Otto Epiſcopus noſter, qui acerbiſſimam litem componerent, ac collatîs conſiliis alterutrum Regem Germaniæ pronunciarent, à tota poſthac Germania recipiendum: aſt incaſſum omnia, donec tandem Imperium, Philippô interfectô, Ottoni delatum fuit, ut ſuô locô dicemus.

Innocentius III. PP. Favet Othoni Brunsvicenſi. S. Chunegundis Albo ſanctorum inſeritur.

Dum tantîs diſcordiîs quaſſatur Germania, Cœleſtinus III. Romæ moritur, ultimus eorum Pontificum, quorum res geſtas Cardinalis Baronius, Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ Princeps, conſcripſit. Cœleſtino ſummo omnium eligentium conſenſu ac plauſu ſucceſſit Innocentius III. Anagninus Italus, qui Othonis Brunsvicenſis cauſam tantîs ſtudiîs fovit, ut demùm Philippo Regium titulum ademerit. Idem Pontifex anno Chriſti 1200. beatam Chunegundam Auguſtam, S. Henrici Imperatoris Conjugem Virginem, ac deinceps Sanctimonialem piiſſimam faſtis Sanctorum adſcripſit, uti Raynaldus Baronii continuator ad annum ſupra dictum annotavit. Ejus feſtum poſteri Pontifices non ſolùm Martyrologio Romano, verùm etiam Breviario Monaſtico Benedictino inſeruère: eámque uti olim in terris de hac Friſingenſi Eccleſia optimè meritam, ita modò in cœlis ceu ſingularem Patronam Friſingenſis Clerus annuô officiô veneratur.

Conſecratio Eccleſiæ in Weihenſtephan.

Vicinum Weihenſtephanenſe Monaſterium juxta loci quidem Chronicon anno Chriſti 1197. at verò juxta vetuſtum ejusdem Abbatiæ Kalendarium anno Chriſti 1194. in cineres ſubſederat ſub Abbate *Altum*, quem poſteri Altonem nominant, cui dimiſsô clavô Eberhardus ſuffectus eſt. Reſtauratô Monaſteriô, cum Conradus Wittelſpachius Moguntinus Archiepiſcopus S. Romanæ Eccleſiæ Cardinalis, ex Hungaria redux, in Bojariam, patriam ſuam, deveniſſet, Eccleſiam Weihenſtephanenſem ſacris ritibûs inauguravit. Sic enim coæva manu habet Kalendarium Weihenſtephanenſe ad annum Chriſti 1200. *Hoc anno dedicatum eſt Monaſterium loci iſtius impetrante Eberhardo Abbate, à Venerabili Domino Kunrado Moguntinæ Sedis Archiepiſcopo & Sabinenſi Epiſcopo, cooperante ſibi Ottone ſecundo Friſingenſi Epiſcopo.* Additur: *Idem Domnus Kunradus Archiepiſcopus paucis interjectis diebus diem ultimum clauſit, & ad ſedem ſuam depor-*

tatus, ibidem ſepulturæ traditus eſt. E quibus meritò dubitabit prudens Lector, num verum ſit illud, quod nonnulli tradunt, nempe Conradum Archiepiſcopum Moguntinum in itinere in Diœceſi Pataviensi deceſſiſſe. Cur enim Conradus ex Hungaria veniens Friſingam, ac ad ſuam ſedem properans, conſecrata Weihenſtephanenſi Eccleſia rediiſſet in Diœceſin Patavienſem, ex qua primùm venerat? Itaque mors illius potiori jure in Frinſingenſi, quàm Patavienſi Epiſcopatu eveniſſe omninò dicenda eſt, ut nemo non videt. Eodem interim anno ad ſuperos etiam evaſit Adalbertus Salisburgenſis Archiepiſcopus, ut Mezgerus tradit. Is ſedem Metropolitanam Eberhardo II. Truchſeſſio, antehac Brixinenſi Epiſcopo, conſcendendam reliquit.

Ubi mortuus ſit Conradus Archiep. Moguntinus?

Eberhardus II. Salisburg. Archiepiſcopus *Hiſt. Saliſb. L. 4. cap. 19. & 21.*

Anno Chriſti 1201. (ut fusè Raynaldus meminit) Innocentius III. Pontifex Maximus miſſis in Germaniam Legatîs cauſam Ottonis Brunſvicenſis approbavit, eúmque datîs ſingularibûs ad Colonienſem atque Salisburgenſem Archiepiſcopos: uti etiam ad hujus Suffraganeos Epiſcopos literis velut legitimum Regem coli præcepit. Diris devovebantur, qui Pontifici morem gerere detrectabant. Inter hos Patavienſis Epiſcopus, cùm Pontifici contumaciter ſeſe opponeret, Romæ ad dicendam cauſam ſe ſiſtere ſequenti anno juſſus eſt. Plura ſimilia de aliis etiam Germaniæ Epiſcopis ad utrumque illum annum Raynaldus conſcripſit, nihil verò de Ottone noſtro: unde conjecturam ducimus, eum votis Pontificis aut planè obtemperâſſe, aut cautisſima dexteritate cenſuras evitâſſe. Bojaria anno proximo Chriſti 1203. rursùs grandes ruinas perpeſſa eſt. Cùm enim Eberhardus Salisburgenſis Archiepiſcopus ob clientelam & Parochiam Utinenſem à Ludovico Bojariæ Duce diſſideret, & Conradus Ratisbonenſis Epiſcopus profanos Eccleſiarum tutores, ſive *Advocatos*, eo munere vi deturbare conaretur, utrique verò Antiſtiti Dux etiam arma opponeret, Bojaria pene univerſa cladibûs ingentibûs, rapinîs, atque incendiis miſere vaſtata eſt. Neque vero ſimile videtur, iis malis Friſingam ſubducere ſeſe potuiſſe, quamquam nullibi legamus, Ottonem Epiſcopum alterutri litigantium parti faviſſe. In Weihenſtephanenſi Kalendario ad eum annum ſynchrona manu hæc fuère notata ſequentibus verbis: *Hoc anno*, inquit Chronologus, *Bojaria multis malis ſubjacuit Ludewico Duce Werram habente. Nam incendiis & rapina tota terra devaſtata eſt.* Concinunt Faſti Weſſofontani in hæc verba. *Anno Domini 1203. propter Guerram inter Epiſcopum Conradum Ratisbonenſem, & Ludovicum Ducem Bavariæ pene tota provincia incendio periclitatur. Huic Conrado confœderatus fuit Dominus Bernardus Archiepiſcopus Salisburgenſis &c.* Simillima Stero Altahenſis Monachus ſcripta reliquit. Friſingam noſtram eo turbine fuiſſe tandem involutam, ex infra dicendis clariùs apparebit. Ita dum Principes mutuîs inter ſe odiis committuntur, etiam innocentes turbis ac diris vexationibus implicantur.

Papa optat Othonem ab omnibus recipi in Imperatorem.

Turbæ in Bojaria.

Eodem anno dum Apoſtolica Sedes multas in Germaniam literas pro Ottone mittit, quædam etiam epiſtola conſignata eſt Patavienſi, Friſingenſi, & Eiſtettenſi Epiſcopis, qua non Ottonis, ſed Philippi cauſa majorem etiam in modum commendabatur. Impoſtorum hæc ſtropha erat, ut rumor in Germania ſpargeretur, Pontificem mentem mutâſſe, eóque pacto, qui Philippi factioni adhæſerant, confirmarentur, cæteri verò in Philippi partes adducerentur. Verúm ea re Romam delata literas in Germaniam Pontifex miſit, quibûs dolum detexit, affictâsque ſibi literas verbîs graviſſimîs confuta-

Gravis impoſtura.

Detegitur.

Digitized by Google

ſutavit. Et quoniam Cardinalium quoque nomine per Germaniam ejuſdem farinæ literæ circumferebantur, ipſi quoque Cardinales datîs ad Germanos literîs calumniam à ſe depulerunt. Sanè Pontifex eodem anno poſtea adhuc alias duas epiſtolas Salisburgenſi Archiepiſcopo, atque Epiſcopis eidem ſubjectis ſcripſit, quibus dolorem animi ſuper facinoroſis fautorum Philippi ſceleribus teſtatum fecit, eóſdemque Epiſcopos, ut Ottoni adhærerent, impensè commonuit.

Papæ conſtantia pro Othone.

Rebus Philippi eum in modum ſemper in deteriora inclinantibus Otto Brunsvicenſis ſequenti anno, Chriſti 1204. proſperum rerum ſuarum ſucceſſum Pontifici ſignificavit, addiditque, ſe annô præteritô convocâſſe Principum conventum, è quibus Archiepiſcopus Salisburgenſis cum Epiſcopis Suffraganeis, Dux item Auſtriæ ac Bojariæ fidelitatem ſibi propediem juraturi eſſent. Lætus eo nuncio Pontifex rurſùs novîs cohortationibus eoſdem Principes animavit, ut fidem Ottoni tum præſtarent, tum ſervarent. Aſt quid tunc quidem Pontifex effecerit, meritò dubium nobis relinquitur, maximè cùm conſtet, Philippum adhuc poſtea Ratisbonæ tractatum quemdam inter Bojariæ Ducem, ac Epiſcopum Ratisbonenſem concluſum, ratum habuiſſe. Fortaſſis ut ſupra diximus, Boii vicinæ Suevicæ, eidémque fœderatarum potentiarum metu à Philippo palàm recedere nondum conſultum exiſtimârunt. Ratisbonenſis ille Epiſcopus, de quo modo diximus, erat Conradus Frontenhuſius, ſtirpis ſuæ ultimus, antehac ſummæ ædis Friſingenſis Præpoſitus, & hoc eodem anno ad Mytram Ratisbonenſem vocatus, Succeſſor Conradi II. veluti in Mauſolæo S. Emmerammi refertur: cui conſonat Chronicon generale Andreæ Presbyteri Canonici Regularis apud P. Bernardum Pezium, eadémque ad eundem annum tradit Stero Altahenſis, qui addit, eodem anno Eberhardum Salisburgenſem Archipræſulem, ac laudatum Conradum Ratisbonenſem Antiſtitem cum Ludovico Bojariæ Duce in gratiam rediiſſe. Cæterùm eodem anno Landishutana elegantiſſima civitas primordia ſua accepit, uti ex faſtis Weſſofontanis intelligimus, ubi ſequentia legimus. *Anno Domini 1204. Ludovicus Dux Bojariæ caſtrum & civitatem Landshuet conſtruere cæpit.* Idem ex Andrea Presbytero atque Arenbeckio Adelzreitterus docet, atque adjungit, ad prohibendam graſſatorum licentiam, ſpeculam monti, in quo hodie Ducum Regia viſitur, fuiſſe impoſitam, unde civitas nomen *Provinciæ Defenſatricis* (nempe Landshuet) acceperit. Ita illi.

Conradus ex Præpoſito Friſingenſi Epiſcopus Ratisbonenſis.

cap. 42.

Tom IV. Anecdot. part. III.

Pax in Bojaria.

Origo Landshuti.

Otto noſter conſecrat Eccleſiam Ottoburanam.

Legimus in *Suevia ſacra* Domini Franciſci Petri, eodem anno Eccleſiam Imperialis Monaſterii Ottoburani pridie Feſti S. Michaelis ſacris cæremoniis fuiſſe initiatam ab Ottone Epiſcopo noſtro Friſingenſi. Id cur factum ſit, colligimus ex Hierarchia Auguſtana Viri Clar. P. Corbiniani Khamm, dum de Hartwico II. Epiſcopo Auguſtano ſcribit, eum quidem anno Chriſti 1202. fuiſſe ad normam Canonum electum; aſt Pontificiam confirmationem primùm poſt quinquennium fuiſſe conſecutum, eò quòd illo tempore Philippo adhæſiſſet. Vacante igitur Auguſtana ſede absque dubio Dedicationes Eccleſiarum extranei Epiſcopi operâ fieri debuêre.

Conſecratio Eccleſiæ Cath. Friſing. & Translatio S. Corbiniani.

Ad annum ſequentem hæc annotavit Weſſofontanus Chronologus: *Anno 1205. Major domus Friſingæ Sanctæ Mariæ conſecratur, & Corpus Beati Corbiniani Epiſcopi glorioſa translatione ſublimatur.* Ex quo, nî fallimur, egregiè ſtabilitur illud, quod ſupra annotavimus, nempe inter alia Bojariæ loca etiam Friſingam ex bello Bavarico ruinas paſſam fuiſſe. Reſtaurationem Majoris Eccleſiæ, atque Divi Corbiniani glorioſam illam Translationem Ottoni Epiſcopo eſſe referendam in acceptis, nemo prudens inficiabitur. Addit ad eundem annum idem Scriptor Weſſofontanus. *Poppo Patavienſis Epiſcopus obiit. Cui Manigoldus*) Epiſcopi noſtri Ottonis Ger-

Abbas Tegernſeenſis fit Epiſcopus Pataviensis.

manus) *Abbas de Tegernſee ſucceſſit.* Verùm Manigoldi electionem tum monumenta Tegernſeenſia, tum Stero Altahenſis ad annum ſequentem, Chriſti 1206. differunt. Fortè ad annum ſuperiorem pertinet electio Manigoldi, ad poſteriorem conſecratio. Eædem Tegernſeenſes membranæ innuunt, Innocentium III. Pontificem anno ſuperiori (Chriſti 1203.) omnia Privilegia ſuorum Anteceſſorum pro Monaſterio Cellæ S. Martini, nempe Dietrami-Cellenſi, confirmâſſe. Pontificias literas iterum Gewoldus in Additionibus ad Hundium in lucem protraxit.

Tom. 2. pag. 257.

§. IV.

Novæ in Imperio turbæ cum geſtis Synchronis usque ad annum Chriſti 1220.

Adolphus Metropolitanus Colonienſis gradu movetur.

ANnô Chriſti 1205. Adolphus Colonienſis Archiepiſcopus, ab Ottone Brunsvicenſi, legitimo Rege atque electo Imperatore turpiter diſcedens, Philippo auſus eſt coronam imponere, meritus ipſe, accuſante proprio Clero exauctorari à Pontifice, qui in protegendo Ottone totus erat. Triſtior eidem Ottoni ſequens annus (Chriſti 1206.) erat, quo is à Philippo, proditoris cujusdam operâ, eò adactus eſt, ut fugâ ſalutem quærere ægrè potuerit. Et quamvis poſtea uterque electus agente Henrico de Kaliuthin Coloniæ ad colloquium convenerit, multáque de reſtauranda amicitia tractaverit, adeò tamen nihil effectum eſt, ut Otto, fuſo exercitu ſuo, ad petenda à Joanne Rege, avunculo ſuo, auxilia in Angliam ſeſe conferre debuerit, uti etiam ab eodem Rege magno cum honore ſuſceptus, ingentíque vi auri donatus, poſtea rurſus in Germaniam ad ſuos reverſus eſt.

Colloquium duorum Regni Candidatorum infructuoſum.

Philippo cum in modum feliciter quidem fluebant cætera omnia, præterquam quòd Pontificem ſibi conſtanter adverſari, neſcire non poſſet. Hinc Papæ quoque favores ſibi conciliaturus Oratores quosdam quà nobilitate quà rerum gerendarum dexteritate conſpicuos, Romam miſit, qui honeſtiſſimîs conditionibûs propoſitîs Pontificem exorarent, ut ſui electionem tandem ratam habere dignaretur. Verùm Pontifex, qui Ottonis ordinationem jam antehac probaverat, Regnum Ottoni abrogare nec volebat, nec poterat. Id unum proinde conſilii capere tunc placuit, ut in Germaniam legati mitterentur, qui ad conciliandos conjungendósque Principum animos omnem operam ſtudiúmque conferrent. Illi fuêre Hugo Oſtienſis Epiſcopus, & Leo tituli S. Crucis Presbyter Cardinalis, qui acceptîs ad Germaniæ Principes Pontificiîs literîs iter ingreſſi ſunt. Otto Epiſcopus noſter anno MCCVI. IIII. decima Kalendas Martii effloreſcenti indies Monaſterio Regularium Canonicorum in Raittenbuech Eccleſiam B. M. V. in Greffolvingen donavit. Extant ejus rei teſtes literæ in hunc modum conſcriptæ.

Philippus aucupatur favorem Pontificis.

Legati Pontificis veniunt in Germaniam.

Raitenbuechenſi Monaſterio tribuitur Eccleſia in Greffolving.

IN nomine Domini & individue ſancte Trinitatis feliciter Amen. Otto DEI gratiâ Friſingenſis Epiſcopus. Quam ſit fiduciale, quámque meritorium locis Religioſis ſubvenire, ubi devota DEO jugiter impenduntur obſequia, nemo, qui Sacre Scripture novit teſtimonia, poterit ignorare. Omnis enim, qui ex caritate hoc fecerit, centuplum accipiet, & vitam æternam poſſidebit. Nos igitur deſiderio & ſpe tante remunerationis & intuitu Divine pietatis Eccleſie beate Marie in Raytenpuch, & hominibus ibidem DEO ſervientibus in tantillo ſubvenimus, quòd eis Eccleſiam in Greffolſingen cum omnibus ſibi attinentibus pleno jure tradidimus poſſidendam, & ad prebendam ejusdem Conventûs, quantum exinde fieri poteſt, meliorandam. Ita tamen, ut presbyter ibidem à Prepoſito Raytenpuchenſi inſtitutus à nobis inveſtiatur, & lege Dyoceſiana nobis & Ar-

& Archipresbytero per omnia teneatur: & inveſtitus non removeatur, niſi pro rationabili cauſa coram nobis vel Archipresbytero noſtro propoſita & probata. Facta eſt autem hec traditio anno ab Incarnatione Domini MCCVI. IIII. decima Kal. Mart. Ut autem hec traditio noſtra in perpetuum firma permaneat, impreſſione ſigilli noſtri & Chori noſtri procuravimus inſigniri. Hujus rei Teſtes ſunt ex Clericis Eggebertus Epiſcopus Pabenbergenſis filius Ducis Meraniæ. Hainricus Præpoſitus de Schlechdorf. Ortwinus Decanus Friſingenſis. Conradus Præpoſitus Mospurgenſis. Chunradus Cuſtos. Hainricus Major Plebanus. Hainricus Scholaſticus. Arnoldus de Gilli Archipresbyter. Hermannus Canonicus S. Andreæ. Ulricus Canonicus S. Viti, & ceteri. Ex Laicis verò teſtes ſunt Otto de Grienenperg. Hainricus de Granberch. Pernhardus de Wilhaim. Otto de Richolfesdorf. Hainricus de Paſingen. Albanus de Ellebach. Alber Thomech. Chunradus Camerarius Epiſcopi. Fridericus de Schwabingen & alii quam plures. Hæc tunc Otto Raitenbuechenſibus. Qui idem Epiſcopus anno ſequenti, Chriſti 1207. ab Innocentio III. Summo Pontifice juſſus fuit controverſias, quibus Salisburgenſes & Berchtesgadenſes Canonici Regulares collidebantur, cognoſcere, decidere, &, quidquid judicaturus eſſet, non obſtante ulla appellatione, etiam adhibitîs cenſurîs executioni mandare. Literas Gewoldus in Additionibus ad Hundium recitat. Nos eas N. 1366. exhibemus.

Otto Ep. componit litem inter Salisburgenſes & Berchtesgadenſes Canonicos. *Tom. 2 pag. 166*

Legati, de quibus diximus, Pontificii ſequenti anno in Germaniam delati, Auguſtam venêre. Ibi rursùm actum eſt de pace & concordia, ſed nullo ſecuto effectu. Cœperat tamen Pontifex Philippo fieri placatior, quippe quem, Raynaldo teſte, eodem adhuc anno ſacris reſtituit, cùm priùs è fidelium cœtu expunctus fuiſſet. Id Adelzreitterus Wolfkero, Aquilejenſi Patriarchæ tribuit, qui Pontificis animum qua excuſando, qua rogando leniverit. Et ſanè Philippus tum miſſis, ut diximus, Oratoribus, tum etiam humilibus datis literîs id promeritus eſſe videbatur. Interceſsêre etiam miſsîs ultrò citróque legationibûs tractatus, quibus Philippo Imperium, dum proviveret, obveniret, eíque Otto ſuccederet. Verùm totum illud negotium abrupit Otto Wittelſpachius, qui apud Philippum Prætorii præfecturam gerebat. Hic injuria quadam à Philippo irritatus, adeò exarſit, ut, cum Philippus Bambergæ poſt venæ inciſionem quietis causâ in cubiculum quoddam ſeceſſiſſet, ſtrictô gladiô irrueret, regiúmque guttur ferro transfigeret.

Papa propitiatur Philippo.

Qui ab Ottone Wittelſpachio interficitur.

Regis cæde vulgata, nemine deinceps contradicente, Otto, eo nomine quartus in Imperium ſucceſſit, ingenti animorum alacritate ſalutatus Auguſtus. Otto Wittelſpachius ſcelus ſuum proſcriptione luit: neque alia ſors Henrico Andecenſi, ejúsque fratri Ecberto Babenbergenſi Epiſcopo, ſceleris conſciis, obtigit. Ludovico tamen Bojariæ Duci, ejúsque hæredibus non ſolùm ejusdem provinciæ Ducatum Otto Rex confirmavit, verùm etiam Wittelſpachiorum atque Andecenſium feuda, quæ ii ab Imperatoribus acceperant, conceſſit, anno Chriſti 1209. Romæ ritu ſolemni coronatus Imperator, poſtquam juramentô ſeſe adſtrinxerat, ſe rebus Eccleſiæ nihil detracturum: quam tamen promiſſionem eodem adhuc anno Pontifici luculenter fefellit, dum eidem Faliſcos, Flaminiámque ademit, & inſuper Apuliam occupavit. Quo eodem anno Otto Wittelſpachius, qui Philippum interfecerat, ultione Divina ab Henrico Pappenheimio occiſus eſt. Porrò Ottonem Imperatorem, perfidiæ fruſtra commonitum, Pontifex deinceps ſemel, iterúmque diris devovit: cujus idcircò Imperium nutare cœpit, cùm plures Regni ſtatus eum desererent, ac de ſubrogando Friderico, Friderici I. filio, cui adhuc puerulo ſacramentum dixerant, quíque interim in Regno Neapolitano adoleverat, conſilia agitarent: eúmque tandem in-

Otto unanimi gratulatione fit Imperator.

Et coronatur.

Parùm gratus pro favoribus Pontificiis.

Et hinc diris devotus.

Germaniam ad ſceptrum revocarent. Bojariam noſtram anno Chriſti 1211. cum peſte & fame conflictatam fuiſſe, fideli ac ſynchrona manu Weihenſtephanenſi annotatum vidimus.

Cùm anno Chriſti 1212. Fridericus II. Imp. Berchtesgadenſi Monaſterio Privilegia ſua in Comitiis Ratisbonæ celebratis rata habuiſſet, poſt Syfridum Moguntinum Archiepiſcopum primô locô Otto Epiſcopus noſter nomen ſuum appoſuit. Literæ in Additionibus ad Hundii Metropolim exhibentur.

Tom. 2. pag. 181. item pag. 191.

Paulò pòſt Otto Epiſcopus noſter cum Gebhardo Comite de Hollenſtein ſequentem tractatum iniît. Comes eousque ab Eccleſia Friſingenſi beneficiario jure bona quædam in alpibus: item pagum Eching prope Ottenburgum, ac manſum in Günzenhauſen poſſederat. Ceſſit verò jure ſuo Comes, poſtquam Otto Epiſcopus eidem 205. marcas numeravit, ſicque ut Juriſperiti loquuntur, dominium directum cum utili conſolidavit. Contractui Hartwicus Aichſtettenſis Epiſcopus cum magno nobilium numero interfuit. Legimus in quodam cenſuali Epiſcopalis Cameræ libro, etiam ipſum caſtrum Ottenburgenſe fuiſſe Epiſcopo venditum à dicto Comite. Aſt certum manet, dictum caſtrum jam antehac proprietatis jure ad Eccleſiam Friſingenſem pertinuiſſe. Quòd ſi qualecunque jus aut ibi, aut in vicinia Comes habuit, eidem renunciâſſe itidem certum manet. Fortaſſis librarius hallucinatus eſt, dum ſub bonis caſtro vicinis, Ehinganis videlicet, & Gunzenhuſianis, ipſum caſtrum intellexit. Cæterùm eodem anno Epiſcopus noſter tractatum, inter Albertum Weſſofontanum Abbatem, ac Eberhardum nobilem de Swabing ſuper certis decimis Menzinganis initum, ſua autoritate roboravit, veluti ex quodam Weſſofontanorum Abbatum catalogo edocemur.

Tractatus inter Ottonem Epiſcopum & Comitem Hollenſteinium.

Literæ in Archivo Reverendiſs. & Illuſtriſs. Collegii Cathedr. extant.

N. 1367.

Sequenti anno Fridericus, cùm prælio non unô Ottonem Regem ſuperâſſet, Conventum Aquas indixit, ubi à Germaniæ Proceribus in ſede Magni Caroli repoſitus eſt. Qui ut Romanum Imperium ſibi ſtabiliret, providô conſiliô fœdus cum Galliæ Rege Philippo pepigit: ac annô proximô Ottonem exautoratum memorabili pugna debellavit.

Fridericus II. Imp.

Legimus in Chronico quodam Salisburgenſi, quod Henricus Caniſius *Sexto Tomo antiquarum Lectionum* inſeruit, eodem anno, Chriſti 1214. in quadam Synodo Romæ celebrata Chiemenſem Epiſcopatum fuiſſe inſtitutum, & Rudigerum (de Radegk) ſedi noviter erectæ fuiſſe impoſitum. Additur, eodem anno Concilium provinciale ab Eberhardo Salisburgenſi Archiepiſcopo fuiſſe celebratum, cui Patavienſis, Friſingenſis, Gurcenſis, & Chiemenſis Epiſcopi interfuerint; Ratisbonenſem vero propter ſeditionem ſuæ civitatis comparere non potuiſſe, & ideò Præpoſitum, Decanum, atque Scholaſticum majoris Eccleſiæ ſuô locô miſiſſe. Subjungitur, in eo Concilio Prælatos Monaſteriorum totius Provinciæ, qui non comparuerant, fuiſſe excommunicationis fulmine percuſſos à Metropolitano, ejúsque ſententiam ab Honorio Papa fuiſſe poſtea confirmatam. Hæc ibi: verùm juxta aliud Chronicon Salisburgenſe, quod nuper P. Hier. Pezius edidit, item juxta alios etiam Scriptores pleráque horum rectius ad ſequentes duos annos differuntur, ita ſcilicet, ut erectio quidem Epiſcopatûs Chiemenſis ad annum 1214. Confirmatio verò atque primi Epiſcopi Inſtitutio ad annum 1215. Synodus denique, & Archiepiſcopalia anathemata ad 1216. reponantur. Neque enim Honorius III. Pontifex ante annum Chriſti 1216. Innocentio III. in ſolio Petri ſucceſſit, ut ad eum annum Raynaldus demonſtrat: qui acta illa omnia usque ad annum Chriſti 1219. & 1220. differt, quod etiam dudùm Stero noſter in annalibus ſcripſit. Cauſas in prædicta ſynodo tractatas, ut Mezgerus ait, etſi à Scriptoribus ſingulatim non pro-

Inſtitutio Epiſcopatûs Chiemenſis.

Digitized by Google

proditas, facilè eſt conjicere: nempe Reformationem rerum & morum ad Decreta celeberrimi Lateranenſis Concilii nuper Romæ ab Innocentio III. celebrati. Item inſtitutionem novi Epiſcopatûs Seccovienſis in Styria, cujus primus Epiſcopus dictus eſt Carolus, antea Friſacenſis Præpoſitus, cui inſtitutioni facilem aſſenſum Honorius Pontifex præbuit.

Erigitur Epiſcopatus Seccovienſis.

Verùm ne Innocentii III. (Pontificis verè maximi) laudes penitus neglexiſſe videamur, monemus Lectorem cum R. P. Gregorio Kolb S. J. eum ſumma auctoritate rexiſſe Chriſtianos Principes, adeò, ut eorum *moderator*, & *Ludimagiſter* per jocum ſæpe fuerit appellatus. Inter cæteras res maximas plurimáſque geſtas ad Innocentium non poſtremô locô pertinet, quòd ab eo quatuor celeberrimi Ordines noviter inſtituti Romanam Eccleſiam ornare, ac per orbem univerſum promovere cœperint. Primus eorum ſub ejus Pontificatu ſurrexit fundatore Divo Dominico anno ſalutis 1205. Alter inchoatus à Divo Franciſco anno 1209. Tertius erat Fratrum Eremitarum Divi Pauli Eremitæ in Hungaria à D. Euſebio Strigonienſi fundatus anno 1215. Quartus denique à ſanctiſſima Trinitate appellatus, cui Romæ initium eodem anno S. Joannes de Matha dedit. Hæc ferè laudatus P. Kolb. Deceſſit Innocentius Peruſii ſive XVI. ſive XVII. Kal. Auguſti anno Chriſti 1216. Pontificatûs ſui decimô nonô, uti Raynaldus probat, Sedem Petri Centio Romano, illuſtri Sabellorum genere nato relinquens, qui Honorii III. nomen aſſumpſit: de quo jamjam dicere cœpimus. Sed nunc ad viciniora reducendus eſt ſtilus.

Laudes Innocentii III. PP.

SS. Dominicus, Franciſcus, Euſebius Strigonienſis, & Joannes de Matha.

Honorius III. PP.

Novum civitatis Friſingenſis incendium Weihenſtephanenſes faſti ad annum 1215. Weſſofontani ad 1216. Arembeckius ad annum 1217. reponunt. Hic, Sixti Friſingenſis Epiſcopi Capellanus, qui anno Chriſti 1495. Opus ſuum eidem Epiſcopo inſcripſit, ſic habet: *Anno Chriſti 1217. - - - Civitas Friſingenſis & Major Eccleſia, atque S. Andreæ, domúſque Canonicorum igne conflagrantur, & ab Epiſcopo Ottone II. eodem anno renovantur.* Ita ille. Nos, quamquam in membranis Epiſcopalis chartarii de hoc incendio nihil annotatum reperiamus, atque ex tot unius urbis incendiis pene perplexi reddamur, teſtimoniis tamen illis fidem denegare neutiquam audemus. Quòd ſi Otto Epiſcopus inter tot alias curas Eccleſiam ſuam urbémque rursùs in cineres collapſam vidit ac reſtituit, verè *multa tulit, fecitque.*

Novum Friſingæ incendium.

In Schyrenſi Chronico legimus, Ottonem noſtrum anno Chriſti 1225. loci illius Eccleſiam DEI atque Deiparæ honoribus dedicâſſe. Aſt errorem irrepſiſſe in deſignationem anni manifeſtum eſt, cùm Otto II. Epiſcopus jam deceſſerit anno Chriſti 1220. uti ſuo loco demonſtrabimus. Itaque Eccleſiam Schyrenſem potiùs anno Chriſti 1215. conſecratam fuiſſe exiſtimabimus. Id quod diſertè legimus in Codice Tegernſeenſi, cui titulus: *Catalogus Paparum, Imperatorum &c.* ubi dum de Conrado primo Schyrenſi Abbate agitur, ſequentia habentur. Sub eo Monaſterium *Deiparæ Virginis* (Schyrenſe) *conſecratum eſt ſeptimo Idus Octobris ab Ottone III.* (rectiùs II.) *Epiſcopo Friſiorum* (nempe Friſingenſium) *Anno 1215.*

Dedicatio Eccleſiæ Schyrenſis.

fol. 62. b.

Ejuſdem Ottonis fratrem Manegoldum Patavienſem Epiſcopum, eodem anno è vita migrâſſe Brunnerus aliique ſcribunt. Hic Manegoldus Ottoni II. Epiſcopo noſtro, fratri ſuo, recognovit jus præſentationis Capellæ in Enzerſtorff Patavienſis Diœceſis, quæ Friſingenſi Eccleſiæ aliquanto tempore fuerat ſubtracta. Literarum tenor eſt, qui ſequitur.

Jus præſentandi in Enzerſtorff.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Mangoldus Patavienſis Epiſcopus &c. Cum quilibet hominum ſuo jure contentus eſſe debeat, ad noticiam cunctorum Chriſti fidelium revocamus, qualiter piæ memoriæ frater & An-

teceſſor

teceſſor noſter Theobaldus venerabilis Patavienſis Epiſcopus Eccleſiæ Friſingenſi Jus præſentacionis in Capella Enzinsdorf diu ſibi alienatum, & indebitè ſubtractum recognovit, ſalvo jure Patavienſis Eccleſiæ, quod in decimationibus hactenùs habuiſſe dinoſcitur, & deinceps eſt habitura. Hoc autem factum eſt annuentibus & conſencientibus Canonicis pariter & Miniſterialibus Eccleſiæ Patavienſis, quorum hæc nomina ſunt. Tagino Decanus. Ulricus Ardakenſis Præpoſitus. Burchardus de Kambe Canonicus. Maginhalmus Plebanus & Canonicus. Chunradus de Gorchuſen Canonicus. Rudigerus de Aheim Canonicus. Richerus Scholaſticus & Canonicus. Chunradus de Sirnich Canonicus. Richkerus de Weſen. Luitholdus de Sauerſteten. Comes Ulricus de Berge. Nos igitur memoratum fratris noſtri factum tali modo confirmantes decernimus, quod ad peticionem Friſingenſis Epiſcopi in prænotata Capella Sacerdos inſtituatur, & ſicut prælibatum eſt, Patavienſis Eccleſiæ decimationes tocius prædii ſubjurisdictione dictæ Capellæ conſiſtentes integraliter & in omni tranquillitate poſſideat. Et ut hæc ita deinceps rata & inconvulſa permaneant, hanc inde paginam conſcribi fecimus, impreſſionis noſtræ ſigillô roboratam. Hæc Manegoldus fratri ſuo Friſingenſi Epiſcopo. Succeſſorem Manegoldi Udalricum fuiſſe itidem fratrem tum Manegoldi, tum Ottonis noſtri, Brunnerus exiſtimat. Verùm eam opinionem jam alibi impugnavimus. Quòd ſi ſucceſſor Udalricus ſanguine tum Ottoni, tum Manegoldo junctus fuit, cognatus potiùs quàm frater ejus dicendus eſſe videtur.

Wolferſtorfenſis Eccleſia aſſeritur Neocellenſibus.

Otto Epiſcopus noſter anno 1215. Neocellenſibus Eccleſiam in Wolſersdorf, quam quidam Decanus in Artenkirchen in controverſiam traxerat, ſtabilivit. Literas Ottonis aſſervant Neocellenſes, quas, quia ſolìs nominibûs mutatìs, planè conveniunt cum ìis, quas alibi, nempe ad annum 1191. de Capella in Grunelingen adduximus, hìc inſerendas eſſe, non cenſuimus. Teſtes tamen numerantur hoc ordine: *Eberhardus Abbas de Wibenſleven. Chunradus Abbas de Schieren. Ulricus decanus de Moſeburch. Conradus de Sandolteshuſen. Hartliebus de Muoren. Geroldus Notarius Ducis. Ortwinus Canonicus Majoris Eccleſiæ. De Miniſterialibus Epiſcopi. Guntherus Marſchalcus. Hainricus Camerarius, & frater ſuus Fridericus. Rudolphus Verting. Bertoldus de Vagen. Sigehardus Dapifer. Herrandus de Riſen. Ulricus Tumbe. Ulricus de Stizzingen. Albero de Altenhauſen. De familia S. Petri. Ulricus Zudrinch Chunradus Wuuel. Albertus ædificator. Wernherus Villicus de Altenhuſen. Eberhardus de Ruodelſingen, & Chunradus Mutel. Acta ſunt hæc in præſentia noſtri* (nempe Ottonis Epiſcopi) *Anno Dominicæ Incarnationis MCCXV. anno Pontificatûs noſtri XXXIII. feliciter Amen.* Hæc habentur in Libro Traditionum Neocellenſium. Ubi

pag 8.

tamen advertimus, in numero anni Pontificatûs Ottonis delendas eſſe tres monades, cùm annus Chriſti MCCXV. non reſpondeat anno Ottonis XXXIII. ſed XXX.

Anno Chriſti 1217. rursùs ſacram expeditionem moliuntur Chriſtiani Principes, de qua Brunnerus, Raynaldus, Dükerus aliique agunt, ad quos Lectorem remittimus.

Confirmatio privilegiorum Cremiſanenſium.

Otto Epiſcopus noſter eodem anno numeratur inter teſtes in Diplomate Cremiſanenſi, dato Pataviæ Kalendîs Julii, quo Fridericus II. Rex, atque electus Imperator ei Monaſterio libertatem confirmavit. Teſtes hoc ordine ponuntur. *Otto Friſingenſis Epiſcopus. Ulricus Patavienſis Epiſcopus. Ludwicus Dux Wawariæ Palatinus Rheni. Diepoldus Comes de Hohenburch. Rapoto Palatinus Wawariæ, Henricus Comes de Ortenburch. Egeno Comes de Urach. Chunradus Hallegravius de Wazzerburch. Ulricus Comes de Chlamm &c. &c.*

Eodem

Eodem anno Otto Epiſcopus noſter Heinrico Tegernſeenſi Abbati omne jus, quod in Eccleſia Saxenkam habebat, reſignavit, ut Hundius in Metropoli refert: cui conſonant Monumenta Tegernſeenſia apud Cl. P. Bernardum Pezium, ſæpiùs hactenùs allegata. Ex quibus omnibus conſtat, Ottonem noſtrum ad varia beneficia Viris Religioſis exhibenda fuiſſe ſemper paratiſſimum.

Eccleſia Saxenkam. *Tom. III. p. 393.*

In vetuſto Kalendario Weihenſtephanenſi legimus, eodem anno Chriſti 1217. Cometam apparuiſſe, fame per univerſam Bojariam, Auſtriam, Marchiam atque Hungariam ſecuto. Refert Raynaldus in continuatione Annalium Baronianorum ex Alberto Stadenſi, & Thoma Cantipratano, Ottonem IV. Imperatorem exauctoratum anno Chriſti 1218. maximìs pœnitentiæ ſignìs editìs ab excommunicationis ſententiâ demùm feliciter abſolutum fuiſſe, ac per ignem purgatorii ad cœlos evolâſſe. Stero tamen noſter ejus obitum ad annum ſequentem differt, & addit, eum Inſignia Regalia conſignâſſe Henrico Palatino Rheni, Friderico Regi tradenda. Ad hunc tamen annum 1218. idem Scriptor tradit, Straubinganum oppidum à Ludovico Duce fuiſſe conditum: quod rursùs alii itidem ponunt ad annum ſequentem 1219. quo Fridericus Rex varia jura ac privilegia Norimbergenſibus conceſſit. Diploma Palatius refert, in quo inter teſtes primo loco notantur *Eberhardus Salzburgenſis Archiepiſcopus. Otho Freiſingenſis Epiſcopus. Seyfridus Auguſtanus Epiſcopus. Aquenſis Præpoſitus. Ludovicus Comes Palatinus Rheni & Dux Bavariæ. Leopoldus Dux Auſtriæ. Bernhardus Dux Carinthiæ*, ac plures alii primæ nobilitatis viri.

Ottonis IV. Imp. mors. *Origo civitatis Straubinganæ.*

Ipsô annô Chriſtiani pugiles Damiatam, Ægypti urbem munitiſſimam admirabili tum aſtu, tum fortitudine expugnârunt, præſente, ut quidam addunt, S. Franciſco Seraphico. Stero tamen ei facto annum ſuperiorem aſſignat: quo, Bucelino teſte, natus eſt Rudolphus Habſpurgicus, poſtea Imperator, vel pro ipſa felicitate, & tanti generis per ipſum ad ſummum gloriæ culmen evectione inprimis memorandus.

Rursùs eodem anno Otto Epiſcopus Schefftlarienſibus ſequentem gratiam conceſſit, quam verbìs illius exprimimus.

*OTto DEI gratiâ Friſingenſis Epiſcopus dilectis in Chriſto C. * Præpoſito, & univerſis fratribus in Scheffllarn ſalutem in Domino. Super eo, quod jam diu, ac multâ inſtantiâ poſtulâſtis à nobis, videlicet, ut apud capellam, quæ in veſtro prædio in loco, qui dicitur Wakkerſperch, ſita eſt, & à nobis conſecrata, permitteremus Divina, & cetera ſacramenta neceſſitatis fieri. Vos ea de cauſa in veſtre petucionis aſſenſu tardiores nos inveniſtis, quia hæc talia Eccleſiaſtica inſignia, videlicet Baptiſmus, funeratio, & decimacio ad Parochiales Eccleſias, & nequaquam ad earundem ancillas, ſcilicet capellas, jure canonico pertinet. Verumtamen poſtmodum ſuper hoc pleniùs habita conſideracione, & ad animum revocantes, quòd in omnibus obſequiis nobis, & Eccleſie tam devotam, quàm debitam geritis voluntatem, & reverenciam, tamen eciam, quia in ſupra dicto prædio veſtro habitantes, tanquam laborioſi cultores inculte terre ſparſim in convallibus, & nemoribus quoquo modo vix adherent, ne de cætero per ſuam negligentiam, aut ex tanta, ſicut hactenùs, Eccleſiaſtici proviſoris abſencia in ſacramentis habeant periclitari, veſtram peticionem pleno effectu admiſimus, ipſámque præſenti ſcripto noſtri ſigilli auctoritate munito confirmavimus. Actum eſt hoc anno Incarnationis Dominice MCCXIX. Friſinge in Cena Domini. Sed hæc omnia abſque præjudicio Matricis Eccleſie ſue.* Ita ibi.

* *Conrado.* *Eccleſia in Wakkerſperg.*

Anno Chriſti 1220. Henricus, Friderici II. filius, in comitiis Francofurtenſibus, Romanorum Rex fuit proclamatus. Fridericus ipſe eodem

Digitized by Google

Fridericus II. coronatur.

anno Dominicâ ante Adventum proximâ unà cum conſorte ſua Conſtantia Imperialem coronam Romæ à Pontifice accepit, poſtquam eidem promiſit, ſe non ſolùm militaria ſubſidia in terram ſanctam miſſurum, verùm etiam ſuâ ipſius præſentiâ rem Chriſtianam ibidem pro viribus curaturum. Ludovicum Boium coronationi interfuiſſe, Brunnerus narrat. Addit Raynaldus, eodem die Fridericum poſt Imperialis coronationis pompam in Vaticana Baſilica egregias pro tuenda Eccleſiaſtica immunitate ac dignitate leges tuliſſe. Has ſi poſtea ſervâſſet ipſe Fridericus, nunquam Pontificis indignationem incurriſſet. Verùm de his plura in conſequentibus.

Idem annus Chriſti 1220. ſupremus fuit Ottoni noſtro, ut tum monumenta Friſingenſia, Weihenſtephanenſia & alia, tum Scriptores conſenſu tradunt, quamquam Mellicenſe Chronicon à P. Hier. Pezio editum ſtatuat annum Chriſti MCCXIX. Priusquam tamen Ottonis mortem referamus, ea commemoranda ſunt, quæ ſub ejus regimine certò geſta fuère, tempore tamen & anno incertis.

§. V.

Acta certa ſub Ottone II. Epiſcopo, annis tamen dubiis. Item Ottonis mors.

Incommoda Eccleſiarum ab Advocatis.

NEminem unquam Germaniæ Eccleſiis magìs noxium fuiſſe, quàm eos, quibus earum defenſio, ſeu, ut appellare conſueverant, Advocatia fide optima commiſſa fuerat, ii facilè intelligent, qui & antiqua Eccleſiarum chartaria, & Annales Eccleſiaſticos attentè excuſſerunt. Certè id genus hominum non ſolùm patrimonia Eccleſiarum ſibi ſæpiſſimè turpiter uſurpârunt, locisque ſacris ſubtraxerunt, verùm etiam litium graviſſimarum materias ſacris Præſulibus frequentiſſimè faceſſiverunt. Id poſt & inter tot alios Epiſcopos, & Eccleſiarum Rectores luculenter expertus eſt Otto Epiſcopus noſter, quando ejus tempore Friſingenſi ærario non ſolùm in Bojaria, verùm etiam in Auſtria & Carniola ab ejusmodi peculatoribus ingentia damna fuère illata. Et licèt aliquando ejusmodi prædones iniquitatis ſuæ commoniti ablata prædia Eccleſiis reſtituerint, id tamen commodi è rixis inde exortis plerúmque retulère, ut prædia, quæ vel antehac non ſine manifeſta injuria in ſuos uſus converterant, vel de ſuis redhibere compulſi fuerant, poſthac ſibi ſuisque hæredibus jure beneficiario committerentur. In eorum numero ſub Ottone Epiſcopo noſtro recenſendus venit Bernardus Carinthiæ Dux, qui, teſte Megiſero, fratri ſuo Udalrico anno Chriſti 1202. in Ducatu ſucceſſerat. Huic commiſſa à Friſingenſibus Epiſcopis fuerat defenſio Friſingenſis dominii in Lonkke, id eſt Lacopoli, vulgò Biſchoffs-Lak, Carniolæ urbe. Verùm is factâ ſibi gratiâ abuſus, non ſolùm debita Defenſoris munia non explevit, verùm etiam Friſingenſibus cenſibus plurimùm detraxit, adeò, ut Otto Epiſcopus coactus fuerit Ducis avaritiæ ſeſe quovis modo opponere. Poſt plures tractatus conventum denique eſt, ut Dux è bonis ſuis hæreditariis Eccleſiæ Friſingenſi aſſignaret *manſos triginta*, nempe duodecim in *Tunelindorf*, decem in *Haulocb*, & octo in *Arcb*, ita tamen, ut eos ab Eccleſia Friſingenſi tum ipſe, tum ipſius hæredes utriusque ſexûs, filii ſcilicet, filiæque, vel etiam, ſi Duci videretur, ipſius uxor hæreditario ac perpetuo jure in feudum reciperent. Cùm poſtea idem Dux nova

Annal. Carinthiæ Lib. 8. pag. 839. Ejus lites cum Bernardo Carinthiæ Duce.

Lacopo-

Digitized by Google

Lacopolitanis damna intuliſſet, rursùs novas contra eundem querelas movere Otto Epiſcopus debuit. Quare idem Dux ad reſarciendam Eccleſiæ Friſingenſis jacturam rursùs triginta *Hubas* apud Nazzenum Epiſcopo aſſignavit, ita tamen, ut easdem rursùs in beneficium ab eodem reciperet: quo facto tandem litibus datus eſt finis: ac Bernardus Dux ſuas, parentúmque ſuorum culpas quadantenùs eluit. Inſtrumenta horum tractatuum in Parte Altera recitamus. N. 1368. 1369.

In eadem quoque Lacopolitana ditione Hainricus Hiſtriæ Marchio, Ottonis Epiſcopi noſtri conſanguineus (quippe cujus avus Bertholdus Giſlæ, quæ Mater Ottonis fuerat, frater fuit) in Bona Friſingenſis Eccleſiæ involaverat. Cùm verò Epiſcopus Majorem Eccleſiæ ſuæ, quàm ſanguinis rationem haberet, effecit, ut Hainricus eidem quinquaginta Hubas ſub caſtro Michob * addiceret, quas tamen itidem in feudum accepit. Tractatus utriusque Principis ſigillô communitus fuit. Aliud incommodum cum Henrico Marchione Hiſtriæ.

* *ibid.* Müchau *Lib. Trad IV. pag.* 121. *d.*

Graviora paſſus eſt Otto Epiſcopus noſter in bonis Auſtriacis Chunratshaim, & Waidhofen à Chunrado Comite de Pilenſtain. Cùm enim prædictus Comes caſtra illa, atque eorum prædia ſibi uſurpâſſet; ea quidem Imperatoris mandato Otto Epiſcopus recepit: verùm Chunrado mortuo, ea rursùs à Friderico ejus filio Eccleſiæ ſuæ erepta vidit. Ab hoc cùm prædia illa atque oppida non ſine gravium ſumptuum & laborum impendio iterum evicisſet, Nepos Friderici ea hæreditario jure ſibi vindicare ſtuduit. Illo quoque ejùsque filio rebus humanis exempto Fridericus Comes de Moren, ex eodem ſanguine oriundus, prædicta bona invaſit, tantáque damna Epiſcopo intulit, ut is denique ad Auſtriæ Ducem appellare compulſus fuerit. Pronunciavit Auſtriæ Dux, caſtrum unum impoſterum in Epiſcopi, alterum in Comitis uſus convertendum eſſe. Verùm aliter judicavit ſupremus Judex DEus, dum Comitem ad Divinum tribunal evocavit, ac terris & iniquis poſſeſſionibus eripuit: quo facto Epiſcopus etiam alterum caſtrum recuperavit: qui nemini poſthac defenſionem caſtrorum illorum committere voluit. Eodem ferè modo Epiſcopus Eccleſiæ ſuæ vindicavit Caſtrum *Ramſperg*: quod ut alteri deinceps beneficiario jure concederet, nec terroribûs nec precibûs flecti potuit. Ea de re rursùs agimus in Altera parte, cui Inſtrumentum inſerimus. Aliud cum Comite de Pilenſtein. N. 1370.

Bojariæ quoque Dux Friſingenſi ærario gravibus exactionibus multa ſubtraxerat, ac ſponte ſibi aſſertas Defenſoris partes neutiquam expleverat. Huic ut ſeſe Otto Epiſcopus opponeret, Caſtrum Ottenburgenſe gravibus impenſis communiit, ac tandem liti finem feliciter impoſuit. Ita habet Quartus ſeu Magnus Traditionum Friſingenſium liber. Clariùs ſcripsêre Aventinus, Brunnerus atque Adelzreitterus. Brunnerum audiamus. „Friſinga, inquit, interim Ottonem Epiſcopum maximîs rebûs „patratîs, & optimè geſta republica charum omnibus, publico luctu ex„tulit. Inter Ottonis opera etiam belli cum Monacenſibus & Ludovico „Duce ob vectigal ſalinarium geſti fit mentio, cui Philippus Rex pro „ſummo jure interceſſit, certam auri ſummam ærario Epiſcopali inferen„dam ſanciens: quo temperamento Epiſcopis demùm eſt ſatisfactum.„ Hæc Brunnerus. Item cum Bojariæ Duce.

Similia jùrgia ne circa caſtrum Wartenberch in Carniola haud procul Lacopoli ſitum, emergerent, Otto, providiſſimus rerum ſuæ Eccleſiæ cuſtos, illud unà cum prædiis attinentibus à Comite Ottone de Ortenberch ingenti pretio redemit: qui Comes, dum adhuc inter vivos degebat, caſtrum cum prædiis Epiſcopo ceſſit, ne poſt ipſius fata fratrueles ſui Epiſcopum poſſent impetere, vel caſtrum hæreditatis titulô Novæ cautelæ in Carniola.

Digitized by Google

ſibi depoſcere. Otto capta caſtri poſſeſſione ſtatim illud ſolo æquavit, tum ne illud dicti Comitis fratrueles occuparent, eòque præſidio ſeſe tueri poſſent: tum quòd ipſa Friſingenſis Eccleſia in vicina Lakopoli caſtrum haberet pro ratione illius temporis munitiſſimum, è quo loci Præfectus injurias à prædiis re-
N. 1371. demptis depellere facilè valeret. Tractatus hic fuit concluſus præſente Udalrico Carinthiæ Duce, Bernardi fratre atque prædeceſſore. Eòdem modo
N. 1372. feudum in villa Mutradorf prope Kats ſitum Otto Epiſcopus numeratis 80. marcis: item à Gebhardo Comite de Kreglingen vicum Ehing, ac vineas
N. 1373. in Velterns 300. marcis redemit.

Otto Epiſcopus ſemper providus Oeconomus. Ad augendas quoque Eccleſiæ ſuæ poſſeſſiones multô aurô expenſô villas Carniolæ *Coſtech* & *Paumgarta* dictas: item ſexaginta hubas tum in Zlab, Marchiæ Illyricæ vico, tum Lakopoli ſitas Otto Antiſtes à Do-
N. eodem. mino Ottone de Nazenauuz comparavit. Coëmit item prædium in Gun-
N. 1374. trohuſen, haud procul Mainburgo Oppido, à nobili viro Ottone de
N. 1375. Irensburch, quod deputavit ad *Herbergam*, id eſt, diverſorium, in quo ipſe, ſuíque ſucceſſores, Ratisbonam iter agentes, pernoctare poſſent. Alia tria prædia in villa Wihſe ſub caſtro Hullnſtain vir nobilis Otto de
N. 1376. Ruite Ottoni Epiſcopo noſtro pretiô vendidit. Eidem Grimoldus de Iſmaning omnia, quæ jure feudi ab Epiſcopis Friſingenſibus poſſederat, ſponte ac ultrò ceſſit. Denique Ottoni Epiſcopo Auſtriæ Dux in omni-
Lib. IV. Tradit. fol. 121. d. bus bonis Friſingenſibus, in Auſtria ſitis, gratiam, quæ antiquô vocabulô *Marchvotr* dicitur, conceſſit.

Ex Codice Anniverſariorum Eccleſiæ Cathedr. Friſing. Auctîs eum in modum, firmatíſque Friſingenſibûs proventibûs Otto Epiſcopus Collegio Cathedralis Eccleſiæ certum annuum cenſum attribuit ad condecorandum quotannis feſtum S. Mauritii & ſociorum Martyrum. Certè antiquìs etiam temporibûs S. Mauritium inter Patronos Friſingenſis Eccleſiæ cultum habuiſſe, in Actis Nitkeri Epiſcopi ex Mabillonio demonſtravimus: & probant antiqua ejusdem Eccleſiæ Breviaria. Collegio quo-
Gewoldus ad Hund. T. 3. pag. 416. que S. Viti contulit Parochiam in Anzing, quam poſtea eidem Eccleſiæ Honorius III. Pontifex anno Chriſti 1222. prid. Kal. Aprilis confirmavit.
N. 1377. Officium hæreditarium Mareſchalci ſui reditibus auxit. Wolfherus de Rindingen *diſpenſator panum*, nempe Epiſcopalis granarii Præfectus, aſſentientibûs Ottone Epiſcopo, & Ludovico Duce, prædium in Haſel-
N. 1337. bach, quod ad illud officium tum ſpectabat, cum proprio ſuo patrimonio permutavit.

Scribit Freibergerus, Ottonem Epiſcopum unà cum Cathedrali ſuo Collegio legem ſanciviſſe, ut Eccleſiæ Friſingenſis prædia clientelaria, quæ morte beneficiariorum ad eandem Eccleſiam reditura eſſent, nemini deinceps concedantur. Hanc legem, ſi majores, ac poſteri obſervâſſent, ſuperi! quantò amplioribus cenſibus Friſinga gaviſa fuiſſet, & adhuc gauderet?
Facultas conceſſa Epiſcopis muniendi ſuas civitates. Reperimus in Libro Traditionum Friſingenſium quinto Diploma Regium, quo uti aliis Epiſcopis, ita nominatim Friſingenſi conceditur plena facultas foſſis, muríſque civitates ſuas muniendi. Inter teſtes adducitur Meraniæ Dux: ex quo intelligimus, id accidiſſe poſt annum Chriſti 1182. quo primùm Merania Duces habere cœpit. Litera H. in initio poſita, non alium utique, quàm Henricum VI. denotare poteſt. Verùm quia in fine ponitur Indictio IV. quæ ſub Henrico VI. concurrebat cum anno Chriſti 1216. quo anno idem Henricus VI. jam dudùm Imperatoriis inſignibus decoratus erat; Imperatoris autem titulum Inſtrumento non inſertum deprehendimus, verum ejus facti annum eruere non poſſumus. Credibile
N. 1378. eſt, incuriâ librarii notam Chronologicam fuiſſe depravatam, & Imperatoris titulum fuiſſe neglectum.

Otto-

Digitized by Google

Ottonem II. Epiſcopum noſtrum patratis rebûs maximîs obiiſſe anno Chriſti 1220. ſupra jamjam monuimus. Diem 17. Martii Friſingenſes tabulæ deſignant. Reverendiſſimus atque Celſiſſimus Epiſcopus & Princeps Joannes Franciſcus ejus exuvias*, jam antehac è primario tumulo prope aram S. Matthæi aliò translatas anno Chriſti 1701. 15. Martii coram ara S. Pauli in Eccleſia Cathedrali invenit, cùm ejusdem Eccleſiæ aream, ut ſæpe diximus, complanari juſſiſſet. Mors Ottonis II. Epiſcopi.

Præfuit Otto Eccleſiæ ſuæ annîs omninò triginta ſex, ac grandibûs ſuîs meritîs nomen æternitati conſecravit. De eo extant ſequentes duo antiqui versus:

Acceſſit mundus, & nobilis Otto ſecundus,
Qui diſperſa gregat, & ad incrementa reſervat.

Imperio tum præerat Fridericus II. Romanæ Eccleſiæ Honorius III. Sedi Salisburgenſi Eberhardus II. Patavienſi Udalricus II. Ratisbonenſi Conradus III. Brixinenſi Bertholdus: Ludovico IV. Bojariæ Ducatum obtinente.

Plura alia tum Inſtrumenta tum epiſtolas ſub hoc Ottone ſcriptas in Partem Alteram rejicimus. à N. 1379. usque 1384.

CAPUT V.
Geroldus XXV. Epiſcopus Friſingenſis.

§. *unicus.*

Natales, Electio & Acta tum Geroldi, tum publica uſque ad annum Chriſti 1224.

CUnas Geroldi in chartariis Friſingenſibus fruſtra inquirimus. Extant verò in inclyto Monaſterio Schyrenſi literæ, anno Chriſti 1224. conſcriptæ, in quibus legimus, tumulo ibi illatum fuiſſe Ottonem de *Richolteſdorf*, & Henricum ejus filium, Geroldi Epiſcopi Friſingenſis Pincernam: eundémque Epiſcopum Monaſterio idcircò aſſignâſſe bona quædam in Waizenau. Unde cum Hundio forte conjicere licebit, Geroldum noſtrum ex eadem nobili ſtirpe progenitum, aut eidem ſaltem fuiſſe propinquum. *Richolteſdorf* pagus eſt Præfecturæ Aiblingenſis, prope Monaſterium Weyarenſe Ordinis Canonicorum Regularium S. Auguſtini ſitus, qui hodie vulgari nomine *Reicherſtorf* appellatur. Fratres Geroldus habuit Taginonem, Friſingenſis Eccleſiæ Canonicum ac Præpoſitum in Schlierſee: item Conradum, Beyhartingenſis, ut videtur, Monaſterii Præpoſitum: quod ex Inſtrumento ſtatim inferiùs adducendo colligimus. Porrò quòd ipſe Geroldus fuerit è Gremio Cathedralis Collegii aſſumptus, dubitare nos minimè ſinunt Annales Steronis Altahenſis Monachi, uti etiam Chronicon Saliſburgenſe, nuper à Viro Clar. P. Hieronymo Pez editum, ubi diſertîs verbîs indicatur, Geroldum fuiſſe Friſingenſis Eccleſiæ Canonicum. Electionem Geroldi contigiſſe anno Chriſti 1220. conſentiunt Catalogi Friſingenſium Epiſcoporum. Additur alicubi, eam 4. Kal. Maji, nempe 28. Aprilis celebratam fuiſſe. De actis Geroldi ante aſſumptum lituum nihil hactenùs conſtat.

Apud Henric. Canis. Tom. I. antiq. lect. pag. 247. Tom. I. Script. Rer. Auſtriac. col 351.

Annus & dies electionis.

Geroldus in Cathedram Friſingenſem ſublimatus primîs Regiminîs annîs Divino cultui augendo, Eccleſiisque, quæ tenuiores cenſus numerabant, dotandis ſtrenuam operam navavit. Ac primò quidem celebri Canonicorum Regularium Monaſterio Beyhartingenſi celeberrimam B. M. V. Eccleſiam Parochialem in Tuntenhauſen unà cum ſubjectis quibuſdam Eccleſiis, quas *filias* vocamus, nec non bonis & juribus attinentibus anno Chriſti 1221. liberaliter conceſſit. Dudùm enim in dictum Monaſterium jam immigraverant Canonici Regulares, poſtquam ſanctimoniales, quæ circa annum Chriſti 1130. illuc à quadam Matrona nobili Jutta introductæ fuerant, in Parthenonem Alteshohenau, Saliſburgenſis Diœceſeos, ſeceſſerant, uti dudùm monuimus. Ea donatio in turri Tuntenhuſianæ Eccleſiæ, qua parte meridiem reſpicit, notata conſpicitur, vel certè paucis abhinc annîs à teſtibus, omni exceptione majoribus, conſpecta fuit. Literæ donationis, nobiſcum communicatæ ſic habent.

Fuit liberalis erga Beyhartingam.

In

ed by Google

IN nomine ſanctæ & Individuæ Trinitatis Geroldus DEI gratia Friſingenſis Epiſcopus feliciter Amen. Notum ſit omnibus tam futuris, quàm præſentibus: quòd Nos recognoſcentes paupertatem, & defectum Eccleſiæ in Pibarting: ad petitionem & inſtantiam dilecti fratris noſtri Taginonis Eccleſiæ noſtræ Canonici, ac Schlierſeenſis Præpoſiti, nec non ob remedium animæ noſtræ, omniúmque parentum noſtrorum, contulimus Eccleſiam in Tunttenhauſen cum omnibus ſibi attinentibus Eccleſiis, Cœnobio in Pibarting perpetualiter, in ſupplementum præbendæ perſonarum DEO ibidem famulantium. Ita tamen, quòd Nobis omnibúsque Succeſſoribus noſtris tam in Cathedratico quàm in alio jure ex debito Diœceſano perſolvendo, à venerabili fratre noſtro Chunrado, qui tunc eandem rexit Eccleſiam, hujúsque negotii fidelis exſtitit Procurator, ejusque Succeſſoribus reſpondeatur! ut autem hoc factum ſemper ratum maneat, & inconvulſum, præſentem paginam cum ſubſcriptione teſtium, cum impreſſione ſigilli noſtri ac Chori fecimus communiri. Sunt autem hi teſtes. Rudolphus Decanus. Eberhardus Scholaſticus. Tagino Schlierſenſis Præpoſitus. Ortwinus ſancti Viti Præpoſitus. Chunradus Moſpurgenſis Præpoſitus. Chunradus Isnienſis Præpoſitus. Eberhardus Archidiaconus. Vitus Archidiaconus. Wernherus Canonicus. Cuno Canonicus. Hermanus Canonicus. Ulſcalcus Canonicus. Magiſter Leopoldus Canonicus. Magiſter Hugo Ratiſponenſis Canonicus. Albertus Canonicus ſancti Andreæ. Henricus Rotenſis plebanus de Ebmaring, & alii quàm plures. Acta ſunt hæc Friſingæ Anno Incarnationis Dominicæ MCCXXI. Pontificatûs noſtri anno ſecundo. Ex qua temporis nota intelligimus, hoc inſtrumentum fuiſſe conſcriptum anno Chriſti 1221. poſt menſem Aprilem, quo Geroldus annum ſui Regiminis primum compleverat. Idem Geroldus eodem anno Friſingenſibus Divi Viti Canonicis, conſentiente Cathedrali Collegio, Parochialem Eccleſiam Sinzhuſianam, unà cum annexis Kynhuſiana, & Burckhuſiana perpetuo jure contulit: quam donationem Honorius III. Romanus Pontifex ſequenti anno prid. Kal. Aprilis confirmavit. Pontificias literas Gewoldus in Additionibus ad Hundium in lucem extulit.

Et Collegium S. Viti.

N. 1385.

Tom. III. pag. 436.

Interea Chriſtiani noſtri milites in partibus Orientis perquam infelicia prælia conſeruêre, Damiatâ rursùs à Barbaris in poteſtatem redactâ, grandíque ſtrage ſacro exercitui illata, qua etiam Udalricus Patavienſis Epiſcopus, cruce ſignatus, cecidit: cui poſthac Gebhardus Comes de Plain ſuffectus eſt. Culpa tantæ cladis ſocordiæ Friderici Imperatoris adſcripta fuit: contra quem etiam eam querelam Pontifex Romanus movit, quòd Epiſcopos quosdam Eccleſiis contra tot Pontificum Conciliorúmque decreta Cæſar intruſerit.

Noſtri in Oriente pugnant infeliciter.

Studioſior rei Chriſtianæ fuit Eberhardus Salisburgenſis Pontifex, quippe qui Epiſcopatum S. Andreæ in Lavantina valle, contempto ſuæ Eccleſiæ detrimento, ex quorumdam opinione, circa eundem annum erexit. Reperio tamen in antiquo Chronico Salisburgenſi ſuprà laudato, ejus ſedis inſtitutionem potiùs ad annum 1226. eſſe referendam, quod ipſum Stero in Annalibus affirmat. Tradunt monumenta Tegernſeenſia, anno Chriſti 1222. ab Honorio III. Pontifice ei Monaſterio jura ſua circa Cellam Dietrami duplici Bulla fuiſſe confirmata. Eas Pontificis literas Gewoldus in Additionibus ad res Dietramicellenſes exhibet. Sequenti anno Brixinenſem Epiſcopum ab Eberhardo II. Archiepiſcopo Salisburgenſi Venetiis, præſentibûs Magdeburgenſi Archiepiſcopo, & Auſtriæ Duce, Dominica Palmarum fuiſſe conſecratum, Dûkerus ſcripſit.

Epiſcopatus Lavantinus inſtituitur.

Chronic. Salisb. pag. 144.

Rebûs interim Chriſtiani exercitûs in Palæſtina ſemper magìs ac magìs attritìs Honorius Papa anno Chriſti 1224. rursùs ſacrum claſſicum intonuit, & inter cæteros Germaniæ Epiſcopos etiam Eberhardum Salisburgenſem Archiepiſcopum, aliósque eidem ſubjectos Epiſcopos ad ferendam opem animavit;

Curæ Pontificis pro Terra Sancta.

Digitized by Google

Socordia Imperatoris.

mavit; at irritò conatu, cùm Fridericus Imperator fidem conſtanter falleret, & ſpecioſo verborum apparatu Pontifici illuderet.

Geroldus Epiſcopus noſter eodem anno jura Eccleſiæ ſuæ Friſingenſis circa electionem Præpoſiti Ardacenſis in Auſtria evicit. Ejus rei Inſtrumentum apponimus.

Electio Præpoſiti Ardacenſis Friſingenſi Epiſcopo aſſeritur.

IN nomine Domini Amen. Quia poſt multos labores & expenſas Eccleſia Friſingenſis & Capitulum Ardacenſe reſpirare deſiderant à lite, & in totum deſiſtere ſuper præpoſitura Ardacenſi, coram venerabili Patre Gebehardo Patavienſi Epiſcopo tanquam Ordinario, & ejuſdem Eccleſiæ Capitulo, Decanus cum Capitulo Ardacenſi, proteſtatus eſt in jure & confeſſus, ſe non habere jus in electione Præpoſiti Ardacenſis, vel, ſi quid habet, aut habuit, vel videbatur habere in dicta Præpoſitura, ſollempniter renunciavit dictus Decanus cum ejuſdem Eccleſiæ Capitulo, & illam renunciationem juramento roboravit ſollempni, quod in perpetuum recognoſceret Geroldo Friſingenſi Epiſcopo, & omnibus ejus ſucceſſoribus plenum jus, & liberam poteſtatem eligendi Præpoſitum & conferendi Præpoſituram Ardacenſem, præfato Domino Gebhardo Patavienſi Epiſcopo judice Ordinario præſente, & ejus Capitulo ac aliis multis ibidem præſentibus. Inſuper Decanus dictus cum ſuo Capitulo Ardacenſi juramento etiam ſolempniter interpoſito firmavit, quod prænominato Epiſcopo G. Friſingenſi, & ejus ſucceſſoribus nunquam in Præpoſitura contradiceret Ardacenſi, aut contradicentibus conſentiret. Adjecit etiam ſuo juramento Decanus Ardacenſis cum ejus Capitulo, quòd, quicúnque de cætero fuerit in Eccleſia Ardacenſi in Præpoſitum, aut Decanum, vel Canonicum aſſumptus, idem præſtare teneatur juramentum. Sed ut iſta Proteſtacio & renunciatio ſit in perpetuum valitura, rata, & illibata & inconvulſa, præſens pagina ſigilli prædicti Domini Gebhardi Patavienſis Epiſcopi, & Capituli ejuſdem Eccleſiæ, nec non Ardacenſis Capituli, communitur. Hujus rei teſtes ſunt. Dominus Otto major Præpoſitus. Magiſter Chunradus Decanus. Dominus Kalohus. Magiſter Heinricus Zobello. Dominus Chunradus Major Plebanus. Dominus Henricus de Miſtelbach. Dominus Eberhardus de Johanſtorf. Dominus Siboto. Magiſter Albertus de Poſſenmunſter. Dominus Wilhelmus Cantor. Dominus Albertus Cuſtos ſenior. Dominus Chunradus Cuſtos junior. Magiſter Einwicus, & alii quàm plures. Anno Incarnationis Domini M.CC.XXIIII. In Annunciatione Beatæ Virginis Anni præſentis. Acta ſunt hæc Pataviæ in Choro Majoris Eccleſiæ.

Ita Geroldus facto præclaro hunc annum, Diœceſis ſuæ Friſingenſis quingenteſimum ac ſæcularem egregiè exornavit, futurus utique felicior, glorioſiórque, niſi deinceps vitam ſuam factis ſequioribûs inquinâſſet.

In omnibus glorificetur DEUS! *S. Bened. cap. Regul. 57. ℣. ultimo.*

Digitized by Google

Ob abſentiam Scriptoris ſequentia Errata irrepsêre in Partem primam Tomi primi.

Paginâ 1. lin 31. diem hunc lege diem ſuum.
Pag. 2 lin. 50. pauperum uſus. adde convertenda.
Pag. 3. lin. 26. præſcripti, leg. ſervati,
Pag. 5. in margine. Reghellus. lege Ughellus,
ibid. lin. 21. demiſiſſimo lege demiſsiſſimo,
Pag. 6. lin. 42. judicium. leg. indicium,
Pag. 7. lin. 20 venit. adde &
ibid. lin. 25. Corbiniani. leg. Corbiniano.
ibid. lin. 43. factos. leg. facto.
Pag. 9. lin. 16. ab eo. leg in eo.
Pag. 15 lin. 11. voluêre. leg. valuêre,
Pag. 17. lin. 14. incerti. leg incerta,
ibid lin. 35 donum. leg domum,
Pag. 19. lin. 15. Jezabelis furiis, peſſimæ mulieris. leg. Jezabelis, peſſimæ mulieris, furiis.
Pag. 21. lin. 23. interpretatur. leg. interpretatus.
Pag. 23. lin. 34 Valleneſium. leg. Vallenenſium,
ibid. lin. 35. Reni. leg. Oeni.
Pag 24 lin. 9. Paſſarem. leg. Paſſarim,
ibid. lin. 12. contraherent. leg. extraherent,
Pag. 27 lin 27. rum leg. tum.
Pag. 19, lin. 23. Rudolrus. leg. Rudolfus.
ibid. lin. 48 Vililitigationes. leg. Vitilitigationes,
Pag. 3[illegible]. lin. ult. Wenlanus. leg. Wentanus.
Pag. 31. lin. 16. Dei. leg. Viri Dei.
Pag 32. lin. 23. militiæ, leg. malitiæ.
Pag. 33. lin. 2. multitudinis. leg. multitudini.
Pag. 34. lin. antepen. judicâſti. leg. indicâſti,
Pag. 57. lin. 31. ſuis. leg. in ſuis.
ibid lin. 42. corruptione. leg. correptione.
ibid. lin 46. Germani leg. Germanorum.
Pag. 58 lin. 13. 656 lege 756.
Pag. 60. lin. 43. alibi. leg. albi.
Pag. 69. lin. 35. dicimns. leg. ducimus,
Pag. 70. lin. 17. primogeniorum leg primigeniorum,
P. 77. §. Landfridum. Paſſerus leg. Gaſſerus.
P. 86 lin. 35 DCCCLXXXVIII leg. DCCLXXXVIII.
P. 88 lin. 34 Menſe Octobris leg Octobri.
P. 90. §. Erat Arno. Catuarienſis. leg Cantuarienſis.
P. 99 lin. 6. Cyncola. leg. Cyreola.
P. 105. § dum interea. capram. leg capſam.
P. 107. lin. 23. Ita ibi. *adde interpunctionem, & quidem punctum.*
P. 112 lin 20. donationibus. leg. donatoribus.
ibid §. donabantur. Mentio Ludovici. leg. Mentio de Ludovici.
Pag. 113. §. caterùm propriæ. leg. propria.
P. 123 § ubi non ſolum. vocatur. leg. vocetur.
P. 131. lin 47. proinde leg. provide.
P. 132. lin. 7. ſuſpecta leg ſuſcepta.
P. 135. lin. 14. DCCCVIII leg. DCCCLXVIII.
P. 141. lin. 22. Achenloe. leg Hochenloe.
P. 145. §. anno Chriſti. Friburiæ. leg. Triburiæ.
P. 146. lin. 28. Domni Regni. leg. Regni Domni.
Pag. 154. lin. 39. maſſem. leg. meſſem.
P. 162. l. antepen. avitum. leg. accitum.
P. 164. lin. 19. tabellis. leg. tabulis.
P. 169. lin. penult. ſuperior. ſubjunge. Benedictoburanum.
P. 170. lin. 32. ſequiorem. leg. ſegniorem.
P. 174. lin. 16. duodecim annorum.
NB. *alii plures annos Joanni XII. recèns electo tribuunt.*
P. 19[illegible]. lin. 17. conſulto. leg. inconſulto.
P. 208. in marg. Archiepiſcopus leg Epiſcopus.
P. 226. lin 15. NB *Pontifices, dicti* Joannes, *variè numerantur à variis, hinc arguendi non ſumus, ſiquando ſequendo varios, circa numerum varii ſumus.*
P. 231. §. deinceps. NB. *Coronatio Conradi Salici pertinet ad annum Chriſti 1027.*
P. 235. ubi agitur de Natalibus Nitkeri Epiſcopi, annotamus, reperiſſe nos Scriptorem aliquem, qui Nitkero cunas nobiles aſſignat.
P. 242. lin. 44. Prænepte. leg Præneſte.
P. 247. lin. 17. poſt verba: Apoſtolatus &c. &c. *addendum:* Quo dicto, eodem momento intolerabilis dolor gutturis invaſit, & impœnitens die tertio vitam obiît.
ibid. lin 23. viculis. leg. vinculis.
P. 259. lin. 46. alio in fine. leg. alio fine.
P. 260. lin 22. contra, & leg contra, ac.
P. 268. in marg. Archiepiſcopum Salisburgenſem. leg. Patriarcham Aquilejenſem.
P. 269. lin. 32. neglectæ. leg. neglecto.
P. 270. lin. 38. contractui. leg. tractatui.
P. 273. lin 16. quorum. leg. quarum.
P. 281. in marg. ad votæ. leg. ad vota.
ibid. lin. 22. Ducæ. leg. Duæ.
P. 285. lin. 5. Yſanæ. leg. Yſaræ.
P. 286. lin. 2. Officium leg. oſtium.
P. 290. lin. 6. Jlulingen. leg. Flurlingen.
P. 295. lin. 21. verbii leg verbis.
P. 307. l. 4. Jagnano. leg Fagnano.
P. 323. lin. 22. fuiſſe. adde ſepulta.
P. 328. lin. 41. Gallia. leg. Italia.
P. 330 lin. 8. ad leg. &.
P. 334. lin. penult. eucyclicis. leg. encyclicis,
P. 347. lin. 8. Viri non. leg. Viri vox.
P. 354. lin. 38. lenocinis. leg. lenociniis.
P. 355. in marg. Conciliabulum Papiæ, leg. Conciliabulum Laudenſe.
P. 365. lin. 32 ſtatûmque. leg. ſtatutúmque.
P. 366. lin. 17. fidei. leg. fideli.
P. 368. lin. 14 Cunam. leg curiam.
P. 373. lin. 27. dignâſtis leg. deſignâſtis.
P. 384. lin. 29. ſuggeſiſſemus. leg. ſucceſſiſſemus.
P. 388. lin. 21. uii leg ubi.
P. 393. lin. 9. ſecuto. leg. ſecuta.

Aliorum erratorum emendationem Lectoris benignitati commendamus.

Digitized by Google

HISTORIÆ FRISINGENSIS
TOMI PRIMI
PARS ALTERA INSTRUMENTARIA,

In qua

Plùs quàm mille trecenta Inſtrumenta
Traditionum ſeu Donationum, ab Imperatoribus, Regibus, Ducibus, aliíſque Fidelibus Friſingenſi Eccleſiæ primîs quingentis annis factarum, aliáque antiquiſſima monumenta, tum ex domeſticis, tum extraneis chartariis deprompta.

Juſſu & Auſpiciis

Reverendiſſimi ac Celſiſs. S. R. I. Principis ac Domini

DOMINI

JOANNIS FRANCISCI

Ex illuſtriſſimis Baronibus Eckherianis

Epiſcopi Friſingenſis,

Adjectîs, quantum fieri potuit, Notîs variîs,
cum erudito Orbe communicantur

à

P. CAROLO MEICHELBECK, Benedictino Benedictoburano, Celſiſſimorum S. R. I. Principum Epiſcopi Friſingenſis & Abbatis Campidonenſis Conſiliario Eccleſiaſtico.

Anno Chriſti MDCCXXIV. ab inchoato Friſingenſi Epiſcopatu M. Sacerdotii Suæ Celſitudinis Friſ. L.

AUGUSTÆ VINDEL. ET GRÆCII,
Sumptibus PHILIPPI, MARTINI ET JOANNIS VEITH, Fratrum,
ANNO M DCC XXIV.

Digitized by Google

Digitized by Google

In

Partem Friſingenſis Hiſtoriæ Alteram Inſtrumentariam

PRÆFATIO.

CUr hanc ſecundam Friſingenſis Hiſtoriæ Partem dicamus *Inſtrumentariam*, ex ipſo titulo apparet, quo profitemur, nos non aliud in ea prolaturos in lucem, quàm inſtrumenta, ac documenta, quæ veritatem eorum, quæ in Parte prima de Rebus potiſſimùm Friſingenſibus aſſeruimus, reddant teſtatam.

Verùm (dicet nonnemo) eccur tanta Inſtrumentorum congeries obtruditur orbi; ad quem ea res nihil pertinet? Reſpondemus, hanc non ſolere eſſe querelam hominum eruditorum, ſed eorum duntaxat, qui ſeſe rei antiquariæ nunquam inpenderunt, ejúsque ſtudij neceſſitatem, utilitatem, dulcedinémque nunquam deguſtârunt. Aliter (præcipuô donô à Deo noſtræ ætati conceſsô) ſentient, qui ejusmodi labori animum operámque propius admoverunt. Nôrunt iſti, quàm ſit rei literariæ atque orbi univerſo exoptabile, ut in apricum producantur membranæ veteres, ex quibus ſinceræ rerum origines (quæ plerumque, ut in Sede Friſingenſi, ſolent eſſe perquàm tenues) ob oculos ponantur, tot vana novitiorum commentorum monſtra profligentur, fabellæ confutentur, ignorantia proſcribatur, & rerum ſucceſſivè geſtarum genuina cognitio ex monumentis ſynchronis hauriatur. Certè poſterorum, qui quidem aliquod pietatis ac gratitudinis ſtudium fovent, maximè intereſt aut ſcire aut diſcere, qui qualesque fuerint ij, quorum operâ, laboribûs atque favoribûs ipſi hodie felices vivunt? Hæc profectò mens

)(2 fuit

fuit *Reverendiſſimi atque Celſiſſimi Mecœnatis noſtri* JOANNIS FRANCISCI *Friſingenſis Epiſcopi ac Principis*, qui (ſi paſtoralium curarum indefeſſos, atque uſque in ſenectam & ſenium aſſiduos labores excipias) nulli rei operam ſuam impenſiùs navavit, quàm ut refricaretur, & perpetua luce illuſtraretur memoria eorum, qui hanc ſuam Friſingenſem Eccleſiam vel primi erexerunt, vel Sanctitate illuſtrârunt, vel providè gubernârunt, doctrinâ atque ſudoribûs, curiſque œconomicîs feliciter ampliârunt, collatiſque aut impetratîs, vel etiam providè commutatîs prædiîs, dominiîs, aliiſque juribûs ad eam, quam hodie ſpectamus, majeſtatem provexerunt. Horum, inquam, memoriam, à tot retrò ſæculis penè ſepultam reſuſcitari, ac, ne deinceps in oblivionem ullo tempore aut pacto recidere poſſet, typorum beneficiô literario orbi commendari voluit pientiſſimus Princeps, cui qui ob Friſingenſia Documenta omnibus direptionum & incendiorum periculis æternùm deinceps prærepta gratias non ſunt dicturi, næ illi prodent animum minùs providum, & nulla futura diſcrimina metuentem.

Sed cur (dicet alius) tantô numerô repræſentantur membranæ tot barbariſmîs refertæ, tot ſolœciſmîs obſitæ, tot aliîs nævîs ſcatentes, è quibus nulla latini ſermonis puritas atque elegantia, ſed ſola illa barbaries in Lectoris animum reduci, nec niſi veterum ruditas innoteſcere orbi poteſt?

Audi, o bone! ſcribimus hîc non Grammaticam docendo, & ſermonis veneres conſectando, ſed puram ac germanam antiquitatem, ac rerum geſtarum notitiam eruendo, ne ſcilicet ignoremus, quomodo veteres vixerint, quid ſucceſſoribus præſtiterint, quid ſcripſerint, imò etiam quomodo ſcripſerint? Neque verò eſt, cur inſultes majoribus noſtris, quòd aliquando minùs fuerint Latini. Mirùm potiûs, imò ſuſpectum eſſe deberet, ſi eorum ſcripta omnem Latini ſermonis puritatem redolerent. Finge, optime Lector, orbi huic noſtro ad decem proximos annos ſubtractum iri omnem chartam noſtram vulgarem, ex veterum linteorum reliquiis contritis & maceratis confici ſolitam, quam vulgus *papyrum* vocat. Finge ad idem tempus ablatum iri libros impreſſos omnes. Finge rurſùs, Gymnaſia nulla totidem annîs extatura: Magiſtros nonniſi pauciſſimos aut vix aliquos & quidem non admodùm excellentes eſſe reperiendos. Quænam, obſecro, rerum facies oboriretur Bojariæ ac Germaniæ noſtræ in tanto penè omnium hodiernorum ſubſidiorum

lite-

Digitized by Google

literariorum defectu? quid extra ſcholas, ac deficientibûs idoneîs Magiſtrîs diſceret juventus? quos Cicerones aut Senecas poſt decennium creparet? quos Virgilios aut Ovidios eructaret? quám Latina Inſtrumenta conficeret? quàm caſtigata carmina caneret? Atqui iîs ſubſidiîs omnibûs, imò etiam aliîs pluribûs non decem annîs, ſed omnibûs retrò ſæculîs caruêre Majores noſtri. Nam & chartæ noſtræ hodiernæ uſus ſæculô octavô, nonô, decimô, undecimô adhuc nullus erat: & Typographia ſæculô primùm decimô quintô inventa eſt, ut omnes nôrunt. Et quis unquam ſcripſit aut ſomniavit, octavô aut nonô ſæculô in hac Bojaria ſcholas (modernarum inſtar) fuiſſe aut inſtitutas aut frequentatas, Præceptoréſque fuiſſe repertos, niſi fortè ſola quædam Monaſteria noſtra Monachóſque excipias? Quo igitur jure tu puriſſimam latinitatem ab ejus ævi hominibus poſtulas: cur iis indignaris, ſi non ſcripsêre ad guſtum tuum, atque ad juventutem noſtri temporis latino ſermone excolendam? cur miraris, ſi ſcribat Cozrohus aliquis, hunc vel illum Eccleſiæ benefactorem *pro remedium parentorum* ſuorum hoc vel illud *Domo S. Mariæ offeraviſſe*? Certè Romanos ipſos non ſemper caſtigatiſſimè ſcripſiſſe, ex infinitis propemodùm exemplis demonſtrari poteſt. Occurrit, dum hæc ipſa meditor, in Supplemento Mabilloniani Operis de Re Diplomatica inter alias quàm plurimas ſequens inſcriptio: *pag. 14.*

HONC. OINO. PLOIROME CONSENTIONT R.
DUONORO. OPTUMO FUISE. VIRO.
LUCIOM. SCIPIONE. FILIOS. BARBATI.
CONSOL. CENSOR AIDILIS. HIC. FUET. A
HEC. CEPIT. CORSICA ALERIAQUE. URBE.
DEDET. TEMPESTATEBUS. AIDE. MERETO.

Digitized by Google

Quæ Sirmundus, teſte Mabillonio, ita legenda cenſuit.

Hunc unum plurimi conſentiunt Romæ
Bonorum optimum fuiſſe virum
L. Scipionem. Filius Barbati
Conſul, Cenſor, ædilis hic fuit.
Hic cepit Corſicam, Aleriámque urbem.
Dedit Tempeſtatibus ædem merito.

Hæc ibi. Age nunc Lector, & edic, num Cozrohus, an ille Romanus Encomiaſtes Latiniùs intelligibiliúsque ſcripſerit? Quod ſi aliquando ipſis Romanis indulgenda eſt ſermonis ſui barbaries, cur ea non condonanda eſt etiam Cozroho, homini non Romæ, ſed in Norico noſtro, & quidem tempore rudiſſimo nato? Et cur non arguimus Italos, Hiſpanos & Gallos, qui olim Latino idiomate uſi, temporis ſucceſſu illud adeò depravârunt, ut hodie nec Italum Gallus, nec Gallum Italus vel Hiſpanus intelligat, imò plurimi eorum hodie quàm plura vocabula latina ignorent, niſi in Scholis multo labore didicerint?

Deinde quid mirum, ſi rudis illius ſæculi ſcriptores aliquando etiam circa notas chronologicas fuêre lapſi? certè mirandum potiùs eſt, quòd hoc ipſo licèt doctiſſimo ſæculo noſtro in tanta omnis generis ſubſidiorum literariorum abundantia tot reperiantur Theologi, atque Jurisperiti, è quibus tamen paucos fortè reperias, qui promptè explicare valeant, quid ſit v. g. Indictio? aut quid circa eam ſit obſervandum, aut veteres obſervaverint? Non eſt igitur, Lector, cur aut accuſes Veterum rudiorem ſtilum: aut editionem ejus ævi Inſtrumentorum condemnes.

Aſt ſaltem, inquis, amplior Inſtrumentis tam obſoletis erat adjicienda explicatio, Rituum Veterum exactior declaratio, legum, obſervantiarum atque vocabulorum explanatio?

Rectè hoc. Sed nempe hoc opus, hic labor eſt, omnia myſteria veterum plenâ notitiâ comprehendere. Fecimus nos, quantum potuimus. Lexica ac gloſſaria, quæ quidem præ manibus erant (quantum intra 21. menſium ſpatium inter cæteros labores fieri potuit) non indiligenter evolvimus; aliena etiam conſuluimus. At non idcircò omnia, in quæ

inqui-

Digitized by Google

inquirebamus, invenimus; quæ proinde haud inviti relinquimus doctioribus; qui fortè ſibi gratulabuntur, quòd materias quasdam eis ſubminiſtremus accuratiùs excutiendas & pertractandas: quorum etiam eruditæ ac benevolæ correctioni ſcriptionem noſtram lubentes committimus, atque inſtructionem præſtolamur. Fortaſſis tamen non deerunt, qui advertent, nos in eo negotio non admodùm ſegnes fuiſſe, quamvis paucula ſolida ejus laboris exempla ab aliis Bojariæ Scriptoribus præ manibus habuerimus.

Cæterùm, ut ſperamus, multi ex Boijs noſtris, multi fortaſſis etiam ex extraneis erunt, qui ſibi gratulabuntur, ſive Patriæ ſuæ, ſive etiam domicilij ſui tam antiquam ac genuinam (ſub aſperrimis licèt vocabulis) extare memoriam, réſque ibi geſtas fideliter in apricum proferri. Alij fortè ex teſtibus adductis in origines ſuas nobiles inquirendi occaſionem nanciſcentur, aut etiam alia ad rem Hiſtoricam illuſtrandam, ad commendandos veterum mores, ſimplicitate, ſinceritate, ac fidelitate plenos utilia ſubſidia reperient. Profectò quamvis ultrò fateamur, non omnia ſingulis futura eſſe uſui, confidimus tamen, ea fore multis ſolatio, nullis incommodo: & licèt etiam Titius aliquis fortè plura rejecerit, Cajus tamen gratanter ea amplectetur.

Sed cur (dicet alius) non in meliorem ſeriem coordinata fuêre Inſtrumenta, & aliquando antiquiora poſtponuntur recentioribus, recentiora præponuntur antiquis?

Reſpondemus, nos Inſtrumenta ſaltem præcipua accurato, ut quidem ſperamus, ordine inſeruiſſe Hiſtoriæ noſtræ: minùs præcipua in hac Altera Parte recenſere ſub Epiſcopis, ſub quibus res geſtæ fuêre, ídque non ſine omni ſemper ordine; quamquam libenter fateamur, potuiſſe aliqua in meliorem ſeriem redigi, ſi majus ſcribendi ſpatium obveniſſet: quod tamen minimè neceſſarium erat, cùm Lectoris non admodùm interſit ſcire, num Petrus citiùs, an Paulus mancipia quædam, prædium, aut agellum Friſingenſi Eccleſiæ obtulerit? ſatìs *Celſiſſimo Principi* eſt benefactorum venerabilia nomina non fuiſſe omiſſa, ſed in memoriam poſterorum reducta, piásque eorum oblationes ſanctáque propoſita ac intentiones: nec non poſterorum obligationes deinceps non ignorari. Confidimus inſuper, hujus Partis Inſtrumentariæ Documenta non malè cohærere cum allegationibus

nibus marginalibus, in Parte prima Hiſtorica annotatis. Quòdſi Lector deprehenderit Inſtrumenta aliqua, quibus nullum præfixum eſt rei contentæ compendium, cogitet, etiam in vetuſtis, unde ea deprompſimus, codicibus ac membranis nihil iis præfixum legi. Conati enim ſemper ſumus Inſtrumenta edere, prout ea invenimus, addendo nihil, atque nihil demendo, niſi aliquando excipias clauſulas jam alibi ſæpiſſimè repetitas, &, ſi toties repeterentur, Lectori faſtidium cumulaturas.

Veteres Romanas Inſcriptiones per hanc Diœceſin Friſingenſem repertas Lector inveniet in *Delineatione Norici Veteris*, quam V. C. Chriſtophorus Gevvoldus anno Chriſti 1619. Ingolſtadij edidit. Item apud Aventinum. Nos nonniſi de primîs quinque ſæculis hujus Epiſcopatûs hîc agimus. Atque hæc ferè erant, quæ Lectori in anteceſſum exponenda videbantur. Nunc ad ipſa Documenta recitanda convertimur, plura, ubi fieri poterit in noſtris Annotationibus paſſim commonituri.

VITA
S.
CORBINIANI
PRIMI
EPISCOPI
FRISINGENSIS
AB
ARIBONE,
QUARTO
EJUSDEM SEDIS
EPISCOPO
CONSCRIPTA.

Ex vetuſto Codice Benedictoburano, manu, ut videtur, Sæculi XI. exarato.

Digitized by Google

Digitized by Google

Num. I.
Vita S. Corbiniani Epiſcopi, ex Aribone.

Prologus in vitam S. Corbiniani.

DUm cupimus ad ædificationem audientium Beati Corbiniani vitam ſtilo breviſſimo explicare, virtutésque quas per eum Dominus fecit; primò neceſſe eſt Sancti Spiritûs implorare ſuffragium, quatenus ejus adjuvante gratia dignè poſſimus tanti Viri Dei utiliter enarrare miracula.

Caput I.

VEnerandus igitur Dei famulus Corbinianus ortus fuerat ex regione Militonenſi vico natus, qui dicitur Caſtrus, ex patre Waldekiſo, & matre Corbiniana. Quo nondum nato genitor ejus languore correptus rebus exceſſit humanis. Quo poſt obitum patris nato, mater ejus genitoris ſui nomine ex ſacro eum fonte fecit ablutum, ac poſtea illius amore compuncta, nomen ejus mutavit, eum vocavit Corbinianum. Qui dum bonæ indolis excreviſſet, divina inſpiratione compunctus, ſacræ Religionis officium viriliter diligebat, cœpítque divinæ Scripturæ ſagaciſſimus indagator exiſtere, pſalmodiam diligere, jejunium amare, vigiliis & orationibus ſanctis inſiſtere, pauperes recreare, hoſpitalitatem ſectari, & in boni operis cultu ſtudioſè perſiſtere. Ad hoc quoque divino perductus amore, ut totam mundi concupiſcentiam à juventutis relinqueret flore, & ſanctæ continentiæ ac ſuæ caſtitatis ſollertiſſimus cuſtos exiſteret, ad Beati Confeſſoris Chriſti Germani Eccleſiam in eodem caſtro conſtructam devotiſſimè ſe collocavit, atque juxta eam parvum ſibi conſtruxit ergaſtulum, tantùm ſolitudine delectatus, ut nihil aliud poſſideret, niſi tantùm miniſtros, qui ſibi exterioris neceſſitatis ſolatium exhiberent. Quos cottidie ſacris ſtuduit diſciplinis inſtruere, ut ſuæ imitatores exiſterent vitæ. Multa quoque cœpit ad illum credentium populorum turba confluere, & ſacra ejus monita diligenter excipere. Nam quidquid ex oblatione fidelium ſuſceperat, excepto victu neceſſario pauperibus erogavit.

Caput 2.

VIndemiarum quoque tempore, dum quidam ei vindemiarum primitias afferrent, miniſtri ejus in cellario vas inde non modicum impleverunt. Contigit autem cujusdam noctis ſilentio, ut muſtum vehementer intumeſceret; ſed cùm magni fervoris vim vas ſufferre nequiſſet, ſpinam tam fortiter ejecit, ut ejus ſonitus in cella ad aures Viri Dei perveniſſet. Qui ſtatim intelligens quod geſtum fuerat, ſeſe in orationem fixis in terram genibus projecit, ſilentium ſuum ut ſervaret, hoc indicare diſtulit miniſtris, ſic pernoctans orando, usquedum matutinas Deo laudes perſolvebat. His peractis ex more tintinabuli ſigno miniſtros convocans ſuſpicionem, quam de vino habuit, eis indicavit. Tunc quoque Frater, qui cellario præerat Anſericus nomine arrepta clave feſtinè cellarium reſeravit, & in introitu pede ſpinam invenit, & in manus tulit. Qui dum ad vas acceſſiſſet, res mira apparuit, quia tam incolume inventum eſt muſtum, ut nec gutta quidem foras exiret. Quod dum viro Dei nuntiavit, omni cautela miraculum ſilere decrevit.

Digitized by Google

Caput 3.

QUadam verò die fur quidam inſtigante diabolo mulam viri Dei foras reperiens abſtulit, eámque aſcendens propinqui ſaltûs ſe immergebat latibulis. Miniſtri verò viri Dei veſpera appropinquante mulam quærentes invenire non poterant, huc illúcque quærendo diſcurrentes per latera montium & ima convallium ſilvarúmque latibula, nec non & ea loca perſcrutantes, ubi priùs mula ſolita erat paſci, usquedum nox eis ita tenebreſcebat, ut coacti vacuíque domum reverterentur, & damnum de mula viro Dei retuliſſent. Ipſe autem leniter conſolatos dimiſit, séque in orationem proſtravit, ſícque orando permanſit, usquedum matutinorum ſolenniis debitas Deo laudes implevit, ac deinde cùm ad refocillationem laſſi corporis requieſceret paullulum, Angelus Domini in ipſo matutinali crepuſculo ei per viſum apparuit, qui furem cum mula advenire debere prædixerat. Ille autem à ſomno ſuſcitatus gratas Deo retulit laudes, atque Beato Germano, in cujus Eccleſiæ foribus tunc ipſe manebat: apertáque feneſtra cellulæ ſigno ex more tintinnabuli ſuos ad ſe vocavit miniſtros. Quibus adſtantibus præcepit, ut venientem furem cum mula minimè læderent. Sed hoc nequaquam appetitu vanæ gloriæ miniſtris prædixerat, ſed ut eorum mentis inſaniam mitigaret, ne furore coacti Dei virtutem mutarent in inſaniam, aut ne rei ſanguinis in ejus perſecutione fierent. Qui dum vix verba præcipiendo compléſſet, ecce oſtium cellulæ, ubi vir ſanctus cum diſcipulis loquebatur, mula ingreſſa eſt, & ſuper ſe ſedentem obtulit furem rigidum, & quaſi exanimem dorſo illius adhærentem, quaſi ſuper eam ligatus eſſet, ita ut ſi vellet, deſcendere nequiviſſet. Qui dum viri Dei juſſione depoſitus, & humo projectus inſtar ligni * lapidis amens, & inſenſatus jacebat, cæpit * vir eum Domini tam increpatione, quàm ammonitione à ſua nequitia quaſi à gravi ſomno*. Qui dum quaſi dormiens expergefactus eſſet, timorem dimiſit animi, confitendo atque pavendo malum quod viro Dei fecerat, profeſſus eſt, ſe ampliùs non debere peccare, quamvis inopia vita expiráſſet*. Eóque proſtrato jacente, & confitente, quòd vitam mutare debuiſſet, eum vir Dei de humo juſſit reſurgere, qui tam concitè ſurrexit, quaſi rigidus atque contractus minimè fuiſſet: & ſic ſuæ miſeriæ referebat hiſtoriam, quomodo in dorſo mulæ pernoctaret, tot montium ſummitates, atque ima convallium, qualitérque ſilvarum atque veprium denſitates perambuláſſet, quaſi à mula vinctus fuiſſet, quibus dictis veritatem vulnerata facies declarabat. Ipſe enim ab irrationabili animali adductum ſe ſine ſcientia ſui ad virum Dei fuiſſe profeſſus eſt, & quia intempeſta nocte viam evadendi, vel latendi reperire minimè potuiſſet.

* vel

* al. cœpitque

* al. ſuſcitare.

* al. conſummari debuiſſet.

Sed quid mirum, quòd orationes juſtorum Deo largiente valeant vincula reprobis injicere, & à mentis induſtria revocare? cùm tantam Deus electis ſuis præſtat gratiam, ut cùm rerum neceſſitas expoſcit, mira quæque ex prece faciant, aliquando verò ex poteſtate, cùm etiam Johannes dicat: quotquot autem receperunt eum, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri? quia ergo filii Dei ex poteſtate ſua fieri poſſunt, quid mirum ſi ſigna facere ex poteſtate valent? aut quid mirum, ſi ſigna per orationem agere valent? cùm Dominus ſuis fidelibus promiſit dicens: omnia quæcunque orantes petitis, credite quia accipietis, & fient vobis? orationis namque virtute ſemper ſunt ſigna oſtenſa, mirabilia demonſtrata. Nam Moyſes per orationem Pharaonem ſuperbum Regem in mare rubrum demerſit, Ægyptios delevit, & Dei populum liberavit. Joſue occidentem Solem tamdiu orando ſtare fecit, donec hoſtes pugnando delevit. Helias tribus annis cœlum, & menſibus ſex ab imbre orando coërcuit, & cùm voluit, orando pluviam tribuit. Iſte namque vir ſanctus oratione alligavit reum, ut à nequitia ſuæ animæ ſolveretur,

Digitized by Google

tur, & ad pœnitentiam reverteretur, eíque tres argenteos dedit, atque admonuit, ne* coactus furtum faceret. At ille accepto munere lætus receſſit. * al. ne nec.

Caput 4.

COepit namque longè latéque fama Sanctitatis ejus creſcere, & fidelium ad eum nobilium & ignobilium utriusque ſexûs turba confluere, æternæ vitæ ex ore illius verba libenter audire, tantúmque eximietas vitæ illius perflagrabat, ut ad ſummum tunc temporis Regem *Pippinum rumor Sanctitatis ejus perveniret. Quíque unum ex cariſſimis ſibi optimatibus ad viri Dei cellulam transmittebat, séque humillimè ſuis precibus commendabat. Multíque ad eum ſenes & nobiles concurrentes, ut pro ſe oraret, rogabant, alii autem ſua xenia ei orationis cauſa mittebant. Tunc vir Dei crebris advenientium colloquiis occupabatur, ſed mens ejus magno inde tædio afficiebatur, quod magnis fletibus atque lamentis ſe abſtergere nitebatur, tactúsque dolore cordis intrinſecùs ſuſpiriis afflictus, gemitibus eſt frequentatus, quia tranquillitatem, quam quæſierat, & ſolitudinem, quam deſideraverat, ſe amiſiſſe perſpexerat, & paupertatem, quam amaverat, ſibi deeſſe valdè pertimeſcebat, & adeſſe ſibi divitias, quas noluerat: orationis ſtudium ultra conſuetudinem amittere, in reſponſis venientium, & in acceptione dantium, & in diſpenſatione egentium occupatum. In his quoque tribulationibus fatigatus quartum decimum in ſua cellula impleverat annum. Tunc demum iniens conſilium ad limina ſacratiſſima Beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli orationis cauſa ire decrevit, & ibi ſe Apoſtolici doctrinæ, & orationibus commendare, & ſi fieri poſſet implorare ab eo ſibimet & ſuis, qui cum eo venirent, in quodam angulo latitare, ut ad ſanctorum Apoſtolorum patrocinia potuiſſet ſecretius pervenire, & ibi ſub ſanctæ converſationis regula liceret ei vitam ducere.

* al. majorem domus. vid. infra cap. 7.

Caput 5.

MOvit autem vir ſanctus comitatum ſuum cum univerſis ſuppellectilibus, & incolumis cæptum perfecit iter; oratione autem facta in confeſſione Beatiſſimi Apoſtolorum Principis Petri, ad Beatæ memoriæ Gregorii Papæ pedes ſe proſtravit, eíque Secretum animi ſui diligentiſſimè replicavit, & quibus neceſſitatibus coactus ſuum amiſit ſecretum, & quomodo tranquillum per humanos favores perdidit portum, & quibus ſæcularium rerum tumultibus quaſi navis in medio mari jactaretur fluctibus, & quòd vix ſolitudinis marginem recolendo proſpiceret. Et plus etiam formidanda adjecit, quia temporalia à multis ſibi conceſſa munera ſibimet ad perditionis cumulum evenire poſſe ſperaret, quàm ad iſtius præſentis vitæ ſolatia. Venerabilis quoque & prænotatus Papa Gregorius audiens viri Dei verba intellexit zelum animi ejus, qualiter & quàm magnam in Dei opere habebat animi puritatem; erat enim vir Dei valde facundus, & humanitate præcipuus, converſatione inter omnes præclarus, contra vitia ad iraſcendum facilis, velox ad ignoſcendum converſis, non piger in bona operatione, deditus orationi, ſtudioſus pſalmodiæ, præclarus in vigiliis, frequens in jejuniis, largus in elymoſinis, in omni ſemper bono promptiſſimus, vir mitis atque modeſtus, nulli pietate ſecundus. Sed quid de eo dicendum eſt, quem omnibus bene volentibus, ſimúlque indigentibus omnis boni adjumentum, quantùm potuit fuiſſe non dubium eſt? Itaque vir Dei Spiritu Sancto repletus unicuique congruebat ſexui & ætati, ut per ſanctæ converſationis ſtudium potuiſſet unicuique ſanctarum exempla virtutum oſtendere. Sed hæc Beatiſſimus Papa Gregorius intuens

Digitized by Google

cœpit cum ſuis inire conſilium, ne tanti luminis fulgor ſub modio abſconderetur, ſed ſecundùm dicta veritatis ſupra candelabrum poſitus, multi ab eo illuminarentur ingreſſi, cogitavítque, ut ex auctoritate Beati Petri Apoſtoli ſacerdotalem ei honorem injungeret. Túncque in viro Dei quæ conſultando tractaverat, opere perficiens per ſingulos gradus ad ſummum usque Pontificalem eum provexit honorem.

Caput 6.

VIr itaque Sanctus, quamvis coactus, tamen dono Dei & divini muneris largitori conſentiens, Pſalmiſtæ non immemor, timens ne tali fraudaretur honore, dicentis: quia noluit benedictionem, elongabitur ab eo. Quamvis honorem fugiendo humilitatem continere voluiſſet, obeditionem tamen majorem judicavit, ne Patrem reſiſtendo contriſtaret, vel divinæ voluntati contraire videretur. Coactus ergo ſacerdotalem ſuſcepit benedictionem, acceptóque pallio cum benedictione, & adjutorio Beati Petri Apoſtoli utique Sanctæ prædicationis officium exercere ubicunque in toto orbe potuiſſet, ex tanti Patris conceſſu poteſtatem habuiſſet. Tantóque accepto honore & privilegio in Galliam reverſus eſt, cœpítque divinum largiter ex ore ejus emanare verbum, & melliflua ad inſtar vivi fontis in aures audientium effundi prædicatio; tunc quoque per univerſam Galliam cœpit verbum doctrinæ illius in virorum, ac mulierum moribus ſanctis creſcere, & tam ſacrarum virginum, ac viduarum, quamque & Monachorum & in Clericorum pectoribus dilatari; Ipſe verò verbum Dei adminiſtrans quaſi prudens diſpenſator Eccleſiæ Chriſti unicuique menſuram tritici hilari advenientibus vultu cæpit largiri.

Caput 7.

INterea contigit, ut major-domûs in Gallia, qui erat Pippinus ſuis accerſiret eum obtutibus; illo verò ibidem proficiſcente contigit in via, ut quidam reus ad damnationis ultimæ ſuſpendium duceretur propter latrocinium nomine Adalpertus manibus poſt tergum vinctis, & torta in collo illius pendebat, & hi qui funem tenebant jam eum trahere ad damnationem conabantur. Cœpit namque vir Dei totis niſibus feſtinare, & ſub teſtificatione divina alta voce clamare, ut ejus expectarent adventum. Cùm autem adpropinquâſſet, concitus ex equo proſiliens ad reum ipſum cucurrit, & principes hujus operis qui eſſent, modis omnibus inquiſivit, eósque inveniens cœpit humillimè poſtulare fixo in terram capite, ut ſibi reum donare dignarentur, & pœnas differre, usquedum ad ſummum Seniorem citiſſimè pervenire potuiſſet; hiſque minimè petitioni illius obtemperantibus, dicentibúsque, publicam ſibi functionem nullo modo audere prætermittere, ne fortè illius punirentur pœna, qui tanta & talia commiſerat crimina, ne regales ad ſui damnationis exitium commoviſſent aures. Tunc vir Dei reum admonere ſtuduit, aſſiſtentéſque longiùs amovit, ut omnem ei putredinem, & vulnus animæ ſuæ confeſſione puriſſima detegeret, tam in factis, quàm in locutionibus, atque cogitationibus pravis, eúmque arripiens, ut omnis malitiæ ſuæ pœnitentiam puriter ageret, admonere curavit. Ipſéque reus emendationem promittere ſtuduit, & debere vitam mutare, ſæculum relinquere, commiſſa deflere, ventura cavere. Tum vir Dei ſigno Crucis, æternæque ſalutis caput illius, & pectus munivit, & lacrymabili vultu reverſus, equúmque aſcendens ſub omni feſtinatione cæptum carpebat iter. Quod dum eodem die perficere minimè valeret, iterando pernoctans & ſecundum diem ad perfectionem ipſius itineris complens ad Solis occaſum ad palatium pervenit, & ex caballo concitus

Digitized by Google

tus deſcendens ſummiſsè pedibus Principis advolvitur, humillima prece depoſcens, ut qualitercunque de pendente illo fuiſſet actum, corpus ejus ſibi donare non dedignaretur, & quomodo à miniſtris ejus pro eo precabatur, & his denegantibus, quanto inde mœrore ſecederet plenum expoſuit.

Caput 8.

HIs Princeps præfatus compaſſus eſt, & eum quem viventem tantus Pontifex à miniſtris ſolvere non poterat, punitum jam quid aliud quis exiſtimabat, niſi mortuum eſſe. Quem Epiſcopo præcipiens reddere, miſsíque utrorum directi videlicet Domini venerandi Pippini, & Beati Corbiniani Epiſcopi epiſtolam deferentes. Qua accepta tandem die tertia veſperaſcante inaudita, & valde incredibilis res! ita vivus inventus eſt latro pendens in patibulo, ut eum venerabilis vir Corbinianus muniverat Epiſcopus Signo Crucis Sanctiſſimo. Sed quid mirum, ſi Sanctus vir Dei ejus vitam à Domino ita imploravit oratione & lacrimis ad gloriam Dei, ut nec corporis pondere collum ejus diſſolvebatur, nec tortarum * obpreſſio anhelam * ejus ſuffocavit, qui ſi fidelis vel infidelis *al *reſtium.* fuiſſet ignorabatur. item: *tormenti.* *al *anhelitum.* Quid mirum, ſi iſte vir Dei in virili ſexu exaudiebatur, dum in fragili ſexu fœmineo Beatam Chriſti Virginem Scolaſticam ita à Deo exauditam legimus, ut ea, quæ à Sanctiſſimo Fratre Benedicto Abbate petiit, obtinere non potuit, quod ei divina virtus poſcenti miniſtravit. Voluítque ipſa Virgo caſtiſſima, ut Frater ejus cum ea pernoctâſſet in oratione, quod àb eo minimè potuit obtinere, petiit à Domino, & tantam vim ventorum, & imbrium *S. Greg. lib. 2. dial. cap. 33.* impetravit, ut ex eodem tecto, in quo loquendo conſederant, nullus egredi valebat, ut qui ibi rogatus noluit manere, manſit invitus. Si ergo à tam fragili Sexu Sanctus vir Dei Benedictus orando potuit retineri, quid mirum, ſi Beatus Corbinianus infideles, aut etiam fideles orando potuerat ſuperare, qui ſe à divino tramite nunquam abſtrahebat. Sícque factum eſt, ut de pœnis depoſitus Adalpertus non tantùm vivus, ſed etiam inlæſus inventus eſt, & ad palatium ab his, qui miſſi fuerant, deductus eſt. Ad cujus intuitum, quaſi ad ingens Spectaculum multitudo nimia confluebat, & non tantùm incolumem, ſed etiam valentem contemplabantur, & à multis habebatur inſigne. Tunc idem Adalpertus quaſi paſſer ereptus à laqueo pœnarum habitum mutavit, & in Sanctæ Converſationis vita ſub Magiſterio viri Dei poſt multa temporum ſpatia finem vivendi fecit.

Caput 9.

EX eo quoque vir Dei Corbinianus venerabatur ab omnibus, maximè verò à domeſticis fidei. Cæpit namque gloriam ſæculi pertimeſcere, & honoris ambitionem expaveſcere, tranquillitatem Secreti, quam perdiderat multipliciter lamentare, divitias ſibi locupletatas quaſi avari amittendo deflere. Ad priſtinum ſe collocavit ergaſtulum, in foribus Beati Germani Eccleſiæ, ibíque ſub protectione ejus proprium quæſivit Secretum, turbas hominum devitavit, paucóſque ſecum Clericos retentavit, quos admonendo & docendo deſerere non valebat. Quibus ſub operationis ſuæ cura victum miniſtravit, & verbi Dei ſemina cottidie eorum pectoribus infundebat. Ibíque continuis ſeptem annis permanens advenientibus ſibi ſecúmque commorantibus verbum Dei ſedulo miniſtravit. Sed quantò ſecretiùs ſe in ima loca contulit, eò ampliùs fama ejus ſanctiſſima altiùs eminebat in publicum, & cottidie à ſupervenientium affligebatur tumultibus. Sed ille quaſi ſævam congeriem ſupervenientium ſuſtentare non valens, & quaſi concuſſam cellulam, & conquaſſatam medii maris fluctibus naviculam deflens ad priſtinum ſe contulit auxilium orationis, iterúmque Romam pergere diſponebat, & à tanti Patris nomine ſolutionem percipere,

& Se-

Digitized by Google

& Secreta Monaſterii petere, atque alterius ſe magiſterio commendare pertractans, ſi eum ſummus Pontifex ſub patrocinio, ut priùs poſcebat, Beati Petri militari ſub manuum ſuarum conceſſiſſet ſudore. Qui non jam publicum à Gallorum partibus arripiens callem, ſed ſecretiorem eligens viam Allemaniam pervenit, deinde Germaniam, & ſic Noricam veniens, ibi quamdiu demoratus verbi divini ſeminavit doctrinam, ibíque nonnullorum ſacra verba penetrabant gratia Dei corda in augmentum fidei Chriſti. Quæ gens quoque adhuc rudis erat, & nuper ad Chriſtianitatem converſa.

Caput 10.

EO namque tempore erat ibi devotiſſimus Theodo Dux, inſignis potentia, & virilis virtute, cum filiis decorus, & nobilium virorum alacritate præcipuus: Cujus longè latéque felix fama ſuccreverat, Provinciam ipſam ſibi, & ſuboli * illius in quatuor partes diviſit, caríque ibi habebantur ſacerdotes, ſicut Noviciorum mos eſſe compellit. Qui dum virum Dei Corbinianum ibidem adveniſſe cognovit, ad ſe invitavit eúmque humillima ſupplicatione conatus eſt obſecrare, ut ab eo honores ſibi debitos recepiſſet, ſed obtinere non potuit, quia vir Dei maluit paupertatem potiùs tranquillam eligere, quàm divitiis frui perituris. Cui multa munera largitus eſt Dux denotatus, vale fecit abire. Eóque relicto in partes filii ejus nomine Grimoaldi incedens, qui eum honorificè recepit, & de tanti Pontificis gratulabatur adventu, non tantùm ipſe, ſed etiam univerſa turba, quæ fuerat in parte ejus. Cùm autem guſtâſſet dulcedinem doctrinæ illius, cœpit multis blanditiis eum ſupplicare, & nimiis inſiſtere precibus, ut eum nequaquam dereſeret; pollicebat enim eum conparticipem facere filiorum ſuorum. Sed vir Dei ad ejus promiſſionem ab ſtatu ſuæ mentis minimè declinavit, ſed inmobilis ad explendum iter arreptum permanſit, & ſe nequaquam recedere ab hujus tramitis perfectione profeſſus eſt. Idem verò Grimoaldus munera illi non modica largitus eſt, vale fecit abire, direxítque miniſtros, qui eum cum ſummo honore deducerent à finibus Noricenſibus, uſque in Italiæ partes. Qui juſſa complentes ſub debito honore benedictionem petentes reverſi ſunt. Sed & ſilenter ignorante viro Dei actoribus vel habitatoribus alpium mandaverunt, tam venuſticæ vallis, quàm aliis circumquaque, ut ſi quando ei reverti illis partibus alicubi contigiſſet, eum à finibus Bajoariorum nequaquam permiſiſſent abire, niſi ad prænotatum principem perveniſſet.

* al. *ſoboli.*

Caput 11.

IN ipſo autem itinere Romam pergendo cum in Breones pervenit juxta ſilvam quandam in caſtris manebat. Sed dum cuſtodes equorum incautè obdormiêrunt, ita ut nullus vigilaret, urſus è ſilva egrediens ſagmarium viri Dei excerpens comedit. Mane autem facto, dum expergeſcebant cuſtodes invenerunt eundem urſum ſuper ipſum ſagmarium jacentem, & comedentem illum. Quod dum Anſericus prædictus viri Dei Miniſter agnovit, Beato Corbiniano dixit. Hoc autem vir Dei patienter ferens, dixit eidem Anſerico: Tolle flagellum iſtum, & vade ad eum, & viriliter illum verbera, & caſtiga pro delicto ſuo, quo nobis nocuit. Quod dum ille agere formidavit, dixit ei vir Dei: Vade & noli timere, ſed ut dixi tibi fac, ac poſtea mitte ſuper eum ſellam ſagmarionam *, & ſterne illum, & illam ſagmam ſuper illum impone, & mina cum aliis cavallis in viam noſtram. Ipſe verò Anſericus fecit ſicut præceperat ei vir Dei, & appoſitam ſuper ſe ſagmam ipſe urſus quaſi domeſticus equus eandem ſagmam uſque ad Romam perduxit, ibíque à viro Dei dimiſſus abiit viam ſuam.

* al. *ſagmariam* ſeu clitellariam, aut ſarcinariam.

Caput

Digitized by Google

Caput 12.

CUm autem ad Tredentanum Caſtrum vir Dei pervenit, ubi tunc à Longobardorum Rege Comes nuper erat poſitus, nomine Huſingus, hic quoque cùm viri Dei emiſſarium valde decorum forma vidiſſet, emere concupivit. Quem cùm emere non potuit, furto ſilenter tollere juſſit, cui vindictam à Deo ordinatam ad tempus narrationis, & ordinem reſervamus. Igitur vir Dei Sanctus Papiam veniens à præcellentiſſimo Longobardorum Rege, & Deo devoto cum omni veneratione ſuſceptus eſt, & ſeptem ibi diebus propter ſacram prædicationem verbi Dei, quæ ex ore illius inundabat, retentus eſt. Cujus ſe orationibus humillimè idem Rex commendavit, munera largitus non modica, vale factum abire permiſit, in cujus comitatum cujusdam civitatis Præpoſitum ire idem Rex juſſit, & usque ad portum amnis Padi deducere, & Virum Dei cum omni comitatu ſuo diligenter transponere, & inde usque ad Romanos fines alios cum eo miſſus * ſuos pergere fecit, ut darentur ei per viam totius neceſſitatis ſolatia. Cùm autem perveniſſent ad portum Padi fluminis, is qui cum eo miſſus fuerat, videns delectabilem equum viri Dei animo hærens emere cupiens. Quod vir Dei minimè ſe daturum dixit, ſed Summo Romanæ Urbis Pontifici ducendum inſinuavit. Is namque antiqui hoſtis pervicacia accenſus ad ſuæ damnationis cumulum ad ultimum tranſeuntibus amnis portum reſervare ſuis ſilenter ſubjectis præcipiens, Dei quoque viro transpoſito, ſubitò ſe equo præponens curſu velociſſimo, is qui miſſus fuerat, in vicinam Silvam ſe immergens cum ſuis huc illùcque diſcurrens ſimulabat ſe quærere latronem. Tum demum vacuus revertens, raptorem ſe non noſſe teſtatus eſt; viri quoque Dei provolutus veſtigiis depoſcens, ut per negligentiam ſuam ad regales aures minimè accuſaret. Vir quoque Sanctiſſimus patientiæ ſuæ cuſtos hilari vultu valefactum amiſit divinæ vindictæ non ignarus. Cujus rei finem divino adjutorio ad poſterum notandi ordinem reſervamus. Nam vir Dei tramite arrepto cœptum carpebat iter.

* Miſſos.

Caput 13.

DUm autem quadam die Tuſciæ partibus perveniſſet, Sextâ feriâ jejunii, in qua obſervare oportebat ab eſu carnium diem, videntes hi, qui præerant itineri, quòd hora guſtandi tardiùs protrahebatur, & quod caballi calorem toto diei Spatio ſub pondere nequiverant ſuſtinere, dixerunt, ut vel paullulum repauſarent, & caballos repaſcerent. His dictis, is qui alimenta miniſtraverat, dixit, ſe ad eſum Epiſcopi nihil præter carnem habere, quod eo die non comeſſurum Epiſcopum noverat. Hoc eo dicente vir Dei ſurſum aſpiciens vidit aquilam in aëris altitudine avolantem, ait: Ecce avis, per quam nobis Dominus miſericordiæ ſuæ largitate daturus eſt alimenta. His dictis ab intuentium oculis longiùs aquila receſſit, quæ de tanta oculorum altitudine acie piſcem in maris fluctibus vidit, ſubmiſſis alis arreptum ad littus perduxit. His ita pergentibus quidam cocus Pontificis more iter agentium hoc videns ad litus cucurrit, invenit aquilam in piſcis adhuc vivi ſedentem capite, piſcem huc illùcque palpitantem. Qui cùm adveniſſet, aquila piſcem dimiſit, & evolavit. At cocus arreptum piſcem obtulit Pontifici, & factum aquilæ enarravit. Magnitudo autem piſcis tanta erat, ut non ſolùm Pontifici ſufficeret, ſed etiam cunctis, qui apud illum comederunt. Res mira, & valde inaudita excepto antiquo miraculo, quod Paulo, & Antonio corvus miniſtraverat eſcam. Tanta enim divinæ pietatis eſt largitas, ut nusquam ſuos Servos permittit inopiâ conſummari ſecundùm Pſalmiſtæ ſententiam: quia inquirentes Dominum non deficient omni bono.

Digitized by Google

Magna igitur eodem loco amœnitas, magnáque herbarum copia, & fons largus. Quid ergo ibi aliud datur intelligi, niſi quòd omnipotens Deus, qui ſuum dignatus eſt paſcere ſervum, ſubvectioni ejus neceſſariam alimoniam miniſtrabat? Sed nequaquam aliud ejus miraculum prætereundum eſſe videtur.

Caput 14.

IN octavo namque die, quem prædiximus, ſimilis ſextâ feriâ quidam ex conviatoribus ad litus maris cucurrit, eſt enim delectabilis callis juxta mare euntibus undarum tumultibus depreſſus. Is dum iret per litus, vidit ſecus litus natantem piſcem non modicæ magnitudinis quaſi pedum undecim longum. Quem dum deambulando intueretur, clamore valido auribus viri Dei retulit. Qui cuncti relicto calle ad litus quaſi ad ingens ſpectaculum curſitabant. Vir autem Dei, cùm eum natantem conſpexerat, intra ſemetipſum tacitè cogitans, ne fortaſſis ſibi in eſum (ut erat) à Deo transmiſſus fuiſſet, quendam ſuum miniſtrum nomine Anſericum (cujus longè jam ſuperiùs memoriam fecimus) ex nomine vocans, quem bonam peritiam natandi habere noverat. Cui præſenti exuere indumentis imperans, nihil diffidentiæ in animo habere præcipiens, pugionem in manus ſumere indicavit. Ipſe verò verbis ejus confiſus, veſtimentis exutus imperterritus quaſi per humum mare ingrediens (erat viribûs ſtrenuus, alacer ingeniô) qui in mare merſus in interiora ſe contulit, ſiniſtra manu pernatans, dexteram ſuper undas elevans, lancea ſummis niſibus piſcem tam viriliter percuſſit, ut ferrum haſtæ ſequeretur capulus. Piſcis idem ſtatim ſe ad altiora maris retorquens, ipſe namque ſummitatem tenens haſtiliæ ſecutus eſt. Qui cùm diu per mare natando ſe fatigâſſet, & nihilominus perſequendo eum percuſſor torqueret, & ad litus eum vertere nitebatur. His ita decertantibus, jam longiùs educti fluctibus, ita ut vix jam ad litus perſpexerat, confiſus quoque in verba viri Dei ſumebat fiduciam. Quod dum piſcatores quidam intuebantur ex latere retia relevantes, his relictis, certatim ad periclitantis denavigaverunt ſpectaculum. Qui dum vulneratum piſcem intuerentur, totis niſibus feſtinabant, atque ab æquore eum in navim voluerunt adtrahere. Sed dum prænotatus viri Dei miniſter brachium in ſummitatem puppi immitteret, cœperunt piſcatores pugnis, & percuſſionibus reverberare, ut ex tanta præda reverteretur vacuus ad litora. Qui dum alacer pedem immitteret puppi, flagellis intrepidus viriliter ſe erigens arrepto uni ex manibus remo, cœpit percuſſores ſuos cædere remo. Qui illico timore percuſſi per orationes viri Dei illius ſe pedibus ſubmittentes navim ad litus usque traxerunt cum præda. Tunc vir Dei, & qui cum eo erant immenſas Deo referebat laudes, loca ad applicandum aptiſſima perſpicientes caſtra metati ſunt. Cum tanta abundantiæ gloria, ut piſcem eundem nequaquam cunctus comitatus illius conſumere poterat, reſidua ſalientes in ſuppellectilibus condiderunt. Refectis autem omnibus, hi qui aliena rapere conabantur, dignis ſunt verberibus caſtigati, atque à viro Dei admoniti, ne ulteriùs Principis Apoſtolorum Beati Petri peregrinis nocere ullo modo auderent. Duos eis tremiſſes dare præcipiens, ne de operatione diei vacui recederent, abire permiſit.

Caput

Digitized by Google

Caput 15.

IPſe verò calle arrepto Romam usque pervenit, & oratione facta ad utraque Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli limina, ad ſummi Pontificis Beati Gregorii præſentiam veniens, ad ejus ſe ſtravit veſtigia. At ille ſurgere ei imperans, ſedem juxta ſe ponere faciens ſedere præcepit. Qui cùm ſediſſet, non modica dona tanto Dei viro obtulit, & cuncta ſibi diſplicentia de ſua converſatione enarravit, quomodo & quibus immenſis fluctibus quatiebatur hujus mundi honoribus, & quomodo ei nec murorum clauſtra tranquillitatem præſtare potuiſſent, & quantùm hujus mundi formidabat divitias, utique qui nec unum volebat habere colonum. Secretum ſupplicans qualiter ei omnes perturbationes animi ſui, atque anguſtias liberè potuiſſet referre. Tunc coram eo lacrimis fuſis flebili voce deplorans, qualiter ſuum Secretum inpoſito honore perdidiſſet, & in priſtina petitione perſiſtens, ut ad cœnobium eum ire permiſiſſet, vel in quandam cellulam eum deputâſſet, vel in aliqua ſecreta Silva ad operationem ei concederet agellum. His auditis tantam humilitatem ejus miratus eſt Summus Papa, eoque à ſe dimiſſo ad Secreta neceſſaria Synodum congregavit, & in eorum collegio talia promulgavit. Quibus auditis illi una voce omnes proclamabant eum reverti ex multis teſtimoniis ſcripturarum. His ita dicentibus virum Dei in medium venire juſſit. Quorum verbis fide recepta ſe victum conſiderans, ut injunctum ſibi à tanto Patre officium nullo modo deberet amittere, & à lucro vacuus redire ad aream. Cum ſummo ibi aliquantum temporis retentus honore benedictione accepta vale faciens omnibus, triſtis receſſit.

Caput 16.

QUi dum revertendo Papiam veniſſet ad portam urbis feretro ſuperpoſitum cujusdam mortui corpus efferebatur, cui univerſus ſecutus eſt urbis primatus. Qui mox ut virum Dei contemplabantur, ſubtiliter de Perſona ejus atque vocabulo ſciſcitabantur. Erat autem hujus viri cadaver, qui caballum illius antea rapere præſumebat, quosque omnes pavor ingens invaſit, quia ipſe deſperatus à medicis facinus ſuum non abſcondit, ſed publicè profeſſus eſt. Tunc quoque vir Sanctus cum omni humanitatis reverentia à Rege receptus regalem deducebatur in aulam, quia nequaquam Principem latebant divinæ virtutis miracula, quæ per viarum Spatia ab eo, & per eum fuerant geſta. Et propterea miles Chriſti ampliorem ab omnibus recipiebat honorem, quamvis ille hoc totum libentiſſimè voluiſſet ſilentio retentari. Sedente autem Rege, & cum eo viro Dei mulier ipſius tunc defuncti orbata viro & viduata flebili vultu veſtigiis viri Dei provoluta eſt, deducens viri Dei caballum, à viro ſuo machinis diabolicis, & nefandæ raptum inſidiæ *, forma, & ſpecie decorum quaſi de obitu viri ſui mortis reum, inſuper ducentos ſolidos viro Dei obtulit dicens: virum ſuum eadem die percuſſum fuiſſe, in quo illecebroſis machinis viam viri Dei impedire præſumpſit, & ut ex eadem percuſſione languor cottidie dolori fomitem miniſtrâſſet, & ut jam à medicis eſſet deſperatus ſibi præcepiſſe, ut ſub omni diligentia ipſum cuſtodiret caballum, & viro Dei, ſi Deo donante ibidem reverſus fuiſſet, omnino redderet, & ejus facinus illi profiteretur, & inſuper debitæ inpenſionis ei aurum deferret, ut pro ejus anima vir Sanctiſſimus deprecari divinam Clementiam dignaretur. Quibus verbis edictis compaſſus eminentiſſimus Rex, & dolore ac tremore compunctus concitè ex throno proſiliens genibus provolutus Epiſcopi rogans, ne hoc ſperneret, quod mulier obtulit, & inſuper ſuum reciperet, quod amiſit. Vir autem Dei ne totam eminentiæ ſuæ familiam contriſtaret, quam de morte tanti viri flentem conſpexerat, & in magna eſſe deſperatione animæ illius, univerſisque

* al. nefandis inſidiis.

ſisque petentibus ad ſuſcipienda, quæ mulier obtulerat, tandem coactus conſenſit, Regem ſurgere petiit, leniterque conſolari cœpit, eúmque rogavit, ne aliam quis pro ipſo reatu ultionem reciperet, dicens, quia non vindicat Dominus bis in idipſum, ſuíſque illi orationibus ut valeret ſe adjuvaturum profeſſus eſt. Fide recepta viri Dei verbis viduata mulier receſſit. Non longè poſt cum ſummo ibi detentus honore, & reverentia Pontifex non modicis ditatus muneribus à Rege valefactus amiſſus eſt, & cum omni neceſſitatis ordinatione & gubernatione ad Tredentinos pervenit fines.

Caput 17.

CUm autem non longè à caſtro veniſſet in prata, quæ appellabantur Rumanniana, quidam ex comitatibus ſuis emiſſarium, quem ibi viro Dei fraudolenti conſilio ipſius Principis, qui tunc ibi erat, juniores furtu abſtulerant, conſpiciens, cuidam jumentæ ſequentem agnovit, & veretro nocuato calcibus jumentarum macie magna indecorum, ita ut vix cognoſcebatur, viro Dei indicare curavit. Qui eum ſe diſſimulans agnoſcere ſuis omnino inde ſilere præcepit. Cùm autem urbis portam adpropinquaret, ecce jam antea prædictus Comes Huſingus obviam ei veniens pedibus illius provolutus commiſſum à ſe facinus non abſcondit, ſed humiliter confitebatur, damnum quod ei fecerat ex caballo, & illecebræ machinationis furtum per ordinem profeſſus eſt, qualiterque propter decoram nobilitatem ejus ſuis jumentis ad propagationem ſibi immittere concupiſcebat, & inpoſterum conſervare, aſſerénſque, quòd hoc facto divina conſecuta eſt illum inde vindicta, quia fere quadraginta duo de ipſis erant jumentis, quæ omnes elefantino morbo periêrunt, excepto una habuit ſuperſtite, quam tunc ſequebatur. Qui præfatus Comes dum hæc profiteretur, duos, quos optimos habuit, viro Dei optulit, & inſuper ducentos Solidos auri, humili voto depoſcens, ut vir Dei emendatione delicti, quod ei ingeſſerat, accipere non ſperneret, & ſibi delictum dimittere cum magna humilitate petiit, quibus verbis auditis vir Dei arriſit, ſed per Satisfactionem illius indulgentiam illi dare dignatus eſt. Ille autem cum magno honore per miniſteriales ſuos eum uſque ad fines Bojoariorum fecerat pertranſire.

Caput 18.

QUi dum Majenſem caſtrum intrâſſet, de præpoſitis captus eſt cuſtodibus, ſicut longè ſuperiùs diximus, à Grimoaldo duce præceptum eſſe, nec ulteriùs eum abire ſinebant, niſi ad eorum Principem pergere profeſſus eſſet. Ibíque nolens & coactus quamdiu detentus eſt, uſquedum eorum miſſus Grimoaldo hoc nuntians reverteretur. Quæ vir Dei impedimenta viæ ſuæ diligenter pertractans conſideravit divinæ virtutis gratiâ vacuum non fuiſſe. Tunc quoque ad Beati Valentini Confeſſoris ſepulchrum ſitum in eodem caſtro Sanctæ orationis cauſa ſe contulit, ſollicitô animô univerſam montanam urbis illius confinem circuivit, vidítque terram fructiferam, & ſilvarum habentem copiam. Invenit etiam inter duos rivulos locum ſecretum & pervium abſque habitatoris tramite, quæ appellabatur uſitato nomine Camina. Intellexit non ſine divino intuitu, & voluntate ibi ſe eſſe detentum, conſideravítque loci Secretum, & ad Sanctæ Religionis cultum delectabilem, cum magno amavit affectu; cogitavítque ſibi Secretum ibi hoſpitiolum conſtruere, ſi hunc locum condigno poſſet pretio comparare. Perquiſivit tamen diligenter, cujus, vel quorum hoc eſſet proprium, ut accidente oportunitate temporis propter vicinitatem Sancti & Beati Valentini Eccleſiæ ſibi ad Secretum hoſpitium vendicaret. Interea tamen hi qui ad Grimoaldum ducem pro adnuntiatione illic adventus ejus miſſi fuerant, rever-

Digitized by Google

revertebantur; adjecerunt etiam, ut ſi ſponte venire nollet, datum ſibi præceptum eſſe, ut coactum eum deducere deberent. Intellexit vir Dei illorum inſidias in prædicto caſtro ſuum dimiſit ſuppellectilem, ad prædictum Principem mœſtus perrexit.

Caput 19.

CUm autem ad palatium prædicti Principis pervenit, per quendam dilectum ejus cubicularium eidem Principi demandavit dicens: nequaquam faciem illius videre velle, antequam inlecebroſam Conjugem à ſe expelleret, quam tunc ſibi copulavit poſt obitum fratris ſui Theodoaldi viduam, quamque adulterina delectatione in matrimonium ſumpſit. Quæ etiam ſecundùm hujus carnis putredinem pulchra videbatur, & decora, genere præclara, ex Galliæ partibus genitricem ſecuta iſtas pervenit in partes. Qui Epiſcopi dictis dum conſentire nolebant, Ipſe in ſua perſeveravit ſententia, eiſque egregii prædicatoris Pauli teſtimonium demandavit inter cætera: quia neque adulteri, neque fornicatores regnum Dei poſſidebunt. Illa autem funeſtæ Herodiadis ſequens exemplum de morte viri Dei cum malivolis ſibi ſequacibus tractare cœperat. Nam vir Dei pro tali crimine meminerat Johannem increpâſſe Herodem, & Herodiadem, quam tulerat fratri ſuo Philippo viventi Uxorem, atque ob hoc ab Herode interemptum eſſe: nullatenus tantum facinus ſe conſentire prædixit, ſed ante ſe eſſe moriturum. Sic quoque quadraginta diebus ab eorum ſe abſtraxit obtutibus, eóſque per ſuos jugiter ammonere non deſtitit, ut tam execrabile amitterent conjugium, congruíſque temporibus nunc ſi converterentur ad pœnitentiam, blandis ſermonibus Dei regnum promiſit. Nunc ſi permanſiſſent in ipſa malitia terrorem magni diei judicii, æternúmque eis citò venturum minabat ſupplicium. Tandémque Dei ſolaciante clementia omnipotentis perduxit eos ad promiſſionem ſeparationis ſuæ. Tunc vir Sanctus in Domini Chriſti Jeſu confiſus ſolatium eos fecit ad ſuam venire præſentiam. Qui venientes humo ſe proſtraverunt ambo, & extenſis ejus brachiis ad pedes ſe graviter peccâſſe, ſe nimiùm reos eſſe profeſſi ſunt; & ita pura confeſſione ad pœnitentiæ confugierunt remedia. Quorum capitibus vir Dei manus imponens ſigno æternæ ſalutis munire curavit, ex humo eos erigens, tantùm lapſis pœnitentiam deſignavit, viam eis Salutis oſtendit, remediorum ſolatia elymoſinarum largitate, jejuniorum & orationum frequentia adipiſcenda monſtravit: & ut ampliùs ſibi peccare caverent, ſollicitè præmonuit. Sícque domum ingreſſi communem ſumpſerunt cibum. Et ſic à menſa Principis vir Dei alimoniam corporis ſumpſit, ita etiam illis alimoniam animarum ſuarum prædicando verbum Domini miniſtravit.

Caput 20.

TUnc quoque vir Sanctus locum delectabilem in confinio Magenſe, cujus ſuperiùs memoriam fecimus Grimoaldum Principem à poſſeſſoribus juſto pretio emere perſuaſit, ut haberet juſto labore adeptum, unde animæ ſuæ remedium adquirere potuiſſet. Quo hortatu Princeps libenti animo obedivit, ibidémque cum Beato Corbiniano veniens convocavit ad ſe poſſeſſores loci illius, qui vulgò dicitur adhuc Camina inter duos rivulos Timone, & finale: & dato proprio & adpretiato pretio juſto emerat hoc ſibi à viris nobilibus & poteſtativis in proprietatem, tam territorium agrorum, quàm & prata, & vineas cum parte alpium. Illi verò emptores cum teſtimoniis & teſtibus hoc illi confirmaverunt, ſicut mos eſt in proprietatem. Quo facto cum conſilio fidelium, & Deo devotarum perſonarum tradiderunt hoc ipſum per manus Sancti Corbiniani Deo, & Sanctæ Genitrici Mariæ ad Sanctam Eccleſiam ejus Sitam in Caſtro

 Friſin-

Digitized by Google

Friſingenſe ſuper fluvium Iſara, & cum teſtibus ibidem perpetuo jure ſervire firmavit. Tunc quoque vir Domini Corbinianus habitaculum ſibi illic conſtruere feſtinavit, Baſilicam ædificavit, & Sancti Valentini, atque Beati Zenonis in eam patrocinia collocavit, & in eorum dedicavit honorem, vinearumque ibi plantans copiam, & pomiferis decoravit arboribus, & alimoniam pauperibus præparavit. Cœpítque fama Sanctitatis illius ſpargi latè per orbem, à cujus ore laus Dei emanabat jugiter.

Caput 21.

FUit indéque non longè manens quædam vidua nomine Fauſta cum duabus filiabus bonam habentes Subſtantiam. Quæ Fauſta dividens cum filiabus poſſeſſionem, portionémque ſuam Grimoaldo Principi eô modô tradidit, ut usquedum illa viveret, eam tueretur, & cuſtodiret, & ut poſt ejus exceſſum hoc ſibi haberet in proprium, in loco qui dicitur Chorzes cum omnibus ibidem pertinentibus. Poſt ejus quoque obitum Beatus Corbinianus dedit Grimoaldo Principi nongentos auri ſolidos, quos ei dudum Pippinus major domûs Francorúmque Princeps in ſuam largitus eſt elymoſinam,& comparavit hoc ipſum in Chorzes, & ambo pariter poſtea idem Beatus Corbinianus Epiſcopus, & Grimoaldus Princeps tradiderunt hoc Deo & Sanctæ Mariæ ad prædictam Eccleſiam in Caſtro Friſingenſe, ubi tunc Beatus Corbinianus cathedram tenuit Pontificalem.

Caput 22.

QUadam verò die vir Dei Beatus Corbinianus cum præfato Principe recumbens ad prandium, adpoſita menſa ſalutifero Crucis Signo Chriſti cum Dei laude ſuperpoſitam conſignificavit alimoniam. Prædictus quoque Princeps ex menſa dilecto ſibi cani panem per incuriam projecit. Quod dum vir Dei conſpexerat, dextro pede tripodi calcem dedit, & menſam dejecit, ita ut argentea vaſcula per pavimentum huc illúcque ſpargerentur, & ex ſcamno proſiliens ajebat, ipſum tantæ benedictionis fore indignum, quam cani non verebatur projicere. Domum illius egreſſus dixit, ſe ab ejus curia omnino abſtrahere, & nequaquam cum eo communem ulteriùs ſumere panem debere. Hoc facto mulier de morte viri Dei cœpit tractare invidiæ facibus ſuccenſa, eò quòd à viri inlicito ſui concubitu per verbum viri Dei fuerat alienata, inceſſantérque in aures viri ſui invidiæ & odii fomitem miniſtravit contra virum Dei. Dixit etiam ob Principis deſpectum hoc egiſſe Epiſcopum, nihil aliud dignum Epiſcopum eſſe, niſi mortis reum. Quam rem Princeps idem diligenter perpendens patientiæ ſervans cuſtodiam caſtri aditum claudere juſſit, ne tantus vir Dei à ſe recederet furore permotus. Ipſéque cum Primatibus ſuis palatium egreſſus viri Dei provolvebatur veſtigiis, Satisfactionem ſpopondit, magníſque precibus, atque blanditiis, nec non & muneribus motum mitigavit Epiſcopum, & tandem vix unquam pacis oſculum à Beato promeruit Epiſcopo, & ſic iterum pariter communem ſumpſerunt cibum. Cœperúntque viri Dei divitiæ, quas non amaverat, creſcere cottidie, & loca augeſcere.

Caput 23.

CUm quadam die in Epiſcopio conſediſſet, moleſtia corporis illum concuſſit, ita ut more ſolito in vicinum montem ad oratorium Beati Stephani Martyris venire nequiverat, matutinas Deo perſolvere laudes. Clerum ſuſcitans, illuc præcipiens ire. Illíſque aſcendentibus vox pſallentium in Eccleſia obviam

Digitized by Google

obviam illis eſt facta, tantáque modulaminis concordia magis ac magis in aures audientium perſtrepebat, quantò Eccleſiæ propinquiùs veniebant. Ex feneſtris quoque & tecto tanta vis clari luminis radiabat per latera ejusdem montis, ut claritatem diei ſuperaret. Híſque feſtinantibus Eccleſiæ januam introgreſſi tantus claritatis fulgor evanuit; odor namque incredibili ſuavitate ibi triduo præflagrabat. Clerici quoque nimis timore perterriti, & velut mortui corruerunt in terram, alii ante fores, alii limina ingreſſi Eccleſiæ. Qui dum tandem vires receperunt, domi cucurrerunt, & talia viro Dei referebant. His ille auditis ſe illuc deferre præcipiens, & ibimet ad manendum domum ſibi conſtruere juſſit exiguam.

Caput 24.

CUm autem miniſtri de aquarum penuria propter altitudinem montis, quam ibidem cottidie ferendo laſſaverunt, murmurare cœperunt, Idem vir Dei quadam die diluculo conſurgens ſolus montis latera circumiens in plaga meridiana ad orationem ſe humo proſtravit. Qua completa baculum, à quo ſuſtentabatur, in terram defixit, cúmque paullulum perfodiſſet, tantáque mox ex eadem fovea aquarum emanavit habundantia, ut ad totius cellulæ miniſterium ſufficiebat, ita ut ad usque ima montis defluxerat, & eo vivente nunquam defuerat.

Caput 25.

CUm autem quadam die idem vir ſanctus veſpertina hora ad Eccleſiam Beatæ Mariæ in ipſo Caſtro Friſingenſe ad perſolvendas Deo laudes venire voluiſſet, ecce quædam mulier ruſtica cum muneribus obviam perrexit, quæ maleficii ſuſpicione jam antea viro Dei fuerat divulgata, cum qua onuſti carnibus ibant viri, & animal vivum ſecum ducebant. Quod vir Dei cùm conſpexerat, ſubtiliter inquiſivit, quinam illius eſſet adventus? Ad hæc mulier doloſa quendam juventutis flore Principis ſubolem quibusdam illuſionibus dæmonum aſſerens eſſe commotum, séque ſuo carmine, ſuíſque artibus ad ſalutem perduxiſſe gloriabatur, & exinde hæc Xenia deportare. Quibus auditis vir Dei vehementer expavit, & ex equo proſiliens in tantum commovebatur furorem, ut ipſe eam propriis non parcebat manibus cædi, & cuncta, quæ cum ea portabantur Xenia ad portam civitatis juſſit pauperibus erogare. A portáque civitatis domi revertens perfidiam Principis non ceſſavit deflere, Sociáque antiqui hoſtis ut ſerpens in paradiſo mulier ſparſis crinibus, receptis viribus, cruentata facie, Principis ſe offerebat obtutibus; quam cùm ita flentem inceſta uxor Principis viderat, diabolico inſtinctu furore incenſa, vultu mutato vim veneni, quam in corde tenuit, aſpicientibus demonſtravit. Nam vitam auferre Epiſcopo moliebatur. Quod tamen viro prodere diſtulit, latentérque ei inſidias ad ſuimet laqueum mortis præparare non diſtulit. Cuidam Secretario ſuo nomine Nino ſilenter præcipiens, ut cùm ab eadem villa receſſiſſet Epiſcopus, collectis famulis eum interemiſſet.

Caput 26.

CUmque ad aliam ſe pergere vir Dei diſponeret villam quidam ex Deum timentibus homo per fratrem ipſius Epiſcopi Beatæ memoriæ nomine Ermbertum ei demandare curavit, quòd eadem nocte iniquiſſimæ mulieris conſilio deberetur occidi, nî ſe mutatione loci ſtudioſè ſalvaret. His dictis fidem adhibuit, intempeſtæ noctis ſilentio occultè ſe ad aliam contulit villam. Eodémque ſequente crepuſculo ecce prænotatus Ninus collectis famulis domum viri Dei circumcinxit, quem dum diligentiſſimè perſcrutarentur, ut inter-

Digitized by Google

terficerent, ſed minime repperierunt, cuncta ædificia evertentes vacui & confuſi reverſi ſunt. Epiſcopus autem ſumpto ſecum Clero locum amiſit, ad Magenſem Caſtrum perrexit. Per quendam ex ſuis Principi demandavit, quòd ſub omni celeritate ipſa maligna mulier in foveam, quam ipſo paraverat, corruere debuiſſet, & ipſe citò vitam finire. Quáſque inſidias dum Grimoaldus cognoviſſet, & abſceſſum viri Dei, miſit & humili prece eum redire rogavit, ille autem minimè ita fecit, ſed dixit Jezabelis peſſimæ mulieris inſidias oportere cavere. Sed talibus inſidiis qualis foret ſecuta vindicta, ſilentio non eſt premendum.

Caput 27.

PRæfatus etiam puer ejus, quem nefando carmine, ut diximus, machinis diaboli mulier præcantabat, rebus exceſſit humanis, eóque mortuo Grimoaldus ab inſidiatoribus interfectus eſt. Prædictus verò Nino, qui in necem Epiſcopi collegium fecit, probroſa morte vitam finivit, qui cùm ventrem purgare ſedebat, lancea percuſſus interiit. Ad ultimum verò Pilitrud prænotata mulier Carolum in Gallias ſequebatur, pro meritis ſuis ab eodem repudiata, omnem honorem, & gloriam perdidit, propriíſque exuta ſubſtantiis, noviſſimè nihil, niſi unum aſellum ad ſubvectionem poſſidens in Italiam pergens vitam finivit. Natíque ejus, qui ex illius prodebant utero, cum multa tribulatione regno privati vitalem amiſerunt flatum.

Caput 28.

HUcbertus quoque cùm regnare cœperat, cum omni dulcedine, & ſummo honore virum Dei Corbinianum Epiſcopum ad ſe revocavit. Quem tanto venerabatur honore, ut ſanctis meritis dignus erat, eúmque ſibimet ſacro fontis lavacro ſociavit.

Caput 29.

CUmque exitus viri Dei adpropinquaſſet, tempore obitûs ſui non ignarus, carnalem fratrem ſuum Ermbertum in Italiam ad Longobardorum direxit Principem, poſtulans firmitatem ſui proprii conqueſtus in Magies, quod Sanctæ Mariæ tradidit, ne exinde auferretur, & ut ſuum corpuſculum ad ſepeliendum ibidem recipere præcepiſſet, quod illic Beato Valentino commendavit vivus; quia in eodem caſtro dominabantur tunc in tempore Longobardi. Hoc igitur octavo ante ſui obitûs diem mandare curavit, & horam egreſſionis ſuæ prædicens alium ex ſuis diſcipulis ad Hucbertum Principem direxit, ſuum obitum nuntiare, popoſcens, ut cadaver illius deferre juberet, ubi vivus promiſerat.

Caput 30.

VEniente autem jam exitûs ſui die balneum ſibi præparare juſſit, & ex more abluens corpus capillos ſibi tondere fecit, caput & barbam radere: veſtibus indutus Deo ſacrificium obtulit, & viaticum propriis manibus recepit. Miſſarum quoque ſolemnitate completa domum ingreſſus poſt perceptionem corporis, & ſanguinis Chriſti, vinum adduci ſibi juſſit, modicúmque deguſtavit, nihil doloris ſimulans, ſignum Crucis Chriſti in capite impreſſit, & Deo ſpiritum reddidit, qui à Miniſtris in Beatæ Dei Genitricis Mariæ Eccleſiam traditus eſt ſepulturæ.

Caput

Digitized by Google

Caput 31.

SEd tanta mox pluvia ſubſecuta eſt, atque procella triginta diebus, & noctibus, ut nec una hora unquam ceſſavit, ubi apertè monſtrabatur, quòd ibi requiem corporis ſui habere nolebat, ſed in loco, ubi popoſcerat vivus. Miſſi verò à Principe Hucberto reverſi, adtulerunt mandatum, ut Beatiſſimi Viri corpus Magias adportaretur, ſicut Ipſe vivus diſponebat, ut ibi in Eccleſia Sancti Valentini ſepeliretur.

Caput 32.

QUi cùm triceſimo obitûs ſui die de humo elevabatur, tali repertus eſt forma, ut vivus eſſe à multis putabatur, & quaſi valens dormiret; confluebat namque ibidem magna multitudo virorum ac mulierum quaſi ad ingens ſpectaculum, tanti Pontificis lamentabantur abſceſſum.

Caput 33.

CUmque corpus ejus plauſtro impoſuerunt circumdata multitudine, quædam puella nomine Magata non longè inde ſecretè cum ſibi ſocia ſtabat, atque inquiſivit, quid de Epiſcopo ageretur, nefandum valde proferebat Sermonem, ſuæ laſciviæ, atque immunditiæ ſocium illum fuiſſe. Quódque ideo tam improvidè dixit, quia ſociam ſuam deludere voluit. Cui ſtatim divinæ virtutis eſt vindicta ſecuta. Nam femur ejus dextrum ita flectebatur, ut calcaneum ejus natitenùs rigebatur; quæ in ſua claudicatione permanſit, uſquedum vixit, binis ſuſtentabatur baculis, unius pedis utebatur greſſu, tamen in luctu & pœnitentia, & jugi confeſſione peccatorum ſuorum, atque ſanctæ orationis ſtudio, vitam multis annis duxerat.

Caput 34.

PErgentibus itaque, atque deportantibus corpus Epiſcopi cœpit de nare ejus emanare ſanguis tam calidus, ut de corpore vivo ſolet effluere. Quod colligentes in vaſculum fictile deportaverunt usque ad caſtra, ubi cum ſancto corpore vigilando illa nocte manſerunt, & vas plenum ipſius ſanguinis in eodem loco effodierunt in terram &, cooperuerunt.

Caput 35.

CUm autem veniſſent partibus Vallenſium cum ſancto corpore ejus, quidam nobilis Romanus, nomine Dominicus Breonenſium plebis civis magnis vexatus febribus ad viri Dei corpus cum veniſſet, de meritis ſancti viri ſanitatem confiſus recipere poſſe ſubter corpus ejus ſe ſubmiſit altero quidem latere, ſurrexit priſtinæ ſanitati reſtitutus tam valenter, ut in proprium proſiliens equum Dei omnipotentis virtutem, & Beati Viri merita collaudans domi ſanus reverſus eſt. Miniſtri viri Dei cùm ad caſtrum Magenſem cum ejus corpore venerunt, ab ipſa porta urbis à Cuſtodibus Longobardorum repulſi ſunt, dicentibúsque, quòd nequaquam corpus viri Dei fuiſſet, ſed machinis fore inſidias, ut urbem capere potuiſſent. His ita dicentibus ecce literæ Longobardorum Regis à Papia ibidem pervenerunt, qui tanti viri corpus præcipiebant cum ſummo honore recipere. Eo ſuſcepto vaſculum aperuerunt, ut experimento inde didicerent veritatem.

Caput 36.

CUmque pallium ſuper corpus ejus expanſum, & ſudarium, quod fuerat ſuper caput ejus, abſtulerunt, ecce iterum ſanguis ex naribus viri Dei egrediebatur calidus, qui inter tot montium ſpatia fuerat adportatus, & pulcritudo faciei illius talis inveniebatur coloris, ut prius erat illo vivente. Tunc omnes una voce magnificabant Deum in Sanctis ejus, & Sanctum Corpus ejus in Eccleſia Sancti Valentini Confeſſoris Chriſti, ut ipſe diſpoſuerat ſepulturæ tradiderunt.

Caput 37.

POſt ſepulturam verò tertia nocte media magnæ claritatis lumine cerei ardentes reperti ſunt in eadem Eccleſia, ita ut diei vincerent fulgorem, & candorem nivis, magnúsque ibidem, & optimus ſecutus eſt odor, qui illic permanſit usque ad matutinorum ſolemnia.

Caput 38.

QUadam verò die, dum puer parvulus in nocte ipſius viri Dei ſolemnitate ſecus muros civitatis incautè cucurrit, pede lapſo in præcipitium decadebat. Erat autem ibi tantæ altitudinis ſpatium, ut intuentes magnus pavor invaſerat, atque ad ima montis ipſius Paſſeris amnis intumeſcerat fluctibus. Quis enim aliud de ipſo arbitrabatur puero, niſi mortuum eſſe inter Saxorum ſcopula ingentia diſruptum? Et quamvis ad ima montis perveniſſet, nequaquam fluvium evadere potuiſſe. Qui dum irent cadaver quærendo, amne ſuper pontem transgreſſo, contemplabantur puerum Saxo cuidam inhærentem. Qui arreptis funibus per Saxorum aſcendebant cavernas, usquedum ad puerum pervenerunt. Qui ob merita viri Dei non tantùm vivus, ſed etiam inlæſus repertus eſt. Quique etiam divinæ largitatis munere ipſo præerat epiſcopatui multis diebus.

Caput 39.

INterea verò dum à Longobardorum gente corpus Beati Valentini Confeſſoris Chriſti de eodem caſtro ablatum fuerat, & in Tredentinam urbem deportatum, ac poſtea à venerando Taſſilone duce in Pataviam civitatem cum ſummo evectum honore. Cæpi ego Hæres licèt indignus ipſius Friſingenſis Sedis Epiſcopus cogitare, quid de tanti Patris corpore agere debuiſſem, qui ſine honore debito, & absque Sancto illic jacebat officio, & exinde debitus ei honor deferri nequiverat. Ad divinum me contuli conſilium, atque cum Coëpiſcopis meis, & cæteris approbatis Eccleſiaſticis viris tractare cæperam, ut ad ſuam Sedem, uti Epiſcopus erat ad gloriam Dei, & ad ſibi debitum perduceretur honorem. Sanctorum virorum corroboratus Conſilio generaliter Synodô congregatô & cogitationes, vel Conſilium Beatorum virorum in medium protuli, quomodo Sanctum Corpus viri Dei ad ſuum locum deduceretur. Paritérque tractabamus, ne Sanctus vir noſtræ curæ ſublatus ſine Sancto officio, & nobis tantæ abſentiæ ſinè lumine remaneret. Et quod Beati Valentini corpus inde ductum fuerat, per quem iſte vir Dei ſuum illuc Corpus decrevit perducere. Inito namque generali Conſilio triduanum jejunium decrevimus per totam Diœceſim illam celebrari, pſalmodiámque ſine intermiſſione ab omnibus generaliter agere, atque Miſſarum celebrationes cottidie, divinam clementiam omnes unanimiter ſupplicare cum ſumma devotione, & humilitate, ut per ſuam miſericordiam alicui ſuam inde aliquando dignaretur Chriſtus oſtendere voluntatem.

Digitized by Google

tem. Utrùm ad priſtinum locum deberet adduci, vel expectaturus eſſe deberet ultimi & magni diei reſurrectionem. Et ne inprovidè contra divinum hoc ageretur Conſilium, triduanô denique peractô jejuniô, antequam ab invicem ſeparemur corporali præſentia, ſeptem viris ex noſtris divinæ largitatis gratia in ſomnis eſt revelatum, ſicut tractavimus, ita perficere, ut ad ſuum locum viri Dei Corpus reduceretur. Omnéſque inde nos humillimè conlaudavimus clementiam Dei, & valedicentes invicem receſſimus.

Caput 40.

TUnc quoque cum conſilio omnium Coëpiſcoporum noſtrorum, cæterorúmque Eccleſiaſticorum, & ipſius venerandi Principis Taſſilonis ad repetendum viri Dei Corpus probos, atque prudentes Eccleſiaſticos viros cum aliis ſequacibus eorum direximus.

Caput 41.

CUmque ad prædictam Urbem; Magenſem venerunt, & orationes ſuppliciter impleverunt, die declinato ad veſperam initô Conſiliô quoſdam in Eccleſia dimiſerunt, alii verò ad percipiendam alimoniam domum ingreſſi ſunt. Et ecce ſubitò in Eccleſia ſonus factus magnus, ita ut validi tonitrui vim ſuperare videretur, & univerſam non ſolùm Eccleſiam, ſed etiam Urbem commovebat. Tanta namque diei fuerat ſerenitas, ut nubes minimè apparere videretur. Tantúſque omnes, qui in Eccleſia erant, timor invaſit, ut nimio tremore perterriti in terram corruerunt, & quaſi exanimes facti ſunt. Ac poſt paullulum viribus receptis oſtium Eccleſiæ conati ſunt egredi. Et ecce hi qui erant in domo obviam illis pervenerunt, & ſic omnes cum ingenti pavore Eccleſiam ingreſſi cum omni reverentia pernoctaverunt in vigiliis usque in craſtinum. Sed quid mirum, ſi tali ſonitu vir Dei voluiſſet oſtendere, ſuum ad revocandum corpus ejus fieri voluntatem.

Caput 42.

MAne autem facto, magna cum ſupplicatione accedentes, & tumulum aperientes invenerunt Sancti Viri Corpus tam pulcrum, & optimi coloris, ut etiam leniter dormiens putaretur. Elevatúſque de eodem loco cum omni gloria & honore, & feretro appoſitus cum magna pedeſtrium virorum Religioſorum adducebatur proſperitate, ut equitantes vix eos ſequi potuerunt. Amiſſis autem tranſalpinis jugibus cum ad portum Oeni fluminis cum tantis reliquiis viri religioſi pervenerunt, magna turma Clericorum, & Laicorum utriusque ſexûs ibidem obviam Sancto viri Dei corpore facta eſt, & cum magna letaniarum laude receptus eſt.

Caput 43.

CUmque inde in quendam Campum aptum quieti venerunt, ibíque repauſantibus quidam vir manum habens aridam à juventutis ſuæ flore acceſſit, & ſubter feretrum Sacri Corporis ſe immiſit, confiſus in Dei miſericordia & in merita viri Dei, reſtituta eſt Sanitati manus ejus ſicut altera.

Caput 44.

EAdem quoque nocte quidam illuc veniens dæmonio arreptus tali furore motus, ut vix à fortiſſimis viris potuit contineri, qui magnis perturbatíſque vocibus perſtrepebat, atque clamabat inmaniter. Is dum ſubter feretrum Corporis viri Dei à fidelibus viris ſupponeretur, ita ſuffragante gratia Dei & interceſſionibus Sancti viri Spiritus ab eo immundus abſceſſit, ut nunquam ulteriùs ei ullo modo nocendi habuit poteſtatem.

Caput 45.

* al. *ad eundem.*

COntigit autem, ut adportato Sancto corpore ventum eſt adeundi * locum, ubi jam olim, dum de Friſinga cum eodem corpore pergentes caſtra metati ſunt, ibíque collectum Sanguinem ejus, ut ſupra dictum eſt, in vaſe fictili tabula ſuperpoſita ſuffodierunt. At Sanctæ Crucis bajolus ſuper ipſum vaſculum ignoranter Crucem affixit, inventúſque eſt idem Sanguis viri Dei tali colore, atque decore, ut eodem die à vivente effluxiſſet Corpore. Ibique Ymniticam laudem & gloriam Domino Deo noſtro ſuppliciter omnes lætanti animo decantabant: Et idem Sanguis ibi cum omni honore recondebatur, & magna ibi cum feſtinatione Eccleſia conſtruebatur, ubi innumerabilia Dei omnipotentis clementia ad honorem, & gloriam Sancti nominis ejus operari dignatus eſt multorum Sanitatum miracula per interceſſiones, & merita Beatiſſimi viri Dei.

Caput 46.

INde autem moto Sancto Corpore Beati Corbiniani omnis cœtus Pontificum, & Eccleſiaſticorum turba inmenſa unà cum ſummo Principe eorum Taſſilone obviam currentes cum omni Eccleſiaſtico dignanter obſequio, cum ymnis, & canticis Spiritalibus, omníque laude ab univerſis & gloria in Eccleſia Sanctæ Mariæ, ubi primitus erat humatus, ad honorem & gloriam Chriſti nominis, & ad totius Chriſtianæ plebis ejus ſuffragia poſtulantis eſt honorificè exaltatus. Pro cujus meritis & precibus magnas ibi virtutes divina virtus cottidie operari dignatur, & multis verè in Deum credentibus, & fideliter petentibus opem confert, præſtante & miſerante Domino Jeſu Chriſto, qui cum Deo Patre, & Spiritu Sancto vivit & regnat Deus per omnia ſæcula ſæculorum, Amen.

NOTÆ
Ad Aribonem.

Cap. 2. *Anſericus nomine.* Oſtendimus alibi, nomina Corbiniani & Ermberti in Gallia dudùm fuiſſe celebria. Idem dicere oportet de nomine *Anſerici.* Id enim nomen ſæculo Chriſti VII. erat Anſerico, qui ex Sueſſionenſi Epiſcopo circa annum Chriſti 656. factus eſt Monachus, ut Mabillonius tradit. Frodoardus quoque in ſuo Poëmate de Pontificibus Romanis meminit Anſcherici Pariſienſis Epiſcopi.

Cap. 5. *In confeſſione beatiſſimi Apoſtolorum Principis Petri.* *Confeſſio* dicitur ille Eccleſiæ locus, ubi reponuntur Corpora ſeu Reliquiæ Sanctorum. Vide Macros fratres in *Hierolexico.*

Eodem Cap. *Ingreſſi.* Alludit Aribo ad illud Evangelicum: *Nemo Lucernam accendit, & in abſcondito ponit, ſed ſuper candelabrum, ut, qui* ingrediuntur, *lumen videant.* Lucæ c. 11. ỹ. 33.

Cap. 6. *Acceptóque pallio &c.* Pallium hìc eſt Sacrum inſigne, à Pontifice Patriarchis, Metropolitis, atque Archiepiſcopis conceſſum, ab altari, ſub quo corpora Principum Apoſtolorum quieſcunt, deſumptum. Vide Macros in *Hierolexico*: & Juris Canonici peritos.

Cap.

Digitized by Google

Cap. 7. *Pippinus.* Loco Pippini hîc fuiſſe ponendum Carolum Martellum, alibi monſtravimus.

Eodem. *Adalpertus.* Notiſſimum apud Gallos ſæculo ſeptimo nomen: quo inſigniebantur ante tempora S. Corbiniani Adalbertus Abbas Floriacenſis: Adalbertus Epiſcopus Arvenorum: Adalbertus Epiſcopus Tricaſinus: Adalbertus Abbas Caſtrenſis: & alii multi. Vid. Mabillon. *Annal. Tom. I. & II.*

Eodem. *Confeſſione.* Videant heterodoxi exactam peccatorum omnium etiam cogitatione admiſſorum uſitatam confeſſionem ſæculo VIII.

Eodem. *Signo crucis.* Ecce! Sæculo VIII. Signum crucis, quo Chriſtiani ſe & alios ſignabant: quod ſæpiùs in Aribone occurrit. Nec deſunt alia longè vetuſtiora exempla: ut in vita S. Benedicti & aliorum videre eſt.

Eodem. *In Sancta converſationis vita ſub magiſterio viri Dei.* Nempe ut Adalpertus in ſuperioribus promiſerat, factus Monachus juxta illud: *hic ordinat Monachum, à crucis morte redemptum.* Ecce! quid ſit vita *Sanctæ converſationis.* Ecce in Corbiniano Magiſtrum Monachorum!

Cap. 9. *Clericos.* Tales nempe, de quibus alibi egimus, nempe tonſurâ monaſticâ donatos: inter quos abſque dubio numerabatur Adalpertus, ut ex modò annotatis conſtat.

Cap. 11. *Sagmarium.* Nempe Clitellarium.

Cap. 16. *Pro ejus anima.* Vide Lector, an tempore Corbiniani non crediderint fideles, defunctorum animas aliquando precibûs vivorum indigere?

Cap. 17. *Rumanniana.* Fortè prope *Romagnan*, locum infra Tridentum in ripa Atheſis fluvii ſitum.

Eodem. *Cuidam jumenta.* Intellige: *mulæ*, aut equæ.

Cap. 18. *Univerſam montanam urbis illius confinem.* Si Majenſis urbs, hodie non niſi pagus, quamvis ampliſſimus, patria S. Corbiniani fuiſſet, vix poterat id hoc loco diſſimulare Aribo: neque opus habuiſſet Corbinianus viciniam illam luſtrare.

Cap. 20. *Tam territorium.* Intellige *fundum.* Territorii enim nomine nonniſi fundum ſignificari ſolitum, ex multis traditionum Friſingenſium inſtrumentis edocebimur.

Cap. 24. *Totius cellulæ.* Vides manſionem monaſticam in monte S. Stephani. Nam *cellulæ* nomine ſignificari Monaſterium alibi demonſtravimus: & conſentiunt omnes domeſtici Epiſcoporum catalogi.

Cap. 25. *Ad portam civitatis.* Ergò Friſinga jam tunc erat civitas.

Cap. 26. *Beatæ memoriæ nomine Ermbertum.* Ingens elogium ac virtutis teſtimonium de Ermberto S. Corbiniani fratre: quod etiam in aliis inſtrumentis occurrit.

Cap. 30. *Miſſarum quoque ſolemnitate completa.* Ergò Miſſa Catholicorum non eſt novitia.

Cap. 35. *Subter corpus ejus ſe ſubmiſit.* Ergò licet ſacras colere, & Sanctos invocare, ex veterum more.

Cap. 41. *Tanta namque diei fuerat ſerenitas &c.* Verba ſunt S. Gregrorii in vita S. Bened. cap. 33.

Cap. 42. *Ad portum Oeni fluminis.* Portûs nomine hîc ſignificatur trajectus, ſeu locus, ubi aſſervatur navis pro trajectu non tantùm hominum, ſed etiam jumentorum & curruum ab una ripa fluminis ad aliam transvehendorum.

Cap. 45. *S. crucis bajulus. &c.* Habes exemplum vetuſtum, quo fidelibus in proceſſionibus publicis præferebatur Crux.

Plura alia tum in Diſſertatione IV. prolegomena, tum in vita S. Corbiniani explanare conati ſumus.

Digitized by Google

NUM. II.

Incipit

Ordo Officii in Domo S. Benedicti ante Paſcha.

IN primis in Dominica, quæ eſt ante Palma, id eſt quindecim dies ante Paſcha, non cantant reſponſorium parvulum cum *gloria*, & ſecunda feria iconias velant.

Item in Dominica, quæ eſt in olivæ benedictionem, cantant tertiam in S. Petro reſidentes. Omnes legunt lectionem ſecundùm conſuetudinem. Poſt lectionem verò ſequitur Introitus, & Lectio Apoſtoli & gradalis ad ipſam diem pertinentes & Evangelium de ramis palmarum: & benedicunt olivas, & incipiunt antiphonam, *Hoſanna filio David*. Poſt hæc *ecce quàm bonum*, & intrant in S. Benedictum, & dicta oratione incipiunt aliam antiphonam, *turba multa*. Sequitur Letania, & cum ipſa intrant ad Miſſam majorem. Ad ipſam legunt lectionem de Apoſtolo, gradalem, & tractum, Evangelium, paſſionem Domini ſecundùm Mathæum. Completâ miſſâ, vadunt cum pſallentio in refecturio.

Item poſt Palma tantùm in tres noctes faciunt nocturnum. Quarta autem feria, id eſt in vigilia Cænæ Domini, hora nona expleta intrant ad Miſſam: legunt lectiones duas, & cantant graduales duos, unumquemque cum quinque verſiculis. Sequitur paſſio Domini ſecundùm Lucam. Poſt completorium verò ad ipſas vigilias ſignum non tangunt usque ad Miſſam in Sabbato Sancto; nec lectores benedictionem petunt, nec in fine conſueta dicunt: ſimiliter ad menſas agatur.

Congregati omnes in Oratorio verſum non dicant, nec vocatorium, nec Presbyter compleat nec Orationem dicant, niſi tantum ſimpliciter incipiant antiphonam. Novem pſalmi dividantur in tres vices, tres, tres, tres, cum novem reſponſoriis majoribus, & novem lectionibus de Lamentatione Jeremiæ, & tractatu de Paſſione Domini. Ita agatur usque in Sabbato Sancto.

Item in Cæna Domini agatur Miſſa ad Veſperum. Ita intrantes in refecturio, accipiant ſingulas biberes & panem, & quicquid eis appoſitum fuerit. Exeuntes verò lavat Abbas pedes omnibus, & poſt Mandatum cænant. Et in nocte de Cæna Domini, quod eſt Paraſceve, incipientes Matutinum, per ſingulas antiphonas exſtinguunt candelas ſingulas. Item in ſexta feria ad tertiam legunt Paſſionem Domini ſecundum Mathæum, ad ſextam ſecundum Marcum: hora verò nona legunt lectionem de Oſee Propheta; ſequitur gradalis cum quinque verſiculis, *Domine audivi*, deinde Lectio de Exodo & tractus, *qui habitat in adjutorio*. Poſt hæc Paſſio Domini ſecundum Johannem ſequatur. Deinde ſacerdos fundat orationes XII. cum totidem letaniis. Hæc omnia expleta, adorant ſanctam crucem. Acta Veſpera vadant ad reficiendum.

Sabbato vero poſt horam nonam, pulſato ſigno intrent in oratorio. Dicta oratione incipiunt Lectiones XII. cum IX. orationibus, totidemque gradalibus & ſequuntur benedictiones, & benedictio cerei & aquæ. Exeuntes vero cum Letania procedunt ad S. Petrum. Finita ibidem ipſa Letania, dicta Oratione procedunt inde ad S. Benedictum cum alia Letania: & illa ibidem finita, ſimiliter dicta Oratione incipient aliam, & cum ipſa procedunt ad Miſſam majorem. Poſt Miſſam, peracta Veſpera vadunt cum Pſallentio in refectorio.

Item

Digitized by Google

Item Dominico die vadunt cum antiphona & aqua ſancta per ſingulas manſiones. Finita omnia & completa procedunt in refectorium cum pſallentio. Secunda feria eunt cum Cruce & patrocinia & aqua ſancta per ſingulos labores: redeuntes agunt Miſſam in Sancto Petro.

Tertia verò feria procedens juſo, jungentes ſe invicem & ſalutantes ſe mutuo ad S. Petrum in civitate: incipientes letaniam, intrant in Eccleſiam, legunt lectionem Actus Apoſtolorum, gradalem, alleluja; ſequitur Evangelium. Dicta oratione incipientes antiphonam procedunt in cellam ad Sancto Salvatore. Peracta autem Miſſarum ſollemnia, incipientes antiphonam eunt in refectorio. His ita omnibus expletis, ſecunda & tertia feria faciunt octo lectiones; reliquis diebus usque in octaba ſexta & usque in Pentecoſten omni nocte tres lectiones; & ad Matutinum. *Dominus regnavit*, *& Jubilate Deo.*

In his feſtivitatibus fiunt XII. lectiones, & dicitur *Dominus regnavit*, Paſcha, Aſcenſio Domini, Pentecoſten, S. Johannis Baptiſtæ, S. Petri, S. Laurentii, S. Mariæ, S. Martini, Nativitas Domini, Epiphania Domini, Octabas Domini, Octabas Epiphaniæ, Purificatio S. Mariæ, Nativitas S. Fauſtini, & Jovitæ, & depoſitio S. Benedicti Abbatis, & S. Gregorii Papæ, & S. Germani Epiſcopi. In his autem feſtivitatibus in vigilia non eſt proceſſio, nec jeniunium ad veſperum, videlicet octaba Domini, octaba Epiphaniæ, & Purificatione Sanctæ Mariæ, in reliquis autem Sanctorum feſtivitatibus VIII. lectiones.

NOTÆ.

Hunc ordinem exſcripſit Mabillonius *Tom. IV. veterum Analectorum* ex codice Imperialis Monaſterii S. Udalrici Auguſtæ, ante annos, uti ipſe judicat, ferè nongentos ſcripto. Ubi commonemus Lectorem, quòd licèt S. Benedictus in ſua Regula diſpoſuerit pro variis anni temporibus ordinem ac numerum pſalmorum, nihilominus tamen aliis liberam facultatem reliquerit, eundem mutandi: *hoc præcipue commonentes*, inquit *cap. 18. ut, ſi cui forte hæc diſtributio pſalmorum diſplicuerit, ordinet, ſi meliùs judicaverit.* Id quod maximè de Quadrageſimæ tempore intelligendum eſt, uti ex *cap. 15. Reg.* diſcimus. Unde nihil mirum, ſi Friſingenſes Monachi hunc particularem ordinem, hactenùs recitatum, ſibi conſtituerunt.

In Sancto Petro reſidentes. Extat etiamnum Friſingæ Sacellum S. Petri haud procul ab Eccleſia Cathedrali verſus Urbem: quod antiquis temporibus ſpatioſius fuiſſe ſuſpicamur. In eo ſepultus jacet Erchambertus Epiſcopus, ut alibi dictum.

Intrant in Sanctum Benedictum. Nempe in Eccleſiam S. Benedicti, Cathedrali contiguam, in qua hoc ipſo, quo ſcribimus, anno ob renovationem ipſius Cathedralis Eccleſiæ Divina Officia omnia celebrantur.

Intrant ad Miſſam majorem. Nempe è. S. Benedicto per periſtylium, quod utramque Eccleſiam conjungit, in Baſilicam Cathedralem.

Vadunt cum pſallentio in refectorio. Id eſt, alternatim pſalmos canendo.

Poſt Completorium. Nempe poſt ultimam Horarum Canonicarum partem, cujus autorem fuiſſe S. Benedictum Bellarminus exiſtimavit: quod nonnulli explicant de Eccleſia Occidentali, cùm in Eccleſia Orientis S. Baſilius Completorii jam videatur meminiſſe.

In Oratorio. Nempe choro, ut hodie loquimur. De *Oratorio Monaſterii* agit S. Benedictus *cap. 52.* per totum.

Nec vocatorium. Id eſt, invitatorium.

Accipiant ſingulas biberes & panem. Sunt ipſa verba Regulæ S. B. cap. 35. ubi ſcriptores ſub vocula *biberes* intelligunt potum. Videri ſuper his poteſt Hæfftenus.

Lavat Abbas pedes omnibus. Nempe Epiſcopus. Cæterùm verba illa etiam exprimuntur in Reg. S. B. *cap. 53.*

Exeuntes cum letania. Litaniæ nomine aliquando intelligi omnes orationes, aut pſalmos, qui in proceſſionibus dicuntur, Macri fratres docent.

Procedens juſo. Legendum *procedent. juſo.* Eſt dictio Italica, uſurpata in certis Italiæ Regionibus: & ſignificat idem ac *inferiùs.* Uti *ſuſo* idem eſt ac ſuperiùs.

In cellam ad Sancto Salvatore. Hujus cellæ nulla, quod quidem ſciam, ſupereſt apud Friſingenſes mentio. Fortaſſis hujus cellæ nomine intelligebatur Monaſterium Monialium, de quibus paſſim mentio occurrit, ut ſuis locis videbimus.

In his feſtivitatibus fiunt XII. Lectiones. Rectè. Ita præcipit S. Benedictus *cap. 11. & 14.*

Octa-

Digitized by Google

Octabas Domini. Nempe *Octava*, ut nôrunt Antiquarii.

S. Germani Epiſcopi. Fortè hujus Feſtum Friſingæ olim celebratum fuit, quòd S. Corbinianus eum primò ſibi Patronum elegerit. Sed cur, inquis, hîc reticetur inter Feſta præcipua S. Corbinianus? Reſpondemus, Feſtum Nativitatis B. M. V. olim Friſingæ idem fuiſſe cum Feſto S. Corbiniani, uti inſtrumentis probabimus. Idem obſervamus in Liturgia Ellenhardi Epiſcopi, de qua ſuô locô.

Sed quid ad Friſingenſes Nativitas SS. Fauſtini & Jovitæ? Reſpondemus, ſæpiùs apud Friſingenſes fuiſſe mutata Ejusmodi Feſta & patrocinia. S. Eupropius olim habebatur inter præcipuos hujus Eccleſiæ Patronos, uti demonſtramus in Actis Nitkeri Epiſcopi: & tamen ejus memoria hodie planè exolevit. Idem eſt de S. Tertulino, ac S. Candido: de quibus agemus, cùm tempus monuerit. Locorum, urbium nempe & oppidorum, Eccleſiarum & altarium incendia atque excidia quid non mutant?

NUM. III.

Ex Actis Conciliorum Editionis Harduinianæ Tom. III. col. 1919. & ſeqq.

Præfatio.

IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti. Ego Carlomannus Dux & Princeps Francorum anno ab Incarnatione Domini DCCXLII. XI. videlicet Kalendas Maji, cum conſilio ſervorum Dei, & optimatum meorum, Epiſcopos qui in regno meo ſunt, cum Presbyteris, ad Concilium & Synodum pro timore Chriſti congregavi, id eſt Bonifacium Archiepiſcopum & Burchardum, & Regenfridum, Wintanum, & Witbaldum, & Dadanum, & Eddanum, ac reliquos Epiſcopos cum Presbyteris eorum, ut mihi conſilium dediſſent, quomodo lex Dei, & Eccleſiaſtica Religio recuperetur, quæ in diebus præteritorum Principum diſſipata corruit, & qualiter populus Chriſtianus ad ſalutem animæ pervenire poſſit, & per falſos ſacerdotes deceptus non pereat.

Canones

I.

ITaque per conſilium ſacerdotum, religioſorum, & optimatum meorum, ordinavimus per civitates Epiſcopos, & conſtituimus ſuper eos Archiepiſcopum Bonifacium, qui eſt Miſſus Sancti Petri. Statuimúsque per annos ſingulos Synodum congregari; ut nobis præſentibus canonum decreta & Eccleſiæ jura reſtaurentur, & religio Chriſtiana emendetur. Et fraudatas pecunias Eccleſiarum Eccleſiis reſtituimus: falſos vero Presbyteros, vel fornicatores diaconos & Clericos, de pecuniis Eccleſiarum abſtulimus, & degradavimus, & ad pœnitentiam coëgimus.

II.

SErvis Dei per omnia armaturam portare, vel pugnare, aut in exercitum & in hoſtem pergere omninò prohibuimus: niſi illis tantum, qui propter divinum myſterium, Miſſarum ſcilicet ſolemnia adimplenda, & Sanctorum patrocinia portanda, ad hoc electi ſunt: id eſt, unum vel duos Epiſcopos, cum Capellanis & Presbyteris eorum Princeps ſecum habeat, & unusquisque præfectus unum Presbyterum, qui hominibus peccata confitentibus judicare, & indicare pœnitentiam poſſit. Nec non & illas venationes, & ſilvaticas vagationes cum canibus, omnibus ſervis Dei interdiximus: & ut accipitres & falcones non habeant.

III. De-

III.

DEcrevimus quoque juxta Sanctorum canones, ut unusquisque Presbyter in Parochia habitans ſubjectus ſit illi Epiſcopo, in cujus Parochia habitat; & ſemper in quadrageſima rationem & ordinem Miniſterii ſui, ſive de baptiſmo, ſive de fide càtholica, ſive de precibus & ordine Miſſarum, ipſi Epiſcopo reddat & oſtendat. Et quandocumque jure canonico Epiſcopus circumierit Parochiam ad confirmandos populos, presbyter ſemper paratus ſit ad ſuſcipiendum Epiſcopum, cum collectione & adjutorio populi, qui ibi confirmari debet. Et in cœna Domini ſemper novum chriſma accipiat ab Epiſcopo. Et ut Epiſcopus teſtis ſit caſtitatis, & vitæ, & fidei, & doctrinæ illius.

IV.

STatuimus etiam ut ſecundùm canonicam cautelam, omnes undecumque venientes ignotos Epiſcopos, vel presbyteros, ante probationem Synodalem in Eccleſiaſticum Miniſterium non admitteremus.

V.

DEcrevimus quoque, ut ſecundùm canones unusquisque Epiſcopus in ſua Parochia ſolicitudinem gerat, adjuvante gravione, qui defenſor Eccleſiæ ejus eſt, ut populus Dei paganias non faciat ſed omnes ſpurcitias abjiciat & reſpuat; ſive profana ſacrificia mortuorum, ſive ſortilegos, vel divinos, ſive phylacteria, & auguria, ſive incantationes, ſive hoſtias immolatitias, quas ſtulti homines juxta Eccleſias ritu pagano faciunt, ſub nomine Sanctorum Martyrum vel Confeſſorum, Deum & Sanctos ſuos, ad iracundiam provocantes: ſive illos ſacrilegos ignes, quos Nedfratres vocant, ſive omnes, quæcunque ſunt, paganorum obſervationes diligenter prohibeant.

VI.

STatuimus ſimiliter, ut poſt hanc Synodum, quæ fuit XI. Kalendas Maji, quisquis ſervorum Dei, vel ancillarum Chriſti, in crimen fornicationis lapſus fuerit, in carcere pœnitentiam faciat in pane & aqua, & ſi ordinatus presbyter ſit, duos annos in carcere permaneat; & antea flagellatus & ſcorticatus videatur, & poſt Epiſcopus adaugeat. Si autem Clericus vel Monachus in hoc peccatum inciderit, poſt tertiam verberationem in carcerem miſſus, vertente anno ibi pœnitentiam agat. Similiter & Nonnæ velatæ eadem pœnitentia contineantur, & radantur omnes capilli capitis ejus.

VII.

DEcrevimus quoque, ut presbyteri vel Diaconi non ſagîs, Laicorum more, ſed caſulis utantur, ritu ſervorum Dei: & nullus in ſua domo mulieres habitare permittat. Et ut Monachi & ancillæ Dei Monaſteriales juxta regulam Sancti Benedicti, cœnobia vel Xenodochia ſua ordinare, gubernare, vivere ſtudeant: & vitam propriam degere ſecundùm prædicti patris ordinationem non negligant.

NOTÆ.

Canone III. *Parochia.* Hoc vocabulum apud antiquos frequentiſſimè fuit adhibitum pro *Diœceſi Epiſcopi*, velut etiam patet ex hoc loco. Vide Macros.

Can. 5. *Adjuvante Gravione.* Gravio idem eſt ac Comes, à Germanico vocabulo *Grav*, ſeu *Graf*. Hinc etiam dicitur *Landgravius*. Ita ijdem.

Eod. *Paganias.* Id eſt, idololatrias. Ita rursùs illi.

Eod. *Phylacteria.* Nempe ſuperſtitioſas ligulas. Vide eosdem.

Eod. *Nedfratres.* Incendium ſuperſtitioſum Ruſticorum in Feſto S. Joannis Baptiſtæ: de quo plura laudati Macri.

Digitized by Google

Inſtrumenta ſub Joſepho Epiſcopo Friſingenſi III.

NUM. IV.

Traditio Cauuonis.

Potiùs Hamminci.

DUm in Dei nomine cogitante vel tractante me de anima mea, ſeu de vita futura, ut in quantitate apud pio Domino veniam merear accipere. Ego Hamminc ad ultimo deductus propriam hereditatem, quam Genitor meus Hatto mihi in hereditatem reliquid per manus Sacerdotis Claudii, ſeu & Germani mei Cauuonis ad intemeratæ virginis Mariæ Eccleſiam in Caſtro Frigiſingas meniis conſtructam, ubi Joſeph Epiſcopus Deo opitulante deſervit, ut pro me ipſo interceſſor adſiſtat, dono atque transfundo rem inquiſitam ſtipulatione ſubnexa Colonias numero VI. Caſas, curtes, pratas, paſcua, aquarúmque decurſibus, cum omnibúsque utenſiliis, cultis, non cultis, vel quicquid jure meíſque ditionibus in his locis eſſe cognoſco, ut inviolata permaneat hereditas prædicti luminis utrisque partibus fluminis nuncupante Iſura, ut nulla oppoſita Perſona frangere non conetur, neque de propinquis meis, neque quislibet; Si autem aliquis, quod fiere futurum non æſtimo, propria temeritate venire temptaverit, inſolubilem ſibi vindicet damnum, quia alienam invadit, & Epiſtula præſens nihilominus firma, & ſtabilis permaneat, quam propria ſponte fieri depoſcui, poſt obitum verò ejus firmitas acta per manus Cauuoni ſecundùm quod mos conpellit ſecularis. Teſtes per aures tracti, & hæc nomina eorum: Arbeo presbyter, Uualtrich, & Aurilianus Diaconi, Perhtolt, Cauuo, Deotker, Irminhart, Reginolf, Heriperht, Folrih, Fater, Uuichart, Kyſalhart, Ambricho, Uuichram, Hazzo, Haero, ſuúsque filius. Poſt hoc ✠ Signum manus Taſſilonis Ducis conconſentienti. ✠ Signum manus Reginperti. ✠ Signum manus Claudii. ✠ Signum manus Nordperhti. ✠ Signum manus Alauuichi. ✠ Signum manus Keroldi. Actum in villa nuncupante Matahcauui. Regnante Domno Taſſilone anno X. regni ejus III. Kal. Decembris Indictione X. Luna V. Ego Arbeo juſſus de Duce inclito ſcripſi, & ſubſcripſi, & teſtes firmavi convenientia Cauuonis, cum donato Epiſcopo Joſeph de artifice malleatoris noſtro Aleto, ut eum ſibi tempus ad Serviendum cammiedibus, de Epiſcopo aſſerat, & poſtquam de ejus rediret ſervitio, utrique & prædictus faber & in loco poſitus ſuperiori epiſtulæ ad prædictum Eccleſiæ optenèant firmitatem.

NOTÆ.

Barbariem latini Sermonis, in Inſtrumentis noſtris vetuſtiſſimis occurrentem non moramur, certi, eam eruditis diſplicere non poſſe, imò placere debere, cùm nonniſi optimum ſinceritatis antiquæ teſtimonium præſeferat.

Cammiedibus. Legendum cenſemus: *cunctis diebus.* Alii ſuſpicantur, ſub voce *Cammiedibus* intelligi opera ſervilia ædium, à voculis *camus & adu.*

Matahcavvi. Fortè *Matickeſen.*

NUM. V.

Traditio Deotribi de Teoruneshuſun.

DUm in Dei nomine cogitante, vel tractante me pro anima mea, ſeu pro futura vita, ut in quantitate apud pio Domino veniam merear accipere. Ego Thedericus indignus ac ſi peccator provectus ætate terram in loco quæ dicitur Teoruneshuſir, quam Beatæ memoriæ Ermberto Epiſcopo tradidi modo inmutabiliter per epiſtulam præſentem ad Beatæ Dei Genetricis Mariæ Eccle-

Digitized by Google

Eccleſiam infra urbe nuncupante Frigiſinga meniis conſtructam, præſente Domno venerabili Joſeph Epiſcopo ſeu reliquo agmine Clerum, & popularium, tradidi & confirmavi territorium, pratas, paſcua, aquarúmque decurſibus, ſilvis, virgultis, omnémque cultum, non cultum in poſſeſſionem perpetuam, excepto domorum condimenta, atque igneum utenſilia, ſeu porcorum paſcua in deſerto, ſi neceſſitas cogerit, terra autem, & omnis poſſeſſio traditione prædicti loci firma & ſtabilis permaneat ſtipulatione ſubnexa; ut nulla inquiſitio ab heredibus meis fieri poſſit, niſi ſupernæ pietatis auxiliatio. Siquis contra hæc epiſtolam fraude temptare conavenerit, inprimis inſolubile vinculo meretur pati, quod paratum eſt in adventum examine diſtricti Judicis preſciat ſe perferre Sententiam. A Judice terreno diſtringente perſolvat auri Libras XII. tamen donatio hæc nihilominus firma permaneat. Actum in Caſtro Frigiſingas, regnante Domno Taſſilone Duce anno X. regni ejus. Sub die menſis mad VIIII. Indictione XII. Hæc ſunt teſtes, & eorum nomina: inprimis Joſeph Epiſcopus, & Signum manuum ejus. Deotrih teſtes. Arbeo, Albuni, Lucellus Presbyteri. Hununc, Uualtrih, Aurillan Diaconi, Cundpald Judex, Droant, Purſo Milites, & hæc Signum eorum manibus ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ ✠. Ego Arbeo Presbyter rogatus donationem hanc ſcripſi, & teſtes firmavi. Ego Taſſilo Dux Bajouuariorum confirmavi hanc epiſtulam.

NOTÆ.

Teorunahuſun. Hodie *Dirnzhauſen.* Ut alibi monuimus.
Sub die Menſis Mad. Nempe Maji: ut ex pluribus aliis Inſtrumentis conſtat.

NUM. VI.

Traditio Chuniperhti de Pohe.

DUm in Dei nomine cogitante vel tractante me de anima mea, ſeu de vita futura, ut in quantitate apud pio Domino veniam merear accipere. Ego Chunipertus propriam hereditatem, quam Genitor meus Carthari mihi in hereditatem reliquid in villa, quæ nuncupatur Poch, ibi Eccleſiam in honore beati Apoſtolorum Principis Petri Eccleſiam condedi cum Sociis ſuis, quam venerabilis Pontifex Joſeph dedicavit, cujus ditioni eam fieri firmavi ad domum publicum Beatæ Genetricis Dei infra oppido Frigiſingas mœniis conſtructam, ut poſt obitum meum habeat poteſtatem defenſor, atque poſſeſſor fieri, & quemcuque Pontifices hujus loci conſtituerint, ſicut de reliquis utenſilibus prædictæ Eccleſiæ; itaque tradedi, atque transfundavi propriam hereditatem, atque empticam in jam prædicto loco Colones VIII. cum omnibus utenſilibus eorum; quorúmque nomina in ultimo inſerimus. Reliqua autem utenſilia, id eſt, in villam Tactara campis pratis paſcuis Silvis aquarúmque decurſibus, & quicquid noſtris ditionibus eſſe videtur, excepto Colone nuncupante Luipo, quem filio filii mei tradidi. Reliqua autem hujus loci omnia utenſilia pleniſſima devotione ad prædictum locum fieri in perpetua confirmavi nullo prohibente. Siquis verò, quod fieri non credo contra hanc donationem venire temptaverit, cum Deo Judice omnium, & agmina Sanctorum communicet cauſam, & quod repetit, evindicare non valeat; & inſuper in fiſco culpabilis ſolidos CCCC exiſtat; & nihilominus præſens epiſtula firma permaneat. Hæc ſunt teſtes per aures tracti, & hæc nomina eorum, & hæc qui in præſente ſigna manuum depreſſerunt. Signum ✠ Chuniperhti, qui hanc donationem fieri, atque firmare rogavit. Signum ✠ Joſeph Epiſcopi. Signum ✠ Mannoni Epiſcopi. Signum ✠ Zottoni Presbyteri. Signum ✠ Arbionis archipresbyteri. Signum ✠ Uualtrich, atque Haimilonis ſeu Otonis presbyterorum. Signum ✠ Raginoni Preſidi.

Signum ✠ Cundpaldi Judicis. Signum ✠ Adalperht. Signum ✠ Iſini. Signum ✠ Victoris. Signum ✠ Raginhari. Signum ✠ Anagrim. Signum ✠ Lantfrid. Actum in Caſtro publico nuncupante Frigiſinga ſub die X. Kalend. Februarii regnante inluſtriſſimo Rege Domno Pippino anno Octavo regni ejus, & venerabile Duce Taſſilone anno XII. Regni ejus, indictione XII. Ego Arbio Presbyter ſcripſi & ſubſcripſi. Ego Taſſilo Dux Bajoariorum confirmavi hanc epiſtulam.

NOTÆ.

Pobt. Pach, in diſtrictu Cantſpergenſi.

Annus Pippini Regis VIII. & Taſſilonis XII. demonſtrant, epochas utriusque diſtare annis quatuor completis. Verùm de his in Superioribus.

NUM. VII.

Traditio Adalunc, & Hununc de Abunsna.

IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti. Ego itaque in Dei nomine Adalunc tractante vel cogitante me de æterna beatitudine, ſeu de futura vita pro remedium animæ meæ, ſeu anteceſſorum meorum oratorium ædificavi in loco, qui dicitur Abunsna, & ibidem advocavi Domnum Joſeph Epiſcopum ad conſecrandum ipſum oratorium, & tradidi omnia ſubſtantia portionis meæ, nec non & Filii mei nomine Hununc portiones ſuas ad ipſum altare tradidimus totum & integrum terram cultam & incultam, agros, pratas, ſilvas aquarúmque decurſos, vias, & quicquid ad ipſum pertinebat locum de noſtro alode, vel adtracto, de noſtro jure, & ita peractum communis manibus meis, & filii mei tradidimus ad prædictum altarem domui Sanctæ Mariæ epiſcopali in locum, qui dicitur Frigiſinga in manus Joſephi Epiſcopi ſtipulatione ſubnexa, & teſtes ſubter firmavimus. Actum in prædicto loco ſub die conſule quod fecit pridie Kal. Junias regnante Domho & inluſtriſſimo Duci Taſſiloni anno XII. hæc nomina teſtium. Arbeo Archipresbyter, Victor Diaconus, Luitpranc Diaconus Uualtrich Diaconus Orilan Diaconus.

Igitur eodem Eccleſiam Ego Hununc in Dei nomine presbyter vocatus languore valido correptus iterata traditione tradidi cum omnia pertinentia ad hunc locum de alode noſtro, ſeu adquiſitione quolibet modo ad nos tracto omnia ex integro cum conſenſu ſummi Ducis Taſſilonis ad prædictam domum Sanctæ Mariæ Frigiſingas manu propria ipſam cartulam ſuper prædictum altarem poſui, & traditionem genitoris mei firmavi, & deinceps mea ipſius manu ſimul cum teſtibus ſcribere rogavi. Et hæc nomina teſtium: Popo teſtis, Reginolf, Adalker & Luitprand Presbyter, Pern Presbyter, Reginpald, Angilperht, Adalperht, Helmperht. Ego Horskeo indignus vocatus Diaconus ſcripſi.

NOTÆ

Abunsna. Hodiè *Abens.*

Pern Presbyter. Perſæpe occurrit in noſtris Inſtrumentis: & ſub Attone Epiſcopo vocatur *Presbyter & Monachus*: videatur Liber Traditionum primus *fol.* 112. *&* 158. Unde conjicimus, omnes illos teſtes fuiſſe *de familia*: de qua nempe ipſe Pern, ſeu Perno fuit: ut ex ſequentibus Documentis apparebit.

Adalperht. Quid, ſi ſuſpicemur, hunc Adalbertum fuiſſe eum, quem S. Corbinianus è furca liberavit, & inter diſcipulos ſuos recepit; quíque *poſt multa temporum Spatia finem vivendi fecit*, uti Aribo *cap.* 8. teſtatur?

NUM. VIII.

Digitized by Google

NUM. VIII.

Traditio Wettini de Hroadoluing.

DUm in Dei nomine cogitante vel tractante me de anima mea, ſeu de vita futura, ut in quantitate apud pio Domino veniam merear accipere, idcirco ego Wetti propriam hereditatem, quam Genitor meus Anulo mihi in hereditatem reliquid, in villa, quæ nuncupatur Hrodoluinga, & quicquid ad hæc pertinent, & quicquid ego alibi adquirere poſſum, dono atque transfundo ad Eccleſiam Beatæ Dei Genetricis Mariæ infra oppido Frigiſingas locum publicum, ut me vivente, vel poſt obitum meum habeat poteſtatem defenſor, atque poſſeſſor ipſius ſupradictæ Eccleſiæ omnia, quicquid ſupradictus Genitor meus mihi reliquid. Itaque tradidi, atque transfundavi propriam hereditatem, atque empticam in jam prædicto loco, reliqua autem utenſilia, id eſt, campis, pratis, paſcuis, ſilvis, aquarúmque decurſibus, & quicquid noſtris ditionibus eſſe videtur, hæc autem omnia loci hujus utenſilia pleniſſima devotione ad prædictum locum fieri in perpetuum confirmavi nullo prohibente. Siquis verò, quod fieri non credo, ego ipſe, aut aliquis ex heredibus meis, vel quis appoſita Perſona contra hanc donationem venire temptaverit, cum Deo judice omnium, & agmina Sanctorum excommunicatus appareat, & cauſam, quod repetit, vindicare non valeat, & inſuper in fiſco culpabilis ſolidos CCCC. componat, & nihilominùs præſens Epiſtula firma permaneat. Hæc ſunt teſtes per aures tracti, & hæc nomina eorum, qui in præſentia adfuerunt. ✠ Signum manûs Wettini, qui hanc donationem fieri, atque firmare rogavit. ✠ Signum Chuniperhti. ✠ Signum Iſi. ✠ Signum Haimperht. ✠ Signum Hattonis. ✠ Signum Agilperhti. ✠ Signum victoris Diaconi. ✠ Signum Waltilonis Clerici. ✠ Signum Dominorum Clericorum. ✠ Signum Cundhari Subdiaconi. ✠ Signum Hahichonis Clerici. ✠ Signum Irminfrid Clerici. ✠ Signum Arbionis. Actum in caſtro publico nuncupante Frigiſinga ſub die Idibus Decembris Luna XXII. Indictione XII. regnante inluſtriſſimo Rege Pippino anno VIII. & Venerabile Duce Taſſilone anno XIII. regni ejus; actum hæc fuit in præſentia venerabilis Pontificis Joſeph. Ego Oadalger hanc donationem ſcripſi & ſubſcripſi.

NUM. IX.

Traditio Fridaperhti Clerici de Eparaha.

BRevem commemoratorii de illa tradione, quam fecit Fridaperht Clericus in manus Domini Joſeph Epiſcopi in loco nuncupato Eparaha, quod in perpetuum ſtabilis ad Epiſcopatum Sanctæ Mariæ in caſtro Sito Frigiſinga fuiſſet, & hæc teſtes per aures tracti Chunihoh Clericus teſtis, Oadahart Clericus teſtis, Cundhart Clericus teſtis, Altumar presbyter, Woluolt Laicus teſtis, Urſo Laicus teſtis, Alprih Laicus teſtis, Deotperht Laicus teſtis, Purcman Laicus teſtis, Sigur Laicus teſtis, Puapo Laicus teſtis, Ellant Laicus teſtis, Frecholf Laicus teſtis, Helmperht Laicus teſtis, Cavvo Laicus teſtis. Actum eſt anno XIII. ſub Taſſilone Duce Bajoariorum menſe Novembri, quod XV. Kal. Decembris. Ego quidem Heres hanc traditionem ſcripſi juſſione Domni Joſeph Epiſcopi Indictione XII.

Digitized by Google

NUM. X.

Traditio David de Mamindorf.

ILle bene poſſidet rebus, qui ſibi aliquid theſaurizat de terrenis in iſta caduca vita ad cœleſtia regna, & ad gaudia ſempiterna, ad cœleſtibus conviviis invitatur, & intrare mereat cœleſtes alimentas ſempiternas cum gaudio poſſidere. Propter hanc ſpem ego enim in Dei nomine David cogitans pro remedium animæ meæ, ſeu de vita futura, in quantum potui hujuscemodi exemplum ſecutus tradidi ad domum Sancti Michahelis, & Sancti Andreæ Apoſtoli, & Sancti Johannis Baptiſtæ, & ad omnium Sanctorum, quorum reliquias ibi honorificè requieſcunt, in loco nuncupante Poah, duas partes heriditatis meæ in loco Mammindorf tam in Mancipiis, quam etiam agris, pratis, ſilvis, ſeu quicquid ad me legibus pertinere videbatur, duas ut ſupra diximus partes in omnibus trado atque transfundo ad jam dictum domum in manus Joſeph Epiſcopi per repromiſſiones ſuas, & ego me ipſum ſanctiſſimis orationibus ſuis commendans, & ipſe me in ſanctas, ac venerabiles manus ſuas fideliter accepit, & fieri per omnia permiſit, ſicut petii, & dedi ei poteſtatem ab eo die habere dominandi, vendendi, commutandi, concambiandi, vel quicquid de ipſo facere voluiſſet in omnibus poteſtatem habendi. Et ſiquis de Heredibus meis, aut Fratres mei, quod fieri non credo, aut quislibet oppoſita perſona, qui contra hanc donationem venire, aut frangere voluerit, inprimis iram Dei omnipotentis incurrat, & ab omnibus ſanctis excommunicatus exiſtat, & hæc donatio nihilominus firma permaneat, & ille anathematus ſit ab omni communione Chriſtianorum, & hoc, quod repetit, evindicare non valeat; & pro hoc inferat fiſco auri libram I. argenti pondus V. coactus exſolvat. Actum eſt hoc in Bajoaria Provincia coram Taſſiloni Duce ipſo confirmante in Idus Marcias. Inprimis ✠ ſignum David, qui hanc donationem fieri rogavit. ✠ Signum Irminfrid fratris ſui. ✠ Signum Keparoh. ✠ Signum Chuanrat. ✠ Signum Hailrich. ✠ Signum Hiltimunt. ✠ Signum Luitolf. ✠ Signum Eparachar. ✠ Signum Hroadachar. ✠ Signum Oatoni. ✠ Signum Iſanharti. ✠ Signum Madalgeri. ✠ Signum Tutiloni. ✠ Signum Altoni reclauſi. ✠ Signum Tutoni Presbyteri. ✠ Signum Haitoni Presbyteri. ✠ Signum Halichoni Presbyteri. ✠ Signum Reginperhti Presbyteri. Ego Reginperht rogatus fui ad ſcribendum; non ſcripſi quomodo volui, ſed ſicut potui, regnante Pippino Rege, & Taſſiloni Duce.

NUM. XI.

Traditio Oatiloni & Taſſiloni de Haſalpah.

IN Chriſti nomine Taſſilo Dux Bajuuariorum territorium in villa nuncupante Haſalpah, quam bonæ memoriæ Oatilo Dux priùs tradidit ad Eccleſiam beatæ Dei Genetricis Mariæ in Oppido Frigiſingas per Epiſtulam ſuam, quam fieri juſſit, eadem terram, quam Oto in prædicto loco poſſidebat, cum omnia utenſilia ſicut in priſtino fuit tradita, pari modo confirmavit: Item ego Taſſilo Dux pro remedium animæ Oatilonis prædictum locum trado, atque transfundo territorium, pratas, paſcua, ſilvas, aquarúmque decurſibus, & quicquid jure in eodem loco illius Oatoni hereditati fuiſſe ſubjectum, ut permaneat in hereditate Sanctorum firma, & ſtabilis ſtibulatione ſubnexa; ut ſiquis contra hanc donationis cartulæ venire temptaverit, communicet cauſam. ✠ Inprimis Taſſilo propria manu ſignum fecit. ✠ Signum Virgilii Abbatis. ✠ Signum

gnum Reginperti. ✠ Signum Reginonis. ✠ Signum Machelmi. ✠ Signum manus Hadumari. ✠ Signum Alawichi. ✠ Signum Utihi. Signum Cundhari. Signum Punini.

NUM. XII.

Quomodo Reginperht Eccleſiam condidit in Scaranziæ.

IN Dei nomine Reginperhto cogitante, vel tractante de anima mea, ſeu de vita futura, ut in quantitate apud pio Domino veniam accipere mererer, pari ſuffragante Germano noſtro Irminfrido, atque Genetrice noſtra Ackilinda, ſeu parentibus noſtris Otiloni, & Croſoni in ſolitudine Scarantienſe, ubi Eccleſiam in honore Beati Apoſtolorum Principis Petri mœniis conſtruxi, & ibi in cenobie ſpem hereditatem propriam, atque ſubſtantiam transfundavi per manum propriam, & manum venerabilis Epiſcopi Joſephi, per conſenſum inluſtriſſimi Ducis Taſſilonis, & ſatrabum ejus, atque confinitimorum noſtrorum conſentientium rem inexquiſitam ſtipulatione ſubnexam inprimis vallenenſium ex pago portionem meam in villas nuncupantes Pollinga, & Flurininga, & in opido Humiſte portionem meam ſimiliter foras montes in villa Schlehdorf nuncupante, & in Hofahaim, & in villa, quæ dicitur Sindolvesdorf. Similiter & Kiſingas omnem terminum noſtrum ita in augmentum juſtitiæ frugi adduxi in villa Paſingas, & Grefolvinga dicente, & portionem noſtram in pago Rotahgauuue, in villa quæ dicitur Curtana juxta fruen flumine ſic nuncupante ita ob conſuetudine villa ita appellari, nam & non pari modo pagum deſertum, quem Walhogoi appellamus cum lacu ſubjacente, & piſcatione, & infra fluente Iſura ad ipſum locum, quæ adtingere videbatur omnes prædictas villas, & in earum termino quicquid nobis in portionem evenerat tam liberis quàm colonis, & ſervibus, caſas, curtes, jumentis, pecodibus, alpiſermis, aquis, earúmque decurſibus, molendinis, pratas, paſcua, culturas, terminos omnes, cum utenſiliis erium, & callippeum vaſorum, & ligneorum, vel quicquid jure poſſidere videbam ſub dicione beati Petri Apoſtolorum Principis reliquis in prædictum locum tradidi, & transfundavi in communem poſſeſſionem fratrum, qui ibi commemorare viderentur, & ut ex eodem loco in conjacentiis diocesis id eſt Frigiſinga ad Sanctam Mariam ad Epiſcopum, qui illuc eſſe videretur, cenſum exire videretur, id eſt pedules duos propter ſtabilitatis Patrum ſubpoſitæ regulæ, ut dicio epiſcopalis non deeſſet ad ordinandum Abbatem cum conſenſu fratrum illuc in loco demorantium ſimiliter, & Akilind genetrix noſtræ in prædictis villis termino portionem ſuam ad eodem tradidit locum pari modo & Irminfrid portionem ſuam tradidit, & ſi ei nati fuerint filii accipient portionem ſuam, quantum eis contingerit, mea autem portio firma & ſtabilis permaneat, & ſi filii non fuerint, omnis hereditas mea ad prædictum locum ſit confirmata poſt obitum meum, & hoc per conſenſu Taſſilone inluſtriſſimi Ducis, nec non & Otilo ſimili ſententia per conſenſu prædicti Ducis, ſi filios, vel filias non procreâſſet hereditatem ſuam ex integro tradidit, ſi autem fuerint nati filii accipient portionem ſuam, & ea portione, qua me prædicto Otilone evenerit ad prædictum locum Scaraza firma atque ſtabilis traditio permaneat. Cros verò compunctus Dei ammonitione, ſeu plaga inſanabile ab Keparohe Comite in loco nuncupante Pahhara percuſſus ſemetipſum cum omne ſubſtantia ſua cum conſenſu Principis noſtri Summi Taſſilonis ad ipſum locum prædictum tradidit, & itidem coronæ ſignum ab Arbione Archipresbytero accepit. Siquis contra hæc tam de propinquis, quàm de extraneis

Digitized by Google

neis venire temptaverit, cum Deo, & Apoſtolo Petro pro hoc rationem referat. Actum Scaranziæ ſolitudine ſub die Conſule quod eſt III. Kalendas Julias in anno XVI. regnante inluſtriſſimo Duce Taſſilone, in præſentia Joſeph Epiſcopi Orſatoris rei, & Arbionis Archipresbyteri, qui Eccleſiam cum donatione tradendi ſtudio commendavimus ad regendum.

Hæc ſunt teſtes, inprimis Joſeph Epiſcopus, & Arbeo Archipresbyter, Riholf presbyter, Albinus presbyter, Hato presbyter, Erchanfrid, Irminfrid, traditor Otilo, Kermunt, Lantpald Diaconi. Adalperht, Situli, Luitolt, Leidrat, Chuniperht, Reginpald, Cundpald, & cæteri abſque numero. Ego Arbeo rogitus & juſſus de Epiſcopo Joſeph donationem iſtam firmavi, & teſtes ſubſcripſi.

NOTÆ.

Parentibus noſtris. Nempe cognatis, juxta modum loquendi Italis uſitatum, apud quos *Parente* idem eſt ac conſanguineus, cognatus, propinquus &c. Uti notum eſt. Vide Dictionarium Petri Galeſini.

Flurininga. Exiſtimamus, hoc nomine intelligi hodiernum pagum dictum *Flaurling*, ſitum in valle Oeni ſuperiori, nempe *Vallenenſium*, ut habet Inſtrumentum.

Humiſte. Hodie *Imbſt.*

Hofahaim. Hodie *Hoffheim.*

Sindolfesdorf. Hodie *Sindelsdorff.*

Potahgaune. Vicinia prope Rotam fluvium.

Curtana. Curtanpach in diſtrictu Neumarckt.

Kiſingas. Fortè *Kiſſing*, non procul Fridbergâ & Auguſtâ. An potiùs Geiſing in diſtrictu Starenbergenſi?

Walbegoi. Walgau.

Cum lacu ſubjacente. Fortè *Parmenſee.*

Calippeum. Fortè *chalybeorum*, aut potiùs *aucorum.*

Pedulas. De his Differt. IV. prolegomena egimus.

Plura locorum nomina in hoc inſtrumento occurrunt, ſed quæ partim explicatione haud indigent, partim nobis ipſis incomperta ſunt. De hoc eodem Documento plura monuimus in Parte hujus Operis prima.

Inſtrumenta ſub Aribone Epiſcopo Friſingenſi IV.

NUM. XIII.

Traditio Poaponi de Wihſe vel Adholze.

DUm oportet unicuique, qui in hoc mundo vacare videtur Sacramenta reminiſcere, & ultimum diem pertimeſcere, ne nos inproviſa mors ſubitò, ſicut habet caſus humane fragilitatis, inparatos inveniat, & tamquam fur conprehendat, vel æterne mortis laqueis tradat, de rebus tranſitoriis, quem Domini pietas humanáque utilitas adquiſierit patronum adquirere debet, qui pro ejus vicibus, diémque magni judicii apud Dominum intercedat, ut mercedem pleniſſimam apud ipſum retributionis accipiat. Quamobrem ego in Dei nomine Poapo vir nobilis congregavi multitudinem parentum meorum nobilium virorum per quandam dubitationem filiorum meorum conſiliavi cum illis ſicut ipſi conſilium eorum mihi per fidem dederunt, ut hereditatem meam domui Sanctæ Mariæ tradidiſſem. Interea contigit, ut condictum eſt publicum Synodum, ſeu alium placitum ad Frigiſingun fieri, & ego Poapo veniens veniebam cum parentibus & fidelibus meis ad jam dictum domum Sanctæ Mariæ, & nuntiavi conſilium noſtrum Heredi Epiſcopo, & ipſe Paſtor ac Medicus animarum conſolens nos, & hoc conſilium gratanter accepit, & noſtram promiſit memoriam confirmare in ipſo domo Dei

Dei perpetualiter. Proinde iterum retractavi, ut pro remedium animæ meæ, vel pro peccatis meis abluendis, ut mihi pius Dominus in aliquantulum veniam æternam præſtare dignetur, hereditatem quoque meam in locis nuncupatis Adwihſe, & Adholze ad domum Sanctæ Mariæ, ſeu omnium Sanctorum, quorum reliquiæ, ibidem venerari videbantur coram omni Clero, ſeu parentibus meis confirmantibus, firmiter & indubitanter tradidi & ſtatui, ut ibidem ad illum Sanctum locum firmiter in perpetuum permanſiſſet, hoc eſt in locis jam dictis, quicquid ibidem de hereditate propria habere videbatur, totum ex integro tradidi, & cum teſtibus confirmavi ad ſupra dictum domum, ut ibidem perpetualiter permanſiſſet; Ea verò ratione, ut quamdiu advivimus ego ipſe & filii mei ipſam cauſam cum integritate habere vel uſurpare debeamus. Eo modo, ut nullus propter quamdam diſceptationem filiorum meorum, ſi contigiſſet, abſtrahere ipſam hereditatem meam non potuiſſet de domo Sanctæ Mariæ, ſed traditio mea firma & ſtabilis permaneat in perpetuum. Poſt obitum verò noſtrum cum omni rem addita, vel emeliorata abſque ulla conſignatione, vel contradictione ipſe Rector qui tunc tempore ipſo Monaſterio Sanctæ Mariæ ad gubernandum præeſſe videtur, in ſuam faciat revocare dominationem; Et ſi quis verò, quod futurum minimè credo, ſi ego ipſe, aut ullus de heredibus meis, quicunque emiſſa perſona, qui contra hanc epiſtolam traditionis, quam ego ipſe propria voluntate fieri, vel firmare rogavi, venire, aut aliquid reſultare temptaverit, inprimis iram Dei omnipotentis exinde incurrat, & cui litem intulerit, ſolidos quingentos coactus exſolvat, & petitio ſua vacua, & inanis permaneat, ſed per epiſtolam omnique tempore firmiorem obteneat roborem. Manu mea propria ſubter firmavi, & bonis hominibus ad roborandum decrevi, quorum nomina hæc ſunt: Inprimis Heres Epiſcopus cum omni familia Sanctæ Mariæ in publico Synodo, id eſt Arn Diaconus. Orilan Diaconus. Ratolt Diaconus. Luitfrid Clericus. Heimilo Clericus. Hununc Clericus. Selprat Com. Alprat Com. Mezzi Comes. Waldkeer, Hringrim, Alphart, Egilolf, Perhtolf, Chuno, Angilperht, Pern, Arbeo, Hartrih. Actum eſt hæc ad Frigiſinga anno XVI. Pippini Regis, ab Incarnatione Domini anno DCCLXV. indictione IIII. die Conſule, quod facit nonas Majas. Et ego Pern Clericus ex ore Heredis conſcripſi.

NOTÆ.

Multitudinem parentum meorum. Nempe *cognatorum*: ut ſupra vidimus.
Monaſterio S. Mariæ. Puta, Eccleſiæ ſeu Conventui Cathedrali.

NUM. XIV.

Traditio Hroadheri de Suuindaha & Pobloh, ſeu Anonis de Priſinga.

IN nomine Summi & unigeniti filii Dei. Ego Hrodheri rem propriam, quam Genitor meus Sicco mihi in hereditatem reliquit in locis nuncupantibus Suuindaha, & alium quem Pobloh dicuntur pro remedium animæ meæ, atque prænotati genitoris nec non & Conjuge Waltina, cum unico filio noſtro nuncupante Heripald donavi atque transfundavi ad Beatæ & intemeratæ Virginis Mariæ Eccleſiam Frigiſingas Caſtro mœniis ſite, caſas, curtes, mancipias, rures, ſaltoras, ſilvas, aquarúmque decurſos, molendinas, pratas, paſcua, ſublectilia, vel quicquid utenſiliis poſſidere videbar, vel ex patrimonio, aut lucro queſtus eſſe videbar, ut poſt obitum meum, & prænotate Conjugis atque conſcripti filii ſub dicioni ipſius Dei genetricis eſſe debeat cum oratoriis, quos ipſe conſtruxi, & cum colonibus meum poſt obitum cuncta in patrimonium Sanctæ

Mariæ, & Chriſti Confeſſoris Corbiniani ſtabilivi, nam ſi filius meus divini largitoris munere ad Superiorem acceſſerit gradum, & eum ut paſtore decet Eccleſiaſtico more conſervaverit, ſuiſque diebus cuncta poſſederat, tamen ſub manu, cui hæc credita ſunt, epiſcopale, ſin verò ſuum normaliter non ſervaverit ordinem, ſuam tamen ſibimet poſſedeat portionem, cetera ſub ditioni permaneat epiſcopali ipſius poſt-obitum ipſam traditionem in perpetuum permanere firmamus; nam ſi ego ipſe, vel quis ex heredibus meis, vel quilibet oppoſita perſona contra hanc donationem ire temptaverit, cum eadem Dei Genetrice communicetur Sententiam, & horum Sanctorum patrociniis, quos ibidem eſſe videntur, colenda vel nominanda, atque adoranda epiſtola; tamen traditionis nihilominus perteneat firmitatem. Actum in villa, quæ dicitur Pohloh in anno XVIII. regnante inluſtriſſimo Duce Taſſilone ſub die Conſule quod eſt nonis novembris. Et hæc teſtes & eorum nomina, qui per aures tracti ſunt. Alpolt, Ratolt, Heimilo Presbyteri. Arn, Rihpald Diaconi, & Hulzilo Monahus. Heimperht, Vurmheri, Aeio, Heilrat, Hramperht Laici teſtes, & Ipſe Arbeo Epiſcopus teſtes ex cujus ore Ego Sundarherius cartulam hanc firmitatis conſcripſi.

NOTA.

Sublectilia. Id eſt, ſupellectilia.

NUM. XV.

Traditio Eginonis.

NOtitiam depromimus, quod ego Arbeo Epiſcopus Divini largitoris munere cum Domui Sanctæ Mariæ divina gratia me præeſſe conſtituit, quòd à quodam Monacho nomine Egino propriam hereditatem ipſius, & fratris ſui Reginolti, quam Reginolfus his in hereditatem eorum genitor reliquit comparavi per conſenſum Domni Taſſilonis, & inluſtriſſimi Ducis, in locis quæ appellantur Irmina ſeu Perahhah cum eadem baſilica, quæ ibi fundata eſſe videtur, cum ipſo altare, ad quem ipſi priùs tradiderunt; donavi namque ei, ſicut ipſe poſtulaverat plus minus ſolidos ex Sanctæ Mariæ rebus CC. & hæc ſunt teſtes, Selprat, Hato, Chuno, Sullo, Popo, ipſi omnes per aures tracti. Ceteri verò ex noſtris ſine numero.

NUM. XVI.

Traditio Anonis.

EGo Ano rem propriam, & patrimonium, quam genitor meus in hereditatem reliquit in pago, quæ dicitur Priſingas ad Beatæ, & intemeratæ virginis Mariæ Eccleſiam donavi cum domibus, & ædificiis, cum territorio & utenſiliis, cum famulis atque ſubjectis, cum pratis atque paſcuis, cum univerſo utenſilio, vel quicquid poſſidere jure videbar, ut poſt obitum meum Epiſcopali domui jure ditioni deſerviat, atque ſemper virginis Mariæ ſubeſſe dominationi transfundavi. Ut ſi quis contra hanc donationem ire temptaverit ſub inſolubile anathematus vinculo proſtratus decedat, & cum eadem Mariam communicetur ſententiam, & Beato Chriſti Confeſſore Corbiniano. Epiſtola tamen nihilominus firma permaneat. Actum in Caſtro Frigiſingas in anno XX. regnante Domno Taſſilone, ſub die Conſule, quod eſt Kal. Octob. Et hæc teſtes Ratolt, Tarchinat, Pern, Pald, Horskeo Presbyteri. Arn, Reginolt, Luitfrid, Rihpald Diaconi. Chuno, Mezzi, Reginpald, Sullo, Popo, Situli, Hramperht popularis. Ego Sundarheri juſſus ex ore Epiſcopi Heredis conſcripſi.

NUM.

NUM. XVII.

Traditio Undeonis, & Cundharti.

DE Eccleſia ab Undone ſeu Cundharto Presbytero fundata in loco, qui cognominatur Chrakinachra, & ab Epiſcopo Arbioni dedicata in honore Sancti Valentini Confeſſoris, hæc inter eis facta convenientia, ut ſub diebus Conditorum ab Epiſcopo concedente eorum conſiſtat, ditioni tamen jura Epiſcopali, ut ceteras non ſolvat extra conſtitutum eorum, poſt obitum per omnia Canonica ad domum Beatæ ſemper Virginis Mariæ obtineat ditioni, in tempore, qui præerit Epiſcopi, ut auctoritas priſcorum declarat. Actum in villa ſupra nominata ſub die conſule quod VI. Kalend. Majas. anno XX. regnante inluſtriſſimo Duci Taſſilone. Luna V. indictione VI. plus minus. ✠ Signum Cundharti, qui hæc fieri rogavit. ✠ Signum Arbioni Epiſcopi. ✠ Signum Attonis Abbatis. ✠ Signum Kernodi Presbyteri. Signum Reginperhti Presbyteri.

NOTÆ.

Chrakinachra. intellige *Krainaker*, Erdingenſis Præfecturæ.

Indictione VI. plus minus. Nempe circa numerum Indictionum ruditas Majorum noſtrorum aliquando dubitabat. Quid ergò mirum, ſi aliquando lapſi ſunt?

NUM. XVIII.

Traditio Vurmharti.

CEſſio vel donatio ad loca Sancta. Dum Dominus Jeſus Chriſtus numerare pcem cœleſtia juxta lectione perit mundus, & ea quæ in mundo ſunt. Illud verò, quod in Eccleſiis aut pauperibus rogatur, nunquam periit, ſed in memoria æterna pro juſtitia reputatur. Igitur ego enim in Dei nomine Vurmhart cogitans pro remedium animæ meæ, vel pro æterna retributione, propterea conplacuit mihi animus, dono à die præſente, donatúmque in perpetuum eſſe volo ad Eccleſiam illam ad Rota in honorem Sanctæ Mariæ conſtructa, ubi Dominicus Presbyter præſente tempore ſacerdus præeſſe videbatur, hoc eſt, in villa ipſa de omni rem mea tertiam partem de Alode de qualibet adtracti mihi adtracti mihi legibus obvenit, omnia quod in illa die habeat aut manſos, aut mancipias, campis, terris cultis, & incultis, paſcuis & omnibus pratis, ſilvis, aquis, aquarum decurſibus, ſicut ſuperiùs diximus, propterea donationem hanc fieri rogavimus, ut pars ipſius deſuper ſcripta ab illo die faciant, quæ voluerint, id eſt, tenendi, dominandi, commutandi, ſuisque Succeſſoribus relinquendi, vel quicquid exinde eleget faciendi, liberam, & firmiſſimam in omnibus habeant poteſtatem. Igitur enim ego & Conjux mea, ſi nobis Filius ortus fuerit, & vitam ducat Deo jubente, conplacuit nos, ut habeat poteſtatem duas partes, & Mater mea de hereditate mea, hoc eſt, manſus vir, & fœmina, & mancipii cum omnibus facultatibus ſuis; ſed tamen infans ad vitam non venit, aut ſi tranſierit, per diſceſſum quoque ejus ipſa hereditas revertatur ad Eccleſiam in honore Sanctæ Mariæ, ſi quis de heredibus meis, aut quislibet oppoſita Perſona donationem venire temptaverit, aut frangere voluerit, inprimis iram Dei incurrat omnipotentis, & à limitibus Sanctæ Mariæ vel communionem Sanctorum ſeparatur, & quod repetit, evindicare non valet, ſed præſens donatio hæc omni tempore firma permaneat ſtipulatione ſubnexa. Sub die Conſule, quod eſt XVIII. Kalend. Februarias regnante Domno Duce Taſſilone anno XXI. Signum manum teſtes Atti & Adaleoz, & Odalmunt.

Digitized by Google

Ego Iſanhart Presbyter Servus Servorum Dei, in nomine Dei, ego Dominicus Presbyter hanc epiſtulam ſcripſi & ſubſcripſi, Amen.

NUM. XIX.

Traditio Pegiri de Holzhuſir.

Regnante in perpetuo Domino noſtro Jheſu Chriſto, anno XXIII. inluſtriſſimi Taſſilonis Duci regni, Ego Peigiri nomine in loco, quæ dicitur Holzhuſir ad Eccleſiam beati Archangeli Mihaëlis rem propriam, quam fundavi, tradedi filiis meis præſentibus, atque per conſenſum fratrum meorum, inprimis portionem territorii Oadalperhti pro remedium anime ejus, poſtea verò meam portionem, quam à filiis ſumpſi, excepto colonias duas, unam, quam inhabitat Puzzii, aliam, quam Tenno tenebat, ſi quacunque neceſſitate tradendi fuerit, ut ex his habeam poteſtatem, aut filiis, aut quolibet, & mancipias tres nomine Tagapaldum, & Saſca Sclavam, & Paldwiha. Reliquos verò ex integro tradidi, excepto, quos liberos relaxavi, quorum nomina & Miſa, & Cozzo eorum muntpurt ad ipſum pertineat titulum, quem ex integro cum omni traditione ad Beatæ Dei genetricis Mariæ in domum epiſcopale in manum Heredis Epiſcopi ad Caſtro Frigiſingas mœniis conditam transfundavi cum domibus, curtibus, mancipiis, colonibus, territorio, cum pratis, atque paſcuis, cum aquis, & Silvis, cum univerſo utenſilio, cum quadrupediis, vel quicquic poſſidere me videbar, quam traditionem in beneficium à prædicto Epiſcopo accepi usque ſucceſſum meum, aut finem dierum meorum ad inhabitandum, & ad augendum, ſeu propagandum, ut decet Dei domui. Tradidi namque tam pro me, & germano prædicto, quàm pro genitore ipſo vocabulo, ut germanus, atque genetrice, & filiis in poſſeſſionem perpetuam, ut in quantitate apud pio Domino veniam mereamur accipere. Ut ſi quis contra hæc donationis cartulam, vel traditionem venire temptaverit, iram ſibi vindicet altithroni Dei, & in offenſionem Sanctorum incedat, & cum beatam, & intemeratam Virginem Mariam, atque Archangelum Michahelem communicet cauſam, & judice terreno culpabilis exiſtat, donatio autem nihilominus firma permaneat, ipſe verò pro meis delictis Deo reddat rationem. Actum in villa Holzhuſir per conſenſu filiorum meorum, atque fratri, qui & ipſi per aures teſtes tracti ſunt rem ad confirmandam in manu prænotati Epiſcopi. Inprimis Eodunc teſtis, deinde Oslant poſtea Oadalhart, in conſpectu cuncto Clero. Teſtes Lantfrid, teſtes Turo, teſtes Sauulo, Rekinperht Presbyter, Immo, Herirat, Arn, Rekinolt, Rihperht, & reliqui multi. Actum in loco prænotato ſub die Conſule, quod eſt IIII. Kalendas Mad. tempore ſuperius jam inſerto. Ego Pern Diaconus juſſus ab Epiſcopo Herede, atque inſtructus donationis cartulam conſcripſi.

NUM. XX.

Traditio Willahelmi Presbyteri de Poatilinpah.

Dum in Dei nomine cogitante vel tractante me de anima mea, ſeu de vita futura, ut in quantitate apud pio Domino veniam merear accipere. Ego Willahelm quamvis indignus Presbyter Dei nutu vocatus propriam hereditatem in villa nuncupante Poatilinpah, quam genitor meus Gajo in hereditatem mihi reliquid, quod me de fratribus meis in partem cecidit ad Beati Zenonis Eccleſiam Confeſſoris Chriſti confluentibus Hiſanis mœniis conſitam tradedi, trando namque, & transfundo caſas, curtes, ædificia, territorium pratas, paſcua ſilvas aquarúmque decurſus cultum non cultum, ſilvas frutecta, vel quic-

quicquid in eodem confinio poſſideo, ut poſt obitum meum ipſius Eccleſiæ ditioni deſerviat. Siquis ex propinquis meis vel oppoſita perſona contra ire, aut frangere temptaverit, iram ſummi arbitris incurrat, & in fiſco auri libras duas culpabilis exiſtat, traditio autem nihilominus firma & ſtabilis permaneat, ſtibulatione ſubnexa. Actum in ſupra commorata Eccleſia Zenonis ad Isna præſente Arbione Epiſcopo, vel cuncto Clero ſub die Conſule quod eſt XV. Kalendas Januarias regnante Inluſtriſſimo Duce Taſſilone anno XXII. regni ejus. Hæc ſunt teſtes, qui præſentes adfuerunt, & teſtes exciterunt. Inprimis Arbeo Epiſcopus, Hunger, Urſo, Angilpald, Alpolt Presbiteri. Arn, Pern, Diaconi, Hulzilo, Arperht, Cartheri, Alprih & ceteri audientes, & videntes. Ego Willahelm propria manu ſcripſi, & tradidi, & teſtes firmavi.

NOTÆ.

Peatllinbach. Hod. *Pietenpach*, Dominii in Purkrain.
Confluentibus Hiſaniæ. Nempe rivis, ex quibus Iſana Amnis augetur.

NUM. XXI.

Traditio Kepahilta de loco Germania in monte.

IN Chriſti nomine. Regnante in perpetuo Domino noſtro Jeſu Chriſto. Ego Kepahilt rem propriam à viro meo Cundpatone vivente, quam adquiſivi vel à dote legitimo mihi accederat, vel paterno adherenti patrimonio in unum coacervavi locum, quæ dicitur Germana vel ad monte, in quo Eccleſiam condedi Beatæ honoris, & ſemper virginis Mariæ cum Socijs, quam Heres dedicavit Epiſcopus XIII. Kalend. Februarias, in cujus dote duas donavi Colones, Cozpaldum, & Prunicum, & meum poſt obitum cuncta quæ poſſedi id eſt Colones ſimul VIII. cum ædificiis & curtibus, cum domibus, & omnibus utenſiliis, cum pratis & paſcuis, cum ruribus & ſilvis, nec non & ſaltu, cum aquarum decurſibus tradedi ad prænotatum Oratorium per conſenſum filii mei Alpruh, & ipſum titulum cum eadem prænotata plenitudine ad Beatæ Chriſti Genetricis Mariæ Eccleſiæ ad domum epiſcopalem Frigiſingas caſtro ſitæ, quam in beneficio utendi à manu prænotati Epiſcopi diebus vitæ meæ ſuſcepi, & poſt obitum meum illuc in perpetuum ſtabilivi. Poſt hæc peracta traditione pariter manu commune cum filio meo iterando firmavi ſuper ipſum altarem in eadem verba ut ſuperiùs, cujus hæc ſunt teſtes: Urſus Presbyter, & nepus noſter, Cundpato. Sed ad Superioris redeamus ordinem, ut ſiquis de heredibus meis, quod fieri non arbitror, vel quislibet contraire voluerit, vel mutare temptaverit, cum ipſam Sanctam Dei Virginem communicet ſententiam, & omnibus Sanctis, quorum nomina in ipſa celebrantur caſtra, & hæc traditio nihilominus firma permaneat. Actum in prænotato loco in monte in anno XXII. regnante Domno Taſſilone Duce, ſub die Conſule, quod erat XIII. Kalend. Februarias. Et hæc teſtes: Heres Epiſcopus. Ratok, Urſus, Heimilo Presbyteri. Arn, Chunihoch, Adalperht, Teto, hramperht, Hroadperht & ceteri ſine numero, qui præſentes adfuerunt. Ego Heripald juſſus ex ore heredis Epiſcopi epiſtulam hanc conſcripſi, & teſtes firmavi.

NOTA.

Germana in monte. Germansperg, in Territorio Starnbergenſi.

Digitized by Google

NUM. XXII.

Traditio de campo Gelau quod dicitur India.

IN Dei nomine. Ego Taſſilo Dux Bajouarorum vir inluſter conpunctus de divina miſericordia, atque de æterna beatitudine manu valente cum conſenſu optimatum Bajouarorum dono atque transfundo locum nuncupantem India, quod vulgus campo Gelau vocantur Attoni Abbati ad Eccleſiam Sancti Petri Apoſtolorum Principis, ſeu ceterorum Sanctorum Apoſtolorum, atque Martyrum pro remedium animæ meæ, ſeu & Anteceſſorum meorum in ædificatione monaſterii atque ipſius ſervitio, à rivo, quæ vocatur Teſido, usque ad terminos Sclavorum, id eſt ad rivolum montis Anaraſi, totum atque integrum, campeſtria, ſeu & montana, paſcuas, venationes, umecta, ſeu & frutecta, omnia ad eadem pertinentia locum, ut nullus deinceps Genitorum hominum queat, nec uſurpando præſumat quis quolibet ingenio, aut querimonia oriente ullo modo inquietare locum, atque inhabitantes in eo, in exordio rationis prædicto Abbati Attoni, nec poſteros ejus, quia manu propria, ut potui caracteres cyrografu inchoando depinxi coram judicibus, atque optimatibus meis, quia & ipſa loca ab antiquo tempore inanem, atque inhabitabilem eſſe cognovimus. Nunc verò poſtulantem, atque humiliter ſupplicantem audivi, & propter incredulam generationem Sclavorum ad tramitem veritatis deducendam conceſſi, & hilari vultu tradedi per preſentes apices, ut nullus, quod fieri minimè arbitror ex heredibus aut coheredibus meis, ſive quolibet oppoſita Perſona, qui contra hanc epiſtolam donationis ire, aut infrangere vult, iram Dei incurrat, & omnium Sanctorum. Signum manus meæ propria Taſſilonis donante, atque confirmante. Actum in Bauzono rediente de Italia anno ducatui ejus XXII. ✠ Alizzeo. ✠ Reginwolf. ✠ Signum manus Cundheri. ✠ Drudmunt. ✠ Pillunc. ✠ Oatochar. ✠ Hliodro. ✠ Crimperht. ✠ Papo. ✠ Hariperaht. ✠ Kiſlolt. ✠ Jubeano. ✠ Alim Epiſcopus teſtis. Ego Anno indignus juſſus ſcripſi, & ſubſcripſi.

NOTA.

India. Innching, oppidum hodierni Comitatûs Tyrolis, qua parte Carinthiam reſpicit: quod hodiedum ad Friſingenſem Eccleſiam attinet.

NUM. XXIII.

De Thimone Comite, & de miraculo fontis Sancti Gorbiniani primi Eccleſie Friſingenſis Epiſcopi.

Ita codex Andecenſis.

VErſuum ſequentium initium non negligentia, vel ignavia eſt relictum, ſed potiùs vetuſtate deletum in rotula ſcilicet antiquitùs compoſita, unde hec ſunt transſcripta, & huc etiam collecta.

..... inſtanti optatus quod contigit anno
    Cùm Romam Sudor agebat iter.
Et ſeries quoniam nota eſt percurrere plectro
    ..... ictim noſtra Talia citò.
Thimo Comes, Miſſúsque tuus, Rex inclite, quidam,
    Jura bonis reddens, jure malos quatiens.
Noricus in regnum quà ſe diffundit agellus,
    Neglectum legis reſtituebat opus.

Furibus

Digitized by Google

Furibus exoſus, raptoribus atque peroſus,
Oſor erit litis, juſtitiámque tuens.
Noverat iſta placere tibi digniſſime Regum;
Exercebat ob hoc, munia digna tibi.
Regia crede mihi res eſt inhibere nocentes,
Inſontúmque gravi colla levâſſe jugo.
Regia prorſus enim res eſt ſuccurrere paci,
Diſcreta & regni ſceptra movere manu.
Exemplo nusquam meliore juvabere, quàm ſi
Geſta David relegas, orsáque diſcutias.
Turbidus ille malis, placabilis ille benignis,
Ultor in externis, mitis in innocuis.
Ipſe Teredo vorax, vermísque tenerrimus ipſe,
Uno octingentos impetu conteruit.
Job quoque dicta ferunt, quanto moderamine vitam
Quanta & ſubjectos rexerit arte ſua.
Contriviſſe molas ſeſe teſtatur iniqui,
Dentibus & prædam eripuiſſe feris.
Cúmque ſederet uti Rex circumſtante caterva,
Solamen meſtis, murus erat miſeris.
Diſſimulans ſiluit facienda ſiléusque quievit
Haud ſimulans, ſed erat diſſimulanter agens.
Namque ridens magis ambiguos reddebat adentes,
In terram radii nec cecidere ſui,
Lumen erat ceco, ſeu ſuſtentatio claudo,
Orfanus illius tegmine tutus erat.
Sic Moiſes ultra mitiſſimus omnes
Ejus & electus diſcipulus Joſue.
Mitibus equales trucibúsque fuere feroces
Virga quibus baculum ferrea ſepe tulit.
Nonne Joſeph fratricidis cum fratribus aſper
Extitit, admiſſum diluit arte Scelus.
Publica res tunc eſt felix quando imperat ille
Qui ſapit aut certè qui regit ipſe ſapit.
Rex ſapiens ſtabilimentum quia plebis habetur,
Terra beata! regit quam bene Rex ſapiens.
Cujus oportuno Princeps in tempore veſci
Cogitat, & paſtum plùs rationis amat.
Juncta Salus orbi multorum cum ſapientum
Conſiliis etiam bella patrata ſilent,
Faxit hoc ut ſileant, cujus virtute ſubegit
Hoſtes lampadibus, ſive tubis Gedeon.
Quod citò proveniet per partes faſce levato,
Ad genus à ſpecie ſi fluat alma Salus.
Interior fuerit cum pax infuſa per artus
Exterior vires corpus in omne dabit.
Hanc Rex ritè volens præſens, abſénsque recari
Quidquid juſtitie eſt continuando ſtudes.
Inde Comes proprio dictus cognomine Thimo,
Juſſa voluntatis tue perficiendo.
Frigiſienſis adit frondoſa cacumina collis
Quo Stephanus facta Martyr in ede micat.

Edita

Edita ſurrexere novi faſtigia templi
    Eminus adveniens, quod procul aſpiciat.
Hec te Præſul Alexander, Martírque parato
    Expectant premio Cunctipotentis ope.
Ergo Comes veniens cenſet pendere latrones,
    Furibus & furvas ſemper habere gemas.
Detruncare reis inhoneſto vulnere nares
    Iſte pedem perdit, perdit & ille manum.
Diſceptamen erat varium certante tumultu,
    Alter habet male quod vindicat alter idem.
Cum ferro ferrum, cum ſcutis ſcuta repugnant,
    Cum plumbo plumbum, cúmque ſudes ſudibus.
Ignis, aqua occultos rimantur fruſtra reatus
    Quod ratio prorſus fictile vera probat.
Nam ſi obſtruſa queunt retegi prodentibus undis,
    Proditur à dubiis actibus eſſe focus.
Haud opus eſt ratio, Sapientia nulla neceſſe eſt,
    Totus in ambiguum ſermo loquax teritur.
Sanctorum nutat Series incerta librorum
    Argumenta ſacræ cum fidei pereunt.
Poſtremo cum judicium ſperatur habendum,
    Si in vita hac homines nulla latere queunt.
Verùm aliàs hec, nunc quod cauſa repoſcit agamus
    Que per ſe cuiquam frivula jure patent.
Sunt ſuper his exempla quibus ſtudioſa voluntas,
    Quod noſtre fidei congruit, inſpiciat.
Mons ergo cujus ſupra caput eminet aula
    Se multùm auſtrali climate precipitat.
Cetera planitie deſcendere conſtat aperta,
    Quam bene ſcandentis ungula pulſat equi.
Inde ſupercilio clivi quod vergit ad auſtros,
    Elicitur profluis unda means ſcatebris.
Haut natura loci profudit origine fontem
    Illum haud has tenuis fiſtula ducit aquas;
Gorbinianus cum Chriſti de munere Preſul
    Juſſit inexhauſtas fundere ſemper aquas.
Ardebant omnes uti novitate liquoris,
    Gaudebántque frui munere, credo, Dei.
Pluribus inde Salus potantibus hauſta cucurrit,
    Fert ut fama, fuit cùm citò pulſa febris.
Vena Salutiferas donare creata medellas,
    Sueverat, & morbos fonte fugare ſuo.
Sed quid avaritia non cogis ſulffure fervens
    Mortales cujus libera peſtis eris.
Munera quapropter Domini manifeſta maligni
    Vendere temptantes, his caruêre bonis.
Cùm cepêre canum ad paſtum inreverenter abuti
    Limphâ, quam Dominus Chriſticolis dederat.
Amiſſère ſimul ſicco nec gurgite tranat
    Gutta, nec arentem ſtilla reſpergit humum.
Tranſactis ergo per tempora plura diebus,
    Conceſſas quondam plebs ſitiebat aquas.

Accen-

Accendunt animos in vota, precèsque retexunt,
    Ipſe fatigatur voce polus querula.
Jejunant itaque, & tridui Statione peracta,
    Queritur admotis fortè locus crucibus.
Affuit & cambutta patris quam ſuſpicit arca
    Ejus pendentem deſuper oſſa fovens.
Hac freti Clerus, plebs, innuptéque puelle
    Aſſunt, & Criſtum ſuplici voce rogant.
Explorant baculo foſſam, tum ſcindere temptant
    Tempore ſed luſit error eos modico.
Noſter Udalbaldus donec memor ecce negati
    Iſtic fontis ait rivus erat profluus.
Inſtant ergo viri, certatim terra cavernis
    Egeritur raſtro, viva vocatur aqua.
Fluxit & ecce liquor Salientibus exſilit undis,
    Levia rauciſonus temperat arva latex.
Porro liquor dulcis potabilis unda ſalubres
    Hauſtus poſcenti præbet abunda modô.
Hanc ne dura hyems, torrente nec aret ab eſtu,
    Nec ſentit ſolem, nec pavet alluviem.
Monticulis illic, & qui ſervire beatis
    Martiribus cupiunt, ſufficit ille latex.
Abſiſtant tantùm Sordes, ac turpia dictu,
    Solus honeſtus enim queritur uſus ibi.
Hinc canis exemplum comitis monſtravit habendum
    Jam dicti, quem ſe eſt faſſus amâſſe nimis.
Perficeret ſiquidem Placitum cenſorius ejus
    In ſummo montis vertice cùm Dominus.
Ille parùm providus medicatas attigit eſcas,
    Mox letale truci virus in ore fuit.
Toxica perſtringunt inſtante venena ſupremo,
    Viſcus & in fibris perfurit atra lues.
Limpha nocet profutura homini, canis interit eſca,
    Qua rationalis fit bene paſta caro.
Idem potus ab humano pecus ore revulſit,
    Unde homo nempe viget, Cecidit inde canis.
Quis tibi, fare canis, vitalia lambere ſuaſit
    Pocula, quis ſtillam Sorde piare Sacram?

NUM. XXIV.

Traditio Sikifridi de Eparmunteshuſir.

DUm oportet unicuique, qui in hunc mundo vacare videtur Sacramenta reminiſcere, & ultimum diem pertimeſcere, ne nos inproviſa mors ſubitò, ſicut habet caſus humanæ fragilitatis inparatos inveniat, & tamquam fur conprehendat, vel æternæ mortis laquei tradat. De rebus tanſitoriis, quem Domini pietas, humanaque utilitas adquiſierit patronum adquirere debet, qui pro ejus vicibus, diémque magni judicii apud Dominum intercedat, ut mercedem pleniſſimam apud ipſum retributionis accipiat. Quamobrem ego in Dei nomine Sigifrid unà cum filio meo nomine Erchanfrid tractavi, ut pro remedium animæ noſtræ, vel pro peccatis noſtris abluendis, ut nobis pius Dominus in aliquantulum veniam æternam præſtare dignetur, hereditatem quo-

que noſtram ad ſepulchrum Sancti Corbiniani Confeſſoris Chriſti in loco Frigiſingas, ubi ipſe pretioſus in corpore hamatus eſſe cernitur, concedere deberemus, quod ita & fecimus, & Statuimus, ut ibidem ad illum Sanctum locum firmiter in perpetuum permanſiſſet, hoc eſt in villa nominata Eparmunteshuſir quicquid ibidem de hereditate propria habere videbamur, totum ex integro tradidimus, & cum teſtibus confirmavimus ad ſupra dictum domum Sancti Corbiniani, ut ibidem perpetualiter permanſiſſet, ea verò ratione, ut quamdiu nos advivimus ipſa cauſa cum integritate habere, vel uſurpare debeamus, poſt obitum verò noſtrum cum omni rem addita, vel inmeliorata absque ulla conſignatione vel contradictione ipſe rector, qui tunc tempore ipſo monaſterio Sancti Corbiniani ad gubernandum habere videtur, in ſuam faciat revocare dominationem, ſiquis verò, quod futurum minimè credo, ſi ego ipſe aut ullus de heredibus meis, ſeu quicunque emiſſa perſona, qui contra hanc epiſtolam traditionis, quam ego propria voluntate fieri, vel firmare rogavi venire, aut aliquid reſultare præſumpſerit, inprimis iram Dei omnipotentis exinde incurrat, & cui litem intulerit Solidos quingentos coactus conponat, & petitio ſua vacua, & inanis permaneat; Sed per epiſtolam omníque tempore firmiorem obteneat roborem, manu mea propria ſubter firmavi, & bonis hominibus ad roborandum decrevi. Quorum nomina hæc ſunt: Inprimis Arpio Epiſcopus, qui hanc baſilicam dedicavit, & in ipſius manum eſt tradita. Ratolt Presbyter, Arn Diaconus, Pern Diaconus, Hununc Presbyter, Reginpald, Hato, Chuno, Angilperht, Arpeo Laici. Hrodker, Pern Laicus. Hartrih, Eginolf, Perhtolf. Actum eſt hæc in VI. Kalendas Martias, anno regni glorioſi Taſſiloni Ducis XXII. Ego quidem Heres hanc cartulam fieri juſſi, ex petitione ſupradicti Sikifridi, qui hanc traditionem fecit.

NUM. XXV.

Traditio Adalperhti Presbyteri de Dahininga.

IN Dei nomine. Ego itaque Adalperht indignus jam Presbyter ordinatus conpunctus timore, vel divino amore cogitans vel tractans, ut aliquid veniæ vel mercedis accipere de Deo merear. Ideoque mihi omnia accedentia propriæ hereditatis, vel adquiſitione mea, lucrata in loco Dahininga trado atque transfundo ad domum epiſcopalem in loco ſitum, quod nominatur Frigiſinga, ubi honor Sanctæ Mariæ celebratur, ſeu Sanctus Corbinianus requieſcit in corpore, ubi venerabilis Arbeo Epiſcopus præſens adeſſe videbatur, propterea omnia ſupradicta meæ alodis, vel lucrationis, quicquid legibus ad me pertinere videbatur, ad jam dicta Sancta Dei Eccleſia tradidi, atque confirmavi in manus ſupradicti venerabilis Arbionis Epiſcopi coram cuncta familia illius congregata inter quos primi erant, Hununc Presbyter, Heimilo Presbyter, Wolfperht Presbyter, Alpolt Presbyter, Wicrat Clericus. Et hæc nomina teſtium: Wolfperht, Hramperht, Eodunc, Paturihe. Actum eſt hæc in loco publico, quæ vocatur Iſana. In XI. Kalend. Majas. anno glorioſiſſimi Taſſiloni Ducis XXII. Indict. VIII. Ego quidem Alpolt indignus Presbyter hanc cartulam ſcripſi juſſione Arbionis Epiſcopi hanc cartulam traditionis, hæc videns, & audiens.

NOTA.

Dahininga. Hodie Teining in vicinia Monaſterii Scheftlarienſis.

NUM.

Digitized by Google

NUM. XXVI.

Traditio Ortlaipi de Helphindorf.

COnſtat univerſa Deo Auctore ordinata, cujus nutu factura ejus homo eminentiæ cuncta præcellens ſignaculum ſimilitudinis conditoris plasmatus fuerat, cuncta ſibimet ſubjecta à Deo fuiſſet inperatum, cujus largitoris munere vivimus & ſumus, ipſe mihi & vires tribuebat & intellectum, ipſe tempus & locum, ipſe ſuo beneficio Spiritui inſpirans facultati, ut congruè ſuccurrere tempori, ubi Beatus Chriſti Martyr Heimrammus campum elegit certaminis, ut victor triumphans perennem cum Chriſto frueret gaudium, membris ſolutus amitteret Spiritum ejus amore, ut ibidem fundarer Eccleſiam, ut pio apud Domino delictorum veniam merearer accipere, Sícque peractum eſt, ut ab incolis locum juſto emerem pretio, mœniis Eccleſiam prædicti honoris fabricavi Martyris Canone dudum ædificatione conſtitui honorificè bonæ memoriæ Ermberto Epiſcopo Dedicatore ordinavi, quibus laboribus me remuneraturum confido. Propter ea ego Ortlaip per conſenſum Abbatis mei Hrodharti prædictam Eccleſiam Sancti Emmerammi in loco Helphindorf conſtructa trado, & transfundo ad domum beatæ, & intemeratæ Virginis Mariæ, ut ne Canones repugnare videar Arbionis Epiſcopi ditioni ſubſiſtere debeat, excepto benefici illius vitæ meæ, ut ex ejus fruar beneficiis conceſſæ licentiæ ſtipulatione ſubnexa, aut neceſſitate cogente filiæ meæ, ut prædictum fuiſſet elevamen. Poſt obitum verò meum animæ pro remedium meæ Canonica ſubjaceat jura, ut prænotatum eſt cum Clero, & Servientibus cum Libertis, & Aldionibus, cum terminio, & facultatibus, ad Domini Dei noſtri Genetricis Mariæ pertinere debeat Domum Caſtro Frigiſingas fundatum. Hæc ſunt teſtes, qui præſente manu firmaverunt. Hrodhart Abbas teſtis, Reginperht, Waltrih, Hununc, Suapilo, Ratolt Presbyteri. Toto, Popo, Granan, Adalperht, Ratolt, Scrot, Telo teſtes. Actum in villa Isna, ſub die conſule Nonis octubris, anno XXV. regnante Domno, & inluſtriſſimo Duci Taſſilone, indictione X. Ego Albaldus ſcripſi.

NOTA.

Aldionibus. Aldiones, aliàs Aldii, ſpecies ſunt Servorum, qui adhuc ſerviunt Patrono, & certas ei operas debent. Ea vox occurrit in Lege Langobard. *Lib. 1. tit. 25. §. 53.* Videri etiam poteſt Cangius in Gloſſario.

NUM. XXVII.

Traditio Hiltiprandi de Truhtharingun.

IN Chriſti nomine. Ego Hiltiprant peccatis meis imminentibus, quòd incautè æquitante de caballo cadere contigit, ita ut cerebrum rumperem, & à Medicis diſperatus jacerem, quibus doloribus coactus, ut Dominum meum, & inluſtriſſimum Ducem Domnum Taſſilonem deprecare debuiſſem, ut ex beneficiis illius aliquid ad Eccleſiam tradendi concederetur licentiam, qui ſuæ largæ bonitatis tradendi conſenſit locum, atque conſanguinitatis non immemor, & ſervitutis quantitatem conpenſans, ut me petitionis remuneraret, & ſervitii, in villa, quæ dicitur Truchtheringa territorium, quem Cotefrid jure tenere videbatur, & ſuis amiſit culpis, ut Bojoariorum continet lex, atque pactus, quæ & ita fecimus prædictum locum territorium cum mancipiis, curtis, ædificiis, Pratis, Paſcuis, Silvis, aquarúmque decurſibus, & quicquid ad eundem patrimonium pertinere deberetur, vel jure ſubeſſe ditioni, tam pro inluſtriſſi-

ſtriſſimo Duce, quàm pro meis delictis tradedi, atque transfundavi ad Eccleſiam beatæ, & intemeratæ Virginis Mariæ, atque Chriſti Confeſſoris Corbiniani ſepulchro Caſtrò Frigiſingas ſite præſente Epiſcopo Arbione, & cuncto Clero, ut in quantitate apud pio Domino veniam merear accipere, tradidi, atque transfundavi, ut ſiquis contra hanc traditionem ire temptaverit, vel frangere voluerit, cum eadem Sanctam Dei Virginem comunicetur Sententiam, & eorum Sanctorum agmine, quorum virtutes ibidem plantatas eſſe videntur, quam donationem ducali conſenſu libentiſſimô perfecimus animô. Et hæc teſtes per aures tracti: In primis Cundheri Presbyter, Ratolt, Pern, Pald, Horſceo, Hemilo Presbyteri. Arn, Reginolt, Luitfrid Diaconi. Chuno, Sullo, Popo, Situli teſtes ceterique ſine numero, qui præſentes adfuerunt. Actum in Caſtro Frigiſingas in anno XXV. regni Domni Taſſilonis inluſtriſſimi Ducis, ſub die Conſule, quod erat idibus Septembris. Ego Sundarheri juſſus ex ore Arbionis Epiſcopi hanc donationem conſcripſi, & teſtes firmavi.

NOTA.

Truchtaringun. Truchtering, prope Monachium.

NUM. XXVIII.

Traditio Rihperhti de Ilmina, & Heimhuſir, & Perhah, & Furihulze, ſeu Kyſinpah.

DIvini munera Largitoris perculſus in Dei nomine dumtaxat cogitante, vel me tractante, ut pio apud Domino veniam delictorum merear accipere, mentem cogitatio tractantem commovit, ut ex propria alode partem Eccleſiæ ſtudere debuiſſem, ſicut & fecimus propriam hereditatem, quam Genetix mea Adalſuuind mihi reliquid in loco Ilmina, & Hemminhuſir, & Perhah, & Furihulci, ſeu & Kiſinpah, tam Eccleſiaſtica jura, quàm popularem poſſeſſionem, quicquid noſtri ditioni ſubeſſe videbatur, vel in partem cecidiſſe. Ego Rihperht omnem rem cultam & incultam tradidi ad Beatæ, & intemeratæ virginis, & Dei Genetricis Eccleſiam Mariæ, & beati Chriſti Confeſſoris Corbiniani corpore, transfundavi in Frigiſingas mœniis ſite, ad domum epiſcopalem, in cujus manu prædictam rem projeci, tam Servos, & ancillas, quam libertos, & Aldiones, caſas, curtes, territorium, pratas, Paſcua, Silvas, Saltora, aquarúmque decurſus, vel quicquid in his locis, vel ex materna hereditate reciperam in parte, ut deinceps prænotatæ Eccleſiæ ditioni deſerviat, tam defendendo, quàm Serviendo, atque in perpetuum poſſidendo; unde operæ pretium in die retributionis magni judicii largitoris munere repoſitum confido, ut ſiquis contra hanc donationem venire temptaverit, aut frangere voluerit, cum eadem Dei Genetricem communicet cauſam, & inſolubile vinculo damnatus permaneat, & hæc epiſtula traditionis nihilominus firma permaneat, quam propria manu tradendo firmavi, tam pro Duce & Duciſſæ, quàm pro Genitore, & Genetricæ, & Germanus, atque Germanas, & prodeceſſores, ex quorum labore jure nos in hereditatem contingebat. Actum hæc traditio ad Radasponenſem Urbem in Eccleſia beati Emmerammi, ſub die Conſule, quod eſt XV. Kalendas Septembres anno XXV. regnante Domno Taſſilone inluſtriſſimo Duce. Et hæc teſtes per aures tracti donationem ad confirmandam. Arbeo Epiſcopus teſtis & receptor. Otpald presbyter, Imo presbyter. Hiltiker presbyter, Ratolt presbyter, Luitfrid Diaconus, & Arn Diaconus teſtes. Kiſalolt Judex T. Pupo T. Popo Teſtes. Ego Hunperht in omnem Superiorem ſenſum, & Sententiam, quicquid mihi de eadem hereditate in partem contigit ſuper ipſum alta-

Digitized by Google

altarem beatæ Mariæ propria manu tradedi, & ſuper ſepulchrum beati Corbiniani in eodem anno ſub die Conſule, quod eſt V. Kal. Septb. in præſentia Arbionis Epiſcopi, & cuncto Clero. Et hæc teſtes ad confirmandam traditionem per aures tracti, Ratolt presbyter teſtes. Horrceo presbyter teſt. Pern Diaconus teſtes, Sullo teſtes, Hitto Teſtes, Graman teſtes, Waninc teſtes, Papo teſtes.

NOTÆ.

Ilmina. Ilm, in diſtrictu Pfaffenhovenſi.
Heimbuſir. Haimbhauſen, Præfecturæ Dachavienſis.
Perbah. Percha, Starenbergenſis Territorii.
Furihulze. Firholzen, Crantſpergenſis Juriſdictionis.

NUM. XXIX.

Traditio Onolfi de Roraga Muſſea.

IN Chriſti nomine ego Onolfus divina vocatione dilectum, & quaſi unicum Keparohun amiſi filium latrociniis inſidiæ interemptum, à quo orbatus remanſi cum unico Hrodino filio vocabulo, quem in deificum conſtitui documentum; id me cogitante vel tractante patrimonium, quod jure poſſidere videbar, vel quod Toti genitor meus mihi reliquit, aut quod Conjugi meæ Alpswindæ ab genitore Keparoho in hereditatem relictum eſſe videbatur, pariter manu commune ad oratorium & ad locum, quæ dicitur Roraga Muſſea tradedimus, atque transfundavimus, ipſam namque Eccleſiam, vel oratorium tradedimus ad beatæ, & intemeratæ Dei Virginis Mariæ, & Domini Genetricis Eccleſiam domui epiſcopale, & in Caſtro Frigiſingas mœniis Sitæ, ut poſt obitum meum, atque care prænotate Conjuge, filiíque prædicti Hrodini Dei opitulatione ad honorem ſi acceſſerit, communiter epiſcopale judicio, atque Canonicæ normæ jure poſſedeat prædictum patrimonium interceſſor Genitori, Matríque, & Germani adſiſtat, tamen epiſcopali ſubiciat poteſtati. Illius poſt obitum ad prænotatum domum tene jure ditionis affectus; Sin autem noſtris impetire dedierit delictis, ut ſublimare ſacerdotales neglexerit gratibus, ſuámque ad obitum usque poſſedeat partem, cetera incommota, ut prædictum eſt, permaneant inleſa, & ipſius unici poſt obitum eadem obſerventur ditionibus; donavi namque, & transfundavi in eadem verba prædictum locum Roraga Muſſea, & alium, quæ dicitur Clane Secus fluenta ipſius fluminis, & tertium, quæ appellatur locum Ahaloh; donavi namque caſas, curtes, ædificia, Rura, Saltura, Prada, Paſcua, aquarúmque decurſura, Molendinarias, Silvas, Lucos, Mancipias, Pecodes, vel quicquid poſſidere videbar, culta, & inculta, utenſilia omnia, & quirendi jure debita licentiam conceſſimus ſtipulatione ſtilo perarare depoſcimus, ut ſi ego ipſe vel quislibet oppoſita Perſona contra hanc donationem inire conaverit, inprimis inſolubile vinculo anathematus ſubſtentetur, & cum Dei Genetrice, & intemeratæ virginis communicet rem inlicitè hujusmodi Commiſſam, & cum beato Chriſti Confeſſore Corbiniano, cui hæc credita ſunt, & eorum virtutum, quorum nominatim ibi in Deifico laude eſſe videntur. Hæc ſunt teſtes per aures tracti: inprimis eorum Perceptor in eadem verba Arbeo Epiſcopus cum cuncto Clero, quia Synodalis acceſſerat dies, quod erat V. feria ante Paſcha, in qua chriſma conficitur, tamen ex parte neceſſitate cogente nominatim per aures tractos, ut opinor, perarare nomina debemus, chroníque priùs, quod erat in anno XXV. Domni, & inluſtriſſimi Taſſilonis Ducis, Waltrih, Ratolt, Reginperht, Mejoran, Hununc, Pern, Pald, Horskeo, Oto, Epo, Presbyteri teſtes. Arn, Reginolt, Luitfrid, Rihpald Diaconi. Chuno, Popo, Sullo, Hato, Hitto, Hramperht Laici teſtes.

 Ceteri

Digitized by Google

Ceteri ſine numero, quorum nomina ſi ſtilo conprehendere voluiſſem, dies, ut opinor, priusquam defeciſſet vocabula. Actum in villa publica Caſtro Frigiſingas, ſub die conſule, quod erat III. Kalendas Apriles, jam annorum prænotato numero. Ego Sundarheri juſſus ex ore heredis conſcripſi, atque teſtes firmavi.

NOTÆ.

Roraga Muſſea. Römoſen, in Præfectura Dachavienſi.

Saltura, videtur derivari à *Saltu* vel nemore, Ein Buſchwerck. Hinc *Saltuarii*, qui præſunt cuſtodiæ Saltûs. In confinibus Tyrolis ſub vocabulo *Saltaria* intelliguntur tum Sylvæ tum agri haud facilè pervii, vel montoſi, à Saltando dicti, ut hos Saltus explicat *Gloſ. margin. in L. ſi ita. ff. de uſu & habit*: quamvis Saltus aliquando etiam accipiatur pro jure paſcendi in loco aliquo communi, de quo *L. teſtatrix. §. plura. ff. ſi Servit. vindic.*

NUM. XXX.

Traditio Albuniæ Ancillæ Dei de Pettinpah.

DUm in Dei nomine, & Summi Cenſoris judicio ad ultimam deducta fuiſſem, cogitante tot urgentibus, vel tractante infirmitatis ſtimulo coacta, ut pio in quantitatem apud Domino delictorum promereri veniam. Ego Alpun rem propriam, quæ in Alode mihi patrimonio evenerat in loco Pettinpah nuncupante, quæ in Sorte contra Germaniam mihi contigerat, id eſt mancipia numero VIII. infra domum, & colones II. famulum I. Cum omnia eorum utenſilia, cum ædificiis, & ruris, cum pratis, paſcuis, ſilvis, & cum pecodibus, aquarúmque decurſibus, Saltiſque & Segitibus, cum pomifera arbuſta, atque nemora trado per conſenſum filii mei Karolonis, & fratribus illius, atque transfundo pro remedio animæ meæ, atque genitoris Erchanfridi, nec non & Genetricis Deotrata ad Eccleſiam beatæ, & intemeratæ virginis ſemper & Genetricis Chriſti Mariæ, nec non & ad ſepulchro ipſius Confeſſoris Corbiniani, eorúmque Sociis, quorum ibidem venerantur reliquiæ cum ipſo titulo Beati Archangeli Michaëlis, & territorio illius cum omnia utenſilia, cum fines confinium, vel quicquid ibidem poſſidere videbar in perpetuum firmam & ſtabilem fieri adnectimus ſtibulatione ſubacta, ut ſi quis contra hanc traditionem venire temptaverit, vel frangere voluerit, iram ſibi divini arbitris vindicare non dubitet, & inſolubile vinculo damnatus permaneat, cum ipſam virginem Chriſti communicet rem, quæ propria firmavimus manu, invaſor alienam, ſi auderet invadi, nihilominus firma, & inviolata traditio permaneat, excepto, quòd Epiſcopus Heres pietate, atque parentellæ nexibus motus, quod in beneficium ipſam donationem Karoloni jam prænotati à prænotate Genetricis Dei concedimus, ut licentiam habeat, tam utere, quàm in profectionem ducere meliorando diebus, quibus neceſſitate, vel inopie opus habuerit; illius verò poſt obitum, ſi à Domino ſuo divitiis ditatus fuerit, à priſtinis obſervetur dictis, ut ſupra ſtilo conprehendimus, vel cataracteribus depromimus ditioni jure obſervetur epiſcopali & hujus Cathedre in perpetuum firmamus adeſſe ſubjectum prænotatum patrimonium. Actum in Caſtro Frigiſingas, in præſentia Heredis Epiſcopi, & cuncto Clero in anno XXV. regnante Domno, & inluſtriſſimo Duce Taſſiloni ſub die Conſule, quod erat II. Idus Auguſti. Hæc ſunt teſtes & eorum nomina, qui præſente manu firmaverunt. Karolus, Rihpald, Helias, Luitfrid, Popo.

NOTA.

Petinbach. Petnbach in Territorio Dachavienſi.

NUM.

Digitized by Google

NUM. XXXI.

Traditio Helzuni de Zidalpach, & filii ejus Silveſtri.

REgnante in perpetuum Domino noſtro Jeſu Chriſto, anno XXV. Inluſtriſſimi Ducis Taſſiloni, Ego Helzuni cum convenientia, & licentia Domni Taſſiloni Ducis, & conſenſu Conjuge meæ, nomine Oadalhilt, & filiorum meorum, nomine Silveſter, & Hiltimariæ propriam hereditatem firmiter tradidi ad domum Sanctæ Mariæ ad Frigiſinga, & in manus Arbeonis Epiſcopi conpoſui quicquid propriæ hereditatis habui in loco nuncupante Zidalpach, ita ego Helzuni firmiter tradidi de jure noſtro in jurem & poteſtatem domui Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas, ut inconvulſum, & integrum ad ipſo domo ab hodierno die permaneat confirmatum, & nos ad finem vitæ noſtræ preſtaria vice uſitamur in beneficium de domo Sanctæ Mariæ ſine cenſum. Hanc traditionem communis manibus peregimus ego Helzuni, & filius meus Silveſter adſtantibus Conjuge, & filiæ meæ, quorum ſupra prænotantur nomina Oadalhilt, & Hiltimari. Eo tenore, ut quiſquis ex nobis alio ſuperſtis fuiſſet in beneficium Sanctæ Mariæ de Frigiſingas per alios offerendo habuiſſet. Hoc factum ad Frigiſinga, Indictione XIIII. in VI. Idus Septembres. Et hæc teſtes per aures tracti. Inprimis Virgilius Epiſcopus Teſtis, Megilo teſtis, Benedictus Diaconus teſtis, Salomon, David teſtis, Einhart teſtis, Edilo teſtis, Alprat, Selprat Comwiſurih, Onilo, Cunzo, Perhtolf, Poapo, Deotpald, Adalunc, & ego Alpolt, ex ore heredis conſcripſi Epiſcopi, vidente Taſſilone, & manu propria confirmante.

NOTA.

Zidalpach. Zeidlpach, Præfecturæ Aichenſis.

NUM. XXXII.

Traditio Wolfperhti Presbyteri de Altunhuſir.

REgnante in perpetuo Domino noſtro Jheſu Chriſto, anno XXV. regni Taſſilonis inluſtriſſimi Ducis, ego Wolfperht largitoris munere pijſſimi Dei Presbyter, pro anima mea, atque æternam retributionem propriam hereditatem, quam genitor meus Erchanperht in alodem mihi reliquit cum Eccleſiam Sancti Valentini, quam ipſe condideram in villa, quæ dicitur Altunhuſir, dono, atque transfundo ad altarem beatæ & intemeratæ Virginis Mariæ, & beati Chriſti Confeſſoris Sepulchrum Corbiniani. Poſt obitum verò meum, atque genetricis meæ Rathilta ad ipſam domum Frigiſingas caſtro epiſcopalem ſitum firma hæc traditio & ſtabilis permaneat, tam pro me, quàm pro genitori, atque genetrici inconcuſſa permaneat. Ut ſi quis contra hanc donationem ire temptaverit, cum ipſa Dei Genetrice communicet cauſam, & cum eodem Chriſti Confeſſore, & judice terreno Librarum duarum auri culpabilis exiſtat, tamen donatio hæc nihilominus firma permaneat. Tradedi namque caſas, curtes, mancipias, pecodes, & omnia utenſilia, territorium, pratas, paſcua, aquarúmque decurſos, vel quicquid poſſidere videbar, ſtipulatione ſubnexa. Facta hæc traditio in baſilica Sanctæ Mariæ tempore prænotato, ſub die Conſule, quod eſt nonas Sebtembris in conſpectu Arbionis Epiſcopi, atque cuncto Clero, & eorum qui aderant innumerabilium. Hæc ſunt teſtes: Heres Epiſcopus, Waltrih, Hununc, Parccol, Ratolt, Pold, Heimilo, Pern, Cundheri Presbyteri, Arn, Luitfrid Diaconi. Chuno, Sullo, Petto, Rihpald, Sigifrid, Regin-

Digitized by Google

Reginperht, & ceteri rem videntes, atque confirmantes. Ego Horskeo ex ore Arbionis Epiſcopi hanc donationem juſſus conſcripſi.

NOTA.

Altenhuſir. Altenhauſen, prope Friſingam.

NUM. XXXIII.

Traditio Muniperhti, & Adalnia de flumine Wirma.

EGo Muniperht, paritérque cum Genetrice mea Adalnia, omnem ſubſtantiam, quam in villa nuncupante ad flumine Wirma poſſidere videbamur, vel quicquid ei, id eſt, Adalniæ ſuæ acceſſerat juſtitiæ, vel lucri tradebamus manu commune ad Eccleſiam Sancti Salvatoris, quam ibidem fabricavimus, & cum eandem Eccleſiam ad domum epiſcopalem Beatæ, & intemeratæ Virginis Mariæ Eccleſiam Caſtro Frigiſingas ſite cum mancipiis, & colonibus, cum ædificiis & curtibus, cum territoriis & Saltibus, cum pratis & paſcuis, cum molendinis, & aquibus, cum pecode & utenſiliis. Ut hæc donatio firma & ſtabilis permaneat ſtibulatione ſubnexa facta, & firmata per manus Arbionis Epiſcopi. Et hæc teſtes, & eorum nomina: Ratolt, Epo, Erchanperht, Hato, Deotpald Presbyteri. Populares Situli, Adalperht, Fridurih, Paturih, & filius ipſius Nordperht. Ceteri verò ſine numero. Actum in prænotata villa Wirma vocitante anno XXV. regnante Domno, & inluſtriſſimo Duce Taſſilone, ſub die conſule, quod eſt XIII. Kalendas Januarias, in ipſius Oratorii dedicatione, & tituli Sancti Salvatoris. Ego Alpalt Presbyter juſſus ex ore Arbionis Epiſcopi hanc donationem conſcripſi.

NOTA.

Wirma fluvius, è lacu dicto *Wirmſee* deſcendens, qui infra Dachavium miſcetur Ambroni.

NUM. XXXIV.

Traditio Sindiloni Clerici de Sindilhuſir.

REgnante in perpetuo Domino noſtro Jeſu Chriſto, in anno XXV. Domni, atque inluſtriſſimi virorum Taſſiloni Ducis. Ego Sindilo Clericus paríque humava mea pe̊ante, atque genetrice Hiltitrude, nec non & Magiſtro meo Wenilone, rem propriam, quam genitor meus Hroadperht in hereditatem mihi reliquit in loco, quæ dicitur Sindilhuſir, ſeu quod ipſi lucraverunt in eodem loco, vel ubicunque ad Oratorium Chriſtoferi Martyris Dei, & ipſum Oratorium cum easdem reliquias ad Beatæ, & intemeratæ Virginis Mariæ ſemper, & ejuſdem domo Frigiſingæ Caſtro ſitum per manus Arbionis Epiſcopi hujus oratorii Dedicatore, quem nos libenter condidimus, tradentéſque, atque transfundantes ædificia, mancipias, pecodes, paſcua, Silvas, aquarúmque decurſos, paludes, Saltora, ſeúque quicquid in utenſilibus acceſſiſſe, vel poſſidere eſſe videntur, tamen victui, atque veſtimenti utenſilia ex eadem traditione placidando ſtilo renotamus in eadem propoſitioni. Dei ſi fuerit voluntas, tempus maturitatis mihi Asperhto ſi acceſſerit divini largitoris munere, ſic queam ad gradum pervenire ibidem deſervire debeam tituli ſub ditioni epiſcopali Canonica declarat norma ipſius juſſione diſponendi, atque gubernandi; ſin autem ipſius domui deſerviat cure. Nam ſi quis contra hanc traditionem ire conaverit, vel frangere voluerit cum eadem Mariam juſti ante judicis tribunali communicet cauſam. Hæc ſunt teſtes, qui præſenti manu firmaverunt, & per aures

tracti

Digitized by Google

tracti ſunt. Teto, Oto, Othelm, Heripald, Otperht, & hæc Clerum ordo, qui præſenti ore firmaverunt. Reginperht, Perhtoz, Adalperht, Kerhart Presbyteri. Arn, Reginolt Diaconi, & ceteri, quorum nomina ſtilo non ſuffert conſcribere. Actum in loco, quæ dicitur Tannæ, ſub die Conſule, quod eſt XII. Kalendas Decembres. Ego Sundarheri ex ore juſſus Hæredis Epiſcopi conſcripſi, atque teſtes penne complexui.

NOTA.

Sindilbuſir. Sindelhauſen, Præfecturæ Schwabenſis.

NUM. XXXV.

Traditio Sigiperhti. Chreidorf.

REgnante in perpetuo Domino noſtro Jeſu Chriſto anno XXV. inluſtriſſimi Taſſilonis Duci regni. Ego Sigiperht Presbyter propriam hereditatem quam genitor meus mihi in hereditatem reliquid in villa, quæ nuncupatur Chreidorf, ſive in heremo juxta ripam flumini, qui dicitur Isna, quod pretio comparavi, & teſtibus confirmavi, & quicquid ad hæc pertinent, & quicquid ego alibi adquirere poſſum, dono atque transfundo ad Eccleſiam Beatæ Dei Genetricis Mariæ infra oppido Frigiſingas locum publicum, ut me vivente, vel poſt obitum meum habeat poteſtatem defenſor, atque poſſeſſor ipſius ſupradictæ Eccleſiæ omnia, quicquid ſupradictus Genitor meus reliquid; itaque tradidi, atque tranſirmavi propriam hereditatem, atque empticam in jam prædicto loco, reliqua autem utenſilia, id eſt, campis pratis, paſcuis, Silvis, aquarúmque decurſibus, & quicquid noſtris ditionibus eſſe videtur, hæc autem omnia loci hujus utenſilia pleniſſima devotione fieri in perpetuo confirmavi nullo prohibente, ut in quantitate apud pio Domino veniam merear accipere. Siquis verò, quod fieri non credo ego ipſe, aut alius ex heredibus meis, vel quis oppoſita Perſona, qui contra hanc donationem venire temptaverit, iram ſibi vindicet, & altithroni Dei, & in offenſionem Sanctorum incedat, & cum beatam & intemeratam Virginem Mariam communicet cauſam, & judice terreno culpabilis exiſtat, donatio autem nihilominus firma permaneat. Hæc ſunt teſtes per aures tracti. Ratolt Presbyter teſtis, Tarchanat Presbyter, Pern teſtis, Arn Diaconus Teſtis, David Teſtis, Luitfrid teſtis. Actum in caſtro publico nuncupante Frigiſingas ſub die III. Non. Jul. indictio XIII. Ego Horskeo Clericus juſſus ab Epiſcopo venerabili Heredi hanc donationem ſcripſi.

NUM. XXXVI.

Traditio Ramvolfi ad Feohte.

IN Chriſti nomine. Ego Ramvolf languore correptus, coactúsque vitæ deſperatus pro culpis, quas ſuadente Diabolo incolumis geſſeram, rem propriam, atque Alodem, quam genitor meus Heripaldus in hereditatem mihi reliquerat, & in partem contra Germanum meum ſorcieram, donavi ad loca Sanctorum, ut in quantitate apud pio Domino veniam merear accipere. Inprimis donavi ad domum epiſcopalem Sanctæ Mariæ honore ſuffulti caſtro Frigiſingas ſite Eccleſiæ, & Beati Sepulcro Chriſti Confeſſoris Corbiniani locum, quæ dicitur Feoht, cum Servis & mancipiis, cum colonis & territoriis, cum pratis & paſcuis, & Silvis & Saltis, & molentinam Superiorem in Pottinawa ſitem, & ipſum Servum, qui eam cuſtodit cum omni familia, & utenſilia ejus, & vineas ſubjacentes in loco, quæ dicitur, ad Perge cum colones earum, quæ mihi in partem contra fratrem meum ceciderunt, quorum omnium cum poſſeſſioni-

ſionibus ſtabilimus ad prænotatam Eccleſiam jure permanere in perpetuum, excepto ſi evadeo, in beneficium præſtandi ad dies vitæ meæ ab Epiſcopo ejus, ſi fuerit voluntas. Meum verò poſt obitum nihilominus firmam permanendi ſtatuimus, ut ſi quis contra hanc traditionis epiſtolam venire temptaverit, cum ipſam Sanctam Dei genetricem Mariam, & Beatum Corbinianum communicet Sententiam, & eorum Sanctorum, quorum ibidem coluntur reliquias. Actum qui dicitur Pottinawa, quam traditionem per manus Arbeonis Epiſcopi fecimus in anno XXV. regnante Duce Taſſiloni, ſub die Conſule quod erat V. nonas Martias indictione XI. hæc ſunt teſtes per aures tracti: Ratolt, Einhart Presbyteri. Arn Diaconus, Salucho, Poapo, Nordman, Tutan, Suuarzolch, Regincoz & ceteri, qui aderant ſine numero. Ego Sundarharius ex ore Heredis Epiſcopi conſcribſi.

NOTA.

Feohte. Viecht, haud procul Friſingâ.

NUM. XXXVII.

Traditio Cundharti, & Fratris ſui nomine Lantfrid.

IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti. Dum Dominus perdonavit fidelibus de terrenis divitiis mereare cœleſtia poſt dictum Apoſtoli: perit mundus, & ea quæ in mundo ſunt; illud verò quod ad Eccleſiis aut in pauperibus erogatur, nunquam perit, ſed in memoria æterna pro juſtitia reputatur. Ego enim Cundhart cogitans pro remedium animæ meæ, vel pro æterna retributione, à die præſente donatum in perpetuum eſſe volo ad Eccleſiam Sanctæ Mariæ Virginis, quæ ſita eſt in litore fluminis, quod dicitur Rota, tertiam partem hereditatis meæ in ipſo loco adjacentem, quicquid me in hereditatem pertinet in ipſo loco tertia pars, ſicut ſupra diximus, trado atque transfundo ad Domum Sanctæ Mariæ in locum ſupradictam, terris, pratis, paſcuis, ſilvis, aquarúmque decurſibus, vel quicquid me ea ratione pertinet, hoc donatum firma & ſtabilis permaneat usque in finem. Simili modo tradidit frater ejus Lantfrid in Dei nomine poſt obitum fratris ſui Cundharti tertiam partem ad ipſam Eccleſiam juxta flumine Rotæ Beatiſſimæ Virginis Mariæ, hoc eſt in ipſo loco, & in ipſo vico tradidit, atque transfundavit ad ipſam ſupradictam Eccleſiam campis, pratis, paſcuis, ſilvis, vel quicquid habuit in ipſo loco Rota, ad hæc legibus pertinere videbatur, ſicut condictum eſt, tertiam partem in omnibus donatum in perpetuum eſſe volo, ut Paſtor ipſius Eccleſiæ poteſtatem habeat ab illo die pro hoc facere, quicquid voluerit, id eſt, tenendi, domindi, commutandi, ſuíſque Succeſſoribus relinquendi. Si quis de Heredibus meis, aut quislibet oppoſita Perſona contra hanc donationem venire, aut frangere voluerit, inprimis iram Dei omnipotentis incurrat, & in omni loco, ubicumque nomen Sanctæ Mariæ celebratur, damnatum ſciat ſe, & ſequeſtratum ab omnibus adjutoriis ejus, & quod repetit evindicare non valeat, ſed traditio hæc firma & ſtabilis permaneat ſtipulatione ſubnexa: Actum eſt ſub die Conſule in VII. Kalendas Madias regnante Taſſilone Duce anno XXVI. ✠ Signum manus ipſe Landfrid. ✠ Signum Cundharti. Signum Offoni.

NUM. XXXVIII.

Helmuni Prama Traditio.

REgnante in perpetuum Domino noſtro Jeſu Chriſto, anno XXVI. inluſtriſſimi Ducis Taſſiloni. Ego Helmuni in loco, quem dicitur Prama tradidi conjuge meæ Irminsvvinde, ſicut antiqua mos eſt. Itaque ego ipſe, ſimul-

ſimulque cum illa tradidimus excepto homines duos, quos liberos relaxavi, quorum nomina hæc ſunt, Hrodheri, alius Luitrat, quem ex integro cum omni traditioni, quiquid ad hoc locum pertinet, ad Beatæ Dei Genetricis Mariæ in domum epiſcopale in manum Heredis Epiſcopi caſtro Frigiſingas transfundavimus cum domibus, curtis, mancipiis, colonibus, cum territorio, pratis, paſcuis, ſilvis, aquis, aquarúmque decurſibus, & omnia utenſilia, quicquid poſſidere videbamur, quam traditionem in beneficium à prædicto Epiſcopo ſuſcepimus, usque ad ſucceſſum noſtrum ad finem dierum noſtrorum ad inhabitandum, & ad augendum, ſeu propagandum, ut decet ei domui. Hoc itaque adtradedit Helmuni Conjuge ſua Irminſuuinde in loco, quæ dicitur, Sunihinga, aut ad Petera, cùm habeat poteſtatem ubi voluerit, ad repoſſidere, quomodo ei videtur. Tradidimus namque tam pro nobis, quàm pro & filiis in poſſeſſionem perpetuam, ut in quantitatem apud pio Domino veniam mereamur accipere, ut ſi quis contra hæc donationis cartulam vel traditionem venire temptaverit, iram ſibi vindicet altithroni Dei, & in offenſionem Sanctorum incedat, & cum beatam & intemeratam Virginem Mariam, atque Arch-Angelum Michaëlem communicet cauſam, & júdice terreno culpabilis exiſtat, donatio autem hæc nihilominus firma permaneat, ipſi verò pro noſtris delictis Deo reddant rationem. Actum in villa, quæ nuncupatur, Frigiſingas, qui & ipſi per aures tracti ſunt rem ad Confirmandum in manu prænotati Epiſcopi. Inprimis hæc ſunt, & reliqui. Actum in loco prænotato, ſub die conſule, quod eſt idibus Juliis, tempore jam indeſerto.

NOTÆ.

Prama. Sunihinga. Reperio in Deſcriptione Geographica Bavariæ *Präm*, & *Sinching*, Vicos Kirchbergenſis & Haidauenſis Præfecturæ, quos in hoc Inſtrumento deſignari opinamur.

Petera. Fortè *Pfeter*, itidem Haidauenſis territorii.

NUM. XXXIX.

Traditio Cunzonis de Phetraha.

IN Chriſti nomine, Heres Epiſcopus divini Largitoris munere in erarium beatæ, & intemeratæ Virginis Mariæ depromimus, & in poſteris condendum utile decenſimus, ne ignaviæ, & noſtræ negligentiæ à quibusdam delacerata foret patrimonia Sanctorum à fidelibus Chriſtianis tradita propterea eadem alodem, quæ Chriſtianiſſimus Cunzo nobis pariter & beato Martino tradebat in loco Phetraha nuncupante, cujus poſt obitum à Germano Neuo nomine illius, & Sobolis, quibus peſtiferis immiſſionibus, vel temptationibus ad rumpendum paſſa ſit hæc alodes, ſtilo dificile eſt depromere, ſed dum nihil valere perpendebantur, & divino muneris ſtilo forent perculſi penitentiam ducti ad noſtra usque humiliati veſtigia omnia manu commune noſtræ transfundebantur ditioni, & ſe ab eadem patrimonio eliminabant ſtipulatione ſubnexionibus, noſtra autem competit jura, ut nihil ſe ampliùs immittere deberentur, id eſt Orolf prænotati, & Paldrih nepotis filii, nec non & Hhroadheri Presbyter, & poſteri eorum, ſed ſecura permanere in perpetuum deberet ſub hujus ditioni tituli Sancti Martini. Et hæc teſtes & eorum nomina Ratolt, Ekkahart, Heimilo, Hununc, Arn, Cundhart, Tito, Papo, Cundolf, Marcheo, Piligrim, & ceteri ſine numero. Actum in villa Ehingas in anno XXVI. regnante Domno, & inluſtriſſimo Duce noſtro Taſſilone, ſub die conſule, quod erat VIIII. Kalendas Auguſti. Ego Sundarheri ex ore Heredis Epiſcopi conſcripſi.

NOTA.

Phetraha. Pfetrach, Mospurgenſis Præfecturæ.

NUM. XL.

Traditio Huniperhti de loco Sweinpah.

IN nomine Summi & unigeniti filii Dei vivi Jeſu Chriſti, & Domini noſtri. Ego Hunperht divina vocatione correptus timore ob delictis gehenne perculſus amore æternæ vitæ coactus juventutis delicta deplorans, ſed rei ignarus finem propter ea per conſenſu Domni, & inluſtriſſimi Ducis Taſſiloni atque licentiam Willam propriam Sweinpah nuncupante tradedi ad Eccleſiam beatæ, & intemeratæ ſemper Virginis Mariæ, nec non & ad Sepulchro Confeſſoris Chriſti Corbiniani, eorúmque Sociis, quorum ibidem patrocinia venerantur, dono enim prænotatum beneficium tam pro Domno Taſſilonem venerabilem Ducem, qui mihi inſpiratione divina hoc largitus eſt donare, quàm ejus bone memoriæ Otilone genitore, nec non & genetrice Hiltrudæ, ad ultimum pro meis delictis, ut eorum interceſſionibus pio apud Domino veniam peccatorum mereamur accipere licèt indignus, tamen illius miſericordiæ fidus, qui peccatori non vult mortem, ſed veniam pollicetur converſi, qui minimè ſcrutatur initium, ſed ſemper intendit finem, qui momentaneam Latronis ſuſcepit pœnitentiam Paradyſi pollicebatur communionem, pro cujus amore, atque timore trado prænotatam villam ex integro, excepto tres puellis, quas indude Conjugii tradebam, & jus conpelli, trado namque, & transfundo ædificias, curtes, titulus cum ſuæ poſſeſſione, Servos, ancillas, ruras, pratas, paſcua, ſilvas, ſaltos, aquarúmque decurſos inriguos, molendinos, colones; altiones, pecodes, & omnia utenſilia, quicquid ad prædictam pertinet villam cum finibus univerſis & terminibus jure concluſis, vel à genitore, ſi qua ſunt adquiſita, & mihi relicta in perpetuum ſtabilem fieri firmamus, ſtipulatione ſubnexa, ut ſi quis contra hanc traditionem de heredibus meis, vel quiſlibet venire temptaverit, vel frangere voluerit, iram Dei, & Domini noſtri Jeſu Chriſti ſemet incurrere non dubitet, & in diſtricto examinis judicio cum eadem Sanctam Mariam, Sociíſque ejus communicet cauſam, & ſub anathematis vinculo inſolubile damnatus permaneat pro meis, & eorum dominorum, quorum prænotavimus nomina delictis rationem reddat usque ad noviſſimam quadrantem. Epiſtula hæc nihilominus firma permaneat, quam ſumma voluntate per manu Heredis Epiſcopi firmavimus. Actum in villa Eitraha nuncupante in anno XXVI. regnante Domno, & inluſtriſſimo Duce Taſſiloni. Et hæc teſtes ad confirmandam traditionem. Inprimis Domnus, atque prænotatus Dux Taſſilo, qui hæc fieri juſſu conſenſit, Machelm, Helmuni, Rihperht, Reginolt, Crœman, Heimperht presbyteri. Ex noſtris Magolf, Ratolt, Pern, Arn, & Tantiem teſtes exiſtunt, quanti ibidem fieri videbantur, vel ex ipſius ſubjectis ibidem fuerunt ſub die autem acta hæc Conſule, quod erat III. Kalendas Septembres Adalger, Hartnid, Cundpald, & item Helmuni alius teſt. Ego Sundarheri Clericus juſſus ex ore Heredis Epiſcopi traditionis epiſtulam præſentem conſcripſi. Et ego Taſſilo Dux manu propria confirmavi.

NUM. XLI.

Traditio Hroadunc, & Adalunc de Premareim.

IN nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, temporibus glorioſiſſimi Ducis Taſſiloni, anno regni ejus XXVI. indictione XIII. Ego Adalunc, ſimúlque cum filio meo Hroadunc tractantes enim nos de æterna beatitudine, vel de pœnali judicio, qualiter Deum contemnentes pœnam incidunt æternam, & Chriſto adherentes vitam adipiſcunt ſempiternam. Pro hoc igitur ſtatui-

Digitized by Google

ſtatuimus apud nos, ut de jura propriis noſtris ad oppidum Frigiſinga tradimus ad Eccleſiam beatæ Dei genetricis Mariæ Virginis in loco nuncupante Premareim omnia, quæ ibi habuimus, id eſt, Servos, & ancillas, pratas, ſilvas, cultum, & incultum, aquarúmque decurrentia, omnia, quæ ibi poſſedimus totum ex integro ad prædictam Eccleſiam tradimus poſt obitum noſtrum, ut ibi ſit ſtabilis pro redemptione animæ noſtræ. Si quis autem ulla oppoſita Perſona quilibet contra hanc cartam traditionis contraire voluerit, nos ipſi, aut aliquis ex noſtris heredibus, inprimis iram Dei omnipotentis incurrat, & ab omnibus Sanctis excommunicetur, & partem habeat cum Juda traditore, & carta hæc nihilominus firma permaneat. Et hæc ſunt teſtes per aures tracti. Ratolt Presbyter, Pern Presbyter, Adalhoh Presbyter, Tiſo Presbyter, David Diaconus. Francho Clericus, Heripald Clericus, Arn teſtes. Ego autem Horskeo juſſus ab Epiſcopo Herede ſcripſi, & ſubſcripſi. Actum ſub die Conſule VI. Kalendas Aprilis.

NUM. XLII.

Traditio Raholfi Presbyteri de Oaſinwanc.

DUm in Dei nomine cogitante vel tractante me de anima mea, ſeu de vita futura, ut in quantitatem apud pio Domino veniam merear accipere, ideò ego Raholf rem propriam, quam genitor meus in hereditatem mihi reliquid, vel divini largitoris munere lucrare quiveram libet illi inpetire in Seculo, qui poteſt reddere in perpetuo, de tranſitorio mercare æternitatem lucro ex quo patrimonia largiuntur, & cuncta mutabilia tribuuntur. Propter ea, ut ſtilo jam ſuperiùs conprehendimus in locum Oſinwanc nuncupante, vel ubicunque queſtum coadunare valebam, aut deinceps coacerbari trado, atque transfundo ad domum epiſcopalem Frigiſingas conditam Eccleſiam Beatæ & intemeratæ Virginis Semper Mariæ, & ad Chriſti Confeſſoris Corbiniani Sepulchro, ædificias, curtes, mancipias, pecodes, territorium, pratas, paſcua, vel quicquid poſſidere videbar, non tantum opes, ſed etiam proprium corpus hujus Eccleſiæ Servituti ſubjugavi, ut ſi quis contra hanc donationis cartulam venire temptaverit, vel frangere voluerit, iram divini arbitris ſe promereri non dubitet, & cum eadem Dei Genetrice Mariam communicet rem, & in offenſione horum Sanctorum, quorum ibidem celebrantur reliquiæ ſub anathematis vinculo permaneat damnatus; hæc donatio nihilominùs firma, & ſtabilis permaneat ſtibulatione ſubnexa. Actum namque in Caſtro Frigiſingas anno XXVI. regnante Domno, & inluſtriſſimo Duce Taſſilone, ſub die Conſule, quod erat XVIII. Kalendas Septembres in conſpectu Heredis Epiſcopi, & cuncto Clero. Hæc ſunt teſtes, & eorum nomina per aures tracti, ut Bajoariorum mos declarat. Inprimis Heres Epiſcopus, in cujus manus hæc traditum eſt. Wolfperht, Magolf, Horskeo Presbyteri. Arn, Luitfrid Diaconi. Chuno, Sullo, Petto, Hitto, Ratolt, Arbeo, Wolfleoz, Wicrat, & ceteri multi. Ego Sundarheri ſcripſi, & ſubſcripſi ex ore Heredis Epiſcopi, & teſtes firmavi.

NOTA.

Oaſinvvanc. Yeſewang, Landſpergenſis Territorii.

NUM. XLIII.

Renovatio Chuniperhti de Pohhi.

IN nomine Summi & unigeniti filii Dei vivi Jeſu Chriſti Ego Chuniperht eadem donationem, vel traditionem, quam dudum jam Dei Genetrice ad oppidum Frigiſingas Mariæ in villa Pohhi nuncupantem fecimus per Superiorem

riorem epiſtulam. Nunc namque per iſtam nominatim ſerviantes, & Alciones diſtinguere curamus, ut ne noſtræ incuriæ quis de his quempiam de maximis vel minimis auferri temptare conetur. Inprimis Deotuni, & Sindhilt Conjux illius cum duobus filiis Ratolf, & Rihpald, deinde Tagapald cum Conjuge nomine Kiſal filiis duobus Erpfolt, & Jhho, poſt eos Oadalpald cum Conjuge Rihhaid vel Sorore ipſius Winguhaid, vel earum Sobolis Ellanrat, deinde Wolfheri cum univerſa, quæ poſſident, nec non & Wolfdregi cum famula ſua Adſonia, poſt hos Ummo cum muliere Cundpiriga, & filiis duobus Popo, & Petto, deinde Luiprat cum muliere Cunnia cum Sobolis Waltrata & Roodrato, nunc nam & Sindicho cum muliere Perhtnia & Puellæ Roodlinde, poſt hos Adalrat cum Conjuge Wolfvvihæ, & Sobole Fruimot, poſt hos Tuti cum Conjuge Emgunde, & puerulo Poſo, omnes numero XXXIII. Hæc Scriptum in Conſpectu Heredis Epiſcopi. Hæc Teſtes: Parceof, Wicraat, Popo, Hato, Arpeo, Paatto, Aaron, Reginperht, de his quæ me ad villa poſſidere videbamur. Actum in villa Pohhe VII. Idus Julias in anno XXVI. regnante Domno Taſſiloni Duce. Ego Horskeo ex ore juſſus Heredis, & Chuniperhti conſcripſi.

NOTA.

Hoc Inſtrumentum confirmat alterum ſupra Num. 6. poſitum.

NUM. XLIV.

Traditio Heripaldi Presbyteri de Drudperhteshuſir.

DUm in Dei nomine cogitante vel tractante me de anima mea, ſeu de vita futura, ut in quantitate apud pio Domino veniam merear accipere, idcirco Ego Heripald Presbyter propriam hereditatem ſimul cum genitore meo Lantpaldo in villa, quæ nuncupatur Drudperhteshuſir, & quicquid ad hæc pertinet, dono, atque transfundo ad Eccleſiam beatæ Dei Genetricis Mariæ infra oppido Frigiſingas locum publicum, ut me vivente, vel poſt obitum meum habeat poteſtatem Defenſor atque poſſeſſor ipſius ſupradictæ Eccleſiæ; tradedi itaque, atque transfundavi propriam hereditatem, atque empticam in jam prædicto loco, reliqua autem utenſilia, id eſt, campis, pratis, ſilvis, aquarúmque decurſibus, & quicquid noſtris ditionibus eſſe videtur, ſub die Conſule, quod eſt in menſe X. Kalendas Majas regnante Domno noſtro, atque inluſtriſſimo Duce Taſſilone anno XXVI. regni ejus. Hæc autem omnia loci hujus utenſilia pleniſſima devotione ad prædictum locum fieri in perpetuo confirmavi nullo prohibente. Et hæc ſunt teſtes per aures tracti. Ratolt, Reginperht, Heimilo Presbyteri. Luitfrid, David Diaconi. Mahtheri, Reginperht, Onhart teſtes. Si quis verò, quod fieri non credo, Ego ipſe, aut aliquis ex heredibus meis, vel quis oppoſita Perſona contra hanc donationem venire temptaverit, cum Deo Judicem omnium, & agmina Sanctorum excommunicatus appareat. Hæc autem omnia Actum in præſentia Venerabilis Pontifici Heredis.

NUM. XLV.

IN nomine Summi Salvatoris Dei Jeſu Chriſti, Ego Graman per conſenſum Domni, & illuſtriſſimi Ducis Taſſilonis rem propriam, quam genitor meus Oadalmannus, atque genetrix Perſchvvint in hereditatem reliquerunt in loco nuncupante Dorfin, meam portionem, atque Pabonis germani, quam intuitu Divini arbitris, & futuræ vitæ, atque pro delictorum remedia, ut in quantitate apud pio domino veniam merear accipere, trado, atque transfundo eandem villam, quæ nobis in parte evenit, id eſt, edificia, curtes, mancipia, colonias,

Digitized by Google

lonias, famulos, Altones, prata, paſcua, pecudes, rura, ſilvas, ſaltus, molendinas, aquarúmque decurſus cum omni utenſilia ad Eccleſiam beatæ, & intemeratæ Virginis Marie Friſingas caſtro meniis conſtitutam, nec non ad Sepulchro beati Chriſti Confeſſoris Corbiniani, eorúmque Sociis, ſicut olim ab avone noſtro, & genetrice noſtra traditum fuerat, & à nobis incolomes dum fueramus modo ad poſteros ſummo opere producimus, ut ſi quis contra hanc traditionem temptaverit venire, vel frangere voluerit, iram ſibi ſummi arbitris promereri non dubitet, & cum eadem Dei genetrice communicet rem, & inſolubili ſub anathematis vinclo dampnatus permaneat, traditionis præſens epiſtola nihilominus firma permaneat ſtipulatione ſubnexa. Actum in villa publica Tinolſingas nuncupante, per manus Arbionis Epiſcopi anno XXVII. regnante Domno, & illuſtriſſimo Duce Domno Taſſilone, ſub die conſule, quod erat V. Kalendas Septembres, nomina teſtium per aures tracti in libro Traditionum habentur.

NOTA.

Altones. Utique ſunt idem ac *Aldiones*, de quibus vide, quæ ad Inſtrumentum 26. ſupra notavimus.

NUM. XLVI.

Traditio Sigonis.

IN Chriſti nomine denotare ego Heres Epiſcopus decrevimus, quòd Sigo Presbyter patrimonium ſuum poſt obitum ſuum fratribus ſuis conſentientibus Sanctæ Mariæ, & domui epiſcopali tradebat Friſingas caſtro ſitæ, pro ſe, & ſuiſque deceſſoribus, ſimiliter & Roadperht Presbyter patrimonium ſuum firmavit per teſtes; nam prioris Allodis locum reliquimus, quæ eſt in confinio feldui, poſterioris in territorio Zollingas, utrique cum titulis per teſtes firmaverunt, ſimiliter Erlapalt Diaconus ſuum Alodem per teſtes firmavit, inſuper & Iſanher presbyter ejus poſt obitum ſuam Alodem ſicut Superiores ad prænotatam Eccleſiam firmavit. Hi namque ad Sepulchrum beati Corbiniani firmiſſima traditione per teſtes horum poſt obitum prænotatas Alodes in conſpectu Heredis Epiſcopi, & cuncto Clero firmaverunt; Sed duorum minimè patrimoniorum loca denotavimus, quorum alterum in confinio, que dicitur perga, alterum Feteraha ſubjacenti territorio declaratur. Actum in Caſtro Friſingas in anno XXVI. regnante Domno, & illuſtriſſimo Duce Taſſilone, ſub die conſule, quod erat Idus Septembres. Nomina teſtium in libro traditionum habentur.

NOTA.

Feldui. Velden, Præfecturæ Vilsbiburgenſis.

NUM. XLVII.

Traditio Rihpaldi de Sliwesheim & Teitinhuſir.

IN nomine Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti regnante Domni Taſſiloni in anno XXXVIII. Ego Rihpald Clericus cogitante vel tractante de anima mea, ſeu de vita futura, ut in quantitate apud pio Domino veniam merear accipere, tradidi, & Uxor mea omnia, quæ habuimus ad Eccleſiam Sancti Corbiniani, & ipſam Eccleſiam noſtram tenet Presbyter Heripald, tradedi ad Beatæ Dei Genetricis Mariæ in domum epiſcopalem ad locum, quæ dicitur, Frigiſingas, vel quicquid ad illam Eccleſiam pertinet, id eſt, Servos, mancipias, colonias ædificia, ſilvas, frutecta, ruras, paſcua, prata, aquarum decurſus cum omni uten-

utenſilia ad nos jura pertinentia, ut poſt obitum meum ſtabilis fuiſſet, & ille proprium meum in villa, quæ dicitur Slivvesheim, & Teitinhuſir pro remedium animæ meæ, & Conjuge meæ, & pro filios meos ad Sepulchrum Corbiniani Confeſſoris Chriſti. Ut ſi quis contra hanc traditionem venire temptaverit, in judicio cum his incurrat Sanctis, quorum ibidem venerantur nomina, in conſpectu tremendæ Majeſtatis divinæ, & traditio hæc nihilominus firma permaneat. Hæc ſunt teſtes: Fracho Laicus, Onhart Laicus, Deotmunt Laicus, Perhthelm Laicus, Isanperht Laicus, Hludolf Laicus, Oasker Laicus, Droaz Laicus, Engilpero Clericus, Reginolt Laicus, Paldachar Laicus ex ore Heredis conſcripſi.

NOTÆ.

Slivvesheim. Hodie Schleiſsheim.
Teitinhuſir. Teitenhauſen.

NUM. XLVIII.
Traditio Tarchanati Presbyteri.

NOticiam in poſteris libet perarare ſtilo, quòd dilectiſſimus frater, & conpresbyter noſter Tarchnat juſto lucro quicquid queſtus fuerat, vel pretio emere potuerat in loco Swindaha nuncupante, ubi oratorium Beati Benedicti honore conſtruxerat, ipſum titulum in ipſa dedicationis die, quod erat VI. Idus novembres nobis, id eſt, Herede Epiſcopo, non tantùm nobis, ſed etiam beatæ, & intemeratæ Virginis Mariæ caſtro Frigiſingas domui epiſcopali tradebat illius poſt obitum in perpetuum permanere ſtatuit, & deinceps quicquid lucrare potuiſſet, eadem fieri Sententia, ut Superius deprehendimus, diffinivit. Et hæc teſtes: Arn Diaconus, Heimperht. Actum in anno XXVIII. regnante Domno Taſſilone Duce, ſub die Conſule ſupra jam perarato, in ipſo titulo traditionem firmaverat.

NOTA.

Swindaha. Fortè *Schwindau*, Hagenſis diſtrictûs.

NUM. XLIX.
Traditio Archinſwenti.

REgnante Domino noſtro Jeſu Chriſto in anno XXVIII. regni Taſſilonis illuſtriſſimi Ducis. Ego Toto divine ammonicionis correptus recolens coactus pro remedio animæ meæ, ut portionem donarem auctori univerſæ conditioni, ita & feci, ut illius vincula dilectionis vim evaderem. Tradidi enim ad Eccleſiam Beatæ, & intemeratæ Virginis Mariæ Friſingas caſtro meniis conſtructam, nec non & ad Sepulchrum Sancti Corbiniani Confeſſoris Chriſti quicquid ad portionem meam à filiis meis receperam, id eſt Servum unum Hunrat nomine, colones IIII. atque tributales, & hæc nomina eorum Hacco, Wolfleich, Trivvolf, Dietmair, & territorium à parte aquilonis Ambre confluentis quicquid receperam, & in Silva nuncupante Archinſvventi, & ſupra dicte amnis fluentibus Silvam defenſam, quem poſſedi & tam in titulis, & aquis, quàm univerſis utenſilibus receptam portionem ex integro transfundo ſtipulatione ſubnexa, ut quis evertere hanc oblationem temptaverit, alienum à Catholice communione non dubitet, & inſolubile vinculo ſe dampnatum fateatur. Nomina teſtium in libro traditionum habentur.

NOTA.

Archinſvventi. Eſt nomen Silvæ, uti in ipſo inſtrumento notatur. Aliàs *Arnſchvvant* eſt vicus Præfecturæ Moſpurgenſis.

NUM.

Digitized by Google

NUM. L.

Traditio Wagonis, & Scroti ad Iſna, & ad Tegrinpah, ſeu & Phetrah, & ad Silva in loco.

REgnante Domino noſtro Jeſu Chriſto in anno XXVIIII. regni Domni Taſſilonis Ducis Bajoariorum. Ego Scrot ad ultimum deductus per conſenſu genitoris mei Totonis proprium Alodem per manus Arpionis Epiſcopi ad Beatæ & intemeratæ Virginis Chriſti Mariæ Eccleſiam Frigiſingas caſtro ſitam tradedi pro remedium animæ meæ in perpetuum ſtabilivi hujus poſt obitum diei ſeptimo Miſſarum ſolemnia in more celebratione ipſe prænotatus genitor confirmavit ſuper prænotatum altarem, ceteris conſentientibus Sobolis, nec non & parentorum turma adſtante, cuncto Clero præſente, ſub die conſule, quod erat pridie idus Agſ. territorium ad Iſna fluvio ſecus conjacente cum edificiis & curtibus, & univerſis utenſiliis, cum Servis, & colonis, & aliud territorium ad Tegrinpah conjacentem cum Colones, & pratis, nec non & Silvàs cum univerſo fine, tam culto, quàm non culto, vel quicquid in his locis poſſidere videbar, inſuper Phetaracho conjacente ſecus fluvio colonem Luitheri nuncupantem, & alium Pammo nuncupantem, in loco, quæ dicitur ad Silva, commorantem, & tertium Deotmar nomiñ cum univerſis utenſiliis eorum; ſunt etenim inter prænotatis locis nurhero IIII. vel quicquid ſtilo depreſſimus in perpetuum firmum ſtabilimus, ut ſiquis contra hanc traditionem inire temptaverit, ab omnibus Catholicorum communione ſeparatum ſe exiſtere non dubitet, & epiſtula hæc nihilominus firma permaneat. Et hæc teſtes, & eorum nomina, qui præſentes manuum firmaverunt per aures tracti. Raatolt, Arn, Pern, Hununc Presbyteri. Ribpald, Droant, Cundhart, Ratolt, Hiltiprant, Anulo, Ribheri, Waltperht.

Ipſo namque die Ego Wago communem univerſi generis humano mortem conſiderans, & finem, & numerum dierum meorum perpendo, hereditatem meam, quam mihi accederat tam in Alode, quàm in titulis, tam in ædificiis, quàm in curtibus, tam in ſervis, quàm in colonis, tam cultis, quàm incultis, quicquid mihi accederat, poſt obitum meum ad ipſum altarem, tam pro me, quàm pro genitore, vel prodeceſſoris tradedi ex integro, & transfundavi conſentiente Patre, vel fratribus, adſtantibus cunctis finitimis, nemine prohibente, ut ſi quis contra hanc traditionem inire temptaverit, cum eadem Dei genetricem communicet rem, nec non & Beatum Corbinianum Chriſti Confeſſorem, & traditio hæc nihilominus firma permaneat ſtipulatione ſubnexa, die vel tempore ita, ut ſupra prænotavimus, teſtes ut ſupra conprehendimus. Actum ut ſupra in Caſtro Frigiſinga. Ego Sundarheri ex ore Heredis conſcripſi.

NOTA.

Cùm inter teſtes ponantur *Arn*, & *Pern*, nempe Arno & Perno, quos Monachos fuiſſe conſtat, facilè conijcimus, etiam reliquos Teſtes, ſaltem Presbyteros, fuiſſe de familia Friſingenſi. Quod idem ſuis locis patebit.

NUM. LI.

Traditio Machelmi de Polaſinga.

IN Dei nomine cogitante vel tractante me de anima mea, ſeu de vita futura, ut in quantitate apud pio Domino veniam merear accipere. Idcirco ego Machelmus propriam hereditatem, quod Domnus meus Oatilo in hereditatem mihi conſtituit, atque tradidit, & confirmavit in loco, quæ dicitur Polaſin-

Digitized by Google

laſingas ad Eccleſiam Beatæ, & intemeratæ Virginis Mariæ domum epiſcopalem, quæ nuncupatur Frigiſingas. Actum in Caſtro, quæ nuncupatur Weles, ſub die Conſule, quod eſt VI. Idus Septembres, indictione prima anno XXVIIII. regni Domni, & inluſtriſſimi Ducis Taſſilonis & ipſum locum, quod ſupra diximus Polaſingas cum omni utenſilia, pratis, ſilvis, paſcuis, aquarúmque decurſibus, agros, vel veneas, ſimiliter domos, & mancipias, inprimis Wolfpald cum ſua Uxore, & III. filiis. Deotleip cum ſua, & tribus filiis, Deotleih cum ſua Uxore, Pirhtilo cum duobus filiis ſuis, Wolfhram, & hæc ſunt de donatione Domini ſui, & iſtas, quos adquiſivi, Pejarin cum tribus filiis ſuis, Sigolt cum ſua filia, Pezzira cum duobus filiis ſupra id, quod ſcripti ſunt, unum vindemiatorem nomine Reginperht, in omnibus numero complentur. Et hæc ſunt teſtes oculi viderunt, & auribus adteſtibus tracti. Inprimis Virgilius Epiſcopus Teſtis, Megilo teſtis, Benedictus Diaconus teſtis, Salomon, David, Einhart Presbyter, Heripald, farit Popilo, Cote deo Amo. Ego Watto Presbyter ſcripſi juſſus ab Domno meo Machelmo.

NOTA.

Polaſinga. Hodie Palzing, in diſtrictu Moſpurgenſi.

NUM. LII.

Traditio Waltrih de Hohinperc.

CONſtat omnibus, quia Waltrih Presbyter tradidit ſilvam ſuam, atque territorium in loco, quod dicitur ad Hohinperc, vel quicquid ibidem habere videbatur ad Eccleſiam Beatæ Mariæ ſemper Virginis, atque genetricis Dei Frigiſingas Caſtro ſite Herede Epiſcopo præſente, ſeu cuncto Clero in anno XXVIIII. regnante Domno Taſſilone Duce, ſub die conſule, quod erat IIII. Nonas Sebtembres Indictione I. & hæc teſtes: Arn, Ratolt, Hununc, Pern Presbyteri. Deodolt, Helmuni, Chunihoh, Hludivvic. Ego Sundarheri Diaconus juſſus conſcripſi.

NOTA.

Hohinperc. Fortè Höhenberg, in Territorio Tölzenſi.

NUM. LIII.

Traditio Adaloni ad Kiſalpah.

IN nomine Dei Summi, regnante Domno noſtro Taſſilone Duce anno XXXIII. regni ejus. Ego Adalo cogitans pro remedium animæ meæ, & vitæ æternæ ſalutis, ut veniam merear accipere apud pio Domino. Idcirco cum licentia Principis noſtri Taſſiloni Ducis tradidi pro Salutem animæ meæ dimidiam partem hereditatis meæ, quod mihi ad Kiſalpah videtur habere de facultatibus meis ſive territorium cultum, non cultum, pratas, campos, paſcua, ſilvas, aquas, molendinas, & XI. mancipias, & omña utenſilia quicquid ad me pertinet de portione mea, & ipſam Eccleſiam meam, in ſuper dicto loco cum omnibus Eccleſiæ rebus trado, atque transfundo ad Eccleſiam Sancti Benedicti Abbatis, & Confeſſoris ad locum, quæ dicitur Maganpah, ut poſt obitum meum firma, & inconvulſa ibidem permaneat. Et hæc ſunt teſtes: Haguno Presbyter, Arperht Presbyter, Johannes Meginrat Presbyter. Andreas Diaconus, Rubo, Egilperht, Hroadperht, Periger, Peppo, Haduport, Chadolt, Warinc, Pirhtilo, Tetto, Ekkihart, hi omnes teſtes ſunt de hac traditione, & ſi quis voluerit hanc traditionem frangere, quam ſupra memoravimus, habeat partem cum Juda

Tradi-

Digitized by Google

Traditore, & inferat fiſco auri uncias III. argenti pondera VI. & quod repetit, evindicare non valeat, & hæc traditio omni tempore firma permaneat. Actum hoc ad Maganpah in Eccleſia Sancti Benedicti, ad altare ejus coram teſtibus. Pax vobiſcum, Deo gratias Amen.

NOTA.

Maganpah. Fortè Mainpach, Hagenſis territorii.

NUM. LIV.

REgnante in perpetuo Domino noſtro Jeſu Chriſto in anno XXX. regni Taſſilonis Illuſtris Summi Ducis, ſub die conſule, quod erat XVI. Kalendas Decembres, Indictione prima, in villa publica, vel Caſtro nominante Friſinga, hæc conveniencia, vel firmitas inter Totonem, vel filios ejus Duce jubente, vel ſenatu facta eſt, ut adderet Cunthardo Colonem unum ſuper partem ſuam priorem, quam acceperat nomine Hatto, & Racolco alium ſervum nomen Kepuni cum filio ſuo, atque Uxore, & ipſum poneretur in coloniam Wolflei in loco nuncupante ad Holze, cum univerſa ſuppellectilia ſua, & territorium ad Iſana dividere cum ipſo territorio, quod prius pro parte ſua acceperat medietatem ipſo eodem territorio poſſideri debeat medietas inviolata ad Eccleſiam Beate Marie pro fratre ſuo nomine Scrot permanere, ita ut prius tradita fuerat, ut deinceps nullo dividente permaneret requilla neque inter hos fratres id eſt Wagonem, neque ad Novercam ipſorum, id eſt, Oſpergor, neque ad genitorem, id eſt, Totonem, neque ad domum epiſcopale, id eſt, Heredem, cui hæc tradita ſunt tradita, horum poſt obitum non in titulis, non in villis, non in territoriis, neque mancipiis, non in vineam, neque in nullam ſubſtantiam, vel utilitatis rei pro jacente in perpetuum Duce conſentiente vel Proceribus, qui ibidem eſſe potuerunt Virgilio præſente Epiſcopo, hos teſtes per aures utriſque partibus tradiderunt, vel firmaverunt, ut deinceps nulla dividendi vel quirendi patrimonio permaneat Arbo, Oadelhart, Epiſcopi teſtes, ſeu alii quam plurimi Layci, & judices firmantibus, atque conſencientibus, ſeu jure judicantibus, die jam prænotato, vel tempore ſtilo ſupra comprehenſo in perpetuum firmum fieri ſtabilierunt, Tatone, vel Racoldo, atque Arnone Presbyteris præſentibus.

NUM. LV.

Traditio Mekilonis de Dornegindorf.

REgnante in perpetuo Domino noſtro Jeſu Chriſto, in anno XXX. regni Taſſilonis Duci. Ego Mekilo omnem Alodem, quem poſſidere videbar, excepto territorii coloniæ une pro remedium animæ meæ tradedi ad Eccleſiam beati Corbiniani cum Sociis ſuis, cum ipſo titulo, quem in ipſo territorio fundavi, nuncupante Dornakindorf per manus Heredis Epiſcopi, & Dedicatoris hujus Oratorii ad domum epiſcopie ipſius confirmavi, adſiſtente Clero, vel plebe, nec non & generibus meis, atque cognatis conſentientibus, quicquid ad ipſum noſtræ ditioni pertinet locum, tam mancipiis, & ædificiis, quàm territoriis, & utenſiliis, ita ſupellectiliis, & pecodibus, omnem rem cultam & incultam, ita ut ſtilo, quam prehendi perarare dinoſcimus in perpetuum ſtabilem fieri firmamus. Actum ſub die conſule, quod erat III. Nonas Octobris indictione prima. Et hæc teſtes & eorum nomina: Heres Epiſcopus, David, Heripald, Alpuni, Otperht, Otperht, Alholf, Hacuno, Herolf, Heripald, Wolſpero, Hrodunc, Otker, Aſprant, Podolunc. Ego Francho ex ore Heredis Epiſcopi conſcripſi.

Digitized by Google

NUM. LVI.

Traditio Pacharan.

Regnante in perpetuo Domino noſtro Jheſu Chriſto, anno XXX. regni Domni, & illuſtriſſimi Ducis Taſſilonis Ego Pircho divini arbitris permiſſione conpulſus, pariter cum Conjuge mea Perhtcunda, ſeu Sobolis noſtri nomine Oadalcrim tradidimus territorium conjacentem in loco nuncupante Pahchara ad Eccleſiam beate, & intemerate Virginis Marie, & Confeſſoris Chriſti Sepulchrum Sancti Corbiniani, tam pro nobis, noſtris Sobolis, quàm pro Deceſſores noſtros, & ipſum filium noſtrum, ſi vult in Congregatione permanere eadem, ibidem habeat victum, & veſtimentum, ſi verò recederetꝫ, hæc tradicio nihilominus firma, & ſtabilis permaneat. Tradidimus autem territorium ibidem pertinentem ex integro cum pratis, & paſcuis, cum ſilvis, & aquarum decurſibus, cum curtis, & edificiis, & univerſa utenſilia ibi pertinentia. Et ſi quis contra hanc traditionem venire temptaverit, cum ipſa Sancta Maria communicet cauſam. Et hæc traditio nihilominus firma permaneat, ſtilo ſubnexa. Actum in Caſtro Friſinga, ſub die Conſule, quod erat XVI. Kalendas Junias indictione I. Nomina teſtium in libro traditionum habentur.

NOTA.

Pachern, Dauchavienſis Juriſdictionis.

NUM. LVII.

Traditio Reginhoh ſeu Hertolti de Hroadolveshuſir & Steneſdorf.

Dum in Dei nomine, vel ſuperni intuitu arbitris, vel pro vitæ futuræ remunerationis ſpe; Ego Reginhoh pariter manu communi filii mei Hertolti, nec non & Conjuge meæ Lantrata, ut apud pio Domino veniam delictorum mereamur accipere propter ea rem propriam, vel Alodem noſtram in loco nuncupante Hrodolveshuſir, vel Steinesdorf conjacentem ex integro poſt obitum noſtrum tradimus, vel transfundavimus ad Eccleſiam beate & intemeratæ Virginis Dei Mariæ in oppido Frigiſingas conſtructæ, & ad Sepulchrum beati Chriſti Confeſſoris Corbiniani in perpetuum poſſidendam firmamus; tradidimus namque Oratorios, ædificias, rures, pratas, paſcua, ſilvas, ſaltos, aquarúmque decurſis, mancipia, colonias, vel quicquid in uſum utenſiliis, jure ditioni noſtræ eſſe videntur poſt obitum noſtrum, ita, ut ſuperiùs ſtilo depromſimus, in perpetuo traditionem inviolatam permanere firmamus, ut ſi quis contraire, vel inpetire temptaverit, vel frangere voluerit, inſolubile vinculo damnatus & anathematus in evo permaneat, & cum ipſam Dei genetricem communicet ſententiam, & cum prænotato Confeſſore Chriſti Corbiniano. Nihilominus traditio firma permaneat ſtipulatione ſubnexa. Actum in Caſtro Frigiſingas, in præſentia Heredis Epiſcopi, vel cuncto Clero in anno XXXI. regnante Domno Taſſilone Duce, ſub die conſule, quod erat Idibus Juniis, Indictione XII. Hæc ſunt teſtes per aures tracti: inprimis Heres Epiſcopus, Heimilo, Pern, Cunzi, Presbyteri, Rihpald, Arn ād Liutfrid Diaconi. Ego quidem Sundarheri ex ore Arbionis Epiſcopi conſcripſi.

NOTÆ.

Hroadolveshuſir. Hodie Ruedlzhauſen, in territorio Moſpurg.

Heimilo. Qui alibi vocatur *Presbyter & Monachus.* Vid. lib. antiquus, ſeu primus Trad. Friſing. fol. 124. b. & 157.

Steneſdorf. Forte Staindorff, Landſpergenſis Juriſdictionis.

NUM.

Digitized by Google

NUM. LVIII.

Traditio Huſina, & Irminpaldi de Pohlohe, & Pipurge.

DE dedicatione, vel traditione ad epiſcopatum Sanctæ Mariæ in loco Frigiſinga domui genetricis Dei perenne Virginis Herede Epiſcopo Dedicatore, titulos binos in una die, id eſt, ad Pohloh, quam Huſina, ſeu Irminpald condiderunt, ſimili modo ad Pipurc, quem Rihheri, & Wolfhart cum Sociis conſtruxerunt in anno XXXI. regni Domni Taſſilonis inluſtriſſimi Ducis, ſub die conſule, quod erat VII. idus Auguſti, firmiter tradiderunt communis manibus ſupradictas domos Dei ad præfatum domum epiſcopalem cum omnibus ad his jure pertinentibus territoriis mancipiis, pratis, paſcuis, ſilvis, cultis, non cultis, nullus contradicere valeat, aut audeat, ſed firma, & inviolata permaneant tam pro nobis, quam parentes noſtri, ſeu & poſteros. Hæc teſtes, & eorum nomina: Waldman, Adalfrid, Cozperht, Frittilo, Kepahoh, Ejo, Adalhram, Rihheri, Kerwentil, Wolfhart, Sigipald, Immino, Hrodrih, Helfrid, & ceteri multi, quorum non eſt facile dinumerare vel ſcribere nomina.

NOTÆ.

Pohlohe. Puelach. Sed incertum, num Erdingenſis, an Wolfrazhuſianæ Præfecturæ, cùm in utraque reperiantur pagi ejus nominis, & hujus Friſingenſis Diœceſis.

Pipurc. Biburg. Quo nomine rurſùs plures Bojariæ pagi intelligi poſſunt, in variis diſtrictibus ſiti. In hac Diœceſi reperitur pagus Biburg Statenbergenſis, & alius Schwabenſis territorii.

NUM. LIX.

Traditio Lantperhti Presbyteri, & Tarcholfi de duobus locis Azalinga, & de Riutte.

DE oratorio in villa, quæ dicitur Azzalinga, ſeu titulo, quod dicitur a zriutte ipſo die ab Herede dedicati ſunt, quod eſt XIIII. Kalendas Octobres in anno XXXI. regnante Domno Taſſilone Duce normaliter Lantperht Presbyter tradidit ad epiſcopatum Sanctæ Mariæ, ſeu vicini ejus fideles ſimul cum illo firmaverunt, ut ab eo die prior titulus in prænotata vvilla ad prædictum domum Sanctæ Mariæ in loco Frigiſinga mœniis conſtructam firmiter ſubjugatum fuiſſet cum omnibus ad hæc pertinentibus, firmantibus ipſis vicinis, qui hanc ipſum condiderunt domum Dei. Aliud verò poſterior Domus Dei a ſtarchlfo, qui præſens nondum fuerat, ſed per manus nepoti ſui Tiſoni Presbyteri tradidit, & filiorum ejus firmavit, & poteſtatem illis, & Wadium dedit hanc traditionem agere, & firmiter firmare, quorum nomina Rimideo, Ratolt, Hiltolf, & illi ſic fecerunt, & tradiderunt coram multis domui Sanctæ Mariæ in loco Frigiſinga, & jure perpetuo firmaverunt ſtabilitum cum omnibus ad hæc pertinentibus. Indictione I. in anno Ciclo inchoante. Et hæc teſtes per aures more tracti. ad Kepahoh, Francho, Alpuni, Willapato, Ejo, Teto, Wicperht, Hantuni, Othelm, Willahelm, Heripald, Herideo, Aladeo, Peredeo, Luitprant, Waldker, Alprih, Heimpald, Wolchrat, Oto. Ego Sundarheri Diaconus ex ore Heredis juſſus conſcripſi.

Digitized by Google

NUM. LX.

Traditio Arperhti Presbyteri, ſeu Maginrati Diaconi de Haſalpah.

NOtum eſt cunctis in epiſcopio Sanctæ Mariæ, quod Arperht Presbyter ſimul cum Maginrato Diacono ædificavit Eccleſiam in loco Haſalpah, & invitaverunt Heredem Epiſcopum hoc ad conſecrandum, & ipſe Heres Epiſcopus cum benedictione altaris conſecravit ipſam Eccleſiam, & ipſe Arperht acceſſit ſimul cum Diacono Maginrato, & tradiderunt ſuper ipſum altarem, quicquid emptica adquiſitione proprium habuerunt, vel qualibet modo in ſupradicto loco adtractum, aut elaboratum, & ipſum altarem cum Eccleſia & cum omnibus ad hæc pertinentibus mancipiis, ædificiis, terris, pratis, paſcuis, ſilvis, cultis, non cultis, firmiter tradiderunt domui Sanctæ Mariæ ſemper Virginis in loco Frigiſinga mœniis conſtructam in manus Heredis Epiſcopi. Ea verò ratione firma donatione, ut poſt obitum eorum quicquid ibidem augmentatum, emelioratúmque repertum fuerit, totum ex integro ſubjaceat ditioni domui ſupradicto inconvulſum, & inconcuſſum, ſtibulatione ſubnexa. Si quis, quod futurum eſſe non credo, de parentibus, vel proximis, aut vicinis, qui hanc traditionem frangere voluerit, vel inire conaverit, inprimis iram Dei omnipotentis incurrat, & extraneus, & anathematus ſit ab omnium Sanctorum conſortio, & in quocunque loco celebrantur reliquiæ Sanctæ Mariæ, damnatum ſciat ſe, & cum Sancto Corbiniano communicet cauſam. Actum eſt hoc in VI. Kalend. Octobres anno XXXI. regnante Domno Taſſilone Duce, indictione I. Et hæc ſunt teſtes & eorum nomina. Alpolt, Wolfcoz, Arhart, Sundarheri, Ejo, Franco, Sindperht, Fater, Meginperht, Ekkahart, Wuldarrih, Hramperht.

NOTA.

Reliquiæ S. Mariæ. Vocabulum *reliquiæ* ſignificat id, quod remanet detracta majori parte. Hinc quia principalior ac nobilior hominis pars anima exiſtit, ideò corpus humanum Reliquia dicitur, quia humi remanet, & relinquitur, ſeu ejus pars, ut Macri in Hierolexico notant. Sanè cùm Eccleſia Catholica teneat, Deiparæ Virginis non animam tantùm, verùm etiam corpus fuiſſe in cœlos aſſumptum, nullas Ejus reliquias in terris ſupereſſe cenſendum eſt, niſi Reliquiárum nomine etiam intelligantur capilli, Zonæ, veſtimenta, ſupellex & id genus alia, quod lubentes admittimus: Certúmque eſt, Majores noſtros in colligendis ejusmodi Sacris theſauris ingentem operam poſuiſſe; quod ex membranis plurimis demonſtrari poſſet, ſi vel res poſtularet, vel tempus nobis permitteret. Quid ſi *Reliquiarum* nomine veteres aliquando etiam intellexiſſent Imagines Sanctorum, maximè Deiparæ Virginis vetuſtiſſimas, quales paſſim in Orbe Chriſtiano coluntur, ac ſpecialiter Friſingæ?

NUM. LXI.

Traditio Hroadſwinda de Aruzzapah, & Megingolti de Incinmos.

HÆc ſunt teſtes: Selprat, Toto, Orendil, Majaran, Tarchnat, Raginperht, Lantfrid, Nendinc, Hrepin, Maricho, Majo, Ipſe qui hæc conſtitui, Frumolt, Ego Hroadſvvind poſt obitum Frumolti tradidi pro animas noſtras Eccleſiam cum domo, cum omnibus ædificiis, & utilitatibus, quicquid ad hæc legibus pertinere videbatur in Alode noſtro conſtructa ad Aruzzapah, in honore Sanctæ Mariæ, & ab Majone conditore ad epiſcopatum Sanctæ Mariæ tradita in manu Heredis Epiſcopi, & per ſupra prænotatos teſtes confirmatum eſt ſub die conſule, quod erat XVI. Kalendas Julias, domno, & inluſtriſſimo Duce Taſſilone XXXII. principatûs ſui peractum anno confirmatum.

Simili

Digitized by Google

Similimodo Meginolt ſecundo die nihilominus ad prænotatum epiſcopatum Oratorium in propria Alode, quam condiderat confirmavit in perpetuum ſtabilem permanere in villa nuncupante Incinmos per manu Heredis Epiſcopi ad domum Sanctæ Mariæ in loco Frigiſinga, firmiter tradidit ſupradictam Eccleſiam, vel quicquid ad ea legibus pertinere debeat hoc confirmavit per manum ſupra dicti Epiſcopi, atque Dedicatoris præſentis, Caracteribus munivit, de quo titulo vel traditione hæc ſunt teſtes. Lantfrid, Maginperht, Tarchnat, Selprat, Onolf, Helis, Aaron, Peradeo, & ceteri multi, tempore enim, ut ſupra. Ea tamen ratione in utraque traditione, ut ipſorum Singuli filii, ſi ad eccleſiaſticum provecti fuerint ſtatum, cum ipſa Alode perdurent ad epiſcopatum ſupra denotatum, horum poſt obitum, ut ſtilum conprehenſum dinoſcitur perduret. Ego Alpolt Presbyter ex ore Heredis conſcripſi.

NOTA.

Aruzzapah, hodie Arzbach, & *Incinmos*, hod. Inzemos, pagi ſunt Dachavienſis Præfecturæ.

NUM. LXII.

Traditio Wicpoti Presbyteri de Ruhcozhofa.

Regnante Domino noſtro Jeſu Chriſto in anno XXXII. regni Domni, & inluſtriſſimi Ducis Taſſiloni, Ego Wicpot Presbyter pro remedium anime meæ, ſeu Parentorum genitoris, atque genetricis, in quantum Dominus humillimi vota vult recipere, propriam Alodem oum titulo Beatæ, & intemeratæ Mariæ in villa nuncupante Rihcozhofa cum ædificiis, atque territoriis, cum mancipiis, atque colonis, cum emptico, atque patrimonio, cum ſilvis, ſaltiſque, cultis, & incultis, cum pratis, paſcuis, aquarúmque decurſis. Simili modo, & amita mea proprias mancipias ea ratione tradet per manum noſtram communem illius poſt obitum, ſicut ſtilo conprehendere nitimur, firma permaneat, & ſi me ſupervixerit, ubi hæc firmamus, inde alimenta & ſubſidia recipiat, & nos ea ratione, ut canonicæ ad ipſum locum obœdientes permaneamus firmi & ſtabiles, trado namque hæc, ut ſupra prædiximus, atque confirmo, ſeu transfundo ad Eccleſiam Beatæ Mariæ ſemper Virginis, atque Dei genetricis in Frigiſingas caſtro conſtructæ, nec non ad Confeſſoris Chriſti beati Corbiniani, ſeu patrociniis Sanctorum, qui ibidem eſſe videntur, ut poſt obitum meum hæc traditio firma, & incommutabilis permaneat. Si quis contraire, vel frangere conaverit, cum ipſis Sanctis, ut ſupra conprehendimus ante diſtricti, atque juſti judicis reddat rationem. Actum in Caſtro Frigiſingas, in domo epiſcopale, præſente Herede Epiſcopo, & cuncto Clero, ſub die conſule, quod eſt X. Kalendas Martias. Et hæc teſtes per aures tracti, atque conducti: Tarchanaat, Bern, Salomon Presbyter, Wicraat, Situli, Helias Clerici, Chadold, Pertcooz, & ceteri multi. Ego Leidraad Diaconus juſſus ex ore Heredis Epiſcopi conſcribſi.

NOTÆ.

Ruchcozhofa. Fortè Reikerzhofen, Pfaffenhovienſis diſtrictûs.

Tarchanat. De hoc vide ſupra N. 48. ubi eum conſtruxiſſe Oratorium S. Benedicti in Schwindach vidimus.

Bern. De hoc jam ſæpiùs dictum.

Salomon Presbyter. Etiam hunc fuiſſe Monachum conſtat ex lib. I. Seu antiquo Tradit. fol. 114. 159.

Wicraat. alibi vocatur Monachus, nempe in mox allegato codice fol. 88. & 147.

Situli. Monachus. fol. 113.

Propriam alodem. nempe allodium, quo nomine Juriſperiti intelligunt proprium cujusque liberi hominis patrimonium.

NUM.

Digitized by Google

NUM. LXIII.

Traditio Richarteshuſen.

NOtitiam depromimus, quod quædam Religioſa femina nomine Toza in propria alode oratorium conſtruxit in loco, qui dicitur Richaretshuſin in honore Sancti Corbiniani a quem titulum univerſa patrimonia donavit, id eſt, mancipia, territorium, prata, paſcua, ſaltus, ſilvas, aquarúmque decurſus, excepto colonias duas, id eſt, Williſridi collonia, quam Sigihardo filio meo in beneficium concedo, ſimili modo & filio meo Rodmunto in beneficium concedo coloniam Willicozzi, illorum verò poſt obitum ex integro ad prenotatum permaneat titulum, & ipſum titulum tradidit ad epiſcopatum in Caſtro Friſingas conſtructam Eccleſiam Beate, & intemerate Virginis Mariæ in poſſeſſionem perpetuam, tam pro me, quam predeceſſoribus meis. Si quis contra hanc epiſtolam inire temptaverit, cum Deo, atque cum ipſa Dei genitrice communicet cauſam. Actum in prænotata villa, ſub die conſule, quod erat XVI. Kalendas Julias anno XXXII. regnante Domino, & illuſtriſſimo Duce Taſſilone. Nomina teſtium in libro traditionum habentur.

NOTA.

Richarteshuſen. hod. Reichertshauſen, quo nomine extat Arx in diſtrictu Pfaffenhovienſi, & pagus in Mospurgenſi.

NUM. LXIV.

Traditio Piburch.

EGo Cuntperht p̄ſes regnante Domino noſtro Jeſu Chriſto in perpetuum, in anno XXXII. regni illuſtriſſimi Domini Ducis Taſſilonis cogitante, vel tractante de anima mea, ſeu de vita futura propriam meam Alodem dedi pro remedio animæ meæ, tam mancipia, quàm territorium cum univerſa utilitate ibidem pertinentia ad locum qui dicitur Piburch, & ſi licet mihi ſecularem habitum dimittere in hac hora ſit ſtabilis ad altare Sanctæ Mariæ ſive ad Sancti Corbiniani Chriſti Confeſſoris ſepulchrum, & ſi mihi non licet dimittere ſecularem habitum cum voluntate Dei tamen poſt obitum meum firma & ſtabilis ad ſupra dictam domum Dei usque in ultimum diem. Et qui iſtam traditionem frangere voluerit, iram Dei omnipotentis incurrat, & conponat, ſicut lex decrevit, ſub die Conſule, quod erat III. idus Auguſti. Nomina teſtium in libro traditionum habentur. Actum in prænotato Caſtro per ordinem, ut ſupra eſſe dinoſcitur.

NUM. LXV.

Traditio Kartheri de Rota.

REgnante Domino Jeſu Chriſto in anno XXXII. regni Domni Taſſilonis. Ego Cartheri cogitante, vel tractante de anima mea, ſeu de vita futura, ut in quantitatem apud pio Domino veniam merear accipere tradidi & Uxor mea omnia, quod habuimus ad Eccleſiam, quam ego ipſe conſtruxi in manu Heredis Epiſcopi, & poſtea illam ipſam Eccleſiam, quam Heres Epiſcopus conſecravit, tradedi ad Beatæ Dei genetricis Mariæ in domum epiſcopale, ad locum, quæ dicitur Frigiſingas, vel quicquid ad illam Eccleſiam pertinet, id eſt, Servos, mancipias, colonias, ædificia, ſilvas, frutecta, ruras, paſcua, pratas, aquarum

Digitized by Google

rum decurſus cum omne utenſilia ad nos jura pertinentia, ut poſt obitum meum ſtabilis fuiſſet pro remedium animæ meæ, ad ſepulchrum Sancti Corbiniani Confeſſoris Chriſti, ut ſi quis contra hanc traditionem venire temptaverit, in judicio cum his incurrat Sanctis, quorum ibidem venerantur nomina, in conſpectu tremende Majeſtatis divinæ, & traditio hæc nihilominus firma permaneat. Et hæc teſtes, & eorum nomina jure per aurem tracti, Offo, Stephanus, Heimo, Oadalmunt, Oadalrih, Salucho, Hartker, Hahmunt, Ribhart, Arbeo, Ortheri. Ego indignus Presbyter Pern juſſus ex ore Heredis Epiſcopi conſcripſi.

NOTA.

Rota. Rot, Dachavienſis jurisdictionis pagus.

NUM. LXVI.

Traditio Iſanharti ad Horcaningun, & ad Holzhuſun vel ad Erilingun.

IN nomine Domini noſtri Jheſu Chriſti. Notitia de traditione, quam fecit Iſanhart de propria Alode, ſeu de adquiſitione ſua ad corpus beati, ac Sancti Tertulini Martyris, & ad altare Sancti Dyoniſii. Inprimis ad Horscaninga, quicquid ibidem habere videtur, totum ex integro nihil prætermittente ad ea pertinentia loca, terram cultam, & incultam, pratis, campis, ſilvis, aquis, aquarúmque decurſibus, mancipia in domo, tam in villis manentibus, totum, ut diximus, ex integro, mobilia, & inmobilia. Simili modo ad Holzhuſum territorium, quem ibidem habui. Ad Reiſtingun verò medietatem omnium, quæ ibidem habere videbar, ſimiliter ad prædictum Sanctum tradidi in Erelingam, ſimiliter excepto ea colonia, quam habuit Arfrid, & jugera xL. terra, & X. carrad̄ de pratis. Reliqua omnia ad ea pertinentia loca tradidi, & confirmavi per conſenſum atque licentiam glorioſiſſimi Domini noſtri Taſſiloni Ducis Bajowariorum, anno regni ejus XXVIIII. Si quis verò contra hanc cartulam traditionis ire, aut eam frangere voluerit, iram Dei incurrat, & perſolvat judice, quod juſtum eſt. Hæc nomina teſtium: Ipſe Iſanhart. ✝. Reginhart, Deotpald, Kerwolf, Kaganhart, Nendinc, Otti. Scripſi ego Atto Abbas.

NOTÆ.

Horcaningun. Fortè Hersching, Territorii Weilheimenſis.
Erilingun. Erling, ejusdem diſtrictûs.
Holzhuſun. Holzhauſen: quod nomen præferunt Tredecim pagi Bojariæ. Noſtrum *Holzhuſun* videtur eſſe aut Starenbergenſis, aut Wolfratshuſianæ Præfecturæ.

NUM. LXVII.

Traditio Reginharti ad Dorfingeshuſun, & ad Reiſtingun.

IN nomine Domini noſtri Jheſu Chriſti. Notitia de traditione, quam fecit Reginhart filius Iſanharti de propria Alode, ſeu adquiſitione ſua ad corpus Beati, ac Sancti Tertulini Martyris. Inprimis ad Durfingeshuſun, & ad Reiſtingun, quicquid ibidem habere videretur, totum ex integro nihil prætermittens ad ea pertinentia loca, terra culta, & inculta, pratis, campis, ſilvis, aquis, aquarúmque decurſibus, mancipia, & pecora in mea poteſtate manentibus, totum, ut diximus, ex integro, mobilia, & inmobilia. Ea verò ratione, ut poſt obitum ejus ad prædictum Sanctum ſtabiliter, ac firmiter permaneant per conſenſum, atque licentiam glorioſiſſimi Taſſiloni Ducis Bajowariorum,

 rum,

Digitized by Google

rum, anno regni ejus XXVIIII. Indictione X. Si quis verò contra hanc cartulam traditionis venire, aut eam frangere conaverit, iram Dei incurrat, & perſolvat judici, quod juſtum eſt. Et hæc nomina teſtium: Ipſe Reginhart, T. Lantfrid. T. Deotpald, Kerwolf Presbyter, Kaganhart, Nendinc, Otti, & ego Williperht presbyter juſſus à Domno Attone Abbate conſcripſi.

NOTÆ.

Dorſingesbuſun. Dürnhauſen, Weilhemenſis Præfecturæ.
Reiſtingun. Raiſting, Territorii Landſpergenſis.

NUM. LXVIII.

Traditio Ellannodi Presbyteri ad Fiskon.

IN nomine Domini noſtri Jheſu Chriſti. Notum ſit omnibus fidelibus, ſeu Deo devotis, quòd ego Ellannod licet indignus vocatus Abba proprii juris mei pertinentia ad alode mea in loco nuncupato Fiskea poſt obitum meum firmavi ad domo Dei ſito in loco nominato Schlechdorf, quod celebratur in honore Sancti Dioniſii, ubi Sanctus Tertullinus requieſcit in corpore. Deinde cum conſilio, vel conventione Attoni Epiſcopi, ego ipſe, ſeu una mecum omnes fratres in præfato loco Deo devotè ſervientes dedimus hoc in beneficium nepote meo Hericcone. Ea verò ratione, ut ſi prædictus Hericco diutius Superſtis mihi fuiſſet, annis ſingulis exinde cenſum redderet, hoc eſt ſex denarios, vel ſex denariorum pretio in victu, vel veſtitu, aut in cera, vel in pecodibus. Et in ipſo tenore, ut poſt obitum Hericconi pro remedium animæ meæ, vel pro anima patris, vel matris meæ, vel pro anima fratris mei confirmatum in perpetuum ſtet ad ſupra dictum locum, ubi honor plurimorum Sanctorum veneratur. Ego Ellannod & advocatus prædictorum fratrum Reginhart præſentibus fratribus in ſervitio Dei degentibus, & Sancti Dioniſii, vel Sancti Tertulini Martyris, ſeu omnium Sanctorum, quorum reliquiæ in præfato loco adorantur, tradidimus prædictam rem in beneficium Hericcone ea ratione, ut ſupra dictum eſt. Et hæc teſtes Meginrat, Helmker, Otperht, Frumolt, Arfrid, Adalwart, Oadalfrid. Et hæc nomina Monachorum, qui aliorum verba confirmaverunt: Williperht Presbyter, Rihmunt Presbyter, Erphuni Presbyter, Sandolf Diaconus, Hroadperht, Kamanolt. Actum in loco publico nominato Sledorff ſub die conſule XIII. Kalendas Auguſti indictione II. regnante Domno noſtro Karolo magno Imperatore anno VIIII. Ego Kerolt indignus Diaconus juſſus à Domno Ellanodo ſcribſi ex ore Emichoni.

NOTÆ.

Fiskon. Viſchn, ad caput lacûs Ambronis, Diſtrictûs Weilheimenſis.
Reliquiæ .... adorantur: non latriæ cultu, ut nobis Heterodoxi improperant, ſed duliæ tantùm: qui verbi illius uſus etiam in Scriptura non eſt infrequens.

NUM. LXIX.

Fundatio Monaſterii Cremiſanenſis.

REgnante in perpetuum Domino noſtro Jeſu Chriſto, qui ab arce poli deſcendere dignatus eſt in alvum Virginis, ac deinde in præſepium, de præſepio in crucem, de cruce in ſepulchrum, de ſepulchro ad Tartara, de Tartaris rediit ad æthera, binis viris albis indutis teſtantibus, ad poſtremum reverſurus ad judicium, in quo judicio unusquisque, ejus quod geſſit, retributionem accipiet. Deputantur injuſti ad ſupplicia, juſti autem ad vitam æternam, quæ retributio nullum habet terminum nec in malo nec in bono.

Quam-

Quam ob rem propter amorem æternum, & timorem horribilem, ut evitare valeam manſionem diaboli, & habere merear manſionem cum Chriſto, Ego Taſſilo vir illuſter, Dux Wajoariorum, anno Ducatus mei triceſimo, indictione prima, mente tractavi, ut de hoc, quod mihi Dominus dignatus eſt concedere, pro memetipſo aliquid Deo offerem. Nam bonæ memoriæ anteceſſores mei in quantum potuerunt res ſuas Deo devoverunt, Eccleſias Dei conſtruxerunt, eásque ſuis opibus ditaverunt; Monaſteria quoque ſtuduerunt conſtruere, & non modicas ad eadem pecunias tradere. Qua de re ſtatui quoque & ego in animo meo, ut cum ſumma opitulatione Jeſu Chriſti domini, in ipſius nomine Monaſterium ædificarem, quod ipſo adjuvante ita factum eſt. Nam Monaſterium conſtruxi juxta fluenta nuncupata Chremiſa, in honore Sancti Salvatoris, quod & Deo dicavi, & in dedicatione tradidi, quod potui; quod ſubter annotamus. Qui etiam Abbatem conſtitui nuncupatum Fater, cum Monachis ſibi deputatis, ut in prædicto venerabili loco vita ibi commorantium regulariter duceretur. Nunc ergo ea, quæ tradidimus, intimabo. Ego igitur Thaſſilo vir illuſter, Dux, ut ſupra annotatum eſt, anno XXX. Ducatus mei, ſimulque dilectiſſimus filius meus Theodo, anno etiam Ducatus ejus primo, tradimus, atque confirmamus ad prædictum Monaſterium Sancti Salvatoris inprimis namque eos homines, qui in ipſo loco habitant, & ea cuncta, quæ ibidem culta videbantur. De incultis ..... Acta ſunt autem coram multis teſtibus videntibus & audientibus, ex quibus hic aliquos inſeremus, Virgilius Epiſcopus, Sindperht Epiſcopus, Waltrich Epiſcopus, Opportunus Abbas, Wolfperht Abbas, Atto Abbas, Gaozaich Abbas, Hrodharth Abbas, Utich Comes, Megilo Comes, Saluhho Comes, Reginolfus, Adalger, Hartind. Scripſi autem ego Willaperth, indignus tamen Diaconus, hanc chartam traditionis, juſſus à ſum̃o Principe Thaſſilone ex ore Snelharti Diaconi. Acta ſunt autem hæc in prædicto Monaſterio, regnante Domino noſtro Jeſu Chriſto in ſæcula ſæculorum, Amen.

NOTA.

Willaperth ... Diaconus ... ex ore Snelharti Diaconi. Non erat inuſitatum antiquis, Diaconum juſſu Principis dictare inſtrumenta. Sic enim in celebri Arnonis Archiepiſcopi Salisburgenſis Indiculo, Anno 798. congeſto legimus, Benedictum Diaconum Notitiam dictaſſe, & conſcribere juſſiſſe. Vid. Dükerum *pag. 49.* Multò etiam frequentius erat, à Diaconis Inſtrumenta ex ore alterius ſcribi, ut patet ex ſuprà dictis N. 68. ubi legimus hæc. *Ego Kerolt indignus Diaconus juſſus à Domno Ellanodo ſcribſi ex ore Emichoni.*

Cæterùm hoc Inſtrumentum deprompſimus non ex Codicibus Friſingenſibus, ſed ex Annalibus Cremiſanenſibus, uti in Parte Prima monuimus.

NUM. LXX.

Traditio Cunzonis, & Folcmari Clerici.

Regnante in perpetuum Domino noſtro Jheſu Chriſto, in anno religioſiſſimi Ducis Taſſiloni XXXIII. ſub die conſule, quod erat in idibus Septembris, Ego Cunzo propriam alodem à genitore mihi relictam univerſam tam cultam, quàm incultam, quicquid poſſidere videbar, ut poſt obitum meum, ſi Dominus Sobolem mihi dederit mea portio cum præſenti traditione ad Eccleſiam beatæ, & intemeratæ Virginis Chriſti Mariæ, atque Dei genetricis pertinere debeat in Caſtro Frigiſingas ſite. Sin autem, ex integro traditio hæc firma & ſtabilis permaneat, id eſt, Servos, Ancillas, tributales, ædificia, ſaltos, ſilvas, aquarúmque decurſos, territoria, univerſa utenſilia tradedi in præſentia Heredis Epiſcopi cum univerſo Clero ea ditioni, ut ſupra conprehenſum eſſe dinoſcitur. Et hæc teſtes, & eorum nomina. Pern, Wolfperht Presbyteri, Wigrat, Ejo, Deotan, Toto, Situli Clerici,

Digitized by Google

Ipſoque tempore, ſed pauliſper interpoſitum id eſt Idibus Septembris Folchmar Clericus, & ſemetipſum, & ſuam ſubſtantiam illius poſt obitum beatæ, & intemeratæ Dei genetricis Mariæ cum univerſa utenſilia tradedit, atque firmavit. Et hæc teſtes, & eorum nomina: Tarchnat, Waldperht, Petto, Pern, Toto, Situli, Ejo, Deotan, Rihpald, Sundarheri. Ego Sundarheri Diaconus ex ore Heredis Epiſcopi conſcripſi, & utrarum traditionum teſtis exiſto.

NUM. LXXI.

Traditio Fater de Priſinga, & Salomonis Presbyteri de Aittarpah.

DE traditione Oratorii, quam Fater condidit Heredi Epiſcopo, atque Dedicatori ad Sanctam Mariam domui epiſcopali tradidit poſt obitum ſuum ex integro omnem patrimonium, quicquid habere dinoſcitur. In qua prima traditioni Tiſonem judicem teſtem tradidit, & Kepahartum, nec non & Otrihhum, Ratolt, atque Arnum; nunc verò iterare libuit ipſam traditionem, quia temporalis, & levis, & inconſtans eſt animo apud Heredem Epiſcopum in villa publica Priſingas nuncupante ſub anno XXXV. regni Domni Taſſilonis ſub diẹ conſule, quod erat Idibus Decembris, ut ipſa traditio firmior, atque ſtabilior permaneret, & in perpetuum confirmata conſiſteret, cum territoriis, ædificiis, mancipiis, ſilvis, finibus, pratis, paſcuis, vel quicquid patrimonii, vel juſti lucri accederat pro remiſſionem animæ ſuæ in perpetuum illius poſt obitum Sanctæ Mariæ in hereditarium firmavit, eo vivente Oratorius, quam condidit epiſcopali ditioni ſervetur. Et hæc poſterior traditio per hæc teſtes firmavit. Landperht teſtis, Engilperht, Crimolf, Hleodperht, Hramperht, Aaron, Scakka.

Item traditio Salomonis Presbyteri in villa, quæ dicitur Aittarpah ad titulum Sancti Stephani cum medieta univerſæ ſubſtantiæ ſuæ, id eſt, Patris ejus Zoolti, quicquid illi in hereditatem accederat ita ut ſupra illius poſt obitum Sanctæ Mariæ domui epiſcopali firmavit tempore, ut ſupra, die verò XVIII. Kalendas Januarias, per hæc teſtes Heredi Epiſcopi per aures tractis. Tarchnat, Kebahoh, Hrepin, Hleoperht, Crimolf, Otuni, Scakka, Crimheri, Deotto, Ramvvolf. Ego Sundarheri Diaconus juſſus ex ore Heredis conſcripſi.

NOTÆ.

Priſinga. Preiſing, à quo Illuſtriſſima Familia Comitum de Preiſing nomen habent.
Aittarpach. nempe Aiterpach Moſpurgenſis Præfecturæ.

NUM. LXXII.

Traditio Hittoni de Patinprunnin.

IN nomine Domini. Ego Hitto pro remedium animæ meæ trado omnia, quæ poſſideo in vico Patinprunno tertiam portionem de terra, vel pratis, ſilvis, & omnium, quæ ad me de Alode pertinere legibus videbantur, in ipſo loco, ſicut jam ſupra diximus, tertiam partem firmiter trado, atque transfundo ad domum Sanctæ Mariæ in loco Frigiſinga, de mancipiis hominem nomine Ratan cum Uxore ſua nomine Deotlind, cum duobus filiis, cum omni, quæ poſſident in ipſo loco. ✠ Signum manûs Hittonis, qui hanc paginam fieri rogavit. ✠ Signum manûs Arbionis Epiſcopi, qui interfuit. ✠ Signum manûs Chunoni, qui interfuit teſtis. ✠ Signum manûs Oadalkeri Diaconi, qui inter-

Digitized by Google

interfuit. Signum manûs Maginharti, qui interfuit, & alii multi, quos dinumerare non poſſum.

NOTA.

Patinprunnin. Forte (ut in Deſcriptione Geographica Bavarica vocatur) Baubrunn, Wolfratshuſianæ Præfecturæ. Alii tamen malunt ſcribere *Bayerbrunn.*

NUM. LXXIII.

Traditio Kerolti Presbyteri, & Lantfridi Fratris ejus, & aliorum fidelium, de loco quod dicitur ad Wirmam.

IN nomine Domini noſtri Jheſu Chriſti. Ego quidem Helmperht tradidi tam pro remedium animæ meæ, quàm & pro filio meo nomine Cunzo, ſeu etiam pro Uxore mea N̄ unum Servum cum colonia, ſive etiam cum tota familia ipſius ſervi, & nomen ejus Inguni, tradidi eum ad Eccleſiam beati Petri Apoſtolorum Principis, quæ conſtructa eſt in loco, quod dicitur ad Wirma. Similiter etiam Ego Hetti tradidi ad eadem Eccleſiam propriam hereditatem meam pro remedium animæ meæ, hoc eſt, Adalker cum ſua familia, Leotholf cum ipſius familia, & deſuper quartam partem terræ meæ, quæ ad me pertinebat. Similiter autem ego Kiſalni tradidi Servum meum nomine Luitprat cum colonia, ſive cum familia ad eadem baſilicam. Similiter ego Waldker tradidi proprium Servum meum nomine Ratker ad ipſam ſupra ſcriptam Eccleſiam Beati Petri cum colonia, ſive cum familia, & deſuper tertiam partem terræ meæ, quam ad me pertinebat. Ipſam Baſilicam ædificavit Kerolt Presbyter, & Waldker pater ipſius, & invitaverunt illuc Joſephum Epiſcopum, ut ille hanc baſilicam dedicâſſet, ita & fecit, & habuit eam Kerolt Presbyter usque in finem vitæ ſuæ. Ipſe Kerolt Presbyter hanc baſilicam tradidit in epiſcopatum Sanctæ Mariæ in manus Arbioni Epiſcopi, ſive etiam quicquid aliud de propria hereditate habuit, totum ex integro Sanctæ Mariæ Semper Virgini tradidit in loco Frigiſinga in præſentia Domni Arbioni Epiſcopi. Similiter verò ego Lantfrid Presbyter, frater Kerolti Presbyteri tradidi & confirmavi, ut firmiter permaneat ad domum Sanctæ Mariæ usque in perpetuum.

NOTA.

Wirma fluvius eſt, è lacu Wirmſee decurrens, quem latinè *lacum vermium* nonnulli appellant, quod vermes non exiguo numero in eo deprehendantur. Et quia in præſenti inſtrumento fit mentio Eccleſiæ S. Petri, ſuſpicamur hanc donationem factam eſſe in Petersbrunnenſi vico, qui in crepidine dicti fluvii cernitur, Starenbergenſi jurisdictioni ſubjectus. De Wirma fluvio jam egimus in ſuperioribus.

NUM. LXXIV.

Traditio, vel venditio Crimperhti.

DE venditione, vel emptione, quod emerat Heres Epiſcopus à venditoribus, vel traditoribus, id eſt, à Crimperhto ſeu Matre ipſius Hiltisnota territorium in loco Conjacentem, quæ dicitur Ehingas omnem territorium, quicquid ibidem Wettinus poſſidebat, excepto medietatem coloniæ unius, quam illius colonus jure illius tenet coloniæ, & pratas ad illorum opes prænotatas, tam venditione firmaverunt, quàm traditione ad altarem Sanctæ Dei genetricis Mariæ, & hæc teſtes, & eorum nomina. Reginpald, Adalhoh, Fritilo, Wierat, Hramperht, Luitto, Lipolf, Arnolt, Heimpald. Actum in ipſo territo-

 rito-

Digitized by Google

ritorio VIII. Idus Maii. Deinde ſupra prænotatum altarem traditum eſt, pridie idus Maij. Ego Sundarheri Diaconus juſſus conſcripſi.

NOTÆ.

Territorium, intellige, fundum, ut alibi monuimus.
Ehingas, Ehing. Crantſpergenſis Præfecturæ.

NUM. LXXV.

Traditio Alpruh, & Aſcruh.

INſpirante Domino noſtro Jheſu Chriſto. Non immemor humanæ conditionis, & pietatis Dei cogitavimus redemptionem accipere animabus noſtris. Ego Alpruh, & Aſcruh tradidimus hereditatem noſtram, quæ nobis contigit in portione noſtra in loco nuncupante Mahaleihhi ad Sanctam Mariam, & ad Sanctum Corbinianum, ad locum, quæ dicitur Frigiſinga, & traditio iſta taliter facta eſt, ut nos ſupra notati, & duæ Sorores noſtræ Marchraat, & Waltraat, & tres nepotes noſtri, Huſunt filii Amiloni, & Wiſurihhi, & Sororis noſtræ Angilrata, nos Septem unusquiſque habeat usque ad finem vitæ ſuæ, & illi nepotes noſtri exinde non habeant nullam poteſtatem, usquedum ego vivo, & illæ Sorores noſtræ, quæ ſupra nominatæ ſunt. Et poſt obitum noſtrum tunc tenent illi in poteſtatem, & poſt transmigrationem illorum ſit in poteſtate Sanctæ Mariæ, & Sancti Corbiniani usque ad ultimum diem, & omnem decimam, quæ ad noſtram Eccleſiam pertinet, accipiat ille Epiſcopus, qui Frigiſinga ſedit, usque dum nos vivimus, & poſt obitum noſtrum, ſit hæc omnia in poteſtate ejus tenendi, atque donandi, vel quicquid exinde voluerit facere. Et ego Aſcruh indignus vocatus Diaconus habeo propriam rem in loco nuncupante Reod, quod mihi Hiltiſtein tradidit, & illud Similiter trado ad Sanctam Mariam, & ad Sanctum Corbinianum pro me ipſum & Hiltiſtainum, qui mihi hoc tradidit. Si quis verò, quod futurum eſſe non credo, ſi nos, aut ullus de heredibus noſtris, vel quislibet ulla oppoſita Perſona, qui contra hanc traditionem venire temptaverit, ut eam frangere voluerit, primitus iram Dei incurrat, & conponat, ſicut Lex eſt, & à liminibus omnibus Sanctis excommunus reſiſtat, & traditio hæc nihilominus firma permaneat. Et hæc Teſtes: ⍑ Amilo, Teſtes Wiſuruh, ⍑. Liutuno. ⍑ Alpruh. ⍑ Poſilo, ⍑ Adalperht, ⍑ Eigil, ⍑ Apo, ⍑ Adalperht Clericus, ⍑ Anulo, ⍑ Anulo, ⍑ Deotuni, ⍑ Kerpald. Scripſi autem ego Aſcruh indignus Diaconus, qui hanc traditionem feci, regnante Domino noſtro Jheſu Chriſto in ſæcula ſæculorum, Amen.

NOTÆ.

Mahaleihhi, Fortè Malching, Præfecturæ Dachavienſis.
Reoda, Fortè Ried, Pfaffenhofenſis Territorii.

NUM. LXXVI.

Traditio Rihpaldi Presbyteri de Kermareswanc.

DUm in Dei nomine, vel ſuperni intuitu Arbitris, vel pro vitæ futuræ remunerationis ſpei Ego Rihpald Presbyter cogitans, ut apud pio Domino veniam merear accipere delictorum; propter ea rem propriam ſeu Alodem noſtram in loco nuncupante Kermareswanc conjacentem ex integro poſt obitum noſtrum tradimus, vel transfundavimus ad Eccleſiam beatæ, & intemeratæ Virginis Dei Mariæ in oppido Frigiſingas conſtructæ, & ad ſepulchrum beati Chriſti Confeſſoris Corbiniani in perpetuum poſſidendam firmamus; tradidimus nam-

namque in ipſo loco Eccleſiam cum domo, quam Heres Epiſcopus dedicavit, & cum omnibus ædificiis rures, pratas, paſcua, ſilvas, ſaltos, aquarúmque decurſis, mancipia, colones, vel quicquid in uſum utenſiliis jure ditioni noſtre eſſe videntur, poſt obitum noſtrum, ita, ut ſuperiùs ſtilo depromimus, in perpetuam traditionem inviolatámque permanere firmamus. Ut ſi quis contraire, vel inpetire temptaverit, vel frangere voluerit, inſolubile vinculo damnatus, & Anathematus in evo permaneat, & cum ipſam Dei Genetricem communicet ſententiam, & cum prænotato Confeſſore Chriſti Corbiniano. Nihilominus traditio hæc firma permaneat, ſtipulatione ſubnexa. Et quod de ipſa noſtra Eccleſia injuſtè abſtractum eſt, propter deſidiam, & fragilitatem noſtram, per veſtram benivolentiam, & ſapientiam requiratur ad ipſum locum, ut in hereditate Sanctorum permaneat in perpetuum, Amen.

NOTA.

Kermaraswane. Germanſchwang, in ditione Dachavienſi.

NUM. LXXVII.

Traditio Sundarheri de Stroagun.

NOtum eſt cunctis in epiſcopio Sanctæ Mariæ, quòd ego Sundarheri Diaconus tradedi ad epiſcopatum Sanctæ in manus Arpionis Epiſcopi in locum Frigiſinga, ut aliquam indulgentiam delictorum meorum apud pio Domino merear accipere. Propter ea tradidi ad ſupra dicto loco tres mancipias XXX. jugeras, duodecim carradas de pratis, in loco nuncupante Stroaga, ut poſt obitum meum firma, & ſtabilis permaneat traditio hæc coram multibus confirmata, nullus contradicere valeat, ſed in perpetuum hereditas mea Sanctorum poſſeſſio ſit.

NOTA.

Stroagun. Strogen, Erdingenſis Præfecturæ.

NUM. LXXVIII.

Traditio Willapatonis Presbyteri de Rupilinga, & Aguſinga.

IN nomine Domini noſtri Jheſu Chriſti Salvatoris Dei Ego Willapato Presbyter cogitans enim æternam beatitudinem poſſidere, vel pœnalem judicium evadere, & conſiderans, qualiter contemnentes Deum pœnam incidunt æternam, & Chriſto adherentes vitam adipiſcunt ſempiternam. Propter ea igitur ſtatui, ut de jura propriis meis, quæ pater meus mihi in hereditatem reliquid ad oppidum Frigiſinga tradidi ad Eccleſiam beatæ Dei genetricis Mariæ ſemper Virginis in locis nominatis Rupilinga, & Aguſinga, ſunt exinde colonias II. de territorio & lucrum meum, quicquid ab eo die adipiſcere, aut emeliorare poſſim totum & integrum poſt die diſceſſionis mee ab ác luce redeat ad Servitium domui ſupra dicto firma, & ſtabilis pro remedium animæ meæ. Et hæc ſunt teſtes: Umfrid Presbyter, Samuel Diaconus, Williperht Teſtes, Adalhart Com. Kerpato Com, Waltrih Teſtes.

NOTÆ.

Rupilinga. Raubling.
Aguſinga. Ayſing. Uterque pagus ſubeſt Præfecto in Aibling.

NUM. LXXIX.

Traditio Adalfrid, Ribheri de Perahanga.

IN nomine Domini noſtri Jheſu Chriſti. Breviarium de traditione, quam fecerunt manu commune inſpirante Divina gratia Adalfrid, & Rihheri ſimul cum religioſa femina nomine conſtruxerunt Ecclesiam in loco, qui dicitur Perahhanga, & vocaverunt ſimpliciter rogando Arbionem Epiſcopum, qui more ſolito dedicavit cum conſecratione Altaris. Deinde prædictus Rihheri tradidit territorium ſuum, in quo ipſe oratorius poſitus eſt in manus Arbioni Epiſcopi ad domum epiſcopalem Frigiſinga oppido conſtructam; ſimiliter prædicta femina tradidit Alodem ſuam tertiam partem ad ipſo altare, & tun tradidit Oratorium ſimul cum altare ad prædictam epiſcopalem domum. Nam duos partes, quas ſibi reliquid poſt obitum ſuum ad ipſum altarem confirmavit. Idcirco præſcriptus Epiſcopus Adalfrido Presbytero ipſum Oratorium in beneficio commendavit. Hæc nomina teſtium: Ratolt, Arn, Walto, Lantperht, Hantuni, Hramperht, Wolfperht, Reginperht, Alprih, Ratperht.

NOTA.

Perahanga. Perchanger, in Præfectura Schwabenſi.

NUM. LXXX.

Traditio Waldkeri, & Wolfkeri, ſeu Lanolti.

IN nomine Dei Salvatoris noſtri. Ego Waldker tradedi hereditatem meam cum licentia Domni Taſſiloni Ducis in præſentia Arbionis Epiſcopi, & in manum ejus traditum fuerat pro remedium animæ meæ, hoc eſt territorium, pratis, paſcuis, ſilvis, atque mancipiis, & omnia, quæ pertinent ad illum locum firmiter tradidi ad epiſcopatum Sanctæ Mariæ ſemper Virginis in loco Frigiſinga ad altarem intemeratæ Virginis Mariæ, & ipſe Heres Epiſcopus firmiter ipſam traditionem firmavit ſuper ſupra dictum Altarem Sanctæ Mariæ firmiter tradidit, & transfirmavit, quicquid ad ipſum locum pertinere videbatur, quod dicitur Linta. Et hæc ſunt nomina proximorum ſuorum, qui hanc convenientiam cum ipſo Waldkero fecerunt: Wolfheri, Lantolt, & alii plures, qui hic non ſunt ſcripti. Tradiderunt in manus Arpionis Epiſcopi communis manibus ad altarem Sanctæ Mariæ, domui epiſcopali loco nuncupante Frigiſinga. Et hæc teſtes, & eorum nomina: Saluhho, Otrih, Priſo, Riholt, Walunc, Atulo, Tarchanat Diaconus, Ekkirih Presbyter. Et ſi quis voluerit frangere hanc traditionem, iram Dei incurrat, & conponat, ſicut Lex eſt, & hæc traditio nihilominus firma permaneat. Ego indignus Berno Clericus ſcripſi juſſus ex ore Heredis Epiſcopi.

NOTA.

Linta. Fortè Lintach. quo nomine in hac Diœceſi appellantur pagi tres, unus in Pfaffenhoſenſi, alter in Dachavienſi, tertius Schwabenſi Territorio.

NUM. LXXXI.

Donatio Erchanpaldi de Perahah.

IN nomine Domini noſtri Jheſu Chriſti Salvatoris Dei. Ego Erchanpald cogitans enim æternam beatitudinem poſſidere, vel pœnalem judicium evadere, & conſiderans, qualiter contemnentes Deum pænam incidunt æternam,

Digitized by Google

nam, & Chriſto adherentes vitam adipiſcunt ſempiternam. Propterea igitur ſtatui, ut de jura proprietatis meæ, quod pater meus mihi in hereditatem reliquid ad oppidum Frigiſinga tradidi ad Eccleſiam beatæ Dei genetricis Mariæ ſemper Virginis in locis nominatis Perahah, & Munirihhinga. Enimverò tradidi de Perahah domum cum omnibus ædificiis, curtiferis ſepe circumcinctis, & tres familias cum coloniis, & cum omnibus, quæcunque habent, quorum nomina Nordperht, & alii quinque nomine Lantfrid, & Uxore ſua Otrih, & Mater ejus, & Alarih frater ejus. Et in vico Munirihhinga duas familias cum omnibus eorum utenſiliis, quorum nomina Pirhtilo, & Uxore ſua, Hroadheri cum ſua Uxore, & omnem territorium ſub noſtro jure, & Alode, pratis, paſcuis, ſilvis, quod ad me pertinere legibus videbatur. Poſt obitum verò meum donatum ad Eccleſiam Sanctæ Mariæ domum epiſcopalem, ſicut ſupra dictum eſt, donatum in perpetuum eſſe volo, tam pro me, quàm pro Patrem meum Reginpaldum, & Matrem meam Cotafrita, & Oadalkerum, ut hereditas mea hereditas ſit Sanctorum.

NOTÆ.

Perahah. Fortè Percha, Starenbergenſis Juriſdictionis.
Munirihhinga. Fortè Mindrabing, Præfecturæ Crantspergenſis.

NUM. LXXXII.

Traditio Irminharti, & Avoni, & Ermanolti, ſeu aliorum. Similiter Sandrat ſuam Eccleſiam.

NOtum eſt cunctis fidelibus de Eccleſia, quæ dicitur Irminharti villa, quod tradita eſt cum univerſo dote ab ipſo Irminharto, vel quicquid ad eam tradiderunt Conditores ejus, Avo, & Ermanolt, & eorum Socii ad domum epiſcopalem Sanctæ Mariæ ſub honore in Caſtro Frigiſingas ſite ipſam ſupradictam Eccleſiam ſupra memorati Conditores communis manibus firmiter tradiderunt, & jure legali firmaverunt. Et hæc Teſtes: Arn, Ratolt, Amalunc, Arperht, Hrodperht, nec non & ipſi traditores.

Simili modo Sandrat Eccleſiam ſuam tradidit domui Sanctæ Mariæ in loco Frigiſinga conſtructa cum omnibus ad hæc pertinentibus firmiter tradidit ut ſupra in ipſo die ſtibulatione ſubnexa. Et hæc teſtes: Arn, Arperht, Heripald, Ratolt.

NUM. LXXXIII.

Traditio Cotahelmi de Pohhe.

PAri modo Cotahelm Eccleſiam ſuam in loco, quæ dicitur ad Pohhe cum omnibus his, quæ ibidem illum lege pertinerent in Alodem, firmiter tradidit ad domum Sanctæ Mariæ in loco Frigiſinga, ut omnia ſua ibidem in perpetuam hereditatem permanerent illic. Et hæc teſtes hujus traditionis. Arn, Alpolt, Sundarheri, Fritilo, Heripald, Eodunc, Kejo, Oto, Podalunc, Einhart.

NUM. LXXXIV.

Traditio Poponi, & Wallodi; ſeu Rahhotni de loco, quod dicitur Filuſa.

NOtum eſt cunctis fidelibus in iſta Provincia manentibus, quod fideles viri animas eorum redimere, & ipſum domum Dei cum oblationibus adornare, & vitam æternam pro hoc ſtuduerunt, & cupierunt poſſidere, quo-

Digitized by Google

quorum nomina Popo, Wallod, Rachot, tradiderunt propriam hereditatem eorum ad Sanctam Mariam Matrem Domini noſtri Jheſu Chriſti in ipſius Eccleſiæ dedicationis die, in præſencia Arbionis Epiſcopi, ſeu in manum ipſius tradiderunt terrena, ut poſſiderent cœleſtia, & ipſe prædictus Rachoth tradidit tres mancipias pro animam genetricis ſuæ. Hæc ſunt, qui præſentes adfuerunt, & teſtes extiterunt: Waldperht, Oadalperht, Erlolf, Dorfuni, Wachar, Engilperht. Si quis autem contra hanc traditionis cartulam inire temptaverit, aut frangere voluerit, iram Dei incurrat, & conponat, ſicut lex eſt.

NOTA.

Filuſa. an Vilshaim, in diſtrictu Erdingenſi?

NUM. LXXXV.

Traditio Haguſtalti de Munigiſingun.

EGo Haguſtalt cogitavi pro remedium anime meæ, & tradidi omnem hereditatem meam, quam genitor meus mihi in Alodem reliquid ad Eccleſiam, quæ eſt ad Munigiſingun, ut ſit ſtabilis in perpetuum. Et hæc ſunt teſtes: Chraft, Podalunc, Moatheri, Irminheri, Hadolt, Waltheri, Tunti, Jonnes, Ferholt, Engildeo. Ut ſi quis de heredibus meis hoc frangere voluerit, maledictus ſit à Deo, & conponat, ſicut lex eſt, & hæc traditio firma & ſtabilis permaneat.

NOTA.

Munigiſingun. hod. Münſing, in Territorio Wolfratshuſiano.

NUM. LXXXVI.

Traditio Friduperhti Presbyteri de loco Otingas.

TRaditio, quam fecit Friduperht Presbyter in loco nuncupante Otinga duas manſas veſtitas, & duas colonias abſas, & Oratorium, & domum, & omnia, quicquid ibidem habere videtur. Et in alio loco ſimili traditione firmavit, quod nominatur Tegarinwac unam manſam veſtitam, & aliam abſam, & Eccleſiam, & quicquid in illis duabus locis de propria hereditate habere videbatur in territoriis, ſeu ædificiis, in pratis, & in mancipiis, ſeu in aquis, vel in ſilvis, cultis, & incultis, totum, & integrum firmiter tradidit domui Sanctæ Mariæ in locum publicum, quod dicitur ad Frigiſingun, ſeu ad ſepulchrum Sancti Corbiniani Confeſſoris Chriſti. Hoc autem publico factum eſt coram multis, & cum teſtibus confirmatum.

NOTÆ.

Otting. hoc vocabulo ſignificantur plures Bojariæ pagi. Quis horum in inſtrumento deſignetur, ignorare nos fatemur.

Tegarinvvac. Tegarnpach, Moſpurgenſis diſtrictûs. An Forte Tegembach in Territorio Erdingenſi?

NUM. LXXXVII.

Traditio Hugiperhti de Holzhuſir.

DE traditione, quam fecit Hugiperht coram multis, quicquid habuit de propria Alode in loco Holzhuſir, territorium, pratas, ſilvas, mancipias, totum & integrum firmiter tradidit domui Sanctæ Mariæ in Caſtro Frigiſinga ſitæ. Hæc ſunt teſtes, & eorum nomina: Waltrih Presbyter, Ellonod

Digitized by Google

nod Presbyter, Fridupert Presbyter Ekkihart Presbyter. Memmo Laicus, Hroadperht, Alprih Laici, Rihperht Laicus.

NOTA.

Inter tot Bojariæ pagos, qui Holzhauſen appellantur, non poſſumus determinare eum, qui hoc inſtrumento deſignabatur.

NUM. LXXXVIII.

Traditio Wolfachar de Cotingas.

DIvina ammonitione compunctus Ego Wolfachar tradidi propriam hereditatem meam, quam habui in loco Cotingas ad domum Sanctæ Mariæ in locum Frigiſinga, quicquid habere videbar totum, & integrum, cum ædificiis, ſeu mancipiis, cum territoriis, pratis, paſcuis ſilvis, aquarúmque decurſibus, vel quicquid de jure propria hereditate mea ad ipſum locum pertingere videbatur ſine ulla commutatione donatum in perpetuum eſſe volo. Hæc ſunt Teſtes, & eorum nomina: Tarchanat Presbyter, Salomon Presbyter, Waltrihc Presbyter, Sundarheri Diaconus, Sindeo Laicus, Waldperht Laicus, Hetto Laicus, Wallod Laicus, Rihmunt Laicus, Hunkis Laicus.

NOTA.

Cotingas. An Gauting, Starenbergenſis juriſdictionis?

NUM. LXXXIX.

Traditio Ratheri, & Hroadheri ad Hagananga.

IN Dei nomine. Notum ſit omnibus futuris, atque præſentibus, proximis, atque parentibus meis, quòd ego Ratheri unà cum nepote meo Hroadhario eo modo ſimúlque cum Uxore mea nomine Pilimot totum ex integro hereditatem noſtram tradidemus ad domum Sanctæ Mariæ ſemper Virginis ad Frigiſinga, excepto una colonia cum decem mancipiis, aliud quoque firmiter, atque indubitanter tradidimus, ſi nepus meus Hroadheri filios procreâſſet, ut ipſi filii communem traditionem noſtram habuiſſent usque ad vitam illorum cum cenſo, hoc ſ. duodecim denarii, cum omni integritate hoc habuiſſent in loco, quod vulgus dicitur Hagananga, & quicquid ubicumque habui totum ex integro tradidi in manus Arbioni Epiſcopi. Actum eſt hæc ſub Duce nobiliſſimo Taſſilone, die Conſule quod facit Kal. Mar. Iſti autem ſunt teſtes: inprimis Oadalfrid Presbyter, Franco Presbyter, Rihhuni Presbyter, Lantperht Presbyter, Fritilo, Adalhoh comſ Cundhart, Centenarius, Heimperht, Mahali, Arfrid, Struz, Purcman, Starcholf, Hunmar, Heripald, Unroh, Rimideo, Cogo, Herirach, Crimolf, Ekinolf, Zopilo, Kerhoh, Alawih, Wallod, & alii multi, qui præſentes adfuerunt.

Ego quidem Horskeo hanc Cartulam ſcripſi juſſus ex ore Arbionis Epiſcopi.

NUM. XC.

Cauſa Hunkeri Presbyteri de Piparpah.

NOtitia de Eccleſia, quæ ædificatur in honore Sancti Martini in loco nuncupante Piparpach. In antiquo tempore habuit eam Ermperht Epiſcopus, & fuerunt tituli duos ad Piparpach, tertia ad Muniperteshofun, & poſt Hermbertum Epiſcopum habuit jam dictam Eccleſiam Joſeph Epiſcopus, quan-

do venit Bonifacius Epiſcopus regere res Eccleſiaſticas. Tunc Venerabilis Pater Joſeph jactabat illos tres titulos, quæ ſupra dictæ ſunt, in unum locum, & fecit Oratorium publicum, & de illo tempore pertinebat ſupradictum Oratorium in epiſcopatum, quod ſitum eſt in honore Sanctæ Mariæ usque huc, & Oato pro ea tradidit ſuam portionem, & Immoni fratris ſui portionem, & adhuc ſui filii unius portionem, & ſupra commemoratus Oato Tutilonem Presbyterum tradidit in manus Arpionis Epiſcopi.

Traditio Hunkeri Presbyteri de mancipiis ſuis in manus Epiſcopi Attonis. Hæc nomina mancipiorum: inprimis Keruni, Altilo Palduni, Kerlind Kerni, Hrodpirc, Ratheid, Hiltolf, Altheri, Liupheri, Waltila, Hunperht, Williguud, & illius infantes quatuor, Onlind, Wihkis, Werdni, Duringin, Lethvvart, Hrodlind, Richelm, Adaluni, Rinpuric, Hringuni Uxor ejus & filii ſui de totis mancipiis numeris XXVI.

Hunker Presbyter excidit altarem de petra ſupradictæ Eccleſiæ in loco nominato Piparpah.

NUM. XCI.

Traditio Munnimpac.

IN nomine Dei Salvatoris noſtri Ego Helmker cogitante vel tractante de anima mea, ſeu de vita futura, ut in quantitate apud pio Domino veniam merear accipere; idcirco tradidi propriam hereditatem meam ad Eccleſiam, quam ego ipſe conſtruxi in loco nuncupante Munninpach, id eſt, Reoda, Walkershova, Plitmutesvvanc, & omnia, quæ ad illis locis pertinent, id ſunt, mancipia, familias per domos, ſilvas, paſcua, prata, aquarúmque decurſibus cum omni utenſilia, & ipſam Eccleſiam, quam ſupra memoravimus tradidi ad Eccleſiam beatæ Virginis Mariæ, ſeu Corbiniani Confeſſoris Chriſti in loco, qui dicitur Friſinga, pro anima mea, ſeu pro filio meo Rekinhoh, ut poſt obitum meum ſtabilis fuiſſet. Et ſi quis voluerit hanc traditionem frangere, iram Dei incurrat, & conponat ſicut lex eſt. Et hec traditio nihilominus firma permaneat. Nomina teſtium hujus traditionis in libro traditionum continentur.

NOTÆ.

Munnimpac olim, hodie Singebach, arx in Præfectura Schrobenhuſiana.
Reoda. an Rot, Dachavienſis Territorii?
Waldkeroshova. Walkerzhofen in eodem Territorio Dachavienſi.
Plidmotesvvans. Fortè Pleimanſchwang, Præfecturæ Landſpergenſis.

NUM. XCII.

Traditio Perchak.

IN nomine Domini noſtri Jheſu Chriſti. Ego Reginolt, & Germanus meus Egeno, pro remedio animæ noſtræ, ſive parentum noſtrorum, id eſt, pro Patre vel Matre, ſeu Avones, & pro omnibus, qui de propinquitate noſtra ſunt, qui in Chriſto crediderunt, tradidimus, atque transfundavimus de paterna, ſeu qualibet hereditate totum, & integrum ad Eccleſiam Sancti Michahelis in loco, qui vocatur Perchak, omnia ad ipſum locum dedimus, atque transfundavimus per licentiam, & hortamentum parentum noſtrorum, & ipſos preſentes & teſtes tradentes ex integro, qui preſentes fuerunt, ſecundùm quod eccleſiaſticis viris didicimus, ut hec donatio firma & ſtabilis permaneat. Et ſi quis de heredibus meis, vel propinquis ſeu oppoſita Perſona, qui contra hanc donationem ire, aut frangere voluerit, inprimis iram Dei incurrat, & judici, qui eodem

Digitized by Google

dem tempore fuerit, ſolvat auri uncias XII, & in conſpectu Dei cum omnibus Sanctis, ſeu patribus CCCXVIII. ſciat ſe rationem redditurum, qui ullo modo hanc donationem frangere voluerit, ſi ſe non emendaverit, dampnetur, & anathematizetur ab omni Eccleſia Sancta Dei. Nomina teſtium in libro traditionum habentur. Facta eſt hec epiſtola tempore excellentiſſimi viri Pippini Regis, & Taſſiloni Ducis menſe VII. X. die menſi VII. Et ego Reginolt, & Germanus meus Egino per licentiam omnium Servorum Dei, uſquedum vita noſtra eſt, ſi revertimus, petimus, ut ipſa cauſa, quæ per nos tradimus, nobis deſerviat, & ad locum, ubi nos deſervimus, & conſolationem habemus, ſeu & Mater noſtra ipſo modo cum ipſa cauſa uſquedum vivat, in ea vivat, & deſerviat ad ipſos Sanctos, ut ſupra ſcriptum eſt.

NOTÆ.

Perchak. Percha, in Starenbergenſi diſtrictu.

Patribus CCCXVIII. Nempe Concilii Generalis Nicæni II. Cui tamen Pippini Regis ætatem non reſpondere perſpectum habemus. Unde ſuſpicamur, librarium lapſum eſſe in Pippino.

NUM. XCIII.

Qualiter Sigmunt offerebat filium ſuum.

NOtum eſt cunctis in domo Sanctæ Mariæ converſantibus, qualiter Sigmunt offerebat filium ſuum nomine Jvvan, cum omni parte hereditatis, quæ ei in partem propriam contra fratres ſuos evenit ad altare Sanctæ Mariæ ſemper Virginis in loco Frigiſinga. Eo modo hoc fecit, ut ipſe Jvvan ab eo die in Servitio hujus domui indubitanter perſiſteret cum omnia, quæ habuiſſet, uſque ad finem vitæ ſuæ; hoc enim fecit ipſe Sigmunt cum licentia, vel permiſſione Taſſiloni Ducis, & coram miſſo Taſſiloni hoc actum eſt, qui fuit Reginpald, qui ad hoc miſſus erat, ut in illius præſentia ipſe Jvvan Clericatus, & offeratus ad altare Sanctæ Mariæ fuiſſet. Actum eſt hæc in die natalis Sancti Stephani Proto Martyris Chriſti. Iſti enim præſentes fuerunt: Pern Presbyter, qui & clericavit eum, Situli Monachus, Deotan Diaconus, Snelmot, Iſo. Hæc enim ſunt teſtes; Reginpald filius ejus Helmperht, Eparmunt, Snelhart, Hunperht. Ego enim Pern Presbyter hanc cartulam ſcripſi juſſione Arpionis Epiſcopi.

NUM. XCIV.

Traditio Wolfachar.

DIvina ammonicione compunctus Ego Wolfachar tradidi propriam hereditatem meam, quam habui in loco Friſingas, quidquid habere videbar totum & integrum cum edificiis, mancipiis, ſeu mancipiis, cum pratis, ſeu paſcuis, ſilvis aquarúmque decurſibus, vel quidquid de jure propria hereditate mea ad ipſum locum pertinere videbatur, ſine ulla permutacione donatum in perpetuum eſſe volo. Teſtes in libro traditionum habentur.

NUM. XCV.

Traditio Waltheri ſeu Uxori ejus de Auinpah.

IN Chriſti nomine. Ego Waltheri & Conjux mea Hiltini tradidimus cum licentia Taſſiloni hereditatem noſtram, quæ nos contingebat pro dilectione Dei, & pro animæ noſtræ redemptione ad Eccleſiam Sancti Andreæ ad monaſterium Hukiperhti, ut ibi firma ſit, ſtabiliſque permaneat traditio noſtra.

Digitized by Google

Hoc ſunt tres Servi, Ratmunt, Wizmunt, Muno cum Uxoribus, & filiis ſuis, & cum pecoribus, & terra circa Auinpah ambas partes. Et firmavimus cum teſtibus: Cozzolt Presbyter ┬ Chuniheri Presbyter Teſt. Wital Presbyter Teſt. Fridheri Teſt. Fridurih ┬. Hucco Teſt. Deotmar Teſt. Huni Teſt. Frehholf Teſt. Avvo Teſtes, Adalpald ┬. Hiltiperht Teſtes. Haguſtalt Teſtes, Atto Teſtes, Chraft Teſt. Si quis contra hanc cauſam inire voluerit, vel corrumpere cogitat, habeat commune cum Deo, & Sancto Andreæ Apoſtoli coram conſpectu Dei terribilis Judicis. Ego Sundarhari hanc cartulam ſcripſi juſſione Arbionis Epiſcopi.

NOTA.

Auinpah. Aiopach, Tölzenſis Præfecturæ.

NUM. XCVI.

Traditio Taſſiloni Ducis juxta flumine Filſe.

IN Chriſti nomine. Oportunum eſt unicuique, dum terrena poſſidet, frequentiùs pro Salute animæ ſuæ cogitet, vel de vita futura, & ut mereatur regnum præſens, vel ethereum adipiſci. Idcirco ego Taſſilo Dux Bavvariorum rogante me Urſone Presbytero in vvilla publica, que dicitur Uſhuſin coram Epiſcopis nec non & Presbyteris vel Diaconibus, ſeu vernaculis meis præſentibus donavi ad Eccleſiam Beati Stephani, ubi ipſe ſupra dictus Urſus Presbyter ſervire dinoſcitur, juxta flumine nuncupante Filſe, id eſt, ab aquilone, vel meridie. Si quis autem hanc donationem corrumpere voluerit, ipſe verò poſſeſſor ad nos habeat licentiam veniendi. Nos verò, ſicut ſuperiùs polliciti ſumus, ita conſervare volumus, & noſtris temporibus, & ſi ſucceſſor nobis advenerit, ſimiliter conſervare debeat, ut & iſta donatio firma & ſtabilis permaneat, Ego Taſſilo propria manu mea ſcripſi, & confirmavi. Signum teſtium. Luitprant Presbyter, Pippi Presbyter, Adilger, Choanrat, Reginolf, Rumolt.

NOTA.

Filſe. Vils fluvius, qui in hac Friſingenſi Diœceſi fontes habet, & emenſis 13. milliaribus in Danubium prope Vilshovium mergitur.

Creditur, hoc inſtrumentum agere de Eccleſia Parochiali in Moſen, S. Stephano dedicata.

Inſtrumenta ſub Attone Epiſcopo Friſingenſi V.

NUM. XCVII.

Traditio Helmkeri de Mumimpah.

IN Dei nomine ego Helmker tractavi mecum pro redemptione animæ meæ & ædificavi domum Dei in honore Sancti Petri extra villam nuncupantem Munninpah in propria hereditate mea & patrum meorum & tradidi ibi me ipſum ad ſervitium Dei me ipſum & mecum omnia quæ juris mei erant. Primum in ipſa villa ſupra prænotata & in alio loco, quæ appellatur Reodir, & in tertio loco in ripa fluminis quod vocatur clana villa nuncupante Waldkereshova & in quarto loco qui vocatur Plidmotesvvanc caſas, curtes, ſervos & Ancillas & omnia ad me pertinentia terra culta & inculta, pratas, paſcua ſilvas, aquarum decurſus nihil pretermiſi niſi iſtos Miltunc, Sindperht, Wolfpirc, & alios tres, quas nobis convenit omnia hæc feci cum permiſſione inluſtriſſimi Domini Duci noſtro Taſſiloni

Digitized by Google

loni in anno ducatui ejus XXXVII. Indictione VII. Siquis contra hanc cartulam inire voluerit inprimis iram Dei incurrat & cum beato Petro cauſam habeat & cum Juda Traditore communionem & hæc carta nihilominus firma permaneat; Signum Huuaſmoti, Signum Taſſiloni Duci. Signum Oadalharti Epiſcopi. Signum Hunrih Abbatis. Signum Frichoni presbyteri. Signum Sigideo Abbatis. Signum Reginperhti presbyteri. Signum Otlanti presbyteri. Signum Waldkeri. Signum Adalgeri. Signum Alhmunti. Signum Ellanpaldi.

NOTA.

Vide ſupra N. 91.

NUM. XCVIII.

Traditio Heimrati Presbyteri.

IN Dei nomine. Ego quidem Heimrat Presbyter tradidi propriam adquiſitionem meam in loco, qui dicitur ad Holze ad domum epiſcopalem Frigiſinga, ubi honor Sedis Sanctæ Mariæ celebratur, & beatus Corbinianus Confeſſor Chriſti corpore requieſcit. Hoc enim feci cum conſenſu, ſeu licentia Taſſilonis Inluſtriſſimi Ducis, ut quicquid ego in jam dicto loco ad Holze propria pecunia adquiſivi tam in territoriis, quàm etiam mancipiis totum ex integro tradidi domui Sanctæ Mariæ ſeu Sancti Corbiniani Confeſſoris Chriſti, ut pro remedium animæ meæ ibidem ſine ulla contradictione permanſiſſet, ut nullus licentiam, vel poteſtatem habeat ab eo loco abſtrahere, nec aliquo modo minuere, ſed cum omni integritate permaneat in Servitio Sanctæ Mariæ, ea ratione, ut me eandem rem liceat habere, usquedum vivo, poſt obitum verò meum ſine ulla contradictione domui Sanctæ Mariæ deſervire nullus prohibere valeat. Actum eſt hæc in præſentia Domni Attonis Epiſcopi, & Oadalharti Epiſcopi, anno glorioſiſſimi Ducis Taſſiloni XLII. die conſule, quod facit X. Kalendas Martias. Hæc enim ſunt Teſtes per aures tracti Cundhart, & Samuel Diaconi, Wolfperht, Tito, Ekkihart, Imidanch, Oago. Ego quidem Horskeo Diaconus hanc cartulam ſcripſi, rogatus à ſupra dicto Heimrato.

NOTA.

De hoc Inſtrumento egimus in Parte Operis prima: quod etiam de pluribus aliis dictum eſto, Unde opus non eſt ulteriores notas addere. Vide Acta Attonis §. 3.

NUM. XCIX.

Traditio Deotlinda de Neritinga.

IN nomine Domini noſtri Jheſu Chriſti. Ego in Dei nomine Deotlind cogitante vel tractante me de vita futura, ut de peccatis meis veniam peccatorum meorum merear accipere; ideoque trado, atque transfundo omnia mea ad me pertinentia ſive de proprio, ſeu ad me adtracto quolibet adquiſitionis in loco, quæ dicitur Neritinga, id eſt manſos duos, Emicho cum Uxore ſua Hroadvvar; & filio nomine Luitperht cum familia & ſubſtantia ſua, quicquid habere videtur, & alius Servus nomine Wolfdeo cum Uxore ſua Perhtilt cum filio nomine Hroduni & filia nomine Waltrat cum filio Sikifrid. Itémque quod in beneficio præſtiti cum conſenſu Epiſcopi Attonis Diacono Snelmoti idem mancipia dua cum territorio pertinente manſum unum, hæc omnia valente manu, nemine contradicente trado, atque confirmo ad Eccleſiam beatæ, & intemeratæ Semper Virginis Mariæ in loco nuncupante Frikſinga domo epiſcopali, ut ibidem traditio firma, & ſtabilis permaneat, ut jam diximus, mancipia, curtes, ædificia domorum, territorium, & digreſſibus viarum, ſicut ab initio conſueverat

verat antiquitus anteceſſorum noſtrorum ſtipulatione interpoſitâ. Actum in Caſtro nuncupante Frikiſinga ſub die conſule regnante Domno magnifico, atque glorioſo Karolo Rege Francorum, atque Langobardorum, ſeu & Patricio Romanorum anno XX. die menſis, quod facit, Kalend Octob. indict. XI. Et hæc teſtes: Alprat Com. Hamadeo T. Hununc Presbyter T. Cozzo Clericus T. Majo T. Enzilo, Altman Diaconus. Ego Snelmot manu propria ex ore Attonis Epiſcopi hæc cartulam ſcripſi, & ſubſcripſi.

NUM. C.

Traditio Altheim.

CUm in Dei nomine ego Welto cogitante vel tractante de anima mea, ſeu de vita futura, ut in quantitate aput pio Domino veniam delictorum meorum accipere merear; idcirco tradidi propriam baſilicam meam cum omni territorio adjacente, quicquid meæ hereditatis eſſe videbatur, in loco nuncupante Altheim ad domum Sanctæ Mariæ Semper Virginis ad Friſingas. Hoc pactum acceſſit Conjux mea Pilhilth, & eadem ratione tradidit, quicquid jure proprio in eodem loco habere videbatur, totum ex integro firma traditione ad domum Sanctæ Mariæ delegavit. Actum eſt hoc in præſentia Domni Attonis Epiſcopi, & aliorum, quorum nomina in libro traditionum habentur. Factum eſt etiam anno, quo Domnus Rex Karolus Bavvariam acquiſivit, ad Taſſilonem clericavit.

NOTA.

Hoc inſtrumentum deſumptum eſt ex libro Traditionum quarto ſeu Magno fol. 35. d. Alibi notæ temporis ſic leguntur. *In ſecundo anno translatus eſt Taſſilo Dux de Regno ſuo &c.*

NUM. CI.

Traditio Ekiharti Presbyteri Azwaldiu.

AUxiliante Divina gratia Ego itaque in Dei nomine Ekihart Presbyter conpunctus recogitavi pro remedium anime meæ, ſeu de æterna retributione, trado particulam hereditatis meæ in loco, qui dicitur Azvvaldiu omnia ad integrum, quiquid ibidem habere videtur cultum ſive incultum, terra arabilem ſilva aſperata aquas, aquarúmque decurſibus ad Eccleſiam Sanctæ Mariæ Semper Virginis in Caſtra Frigiſingas domo epiſcopale anno regni glorioſiſſimi Carolo Regis viceſimo ſecundo, indictione XIII. Actum in Frigiſingas. Hæc nomina teſtium: Saluhho, Tarchat Presbyter, Camanolf, Rihheri, Salomon Monach. Ego Snelmot ex ore Attonis Epiſcopi ſcripſi & ſubſcripſi.

NUM. CII.

Traditio Sundarheri in locis quæ dicuntur ad Waldiu, & ad Isna.

IN Dei nomine. Notitiam ſtilo libet depromere de traditione, quod ego tradedi Sundarheri pro redemptione anime meæ, & Anteceſſores meis propriam hereditatem meam poſt obitum meum in locis, quæ dicuntur ad Waldiu, ſeu ad Isna, & ego ipſe tradedi ad opus Sanctæ Mariæ, ſeu ad Sancti Corbiniani in villa publica, qui dicitur ad Frigiſingas, & propinqui mei conſenſerunt mihi, & firmaverunt cum verbis eorum, cum ædificiis, cum reliquiis, qui

Digitized by Google

qui in noſtra poteſtate ſunt, cum terminis, atque territoriis, tam culta, quàm inculta, cum mancipiis, cum coloniis ſine coloniam, quam Sigipald habet. Ego dedi illam coloniam illo & filiis ejus in hereditatem poſt obitum meum, & ego ipſe donavi, & tradedi atque perpetualiter in omnibus transfirmavi, in ea verò ratione, ut quicquid exinde Rectores ipſius monaſterii, aut Succeſſores facere voluerint, poſt obitum meum liberam habeant poteſtatem faciendi. Et ſi quis contra hanc cartulam, vel traditione fragere voluerit, primitus iram Dei incurrat, & poſtea à limitibus extraneus efficiatur. Hæc ſunt teſtes, & eorum nomina, qui in præſente fuerunt: Inprimis Tarchnat, Pern, Hununc, Meginolt Presbyteri. Marcheo, Pazzvvini, Iſaac, Willihelm, Kepahart, Epuhho Diaconi, & Clerici, Reginpald, Engilperht, Adalperht, Anulo, Kaganhart, Wolfpero Laici. Actum eſt in villa prænotata ad Frigiſingas ſub die Conſule, quod erat XIIII. Kalendas Majas, in anno XXIII. regnante Carolo Rege. Et ego ipſe indignus Diaconus Sundarheri tradedi, & ſcripſi, & firmavi cum manibus meis.

NUM. CIII.

Traditio Tutilonis Presbyteri de Rotinpah.

IN nomine Domini noſtri Jheſu Chriſti. Brevem commemoratorium cartulæ traditionis Tutilonis Presbyteri ſimul cum parente Oazo, atque fratre nomine Cozzilo. Tractantibus nobis de æterna beatitudine, atque de vita futura apud pio Domino, ut veniam reciperemur, ob hoc igitur ſtatuimus in animo noſtro partem hereditatis, quam jure legitimo parentum percipimus, ut adjuvante divina gratia inſpirati ibidem in loco, qui dicitur Rotinpah, Oratorium in propria Alode conſtrueremur, quod adjuvante Domino perfecimus Advocato Epiſcopo Attone, cui ordo ſacerdotalis erat conſecrandi Eccleſias per parrochia ſua. Conſecratione Eccleſiæ, vel Altaris completa, tradidimus ego prædictus Tutilo ſimul cum coheredibus meis ſupra ſcriptis ad ipſum altare dedicatum in honore Sancti Petri cum ceteris reliqua omnia quicquid ibidem habere de propria hereditate habere videbantur. Primitus enim prædictus Tutilo tradedit mancipia numero XIIII. territorium cum Silvis, & Campibus, pratis, aquis, aquarúmque decurſibus, totum ex integro proprietatis meæ nihil prætemittente. Similiter & ego Oazo portionem, pro quam cum partivi cum filio meo Mejol tradedi totum ex integro, quicquid partibus meis pertinebat ad ipſum Altare mancipia numero XIIII. terram cultam, & incultam, ſilvas, aquas ſimul omnia tradedi, atque confirmavi. Similiter & partes fratrum meorum ego Tutilo tradidi pro animabus noſtris. Hæc & omnia peracta traditione accepto pallio ipſius Altaris Ego ſupra nominatus Tutilo Presbyter cum prædictis coheredibus meis tradidimus ad domum Sancta Maria ad Frigiſingas in manus Attonis Epiſcopi, unde ego ipſe Tutilo de prædicto Epiſcopo in beneficium ipſum Oratorium ſuſcepi diebus vitæ meæ. Poſt obitum verò meum ad ipſum epiſcopatum pro animabus noſtris, id eſt genitoris mei Pirhtilonis, atque genetricis Ata, ſeu fratrum Fritilo, Cozzilo, Petilo, Waltfrid cum filiis eorum Fritilo, Situli, Swidpuruc. Traditio firma, atque ſtabilis permaneat. Hæc ſunt teſtes: Tutilo Presbyter T. Oazo T. Mejol T. Freido T. Otperht T. Lanto T. Alpuni T. Kaganhart T. Erachar Presbyter. Actum in loco ſitum in tabernaculis prope oppido nuncupante Loriacti regnante Domno glorioſo Karolo anno XXIII.

Orta etenim contentione inter eos, quidam enim volentes expellere prædictum Tutilonem Presbyterum de ipſa Eccleſia, unde minimè potuerunt, quia confirmatus, & ordinatus erat auctoritate Canonicè, ſeu cum conſenſu proximorum. Verumtamen percrevit ipſa contentio, & pervenit usque ad palatium

Digitized by Google

Domni Regis acceptum brevem & perduxit ante miſſos Domni Regis, id ſunt Kerolt, & Meginfrid, & ibidem finitum eſt inter eos ea ratione, ut habeat prædictus Tutilo in omnibus poteſtatem de prædicto oratorio, & quicquid ad eum pertinuerit, ſicut primitus conſtitutum fuerat, & poſt obitum ipſius firmiter perſtitiſſet ad domum Sanctæ Mariæ ſine ulla contradictione. Hæc ſunt nomina eorum, qui interfuerunt Epiſcopo Attone, & rebellis ejus ad confirmandum Kerolt T. Meginfrid T. Helmuni Com. T. Waninc Judex T. Wolfolt Jud. T. Eginolf T. Adalperht T. Hiltiperht T. Sindperht T. Meginhart T. Ermperht Teſt. Freido T. Ego Altman Diaconus ſcripſi, & ſubſcripſi.

NOTÆ.

Rotinbach. Rotenbach, Schwabenſis Præfecturæ.

Id ſunt Kerolt. Hic eſt ille B. Geroldus, de quo agit Raderus in Bavaria Sancta Vol. 1. mihi fol. 76.

NUM. CIV.

Traditio Rihperhti Clerici ad Eungun.

DUm & omnibus non habetur incognitum, ſed multis eſt in epiſcopio beatiſſimæ Virginis Mariæ bene cognitum, qualiter Rihpert Clericus eo die, quo eum Atto Epiſcopus ad ordinem vel gradum Diaconi eligere dignatus eſt, & conſecrare, tradidit in manus ipſius Epiſcopi, quicquid propriæ hereditatis ſeu adquiſitionis habere videbatur, hoc eſt curtem cum domo, vel tota ædificia in ipſo curte conſiſtentia, ſeu quicquid territorii me habere proprium viſum eſt in loco Eunga, ea ratione, ut ipſam rem mihi poſſidere, vel habere liceat, & poſt obitum meum, ſi dignum ad hoc nutrire valeam filium fratris mei, ut in ſervitio Sanctæ Mariæ domus eſſe valet, ut ille poſt meum diſceſſum in beneficio & ſervitio hujus domui habeat ad vitam ſuam. Poſt illius obitum nullus poteſtatem inde ullam habeat, ſed ſine ulla contradictione ipſa res permaneat in ſervitio Sanctæ Mariæ in perpetuum. Hæc autem ſunt teſtes per aures tracti. Wolfperht, Heripald, Helmuni, Luitprant, Helmuni. Actum eſt hæc in loco tegarinwac eo anno, quo Domnus Rex Karolis intravit in hunia die Conſule, quod facit pridie Nonas Martias. Ego Tagabertus indignus Sub-Diaconus conſcripſi Juſſione Attonis Epiſcopi.

NOTA.

Eungun. Forte Aying, Territorii Aiblingenſis.

NUM. CV.

Traditio Egilperht, & Hroadperht.

IN nomine Dei Summi. Ego itaque Egilperht ſimul & filius meus Hrodperht dum in Dei nomine tractavimus de vita futura, ac de æterna beatitudine, & ut veniam delictorum noſtrorum apud pio Domino mereamur ſecundùm miſericordiam Dei noſtri accipere, tradimus propriam hereditatem noſtram in loco, qui dicitur ad Aſcke ad domum Sanctæ Mariæ Semper Virginis ſeu Sancti Corbiniani Confeſſoris Chriſti pro remedium animarum noſtrarum in loco, qui dicitur Frikiſinga, & ſtatuimus, ut ibidem ſtabilis cum omni firmitate, & integritate usque in perpetuum permanſiſſet. Hoc factum eſt in anno illo, quando Rex Karolus fuit cum hoſte in Avaria ſub die conſule, quod facit Kalend. Auguſti. Hæc autem ſunt teſtes: Helmuni, Adalo, Ermperht, Mezzi, Ponafacio, Teito, Pernger, Eparheri, Scrot, item Adalo, Aſcoz.

NOTA.

Aſcke. num Aſchach, Præfecturæ Dachavienſis?

NUM.

Digitized by Google

NUM. CVI.

Traditio Filſa.

IN Dei nomine. Ego itaque Arperht Presbyter tradidi propriam hereditatem meam in loco, qui dicitur Filſa, hoc eſt Eccleſiam cum domo, ſeu omnia utenſilia ad ea pertinentia mobilia, ſeu inmobilia ad eundem jam dictum locum pertinentia tam in mancipiis, quam etiam in aliis neceſſariis cauſis totum ex integro tradidi ad domum Sanctæ Mariæ ſemper Virginis ad locum Friſingas ea ratione, ut poſt obitum meum ad jam dictam domum Sanctæ Mariæ firmiter, & ſine ulla conditione permaneat. Nomina teſtium in libro traditionum habentur. Actum in loco eodem, ſicut ſupra diximus, regnante Domno, & glorioſiſſimo Carolo Rege anno XXIIII. indictione XV. ſub die, quod fecit VII. Idus Februarii.

NUM. CVII.

Traditio Arperhti Presbyteri ad Isna.

REgnante in perpetuo Domino noſtro Jheſu Chriſto. Ego itaque in Dei nomine Arperht Presbyter conpunctus Divina miſericordia Dei noſtri, & propter æternam retributionem juſti judicis Dei noſtri dono, atque inde ex integro trado, atque omnibus modis confirmo propriam Alodem, atque adquiſitionem meam in loco nuncupante ad Isna, ad domum Beatæ, & intemeratæ Virginis Mariæ in Caſtro nuncupante Frigiſinga, omnia ad ea pertinentia loca Oratorium ſimul cum altaribus, ædificia domorum, curtes, caſas, campis, ſilvis, aquas, aquarúmque decurſibus, mobilia omnia, & inmobilia, cum ſervis, & Ancillis ibidem manentibus, ſive in domo deſervientibus, nihil pretermittentibus utenſiliis cuncta, quæ neceſſaria ibidem eſſe videntur, ſtipulatione interpoſita. Actum in eodem loco, ut ſupra prænotavimus, regnante Domno glorioſiſſimo Karolo Regi anno XXIIII. indictione XV. ſub die, quod fecit VIII. Idus Februarias. Et hæc nomina teſtium: Job Corſi Meginperht, Adalo, Hroadperht, Ato, Engilperht, Hrodmunt. Scripſi ego Horskeo Presbyter ex ore Attonis Epiſcopi, & ſubſcripſi.

NUM. CVIII.

Traditio Helmuni de Tegarinwac.

DUm in Dei nomine cogitante vel tractante me de anima mea, ſeu de vita futura, ut in quantitate apud pio Domino veniam merear accipere, idcirco ego Helmuni propriam hereditatem meam dono, atque transfundo ab hodierno die, ut poſt obitum meum, & filii mei Annoni in loco nuncupante Tegarinvvac ad Eccleſiam beatæ Dei genetricis Mariæ infra oppido Frigiſingas locum publicum cum omnia ſibi pertinentia, & utenſilia, id eſt terra culta, & inculta, mobilia, & inmobilia cum campis, pratis, paſcuis, ſilvis, aquarúmque decurſibus, cum mancipiis, & ædificiis totum ex integro ad poſſidendum ad prædictum locum tradidi, atque confirmavi pro remedium animæ meæ, & quicquid noſtris ditionibus ibidem eſſe videtur, ſub die Conſule, quod eſt anno XXIIII. regnante Domno, atque famoſiſſimo Rege Karolo. Hæc autem omnia loci hujus utenſilia pleniſſima devotione ad prædictum locum fieri in perpetuo confirmavi, nullo prohibente. Hæc autem ſunt teſtes per aures tracti: Adalo, Cundhart, Luſip, Ermperht, Engilhart, Toto, Snelmot, Irmin-

 hart,

hart, Waldperht, Hunperht, Eleof, Engilperht. Si quis verò, quod fieri non credo, ego ipſe, aut aliquis de heredibus meis, vel quis oppoſita perſona, qui contra hanc traditionem venire temptaverit, cum Deo judice omnium, & agmina Sanctorum excommunicatus appareat. Scripſi autem ego Williperht indignus Diaconus juſſus à ſupra dicto Anteſtite. Poſt obitum verò ſupra dicti Helmuni proximus ejus Cundhart tulit Kariſſimum filium ejus Annonem, & cum omnibus rebus ejus commendavit illum in manus ſupradicti Venerabilis, atque piiſſimi Attonis Epiſcopi ad docendum, & nutriendum.

NUM. CIX.

Traditio ad Waldiu.

IN Dei nomine. Notitiam ſtilo libet depromere de traditione, quam ego tradidi Sunthart pro redemptione anime mee, & anteceſſoribus meis propriam hereditatem meam poſt obitum meum in loco, qui dicitur ad Waldiu, vel ad Iſana, & ego ipſe tradidi ad opus Sancte Mariæ, ſeu ad Sancti Corbiniani in villa publica, que dicitur ad Friſingas, & propinqui conſenſerunt, & confirmaverunt cum veris eorum, cum edificiis, & reliquiis, qui in noſtra poteſtate ſunt, cum terminis, atque territorio, tam culta, quàm inculta, cum mancipiis, cum coloniis, ſine coloniam, quam Sigilpalt habet, ego dedi illam coloniam illi & filiis ejus in hereditatem poſt obitum meum, & ego ipſe donavi, & tradidi, atque perpetualiter in omnibus transfirmavi, in ea verò ratione, ut quidquid exinde Rectores ipſius Monaſterii, aut Succeſſores facere voluerint, poſt obitum meum liberam habeant poteſtatem faciendi, & quis contra hanc cartulam, vel traditionem frangere voluerit, inprimis iram Dei incurrit, & poſtea à limitibus extraneus efficiatur. Teſtes in libro traditionum inveniuntur. Actum eſt in villa prænominata ad Friſingas, in anno XXIIII. regnante Carulo Rege.

NOTA.

Waldiu, incertum an Wall, Wolfratshuſianæ, an Wald, Eggenfeldenſis Præfecturæ?

NUM. CX.

Cundhart Comis Huckinperc.

IN Dei nomine. Ego itaque Cundhart Comis cogitante vel tractante me de anima mea, ſeu de vita futura, ut in quantitate apud pio Domino veniam merear accipere, trado, atque transfundo propriam hereditatem meam in loco, qui dicitur Huckinperc ad locum nuncupante Frigiſinga ad Sanctam Mariam Dei genetricem, & ad Sanctum Corbinianum, qui ibidem requieſcit in corpore, id eſt, territorium, pratis, paſcuis, ſilvis, ruris, cultis, & incultis aquarúmque decurſibus. Si quis autem contra hanc traditionem ire temptaverit, & frangere voluerit, aut ego ipſe, aut heredis meis aliquis iram Dei incurrat, & à limina Sancti Petri Principis Apoſtolorum extraneus efficiatur, & conponat ſicut Lex eſt. Actum eſt autem hæc in loco, qui dicitur, Frigiſinga, ſub die conſule, quod eſt XI. Kal. Januarias indictione VI. anno XXVI. & XXV. regnante glorioſiſſimo Rege Karolo. Hæc autem ſunt teſtes: Ellanod Archipresbyter, Tiſo Presbyter, Riholt Presbyter, Aaron Presbyter, Cozmar, Toato, Otachar. Scripſi autem ego Tagabertus Diaconus.

Digitized by Google

NUM. CXI.

Conceſſio Domni Imperatoris Karoli, ſeu traditio Helmowini Comiti ad Swalafeldum.

PErneceſſarium eſt omni omnino Chriſtiano æternæ ſibi retributionis gaudia iſtis præſentibus conparare. Ideoque in Dei nomine Ego Helmoinus divino inſtinctus amore cogitavi aliquid pro remedio animæ meæ in meam eternam mercedem ad loca Sanctorum delagare, ſed dum de quibusdam rebus eram in contentione, quas mihi in hereditatem evindicare conatus ſum, contigit me à miſſis Domini Karoli Illuſtriſſimi Regis eſſe convictum, & quod queſivi cum juſtitia, ut ſupra diximus, in hereditatem obtinere non potui, ſed in poteſtatem dominationis noſtre propriam ad ipſum, unde queſti ſumus, redactum, quod ego volens, volénſque cum omni juſtitia conſentiente coactus ſum, quod ita & feci, & credidi me hoc in propriam non aſſequi poſſe. Audiens autem hoc clementiſſimus, ac Chriſtianiſſimus magnus Rex Karolus divina inſpirante gratia in elemoſinam ſibi ſempiternam conceſſit mihi per ſuam miſericordiam in hereditatem perpetuam ad ipſum quod queſivi & quod per juſtiſſimam examinationem ſue proprietati adeptum eſt, & tenore mihi eandem ſub confirmatione conceſſit, ut mea eſſet poteſtas, ſicut de ceteris propriis meis donatione tradere, ubicumque voluiſſem pro eterna mercede, & pro Salute anime mee. Ea autem mihi à clementiſſimo Rege poteſtate conceſſa, de ipſa re diſpoſui tradere ad epiſcopatum Friſingenſem ad opus Sancte Marie ſemper Virginis territorium unà cum omni confinio pertinente ad loca nominata Kaozesheim, Chuminiugesheid, & Chriecheſtat cum omnibus mobilibus & inmobilibus ibidem pertinentibus cultis, & incultis, ſilvis, pratis campis, paſcuis, aquis, aquarúmque decurſibus ex integro in pago nominato Sualavelda ſuper fluvio ſualanua, quod ita & feci omnia ſupra dicta, id eſt Kaozesheim, Chumingeshaid, & Kriecheſtat cum omni confinio ſupra dicto ad loca, quæ dicuntur Sampo, Zoalla usque ad Cozesheim, exinde tendit in viſu juxta rivolvolum usque ad magnum rubum, qui vulgo dicitur in Darpidern, Lachin, Zoder, Michilm, Eichi, demum per loca terminata, id eſt in longitudinem Antlanga, Caozesbachin, usque ad Caozesprunn. Similiter & villa ſilva, que pertinet ad Wemodinga, & ibidem habeant rationes Eccleſie ipſius poteſtatem ad cedendum materiamen quantumcunque opus, atque lignamen, ſeu viam ire, & redire paſcúmque porcorum habeant illic ſufficienter abſque ulla conditione, ut hec exinde nullus abſtrahere audeat; nunc autem hec, que ſupra dicta ſunt in elemoſinam Domini glorioſiſſimi Karoli Rege, & filiorum ejus, nec non pro Salute anime mee cum ipſa cartula donationis ego Helmowinus dono, trado, atque transfirmabo Deo omnipotenti, & Sancte Dei genetrici in predicto loco epiſcopato Friſingenſi, ubi pretioſus Corbinianus beatus, eximiusque Confeſſor Chriſti in corpore requieſcit, ibíque venerabilis Atto Epiſcopus preeſſe videtur, & reliqua confinia & loca per circuitum, que Coroldus Comes ibidem habere in beneficium Domini Regis videbatur, & ipſe Keroldus per miſſum ſuum nomine Adalunc veſtivit de ipſa ſupra dicta loca, & perduxit eum in circuitu, & oſtendit illi confinia, que legibus ad eum pertinebat, ipſum Helmum, ut ſupra diximus, pro mercede Regis manibus ſuis tradidit ad ſupra dicto domo Sancte Marie. Ea verò ratione ipſam traditionem firmabo, ut quidquid exinde Rectores ipſius Eccleſie facere voluerint, liberam in omnibus habeant poteſtatem, & hanc donationem nullus heredum, vel coheredum meorum frangere licentiam habeat, ſed meis & me rogantibus bonorum hominum manibus confirmata, quorum nomina, vel ſignacula in libro traditionum inveniuntur. Actum in epiſco-

Digitized by Google

Friſing. Eccleſia Sanᴄte Dei genetricis Marie coram multis aſtantibus anno XXV. regnante glorisiſſimo Rege Francorum & Longobardorum atque Patritio Romanorum Indiᴄtione II. Et alia traditione ipſe Helmwinus & filius ejus Heldamar pariter ambo firmaverunt ipſam traditionem, quam antea fecit ipſe prefatus Helmmoinus, quando iter carpebat partibus Rome. Nomina teſtium in libro traditionum habentur.

NOTA.

Loca, in hoc Inſtrumento deſignata videntur eſſe in Nariſcis. Ibi enim repetitur rivus *Schvvall*, *Wemedinga*, nempe Wembding, *Kaozabeim*, ubi hodiernum Kaiſersheim.

NUM. CXII.

Traditio Crimperhti.

MUndi terminum adpropinquantem ruinis crebreſcentibus jam certa Signa manifeſtantur. Idcirco ego Crimperht in Dei nomine conſiderans gravitudinem peccatorum meorum, & reminiſcens bonitatem Dei trado, atque transfundo propriam hereditatem meam in loco, qui dicitur Adoathareshuſir ad caſtrum nuncupante Frigiſinga ad Sanᴄtam Mariam, & ad Sanᴄtum Corbinianum, ubi ipſe in corpore requieſcit, poſt obitum meum cum terris, ædificiis, & accolis, mancipiis, manſis, ſilvis, campis, pratis, paſcuis, aquarúmve decurſibus, umexis, mobilibus, & inmobilibus, ea ſcilicet ratione, ſi genuerim de legitima Uxore heredes aliquos, ut habeant portionem hereditatis meæ, quod eos legitimè pertinet in partem, mea verò pars poſt obitum meum firmiter ſine ulla contradiᴄtione firmo ad domum Sanᴄtæ Mariæ nullo contradicente, vel valente, ſed hereditas, & pars mea hereditas ſit Sanᴄtorum in perpetuum, ut aliquem indulgentiam habere merear. Si quis de heredibus meis, quod fieri non arbitror, hanc traditionem inire, vel frangere voluerit, ego ipſe, vel aliquis de heredibus meis, iram Dei omnipotentis incurrere non dubitet pro hoc, & habitationem in perpetua damnatione tormentorum patiatur ſequeſtratus à conſortio omnium Sanᴄtorum. Hæc ſunt teſtes: Heripald Presbyter, Hamminc Presbyter, Altman Diaconus, Hitto Diaconus, Adalhart, Cozmar, Toato, Nidker, Alholf, Reginheri. Aᴄtum autem in ſupra diᴄto loco Frigiſingas ſub die Conſule, quod eſt VIII. idus Majas indiᴄtione VII. anno XXVI.

NOTA.

Adoatharahuſir, legendum *ad Oatharahuſir*. Nempe Otershauſen, in Territorio Dachavienſi.

NUM. CXIII.

Haholfus traditio ad Frigiſinga.

BReviarium de traditione, quam fecit Haholfus ad Eccleſiam beatæ ſemper Virginis Mariæ in caſtro nuncupante Frigiſinga, unde poſtmodum Atto Epiſcopus cum filio Haholfi nomine Pernolf conventionem ſimul cum amicis & parentibus fecimus cum conſenſu familiæ beatæ Mariæ, & cum parentibus illius propter ea, quod prædiᴄtus Haholfus tradedit alodem ſuam quicquid habuit in loco Hlaginpach totum ex integro. Pro Eanato prædiᴄto filio conceſſimus de medietate omnium de hereditate illius, quam viderat poſſidere in duabus partibus dividere cenſuimus ſive de cultis, ſeu de incultis ſive de mancipiis omnia in omnibus medietatem poſſeſſionis illius hereditatis ad Sanᴄtam Mariam relaxavit, atque firmiter tradidit, medietatem ſibi reſervavit in hereditatem. Unde cartula

Digitized by Google

tula hæc firma permaneat ſtipulatione interpoſita. Actum in Caſtro Frigiſinga in anno XXVI. regnante Domno Karolo Rege Francorum, & Langobardorum, atque patricio Romanorum Indictione hæc Conventio in recta menſura, & partione conſiſtet, & firma permaneat nihil abſtrahente, ſed juſta diviſione conveniente. Hæc nomina teſtium: Droant teſtis Wago T. Drudmunt T. Sindeo T. Hamadeo T. Avo T. Immino T. Crimheri T. Adalhoh, Kerhoh, Tagaperht T. Droant, Haholf T. Altrih T. Hleoperht, Deotrih T. Scripſi ego Tagabertus Monachus ex ore Attonis Epiſcopi, & ſubſcripſi.

NOTA.

In hoc inſtrumento Tagabertus, plurimorum inſtrumentorum ſcriptor, prodit, ſe fuiſſe Monachum.

NUM. CXIV.

Traditio Hrimcrim de Tozineshofun.

IN Dei nomine. Ego Hrimcrim cogitans, vel tractans pro remedium animæ meæ, ut aliquid venie apud pio Domino merear accipere. Propter hoc flavitavi glorioſum, vel inluſtriſſimum virum Attonem anteſtitem, & omnes fratres ibidem manentes in cenobio nominato Slechdorf, ut locum meum ad ſupradicto domo Dei vivens, vel mortuus paratam habuiſſem. Conſentientibus autem petitionibus meis ſupradictis venerabilibus viris, & cum conventione omnium fratrum ibidem Deo devotè ſervientium me memetipſum commendavi, & tradidi hereditatem meam proprium alodis in loco nuncupato ad Tozineshofun in agris, vel pratis, cultis, vel incultis, & mancipiis cum omni veſtitione ſupra dictum locum nominatum Tozineshofa tradidi ad ſupra dicto domo Dei, quod ædificatur in honore Sancti Dioniſii, & honor plurimorum Sanctorum celebratur, ubi Sanctus Tertulinus requieſcit in corpore præſente Attone Epiſcopo, ſeu Ellañodo Archipresbytero tradidi cum uno frutectu de genere arboris, unde naſcentur milas, & ibidem preſens fuit filius meus Tozi, & hanc traditionem conſenſit, & ſimul cum me confirmavit in ea ratione, ut in beneficium de manu Attonis accepiſſet, & annis Singulis Solidum unum reddidiſſet, & in feſtivitate Sancti Martini, & duo veſtimenta ſui patri donaret ad opus ſuum. Et hæc nomina Monachorum: Williperht Presbyter, Meginolt Presbyter, Craolf Presbyter, Tagaperht Diaconus, Zotto Diaconus, Sandolf Diaconus, Unroh Diaconus, Arnolt Monachus, Kejo Monachus, Cundpald Monachus, Kerpald Monachus. Iſti fratres preſentes aderant. Et hæc nomina teſtium: Alprih, Cundperht, Kaganhart, Erhanfrid, Aſolt, Reginolt, Heriprant, Sigifrem. Actum eſt autem ſub die conſule in IIII. Kalendas Octobris anno VII. poſtquam Karolus Rex venit in Bajuwaria indictione III. Et ego Hruodſtein indignus Diaconus juſſus à Domno Attone Epiſcopo ſcripſi.

NUM. CXV.

De contentione Irminfrid cum Attone Epiſcopo.

REſedentibus miſſi Sereniſſimi Caroli Auguſti Arnoni videlicet Archi-Epiſcopo, nec non & Adalwino anteſtite in loco, qui dicitur Frigiſingas ad univerſas cauſas exactandas, ibique de præſente veniens Advocatus Attoni Epiſcopo nomine Lantfrid aliquo homine Lantfrido nomine filio Irminfrido interpellabat, dum diceret, eò quod rebus Eccleſiæ Sancti Petri injuſtè uſurparet in loco, qui dicitur Scarantia unà cum appendiciis ſuis loca nuncupatas in Fluringa, & in Pollinga, & in Slehdorf, & in Hovaheim, & in Sindolvesdorf, & in

& in Kiſingas, & in Paſingas, & in Grefolvinga, quas tradidit Pater ſuus Irminfridus ſub temporibus Joſeppi Epiſcopi cum licentia Taſſiloni Ducis. Tunc ipſe Lantfrid de præſente adſtabat, & hac cauſa denegare non valuit, tum ipſi præfati miſſi una cum Orendilo judice, & Reginhardo Comiti vel aliis quàm plurimis in ipſo placito adſiſtentibus, hanc cauſam puriter, & diligenter inquirentes invenerunt, qualiter ipſa traditio ab ipſo Irminfrido ſic firmata fuit, ea verò ratione, ut ſi ipſe filium procrearet, portionem ſuam in ipſa loca accipere deberet. Similiter & cauſa alia ibidem ventilata eſt, hoc eſt, ut ipſe Lantfridus requirere aptabat portionem ſuam de ipſo altare Sancti Petri in præfato loco Scarantia. Tunc ipſi miſſi prædicti unà cum ipſis placitantibus dixerunt inter ſe, ut licuiſſet præfatum Lantfridum ipſa portione patris ſui ſana manu ſine conpoſitione vel debitum imperialem, & emendationem emunitatis reddere, ſuámque portionem recipere, & placitare de ipſa medietate altaris Sancti Petri, ut nunquam amplius repeteret ad partibus ipſius Sanctæ Dei Eccleſiæ de ipſa ſua portione, quod præſentialiter factum eſt, eo verò tenore, ut ſi ampliùs repetere de eadem cauſa voluiſſet omnem debitum gratis perdonatum ad eum exigeretur, & cum teſtibus veraciter adfirmatum, quorum nomina ſubter tenentur inſerta. Actum Frigiſinga epiſcopato publico pridie nonas Auguſti anno XXXIII. & ſecundo regnante, & imperante Domno noſtro Carolo glorioſiſſimo Auguſto. Iſti ſunt teſtes per aures tracti in manus Ellannod Archipresbytero, Kaganhardo, & Lantfrido Advocatos, Orendil Judex T. Toto Teſtis, Helmuni T. Cotehelmi T. Immo T. Erlapald T. Reginperht T. Rihpald T. Luitprant T. Reginhart Com. T. Eodunc T. Sonperht T. Herirach T. Wolfperht T.

Berthart notarius juſſus à Summo Pontifice Arnoni hanc cartulam relationis ſcripſi, & ſubſcripſi.

NUM. CXVI.

Quomodo Atto Epiſcopus, & Lantfrid Advocatus interpellaverunt alium Lantfridum.

Reſedentibus miſſis domni Karoli magni Imperatoris, Arnone videlicet Archi-Epiſcopo, & Adalvvino Coëpiſcopo ipſius una cum Orendilo judice in loco publico Frigiſinga ad examinandas cum juſtitia multorum advenientium cauſas, ibíque adveniens de preſente advocatus Attonis Epiſcopi nomine Lantfrid interpellabat alium quendam hominem ſimiliter nuncupatum Lantfridum filium Irminfridi cujusdam nobilis viri dicens, quòd injuſte poſſideret res Sancti Petri de monaſterio Slechdorf dicto, quas prædictus Irminfrid poteſtativo jure tradidit ad ipſum monaſterium pro Salute animæ ſuæ loca nuncupata Scarantia, cum appendiciis ſuis in Fluriningun, in Pollingun, in Slechdorf, in Hovaheim, in Sindolfesdorf, in Giſingun, in Paſingun, in grefolvingun, quæ omnia tradidit Irminfrid pater ejus Deo & Sancto Petro ad ipſum jam dictum monaſterium temporibus Domni Pipini Regis, & Taſſiloni Ducis eorum Conſenſu. Tunc ipſe Lantfridus preſens adſtabat, & hoc excuſare nequaquam prævalens, quia ipſi miſſi prædicti hoc ita factum eſſe diligentiſſimè inquirentes per fideles, & veraces homines invenerunt. Ea ratione firmiſſima, ut ſi ipſe Irminfrid legitimos heredes filios procreâſſet, ipſi filii ſui ſecundùm legem inde haberent ſuam portionem, & portio Irminfridi ad ipſum monaſterium ſtabilis eſſet. ſuper hoc autem contentiosè agens ipſe jam ſepe dictus Lantfrid temptabat medietatem ipſius altaris de Scarantia ad opus ſuum exquirere. Tunc ipſi miſſi una cum his, qui in ipſo placito adfuerunt percogitantes ſtultitiam ejus, ut etiam ſine gravi damno evaderet in mercedem Sanctæ Dei Eccleſiæ, & Domni Imperatoris,

Digitized by Google

toris, rogantes ipſum Venerabilem Attonem Epiſcopum conplacitaverunt ei, ut licuiſſet ei ſine conpoſitione legitima res prædictas Sanctæ Eccleſiæ ſana manu etiam ſine conpoſitione emunitatis Regis, & ſine debito regali reddere. Eo verò tenore hoc factum eſſet, ut numquam ampliùs quicquam repeteret de ipſa jam dicta Eccleſia, nihilque de prædictis rebus ſibi ampliùs vindicaret, & hoc ita coram teſtibus firmatum & adſcriptum eſt, quorum nomine ſubter tenentur inſerta. Actum in Frigiſingas loco publico die Conſule II. nonas Auguſti, anno Secundo Imperii Domni Karoli Sereniſſimi Auguſti, Indictione X. Et hi teſtes per aures tracti ejuſdem conplacitationis per manus Ellannodi Archi Presbyteri Kaganhard & Lantfrid Advocati ipſius Epiſcopi Attonis, Orendil judex, Toto, Helmuni, Wolfperht, Cotehelm, Immo, Erlapald, Reginperht, Rihpald, Luitprant, Reginhart Com. Eodunc, Suamperht, Herirac, Crimuni, Seliker, Lantperht, Folcrat, Perahart, Huusvvart.

Ego Horskeo indignus Presbyter ſcripſi ex ore Adalperhti, & ego Adalperht indignus ſubſcripſi, & confirmavi.

NUM. CXVII.

Quomodo Lantfrid interpellabat Reginbertum quendam hominem.

DUm reſediſſent venerabiles miſſi Domni Karoli magni Imperatoris, Arn videlicet Archi-Epiſcopus, & Adalvvinus Coëpiſcopus ejus, & Orendil Judex ad examinandas diverſorum cauſas, & cum lege atque juſtitia terminandas in loco, qui dicitur Frigiſingas in mallo publico, ibique adveniens advocatus Attonis Epiſcopi nomine Lantfrid interpellabat quendam hominem nomine Reginperhtum filium Scattonis, eò quòd injuſtæ uſurparet ſibi res Sanctæ Eccleſiæ Dei ad Sanctum Tertulianum traditas ad monaſterium Slechdorf, quas Kejo patruus prædicti Reginberti ibidem pro redemptione animæ ſuæ coram teſtibus tradidit, & ipſe Reginperht præſens adſtabat, & ipſas in hereditatem propriam retinere temptabat. Tunc præſentes inventi ſunt Teſtes, qui teſtimonium inde proferebant, dicentes, ſe ſcire, atque adſtare, quòd Kejo ipſas res poteſtativa manu pro remedio animæ ſuæ ad ipſum locum Sanctum tradidit, quicquid de propria ſua in portionem ſuam contra fratres ſuos pertinere debuiſſet. Tunc prædicti miſſi dominici Arn Archi Epiſcopus, & Adalvvinus Epiſcopus, atque Orendil judex ipſos homines, qui hoc teſtificaverunt in medium vocaverunt, & per Sacramentum fidelitatis, quem Domno Karolo magno Imperatori ipſo præſente anno juraverunt, adteſtati ſunt eos, ut omni modis abſque ulla fraude, vel ingenio, ita ut veraciſſimè de ipſa cauſa ſcirent, ita in palam adnuntiarent, qui dixerunt, ſcimus, quia tres germani fuerunt, & uno defuncto duo ſuperſtites fuerunt fratres, & dividere debuerunt æqualiter inter ſe ipſam hereditatem defuncti fratris Scatto, & Poapo, ſed antequam diviſio hæc facta eſt, & mortuus eſt Poapo relinquens portionem ſuam filio ſuo Kejoni, & ipſe Kejo bene valens portionem, quod ei accedere debuit contra patruum ſuum tradidit Deo, & Sancto Tertuliano ad Slechdorf. Sed nolente Kejone renuit omnia hæc Scatto, & reliquid filio ſuo Reginberto. Tunc ipſi miſſi cum Orendilo judice, & ceteris veracibus hominibus tractaverunt, pro qua cauſa Reginperht poſſidere debuiſſet portionem nepotis ſui Kejoni hereditas, quod ipſe pro anima ſua Deo tradidit, & Sanctis ejus. Tunc convictus cum lege & juſtitia Reginpertus de preſente reddidit Advocato ipſius Eccleſiæ & Archipresbytero ipſius Epiſcopi Ellannodo loca nuncupata Allingas, Kupingas, & in Germareskavve, ut amplius eas poſſiderent præſules loci ipſius abſque ulla Contra-

dictione evindicatas jure perpetuo, & ita finita eſt contentio coram reſedentibus, & adſtantibus multis. Et teſtes uſu Bajowariorum per aures ex utriſque partibus tracti, ut amplius exinde finita eſſet contentio. Orendil judex teſtis, Toto, Helmuni, Wolfperht, Rihpald, Luitprant, Reginhart, Kaganhart, Eodunc, Soamperht, Herirach, Crimuni, Seliger, Folchrat, Perahart, Husvvart. Actum & confirmatum eſt hoc in loco publico Frigiſinga in mallo publico regnante, & imperante Domno Karolo magno Imperatore anno XXXV. & in Bajovvaria II. Indictione X. II. Nonas auguſti. Scripſi ego Adalperhtus indignus juſſus à Domno Arnone ArchiEpiſcopo, & ſubſcripſi.

NUM. CXVIII.

Interpellatio Engilfrita.

DUm reſediſſent miſſi Sereniſſimi Auguſti, Arnone ſcilicet ArchiEpiſcopo, Audulfo Comiti, Adalvvino Epiſcopo, Deotkero Abbate, atque Werinhario Com̄. in loco, qui dicitur Reganespuruch ad univerſorum cauſas audiendas, vel recta judicia terminanda, ibíque adveniens quedam femina nomine Engilfrit Deo Sacrata Advocato Attoni Epiſcopi nomine Kaganhart, interpellabat pariter & germanus ſuus Kundperht, dum dicerent, eò quod hereditate paterna injuſtè poſſideret Epiſcopus ſuus, id eſt, Eccleſia, & rebus in loco, qui nuncupatur Paldilinkirka, qui ponitur ad Lintun. Sed ipſe Kaganhart taliter reddit reſponſum: rebus quam queritis ante hos annos tradita eſt nobis ab inluſtri viro nomine   & pro hoc in noſtra portione jure eccleſiæ noſtræ poſſidemus. Tunc ipſi præfati miſſi hanc cauſam puriter & diligenter inquirentes, invenerunt, qualiter cum VII. Sacramentales coram Audulfo comite ad feldum confirmatum fuit, quòd plus legitimè ſtaret in dato ſupra dicto viro ad ipſam Eccleſiam, quam eis reddere in hereditatem, & ſtatim diffinitum eſt in ipſo placito, & habeat ipſas res ipſe Epiſcopus ad ſuam Eccleſiam omnibus diebus evindicatas, & ſit inter eos in poſt modum de hac re definita & inconvulſa cauſatio. Actum Reganespurc Civitate publica die XI. menſis Junii anno XXXIII. & Secundo regnante, & imperante Domno noſtro Karolo Sereniſſimi Auguſti. Iſti ſunt teſtes, qui præſentes adfuerunt: Atto Epiſcopus, Waltrih Epiſcopus, Johannis Abbas, Cundheri Abbas, & Ellañod Archipresbyter, Theorolf Diaconus, Paldrih Archipresbyter Oadalfrid presbyter, Droant Comis, Nidhart Com̄. Alprat Com̄. Pippi Com̄. Cotehram Com̄. Adalperht Cō. Job Cō. Walto Com̄. Rihheri Com̄. Engilhart Com̄. Engildeo Cō. Erchanpald Cō. Cundhart Com̄. Hamadeo c̄. Rantolf com̄. Orendil Kyſalhar d̄. Pero, Helmuni judices. Bertharius notarius.

NUM. CXIX.

Traditio Weniloni, & Helmkeri Presbyteri.

IN nomine Dei noſtri Jheſu Chriſti. Ego Wenilo & frater meus Helmker Presbyteri ſimul tractantes, ſeu cogitantes aliquem aditum regni cœleſtis, ut mereamur intrare, propter ea tradidimus poſſeſsjunculas noſtras terrenas, quicquid habuimus in loco Uſinhuſun propriæ hereditatis noſtræ firmiter tradidimus ambo pariter unianimiter domui Sanctæ Mariæ in locum Frigiſinga, omnia, quicquid in ſupra dicto loco habuimus, nihil prætermittentes, ſed totum ex integro pro redemptione animarum noſtrarum poſt obitum noſtrum firmiter condonavimus, & coram teſtibus in manus Attonis Epiſcopi. hoc factum firmavimus, & ab ipſo Epiſcopo in beneficium usque ad finem vitæ noſtræ ipſam

rem

rem accepimus; poſt obitum verò noſtrum ipſam rem nullus contradicere ullo modo valeat domui Sanctæ Mariæ, ſub die conſule, quod erat XII. Kalendas Junias, anno II. Domni Karoli Imperatoris, indictione IIII. hæc ſunt teſtes per aures tracti. Kaganhart, Nipulunc, Cundheri, Sindeo, Paldachar, Racholf, Tiſo, Einhart, Reginperht, Memmo, Starcholf, Tozi, Reginpald, Hartperht, Sigifrid.

NUM. CXX.

Concordia inter Attonem Epiſcopum, & Liutfrido Abbat.

Reſedente verò Arnone Pontifice una cum Erchanbaldo Comite, vel Otperhto, & Albrico Judicibus, & aliis viris quàm plures in loco, qui dicitur Epiningas, veniens de præſente Ellanod Archipresbytero in vicem Attoni Epiſcopi interpellans Liutfridum Abbatem de parrochia, & Eccleſias ad eandem parrochiam pertinentiâ, quod contra canonicam inſtitutionem in ſuum dominium retineret. Sed ipſe Luitfrid Abbas ipſa parrochia, & Eccleſias in poſſeſſione anteceſſorum ſuorum retinere temptabat. Tunc Arn Præſul, & qui cum eo erant hanc cauſam ſecundùm juſſionem Domni Imperatoris puriter, & diligenter inquirentes invenerunt, qualiter Tuti Grecus advena Epiſcopus Scottus ipſa parrochia & Eccleſias injuſtè, & contra canonica inſtitutione perpriſiſſet. Tunc de utraque parte ſecundùm eorum rogitu, & deprecatione convenientiam fecerunt taſi ordine coram Arnone Pontifice, id eſt, ut Luitfrid Abbas habeat tres Eccleſias, qui ſic nominantur, ad Willing, & Perchvvilling, & Modriking, quæ erat de traditione hominum fiſcalinis, & quartam Eccleſiam ad Totinhuſir de traditione nobilium hominum, & quicquid de dicimatione liberorum hominum vel barſcalcorum pertinere deberet ad easdem Eccleſias hoc in arbitrio, & poteſtate Attone Epiſcopo poſuerunt, utrum Luitfridum Abbatem dimittere voluiſſet, an non, ut ſecundùm Canonicam inſtitutionem de eandem decimam faceret, quod juberet; Eccleſias verò duas ad Hegelingas, & Perch cum easdem parrochias reddidit ſupra dictus Abbas Luitfrid ad partem Sanctæ Mariæ, vel Attoni Epiſcopo cum omni pertinentia, & ſoliditate in ſua dioceſe conſiſtentem, & ſit inter eos pax & concordia inconvulſa in poſtmodum absque lite, & contentione. Actum Epininga fiſco publico Idibus Januarii anno IIII. imperii Domni noſtri Karoli & XXXVI. regni ejus in Francia, at triceſimo in Italia, indictione XII. in Dei nomine feliciter amen. Hæc teſtimonia Arn Epiſcopus, Luitfrid Abbas, Ellanod Archipresbyter, Eruni Presbyter, Luitfrid Presbyter, Wigrad Monachus, Hludiperht Cappellanus, Pippini, Erchanpald Com̄. Meginhart, Oatperht, & Albrich Judices. Sigiperht, Willahelm, Iſanperht, Hlodolf, Egilolf, Folchrat, Ejo, Coteſſcalc, Hrodmunt, Alholf, Heriperht, Reginperht, Hroadperht, Heripald, Otlant, Snelhart, Immino, Paldachar. Bertharius notarius ſcripſi & ſubſcripſi.

NOTÆ.

Fiſcalinis. Quid nomine fiſcalinorum antiqui intellexerint, bene explicat Chriſtophorus Beſoldus in *Synopſi Politicæ Doctrinæ cap. 14. n. 10. 11. & 12.* Ubi docet, eo vocabulo deſignatos fuiſſe eos, qui *gleba ita* erant *adſtricti, ut invitis Dominis nec ſecedere, neque etiam bona immobilia jure mancipii poſſidere* poſſent. Addit, ſervitutis ejusmodi originem ex victoriis Francorum contra Alemannos deſcendere, qui ex dedititiis Servos fecerunt, eosque militibus ſuis, quos in Caſtris & turribus poſuerunt (nunc den Adel oder Ritterſchafft vocitamus) Monaſteriis aſſignârunt, & tum ferè *Fiſcalini* dicebantur. Hæc ille.

Liberorum hominum vel Barſcalcorum. Quinam fuerint Barſcalci, diſcimus ex inſtrumento, ſub N. 481. adducendo. Ibi ſequentia legimus. *Iſti ſunt liberi homines, qui dicuntur Parſcalci, qui ...... eccleſiaſticam acceperunt terram, de ipſa terra condixerunt facere ſer-*

Digitized by Google

vitinm .... dies tres tribus temporibus in anno erant , *& ſecant tres dies &c.* Vide infra ipſum Autographi exemplum. In alio Inſtrumento, in Actis Egilberti Epiſcopi §. IV. adducto, *Parſcalbeshoba*, idem eſt, ac *Houba cenſualis* : quæ ſcilicet cenſum annuum Dominö directo ſeu proprietario pendit: uti hodie eſt uſitatiſſimum.

NUM. CXXI.

Quomodo Atto Epiſcopus interpellavit Adalbertum, & Zachonem.

BRevem commemoratorium de cauſa Sanctæ Mariæ ſemper Virginis, & beati Corbiniani Confeſſoris Chriſti domo epiſcopali, qui dicitur Frigiſinga, quomodo Atto Epiſcopus interpellavit Adalbertum Abbatem, & Zachonem vicarium ejus pro cauſa Sanctæ Mariæ, quæ abſtracta injuſto ordine fuit, partibus illorum protulit prædictus Epiſcopus ſententiam ſuam coram Epiſcopis, & Abbatibus, quorum nomina hîc ſcripta continentur; erant enim Congregati ad eccleſiam beati Emmerami Martyris Chriſti, quæ eſt ſita prope civitatem, qui vulgo nominatur Reganespurc. Hæc ſunt nomina virorum religioſorum, & prudentium. Inprimis Altheus Epiſcopus, Walterich Epiſcopus, Arn Epiſcopus, Itheri Abbas, Ato Diaconus, ſive Abbas, Hunrih Abbas, Urolf Abbas, Reginperht Abbas, item Reginperht Capellanus Presbyter, Wolfheri Capellanus Presbyter, Petto Abbas, Cunzi Presbyter, coram iſtis omnibus ſpoponderunt prædicti Abbates Adalperht, & Zacco omnia ſe reddituros ad domum beatæ Mariæ, quicquid exinde injuſto ordine abſtractum habuerunt, & per Wadium illorum utrique manibus ſuis, quaſi coacti in manu Epiſcopi Attonis dederunt, dicentes, ſe reddituros ex integro juſtitia ſecundùm rectum judicium faciendam, ſed nihil profuit de his omnibus; unde Wadium dederunt nec quicquam de juſtitia noſtra ad illos invenire potuimus. Cùm non poſt multum temporis contigit enim, ut Meginhart Abbas ipſius domui vivente Zaccone regimen accepit, deinde venerandus vir Atto Epiſcopus, & Maginhardus Abbas pro hoc condixerunt publicum placitum fieri, & qualiter adunata eſt cohors, & ſtipata caterva in loco, qui dicitur Tegarinſeo ad translationem Corporis Sancti Martyris Chriſti Quirini hic intelligitur. Ipſo die reſedentibus viris inluſtriſſimis Arnonem ArchiEpiſcopum, Attonem Epiſcopum, Oadalhardum Epiſcopum, Hiltigero vocato Epiſcopo, Maginhardo Abbate, Cundhario Abbate, Ellannodo Archipresbytero, Perhtrato Presbytero, & Cappellano Domni Imperatoris, Oadalfrido Presbytero, Zacchoni Monacho, qui quondam Abbas, Riheri presbytero & M̄. Iſaac Presbytero & M̄. Lantolt M̄. Eparhart M̄. Arn M̄. & omnis Congregatio ipſius Monaſterii, inſuper Droant Com̄. Pippinus Com̄. Cundhart Com̄. Reginhart Cen̄t. Domni Imperatoris, Maginhart, Amalrih Swarzolf, Hitto, Amo, & alii plurimi. Facta eſt ibi inquiſitio, & ventilata cauſa inter Attonem Epiſcopum, & Maginhardum Abbatem ex ipſo Monaſterio jam dicto, Atto Epiſcopus requirens Eccleſias baptiſmales ad ſuum Epiſcopatum legitimè pertinentes, id fuerunt: ad Aſcvvendingas, & ad Hartbeningas, ad Egilingas, Worm, Goiollinga, Tanchiricha, Zezinhuſir Holzhuſir Hrodungeschiricha, Phunzina, Helphindorf, ad Funſinga, ad Pohloh, & decimam de Eccleſia ad Feldkirc, & Eccleſiam ad Holzhuſun de traditione quondam noviliſſimi viri nomine d̄d, & illam parrochiam ad Tankirc, & altaria duo conſecrata, & ad Teorhage, eò quòd injuſtè abſtracte eſſent de ipſum epiſcopatum, & conlocate in illorum monaſterio multo jam tempore. Tunc ipſe Maginhardus Abba juxta auditum, & dicta multorum hominum, qui illud adſerebant, retinere temptabat in multitudine hominum traditionum ad ipſius Monaſterii facta. Tunc Arn Pontifex taliter adſerens ajebat: Si iſtas Eccleſias & omnia, quicquid à te repetit Domnus Atto Epiſcopus, habere

habere vis, veniat Advocatus tuus in præſente, & faciat inde legem, & conquiratur ad ipſa caſa Dei quicquid legitimè ſecundum ordinem conquiri poteſt, ſin autem, reddatur, qua legitimè poſſidere non queas. Poſt hoc dictum venerunt iterum ipſi inter ſe, & placitaverunt, qualiter illos ad concordiam pacis revocare potuiſſent, quod ita & fecerunt. Tunc Maginhard Abba reddidit ipſas Eccleſias, & decima, & dua altaria in ipſo loco reſtituenda, quæ injuſtè abſtractæ fuerunt coram iſtis præſentibus Attonem Epiſcopum per manus Arnonem Pontificem, & Ellannod Archipresbyterum, ea ſcilicet ratione, ut ſi valuiſſet inveſtigare per veraces teſtes, quod plus legitimè ad ipſum ſuum monaſterium ob traditionem nobilium hominum pertinere deberent, quam ad ipſum epiſcopatum, ut hoc cum licentiam, & gratiam ipſius Epiſcopi requirere liceret, quæ ſecundùm Canonicam inſtitutionem fieri potuiſſet. Poſt ea verò Arn Pontifex ſupplicavit Attonem Epiſcopum, ut ipſas Eccleſias per preſtitum beneficii reddidiſſet hoc Maginhardum Abbatem, excepto illa decima tali ordine, ut ipſa decima ad ipſas Eccleſias tali tenore accipiat, ſicut ſolitus eſt accipere ipſe Epiſcopus ad ſuos parrochianos presbyteros, quod ita & factum eſt. Eccleſiam verò ad Tankirc, & altaria ſupra ſcripta ipſe Epiſcopus ad ſuum Epiſcopatum retineat cum omni decima ſua, & ita ſtatuerunt inter ſe, atque definierunt, ut ſi ampliùs nullam calumniam inde generaret ipſe Abbas partibus ipſum Pontificem eaſdem Eccleſias legitimè uſitare deberetur, excepto ſicut diximus illa decima legitima, ſicut ſuperiùs intimavimus. Si verò pro ea ullam calumniam præſumeret generare ipſe Abbas, & ſui, & rebelles fieri, atque lites excitare ſuperbiendo contra ipſum Pontificem, vel contra canonicam inſtitutionem, vel ipſam convenientiam irritam fieri poteſtatem, habeat ipſe Epiſcopus ipſas Eccleſias ſupra memoratas ad ſuam revocare epiſcopalem Sedem. Actum Tegarinſeo Monaſterio publico XVI. Kalendas Julii anno quarto imperii Domini noſtri Karoli Sereniſſimi Auguſti indictione XII. in Dei nomine feliciter amen.

Berhtharius Notarius hanc notitiam ſubſcripſit.

NUM. CXXII.

Quomodo Engilhardus, & Hrocholfus interpellaverunt Wagonem Clericum.

DUm reſediſſent ad Otingas fiſco dominico miſſi Domini noſtri Karoli Magni Imperatoris Arn ArchiEpiſcopus, & Adalvvinus Epiſcopus, & Audulfus, & Werinharius, & Cotefretus Comites ad mandatum Domni Imperatoris audiendum, ſicut ipſe præcepit Imperator, ibíque in præſentia ſurrexerunt duo viri propinqui, nomine Engilhardus, & Hroccolfus interpellaverunt Wagonem quondam Clericum, dicentes, quòd eorum hereditatem, quæ ad eos legibus pervenire debuiſſet, injuſtè in ſua poteſtate retineret. Sed ipſe Wago Clericus, & Helmoinus ſuus Advocatus in præſente adſtabant, & hac cauſa fortiter defendebant, dicebant enim, quòd hæc hereditas, quam Wago Clericus in beneficium Sanctæ Mariæ, & Sancti Corbiniani tenebat, quòd legibus ad Engilhardum Hrocolfum pervenire non deberet, quia pater Wagoni nomine Toto portionem ſuam, & portionem Uxori ſuæ nomine Oſpuruch, & portionem filiis ſuis Scroot, & Wagoni ad Sanctam Mariam, & ad Sanctum Corbinianum poteſtivo manu nemini contradicente tradidit, atque ea ibi in perpetuum confirmavit, unde & cartas traditionis ejus in præſente attulerunt, & teſtes veraces in eas ſcriptas oſtenderunt, quòd ita verum eſſet, & ad Engilhardum, & Hrocholfum nihil de ac hereditate pervenire debuiſſet. Propterea ipſi miſſi Domni Imperatoris Arn, & Otulfus, necnon & ceteri Epiſcopi, Abbates,

Comites, atque judices, quorum nomina ſubter tenentur inſerta, invenerunt, & dijudicaverunt, quòd hæc hereditas, quam ipſi duo queſierunt, quòd ad eos per legem nihil pervenire potuiſſet, ſed ut pleniter permanſiſſet ad Sanctam Mariam, & ad Sanctum Corbinianum, ſicut Toto eam ibi confirmavit, & ſicut temporibus Taſſiloni Ducis fecit, ita & nunc, & in perpetuum firma permaneat. Et ſpoponderunt ſe Engilhardus, & Hrocholfus, quòd hanc hereditatem ampliùs querere non debuiſſent, nec umquam hoc movere præſumerent, nec Wagonem Clericum ampliùs inquietare. Et dederunt Wadium confirmationis, & fidejuſſor inde eſt Kupalhardus Judex, & pacificaverunt eos, & hæc hereditas evindicata eſt à Wagone Clerico, & ad Helmoinum Advocatum ejus. Actum ad Otingas fiſco publico XVIII. Kalendas Januarii, anno VI. Imperii Domni noſtri Karoli Magni Imperatoris, & hæc nomina teſtium, qui præſentes fuerunt, & hanc cauſam audientes dijudicaverunt. Arn Archiepiſcopus, Adalwinus Epiſcopus, Einrih Epiſcopus, Hato Epiſcopus, Urolf Abbas, Meginhart Abbas, Hepfilo Abbas, Sigimot, Otolf Comis, Werinheri Comis, Cotefrid Comis, Adalperht Comis, Rihheri Comis, Walto Comis, Amalrich Comis, Engilhard Comis, Randolf Comis, Drudmunt Comis. Kupalhart Judex, Ellanperht Judex, Helmuni, Wenilo, Ernuſt, Johan, Reginperht, Engilſcalch, Cundalperht, Chuniperht, Cundpald, Oadalger, Peradeo, Engilperht, Alprich, Hroadperht, Liutprand, Cundheri, Ratolt, Haholt, Starcholf, Hunperht, & multi alii quàm plures. Ego Egipald Levita, & Notarius juſſus ab Arnone ArchiEpiſcopo hanc cartulam evindicationis ſcripſi, & ſubſcripſi.

NUM. CXXIII.

Notitia Attoni Epiſcopi, & Alprat.

NOtitia qualiter Domnus Atto Epiſcopus contendebat cum quondam homine nomine Alprat de territorio, quod jam olim Richhart tradidit ad Sanctum Pancratium in loco, qui dicitur Steinhard, & vincebat eum cum carta, atque veraces teſtibus, ita ut legitimè reddidit, quicquid in eodem loco ante contradixit in præſentia iſtorum ſubter ſcriptorum, hæc ſunt Ellanperht Judex, Wolfperht Judex, Einhart, Rumolt, Cunzo, Meginhart, Kaganhart, Sachſo, ipſi quoque eadem rei & teſtes exſtiterunt. Hoc autem factum eſt in XII. Kalendas Martias anno VI⁰ imperii glorioſiſſimi Karoli Imperatoris.

NUM. CXXIV.

Contentio Attonis cum Rumoldo, & Fratribus ejus.

REſedente verò Arnone ArchiEpiſcopo, & Orendil, & Amalrih Comitibus ad Karoz ad cauſas diverſas examinandas, ibique venerunt filii Wolfperhti his nominibus, Rumolt, & Hidolf, & Deotpald, & Ekkiperht interpellaverunt Advocatum Attonem Epiſcopum nomine Liutprant. Dixerunt enim, quòd Atto Epiſcopus eorum hereditatem injuſtè haberet per preſſam in loco, qui dicitur Hatile. Ipſe verò Advocatus Attoni hoc firmiter, & pleniter denegavit, non eorum hereditatem eſſe, ſed hereditas Sanctæ Mariæ, quam ab Anteceſſoribus ſuis ibi traditam fuiſſe jam priſcis temporibus. Quod & hoc inventum eſt ita eſſe per alios veraciſſimos viros. Tunc ipſi fratres filii Wolfperhti conplacitaverunt in eodem placito, quòd de hac cauſa minimè ampliùs ulli hominum umquam movere deberent, & dederunt inde teſtes per aurem tractos, quorum nomina ſubter tenentur inſerta. Et propter hanc convenientiam, ut ampliùs

Digitized by Google

ampliùs hoc non moverent, dedit eis Wadium Advocatus Attoni Epiſcopi pro Solidos XXX. in ea ratione, ut hæc cauſa in antea firmiter permaneret, ſicut hîc in præſenti placito definitum fuit, ut ampliùs nemini inquietare deberent, de quidquid ad Attulla pertinere videtur, quod & ipſi conſenſerunt, & confirmaverunt in poſtmodum firmiter permanere. Actum ad Caroz Monaſterium XVII. Kalendas Auguſti indictione XIII. anno VII. imperii Domni noſtri Karoli Magni Imperatoris. Et hæc nomina teſtium per aurem tracti in conſpectu Arnonis, & Oadalhardi Epiſcopis, & in conſpectu Amalricis, & Orendil Comitibus, & ceteris judicibus Rihpald, Iſi, Hrodmunt, Iſunc, Tato, Drudolt, Mezzi. Egipald notarius ſcripſit.

NUM. CXXV.

Contentio Otlant, & Einharti.

Reſedente verò Arnoni ArchiEpiſcopo, & Giſalhardo, & Ellanperto Judicibus in locum, qui dicitur Feringa ad cauſas diverſas audiendas, & eas recto judicio finiendas, ibíque exſurgens Advocatus Attonis Epiſcopi nomine Ainhart interpellabat quendam hominem nomine Oadallant de una Eccleſia, & caſa ad ipſa pertinente, quòd injuſtè abſtuliſſet, qui & ipſe in præſente adſtabat, & contradicebat, non ita feciſſe, tunc juraverunt iſti Sacramentum, quòd inde veritatem dicere deberent, hoc eſt Albrich, Heriperht, Sinderht, Heripato, Reginhart, Regino, Hrocholf. Poſt Sacramentum dixerunt, quod ipſa Eccleſia haberet injuſtè per priſem, & per legem reddere deberet, & reddidit eam per Wadium ſuum, & fide juſſorem Hagunonem dedit, & evindicavit eam ipſe Advocatus. Actum ad Feringas III. Kalendas Majas indictione XV. anno VII. imperii domni noſtri Karoli Magni Imperatoris. Et hi teſtes, qui præſentes fuerunt, & hanc cauſam dijudicaverunt. Arn ArchiEpiſcopus, Kyſalhart Judex, Ellanperht, Luitpald Com̃. Heriperht Com̃. Orendil Com̃. Hroccholf, Reginhart, Meginhart, Anno, Rihpald, & alii quàm plures nobiles Viri.

NOTÆ.

Per priſem. neſcio, an hoc vocabulum, nobis incognitum, ſit bene ſcriptum, an bene lectum? Interpretationem aliis committimus; qui fortè per *priſem* intelligent vim. Seu vi aut clàm factum ſpolium.

Per Wadium ſuum & fidejuſſorem. Wadius & fidejuſſor idem ſignificant. *Vadium* enim idem eſt ac pignus: *vadiare* idem ac ſpondere. Vide Gloſſarium Freheri *Tom. 1.* de Rerum Germanicarum Scriptoribus, noviſſimæ editionis Argentoratenſis.

NUM. CXXVI.

Pro Eccleſia, qui dicitur Forahheida.

NOtitia qualiter Irminheri ſeu alii Socii ejus quàm plurimi, qui in hoc contentione conjuncti fuerant contra Attonem Epiſcopum pro Eccleſia, quæ ſita eſt in loco nuncupante Forcheida victi, atque legitimè ſuperati reddiderunt in manus Attonis Epiſcopi ipſam Eccleſiam, ſeu quicquid ad illam legibus pertinere videbatur, & ſtatuerunt, ut nulla contentio amplius ex hoc orta aliquando ex ipſis fuiſſet. Inprimis ipſi teſtes extiterunt, qui ante contradixerunt, hoc eſt, Irminheri, Hrodlant, Deotmar, Regino. Deníque alii teſtes adducti ſunt, qui hoc audierunt & viderunt, hoc eſt Reginhart, Nipulunc, Kaganhart, Oadalker, Hitto. Ego quidem Tagabertus hanc cartulam ſcripſi juſſione Attonis Epiſcopi.

NOTA.

Forahheida. An Farchant, Comitatûs Werdenfelſenſis?

NUM.

NUM. CXXVII.

Convenientia Attonis cum Viris, qui vocantur Mohingara.

DUm non eſt incognitum, qualiter contigit erga Eccleſiam Sancti Martini in loco nuncupante Piparpach, ubi Ellannod Archipresbyter prominebat, quomodo voluerunt eadem Eccleſiam abſtrahere de poteſtate epiſcopali, qui eam hereditaverunt, & ad propriam hereditatem illam querebant, & per hoc contendebant cum Epiſcopo Attone, & cum ſupra commemorato Ellannodo Archipresbytero, ut jus eccleſiaſtica in eorum poteſtate fuiſſet, & inquirere temptaverunt, & cum juſtitia obtinere non potuerunt. Tunc intellegentes, quod injuſtè altercabant venerunt ad domum epiſcopalem nominata Frigiſienſe ante Virum Venerabilem Attonem Epiſcopum, & Ellanpertum Judicem, & Luitpaldum Comitem, & per Wadium in manus ejus reddebant ſupradictam Eccleſiam in poteſtatem Attoni Epiſcopi, regendi, diſponendi ſicut in aliis Eccleſiis epiſcopalem habet poteſtatem. Tunc Venerabilis pater Atto Epiſcopus in beneficium Sanctæ Mariæ poſuit Rihperhtum in ſupra jam dictam Eccleſiam, ut ei deſerviret ſicut aliis Clericis in Canone juſſum eſt. Iſti ſunt, qui viderunt & audierunt, Luitfrid presbyter, Ellannod Archipresbyter, Helmuni, Luitpald Com. Ellanperht Judex, Heriperht, Heimperht, Anno, Siculi, Hrocholf, Welant, Pern, Putilo, Adalhart, Toato, Jacob, Hiltprant, Wiſurich, Eparhart, Tuowart, Siguwin, Madalker, Reginvvart, Chuniperht, Erchanperht, Hroadolt.

NUM. CXXVIII.

Contentio Managolti, & aliorum.

NOtitia qualiter Managolt Presbyter, & Hantuni Laicus contenderunt contra Attonem Epiſcopum pro hereditate, quod jam olim traditum fuerat ad domum Sanctæ Mariæ ad Frigiſinga; denique autem victi, atque legitimè ſuperati reddiderunt in manus Attonis Epiſcopi, & ſtatuerunt, ut nulla contradictio aliquando ex hoc orta fuiſſet, hoc eſt, ad Zezinhuſun. Hæc ſunt teſtes: inprimis Adalunc Presbyter, Ernuſt, Hunolt, Tuato, Meginolt, Iſanperht. Ego Tagabertus ſcripſi juſſione Attonis Epiſcopi.

NUM. CXXIX.

De Eccleſia Awicozeshuſir.

IN Dei nomine de concilio notitia pro illa Eccleſia Sancti Martini in loco nuncupante Avvigozeshuſir, quia Hiltiport, & Egilolf voluerunt ſine ratione ipſam Eccleſiam in illorum redigere dominium, abjectis coheredibus eorum, & coheredes eorum fuerunt in ipſa Eccleſia Ejo Presbyter, & ſuus frater Iſangrim, & ſuus frater Erchanperht atque omnes coheredes contentionem inter ſe pro ipſam Eccleſiam habuerunt, & tunc congregati fuerunt Hoſi, & fecerunt concilium inter illos, & non potuerunt ſe pro ipſam Eccleſiam coadunare, vel reconciliari, & dicebant Ejoni Presbytero Oadalker, & Reginhart, vel Nibilunc, ut veniret ad ſuum Epiſcopum, & nuntiaret illi, & ipſe ſic fecit, & ille Domnus Epiſcopus miſit illum cum ſuis coheredibus ad miſſis dominicis in locum, quæ dicitur Lorahha in monte nuncupante Wartperc, ibi fuit Arn Epiſcopus,

Kerol-

Keroldus, Meginfridus, Wolfvvolt, & Rimicoz Judex, & ibidem in præſentiam venerunt Ejo Presbyter cum ſuis coheredibus, quorum nomina Iſangrim, Erchanperht, Cunzo cum filiis ſuis, ſeu alii multi, qui in hoc contentione partibus Ejoni Presbyteri conſiſtere videbantur. Fuit hæc contentio tribus diebus in præſentia ſupra dictorum miſſorum dominicorum, tertio quoque die jam jam dicti Egilolf, & Hiltiport legitimè convicti reddiderunt ipſam Eccleſiam in manus Ejoni Presbyteri, & ſuorum coheredum evindicantium cum eo ipſam Eccleſiam duas partes pertinentes in omnibus rebus ipſius Eccleſiæ, & alii conmarcani de alia parte ſimiliter fecerunt, & cum concordia inter ſe hoc confirmaverunt. Hoc factum eſt die conſule XII. Kalendas Octobris, & hæc teſtes ſunt, qui hoc ad Loraha viderunt in præſentia cunctorum ibidem congregatorum: Oadalker, Reginhart, Nibulunc, Hrocholf, Tagaperht, Hramperht, Iſangrim, Pernolf, Aliperht, Avo, Telo, Ampho, Immino, Tuto, Alphoh, Reginperht, Helmperht. Sigimot. Hoc actum eſt ad Eniſa in jam dicto loco Roracha. Tunc enim inde redierunt ad propria, & perfecerunt omnia, ſicut legitimè debuerunt, eo modo, ut die condicto convenerunt omnes ad ipſam Eccleſiam, ipſíque Egilolf, & Hiltiport ad prehenſum pallium Altaris, & reddiderunt duas partes rebus ipſius Eccleſiæ cum altare ad tertiam partem ipſius Eccleſiæ Ejonem ad Presbyterum receperunt. Hoc per actum teſtes adhibuerunt, quorum nomina hæc ſunt: Iſancrim, Erchanperht, Cunzo cum filiis ſuis, Oadalker, & alii multi. Hoc Actum eſt cum conſenſu Attonis Epiſcopi, & omnium, qui partem aliquam in eadem Eccleſia habere videbantur.

NUM. CXXX.

Secunda Traditio Selprihi ad Hittinhuſir.

NOtitia de iterata convenientia, qua contradicebat Selprih contra legem territorium, atque ſilvam in loco, qui dicitur Hittinhuſir accepta pecunia, & tradidit cuncta ex integro ad Eccleſiam beatæ Mariæ Virginis in locum Frigiſinga in manus Epiſcopi Attonis cultis, atque incultis, campis, pratis, ſilvis, aquarúmque decurſibus ſtipulatione interpoſita. Actum in Caſtro Frigiſinga III. Idus decembris regnante Domno Karolo Magno Rege anno XXXI. hæc nomina teſtium: Hamadeo Com̃ teſt. Engilperht Scul. teſt. Wetti Teſt. Sindeo Teſt. Cundheri Teſtes. Scripſi ego Tagabertus Diaconus juſſus à Domno Epiſcopo.

NUM. CXXXI.

Traditio Adalfridi Presbyteri.

IN Dei nomine. Notum eſt cunctis in domo Sanctæ Mariæ manentibus, qualiter Adalfrid Presbyter renovavit ſuam traditionem, quam jam olim ad domum Sanctæ Mariæ habuit factam, nunc verò ſenectute adpropinquante, ipſéque Adalfrid veniens ad Attonem Epiſcopum in loco nuncupato Iſana, ibíque acceſſit, & tradidit omnia in manus Attonis Epiſcopi, quicquid legibus de propria hereditate, vel adquiſitione habere videbatur in loco, quæ jam dudum vocatur Poachloh eo modo, ut poſt obitum illius pro redemptione animæ ſuæ, ſimúlque & fratris ejus nomine Regindeo in perpetuum ad domum Sanctæ Mariæ ſine ulla contradictione permanſiſſet. Actum eſt hæc in jam dicto loco Iſana in præſentia Attonis Epiſcopi, & familiæ illius, quorum nomina hæc ſunt: Pern Presbyter & Monachus, Johannes Presbyter, Francho Presbyter, Sundarheri Diaconus, Sundhart Diaconus, Hitto Diaconus, Rupo Diaconus, Heimperht Diaco-

Digitized by Google

Diaconus, ſeu alii multi Clerici vel Laici, qui ad teſtimonium ibidem convocati fuerunt. Quorum nomina Kaganhart, Adalhart, Luitprant, Rihpald, Ermperht, Einhart, Wolſpero, Ekkihart, Andreas. Actum eſt hæc die conſule, quod facit VIII. Kalendas Aprilis anno XXXVI. & III. regnante & imperante Karolo Magno Auſto indictione X. ego Tagabertus ſcripſi juſſione Attonis Epiſcopi.

NOTA.

Vides. Pernonem, qui hactenùs nonniſi Clericus, Diaconus, & Presbyter audiebat, tandem etiam appellari Monachum. Idem etiam ſuô locô occurret in Tagaberto, hujus Inſtrumenti Scriptore.

NUM. CXXXII.

Traditio Wolfharii ad Hage.

IN Dei nomine. Ego itaque Wolfheri tradidi propriam hereditatem meam in loco nuncupante ad Hage, hoc eſt curtem cum domo cum aliis edificiis intus & foris, ſeu quicquid de propria hereditate ibidem habui totum ex integro tradidi ad domum Sanctæ Mariæ ſemper Virginis, ſeu etiam beati Petri Apoſtolorum Principis in loco, qui dicitur Zollinga excepto mancipia II. aliud quoque ut dixi ex integro tradidi in manus Attonis Epiſcopi, ſeu etiam in manus Wagoni Clerici, qui tunc Eccleſiæ ſupra dictæ Zollinga præeſſe videretur. Ea verò ratione, ut ipſas res mihi utere liceat, ſeu habere usquedum vivam, & ut mihi miniſtret & adjuvet ad vitam meam amica mea nomine Ellinſvvind & procuret in omnibus. Poſt obitum verò meum ſine ulla contradictione ad ſupra dictum domum Sanctæ Mariæ firmiter in perpetuum permaneat. Actum eſt hæc in XIII. Kalendas Auguſti anno glorioſiſſimi Imperatoris Karoli Auguſti IIII. indictione VIIII. hæc ſunt teſtes: inprimis Wago Clericus, Sindeo Laicus, Einhart, Kaganhart, Wichart, Wigant, Alprich, Otlant, Mahperht, Immino, Irminfrid, Engilhart, Toto, Cauzo, Hruodprant, Khadal, Reginperht, Kerperht, Cundheri, Pernolf, Menimo, Anulo, Rihpald, Tento. Ego quidem Tagabertus indignus Diaconus hanc cartulam ſcripſi juſſione Attonis Epiſcopi.

NUM. CXXXIII.

Cundhoh Presbyteri de Capalpahc tradidit.

DE traditione, quam fecit Cundhoh Presbyter in loco, qui dicitur Kapalpach, tradidit ad domum Sanctæ Mariæ ſemper Virginis, ſeu Corbiniani Confeſſoris Chriſti ad Frigiſingas, quicquid in eodem loco legitimè poſſidebat, tam de hereditate, quàm de adquiſitione, & ſtatuit, ut firmiter, atque ſine ulla contradictione ibidem usque in perpetuum permaneret. hæc autem ſunt teſtes: Inprimis Johan Presbyter, Coteſcalkch Presbyter, Meginperht Presbyter, Altman Diaconus, Ernberht, Oadalhoh, Waldperht, Simon, Ratolt, Wituchi. Actum eſt hæc II. Nonas octobris, anno regni Domini noſtri Sereniſſimi Karoli Imperatoris quarto indictione XII. Ego quidem Tagapertus ſcripſi hanc traditionis cartulam, juſſus ex ore Attoni Epiſcopi.

NUM. CXXXIV.

Mezzi de Undeoinga traditio ad Frigiſinga.

DE traditione, quam fecit Mezzi in loco, qui dicitur Undeoingas, tradidit, quicquid ibidem habuit ad domum Sanctæ Mariæ ſemper Virginis, ſeu Sancti Corbiniani Confeſſoris Chriſti ad Frigiſingas, & ſtatuit, ut firmi-

Digitized by Google

firmiter, & ſine ulla Contradictione ibidem permaneat usque in perpetuum. hoc autem ſunt teſtes: inprimis Erchanfrid, Hemmi, Cozpald, Altiperht, Irminhart, Putilo. Actum eſt hæc in Idibus Octobris, Indictione XIII. anno regni Domni noſtri Karoli Imperatoris quarto. Ego itaque Tagabertus hanc cartulam ſcripſi, juſſus ex ore Attoni Epiſcopi.

NUM. CXXXV.

Traditio Annoni de Cella.

NOtum ſit cunctis fidelibus, quòd quidam homo Anno nomine tradidit ad Sanctam Mariam in loco Frigiſinga propriæ hereditatis ſuæ partem ſilvæ in loco, qui dicitur ad Cella XXIIII. perticas habentes legitimam menſuram. hæc autem ſunt teſtes: inprimis Einhart, Sindeo, Toato, Wiholf, Reginpald, Hartperht. hoc autem factum eſt in baſilica beatæ Mariæ ad Frigiſingas in præſentia Domni Attonis Epiſcopi, ſeu omnis familiæ ipſius, quorum nomina Helmuni, Williperht Diaconus, Horskeo Presbyter, Altman Diaconus, Pazzuni Diaconus, ſeu alii multi. Actum eſt hæc ſub die Conſule, quòd facit Kalend. Octob. anno Domni Karoli quarto.

NOTÆ.

Cella. Cell in Alpibus, de quo loco redibit mentio, cùm ad primam Schyrenſis Monaſterii fundationem devenerimus.

Perticas XXIV. Pertica eſt ſpecies menſuræ.

NUM. CXXXVI.

Iſanperht de Niwivara traditio.

IN Dei nomine. Ego itaque Iſanperht cogitante vel tractante de anima mea, ſeu de vita futura, ut in quantitate apud pio Domino veniam merear accipere. Denique tradidi territorium poſſeſſionis meæ in loco nuncupante Niwivaræ ad domum Sanctæ Mariæ ſemper Virginis, ſeu Sancti Corbiniani Confeſſoris Chriſti ad Frigiſingas, hoc eſt Jurnales XXX, & XX. perticas in latum de pratis, & mancipia II. & ſtatui, ut firmiter, atque indubitanter ad ſupra dictum locum permaneat. hoc autem factum eſt in XVI. Kalendas Julii in præſentia Domni Attoni Epiſcopi, in baſilica beatiſſime Mariæ ad Frigiſingas. hæc ſunt teſtes, in quorum præſentia hoc factum eſt. inprimis Memmo, Wichart, Nenzilo, Amalperht, Erlunc, Reginperht, Cozmar. Actum eſt hoc anno regni glorioſiſſimi Imperatoris Karoli quarto Indictione XII. Ego quidem Tagaperhtus indignus Sub Diaconus hanc cartulam traditionis ſcripſi.

NOTÆ.

Niwivara. Neufarn, Friſingam inter & Monachium.

Jurnales triginta. intellige jugera.

NUM. CXXXVII.

Traditio Starcholſi, & Hiltolſi filii ejus.

EGo in Dei nomine Starcholfus, & filius meus Hiltolfus cogitantes de Dei miſericordia, & futuri judicii pœnas timentes, ut nobis Deus à criminibus noſtris mundaret, tradidimus ad Eccleſiam Sanctæ Dei genetricis Mariæ, quæ eſt conſtructa in loco Frigiſinga, quicquid viſi fuerimus poſſidere in loco nuncupato Holzhuſir, ubi ſita eſt Remigii baſilica, id eſt, domus, man-

Digitized by Google

mancipia, ædificia, terras, ſilvas, prata, paſcua, aquas, aquarúmque decurſos, vel quiquid ibidem viſi fuimus habere, totum, & ad integrum rem inquiſitam tam mobilem, quàm inmobilem poſt deceſſum noſtrum, ut ſit firmiter ad prædictum domum Dei, & ſtabile, & quicquid exinde facere voluerit ſupra dicta domus Dei liberam, & firmiſſimam in omnibus habeat poteſtatem. Si quis verò, quod nec fieri credo, ſi ego ipſe, aut poſt meum deceſſum ullus de heredibus meis contra hanc traditionem conatus fuerit venire, iram Dei incurrat, & inſuper ad fiſcum coactus tres untias auri exſolvat, & quod repetit evindicare non valeat ſtipulatione ſubnixa. Actum in loco, qui vocatur Steinchircha in Idibus Februarii anno XXXVI. regnante Karolo glorioſiſſimo Rege Francorum, & imperii ejus anno IIII. his videntibus, & ſubter firmantibus, quorum hæc ſunt nomina: Signum manûs Starcholfi, & filii ejus Hiltolf, qui hanc traditionem facere rogaverunt, manus Cundharti Comitis, manûs Signum Wolſperhti Judicis, manûs Signum Ekinolf, manûs Signum Luitpato, manûs Signum Hrodheri, manûs Signum Williperhti, manûs Signum Kaganhart, manûs Signum Heripald, manûs Signum Cundachar, manûs Signum Richolt, manûs Signum Regino, manûs Signum Hroadhoh. Ego Heimo Notarius ſcripſi.

NUM. CXXXVIII.

Traditio Folchmar Rathelmesdorf.

PRudente conſilio bajulat, qui pro animæ ſuæ remedium cogitat, ille Dominum retributorem exinde habere confidat, & de Dei miſericordia non dubitet. Idcirco ego enim in Dei nomine Folchmar hereditatem meam, quod habui in loco nuncupata Rathelmesdorf tradidi ad domo Sanctæ Mariæ in loco nominata Frigiſienſe, ubi Sanctus Corbinianus requieſcit in corpore, & quicquid in jam dicto loco habui cum mancipiis, campis, ſilvis, pratis, cultis, & incultis totum ex integro poſt obitum meum & filiæ meæ Amalpirc firmiter, ac ſtabiliter ad ſupra dicta baſilica Sanctæ Mariæ permaneat. Si quis verò contra hanc traditionem inire conaverit, ſi ego ipſe, aut aliquis de heredibus meis, vel ulla oppoſita Perſona, inprimis iram Dei incurrat, & duplum ad ipſa caſa Dei reſtituet, & quod repetit evindicare non valeat, & hæc traditio nihilominus firma permaneat ſtipulatione ſubnexa. facta eſt autem hæc traditio IIII. Nonas Decembres, & hæc ſunt teſtes per manus Ellanodi Archipresbyteri, Waltilo presbyter T̄. Rupo Diaconus T̄. Rihker Clericus Teſ. Kaganhart T̄. Crimheri T̄. Hungis, Alpuni T̄. Cundpald T̄. Sigo T̄. Ellanhart T̄. Meginhelm T̄. Hiltiprant Teſ. Actum in loco publico nuncupata Tuolpach, regnante Domno noſtro Karolo Auguſto anno IIII. Indictione XI. Ego Emicho indignus Clericus juſſus à Domno Ellannodo Archipresbytero ſcripſi & ſubſcripſi.

NOTA.

Tuolpach. Tulbach, Moſpurgenſis Jurisdictionis.

NUM. CXXXIX.

Traditio Erchanberi Presbyteri, & Heriwini Presbyteri.

DE traditione, quam fecerunt Erchanheri Presbyter, & Heriwini Presbyter tradiderunt propriam hereditatem illorum ad Sanctam Mariam, ſeu ad Sanctum Corbinianum Confeſſorem Chriſti ad Frigiſinga, hæc ſunt

loca

loca nuncupata Alahmuntinga, & hludinhuſir, quicquid ibidem in his duobus locis habere videbantur totum ex integro tradiderunt, atque cum legitimis teſtibus confirmaverunt, ea ratione, ut eos liceat utere, usquedum vivunt, poſt obitum verò illorum firmiter, atque ſine ulla contradictione ad ſupra dictum locum nomine Frigiſingas permaneat. hæc autem teſtes, inprimis Kaganhart, Meginhart, Toato, Nothart, Hrocholf, Ekkihart, Tiſo. hoc factum eſt in loco ſupradicto Frigiſinga, in præſentia Domni Attoni Epiſcopi ſeu cuncto Clero in puplico Synodo Congregato die conſule, quod facit XVI. Kalendas Octobris indictione XI. anno regni Domni Imperatoris Karoli Auguſti quarto. Scripſi ego Tagabertus indignus Sub-Diaconus juſſus ex ore Attoni Epiſcopi.

NOTÆ.

Alahmuntinga. Fortè locus in Suevia.
Hludihuſir. Ludehauſen, Landſpergenſis Præfecturæ.

NUM. CXL.

Meginharti Traditio Winimunteshuſir.

DE traditione, quam fecit Meginhart in loco, qui dicitur Winimunteshuſir, tradidit, quicquid in eodem loco habuit, tam de proprio, quam de adquiſito ad domum Sanctæ Mariæ Virginis, ſeu Sancti Corbiniani Confeſſoris Chriſti ad Frigiſingas, & ſtatui, & cum legitimis teſtibus confirmavi, ut ibidem perpetualiter permaneat usque in ſempiternum. hæc autem ſunt teſtes: inprimis Ellannod Archipresbyter, Engilperht, Kaganhart, Sindeo, Deotperht, Waldperht, Wolfhart, Mahalcoz, Alawich, Toavvart. hoc factum eſt in VII. Kalendas Junias indictione XIII. anno regni noſtri Domni Karoli Imperatoris quinto. Ego itaque Tagabertus hanc cartulam ſcripſi juſſus ex ore Attoni Epiſcopi.

NOTA.

Winimunteshuſir. Widnzhauſen in Territorio Dachavienſi.

NUM. CXLI.

Traditio Erchana Dachawa.

DUm in Dei nomine cogitante vel tractante de anima mea ſeu de vita futura, ut in quantitate apud pio Domino veniam delictorum meorum accipere merear. Idcirco tradidi propriam adquiſitionem meam ad baſilicam Sanctæ Mariæ ſemper Virginis, ſeu Sancti Corbiniani Chriſtique Confeſſoris electi, vel etiam beati Landeberti Dei electi, quæ ſita eſt in loco Dachavva, hoc eſt territorium, propria mea pecunia comparatum, & mancipios, quas mihi Pater meus Zazo in hereditatem reliquid, quorum nomina hæc ſunt: Helidolf, Paldrih, Riza, Sicca, Irminſvvind. ea verò ratione hanc traditionem feci, ut mihi de his omnibus uti liceat ad meliorandum, non in alio loco tradendum, ſed fruendum, & augendum ſicut juſtum, & rectum eſt res proprias Dei electorum firmiter condonatas, & traditas in illorum timore & amore cautè cuſtodire, atque in omnibus fideliter conſervare. Actum eſt hæc die Conſule, quod facit XVIII. Kalendas Septembris, anno glorioſiſſimi Imperatoris Karoli Auguſti quinto indictione VII. hæc ſunt teſtes, in quorum præſentia hoc factum eſſe videretur. inprimis Sikideo Presbyter, Salomon Diaconus, Eparhart Clericus, Tevit Laicus, Kermunt Laicus, Engilperht Laicus, Adalperht. Ego Tagabertus ſcripſi juſſione Attonis Epiſcopi.

NOTA.

Dachavva. Dachau.

Digitized by Google

NUM. CXLII.

Traditio Feldtuhbinga.

IN Dei nomine, & ejus filio Jheſu Chriſto. noticia vel commemoratorium de tradicione, quam fecerunt poſt obitum Droanti Comitis filii ejus pro remedio animæ patris eorum, id ſunt, Drutmunt, Cundpald, Chunrat Diaconus ad altare Sanctæ Mariæ ante corpore Corbiniani Confeſſoris Chriſti in caſtro nuncupante Friſinga, & hoc factum eſt in preſentia Matris eorum nomine Judit, & aliorum plurimorum, qui ibidem de familia adfuerunt. Hæc ſunt una colonia veſtita cum mancipiis, ſeu cum aliis propriis rebus, quicquid tunc habuiſſent, & eſt nomen illius hominis Svarzoch, cum quo ipſo traditionem fecerunt in loco nuncupante Feldtuhbinga, & alteram coloniam ſimiliter veſtitam, ſicut ſupra dictum commemoratur, & eſt illius hominis nomen Deganolt cum Uxore, & pigneribus ſuis, quicquid ad eum pertinet, & hæc eſt in loco nuncupante Kerhiltahuſin cum toto Servitio eorum, quod ante ſervierunt Dominis ſuis, & iterum commemoratorium, quod ita tractaverunt de illo homine, qui dicitur Deganolt, quod & in iſtis verbis traditionem fecerunt, ut ſi quando eis poſſibilitas evenerit, cum integro, quod ſupra memoravimus, ad redimendum cum alia pecunia ſecundùm precium ejus cum integro preciatum licentiam habuiſſent, id eſt, cum aliis mancipiis, ſive cavallis, ſeu cum auro, & argento, vel quicquid ad dandum habuiſſent, & interim ſerviret, ſicut ſupra dictum eſt. Et illi teſtes per aures tracti, & alii teſtes, quorum nomina: inprimis Capellanus Wago, Engilhart, Reginperht, Cundpato, Memmo, Tenil, Teneol, Chadilhoh, Herirat. Et hoc factum regnante in perpetuo Domino noſtro Jheſu Chriſto in anno VI. regni Domni Karuli Imperatoris, ſub die conſule, quod facit XVI. Kalendas Novembris, Indictione XIIII. Si quis contra hanc traditionem inire temptaverit, caveat ſe, ne iram Dei incurrat, & minus à limine Sanctorum extraneus efficiatur.

NOTA.

Feltuhbinga. Fortè Veldgeding in Præfectura Dachavienſi.

NUM. CXLIII.

Traditio Meginperhti Diaconi.

IN Dei nomine. Ego quidem Atto dono Dei Epiſcopus noticiam facio omnibus tam præſentibus, quàm & futuris in epiſcopatu Sanctæ Mariæ manentibus, quia ego huic Diacono nomine Meginperht non in aliud ei commendavimus Eccleſiam, quæ ſita eſt in loco, qui dicitur Phrumare, niſi ut Miniſter noſter deſuper fuiſſet, & ſervitium cotidianum de eadem domo ad domum Sanctæ Mariæ ſemper feciſſet, & ſicut alii Miniſtri noſtri de noſtris curtibus faciunt, & ipſe ſupra dictus Diaconus nomine Meginperhtus tradidit ad domum Sanctæ Mariæ, quicquid in eodem ſupra dicto loco de propria hereditate habuit, hoc eſt: inprimis ſuam partem, deinde Patris, vel Matris illius, has tres partes tradidit ad domum Sanctæ Mariæ in loco Frigiſinga in manus domni Attoni Epiſcopi. Hæc autem ſunt teſtes: inprimis Orendil Comis, Kaganhart, Eginolf, Hiſhad, Lantolt, Herilant, Linarc. Actum eſt hæc in Caſtro Frigiſinga in præſentia Domni Attonis Epiſcopi in XII. Kalendas Jan. anno narratum glorioſiſſimi regni Karoli Imperatoris Auguſti ſexto, indictione II. Ego Tagabertus ſubſcripſi.

NOTA.

Phrumare. Pframering, in diſtrictu Schwabenſi.

NUM.

NUM. CXLIV.

Traditio Nahuni ad Meiſaba.

DE traditione quam fecit Nahuni ad domum Sanctæ Mariæ ſemper Virginis ad Frigiſingas tam pro ſe, quàm & pro Patrem ſuum nomine Deotuni, ſeu etiam & pro Matre ejus nomine Hrodni, ſimul etiam & pro filias meas, quarum nomina Chrimhilt, Kyſalni, tradidit enim territorium ſuum in vico, quæ vocatur Maiſaba quicquid ibidem habuit totum ex integro donavit ad domum Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas. hæc ſunt teſtes, inprimis Lantfrid, Erchanfrid, Adalhart, Toato, Egisperht, Hunperht, Willihelm, Humpald, Wolfheri. actum eſt hæc in VII. Kalendas Auguſti anno glorioſiſſimi Imperatoris Karoli VI. Ego Tagabertus ſcripſi juſſione Attoni Epiſcopi.

NOTA.

Meiſaba. Maiſach, in jurisdictione Dachavienſi.

NUM. CXLV.

De Emptione, vel traditione Coteſcalhi Presbyteri de Heidoluinga.

NOtum eſt cunctis in epiſcopio Sancte Mariæ, qualiter Coteſcalh Presbyter congregavit, & coadunavit ſuam cauſam in loco Heidolfinga. inprimis comparavit cum juſto pretio territorium à quibusdam nobilibus hominibus, quorum nomina Milo, & filius ejus deotmar, & in ipſo conſtruxit Eccleſiam Sancti Johannis Baptiſtæ, & quicquid potuit juſto lucro adaugebit, & ipſam Eccleſiam ſine ulla Contradictione firmiter tradidit ad domum Sanctæ Mariæ in loco Frigiſinga cum omnibus ad hæc pertinentibus, emptica adquiſitione, ſeu quolibet modo juſta adquiſitione ad congregaret totum & integrum firmiter tradidit domui ſupradicto. hæc ſunt teſtes: Chadol, Sindperht, Erimperht, Leobtilo, Eparfrid, Scacca Presbyter, Hato Presbyter, Heripald Presbyter, Herimot, Anno Laicus, Alpker, Immo, Hilteo, Petilo. omnia hæc facta ſunt cum conſenſu Attonis Epiſcopi, anno regni Karoli Imperatoris VII. Indictione XV. nihil prætermiſit, ſed omnia in omnibus firmiter tradidit ad Frigiſinga.

NOTA.

Heidoluinga. Haidlfing, Moſpurgenſis aut Crantſpergenſis Præfecturæ. in utraque enim ejus nominis vicus reperitur.

NUM. CXLVI.

Traditio Tiſoni de Holze.

DOminus noſter Jheſus Chriſtus, ac Redemptor omnium per Sanctum Evangelium clara voce intonat dicens: teſaurizate vobis teſauros in Cœlo, ubi neque erugo, neque tinea demolitur, & ubi fures non effodiunt, nec furantur. Ego tamen Tiſo hujuſcemodi exemplum ſecutus, in quantum Domino donante potui, æterna remedia de propria hereditate adquirere cogitavi; conſtruxi enim in eadem propria hereditate mea baſilicam cum licentia, ſeu etiam Conſilio Attoni Epiſcopi in loco, qui dicitur ad Holze, & ad eadem locum invitavi Attonem Epiſcopum, ut mihi hanc baſilicam dedicâſſet, ita & fecit, & in ipſius præſentia quicquid de propria hereditate, ſeu adquiſitione habui

habui totum ex integro ſine ulla contradictione ad ſupradictam baſilicam tradidi, & legitimè confirmavi. hæc autem ſunt teſtes : inprimis Eginolf, Hrodmunt, Ratpald, Hrodperht, Alprih, Madalhart, Helmker, Adalperht, Perhtolt, Oadalrih, Egilolf, Heiſtolf, Sigur, Heriperht, Hleoperht. Actum eſt hæc in XI. Kal. Septembris.

Confirmatio traditionis.

NUnc enim ego Tiſo Presbyter magna egritudine depreſſus, etiam ad ultimum vitæ deductus eadem ſupra dictam Eccleſiam cum tota integritate tradedi ad domum beatiſſimæ ſemper Virginis Mariæ nullo contradicente, ut jure legitimè usque in perpetuum pro remedium anime meæ ibidem firmiter permanſiſſet. Jam enim graviter dolore conpulſus ambulare non potui, cum adductus ad domum Sanctæ Mariæ fui, hanc traditionem per manus amicorum vel proximorum meorum perfeci, ita, ut mea petitione Eginolf, Hroadperht, Madalhart ipſam traditionem ſuper altare Sancte Mariæ poſuerunt, vel etiam mea juſſione cum legitimis teſtibus confirmaverunt, adſtante quoque familiæ Sanctæ Mariæ. Inprimis ipſi teſtes exſtiterunt, qui hanc traditionem fecerunt, Eginolf, Hroadperht, Madalhart, & tunc alios ad teſtimonium traxerunt, hoc eſt, Hitolf Diac. Waldker Diac. Engilvolch Diac. Kiſalperht, Leidrat Presbyt. Iſſo Presbyt. Sigifrid Presbyt. Lazarus Presbyt. Helmker Laic. Engilſcalch Laic. Sigur Laic. Oadalman Laic. Perhtolt Laic. Hleoperht, Werin Laic. hoc autem factum eſt in VIII. Kal. Sebtembris, Indictione anno glorioſiſſimi Imperatoris Karoli Auguſti VII. Ego quidem Tagabertus indignus Diaconus ſcripſi.

NUM. CXLVII.

Traditio Degilrihi Presbyteri ad Pipurc, & ad Pelheim.

REgnante Domino noſtro Jheſu Chriſto in perpetuum, temporibus excellentiſſimi, ſeu piiſſimi Imperatoris noſtri Karoli anno VII. imperii ejus. Ego itaque Egilricus Presbyter tradidi propriam hereditatem meam in loco nominato Pipurc, & Pelheim in baſilicis, in domibus, in territorio, in campis, paſcuis, aquis, ſeu de omnibus, quæ pater meus & mater mea mihi reliquerunt, & mihi jure proprio contingebant ad Altare Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas, & in manu Epiſcopi Attoni, & placitavit, ut poſt obitum ejus Oadalker Presbyter, quem ille ab infantia enutrivit, & Deo propitio usque ad honorem presbyterii perduxit, cùm tale cenſo haberet, ſicut Epiſcopo placuerit. hoc fuit factum in Idibus Junii in loco, qui dicitur Frigiſingas. hæc teſtes: Luitfrid Presbyter, Ellanodi, Adalunc, Cundpald, Reginhart, Meginolt, Oadalpald, Sigipald, Lanfrid, Ejo, Luitto, Waltrih, Pernwin Presbyteri. Heimperht Laicus, Reginperht, Sindeo, Cundheri, Hunolt, Rihpald, Einhart, Crimperht, Memmo, Emicho, Selprih, Ortheri, Adalhart, Cozmar, Toto, Angilperht, Heoperht, Adalker, Coteperht, vel alii quàm plures. Siquis verò, quod nec fieri credo, aut ego ipſe, vel ulla oppoſita Perſona hoc frangere, vel mutare temptaverit, ſi ſe non correxerit, iram Dei omnipotentis incurrat, & conponat, ſicut Lex eſt. Ego itaque Alpherius Clericus ſcripſi rogatus ab Egilrico Presbytero.

NOTÆ.

Pipurc. neſcitur cujus territorii, nam hoc nomine ſex Bojariæ pagi afficiuntur.
Pelheim. in Dachavienſi.

NUM.

NUM CXLVIII.

Traditio Adalrih Clerici.

DE traditione, quam fecit Adalrih Clericus in loco, qui dicitur ad Crazun, quicquid ibidem habuit, totum ex integro tradidit ad domum Sanctæ Mariæ ſemper Virginis ad Frigiſingas. hoc factum eſt in V. Kalendas Aprilis anno glorioſiſſimi Imperatoris Karoli VII. hæc ſunt teſtes: inprimis Ellannod Archipresbyter, Pern Presbyter, Waſugrim, Luitbald Com̄. Ellanperht Judex, Hantuni, Mahalkis, Tuto, Tagaperht, Fridurih, Mejol, Oadalfrid. Ego quidem Tagabertus ſcripſi juſſione Attoni Epiſcopi.

NOTA.

Crazun. fortè Creuzn, Starenbergenſis Territorii.

NUM. CXLIX.

Traditio Hroadolti.

DUm in Dei nomine Ego Hrodolt cogitante vel tractante de anima mea, ſeu de vita futura, ut in quantitate apud pio Domino veniam merear accipere tradidi ad domum Sanctæ Mariæ ſemper Virginis coloniam unam in loco Palzinga, quam propria pecunia adquiſivi, & conparavi ab homine cui nomen Hiltiker, & cum legitimis teſtibus hoc negotium confirmavi. hæc ſunt negotii hujus teſtes: Inprimis Waldker, Ratpald, Eginolf, Chuniperht, Ekkolf, Alprih, Cozzuni, Perhtolt, Rihcoz, Piholf, Othelm, Hrodat, alius Chuniperht. Nunc quoque hujus cartulæ, vel traditionis meæ teſtes confirmare debemus: hi ſunt Waldker, Wolfleoz, Frutilo, Reginhart, Ekkolf. Actum eſt hæc in XV. Kalendas Julias, Indictione XV. anno glorioſiſſimi Imperatoris Auguſti VII. Ego quidem Tagabertus indignus Diaconus ſcripſi.

NOTA.

Palzinga. Moſpurgenſis Præfecturæ, ut jam alibi monuimus.

NUM. CL.

Traditio Tatoni de Zetileshuſim.

DE traditione, quam fecit Tato in loco, qui dicitur Zetileshuſir, ibi prope eſt locus, quod nominamus Azreode, ibidem in illo loco tradidit ad domum Sanctæ Mariæ ſemper Virginis, ſeu Sancti Corbiniani Confeſſoris Chriſti ad Frigiſingas, & ſtatuit firmiter, atque indubitanter usque in perpetuum permanſiſſet ad ſupra dictum locum Frigiſingas pro remedium animæ illius. hoc autem factum eſt in die Sancto Pentecoſten coram Attone pio Pontifice, atque coram multis ibidem Congregatis. hæc autem ſunt teſtes: inprimis Zetil, Starcholf Clericus, Ortheri, Cozmar. Actum eſt hoc anno Sereniſſimi Imperatoris Karoli Auguſti VII. Indictione XII. Ego itaque Tagabertus indignus Sub Diaconus hanc cartulam traditionis ſcripſi juſſus à Domno Attone Epiſcopo.

Digitized by Google

NUM. CLI.

Traditio Ellanpuruc, & Engilpuruc.

NOtitia qualiter Ellanpurc, & Engilpurc tradiderunt hereditatem ipſorum ad domum Sanctæ Mariæ ſemper Virginis ad Frigiſinga in manus Attonis Epiſcopi, hoc eſt in loco nominato Louppach, Eccleſiam cum domo, ſeu quicquid ad eos in eodem loco legibus pertinere videbatur, totum ex integro nihil prætermittentes, ſed cum omni integritate ad ſupra dictum domum tradiderunt nullo contradicente, vel in aliquo minuente. hæc autem ſunt teſtes, in quorum præſentia hoc factum eſt: inprimis Wendinc Presbyter, Rato Presbyter, Eginolf Presbyter, Rupo Diaconus, Alholf Clericus. Actum eſt hæc in VIIII. Kalendas Septembres indictione XV. anno glorioſiſſimi Imperatoris Karoli VII. Ego quidem Tagabertus indignus Diaconus ſubſcripſi juſſione Attoni Epiſcopi hæc videns, & ita audiens.

NOTA.

Louppach. forte Lapach, in diſtrictu Dachavienſi, vel Hagenſi.

NUM. CLII.

Sicco ad Moſaha Traditio.

DE traditione quam fecit Sicco ad Moſaha, quicquid ibidem habuit totum ex integro tradidit ad domum Sanctæ Mariæ ſemper Virginis, ſeu Sancti Corbiniani Confeſſoris Chriſti ad Frigiſingas. Ego quidem ſtatui, ut ibidem firmiter, & ſine ulla contradictione firmiter, atque indubitanter permanſiſſet usque in perpetuum. hoc autem factum eſt in pridie Nonas Junias, indictione XII. hæc ſunt teſtes: inprimis Kaganhart, Situli, Paldrih, Sigihart, Hrepin Cler. Adalhart, Engilperht, Crimperht. Actum eſt hæc in anno regni Sereniſſimi Imperatoris Karoli Auguſti VII. Ego quidem Tagapertus indignus Subdiaconus hanc cartulam traditionis ſcripſi juſſus à Domno Attone Epiſcopo.

NOTA.

Moſaha. Moſach. quo nomine cùm ſignificentur plures pagi, neſcimus an hîc deſignetur pagus vel Dachavienſis, vel Schwabenſis Præfecturæ.

NUM. CLIII.

Deotpurc de Wihſe.

IN Dei nomine. Ego itaque Deotpurc cogitante, vel tractante de anima mea, ſeu de vita futura, ut in quantitate apud pio Domino veniam merear accipere. De cetero trado cum conſenſum mariti mei nomine Anno propriam hereditatem meam in loco nuncupante ad Wihſe, quod ego de propria mea hereditate cambiavi, atque adquiſivi. Nunc autem trado, atque transfirmabo nullo contradicente ad domum Sanctæ Mariæ ſemper Virginis, ſeu Sancti Corbiniani Confeſſoris Chriſti ad Frigiſingas, quicquid in ſupra dicto loco habeam, firmiter, atque indubitanter dono, & confirmabo ad Sanctam Mariam Dominam meam, ut ipſa intercedere dignetur pro multa delicta mea. Actum eſt hoc in die Pentecoſten coram Domno Attone pio Pontifice, & coram aliis multis ibidem congregatis. Hæc autem ſunt teſtes: inprimis Anno, Einhart, alius Einhart, Adalhart, Toato, Ratolt, Otachar, Iſanperht, Fatto. hoc autem factum eſt anno regni Sereniſſimi Imperatoris Karoli Auguſti VII. indictione XIII.

Ego

Digitized by Google

Ego itaque Tagabertus indignus Subdiaconus hanc cartulam traditionis ſcripſi juſſus ex ore Attoni Epiſcopi.

NOTA.

Wihſt. ut opinamur, Weix, Crantſpergenſis Territorii.

NUM. CLIV.

Traditio Aſoni ad Mammindorf.

DE traditione, quam fecit Aſo ad Mammindorf, quicquid ibidem habuit, totum ex integro tradidit ad domum Sanctæ Mariæ ſemper Virginis, ſeu Sancti Corbiniani Confeſſoris Chriſti ad Frigiſingas. Ea verò ratione uſque ego ipſe vivam in hac fragili vita, ut habeam ad utendum, & emeliorandum, non in nullo comminuendum: poſt obitum verùm meum ita augmentatum, atque emelioratum, ſicut obitus meus derelinquat cum omni integritate, cum ædificiis, & pecoribus, pecuniis, cum omnibus adjacentiis in ipſo loco Mammindorf ad me legaliter pertinentibus proprie hereditatis, ſeu adquiſitionis, vel venditionis ita inconvulſum traditum, & confirmatum firmiter permaneat ad ſupra dicta domo ad Frigiſingas. Actum eſt hoc in VII. Idus Junii in præſentia Domni Attoni pio Pontifici in baſilica Sanctæ Mariæ: hoc autem ſunt teſtes: inprimis Richo, Hrodhart, Wago, Priminc, Sindihho. hoc autem factum eſt in anno regni Sereniſſimi Imperatoris Karoli Auguſti VII. indictione XII. Iterúmque alio anno renovavit priſtinam traditionem, atque confirmavit, & tradidit omnia in omnibus cultis, & incultis, mancipiis, terris cultis, & incultis, ut poſt obitum ſuum ſine ulla contradictione permanſiſſet ad Frigiſingas ad domum Sanctæ Mariæ, quicquid habuiſſet in loco Mammindorf. Actum eſt hoc in XVIII. Kalendas Septembris anno glorioſiſſimi Imperatoris Karoli VIII. Indictione XIII. Ego quidem Tagibertus indignus Diaconus hanc cartulam ſcribſi juſſione Attonis Epiſcopi. Hæc autem ſunt teſtes: Kaganhart, Spulit, Nothart, Adalhart, Sigipald, Wituchi.

NOTA.

Mammindorf. Dachavienſis Territorii.

NUM. CLV.

Traditio Altigunda de Alpicha.

DUm in Dei nomine Ego Altigund cogitante, vel tractante de anima mea; ſeu de vita futura, ut in quantitate apud pio Domino veniam merear accipere delictorum meorum. propterea enim annuente divina miſericordia tradidi ad domum Sanctæ Mariæ ſemper Virginis hereditatem, quam mihi Vir meus Wolfolt Comes ad meam juſtitiam conceſſit in loco Alpicha. Conſtat enim multis, quia ego eandem rem eo tenore à Viro meo traditam accepi, ſi ego eum ſupervixiſſem, ut ipſam rem ad jam dictum domum Sanctæ Mariæ Frigiſinga ſitum poſt obitum meum pro remedium animarum noſtrarum tradidiſſem. Ita enim & ego nunc fieri decrevi, ut meum poſt obitum, ſicut inter nos condictum, vel firmatum fuerat ſine dilatione perfeciſſem. Ne me inproviſa mors ſubitò ante ſubriperet, & inparatam inveniret, propterea enim cum conſenſu, vel commune manu Advocatis mei nomine Haſcoz hanc traditionem feci ad domum Sanctæ Mariæ in manus Venerabilis Viri Attonis Epiſcopi conſolatoris, & adjutoris mei in Domino. hoc enim erat, quod tradidi ad domum Sanctæ Mariæ in jam dicto loco Alpicha. Curtem cum domo, & omnia utenſilia domûs, mancipias octo, territorium cum ſilvis, pratis, aquis, aquarúmque decurſibus,

bus, ruris cultis, vel incultis. omnia enim trado, & firmiter omnia dono; & pro remedium animarum noſtrarum, ita ut poſt obitum meum ſtabiliter in perpetuum permaneat. hoc enim peractum eſt cum veraces teſtibus confirmatum. Audiens hoc ego Atto Epiſcopus, & conſiderans devotam voluntatem ejus, conpatiens enim paupertate viduitatis illius adjunxi ei in eodem loco in beneficium etiam territorium, quod Cotahelm Presbyter ad domum Sanctæ Mariæ jam olim traditum habuit, ut à nobis non orbata, ſed conſolata revertiſſet. eo quòd ipſa tunc tempore nec virum, neque filios nequaquam habuit. ea enim confirmatione eandem rem Cotahelmi Presbyteri ei in beneficium conceſſi, ut poſt illius obitum cum omni integritate, tam quod ipſa nobis tradidit, quàm etiam & illud, quod à nobis in beneficium accepit, ad domum Sanctæ Mariæ revertere nullus inpedire, vel contradicere poteſtatem habeat; hoc enim pariter condiximus, ſi eveniſſet, ut ipſa maritum accepiſſet, & filios procreâſſet, ut nec filius, nec frater, neque ullus heres, nec ulla perſona poteſtatem habuiſſet jam dictam rem in loco Alpicha de domo Sanctæ Mariæ abſtrahere, nec in aliquo minuere, ſed firma donatione pro amborum animas, id eſt Wolfolt, & Altigund in perpetuum permanere. de eodem enim beneficio cenſum debet reddere duos Solidos de argento annos ſingulos, die ſtatuto, quod in Nativitate Sanctæ Mariæ. Actum eſt hæc in domo Sanctæ Mariæ in loco Frigiſinga coram cuncta familia ejus, quorum nomina Atto Epiſcopus, Luitfrid vocatus Epiſcopus, Pern Presbyter, Oadalpald Presbyter, Hiltiperht Presbyter, Lantfrid Presbyter, Marchuni Presbyter, Hitto Diaconus, Hunolt, Hunperht Diac. Anno Clericus, Rihperht Clericus, Toozi Clericus. hæc autem teſtes per aures tracti: Cundheri, Tato, Luitprand, Haſcoz, Meginrat, Ramwolf, Arahad, Uto, Cozperht, Otuni, Wituchi, Einhart, Cartheri, Adalker. actum eſt hæc in V. Kal. Julii anno glorioſiſſimi Imperatoris Karoli Auguſti VIII. indict. I. Ego Tagapertus indignus Diaconus hanc cartulam ſcripſi juſſione Attonis Epiſcopi.

NOTÆ.

Coram cuncta familia, quorum nomina Atto Epiſcopus. quem fuiſſe Abbatem Schlechdorffenſem, certum eſt ex alibi demonſtratis.

Luitfrid. in inſtrumentis dictus *Clericus.*

Diaconus. Presbyter. nunc *vocatus Epiſcopus.* nempe Proëpiſcopus.

Pern Presbyter. Monachus, ut ſæpiùs dictum.

Hiltiperht Presbyter. Monachus. vide infra N. 162.

Oadalpald Presbyter. ſed tamen Monachus. vid. ibid.

Hitto Diaconus. futurus Epiſcopus: de quo ſuô locô.

Anno Clericus. & tamen Monachus lib. 1. Tradit. fol. 210.

Ex quibus intelliget Lector, nomen Monachi raro quidem, ſed tamen aliquando adjectum fuiſſe iis, qui de familia Friſingenſi erant.

Alpicha. fortè Albiching, Hagenſis Dominii.

NUM. CLVI.

Traditio Iſangrim.

Noticia, qualiter quendam homo Iſangrim nomine queſivit territorium in loco qui dicitur Eginoni Eccleſia, quia eandem territorium pertinebat ad domum Sanctæ Mariæ, ubi Atto Epiſcopus tunc temporis præeſſe videbatur. tunc Atto Epiſcopus & defenſores illius dimiſerunt ipſam contentionem inter manus ſupra dicti Iſancrimi ſeu parentorum ipſius, ut ipſi ſecundùm legem exinde feciſſent, ita & fecerunt, & venerunt ad Frigiſinga, & cum legitimis Sacramentalibus juraverunt, ut ipſa res magis in hereditatem ſupra dicti Iſancrimi; ſtare debuiſſet, quàm ad domum Sanctæ Mariæ, ſeu poteſtate Attoni Epiſcopi, & definitum eſt inter eos. Tunc quoque ipſe Iſangrim conpunctus de divina miſericordia tradidit eadem territorium, quod cum contentione adquiſitum habuit,

Digitized by Google

buit, pro remedium animæ ſuæ, ſeu parentorum ipſius ad domum Sanctæ Mariæ, ſeu Sancti Corbiniani Confeſſoris Chriſti, ſtatuit enim, ut firmiter ac ſtabiliter in perpetuum ibidem permanſiſſet, ita ut nulla contentio ampliùs exinde orta fuiſſet inter eos. hæc autem ſunt teſtes: inprimis Kaganhart, Selprih, Haholf, Ampho, Nothart, Hericco. Actum eſt hæc in IIII. Idus Junii, anno glorioſiſſimi Imperatoris Karoli Auguſti VIII. indictione prima. Ego Tagabertus indignus Diaconus hanc cartulam ſcripſi juſſione Attoni Epiſcopi.

NUM. CLVII.

Traditio Erphuni, ſeu Deothelm Presbyterorum.

IN Dei nomine. notum eſt cunctis in domo Sanctæ Mariæ converſantibus, qualiter Erphuni Presbyter, ſeu Deothelm Presbyter tradiderunt propriam hereditatem illorum, quam adquiſierunt in loco Pochavva, ſed nunc eodem locum Erphunesreod appellare vulgus conſueverat, ipſam traditionem fecerunt in manus Attoni Epiſcopi cum licentia ſeu voluntate Perhthrammi, quia ipſe Erphuni Presbyter, ſeu Deothelm Presbyter eodem territorium de Perehthrammo ſeu Patre illius Otuni nomine conparaverunt; ipſe enim Perehthram tunc tempore præſens adſtabat, quando ſupra dicti Presbyteri hanc traditionem fecerunt in domo Sanctæ Mariæ in loco Frigiſinga, in præſentia Attonis Epiſcopi, ſeu Oadharti Epiſcopi, ſeu cunctæ familiæ Sanctæ Mariæ ibidem congregatæ. adjunxit etiam ipſe Perhthram ad ſupra dictum locum quicquid de ſua hereditate cultum in eodem loco ſeu adjunctum fuiſſet, tradidit in altare Sanctæ Mariæ, ut pro remedium animæ ipſius ſeu Patris ejus firmiter in perpetuum eſſet. accepta autem, & confirmata hæc traditio Vir Venerabilis Atto Epiſcopus in beneficium ſupra dictis Presbyteris Erphuni, & Deothelmi conceſſit. ea ratione, ut eis utere liceat, usquedum viverent. poſt obitum verò illorum ſtatuerunt, ſi ipſe Perhthram hoc in beneficium habere voluiſſet, poteſtatem conceſſam de Attono Epiſcopo, ſeu familiæ ejus habuiſſet in hoc, ut omni anno tres Solidos exinde reddere ad domum Sanctæ Mariæ debuiſſet, & tunc poſt illius obitum firmiter, & ſine ulla contradictione ad domum epiſcopalem ſitum Frigiſinga permanere nullus contradicere valeat. Actum eſt hæc in IIII. Nonas Aprilis in domo Sanctæ Mariæ ſeu Sancti Corbiniani Confeſſoris Chriſti in præſentia Attonis Epiſcopi, & Oadalharti Epiſcopi, ſeu prædictæ familiæ Sanctæ Mariæ, quorum nomina hæc ſunt: inprimis Oadalpald Præpoſitus, & Presbyter, Snelmot Presbyter, Cozpald Presbyter, Unroh Presbyter, Hiltiperht Presbyter, Altman Diaconus, Pazzuni Diaconus, Hitto Diaconus, Waldker Diaconus, Anno Clericus, Wolfpald Clericus. Hæc autem ſunt teſtes: Walto, Sigivvin, Kerhart, Rihhart, Erchanperht, Reginhart, Adalunc, Hrodperht, Paldrih, Adalperht. Actum eſt, ſicut ſupra dictum anno glorioſiſſimi Imperatoris Karoli Auguſti VIII. Indictione. Ego quidem Tagabertus indignus Diaconus hanc cartulam ſcripſi juſſione Attoni Epiſcopi.

NUM. CLVIII.

Traditio Engilperhti Presbyteri, & Perhtolti Laici. ad Ipach.

DE traditione, quam fecerunt Engilperht Presbyter, & frater ejus Perhtolt in loco, qui dicitur Ipach, tradiderunt enim propriam Eccleſiam illorum cum omnia, quicquid ad eandem Eccleſiam pertinere videbatur, nihil prætermittentes, ſed cum omni integritate ad domum Sanctæ Mariæ ſemper

Virginis in loco Frigiſinga in manus Attonis Epiſcopi condonaverunt, atque firmiter pro animabus eorum confirmaverunt, ut ibidem ſtabiliter ſine ulla contradictione in perpetuum permanſiſſet. hæc autem ſunt teſtes: Herirach, Meginhart, Ramvolf, Iſi, Iſunc, Cunzo. Actum eſt hæc in Idibus Martii, anno glorioſiſſimi Imperatoris Karoli Auguſti VIII. Indictione I. Ego quidem Tagabertus indignus Diaconus ſcripſi juſſione Attonis Epiſcopi.

NOTA.

Ipach. Eibach fortè, Erdingenſis Juriſdictionis.

NUM. CLIX.

De concordia Attonis Epiſcopi, & Kyppin, vel traditio ejus.

NOtum eſt multis in domo Sanctæ Mariæ converſantibus, qualiter Kyppo propriam hereditatem ſuam in loco Marzilinga tradidit ad domum Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas in manus Attonis Epiſcopi, jam antea orta quadam contentio inter Attonem Epiſcopum, & ipſum Kyppum propter cambium, quem inter ſe fecerunt; ipſe enim Kyppo doloſè delevit hoc cambium, propter ea diſcordantur; jam enim pius Pontifex Atto relaxavit ei hoc cambium, & donavit ei pro ædificia, quæ deleta fuerant in illa contentione unum caballum, & veſtitum lanium, & alium linium, & pacificaverunt ſe multis adſtantibus, & ad Scernio dixit Kyppo, ſi non donas mihi unum Pachonem, nihil eſt firmum inter nos, nec de pace, nec de traditione, quam feci. juſſit itaque Atto Epiſcopus donare ei illum pachonem, & uterque manus poſuit ſuper ipſum, & pacificati ſunt eo modo. verùmtamen Kyppo ſuam partem hereditatis propriæ firmiter tradidit, & cum teſtibus confirmavit, quorum nomina Memmo, Einhart, Reginperht, alius Einhart, Richolf, Ellanrich, Adalrih, Alholf Clericus, Madalcoz. Actum eſt hæc in III. Kal. Junii indictione I. anno glorioſiſſimi Imperatoris Karoli Auguſti VIII. Ego quidem Tagabertus indignus Diaconus hanc cartulam ſcripſi juſſione Attonis Epiſcopi.

NOTA.

Unum Pachonem. Bacones dicebantur Porcinarii, ſeu venditores carnium porcinarum, quas ſale condiebant. Germanis enim quibusdam *Bacons* idem eſt ac *Lardum.* Vide Macros Fratres in *Hierolexico.*

NUM. CLX.

Traditio Iſi ad Poche.

DE traditione quam fecit Iſi in loco, qui dicitur ad Poche, eò quòd ipſe ſupra dictus Iſi in eodem loco Eccleſiam conſtruxit, atque Attonem Epiſcopum ad dedicandum eandem Eccleſiam invitavit. peracta enim dedicatio hujus Eccleſiæ adprehenſo palleo altaris, & tradidit in manus Attonis Epiſcopi eadem Eccleſiam, & tres mancipias, & tertiam partem in omnibus, quicquid in eodem loco ad eum legibus pertinere videbatur tam in agris, quam etiam pratis, ſilvis, cultis, ſive incultis tertiam partem ut diximus, in omnibus ad domum Sanctæ Mariæ ſemper Virginis, ſeu Sancti Corbiniani Confeſſoris Chriſti tradidit, & cum teſtibus confirmavit, quorum nomina ſunt: Ellanperht Judex, Kaganhart, Hemmi, Priſo, Unroch, Luitprant, Nothart. Actum eſt hæc in V. Kalendas Junii anno glorioſiſſimi Imperatoris Karoli Auguſti VIII. Indictione I. Ego quidem Tagabertus indignus Diaconus conſcripſi.

NOTA.

Pohe. haud dubiè Puech. verùm cùm in hac Friſingenſi Diœceſi plura loca hoc nomen habeant, nullum eorum licet determinare.

NUM.

Digitized by Google

NUM. CLXI.
Traditio Albilt ad Urdorf.

DE traditione quam fecit in loco, qui dicitur Uúrdorf quedam matrona, quicquid ibidem de propria hereditate habuit, totum ex integro ad domum Sanctæ Mariæ ſemper Virginis, ſeu Sancti Corbiniani Confeſſoris Chriſti tradidit, extra una mancipia. hæc autem ſunt teſtes: Heripato, Oadalhart, Deotto, Cozperht, Irminheri, Waltheri, Cundheri, Reginperht. Actum eſt hæc in VIII. Kalendas Martii. anno glorioſiſſimi Imperatoris Karoli Auguſti VIII. indictione I. Ego quidem Tagabertus indignus Diaconus conſcripſi juſſione Attonis Epiſcopi.

NOTA.

Urdorf. fortè Aurdorf, Aurburgenſis Præfecturæ.

NUM. CLXII.
Rupo Diaconus. Traditio.

COnſtat enim omnibus in epiſcopio Sanctæ Mariæ manentibus, qualiter Rupo Diaconus tradidit propriam hereditatem ſuam, quam in ſuam partem de ſuis fratribus ei evenit, & partem Matris ſuæ Itiſpuruc nomine, eò quod Mater ejus omnia, quod ad juſtitiam propriam de marito accepit, totum ex integro filio ſuo Ruboni condonavit, & firmiter tradidit, ipſéque Rupo Diaconus pro patris ſui animam nomine Sigipald, & Matris ſuæ, & pro ipſum ſe firmiter, atque indubitanter cum conſenſu fratrum ſuorum ad domum Sanctæ Mariæ Matris Domini ſeu Sancti Corbiniani Confeſſoris Chriſti in loco Frigiſinga condonavit, atque firmiter tradidit coram multis adſtantibus confirmavit, hoc eſt, in tribus locis, ad Humpla, ad Strogun, & ad Iſana, quicquid enim in his tribus locis de propria hereditate habuit, totum ex integro domui Sanctæ Mariæ tradidit, excepto tantummodo duos mancipios, unum virum, & unam feminam, quarum nomina non innotuit, ſed quales Matri ſuæ conplacuiſſet illos fieri condixit. Actum eſt hæc ad Frigiſinga in domo Sanctæ Mariæ in præſentia Domni Attonis Epiſcopi, ſeu familiæ illius, quorum primi fuerunt, qui præſentes fuerunt: Luitfrid vocatus Epiſcopus, Salomon Monachus, Oadalpald Presbyter, & Monachus, Meginolt Presbyter & Monachus, Snelmot Presbyter, Hiltiperht Presbyter & Monachus. hæc verò ſunt teſtes per aures tracti: Chuniperht Laicus, Helicho Laicus, Memmo Laicus, Herico Laicus, Adalhoh Laicus, Hitto Diaconus, Hunolt Diaconus, Ermheri Diaconus, Starcholf Clericus, Alholf Clericus. hoc actum eſt in pridie Kalendas Junii anno glorioſi Imperatoris Karoli Auguſti VIII. Indictione I. Ego Tagabertus indignus Diaconus ſcripſi juſſione Attonis Epiſcopi.

NOTA.

Humpla. Humel, Crantſpergenſis Territorii.

NUM. CLXIII.
Johan, Sliu ort. Presbyteri.

NOtitia, qualiter Johan Presbyter tradidit, Similiter & Sliu Presbyter pariter tradiderunt Eccleſiam illorum ad domum Sanctæ Mariæ in manus Attoni Epiſcopi in loco Hipach, & quicquid ad hæc loca pertinere videbatur hereditatis eorum ad ipſam Eccleſiam totum ex integro. & hæc ſunt teſtes: Einhart, Emicho, Waldperht, Wicheri, Madalheri, Deotpald, Lantperht, Wolfhart.

NUM.

NUM. CLXIV.

Oadalcrim Presbyteri, & Hroadant Diaconi.

DE traditione quam fecit Oadalgrim Presbyter, & Hroadant Diaconus ad domum Sanctæ Mariæ ſemper Virginis, quicquid de propria hereditate, vel adquiſitione habuerunt in loco, qui dicitur Horaginpach. ea autem ratione, ut liceat illos hoc ipſud habere, usquedum vivunt; poſt obitum verò illorum totum ex integro ſine ulla contradictione ad domum Sanctæ Mariæ permaneat. Actum eſt hæc in præſentia Domni Attonis Epiſcopi, ſeu familiæ Sanctæ Mariæ, quorum nomina ſunt: inprimis Heriperht Archipresbyter, Meginolt Presbyter, Marchuni Presbyter, Pazzuni Diaconus, Hitto Diaconus, Altman Diaconus, Rupo Diaconus, Hunolt Diaconus. tantummodo duas mancipias pretermiſerunt, quorum nomina Eniſa, Pliddrud, hæc ſunt teſtes per aures tracti: Alholf Clericus, Deodolt Clericus, Sigiwin Laicus, Heriperht, Hisker. Actum eſt in XVIII. Kalendas Junii. anno glorioſiſſimi Imperatoris Karoli Auguſti VIIII. Indictione. Ego quidem Tagabertus indignus Diaconus hanc cartulam ſcripſi juſſione Attonis Epiſcopi.

NUM. CLXV.

Traditio Erlaperhti Presbyteri Heidhuſir.

DE traditione quam fecit Erlaperht Presbyter in loco Heidhuſir, hoc eſt, Eccleſiam cum domo, ſeu quicquid in eodem loco ipſe Erlaperht habere videbatur totum ex integro tradidit ad domum Sanctæ Mariæ ſemper Virginis ad Frigiſinga in manus Attonis Epiſcopi. hæc enim ſunt teſtes Cundalperht, Perhtolt, Mezolf, Adalhart, Rihhart, Meginheri, Adalker, Luitfrid. Actum eſt hæc XVIII. Kalendas Martii indictione I. anno glorioſiſſimi Imperatoris Karoli Auguſti VIII. Ego quidem Tagabertus indignus Diaconus hanc cartulam ſcripſi juſſione Attonis Epiſcopi.

NOTA.

Heidhuſir. Haidhauſen: prope Monachium.

NUM. CLXVI.

Traditio Pernharti Presbyteri.

DE traditione quam fecit Pernhart Presbyter in loco Winimunteshuſir ipſe verò Pernhart in eodem ſupra dicto vico baſilicam conſtruxit, & ibidem Attonem Epiſcopum invitavit, ipſe verò hanc baſilicam dedicavit. hoc peracto adprehendit pallam altaris ipſe Pernhart; & tradidit in manus Attonis Epiſcopi, ſeu quicquid in ſupra dicto vico de propria hereditate habere videbatur totum ex integro ad domum Sanctæ Mariæ ſemper Virginis ad Frigiſinga tradidit, nihil enim pretermiſit. hæc autem ſunt teſtes: Ekkihart, Hadolt, Edilo, Sipicho, Lungar, Wirunt, Cozpald, Wurmhart, Haguno, Salomon. Actum eſt hæc in XVIII. Kalendas Septembres, anno glorioſiſſimi Imperatoris Karoli Auguſti VIII. Indictione I. Ego quidem Tagabertus indignus Diaconus hanc cartulam ſcripſi juſſione Attonis Epiſcopi.

NUM.

Digitized by Google

NUM CLXVII.

Concambium Attonis Epiſcopi cum homine Waltant Rihcozesdorf.

NOtitia qualiter Atto Epiſcopus cambiavit territorium ab homine cui nomen Waltant in loco, qui dicitur Rihcozesdorf infra villa, & econtra dedit ei Atto Epiſcopus plùs longiùs extra in campo eodem vicule æqualem menſuram inter ſe dividebant. ea verò ratione, ſi quis hoc cambium mutare vult, cum ipſis territoriis mutat. hæc autem ſunt teſtes: inter eos inprimis Fritilo, Kamanolf, Pernhart, Rihlant, Oago, Rato, Hungis. Actum eſt hoc in XIII. Kalendas Novembris. anno glorioſiſſimi Imperatoris Auguſti VIII. indictione II.

NOTA.

Richcozesdorf. Reicherſtorf. ſed num vicus Erdingenſis, an alter Aiblingenſis Præfecturæ?

NUM. CLXVIII.

Paldhram Presbyteri de Moſaha traditio ad Frigiſinga.

NOtitia qualiter Paldhram Presbyter tradidit propriam hereditatem ſuam in loco, qui dicitur Moſaha, quicquid ibidem habuit, totum ex integro tradidit ad domum Sanctæ Mariæ ad Frigiſinga. Hæc autem ſunt teſtes: inprimis Ellanperht Judex, Hrodperht, Iſunc, Salucho, Helicho, Iſaac, Tato. Actum eſt hæc in Nonis Octubris, anno glorioſiſſimi Imperatoris Karoli Auguſti VIII. Indict. II. Ego quidem Tagabertus indignus Diaconus juſſione Attonis Epiſcopi hanc cartulam ſcripſi.

NOTA.

Moſaha. Moſach. ſed incertum, an Moſach Schwabenſis, an alter ejus nominis vicus Dachavienſis Diſtrictûs?

NUM. CLXIX.

Traditio Engilswin ad Holze.

IN Dei nomine. Notitia, qualiter quedam femina Engilſwind nomine tradidit propriam hereditatem ſuam in loco nuncupante ad Holze, hoc eſt Eccleſiam cum domo, ſeu quicquid de propria adquiſitione ibidem habere videbatur, totum ex integro tradidit ad domum Sanctæ Mariæ ſemper Virginis, ſeu etiam beati Petri Apoſtolorum Principis in loco, qui dicitur Zollinga, excepto una mancipia, aliud quoque, ut diximus, ex integrum tradidit in manus Attonis Epiſcopi, ſeu etiam in manus Wagoni Clerici, qui tunc Eccleſiæ ſupra dictæ Zollinga præeſſe viſum eſt. ea verò ratione, ut eam liceat utere, ſeu habere, usquedum vivit, poſt obitum verò ejus ſine ulla contradictione ad ſupra dictum domum Sanctæ Mariæ firmiter in perpetuum permaneat. Actum eſt hæc in XIII. Kal. Auguſti anno glorioſiſſimi Imperatoris Karoli Auguſti VIII. Indict. I. Hæc ſunt teſtes: inprimis Wago Clericus, Sindeo Laicus, Einhart, Alprihc, Wolfheri, Otlant, Mahtperht, Irminfrid. Ego quidem Tagabertus indignus Diaconus hanc cartulam ſcripſi juſſione Attonis Epiſcopi.

NUM. CLXX.

Traditio Engilperhti Clerici de Moresfurtiu.

IN Dei nomine. Ego itaque Engilperht Clericus tradidi ad domum Sanctæ Mariæ propriam hereditatem meam in duobus locis, hoc eſt, ad Moresfurt, & ad Mataclapſin, quicquid in his duobus locis habui totum ex integro firmiter, & indubitanter condonavi, atque tradidi ad jam dictum domum Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas, excepto tres mancipias, quos jam antea tradidi Hovadiu, aliud enim, quicquid habui nihil pretermiſi, ſed firmiter tradidi pro redemptionem animæ meæ, ea enim ratione, ut mihi eadem res haberi liceat ad cuſtodiendum, vel etiam ad meliorandum usque ad finem vitæ meæ. Poſt obitum verò meum conplacitavi cum Attone Epiſcopo ſive cum familia Sanctæ Mariæ in publico Synodo, ut Sliu Presbyter nepus meus eandem rem, quam tradidi in beneficium de domo Sanctæ Mariæ ea ratione ſup ſe Sliu Presbyter perſeveráſſet in Servitio Sanctæ Mariæ, ſeu ipſius Epiſcopi, qui hanc ſedem habeat: Si aliter fecerit, nihil exinde habeat, ſed ſtabiliter permaneat, ubi ego Engilperht eandem rem tradidi, & cum veracis teſtibus confirmavi, quorum nomina ſunt: Kaganhart, Einhart, Reginhelm, Nothart, Oadalrih, alius Kaganhart, Adalker, Adalperht, Adalunc, Sindperht, Pbidker, Arnolt. Actum eſt hæc in puplico Synodo ad Frigiſinga in præſentia Domni Attoni Epiſcopi, & Meginhart, & Reginperht, & Warmunt Abbates, & Cundheri Abbas. Presbyteri verò ſine numero. Laici autem Luitpald Com̃. Ellanperht Judex, Pietto Judex, ſub die conſule, quod facit Kal. Maji. anno glorioſiſſimi Imperatoris Karoli Auguſti VIIII. Indictione. Ego quidem Tagabertus indignus Diaconus ſcripſi juſſione Attonis Epiſcopi.

NOTÆ.

Moresfurtiu. fortè Moſſurt in Territorio Landavienſi inferioris Bavariæ.

Ad Mataclapſin. Nihil huic vocabulo ſimile reperimus in Deſcriptione Bavariæ Geographica. Unde ſuſpicamur, eo non denotari niſi locum, ubi unum tantùm aut alterum prædium exſtiterit. Quod idem de aliis locis accipiet Lector, quorum explicationem non adjungimus.

æterùm ex hoc inſtrumento certum eſt, Attonem Epiſcopum anno 809. convocâſſe Synodum. Meginhart Abbas, qui interfuiſſe convincitur, non erat alius, quàm Tegernſeenſis. Reginperht Moſpurgenſis. Quorumnam Monaſteriorum Abbates fuerint Warmunt, & Cundheri, hactenùs ignoramus. Suſpicamur, unum fuiſſe AltoMonaſterienſem, alterum Iſanenſem aut Tegernbacenſem.

NUM. CLXXI.

Traditio Hagunoni Clerici de Tanne.

DE traditione, quam fecit Haguno Clericus in loco, qui dicitur ad Tanne. ipſe quoque Haguno eo modo hanc traditionem fecit, ut in beneficium eandem rem de domo Sanctæ Mariæ habuiſſet usque ad finem vitæ ſuæ. poſt obitum verò illius cum omni integritate ad domum Sanctæ Mariæ ad Frigiſingun ſine ulla contradictione permaneat. Hæc autem ſunt teſtes: Rumolt, Emicho, Fridurat, Coteperht, Wiclant, Reginhart, Liutto, Erchanpald, Engilrih, Somperht. Actum eſt hæc in IIII. Idus Februarii anno glorioſiſſimi Imperatoris Karoli Auguſti VIIII. Indictione. Ego quidem Tagabertus indignus Diaconus hanc cartulam ſcripſi juſſione Attonis Epiſcopi.

NOTA.

Tanne. Tan. quo vocabulo ſex pagos in Bojaria numeramus, è quibus tres in hac Diœceſi reperiuntur, quis verò ex iis in hoc inſtrumento deſignetur, nemo facilè definiêrit.

NUM.

Digitized by Google

NUM. CLXXII.

Traditio Deodolti ad Ekkiperhteshova.

NOtum ſit cunctis in domo Sanctæ Mariæ converſantibus, qualiter Ego Atto Epiſcopus in beneficium conceſſi Deodolto Clerico rem propriam in loco Ekkiperhteshova, quam Chuniperht, & Adalcoz tradiderunt domui Sanctæ Mariæ. Ipſe quoque jam dictus Deodolt econtra tradidit ad domum Sanctæ Mariæ propriam hereditatem ſuam in eodem ſupra dicto vico territorium cum ædificiis mancipias duas, quorum nomina Alprih, Oata, jurnales XXXVI. de pratas quaſi carradas XL. vel quicquid in eodem vico ſeipſum, & Matrem ſuam Irminrat nomine de propria hereditate habere videbantur totum ex integro manu commune tradiderunt ad altare Sanctæ Mariæ in manus Attonis Epiſcopi. hæc autem ſunt teſtes: Kaganhart, Adalhart, Spulit, Nothart, Aſo, Emicho, Oadalhart, Hrodlant, Eparpert, Semperht Clericus. Actum eſt hæc in V. Idus Septembris anno glorioſiſſimi Imperatoris Karoli Auguſti VIIII. Indictione III. Ego Tagabertus indignus Diaconus ſcripſi juſſione Attonis Epiſcopi.

NOTA.

Carradas XL. Carrada ſive *carrata* v. g. vini dicitur, quantum carro ſive plauſtro vehi poteſt. Germanicè ein Fueder. Una carrada vini apud Atheſinos æſtimatur octo Urnarum Tyrolenſium.

NUM. CLXXIII.

Traditio Erchanheri de Alamuntinga.

IN nomine Dei. Ego itaque Erchanheri Presbyter poſt diſceſſum meum nepote meo nomine Heriwini in loco nuncupante Alamuntingas Eccleſiam meam, quæ conſtructa eſt in loco prædicto in honore Sancti Petri in hereditate mea trado, atque transfundo, & omnes res meas, quæ ad ipſam Eccleſiam pertinent, & omnes adquiſitiones meas. Similiter ad Dorf ipſam Eccleſiam, quæ dedicata eſt in honore Sancti Martini, quam condiderunt heredes noſtri cum omni poſſeſſione ſua Ei eo tenore poſt obitum meum trado, & omnia, quæ neceſſaria ſunt in his locis pratas, ſilvas, aquas, aquarúmque decurſos, & omnia, quæ jure poſſideo in ipſius poteſtate poſt obitum meum permaneat usque in finem vitæ ſuæ. ejus verò poſt obitum cum omni integritate ſupra dictas res permaneant ad Frigiſingas ſicut in ante acta traditio continetur pro animas utrorumque noſtrum, & parentum vel genitorum Patris, & Matris, & fratrum confirmatum, & inconvulſum ad domo Sanctæ Mariæ in evum perſeveret. Actum in villa Alamundingas die quod facit VI. Idus Januarii Indictione XV. anno regnante Domno Karolo X. Si quis contra hanc cartulam inire contenderit, aut frangere voluerit, inprimis judicium Dei incurrat, & Sancti Petri, & in fiſco xL. Solidos conponat auro adpretiatos, & minimè prævaleat. Sed hæc traditio omni tempore firma permaneat ſtipulatione ſubnexa. Signum Erchanheri Presbyteri, qui hanc cartulam fieri rogavit. Heito Teſt. Kysalhart, Irminheri, Wicheri Waltheri, Altuperht, Marcho, Iſanparto, Hajo, Adalwalt, Tinno, Putilo, Ernuſt. Ego Erchanheri propria manu ſcripſi, & ſubſcripſi.

NUM. CLXXIV.

Traditio Einharti ad Prunnom.

NOtitia qualiter Einhart Laicus tradidit propriam hereditatem ſuam in loco, qui dicitur ad Prunnom tertiam partem ex omnibus, quicquid ibidem habere videbatur, tam in mancipiis, quàm etiam territoriis, ſeu quicquid tertiæ partis ibi eſſe dinoſcitur tradidit domui Sanctæ Mariæ, & Sancti Corbiniani Confeſſoris Chriſti ad Frigiſingas in manus Domni Attonis Epiſcopi. hæc autem ſunt teſtes: inprimis Memmo, Crimuni, Hiſſo, Hunolt Diaconus. Actum eſt hæc die conſule, quod facit VI. Kalendas Aprilis anno glorioſiſſimi Imperatoris Karoli Auguſti XI. Indictione IIII. Ego Tagabertus indignus Diaconus hanc cartulam ſcripſi juſſione Attonis Epiſcopi.

NUM. CLXXV.

Traditio Cotania de Oaſinwanc.

IN nomine Dei Summi. Ego Cotani indigna mulier dono pro anima mea & transfundo de portione mea, quod mihi reliquid Pater meus in propriam hereditatem in fine, quæ vocatur Oaſinvvanc, hoc eſt unum manſum veſtitum, & jugeres xL. & de pratis XX. Carradas, hoc trado præſente marito meo Ozoni, & præſente filiæ meæ Angilsnotæ ad Eccleſiam SanctiMichahelis Archangeli, & Sanctæ Mariæ ſemper Virginis ad locum quæ vocatur Rottnpah pro remedium animæ meæ, vel pro æterna retributione, ut ad diem judicii veniam merear habere. Et ſi quis vir, quod fieri non credimus, aut ego, aut filius meus, vel ullus de heredibus meis, aut quislibet oppoſita Perſona, qui contra hanc donationem agere, aut infrangere voluerit, primitus iram Dei cœleſtis incurrat, & à liminibus omnium Sanctorum excommunicatus exiſtat, & cartula hæc firma, & inviolata omni tempore permaneat. Si quis autem umquam homo hoc frangere voluerit, non habeat licentiam Dei, & anathematus ſit de omnibus Sanctis, & pro hoc inferat fiſco auri libram unam, & argenti pondus quinque coactus exſolvat Rege cogente. Actum eſt hæc in Eccleſia Sancti Mihahelis, & Sanctæ Mariæ ad locum ſupra ſcriptam, regnante Rege noſtro Carolo. hæc traditio actum eſt in IIII. Idus Majas.

NOTÆ.

Oaſinvvanc. Yeſewang, ut alibi dictum.
Rotnpach. Rotbach, Dachavienſis, ut videtur, Præfecturæ.

NUM. CLXXVI.

Traditio Swinhuſin.

IN Chriſti nomine. Cogitante vel tractante me de anima mea, ſeu de vita futura, ut in quantitate apud pio Domino veniam merear accipere. Idcirco ego Adalo quamvis peccator propriam hereditatem meam trado atque transfundo in loco, qui dicitur Svvinhuſin, ſeu ad Zetileshuſin ad caſtrum nuncupante Friſinga ad Sanctam Mariam, & ad Sanctum Corbinianum, id eſt, mancipia, territorium cum edificiis, arvis, pratis, ſilvis, cultis, non cultis mobilium, & inmobilium, aquarum decurſus, cum omni utenſilia, quodcunque ad meam pertinet partem. Teſtes in libro traditionum inveniuntur. Si quis autem contra hanc cartam traditionis inire voluerit, aut frangere temptaverit, aut ego ipſe, aut alius de heredibus meis iram Dei incurrat, & cauſam habeat cum Sancta Maria, & partem cum Juda traditore, & hec carta traditionis omnino firma permaneat.

NUM.

Digitized by Google

NUM. CLXXVII.

Traditio Willihari Clerici.

IN nomine Dei Salvatoris noſtri. Ego Williheri Clericus, ſeu Hrodperht tradidimus baſilicam, quæ eſt in loco Tagaleihhinga ad epiſcopatum Sanctæ Mariæ in loco, qui dicitur Frigiſinga cum omnibus, quæ ad ipſam pertinet. Et hæc ſunt teſtes per aures tracti Chundhart Comis, Liutpato Laicus, Liutprant Laicus, Deotrih Laicus, Fridurih Laicus, Mahtolt Laicus, Cundachar Laicus. Si quis autem voluerit hanc traditionem frangere, inprimis iram Dei omnipotentis exinde incurrat, & à limine Sancti Petri extraneus efficiatur, & conponat ſicut lex eſt, & hæc traditio nihilominus firma permaneat.

NUM. CLXXVIII.

Traditio Reginoni, ſeu Uxori ejus.

IN nomine Domini noſtri Jheſu Chriſti. Ego itaque Regino, & Conjux mea Oaſpirin pro remedium animarum noſtrarum tradimus, atque transfundimus, quicquid habuimus in hereditatem, & quicquid tradidit ei Pater ipſius in propriam cum licentia Domni Taſſiloni Ducis, in loco, qui dicitur Chamara ad Eccleſiam Sanctæ Dei genetricis Mariæ in caſtro nuncupante Frigiſinga, id eſt unum ſervum nomine Adalperht, & Uxor ejus Waldni cum filiis ſuis, nomina ipſorum Crimperht, Zeizilo, cui omnia ſibi pertinentia, & utenſilia, cum ædificiis territoriis, cultis, & incultis, pratis, paſcuis, ſilvis, aquarúmque decurſibus, mobilibus, & inmobilibus, totum ex integro ad poſſidendum ad prædictum locum poſt obitum noſtrum. hæc autem ſunt teſtes: Selbraat Com. Teſt. Wicrat Teſt. Salomon T. Poapo T. Otpald Teſt.

NUM. CLXXIX.

Traditio Oazonis de Rotapach, ſeu Uxori ejus.

ILle bene poſſidet rebus in terris, qui ſibi cum terrenis & caducis conquirit cœleſtia & inmobilia æterna premia coram Deo. Propterea ego Oazo conſtruxi Eccleſiam in loco nuncupante Rotapach, una cum Conjuge mea Cotania, ſeu filiæ meæ Engilsnota Ancillæ Dei, & feci ego ipſe, & Engilsnot manibus noſtris altarem, & ibidem invitavimus verandum Attonem Epiſcopum ipſum altarem ad conſecrandum, & ipſe honorandus Epiſcopus ſic fecit in honore Sanctæ Mariæ, & Sancti Michahelis cum reliquiis Sanctis. Et ego Oazo, & filius meus Mejol ad ipſum altarem tradidimus mancipias noſtras, quorum nomina Cozolt, Æepolant, Piric, Angilſwind, Waninc, Lantpiric, Perahtleih, Alpvvih Paldrih, Perahthram, Engilvvih, Amalrih, Adaldrud, Otta, Hìltilo, Hìltihart. ✠ Aſoltan, & Wiedruda donavit Cotesdiu, & omnia, quicquid de propria hereditate habuimus in portionem acceptum cum omnia utenſilia, ut firma, & ſtabilis permaneat ad ſupra ſcripta Eccleſia, & ipſam Eccleſiam firmiter tradidimus ſine ulla contradictione cum omnibus ad hæc pertinentibus poſt obitum noſtrum ad domum epiſcopalem Sanctæ Mariæ, ſeu ad ſepulchrum Sancti Corbiniani Confeſſoris Chriſti in loco Frigiſingas. ea verò ratione firma traditione, ſi poſt obitum noſtrum quis de propinquis noſtris in ſervitium Dei ſacerdotali officio ſe adjunxerit, cum licentia ipſius Epiſcopi, qui his temporibus ſupradicto domo præeſſe dinoſcitur, ſubjectus, & obediens ſit in omnibus Eccleſiæ Sanctæ Mariæ ad Frigiſingun, & caput, & cauſas exinde dijudicat, ſicut & ego. in præ-

ſentia Epiſcopi ſtatui hæc & coram auctoribus firmavi. Et ego Tutilo Presbyter donavi in præſentia ipſius Epiſcopi ad ipſam prædictam Eccleſiam calicem, & patenam, & Sacramentarium, & quicquid de paterno hereditate in partem propriam accepi, ſeu quolibet modo ad me jure contraxi cum iſtis mancipiis fideliter, & immobiliter offeram: Adalmunt, Sicco, Kesleip, Froihilt, Angilſvvind, Waninc, Otilo, Otta, Luipurc, Hettilo, Ratheri, Liutheri, Niunta cum omnibus, quæ mihi ſeu à Patre meo, ſive à parentibus meis, quæ mihi in hereditatem contigit, agris, pratis, ſilvis, montibus, collibus, paſcuis, rivis aquarúmque decurſibus, cultis, & incultis, ut firma permaneat in evum. Et ego Cozzilo ſimiliter feci, & teſtes ſunt: Erachar Presbyter T. Ellannod Diaconus T. Anno T. Siculi Clericus T. Otperht, Reginhart, Kaganhart, Tutilo T. Si quis contra hanc cartulam inire voluerit, inprimis incurrat iram Dei, & partem habeat cum Juda traditore, & condemnabitur in ſeculum Seculi.

NOTA.

Sacramentarium. hoc nomine ſignificatur liber à D. Gregorio Papa compoſitus, in quo ille omnes collectas & Orationes in Miſſis, aliásque preces ad Officium Divinum, & ad ſacros ritus totius anni collegit. Ejusmodi libri hodie dicuntur Miſſalia, aut Miſſales.

NUM. CLXXX.

Convenientia Attonis Epiſcopi, & Einharti.

NOtitia, qualem convenientiam Atto Epiſcopus, & Einhart Advocatus illius fecerunt propter territorium, quam Johannes Presbyter in beneficium habuit in loco Svvindkiricha, hoc ſunt duas colonias, quas temporibus Arbionis Epiſcopi hæc Eccleſia veſtita erat; dicebant enim Advocati Attonis Epiſcopi, quod Cundalperht Pater Einharti eadem colonias tradidiſſet ad jam dictam Eccleſiam Svvindchiricha, ſed non habeant firmitatem, nec in litteris, nec in teſtibus. Interveniens hoc Atto Epiſcopus, & conplacitavit cum Einharto, ut donâſſet ei in alio loco placitum teritorium in beneficio de domo epiſcopali, ut hanc contentionem diſſipâſſet. ita & fecerunt, & præſtavit Atto Epiſcopus jam dicto Einharto in loco Dorfa territorium aptum, & beneplacitum ei, in hoc enim hæc convenientia eſt firmiter confirmata, ut jam dictus Einhart, paritérque & Uxor illius Erchanpurc usque ad vitam illorum cum omni integritate, & adquiſitione illorum ad domum Sanctæ Mariæ ut ſine ulla contradictione permanſiſſet. fuerunt etiam in eadem contentione mancipias ſeptem, & ipſos dimiſit præter duos. hæc omnia definita, & firmiter condicta teſtes traxerunt inter ſe Atto Epiſcopus, & Einhart, ut nullus amplius hæc inquietare, vel deſtruere poteſtatem habuiſſet. hæc enim ſunt teſtes: inter illos inprimis Ellanperht Judex, Kaganhart Advocatus Attonis Epiſcopi, Adalhart Nepus illius, Reginperht, Vagan, Tato, Memmo, Pazrih, Noato, Adalunc, Egilperht.

NOTÆ.

Svvindkiricha. Hagenſis Præfecturæ.
Veſtita erat. nempe inveſtita erat.

NUM. CLXXXI.

Otkeri Presbyteri ad Weride Conquiſitio.

EGo itaque in Dei nomine Otker Presbyter notitiam facio de cauſis meis, quomodo, & qualiter fecimus de noſtris propriis cauſis, & in tempore Taſſiloni tradidi omnia, quicquid habui ad Weride ad Eccleſiam Sanctæ Mariæ in loco nuncupante, qui dicitur Frigiſinga, & poſtea mihi rapuit Cothrammus Comis ipſam cauſam cum fortia contra lege. veni ego in præſentia Domni Regis

Regis Karoli, & nuntiavi ei, & ille donavit mihi miſſos ſuos in ſua elymoſina Attonem Epiſcopum, & Hvvasmotum Diaconum, & in ipſo tempore fuerunt miſſi Domni Regis in Bajoaria Wolfolt, & Rimigerus. illi conquiſierunt ipſam cauſam ad Cotahrammo, & ipſe invitus reddidit mihi omnia cauſa mea de verbo Domni Regis. hoc fuit factum in loco, qui dicitur Ardeoingas, quod multi ſciunt, & fuit factum in præſentia Wolvolti & Rimigeri, & alii multi præſentes, Engilhart Comis, Job Comis, Ellanperht Judex, Rihpald, Luitprant, Tato, Hroadperht, & fuit factum in III. Kalendas Octobris, & fuerunt ibidem multi præſentes, quos dinumerare non poſſumus, & Meginhardus Judex Teſtis.

NOTÆ.

Weride. forte Wert, in Territorio Erdingenſi.
Cum fortia. Italice forza. nempe cum vi.
Ardeoingas. Arding, ſive Ærding, aut Erding, hodie urbs, trium horarum ſpatiô Friſinga diſtans.

NUM. CLXXXII.

Sigiheri Traditio.

IN nomine Dei Salvatoris noſtri. Ego Sigiheri cogitante vel tractante de anima mea, ſeu de vita futura, ut in quantitate apud pio Domino veniam merear accipere. idcirco tradidi ad altarem Sancte Mariæ in loco Frigiſinga territorium pratas, ſilvas pro memetipſum, & Uxorem meam, & pro filios meos in loco, qui dicitur Haſalpach, ut ſit ſtabilis, usque in perpetuum. Et hæc traditio, quam ſupra memoravimus eſt de medietate tradita, & aliam, quam inde abſtuli dedi filiæ meæ Ermenſvvindæ. Et ſi quis voluerit hanc traditionem frangere, iram Dei incurrat, & conponat, ſicut lex eſt. hæc ſunt teſtes per aures tracti: Altman Diaconus, Hitto Clericus, Arnolt Clericus.

NUM. CLXXXIII.

Coteſcalh Presbyteri, & Cozpald Presbyteri.

IN nomine Dei Salvatoris noſtri Jheſu Chriſti. Ego Coteſcalh Presbyter, & Cozpald Presbyter cogitantibus, vel tractantibus nobis pro animas noſtras, ſeu pro vita futura, ut in quantitate apud pio Domino veniam mereamur accipere. Conventione autem facta inter nos, cum conſilio Domni Attoni Epiſcopi uterque tradidit alio propriam hereditatem ſuam usque ad obitum eorum in loco, qui dicitur Hluttrinpah, ſed tamen ſuper illam poteſtatem habens Coteſcalh, & poſtea ſimul commune manu tradidimus ſupra dictam hereditatem noſtram ad Sanctam Mariam ad locum nuncupante Frigiſingas, in præſentia Domni Attoni Epiſcopi, ſeu omni congregationi ejus, id eſt cum omni utenſilia, terra culta, & inculta, pratis, paſcuis, ſilvis, mobilia, & immobilia cum ſervis, & ancillis, & quicquid habuerimus in conqueſtionibus, adquiſito lucro, & emeliorato, totum ex integro poſt obitum noſtrum tam veſtitum, & emelioratum ſine ulla contradictione redeat ad ſupra dicto domo, eo ordine, ut tamdiu vixerimus ſuper terram, poteſtatem habendi ſicut uſus eſt fruendi. hæc ſunt teſtes per aures tracti: inprimis ipſi Presbyteri ſupra dicti Coteſcalh, & Cozpald, Ortheri Presbyteri, Williperht, Altman Diaconi, Hitto, Arnolt, Irminfrid Clerici.

NUM.

Digitized by Google

NUM. CLXXXIV.

Peradeo Clericus de Pritilinpah.

DE traditione, quam fecit Peradeo Clericus in loco, qui dicitur Pritilinpach, quicquid ibidem habuit, totum ex integro tradidit ad domum Sanctæ Mariæ ſemper Virginis in loco Frigiſinga, hoc eſt mancipia ſex & duas colonias, ipſam traditionem in manus Domni Attoni Epiſcopi factam, nemo quis dubitet. Ea verò ratione, ut mihi utere liceat, usquedum vivo tamquam & nepotem meum Undeo nomine. poſt obitum verò noſtrum ad ſupra dictum domum Sanctæ Mariæ firmiter, & ſine ulla contradictione permaneat in ævum. Hæc autem ſunt teſtes: inprimis Hroadolt, Peradeo, Pittulunc, Svvarzolh, Pernker.

NOTA.

Pritilinbach. Pritlbach in Territorio Dachau.

NUM. CLXXXV.

Traditio Sindperhti, & Cunduni.

NOtum eſt cunctis in epiſcopio Sanctæ Mariæ, quòd Sindperht & filius ejus Cunduni tradiderunt propriam hereditatem ſuam in loco Nivivara ad domum Sanctæ Mariæ in loco Frigiſinga mœniis ſitum, communis manibus firmiter tradiderunt territorium, ſeu pratas cum omnibus ad hæc pertinentibus, ut in perpetuum pro remedium animarum eorum, ſeu parentorum ibidem perpetualiter ſine ulla commutatione permanerent. hæc ſunt teſtes per aures tracti: Scacca Presbyter, Wago Clericus & Cap̄ Atulo Presbyter, Hroadolf Presbyter, Altman Diaconus, Heimperht Clericus, Iſanperht Laicus, Nenzilo Laicus, Huſinc.

NUM. CLXXXVI.

Traditio Chunoni Comitis de Abuşna.

DUm oportet unicuique in hoc Seculo vacare, videtur Sacramenta reminiſcere, & ultimum diem pertimeſcere, ne nos improviſâ Mors inparatos inveniat, & tamquam fur comprehendat, vel æternæ mortis laquei tradat; idcirco de rebus tranſitorijs, quam Pater meus Purso mihi in hereditatem reliquid. Ego Chuno languore depreſſus tradidi ad Eccleſiam Sanctæ Mariæ in loco nuncupante Frikisinga, ubi requieſcit beatus Corbinianus pro remedium anime meæ, hoc eſt manſam in eo villa, Abunsna ubi ſurgit, quæ de hereditate parentorum meorum obvenit, cum caſis curte circumcincta, cum orto, terris, pratis, ſilvis, aquis cum integritate habere vel uſurpare debeam. Poſt meum quoque diſceſſum, quòd ſit ſtabilis ad locum, quam ſupra memoravimus, & ſi quis voluerit hanc traditionem frangere, iram Dei incurrat & conponat, ſicut lex eſt, & hæc traditio nihilominus firma permaneat. Ego Chuno hanc traditionem feci coram parentibus meis, & rogavi Sindeonem, & Cundharium proximi mei firmare hanc traditionem in altarem Sanctæ Mariæ ad locum nuncupante Frigiſinga, in præſentia Epiſcopi, vel cuncto Clero, quod ſit ſtabilis usque in perpetuum: & hæc ſunt teſtes, Altman Diaconus, Hitto Clericus, Hamadeo Præſes, Sindeo, Cundheri, Rihheri, Amalperht, Ratpald, Cozmar, Adalhart. Ego indignus Presbyter Berno Scripſi hanc traditionem juſſus ex ore Attoni Epiſcopi.

NOTA.

Abuşna. Abens, Abenſpergenſis Territorij.

NUM.

Digitized by Google

NUM. CLXXXVII.

Traditio Adaloni, & Reginpald.

IN Chriſti nomine. Cogitante vel tractante me de anima mea, ſeu de vita futura, ut in quantitate apud pio Domino veniam merear accipere. idcirco ego Adalo, quamvis peccator propriam hereditatem meam trado, atque transfundo in loco, qui dicitur Scropinhuſun, ſeu ad Zetileshuſun ad caſtrum nuncupante Frikiſinga ad Sanctam Mariam, & ad Sanctum Corbinianum, id eſt, mancipia, territorium cum ædificiis, ruris, pratis, paſcuis, ſilvis, cultis, non cultis, mobilium, & inmobilium, aquarum decurſibus, cum omni utenſilia, quodcumque ad meam pertinet partem. Et hæc ſunt teſtes: Hamadeo, Sindeo, Cundhram, Amalperht, Cozmar, Rihperht, Adalker, Pazrih, Riheri, Reginperht. Siquis autem contra hanc cartulam traditionis inire temptaverit, aut frangere voluerit, aut ego ipſe, aut ullus de heredibus meis, iram Dei incurrat, & cauſam habeat cum Sanctæ Mariæ, & partem cum Juda traditore, & hæc cartula traditionis omnino firma permaneat. & ego Reginpald hanc cartulam, ſeu traditionem confirmavi.

NUM. CLXXXVIII.

Traditio Altmanni ad Aruzapach.

NOtitia de traditione quam fecit Altman ad domum Sanctæ Mariæ, hoc eſt in loco, quæ dicitur ad Pheterach, & Aruzpach. tradidit enim, quicquid in ſuam partem ei evenit hereditatis, quando cum filiis ſuis partivit hoc totum ex integro tradidit, nihil enim pretermiſit, niſi firmiter condonavit, & legitimis teſtibus confirmavit, quorum nomina ſunt: Sigipald, Einhart, alius Einhart, Memmo, Ekkihart, Hitto Diaconus. Actum eſt hæc in XIII. Kalendas Maij.

NOTÆ.

Aruzapach. Arzbach, Dachav. Præfecturæ.
Pheterach. Pfetrach, in Territorio Moſpurg.

NUM. CLXXXIX.

Isanperhti de Hasalpah.

COmmemoratorium traditionis Isanperhti, & Conjuge ſuæ nomine Reginwiz, quia tradiderunt omnia, quicquid habuerunt in loco, qui dicitur Hasalpah, tam in terris, quam in mancipiis, totum ex integro tradiderunt preter IIII. mancipias ad domum Sanctæ Mariæ, & Sancti Corbiniani Confeſſoris Chriſti, ut poſt obitum illorum ibidem firmiter permanſiſſet. & hæc nomina mancipiorum: Adalhelm, Erpho, Cotahelm, Ribhelm, Hutſwind, Danchólf, Reginmot, Riugun. Hæc autem ſunt teſtes: Ellanperht Judex, Engilperht, Sculhaiſus, Sindeo, Rihheri, Toto, Iſangrim, Lantolt, Dinguni, Einhart. Actum eſt ad Frigiſinga coram Attone Epiſcopo, in baſilica beatæ Mariæ ſemper Virginis coram multis adſtantibus.

NUM. CXC.

Traditio Irminperht.

IN nomine Dei Summi incipit brebiarius, quo modo tradidit Irminperht ad Eccleſiam Sancti Michahelis, quæ eſt constructa in vico, quæ nuncupatur Cotingas. inprimis pro patre ſuo Iskero, & pro ſe, & pro fratrem ſuum Hun-

Digitized by Google

Hunker, mancipias nominamus: Helidni, Fritila, Erchanfrit, Aotuni, Lipuni, Adolhart, Bernhilt. & de terra, quantum pertinebat ad Hungero, ipſam terram tradidit cum pratis & ſilvis, omnem Umectam, ſeu frutectam partis ejus cum omnibus ad hæc pertinentibus, firmiter ſine ulla contradictione ad ſupra dicto domo ſine ulla commutatione tradidit, & placitamus, quòd iſti duo Adolhart, & Bernhilt ad molendinum aliquid non operâſſent, ſed alium ſervitium pleniter feciſſent. Et ego Irminperht volo mundiburdiis eorum eſſe, & ortare eos ad ſervitium Sancti Michahelis, & Domno noſtro Epiſcopo.

NOTÆ.

Cotingas. Gautting, ut alibi dictum.

Mundiburdijs. fortè Mundiburdius, id eſt, defenſor: uti *Mundiburde* aut mundiburdium nihil aliud ſignificat niſi defenſionem, ut nôrunt eruditi.

Italis Mondualdo, quod idem eſt ac tutor, maximè mulierum. bayſtänder.

NUM. CXCI.

Traditio Reginperhti.

IN Chriſti nomine. Cogitante, vel tractante me de anima mea, ſeu de vita futura, ut in quantitate apud pio domino veniam merear accipere; idcirco ego Reginperht, quamvis peccator propriam hereditatem meam trado, atque transfundo in loco, qui dicitur Thalamazzinga ad locum nuncupantem Frigiſinga ad Sanctam Mariam, & ad Sanctum Corbinianum, id eſt coloniam unam, vel quicquid ibi habere videbatur. & hæc ſunt teſtes: Adalmunt, Ampho.

Si quis autem contra hanc cartulam traditionis inire temptaverit, aut frangere voluerit, aut ego ipſe, aut ullus de heredibus meis, iram Dei incurrat, & cauſam habeat cum Sanctæ Mariæ, & partem cum Juda traditore, & hæc cartula traditionis omnino firma permaneat.

NUM. CXCII.

Traditio Franchoni ad Wanga.

IN Dei nomine. Ego itaque Francho cogitante, vel tractante de anima mea, ſeu de vita futura, ut in quantitate apud pio Domino veniam merear accipere, denique trado propriam hereditatem meam ad Sanctam Mariam Matrem Domini in loco nuncupante Wanga, quicquid ibidem de propria hereditate habui totum ad ſupra dictum locum Frigiſingas tradidi, atque cum legitimis teſtibus confirmavi, ut ibidem pro redemptionem anime meæ usque in perpetuum ſine contradictione perſiſtat. hæc ſunt teſtes: Umfrid Presbyter, Chagan, Cunzo, Coteperht, Salomon Diaconus, Heripald Diaconus. hoc factum eſt ad Frigiſingas in publico Synodo coram Attone Epiſcopo, ſeu cuncto Clero ibidem congregato in pridie nonas Auguſti.

NUM. CXCIII.

Traditio Heriperhti, & Ribkundæ de Altunhuſir.

IN Dei nomine. Notum eſt cunctis, quòd Heriperht quidam homo, ſeu filia ejus Rihcund, pro remedium animarum earum tradiderunt propriam hereditatem eorum ad Sanctam Mariam in locum, qui dicitur Frigiſingas. id eſt mancipias tres, atque territorium, vel quicquid habuerunt in loco, qui dicitur Altinhuſir. hæc autem ſunt teſtes: Angilperht T. Aigil Teſt. Reginperht T. Hroadprant Teſ. Oadalſchalch T. Erchanperht Teſ. ſcripſi autem ego Williperht Diaconus, & ſubſcripſi.

NUM.

Digitized by Google

NUM. CXCIV.

Traditio Wolfperhti.

DUm in Dei nomine cogitante vel tractante me de anima mea, ſeu de vita futura, ut in quantitate apud pio Domino veniam merear accipere; idcirco ego Wolfperht propriam hereditatem, quam genitor meus Erchanperht mihi in hereditatem reliquid in villa nuncupante Wolfperhteshusir, & quicquid ad hæc pertinet loca, & hoc, quod ego adquirere poſſum dono, atque transfundo ad Eccleſiam beate, & intemerate Virginis Mariæ infra oppido Frigiſingas locum publicum, ut me vivente, vel poſt obitum meum habeat poteſtatem defenſor, atque poſſeſſor ipſius ſupra dictæ Eccleſiæ omnia, quicquid ſupradictus genitor meus mihi reliquit. Itaque tradidi, atque transfundavi propriam hereditatem, atque empticam in jam prædicto loco; reliqua autem omnia utenſilia, id eſt, campis, pratis, paſcuis, ſilvis, aquarúmve decurſibus, & quicquid noſtris ditionibus eſſe videtur. Hæc autem omnia loci hujus utenſilia pleniſſima devotione ad prædictum locum fieri in perpetuo confirmavi, nullo prohibente. Si quis verò, quod fieri non credo, ego ipſe, aut aliquis ex parentibus meis, vel appoſita Perſona contra hanc donationem venire temptaverit, cum Deo judice vivorum & mortuorum excommunicatus appareat, & cum Juda traditore habeat partem. Et hæc traditio nihilominus firma permaneat. Et hæc ſunt teſtes: inprimis Hununc Presbyter, Pern Presbyter, Tiso Presbyter, Wicrat Clericus, Marcheo Clericus, Salaman Laicus, Reginperht Laicus. Ego indignus Presbyter Pern ſcripſi hanc traditionem juſſus ab Attone Epiſcopo.

NOTÆ.

Wolfperhteshusir. an Wolfrathauſen?

Hereditatem atque empticam. nempe quidquid ad ſe ſive jure hæreditario aut emptione pervenerat.

NUM. CXCV.

Traditio Umplodi & Erchanperhti Filii ejus.

IN Dei nomine. Notum eſt cunctis in epiſcopio Sanctæ Mariæ manentibus, quod Umplod, & Erchanperht filius ejus tradiderunt hereditatem eorum Sanctæ Mariæ domui in loco nuncupante Chamara, quicquid habuerunt in ipſis duobus locis nuncupantibus Peihhinhusir, & alio loco Horskinhuſir cum omnibus ad ipſis locis nominatis pertinentibus, nihil pretermittentes, quod jure pertinebat ad illis in hereditatem. Et hæc ſunt teſtes per aures legitimè tracti: Inprimis Hroadolt, Cozmar, Toto, Chuniperht, Altiperht, Popo, Waltrih, Wenilo, Ekkolf, Soamperht, Toto, Wolfhart, Eccho.

NUM. CXCVI.

Job, Helmpiric tradiderunt.

IN Chriſti nomine. Ego Job, & Helmpirich conjux mea tradidimus ad Sanctam Mariam pro ſalute animarum noſtrarum in locum Frigiſinga, & pro Selprati, & Deothilta, quicquid habuimus in loco nuncupante Feldmohinga, id eſt, LX. jugeres, & XXX. Carradas de pratis. Hæc ſunt teſtes, & eorum nomina, qui per aures tracti ſunt, id eſt: inprimis Adalo, Wolfperht, Engilperht, Ermperht, Hramperht, Crimuni, Cunzo Laic. Wicrat,

erat, Sundarheri Diac. Iſaac Diac. in præſentia Attonis factum Epiſcopi. Et ſiquis contra hanc cartulam inire temtaverit, vel frangere voluerit, inprimis iram Dei incurrat, & poſtea à liminibus Sanctorum extraneus efficiatur, & cartula hæc nihilominus firma permaneat. Actum eſt in Villa, qui dicitur Iſna, in Eccleſia beati Zenonis Confeſſoris, ſub die conſule, quod erat XIII. Kalendas Auguſti. Ego Iſaac Diaconus hanc epiſtulam ſcripſi juſſus ab Attone Epiſcopo, & in prædicto loco, qui dicitur Feldmohinga de cauſis Eccleſiæ, quicquid ad eos pertinet, ſive de mancipiis, ſeu territoriis ſic tradiderunt, & firmaverunt cum teſtibus, qui ſupra ſcripti ſunt ad Eccleſiam beatæ Mariæ in caſtro Frigiſinga in manus Attonis Epiſcopi.

NOTA.

Iſaac Diaconus. Teſtis & Scriptor hujus inſtrumenti, alibi vocatur *Presbyter & Monachus.* vid. lib. 1. Trad. f. 137.

NUM. CXCVII.

Traditio Hittoni Diaconi de Hlaginpach.

DUm in Dei nomine non habetur incognitum, qualiter Hitto Diaconus conſtituit cauſam hereditatis ſuæ, quicquid habuit ad Hlaginpach firmiter tradidit domui Sanctæ Mariæ in locum Frigiſinga; ea verò ratione, quamdiu ipſe advixerit, ut habuiſſet in poteſtate ad utendum, & ad meliorandum non in nullo minuendum. Poſt obitum verò ejus ſine ulla contradictione totum, & integrum redeat inconvulſa ad ſerviendum Sanctæ Mariæ in loco prænotato cum omnibus ad hæc pertinentibus. Hæc ſunt teſtes hanc traditionem factam videntes: Luitpald Comis, Adalhart, alius Luitpald, Papo, Toavvart, Engilrih, Erchanperht, Eparhart, Madalker.

NUM. CXCVIII.

Traditio Iſanperhti de Phrumari.

NOtitia de traditione, quam fecit Iſanperht, ſeu Oatila Uxor ejus, vel filii eorum Mekinperht, & Adalker in loco nominato Phrumari ad Eccleſiam ædificatam in loco illo in honore Sanctæ Mariæ cælebratam, & illam Eccleſiam cum rebus ipſis, quæ ſubter tenentur inſerta ad domo epiſcopale traditam loco publico nuncupante Frigiſienſis, ubi reliquias Sanctæ Dei Genetricis in honore adorantur, vel venerantur, & Corpus Sancti Corbiniani Confeſſoris Chriſti requieſcit. Præfatam Eccleſiam in ante dicto loco cum rebus ipſis jam dictis prædicti traditores confirmaverunt, hoc ſunt ſeptem mancipia, duos curtes cum ædificiis, centum viginti jugeres, prata cum ſilvis cum magna parte quod dinumerare præſertim difficile eſt, ſed tamen illa ſunt ſingulariter ſeparata, hæc omnia jam ante affata cum teſtium firmatione ſubnexa ſunt. Rumolt Advocatus Attoni Anteſtitis circuibat prædictas res cum teſtibus, ille conplacitavit cum Adalkerone, & teſtes de manu ejus accepit. Hæc ſunt teſtes: Unarc, Altuperht, Adalperht, Otperht, Aſcrih, Heriolf, Sigifrid, Irminfrid, Wolamot, Angildeo, Hiltiperht, Isker, Pillunc, Elilant, Hatto, Luitperht, Deotto, Adallcoz, Wolfcoz, Hroadilo, Reginheri, Hetto, Ratolt, Kerperht, Cotilo, Heriant, Deotrih, Otperht. Iſti ſunt qui viderunt, Starcholf Presbyter, Marchuni Presbyter, Leidrat Presbyter, Paldrih Presbyter, Zizi Presbyter, Hitto Diaconus, Emicho Clericus, Job Clericus.

NOTA.

Curtes. Curtis idem eſt ac prædium ruſticum, ein Baurnhof. Vide Gloſſarium Freheri.

NUM.

Digitized by Google

NUM. CXCIX.

Traditio Selprih de Waldiu.

NOtum ſit cunctis fidelibus, quòd quidam homo nomine Selprih tradidit propriam hereditatem ſuam in loco, qui dicitur ad Waldiu, quicquid ibidem habuit, firmiter tradidit ad altarem Sanctæ Mariæ in loco Frigiſinga. hæc ſunt teſtes, qui hanc traditionem factam viderunt: Anno, Sindeo, Albhart, Hrocholf, Tevit, Reginolf Clericus, Altman Diaconus.

NUM. CC.

Traditio Engilperhti de Marcilinga.

IN Dei nomine. Ego itaque Engilperht pro intuitu timoris divinæ Majeſtatis, vel etiam pro æternis promiſſis premiis trado in loco, qui dicitur Marzilinga unam manſam veſtitam ad altare Sanctæ Mariæ, & ad Sanctum Corbinianum per manus Coteperhti Defenſoris mei, nulla contradicente Perſona, ut ſit ſtabilis, & inmobilis usque in perpetuum. hæc autem ſunt teſtes: Otachar, Fritilo, Remejo, Wichart, Ekkihart, Einhart.

NOTA.

Unam manſam. Manſa, aliàs manſus, eſt certa menſura agri. vide Gloſſarium Freheri:

NUM. CCI.

Traditio Luitfrid, & Erchanfrid.

IN nomine Dei Salvatoris noſtri. Ego Luitfrid, & Erchanfrid communis manibus tradidimus pro remedium genitoris noſtri, cui nomen Deodolt, pratas in loco nuncupante Ehſtinga ad altarem Sancti Laurentii in vico, qui dicitur Meiſaha, quia in ipſa Eccleſia corpus ejus ſepultus eſt Patris noſtri, ut aliquam indulgentiam apud beatum Laurentium, & interceſſiones ejus ad Deum habere merear. Hæc ſunt teſtes per aures tracti: inprimis Kaganhart, Cozmar, Crimuni, Toto, Waltrih. & ſi quis voluerit hanc traditionem frangere, iram Dei incurrat, & conponat ſicut lex eſt. & hæc cartula nihilominus firma permaneat. Et ego Marcheo indignus Diaconus ſcripſi hanc traditionem juſſus ex ore Attonis Epiſcopi.

NOTA.

Ehſtinga. Eſting. in Territorio Dachau.

NUM. CCII.

Traditio Otperhti, & Reginperhti.

IN nomine Dei Salvatoris noſtri. Ego Otperht, & frater meus Reginperht tradidimus noſtram hereditatem, quod partivimus cum filiis noſtris, noſtram partem tradidimus pro redemptione animarum noſtrarum, ut in quantitate apud pio Domino poſſimus veniam mereamur accipere. Inprimis Otperht tradidit ad Eccleſiam, quæ eſt in honore Sancti Michahelis in loco qui dicitur Abunsna, poſtea Reginperht tradidit ad Eccleſiam Sanctæ Mariæ, ſeu ad Corbiniani Confeſſoris Chriſti ad Frigiſingas ſeipſum, & ſuam partem in loco, qui dicitur Ziholfeshuſir. Et hæc ſunt teſtes per aures tracti: Deotperht, Angilperht, Adalperht, Luitperht.

Et iſti tracti de Reginberto: Heriolt, Cundheri, Rihheri, Alawih, Kerperht, Willihelm, Anthelm, Alpolt Teſtes.

NUM. CCIII.

Traditio Deotilonis de Huneſvvanc.

DE traditione, quam fecit Deotilo in loco, qui dicitur Huneſvvanc tradidit ad domum Sanctæ Mariæ ſemper Virginis in loco Frigiſingas partem propriæ ſilvæ, quæ jacet ad ſupra dicto Huneſvvanc pro ſe ipſo, & Patre ſuo, & ſtatuit, ut ſit firma donatio usque in perpetuum, hoc autem factum eſt in vigilia Sancti Johannis Baptiſte in præſentia Domni Attoni Epiſcopi, atque coram multis ibidem congregatis. hæc autem ſunt teſtes: inprimis Rupo Diaconus, Anno Clericus, Oato Laicus.

NUM. CCIV.

Traditio Waldmanni de Chumizdorf.

NOtum ſit cunctis in Epiſcopio Sanctæ Mariæ, quòd quidam homo, nomine Waldman partem hereditatis ſuæ in loco, qui dicitur Chumizdorf, tradidit ad domum Sanctæ Mariæ in loco Frigiſinga, totum ex integro, quicquid illum in partem à coheredibus ſuis evenit, ſine ulla contradictione firmiter firmavit, tam in territorio, umectis, frutectis, ſeu omnibus cauſis, ut ad ſupra dicto domo æternaliter permanerent pro redemptione animæ ſuæ. Hæc ſunt nomina teſtium: Ipſe Waldman teſtis, ſeu filius ſuus Sigivvolch, Herideo, Ortheri, Sigahart, Irminperht teſtes.

NOTÆ.

Chumizdorf. Kümbſtorf, ſeu, ut quidam ſcribunt, Königsdorf, Præfecturæ Wolfratshuſianæ.

Umectis. nempe locis vicinis paluſtribus.

NUM. CCV.

Traditio Heriperhti Clerici.

IN nomine Domini noſtri Jheſu Chriſti. Ego Heriperht Clericus cogitans de Dei timore, vel æterna retributione, & memorans, quod ipſe Dominus in Evangelio ait: Theſaurizate autem vobis theſauros in cælo, ubi neque erugo, nec tinea demolitur & cetera. Propter ea tradidi propriam hereditatem, quam habui ad Roracmuſſon loco nuncupante potenti manu, & ſine ulla contradictione ad domum Sanctæ Mariæ in loco, qui dicitur Frigiſinga, ubi Sanctus Corbinianus in corpore requieſcit, ea verò ratione tradidi, atque confirmavi, ut habuiſſem hoc ad utendum, & ad emeliorandum usque ad finem vite meæ; poſt obitum verò meum, totum & integrum inconvulſa redeat ad ſervitio domui ſupra dicti, nullo contradicente, vel valente, ſed traditio hæc firma & ſtabilis permaneat cum teſtibus confirmata. Hæc ſunt nomina teſtium: Kaganhart, Nothart, Hroadilo, Adalker, Crimuni, Iſanhart, Meginhelm. actum eſt hæc n VI. nonas Maij.

NOTA.

Roracmuſſon. Rörmosen, ut alibi dictum.

NUM. CCVI.

Traditio Hadumari, ſeu Helmwini.

BReve commemoratorij, qualiter Helmuni Comis uxori ſuæ Cundpirc nomine tutem ſuam habere conſtituit, hoc eſt curtem in loco Filuſa, quicquid ſupra dictus Helmvvinus tunc temporis ibidem habere videbatur tradidit ſupra dictæ uxori ſuæ jure legitimo ad conpoſitionem tutis illius; Ipſa enim Cundpirc eandem tradidit curtem Hadumaro filio ſuo in propriam hereditatem, & ſtatuit, ut ipſe Hadumar poteſtatem de hoc curte habuiſſet habendi, poſſidendi, vel tradendi ubicumque voluiſſet. Nunc quoque, poſtquam Hadumar valida infirmitate fuit depreſſus, patri ſuo adhuc vivente eandem curtem, quam ſupra diximus tradidit domui Sanctæ Mariæ, ſeu ad Sepulchrum Sancti Corbiniani Confeſſoris Chriſti ad locum Frigiſinga, ut Deus omnipotens illum liberare dignaretur, de ac peſte, quam patiebatur, vel ſi Deo volente vitam fragilem finiret interceſſionibus Sanctæ Mariæ, ſeu Sancti Corbiniani Confeſſoris, ſive omnium Sanctorum, quorum reliquias ibidem celebrarentur, vel nominantur, ut aliquantulum indulgentiæ animabus eorum in manſionibus ſempiternis mereantur accipere per magnam miſericordiam omnipotentis Dei, tam ipſe, quàm genitores ejus, quorum nomina Helmvvinus & Cundpirc. ea verò ratione firma donatione, ut ſi evaſiſſet ipſe, ut uſu fructuario ipſum curtem habuiſſet, & non in nullo comminuendum, ſed ad augmentandum, & ad emeliorandum, vel ſi pater ejus Helmvvinus ſuperſtis ei fuiſſet, ut ipſe ſimili ratione habuiſſet ad utendum, poſt obitum verò eorum cum omnibus ad hæc pertinentibus omnia in omnibus, id ſunt manſos veſtitos VIIII. & inter manſos ſunt LII. mancipias cum omnibus ædificijs, cum terrio cultum, & incultum, pratis, paſcuis, ſilvis totum, & integrum, tam in jumentis, quàm in omnibus utenſilijs ad eos pertinentibus in eodem ſupra dicto Sancto loco, ut perpetualiter ibidem permaneret. hæc ſunt teſtes per aures more Bajovvariorum tracti, quorum nomina Lantfrid, Kaganhart, Rupo, Lantperht, Cundpato, Amalger, Managolt, Hramperht, Coteperht, Pernker, Arbeo, Alprih, Simon, Alavvih, Winzo, & alij videntes quàm plurimi, quos dinumerare non potuimus. Ipſo Hadumaro vocante Domino feliciter defuncto, ſuperſtis ei fuiſſet Pater ejus Helmvvinus, & ipſe veniens ad ſupra dicto domo Dei ad Frigiſingas coram multis renovavit priſtinam traditionem, ut poſt obitum ipſius eo modo, ut ſupra dictum eſt, inconvulſum veſtitum, & integrum rediret ad Servitium Dei, & Sanctæ Mariæ in locum jam dictum Frigiſingas, & ſtatuit, ut ſi quis de heredibus, coheredibuſque ſuis hanc traditionem inire, vel frangere voluiſſet, iram Dei omnipotentis invaſiſſet, ſeu omnium Sanctorum, & communicet cauſam coram judice Deo, cum Sanctam Mariam, & Sancto Corbiniano, inſuper pro hoc damnatus in inferno permaneat, ſi ſe non corrigat. fiat, fiat.

NUM. CCVII.

Rihperti Kermunteshuſir traditio.

EGo Rihperht pro remedium anime meæ tradidi propriam hereditatem meam in loco, qui dicitur Kermunteshuſir ad Sanctam Mariam, in loco nuncupante Frigiſinga, quicquid in jam dicto loco proprie hereditatis habere videbatur, ut ibidem firmiter permanſiſſet ad Servitium Dei & Beatorum ibidem manentium honorificè. Hæc ſunt teſtes & eorum nomina: Tiſo, Oadalgrim Diaconus, Hitto Clericus, Egivvint Clericus, Alholf Clericus.

NOTA.

Kermunteshuſir. fortè Gerlhauſen in diſtrictu Moſpurgenſi.

NUM.

Digitized by Google

NUM. CCVIII.

Traditio Annoni Presbyteri Crimareshuſir.

IN nomine Domini. inſpirante Divina miſericordia ego Anno Presbyter, una cum Patre, & Matre mea, tradidimus Eccleſiam proprie heredidatis noſtræ ad domum Sanctæ Mariæ in loco Frigiſinga, & ipſa noſtra Eccleſia conſtructa eſt in loco nuncupante Crimhareshuſir, ipſam firmiter tradidimus ad ſupra dicto domo cum omnibus ad hæc pertinentibus, ut ibidem perpetualiter permanſiſſet, pro remedium animarum noſtrarum, & cum legitimis teſtibus confirmavimus. hæc ſunt teſtes per aures tracti: inprimis Pern, Adalheri, Hitto, Heriolt, Engilperht, Helmperht, Poapo, Matto.

NOTA.

Crimareshuſir. Gremerthauſen, Præfecturæ Crantſperg.

NUM. CCIX.

Traditio Waltfrid Huckinperc.

DE traditione, quam fecit Waltfrid in loco nuncupante Huckinperc, quicquid de ſua parte legibus habuit, totum ex integro tradidit ad domum Sanctæ Mariæ, ſeu Sancti Corbiniani Confeſſoris Chriſti. Hæc ſunt teſtes: imprimis Waltrih Presbyter, Cundachar, Cundachar Clericus, Poaſo Laicus. hoc factum eſt in loco Frigiſinga in præſentia Domni Attonis Epiſcopi, ſeu aliorum plurimorum familiæ ſanctæ, Pern, Hununc, Alpolt.

NUM. CCX.

Traditio Totini.

IN Dei nomine. Cogitante vel tractante me de anima mea, ſeu pro vita futura. Ego itaque Toti ſimul cum Conjuge mea Galilea tradimus, atque transfundimus ad Sanctam Mariam Dei in caſtro nuncupante Frigiſingas in loco, qui dicitur ad Ahaloh, id eſt de loco baſilice cum curte, & ædificiis territorium, prata, paſcua in utraque parte, id eſt, in orientale, & occidentale pertingente uſque ad flumine Wirma, ut ſit ſtabilis & inmobilis ad prædictum locum poſt obitum noſtrum.

Similiter autem in alio loco tradimus, qui dicitur Wilpah curtem cum domo, & cum omnibus ædificiis, & duos manſos veſtitos cum omnibus ad hæc pertinentibus tradimus, atque transfirmavimus ad domum beatiſſime Virginis Mariæ ſeu Sancti Corbiniani Confeſſoris Chriſti, terris, pratis, paſcuis, ſilvis, ruris, cultis, non cultis omnia in omnibus, absque XII. jugeres, ſi eos vult Tunzi, aut filius ejus redimere, licentiam habeant. hæc autem ſunt teſtes per aures tracti: Landfrid Presbyter, Racholf Presbyter, Hitto Diaconus, Coteperht, Tunzi, Gajo, Engilfrid. Signum manuum ipſorum teſtium.

NOTÆ.

Ahaloh. Alach, Juriſdictionis Dachau.
Wilbach. Weilbach, ejuſdem.

NUM.

Digitized by Google

NUM. CCXI.

Traditio Rihperhti Clerici.

HÆc ſunt teſtes, quòd Atto Epiſcopus in beneficium præſtavit Rihperhto Clerico Eccleſiam ad Tagaleihhinga, & ipſe Rihperht tradidit ad eadem Eccleſiam quinque mancipia hereditatis ſuæ, & L. jugeres, & pratas ad hæc pertinentes. Hæc nomina teſtium: Anno, Adalhart, Crimrih, Cundpald, Fridurich, Ellanpald, Pazrich, Iſaac, Deotpald, Sigur, Ratpald.

NOTA.

Tagaleihhinga. fortè Taglfing, in Territorio Schwabenſi, aut ditione Friſingenſi. Utrobique enim invenitur pagus ejus nominis.

NUM. CCXII.

Cenſum Starcholfi & Hiltolfi, vel traditio.

VEniens homo quidam Starcholfus nomine, & filius ejus nomine Hiltolfus ad Attonem Epiſcopum precati ſunt illum aliquod eis beneficium, hoc eſt Eccleſia, quæ eſt fundata in Azzalinga, pro qua ſpoponderunt ſe daturos uſum beneficii, quod ita & fecerunt, hoc eſt duos manſos in loco, qui vocatur Azzilinga, & tertiam partem omnis agriculture ſuæ, quicquid in eodem loco viſi fuerunt habere, & cenſum inſuper in omni anno ſe reddituros, hoc eſt duodecim modia de ſpelta, & XII. de avena, & duas Friskingas, aut pretium earum de argento, propter quam prædictam rem veniens Ellannod ArchiPresbyter miſſus Attonis Epiſcopi coram Cundharto Comite, & ceteris quàm plurimis bonis hominibus in mallo publico ad Steinkiricha, & ſupra dicti homines, qui prædictum beneficium precabantur, & ibi per ſuum Wadium coram omnibus præſtitit illis ad utendum, & excolendum, dum viverent, & poſt obitum eorum ad prædictam domum Dei revertatur. Qui econtrario prædicti homines coram omnibus, qui in eodem mallo aderant, per ſuum Wadium Ellannodo Attonis miſſo propter præfatum beneficium tradiderunt duos manſos, ſicut ſupra memoravimus in prædicto loco, id eſt Azzilinga, Steinkyricha, & omnem tertiam partem agriculture ſuæ ſicut jam diximus, & cenſum ſicut memoravimus in omnibus annis ſpoponderunt ſe reddituros, & poſt obitum eorum uterque ad domum Dei prædictum revertantur, & quod dederunt, & quod acceperunt, & ſi inde aliquid neglexerint, id eſt de cenſo, unde jam diximus, ſecundùm legem reddent. Et iſti ſunt teſtes, qui ſubter firmaverunt: manûs ſignum Starcholfi, & filii ſui Hiltolfi, qui tradiderunt, & ſpoponderunt.

NOTA.

In mallo publico. id eſt, in judicio publico. vide *Gloſſar. Freheri.* hinc *mallare*, ſeu *admallare* eſt in jus vocare. Ita P. Martene in ſuo gloſſario ſeu indice onomaſtico.

Duas Friskingas. id eſt, duos porculos: zwey Friſchling. videatur Joannes Jac. Speidelius in ſpeculo *Juridico-Politico. &c,*

NUM. CCXIII.

Wolfolt ad Paingun tradidit.

IN nomine Dei Salvatoris noſtri. Ego Wolfolt tradidi ad Eccleſiam Sanctæ Mariæ in loco qui dicitur Frikiſinga, ut poſt obitum meum firma, & ſtabilis permanſiſſet pro remedium anime meæ, ſeu pro Sorori meæ cui

nomen Hohni, id eſt in loco, qui dicitur Painga territorium, pratis, paſcuis, ſilvis, cultis non cultis, vel quicquid ibidem legibus ad me pertinere videbatur, in hereditatem totum ex integro tradidi, & cum teſtibus confirmavi. Et hæc teſtes per aures tracti: Deotrih Presbyter, Unroh Diaconus, Cudmunt Clericus.

NOTA.

Painguu. Pang in Territorio Aibling.

NUM. CCXIV.

Traditio Hettilonis de Smeohun.

IN Dei nomine. Ego itaque Hettilo conpunctus de divina miſericordia trado propriam hereditatem meam pro remedium animæ meæ ad Sanctam Mariam ad Frigiſinga, hoc eſt in loco, qui dicitur ad Smeoha, quicquid ibidem habui totum ex integro ad ſupradictum locum tradidi, atque cum teſtibus confirmavi, ut firmiter permaneat in perpetuum ſine ulla contradictione. hoc factum eſt coram Attone Epiſcopo, & aliorum, qui ibidem præſentes fuerunt, hi ſunt Pern, Luitfrid, Hununc. Et hæc ſunt teſtes per aures tracti: inprimis Wago Clericus, Hrodperht Presbyter, Altman Diaconus, Rubo Diaconus, Remejo Laicus, Memmo Laicus, Wichart, Heriolt, Selprih, Adalhart, Heriperht, Crimheri.

NOTA.

Smeoha. Schmicha, aut Schmihen Landſpergenſis Territorii.

NUM. CCXV.

Traditio Zellonis de Filuſa.

IN Dei nomine. Ego itaque Zello cogitans pro remedium animæ meæ, ſeu de vita futura trado, atque transfundo propriam hereditatem meam, quæ me contigit portionem de unico filio meo in loco nuncupante Filuſa ad Sanctam Mariam in loco, qui dicitur Frigiſinga, id eſt terra culta, & inculta, prata, paſcua, ſilva, via, aquarúmque decurſos, mancipia Haholf cum Uxore, & filiis ſuis, Wolflind. Hæc autem ſunt teſtes: Folchrat Presbyter teſtis, Heliho teſtis, Eparhart teſtis. Actum eſt autem hæc ſub die conſule, quod eſt II. idus Junii.

NUM. CCXVI.

Traditio Adalungi Presbyteri de Zezinhuſir.

DE traditione, quam fecit Adtelunc Presbyter tradidit omnem hereditatem ſuam, ſeu adquiſitionem, quicquid habuit in loco, qui dicitur Zezinhuſir, firmiter tradidit ad domum Sanctæ Mariæ in locum Frigiſinga, id eſt, terris, ædificiis, campis, pratis, paſcuis, ſilvis, cultis, non cultis, totum ex integro, quicquid in prædicto loco habuit, cum teſtibus confirmavit. Et hæc ſunt teſtes: Lantfrid Presbyter, Luitto Presbyter, Ernuſt Laicus, Hrodperht Laicus, Walahram Laicus, Cundhram Laicus, Selpker Laicus.

NUM.

Digitized by Google

NUM. CCXVII.

Waſanheri Presbyteri de Filusa.

NOtitia qualiter Waſanheri Presbyter ſuam adquiſitionem, quam habuit ad Filusa tradidit domui Sanctæ Mariæ in manus Attonis Epiſcopi, quicquid ibidem habuit totum tradidit extra duas mancipias, aliut enim nihil pretermiſit. Hæc ſunt teſtes: Sindeo, Adalker, Tenil, Folchmar. Actum eſt hæc in præſentia familiæ Sanctæ Mariæ. Ego Tagabertus indignus Diaconus juſſione Attonis Epiſcopi ſcripſi.

NUM. CCXVIII.

Traditio Ihchoni Presbyteri.

IN Dei nomine. Ego itaque Presbyter Ihcho, una cum nepote meo Kerolt Diacono tradidimus propriam hereditatem noſtram ad domum Sanctæ Mariæ, ſeu Sancti Corbiniani Confeſſoris Chriſti in loco Frigiſinga, quicquid habuimus in loco Kyeſinga, quicquid ibidem habuimus totum ex integro ad prædictum domum Sanctæ Mariæ tradidimus, atque cum teſtibus confirmavimus. Et in alio loco, qui dicitur Peralohc una colonia tradidimus in eadem traditione. hoc factum eſt in preſentia Domni Attoni Epiſcopi, ſeu cunctæ familiæ Sanctæ Mariæ in loco, qui dicitur ad Frigiſingun. hæc autem ſunt teſtes: Tarchanat Archi Presbyter, Berno Presbyter, Hiruz Presbyter, Kaganhart Laicus. Actum eſt hæc in pridie Idus Julij.

NOTÆ.

Kyeſinga. Gieſing. Territorii Avv prope Monachium.
Peralohc. Perlach, diſtrictûs Wolferzhauſen.

NUM. CCXIX.

Ratolti Presbyteri ad FeldMohing.

IN Dei nomine. Ego itaque Ratolt Presbyter conpunctus de divina miſericordia jam olim tradidi propriam hereditatem meam, quam jacet in vico, qui dicitur Mochinga, quicquid ibidem habui de dimidie parte tradidi ad domum Sanctæ Mariæ, ſeu Sancti Corbiniani Confeſſoris Chriſti ad Frigiſingas. Nunc autem valde magna egritudine depreſſus jam priſtinam traditionem confirmare decrevi ad me venientibus viſitationis gratiæ, & infirmitatis meæ conſolatores viri Religioſi Luitfrid Presbyter, & Pern Presbyter, inter aliis multis adſtantibus hanc cartulam fieri rogavi, & ipſorum manibus pariter in aram beatiſſime Virginis Mariæ reponi, ut ipſa intercedere apud Deum piè, & miſericorditer dignaretur pro me. Ea verò ratione, ut quicquid in eodem die me veſtitum eſſe in ſupra dicto vico Mohinga de propria hereditate dimidiam partem ex omnibus, quam habui, tradidi, atque confirmavi, tam in curte, quàm in ædificiis, campis, pratis, paſcuis, ſilvis, aquis, molendinis, ſeu quicquid utenſilia in eodem loco habere me videbatur. & in iſtorum præſentia hanc cartulam traditionis meæ confirmavi, quorum nomina hæc ſunt: Engilrih Presbyter, Eigil Presbyter, Ekkihart Presbyter, Erachar Presbyter, Reginolf Clericus, Rihperht Clericus, Anno Laicus, Iſangrim Laicus, Ratkis Laicus, Toavvart Laicus, Chuniperht Laicus, Wolfolt Laicus. Ego quidem Tagaperht hanc cartulam ſcripſi.

NUM. CCXX.

Traditio Albkis de Filsa.

IN Dei nomine cogitante vel tractante me de anima mea, ſeu de vita futura. Ego itaque Albkis trado, atque transfundo ad Sanctam Mariam in caſtro nuncupante Friſingas, quicquid in loco Filſa emptica acquiſitione mihi in propriam hereditatem evenit ab homine conparatum precio cum pecunia, cui nomen Maganolf cum omni utenſilia, id eſt territorium cum edificiis, ruris, pratis, paſcuis, aquarúmque decurſibus totum ex integro firmiter trado, ut in perpetuum ibidem permaneat. Teſtes in libro traditionum habentur.

NUM. CCXXI.

Faſtpurc de Zollingun.

IN Chriſti nomine cogitante, vel tractante me de anima mea, ſeu de vita futura, ut in quantitate apud pio Domino veniam merear accipere; Idcirco ego Faſtpurc, quamvis peccatrix propriam hereditatem meam in loco, qui dicitur Zollinga trado, atque transfundo ad caſtrum nuncupante Frigiſinga ad Sanctam Mariam, & ad Sanctum Corbinianum, id eſt, mancipia, territorium cum ædificiis, ruris, pratis, paſcuis, ſilvis, cultis, & incultis, mobilium, & inmobilium, aquarúmque decurſibus, cum omni utenſilia, & quicquid ad ipſum ſupra dictum locum juſtè pertinet. Et hæc ſunt teſtes: Abraham, Helbfrid, Waltrih Presbyter, Sundarheri Diaconus, Oadalcrim Diaconus. Siquis autem contra hanc cartulam traditionis inire temptaverit, aut frangere voluerit, aut ego ipſa, vel aliqua Perſona de heredibus meis, iram Dei incurrat, & cauſam habeat cum Sanctæ Mariæ genetricis Dei, & partem cum Juda traditore, & hæc cartula traditionis omnino firma permaneat.

NUM. CCXXII.

Tarchanat, & Heriperht Fratris ejus.

IN nomine Dei Salvatoris noſtri. Ego Tarchanat Presbyter cum fratre meo Heriberto tradidi rem propriam meam, quam genitor meus mihi reliquit in loco nuncupante Priſinga pro redemptionem anime meæ, ſeu de vita futura, ut in quantitate apud pio Domino veniam merear accipere, trado, atque transfundo, id eſt oratorium, alias ædificias, curtes, mancipias, pratas, omnem territorium, paſcua, pecodes, ſilvas, aquarumque decurſos cum omne utenſilia ad Eccleſiam beatæ, & intemeratæ Virginis Mariæ in loco, qui dicitur Frigiſingas, nec non & ad beato Corbiniano Confeſſori Chriſti, ut ibidem perpetualiter perſiſteret pro remedium animarum noſtrarum. Si quis contra hanc cartulam venire temptaverit, vel frangere voluerit, iram Dei incurrat, & cum eadem genetricem Dei Mariam communicet cauſam, epiſtola hæc nihilominus firma permaneat ſtibulatione ſubnixa. Hæc ſunt teſtes per aures tracti: Ego ipſe Tarchanat Presbyter teſtis, & Heriperht ipſe Teſtis, Cozpald Teſtis, Adalo Teſtis, Hrocholf Teſtis, Iſolf Teſtis, Cozolt Teſtis, Cundhart Teſtis, Ramvvolf teſtis, Haimperht teſtis, Hramperht teſtis, Reginperht, Kailo teſtis, Watto teſtis.

Quod ſupra diximus de filio Hariberti nomine Nidperht, ſi talem dignitatem invenerit, & officium ſuum poteſt implere, ut accipiat preſtitum ad ſervire Deo, & Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas cum conſilio Epiſcopi.

NUM.

Digitized by Google

NUM. CCXXIII.

Salomon Diaconus ad Dachowa.

NOtum eſt cunctis fidelibus, quod Salomon Diaconus tradidit hereditatem ſuam, quicquid habuit in loco Dachova ad domum Sanctæ Mariæ, ſeu Sancti Corbiniani Confeſſoris Chriſti in locum Frigiſinga poſt obitum ſuum, ut ibidem in perpetuum permaneat. Hæc ſunt teſtes: Adalhart, Kaganhart, Rihperht, Tozi, David, Meginhelm, Ratolf. Actum eſt hæc in XVIII. Kalendas Julij.

NUM. CCXXIV.

Traditio Karuheri de Zezinhuſim.

IN nomine Dei Salvatoris noſtri. Ego Karuheri cogitante, vel tractante de anima mea, ſeu de vita futura, ut in quantitate apud pio Domino veniam merear accipere; idcirco tradedi ad epiſcopatum Sanctæ Mariæ, ſeu ad Sancti Corbiniani Confeſſoris Chriſti in loco nuncupante Frigiſinga, hoc eſt una familia cum IIII. mancipiis, & cum ipſa colonia in loco jacentem Zezinhuſir, quod ibidem habuit, & territorium tertiam partem, & cum omnia utenſilia, quod mihi in hereditatem contingit ad ſupra dicto viro Domno Corbiniano, ut ſit ſtabilis usque in perpetuum. Et ego Karuheri fui deprehenſus in languore, proinde rogavi fratrem meum Ernuſtum confirmare ipſam traditionem, quam ego feci ad altare Sanctæ Mariæ, & exinde fieri teſtes per aures tracti. Et ſi quis voluerit hanc traditionem frangere, habeat partem cum Juda traditore, & hæc carta nihilominus firma permaneat. & hæc ſunt teſtes: Altman Diaconus, Hitto Clericus, Hunolt Laicus, Einhart Laicus. Ego Heilrih SubDiaconus, ſive Monachus ſcripſi juſſus ex ore Attoni Epiſcopi.

NOTA.

Heilrih Subdiaconus ſive Monachus. Monaſticam profeſſionem olim ſuppléſſe Subdiaconatum, ſolidè docet Mabillonius Annalium Benedictinorum T. I. lib. 10. N. XX. quem Lector conſulet. Hinc utique evenit, ut tam pauculos Subdiaconos in tot noſtris Inſtrumentis deprehendamus: Diaconos verò & Presbyteros fermè ſine numero. Certè ipſe S. P. Benedictus in Regula ſua *cap. 62.* concedit Abbati, ut, ſi voluerit, aliquos è ſuis Presbyteros aut Diaconos ordinari curet, nullâ Subdiaconatûs mentione factâ. quominùs mirandum eſt, inquit Mabillonius, Abbatibus quibusdam non modo tonſuram, ſed etiam minores Ordines, immò & Subdiaconatum conferendi poteſtatem conceſſam fuiſſe à Pontifice Romano. Mabillonij aſſertionem egregiè illuſtrat vetuſtiſſimus catalogus Monachorum Monaſterii Schvvarzacenſis, manu Sæculi noni conſcriptus, & libro Societatum Monaſterii S. Petri Salisburgi inſertus. Titulus catalogi hic eſt. *Nomina fratrum de Suarzaha.* ſubjunguntur poſtea Presbyteri XXII. Diaconi IX. Monachi III. Moniales XXII. & in fine Clericus unus. Ex quo iterum apparet, nomine *Clerici* fuiſſe deſignatum Tyronem Sacræ Religionis ſeu Novitium: Nomine Monachorum eos qui vota jam nuncupaverant. Diaconorum verò ac Presbyterorum vocabulô affectos fuiſſe eos, qui inſuper ab Epiſcopo fuerant his Sacris Ordinibûs inſigniti. Nulla verò in toto illo catalogo occurrit alicujus Subdiaconi mentio. Simillimum exemplum reperimus in altero catalogo, cui titulus: *Nomina Monachorum de Moſaburga:* ubi plures quàm centum Presbyteri, Diaconi, & Monachi deſignantur; Subdiaconus nè unicus quidem. In alio rursùs catalogo, cujus inſcriptio eſt: *Nomina fratrum & Monachorum de Monaſterio Anne* (id eſt) Chiemſee, ut alibi demonſtravimus:) recenſentur multi Presbyteri, Diaconi, Monachi: & poſt hos in fine non niſi unicus Subdiaconus adjungitur, fortè quòd is Subdiaconus ordinatus fuiſſet, antequam Monaſticam vitam elegiſſet. Verùm de his ſatis.

Digitized by Google

NUM. CCXXV.

Iterata traditio Erchanheri Presbyteri.

IN Dei nomine. Ego itaque Erchanheri tradidi propriam hereditatem meam in loco, qui dicitur Alhmuntinga ad domum Sanctæ Mariæ, & Sancti Corbiniani Confeſſoris Chriſti, & ſtatui, ut in perpetuum pro remedium animæ meæ firmiter ibidem, atque incorruptibiliter perſiſtat, hoc eſt cum Eccleſia, domibus, ædificiis curtiferis, ſilvis, campis, pratis, paſcuis, aquis, aquarúmque decurſibus, greges cum pecoribus, mobilibus, & inmobilibus, cultis, & incultis, vel quicquid ibidem preſente tempore poſſidere, aut fruere videtur, undecumque eveniſſet, & hoc totum penitus prædicto domo tradidi, atque firmiter ſtabilivi jure perenno. Et hæc ſunt teſtes, in quorum præſentia hoc factum eſt: inprimis Ellannod Archipresbyter, Ejo, Pernvvini Presbyter, Kaganhart, Liutker, Lantfrid, Alpuni, Werinc, Crimheri, Erchanfrid, Reginhelm, Putilo, Snelhart, Deotheri, Iſaac, Emicho, Walto, Iſanheri, Pirtilo, Zahheri, Tozzi. Et hoc factum eſt in XIII. Kalendas Februarij. Si quis autem contra hanc cartulam traditionis inire temptaverit, inprimis iram Dei omnipotentis incurrat, & beatam genetricem ſentiat contra ſe pugnantem, & extraneus à conſortio Sanctorum efficiatur.

NUM. CCXXVI.

Traditio Sindeo de ad Hleginpah.

IN nomine Dei Salvatoris noſtri. Ego Sindeo tradedi propriam hereditatem pro remedium animæ meæ in loco, qui dicitur ad Hleginpach duas partes, tertia pars dedi Uxori meæ pro juſtitia illius. Idcirco illas duas partes tradedi ad beatam Sanctam Mariam, ſeu Sancti Corbiniani Confeſſoris Chriſti Eccleſiam in loco, qui dicitur ad Frigiſingas poſt obitum meum, & tres mancipias Rihflat cum duobus filiis. Et hæc ſunt teſtes per aures tracti: inprimis Luit, Pazrih, Crimuni, Wiholf, Emiho, Ekkihart, Perhthram. Ego Horskeo indignus Presbyter ſcripſi.

NUM. CCXXVII.

Traditio Ribhart ad Helphindorf.

DE traditione, quam fecit Rihhart Presbyter ad Helphindorf, quicquid ibidem habuit, totum ex integro nemine contradicente ad domum Sanctæ Mariæ, ſeu Sancti Corbiniani Confeſſoris Chriſti in loco Frigiſinga tradidit, & cum teſtibus confirmavit, ut ſtabilis ibidem usque in perpetuum permanſiſſet. Hoc factum eſt in præſentia Domni Attoni Epiſcopi, ſeu cuncto Clero, atque familiæ Sanctæ Mariæ in albas poſt paſcha in feria III. Hæc autem ſunt teſtes: inprimis Ellannod Archipresbyter, Cuniz Presbyter, Ejo Presbyter, Hamadeo Comis, Kaganhart, Wichart, Memmo, Reginperht, Reginker. Ego quidem Tagabertus ſcripſi hanc cartulam traditionis juſſus ex ore Attoni Epiſcopi, eſt enim in ipſa traditione ſupra ſcripta, quod fecit Rihhart Presbyter, inventæ ſunt colonias VII. veſtitas, & I. apta. pro hoc ſunt teſtes: Hitto Diaconus, Rupo Diaconus, Cundachar, Friduperht, Selprih, Ilprant, Kerperht, Luitprant.

NUM.

Digitized by Google

NUM. CCXXVIII.

De venditione Iſangrimeo cum Attone Epiſcopo.

NOtitia de venditione, quam fecit Iſangrim cum Domno Attone Epiſcopo in loco, qui dicitur Holzhuſir, totum integrum, quicquid ibidem pertinebat in ſuam propriam hereditatem cuncta tradidit, ſupra dicto Domno Attone Epiſcopo reſtituente pretio, id eſt, territorium, pratis, paſcuis, ſilvis, cultis, & incultis, aquarúmque decurſibus, ut ſit ſtabilis, & inmobilis ipſis conſentientibus, & nullis contradicentibus. Hæc ſunt teſtes: Wolfperht, Adalhart, Sindeo, Nothart, Luithram, Erchanperht, Ampho.

NUM. CCXXIX.

Regino Presbyter.

IN Dei nomine. Ego itaque Regino Presbyter cogitans pro remedium anime meæ, atque parentorum eorum, ſeu pro vita futura, ut aliquam portionem veniæ apud pio Domino merear, trado, atque transfundo propriam hereditatem meam in loco, qui dicitur Uurdorf ad Sanctam Mariam Genetricem Dei, & ad Sanctum Corbinianum Confeſſorem Chriſti in loco Frigiſinga, id eſt, baſilica una cum territoriis, ædificiis, mancipiis, pratis, paſcuis, ruris, ſilvis, cultis, & incultis, aquarúmque decurſibus, & cum omnibus, quæ ad ipſum ſupra dictum locum pertinent, id eſt, mobilium, & inmobilium, poſt obitum meum, & quamdiu vixero, & illud poſſideo, ut aliquid de illo ad tributum darem ad prædictum locum.

Hæc autem ſunt teſtes: Droant Teſtes Comis, Drutmund, Ellannod Presbyter, Sigo, Cotedeo, Eto, Kaganhart. Scripſi autem ego Williperht indignus Diaconus.

NUM. CCXXX.

Traditio Folrati Monachi Crukinga.

IN nomine Domini noſtri Jheſu Chriſti. Ego in Dei nomine Folrat Monachus trado ad Eccleſiam Sanctæ Dei Genetricis Mariæ in caſtro nuncupante Frigiſinga ſervum noſtrum nomine Hrodheri cum uxore, & filiis duabus in loco Cruckinga cum omnia ſibi pertinentia, & utenſilia terra culta, ſive inculta, pratas cum caſa, & curte totum ex integro à die præſente ad poſſidendum ad prædictum locum tradidi, atque confirmavi pro remedium patris, atque matris meæ, & pro redemptione animarum eorum. Aliam quoque traditionem, quam ad prædictam Eccleſiam ego ipſe Folrat feci pro remedium anime meæ, & pro animarum anteceſſorum meorum, id eſt, colonias duas, & mancipias utriusque ſexûs numero VI. & hoc ipſum ſtabilivi cum omnia utenſilia, ſive mobilia, ſive inmobilia, omnia quicquid me ibi videbatur habere. Verùmtamen ex poſtulatione noſtra iſtam ſubteriorem traditionem in beneficio ab Epiſcopo Attone Nepus meus Kariſſimus nomine Folrit, ut à diebus ſuis conceſſum habeat, & ad eum locum querat defenſionem, & cum juſto famulatu proſerviat, & licentiam non habeat vendendi, atque commodandi, nec exinde in publico aliquid faciendum, ſed ſub defenſione Epiſcopi permaneat, & poſt obitum prædicti nepotis ad prædictam Eccleſiam Sanctæ Mariæ, & absque ulla contradictione traditio firma & ſtabilis permaneat. Hæc ſunt teſtes: Hununc Presbyter & Monachus, Heimilo Presbyter & Monachus, Pern Presbyter, Folrit Clericus, Snelmot Dia-

Digitized by Google

Diaconus, Wolſperht, Meginperht, Cundhart, Cozolt, Engilpald. Ego Snelmot ſcripſi.

NOTÆ.

Hununc Presbyter & Monachus. Quoties hic Hununcus occurrit in inſtrumentis præcedentibus, & tamen nunquam adjectum fuit *Monachi Vocabulum?*

Heimilo Presbyter & Monachus. nota idem, quod in Hununco.

Pern Presbyter. cui Monachi appellatio hic non adjicitur, ſed bene alibi, velut ſuperiùs advertimus.

Sanè Folradum Monachum fuiſſe membrum Friſingenſis familiæ, manifeſtum eſt.

NUM. CCXXXI.

Traditio Waldkeri.

IN nomine Dei Salvatoris noſtri. Ego Waldker, & Haimo tradidimus Oratorium cum ea, quæ ad eam pertinet pro redemptione animarum noſtrarum, ſeu de vita futura in loco, qui dicitur Laufzoro cum omni utenſilia ad Eccleſiam beatæ Mariæ Genetricis Chriſti in loco nuncupante Frigiſingas. Si quis contra hanc cartulam venire temptaverit, vel frangere voluerit iram Dei incurrat, traditio hæc nihilominus firma permaneat. Hæc ſunt teſtes per aures tracti: inprimis Rihholt, Sicco teſtes, Hrodrih, Wolfrat, Altrat, Hrodheri, Kaganhart, Sigipald.

NOTA.

Laufzoro. Laufzoru trans Iſaram ſupra Monachium, Præfecturæ Wolfratshuſianæ.

NUM. CCXXXII.

Traditio Wicpald.

IN Dei nomine. Ego itaque Wicpald tradidi propriam hereditatem meam in loco, qui dicitur Mohingas ad domum Sanctæ Mariæ, ſeu Sancti Corbiniani Confeſſoris Chriſti, quicquid ibidem in ſupra dicto loco habui, totum ex integro pro remedium anime meæ, & patris mei traditionem, & confirmationem feci, & volo, ut in perpetuum firmiter, atque incorruptibiliter permaneat.

Et hæc ſunt teſtes, in quorum præſentia hoc factum eſt: inprimis Adalhart, Toato, Memmo, Turdagavvo. Et ſtatui, ſi aliquando aliquis contra iſtam cartam traditionis inire temptaverit, inprimis iram Dei omnipotentis incurrat, & à liminibus Sanctorum extraneus efficiatur, & mea donatio, atque traditio nihilominus firma permaneat.

NUM. CCXXXIII.

Traditio Wulfrih Presbyteri.

COmmemoratio traditionis, quod Uulfrih Presbyter fecit in villa, qui dicitur Prunna, res ſuas tradidit ad altarem, & donavit in manu Attoni Epiſcopi cum ſyndone Altaris quicquid habuit in villa Prunna, mancipias, campos, pratas, & ſilvas totum tradidit in manu Epiſcopi, & cum ipſa traditione firmavit ad Frigiſingas ad domum Sanctæ Mariæ, ubi Sanctus Corbinianus in corpore requieſcit coram omnibus populis, qui ibidem fuerunt. Actum eſt die conſule Nonis Julii. Et hæc ſunt teſtes per aures tracti: Luitfrid Presbyter, Rupo Diaconus, Citi Diaconus, Unroh Diaconus, Lantperht Clericus, Cundpald, Pazrih, Hiltiker, Cundrih, Cozpato, Wolfhroc, Wolfpero, Ampricho, Reginpato, Ellanrih teſtes.

NOTA.

Prunna. Prunn. tot loca Bojariæ, quæ *Prunn* vocantur, dubium faciunt, de quonam eorum hoc Inſtrumentum ſit accipiendum.

NUM.

Digitized by Google

NUM. CCXXXIV.
Traditio Heimperhti Diaconi, & Ribharti.

De traditione, quam fecerunt Heimperht Diaconus, ſeu Ribhart Clericus in loco Nivvivaræ, hoc eſt Eccleſiam eum domo, ſeu quicquid ad hæc pertinet firmiter tradiderunt ad domum Sanctæ Mariæ in loco Frigiſinga, ubi Sanctus Corbinianus in corpore requieſcit, mancipias V. territorium, pratis, paſcuis, ſilvis, cultis, non cultis, totum ex integro firmiter tradiderunt, & cum veracis teſtibus confirmaverunt. Hæc ſunt teſtes: Ellanperht Judex, Luithram, Einhart, Waldperht, Hroadhoh, Drudolt, Hrocholf, Reginpald. Et iſti ſunt, qui præſentes adfuerunt: Johan Presbyter, Otland Presbyter, Erchanfrid Presbyter, Reginolt Presbyter, Nothart Presbyter, Haduperht Presbyter, Sundarheri Diaconus, Hitto Diaconus, Heripald Diaconus, Anno Clericus.

NOTA.

Nivvivara. hodie Neufarn, milliariô Germanicô Friſingâ diſtans vicus.

NUM. CCXXXV.
Traditio Frecholfi Perahah.

De traditione Freholfi ad domum Sanctæ Mariæ, ſeu ad ſepulchrum beati Corbiniani Confeſſoris Chriſti mediam partem hereditatis meæ in loco Perahah firmiter tradidit, id eſt, ſervum ſuum, cui nomen Atto, cum Uxore ſua Alphilt, & filium nomine Ellanhart cum colonia, ſicut ſedebat veſtita, curtem cum domo, cum ædificijs cum territorio, pratis, paſcuis, cum omnibus ad hæc pertinentibus, firmiter, atque indubitanter donavit ad ſupra dicto domo Dei in loco Frigiſinga poſt obitum ſuum. Hoc factum eſt in vigilia Sancti Andreæ, in præſentia Congregationis Sancti illius in loco Frigiſinga. Hæc ſunt, qui præſentes adfuerunt, & teſtes extiterunt: Helmonio, Wicrat, Luitfrid, Adalhoh, Oadalgrim, Hroadolf, Cervus, Marcho, Starcholf Clericus, Petto, Paldachar, Otlant.

NUM. CCXXXVI.
Traditio Willipald de Kermareſwanc.

De traditione, quam fecit Willipald in loco, qui dicitur ad Kermaresvvanc, quicquid ibidem habuit, omnia in omnibus tradidit ad domum Sanctæ Mariæ in loco Frigiſinga pro remedium animæ ſuæ. Iſti ſunt teſtes: inprimis Waldman, Poapo, Nidhart, Kaganhard, Luitfrid Presbyter, Pern Presbyter, Williperht Diaconus.

NOTA.

Kermaresvvanc. hod. Germanſchvvang in diſtrictu Dachavienſi.

NUM. CCXXXVII.
Traditio Ratpuruga.

In nomine Dei & Salvatoris noſtri. Ego itaque Ratpurc cogitante, vel tractante de anima, ſeu de vita futura, ut in quantitate apud pio Domino veniam merear accipere. Denique tradedi propriam hereditatem meam nul-

nullo contradicente in loco, qui dicitur Feoht duas colonias, & VI. mancipias, quorum nomina Plidmunt, Starchant, Ata, Plidmeri, Reginfrid, Regingis. Ego tradedi, ſicut ſupra diximus ad domum beatæ Mariæ ſeu Corbiniani Confeſſoris Chriſti in loco Frigiſinga. Et hæc teſtes per aures tracti: Hitto Diaconus teſtis, Einhart, Wichart, Memmo, Reginperht, Tiſo, Cundachar. Ego indignus Horskeo Presbyter ſcripſi juſſus ex ore Attoni Epiſcopi.

NUM. CCXXXVIII.

Traditio Adalfridi Presbyteri.

IN nomine Sanctæ, & individuæ Trinitatis. Notum ſit cunctis fidelibus, & in Dei voluntate permanentibus, quomodo ego Adalfrid indignus Presbyter Dei timore conpunctus cogitavi, ſeu tractavi de vita futura, & pro remedio animæ meæ, & parentum, & fratrum meorum, propterea cum conſilio Cozperhti fratris, & Advocati mei, & proximorum noſtrorum veni ad Sanctam Dei Eccleſiam & Sanctæ Mariæ intemeratæ Virginis ad Frigiſingas, ubi Sanctus Corbinianus beatiſſimus Confeſſor Chriſti corpore requieſcit, & ubi tunc beatæ memoriæ Atto Epiſcopus videbatur regere populum Dei, & tradidi in altare Sanctæ Mariæ Genetricis Dei propriam hereditatem meam in loco, quę dicitur Ehamotinga, & in alio loco Poahloh, ut aliquam indulgentiam, & remiſſionem peccatorum noſtrorum mereamur apud pium Deum omnipotentem accipere. ea verò ratione, & confirmatione hæc traditio facta eſt, ſi Deus optimus donare dignetur ſupra dicto Cozperto fratri meo talem prolem, ut dignus appareat, ipſam traditionem firmiter habeat poſt obitum noſtrum ad ſervitium ſupra dicte Dei Eccleſiæ, & ad memoriam noſtri. Hæc ſunt teſtes: Johan Presbyter, Hununc, Raatpot, Pern, Marcho Presbyter, Sundarheri Diaconus, Altman Diaconus, Hitto Diaconus, Sindeo Laicus, Cundheri, Pernolf, Einhart, Wichart, Tiſo, Memmo, Cundachar, Reginperht. Ego Horsco ſcripſi juſſione Attoni Epiſcopi.

NOTÆ.

Ehamotinga. Emating, Schwabenſis diſtrictûs.

Poahloh. Puelach. verùm in quanam Præfectura hic locus ſit ſtatuendus, ignoramus, cùm plures vici eo nomine in hac Diœceſi hoc nomen habeant.

NUM. CCXXXIX.

Inquiſicio Attonis Epiſcopi.

DE inquiſitione Attonis Epiſcopi pro traditione Helmkeri, quam queſivit à quodam homine, cui nomen Reginhoh in loco Waldkershova. hec aquiſitio facta eſt ad fluvio Rote in preſentia Arnoni Archiepiſcopi, & Audulfi miſſi, & Adalvvini Epiſcopi, Meginhardi Abbatis, Snello Abb. Sigimot Abb. Johan Abb. Wolfdregi Abb. Job Com̄. Richo Com̄. Ellanperht Judex, Adalperht, Helmivvin, Egono Capellanus, Johan Presbyter, Amo, Weidher, Folrat, Erinperht, hi ſunt teſtimoniales, qui teſtificaverunt inter Attonem Epiſcopum, & ſupradicto homine, ut legitimè ad domum Sancte Marie firmiter ſtare deberet in traditione Helmkeri.

NOTA.

Waldkerſhova. Waldkerzhofn, Dachavienſis Præfecturæ.

Cæterùm hanc inquiſitionem fuiſſe non minimi momenti, patet ex præſentia ſummorum virorum, nempe Arnonis Archiepiſcopi Salisburgenſis & Audulfi miſſorum, id eſt, Commiſſariorum aut Legatorum Cæſareorum: Adalvvini Epiſcopi Ratisbonenſis: Meginhardi

Digitized by Google

hardi Abbatis Tegernſeenſis, & aliorum plurium tum Abbatum, tum Comitum. Sanè quorumnam Monaſteriorum Abbates fuerint Snello, Johan, & Wolfdregi, non vacat in præſens inquirere: & fortaſſis, deficientibùs inſtrumentis, actum ageremus. Fuiſſe aut Iſanenſis, aut Schlierſeenſis, Scheftlarienſis, Ilmonaſterienſis aut Altomonaſterienſis Cœnobiorum præſides, nobis certum videtur. Sigimotum fuiſſe Abbatem Moſpurgenſem, alibi videbimus.

De Traditionibus Helmkeri vide ſupra N. 91, & 97.

NUM. CCXL.

Ad Furihulze Eccleſia.

DE Eccleſia, quæ ſita eſt in loco Furihulze, à quibus primo conſtructa eſt, hi fuerunt par partem habentes in ipſo loco Furihulze, quorum nomina Alpheri Pollo Oato, ipſique dodaverunt ipſam Eccleſiam proprio hereditate illorum, & tunc cum conſilio Epiſcopi primò poſuerunt Presbyterum, cui nomen Lipolf, poſt illum Cozuni, tertius Hetto, quartus Deotrih, quintus Alpuni, ſextus Perhthram, ſeptimus Seliperht, ipſique Presbyteri ab eo tempore usque nunc Servierunt domui Sanctæ Mariæ. Poſt jam dictos primos homines, qui conſtruxerunt ipſam Eccleſiam fuerunt alij, qui propriam hereditatem illorum tradiderunt ad eadem Eccleſiam, quorum nomina hæc ſunt: Emilo, Altmar, Weliſunc, Erchanpald, Egino, & Reginolt.

NOTA.

Inſtrumentum ſanè memorabile pro Eccleſia in Firholzen, quippe in quo primi illius 13. Rectores enumerantur: quod de alia tam vetuſta Eccleſia nullibi legimus.

NUM. CCXLI.

Unarc Presbyteri Pupinhuſir placitum.

DE contentione, quam habuit Atto Epiſcopus, & Unarc Presbyter pro villa, quæ nuncupatur Pupinhuſir, qualiter ſupra dictus Unarc cum injuſtitia jam dictam villam abſtrahere voluit de domo Sanctæ Mariæ, ſed nequaquam potuit propter diuturnam veſtituram anteceſſorum Attoni Epiſcopi, qui veſtiti fuerunt de eadem villa. Tunc verò eadem Presbyter nomine Unarc videbat, quòd nequaquam optinere potuit, quod volebat, pœnitentia conpunctus, atque cum juſto judicio ſuperatus, veniebat ante Attonem Epiſcopum ſeu cunctam congregationem Sanctæ Mariæ, ſive alij multi, qui huc venerant ad teſtimonium dicebat, quòd injuſtè hoc feciſſet, & precabat, ut indulgentiam ei dare dignaretur. Et ille jam dictus Presbyter coram omnibus proſtratus jacebat ante altare Sanctæ Mariæ, & confeſſus eſt, ſe mentiſſe omnia verba, quibus contradicebat domui Sanctæ Mariæ. Hæc autem ſunt teſtes, in quorum præſentia hoc factum eſt: inprimis Liutfrid vocatus Epiſcopus, Ellanod Archipresbyter, Berno Presbyter & Monahus, Johan Presbyter, Horskeo Presbyter, Snelmot Presbyter, Francho Presbyter, Aſcrih Presbyter, Wicquar Presbyter, Adalhoh Presbyter, Meginolt Presbyter, Oadalpald Presbyter, Hiltiperht Presbyter. Nunc autem Diaconi: Williperht Diaconus, Hieremias Capellanus, Altman Diaconus, Pazzuni Diaconus, Hitto Diaconus, Rupo Diaconus, Einheri Diaconus, Inguperht Diaconus, Samuel Diaconus, Poto Diaconus, Slui Diaconus, Helmuni Monahus, Wicrat Monahus, Salomon Monahus. Hæc ſunt Laici: inprimis Chadol Comis, Ellanperht Judex, Hrocholf, Kaganhart, Pald, Ratolt, Oadalperht, Wulvarn, Rikker, Chunimunt, Mejol, Noathart, Herico, Ortheri, Reginhelm.

NOTÆ.

Pupinhuſir. Pipinhauſen. Crantſpergenſis diſtrictùs.

Placitum. Conventus publicus judicialis.

Cæterùm in hoc inſtrumento ſolus Berno inter teſtes vocatur *Presbyter & Monachus.* & tamen certò conſtat, etiam Oadalpaldum, & Hiltiperhtum fuiſſe Presbyteros & Monachos. quod idem de cæteris fatendum eſſe, eruditi judicabunt.

NUM. CCXLII.

Irminfrid red.

POſt hanc inquiſitionem, & legitima redditione cum Wadio in manus Arnonis Archiepiſcopi, & Attonis Epiſcopi, & Orendili Judicis, & Lantfridi Advocatis, quod injuſtè adſtractum habuit Lantfrid filius Irminfridi ad Holzhuſum duo loca, quod dicimus Hovaſteti de pratis XII. Carradas, ad Kiſingam Jurnales X. ad Situlinesſtetim hovaſteti una, & ſubmerſit unum mulinum, & ad Krevolfingas territorium, quod dicimus Kapreitta, in qua eſt quaſi Jurnales VII. ad Paſingun duas colonias, mancipias inter totos VI. Weranza cum II. infantes, Zeizhilt cum duobus infantibus.

NOTÆ.

Hovaſteti. fortè Hochſtett in diſtrictu Starenbergenſi.
Krevolfinga. Greſſing. in eodem.
Kiſingam. Geiſing in eodem.

NUM. CCXLIII.

Engilsnot reddidit beneficium.

QUaliter Engilsnot beneficium reddidit, quod habuit ad Rotapach in manus Domni Attonis Epiſcopi, & poſtea ab Attone Epiſcopo per miſericordiam ſuam ipſam cauſam in beneficium, & in cenſum accepit ipſa Engilsnot. hæc ſunt teſtes: Adalhart, Pern, Alto, Isanhart, Alprih, Salomon, Scalco, Memmo, Kaganhart, Heimo, Weriant, Egisperht, Hramperht, Kiso, Roho, Kerpald, Poaſilo, Jacob.

NOTA.

Rotapah. Rotpach. in Præfectura Dachau.

NUM. CCXLIV.

De Eccleſia ad Poche.

NOtitia qualiter Sicco & Richolf contendebant cum Attonem Epiſcopum pro Eccleſia in loco, qui dicitur ad Poche, & legitimè convicti, atque ſuperati eadem Eccleſia in præſentia Attoni Epiſcopi, & Heriperhti Comitis, & Cundharij Abbatis, & Meginhardi Abbatis, & Reginhardi Sculdh, & Imminoni Sculd ſeu etiam alij multi. Kaganhart, Regino, Reginfrid, Hitto, Sindperht, Waldman, Amo, Erchanolt, Iſanger, Hejo, Heipo. Actum eſt hoc in publico placito in loco Holzhuſun coram multis ibidem congregatis; ipſi quoque ſupra dicti de eadem re teſtes ſunt, quod Sicco, & Richolf eadem Eccleſiam tradiderunt in manus Attonis Epiſcopi, & Wadium dederunt, ut nihil exinde ampliùs quererent.

NUM. CCXLV.

De contentione, qui fuit inter Ellannodo, & Heriracho & Perhtwigo.

DE contentione, qui fuit inter Ellannodo Archipresbytero, & Heriracho, & Perhtwico, & filij ejus ad loca, qui dicitur Rota, de curte Wicperhti, & de

Digitized by Google

& de domo, & de Scurio, & pomario cum omni utenſilia, quicquid in curte ejus fuit, quomodo finitum fuit inter illos coram comite Job, & Ellanperto judice, & reddiderunt illum curtem cum omnibus ſupra dictis jam dicti Viri in manus Ellannodi ſeu vocatis ſui. Et hæc ſunt teſtimonia: Luitprant, Adalo, Einhart, Cunzó, Engilperht, Drudolt, Duidolf, Arfrid, Jacob Presbyter, Erchanhart Diaconus, Swidker, Salomon Diaconus. & hoc fuit factum in loco, qui dicitur Filisa, ad Baſilica Sancti Valentini.

NOTA.

De Scurio. fortè horreo: vulgò Scheurn.

NUM. CCXLVI.

Traditio Helmkeri & Matris ejus Rihhiltæ.

DE traditione Heimgeri & Matris ejus Rihhilta ad Rota, & poſt ea fuit contentio in quibusdam locis cum Sorore ejus Hroadpirinna, & ſic finitum fuit coram Advocato ſuo Diudolfo, & reddidit Hrodpirin, quicquid ibidem habuit in manus Diudolfi. Et hæc ſunt teſtes per aures tracti Wolfhroch teſtis, Selpker teſtis, Adalfrid teſtis, Salomon teſtis, Coteſcalch teſtis, Madalcoz teſtis, Reginhart teſtis, Wichram teſtis.

NUM. CCXLVII.

Concambio Ellannodis, & Offonis ad Rota.

NOtitia de concambione, qui fuit inter Ellannodo, & cuidam homine nomine Offo filio Stephani ad Rota in loco nuncupato ad Tanne, dedit prædictus Offo ſuam Alodem, quod partivit contra fratres ſuos in legalem portionem per manus Advocati Ellannodi nomine Diudolf ad domum Sanctæ Mariæ ſitam prope ripam fluvij, quæ dicitur Rota, hoc eſt terram arabilem, caſam cum curte proprij juris ad ſe pertinentem tradebat in manus Diudolfi jam dicti advocati, & firmabat ad jam commemorato domo Dei, tum demum Diudolf Advocatus, & Reginhart Conductor rerum pertinentium ad præfato Domo Dei, & Zeizo Presbyter illius Parrochiæ cum juſſione Ellannodi Archipresbyteri & cum comiatu Attonis Epiſcopi, & conventione ibidem fideliter Deo Servientium contra prædictas res adfirmatas domo Dei jam commemorato offone duas colonias, caſam cum curte jacentes in loco nominato ad Tanne, eò quòd utriſque partibus utilior videbatur, & ſic firmaverunt cum munitione teſtium, quorum nomina hic ſubter inſeruntur. Hæc ſunt teſtes: Zeizo Presbyter, Erchanperht Diaconus, Starcholf Clericus, Selpker, Wolfhroch, Coteſcalhc, Drudolt, Salomon Mahalcoz, Hegilo, Hiltiprant, Selprat, Helmperht, Kepahart. Actum in loco nominato Rota VIII. Kalendas Auguſti.

Ego Amico indignus Clericus juſſus à Domno Attone Epiſcopo hanc cartam ſcripſi.

NUM. CCXLVIII.

Reginpertus Allinga reddit.

ISti ſunt teſtimonia, & veraces teſtes extiterunt de res Eccleſiarum Frigiſienſis, quas reddidit Reginpertus filius Scattani de traditione Gajoni in loco, qui dicitur Allinga. Iſti ſunt teſtes: Helmuni, Herirach, Rihpald, Sonperht, Toto, Kaganhart, Hludio, Adalhart.

Digitized by Google

NUM. CCXLIX.

Cambium Hungisi.

NOtitia qualiter Atto Epiſcopus cambiavit territorium ab homine cui nomen Hungis in loco, qui dicitur Hlera, & dedit ei ad Toalpah equalem menſuram, ſicut acciperat de illo. ea verò ratione, ſiquis mutare vult hoc cambium cum ipſis territoriis, mutat. Hæc ſunt teſtes: inter eos inprimis Fritilo, Kamanolf, Pernhart, Rihlant, Oago, Rato, Waltant, Anno, Muniperht, Adalhart, Reginolf, Tiso, Ellannod Presbyter, Helmperht, Purſſo, Chuniperht, Wihrih, Cozmar.

NOTA.

Hlera. Lern, in diſtrictu Erdingano.

NUM. CCL.

Convenientia Attonis Epiſcopi cum Pattone, & Tettini Fratribus.

COnvenientia Attonis Epiſcopi cum duobus fratribus, quorum nomina Patto, & Tetti. Ipſi enim jam dicti fratres voluerunt partem aliquam abſtrahere de curte Sindeoeshuſir, convenientia exinde facta donavit Atto Epiſcopus his duobus fratribus in loco Haſalpach jurnales xL. pratas VI. Carradas, & unum caballum cum Scuto & lancea, & propterea utriſque partibus cum teſtibus confirmaverunt, ut ſic definitum ſit inter eos in perpetuum. Actum eſt hæc in præſentia Attonis Epiſcopi, & Oadalharti Epiſcopi, Meginhart Abbatis, Antarpot Presbyteri. Hæc ſunt teſtes: Mezzi Comis, Engilperht Vicarius, Kaganhart, Einhart, alius Einhart, Friduperht, Memmo, Wichart, Iſancrim, Hrocholf, Tiso, Sindeo, Cundheri, Haholf, Chippo. Similiter de Silva ad Sindeoeshuſun: Rupo Diaconus, Hamminc, Mezzi, Comis, Reginhart, Kaganhart, Cundheri, Sindeo, Reginperht, Diudolf, Fatto, Herirat, Soanperht, Wichart. Hæc ſunt teſtes, quos tradiderunt Tetti, & Patto Attoni Epiſcopo pro Silvam, quam queſierunt in loco Sindeoeshuſir. acceperunt inde ſeptem ſolidos de argento & nullam ampliùs inquiſitionem hujus ſilve ſe habituros coram iſtis teſtibus conplacitaverunt in publico placito hoc factum eſt ad Frigiſingas.

NOTA.

Sindoëshuſir. Sinzhauſen in Territorio Moſpurgenſi.

NUM. CCLI.

De Tanchiricha beneficio.

NOtitia, qualiter Domnus Atto Epiſcopus in beneficium præſtabit Eccleſiæ in loco, qui dicitur Tankiricha ſuo homine, cui nomen Uuldarrich; ipſe enim Uuldarrich ſeipſum tradidit in Servitium Attonis Epiſcopi, ſeu domui Sanctæ Mariæ usque ad finem vitæ ſuæ. in hoc enim ipſum beneficium accepit, ut fideliter in ſervitio domui Sanctæ Mariæ permanſiſſet, & ſi aliter aliquid feciſſet, privatus de ipſo beneficio permanſiſſet. hoc enim factum eſt in præſentia cuncta familiæ Sanctæ Mariæ in loco Frigiſinga, quorum nomina ex multis paucos adſcribimus: inprimis Ellannod Archipresbyter, Ejo Presbyter, Oadalpald Presbyter, Hiltiperht Presbyter, Rato Presbyter, Unroh Presbyter, Altman Diaconus, Pazzuni Diaconus, Hitto Diaconus, Rupo Diaconus, Marchuni

Digitized by Google

chuni Diaconus, Tagaperht Diaconus, Salomon Monachus, Hiltiperht Monachus, Crimheri Monachus, Wolfhart Monachus, Kaganhart Laicus, Emicho, Adahart, Coazmar, Toato, Pazrih, iſti omnes teſtes ſunt, quia ego Atto Epiſcopus ipſo Uuldarricho homine noſtro uſque ad ſuam vitam ei in beneficium præſtavi, poſt obitum verò ejus ſine ulla contradictione ad domum Sanctæ Mariæ redire non tardet.

NOTA.

Tanchiricha. Tankirchen, in diſtrictu Wolfratshuſiano.

In hoc Inſtrumento obſervabit Lector, teſtes de familia poni eodem ordine, quem notavimus ad Num. 224. quémque etiam obſervârunt antiqui Schlechdorffenſes N. 114.

NUM. CCLII.

Atto Epiſcopus, & Hroadachar ad Ehing.

NOtitia de emptione, quam fecerunt inter ſe Domnus Atto Epiſcopus ad Hroadachar, id eſt territorium donavit Hroadachar ſupra dicto Epiſcopo in loco, qui dicitur Ehinga Superiores. Et econtra donavit ei Atto Epiſcopus unum toracem. Hæc autem ſunt teſtes: Chuniperht teſtis, Reginperht teſtis, Cundheri teſtis, Kaganhart teſtis, Memmo teſtis.

NUM. CCLIII.

Pro Eccleſia ad Premareini.

NOtitia qualiter Odlant contendebat contra Attonem Epiſcopum pro Eccleſia in loco, qui dicitur Premareini, & convictus legitimè in loco, qui dicitur Feringa in præſentia Arnoni ArchiEpiſcopi, ſeu etiam multis ibidem congregatis, quorum nomina ſunt Atto Epiſcopus, Kysalhart Judex, Sigimot Abbas, Ellanperht Judex, Cundhart Comis, Orendil, Heriperht, Luitpald, Mezzi, Oadalſcalch, Wago, Reginhart, Haguno, Cundhart, Hitto, Hrocholf, Anno, Alpcih, Heripato, Cundpato, Friduperht, Coteſcalch. Hoc factum eſt in publico placito, in ſupra dicto loco Feringa multis audientibus, atque videntibus. Iſti quoque Wadium acceperunt, ut quicquid injuſtè egit contra Attonem Epiſcopum, ut legitimè componere deberet. Hoc eſt Enkilperht, Sindperht, Coteſcalch.

NUM. CCLIV.

Contentio Attonis, & Wolfswind.

NOtitia de contentione, quem habuit Atto Epiſcopus, ſeu Ellannod Archipresbyter contra Wolfsvvindonem de re Sanctæ Mariæ ad loca nominata Cundinhofa, quod teſtificaverunt hi homines, qui hic inſeruntur cum juramenti probatione, ut ipſa cauſa ad domum Sanctæ Mariæ pertinere deberet, quod ſitum eſt in loco Frigiſinga, ubi Sanctus Corbinianus in corpore requieſcit. Et hæc nomina teſtium: Fritilo, Engildeo, Chuniperht, Kamanolf, Coteperht, Engilperht, Waſugrim, Sahso, Oago, Arnolt.

NUM. CCLV.

Convenientia inter Attone, & Erachro Epiſcopis.

HÆc ſunt teſtes, qui viderunt & audierunt, quòd Erachar Epiſcopus reddidit in manus Attoni Epiſcopi in loco, quæ dicitur Iſmaninga mancipias, quæ abſtracti fuerunt de Purolfinga injuſto ordine. Factum eſt hoc in

Digitized by Google

in die VII. Kal. Martii, & iſti ſunt, qui teſtificaverunt: Ellanperht, Kaganhart, Einhart, Hrocholf, Ratolt, Soanperht, Helut, Lantfrid, Alurih, Memmo, Adalhart, Odalger.

NOTÆ.

Erachar Epiſcopus. incertæ Sedis: an fortè Chorepiſcopus.
Iſmaninga. Vicus inſignis cum caſtro, & comitatu, ad Eccleſiam Friſingenſem pertinente.
Purolſinga, fortè Purſing Schwabenſis Præfecturæ.

NUM. CCLVI.

Contentio Hrocholfi cum Attoni.

IN Dei nomine. Ego itaque Atto Epiſcopus notitiam facio qualiter quendam homo Hrocholf nomine deveſtivit domum Sanctæ Mariæ, ſeu etiam nos, hoc eſt de territorio, quam Ratpuruc tradidit ad domum Sanctæ Mariæ. Nunc autem invitus, & cum veraces teſtibus ſuperatus reddidit eadem territorium in loco Feohte, quam injuſte abſtraxit de domo Sanctæ Mariæ. Hoc autem factum eſt ad Reganaspuruc in publico conventu Epiſcoporum, ſeu etiam Presbyterorum, in quo erat Arn Archi-Epiſcopus, Atto Epiſcopus, Adalvvinus Epiſcopus, Hato Epiſcopus, Einrich Epiſcopus, Agnus Epiſcopus, Meginart Abbas, Luitfrid Presbyter, Ellannod Presbyter, in illorum præſentia hoc factum eſt, ſeu etiam Audulfi Comitis, & Kysalharti Judicis, & Ellanberti Judicis, Petto, Chuniperht, Reginhart, Sindeo, Kaganhart, Luitprant, Situli, Memmo, Reginperht, Einhart, Madalcoz, Crimuni, per fidejuſſores enim hoc fecerunt, quorum nomina Chuniperht, Situli, Engilhart.

NUM. CCLVII.

Heriperht ad Senatesawa.

DE beneficio ad Senatesavva, quod Domnus Atto Epiſcopus præſtabit Heriberto Clerico, & ipſe Heribertus Clericus reddidit ipſum beneficium in manus Domni Attoni Epiſcopi. Et hæc ſunt teſtes per aures tracti: Angilperht, Adalperht, Einhart, alius Einhart, Wichart, Reginperht, Cozmar.

NOTA.

Senateſaua. Senzau, in territorio Schwabenſi.

NUM. CCLVIII.

Friduperht, Engilperht, Papo, Ato tradiderunt.

DUm & omnibus non habetur incognitum, ſed in Epiſcopio Sanctæ Mariæ multis eſt notum, qualiter Friduperht Presbyter, Ato & Engilperht tradiderunt propriam hereditatem illorum in duobus locis, hoc eſt, ad Otingun, & ad Tegarinvvac. Iſti verò jam dicti Ato, & Friduperht cunctam poſſeſſionem illorum tam eccleſiaſticam, quam etiam Secularem rem totum ex integro tradiderunt domui Sanctæ Mariæ ſemper Virginis ad Frigiſingas eo modo, ut poſt obitum illorum nullus contradicere valeat cum omni integritate domui Sanctæ Mariæ deſervire. Engilperht autem tantummodo rem Eccleſiaſticam tradidit; nam aliam hereditatem ſuam Papo enim, & Fridubert tradiderunt unam coloniam ad altare Sancti Michahelis ibidem ad Tegarinvvac, & tertiam territorii partem, quam Papo ibi habuit, in omnibus quidem tertiam partem ad jam dictum altarem tradiderunt pro ſeipſos, & pro Tutum Filium Papo-

Digitized by Google

Paponi, hoc eſt territorium cum ſilva, prata cum paſcuis, aquarúmque decurſum, ita enim, ut poſt obitum Matris illorum, cui nomen Waltila, firmiter, & ſtabiliter ad ipſum altarem ſine ulla contradictione in perpetuum perſtitiſſet. Hæc autem ſunt teſtes: Heimilo Presbyter & Monachus, qui hanc cartulam ſcribſit, Willihram Presbyter, Friduperht Presbyter, Ato Laicus, Engilperht Laicus. Actum eſt hæc in Kal. Auguſti.

NUM. CCLIX.

Traditio Frecholfi ad Ollingas.

IN nomine Dei Salvatoris noſtri. Ego Frecholf Laicus cogitante, vel tractante de anima mea, ſeu de vita futura, ut in quantitatem apud pio Domino veniam merear accipere. Idcirco tradedi ad Eccleſiam Sanctæ Mariæ, vel ad Epiſcopatum in loco nuncupante Frigiſinga trado pro remedium animæ meæ ego Frecholf, & ſimiliter pro patrem meum, & matrem meam, ut exinde mercis illorum creſcat, ad Ollingas trado territorium meum, quantum proprium habuero, quod ab hac die ſit in poteſtate Sanctæ Mariæ ſive Epiſcopi. Ad Aguſingas ibi trado unam coloniam cum familia ad loco nuncupante, quem ſupra memoravimus poſt obitum meum. Et ſi quis voluerit hæc cartulam traditionis frangere, iram Dei incurrat, & cumponat ſicut lex eſt, & habeat partem cum Juda traditore, ſi non emendaverit. Et hæc teſtes: Frecholf, Willahel, Reginolf, Hitto Clericus. Ego Presbyter Perno ſcripſi hanc cartulam tradiditionis.

NUM. CCLX.

Traditio Freaſoni, & Erchanpaldi ad Holzhusir.

IN Dei nomine. Ego itaque Freaso cogitante, vel trantante me pro remedium animæ meæ, ſeu de vita futura trado, atque transfundo propriam hereditatem meam in loco, quæ dicitur Holzhusir ad altare Sancti Zenonis Martyris Chriſti cum omni utenſilia, ruris, pratis, paſcuis, ſilvis, campis, cultis, & incultis, mobilium, & immobilium. Ego quidem ſtatui, ut ſit ſtabilis, & inmobilis uſque in perpetuum.

Similiter ego Erchanpald germanus ſupra dicti Freaſonis portionem meam, quam de ipſa hereditate me contingit trado jam funditus ad ipſo jam ſupra dicto altare, ut ſit ſtabilis, & inconvulſum permaneat uſque in perpetuum.

Poſtea autem venerunt filii ipſius ſupra dicti Erchanpaldi, & tulerunt illud de ipſo altare abſque ullam inquiſitionem, quod illi tradiderunt. Aliquando autem de Dei miſericordia conpuncti tertiam partem reddiderunt ad ſupra dictum altarem, & aliud detenti ſunt apud illos. Et hæc teſtes in eodem Concilio: Irminperht Presbyter, Amalrich, Sicco, Kaganhart, Hitto, Cozperht, Waldman, alius Kaganhart.

NUM. CCLXI.

Traditio Alamuntinga.

IN Chriſti nomine. Nos germanos Kysalheri, & Irminheri convenit nos tibi Erchanhario vendere omnes res illas, quæ ad nos pertinet, in vico nuncupante Alamuntinga, id eſt, terra, arva, pratis, paſcuis, ſilvis, aquis, molendinis, omnia in integro in eodem loco nobis pertinentes, &

Digitized by Google

per hæc teſtes firmavimus idem Kysalheri teſtis, Reginhart Crimheri filius ipſius, Kysalheri, Wicheri, Irminheri, Iſanhart, Putilo, Ernuſt, Walto, Hamadeo, & inſuper omnia tradidimus ipſas res in altare Sanctæ Mariæ in eodem loco nuncupante Alamundinga, ubi Erchanheri venerabilis cuſtos eſſe videtur, & per ipſos teſtes firmavimus.

NOTA.

Cuſtos. an potiùs Eccleſiæ illius Rector?

NUM. CCLXII.

Traditio Etinesloh.

IN Chriſti nomine incipit de commemoratione, quod tradidit Deotperhtus hereditatem ſuam in altare Sanctæ Mariæ ſemper Virginis loco nuncupante Etinesloch, agros, pratas, exaratum, cultis, & incultis, & hæc placita fiant, ut habeat ad uſum victûs ſui uſque ad diem obitûs ſui, & poſtea habeant, qui hoc altare ſerviunt, & ſi ſuperveniat filius ejus redimat hoc cum tributo, id eſt, tres dies arare, & I. fœnum ſecare, & ea colligere, & inprimis habeat requiem uſque in annum tertium, & poſtea cum prædicto tributo redimat. Et hæc omnia facta ſunt in IIII. Kalendas Aprilis & cum XII. teſtibus firmata ſunt, iſti ſunt: Kysalheri, Peradeo, Reginhart, Crimheri, Echo, Haduperht, Willapato, Sigiwart, Putilo, Iſanhart, Liutperht, Sigifrid, Chunimunt, Hamadeo, Deotperht, Pirhtilo, Rincholf, Drooz.

NUM. CCLXIII.

Traditio Iſanharti de Etinesloch.

IN Chriſti nomine. Ego itaque Iſanhart cogitans cogitavi pro remedio, & ſalute animæ meæ, & ut pius Dominus relaxaret omnia facinora mea; ideóque tradidi hereditatem meam Viro Venerabili Erchanhario, & ut poteſtatem habeam ad uſum victui meo, quouſque vita concedatur mihi, & poſt ea ipſe ſupra dictus Presbyter pro propria hereditate, quaſi à Patre ſuo in portionem accepiſſet. Et hæc placita fuerunt in Kalendis Septembris in loco nuncupante Etinesloch, teſtificantibus proximis ſuis, & conſentientibus, quorum nomina ſunt hæc teſtes, Hamadeo, Pirhtilo, Rincholf, Deotperht, Aran, Meginperht.

Iterûm in nomine æterni Dei. Ego itaque Iſanhart tradidi hereditatem meam, & fratris mei Iſanberti pro remedium animæ meæ in loco nominato Etinesloch, agros, pratas, ſilvis, aquis, exaratum, cultis, & incultis, Viro Venerabili Erchanherio pro remedium anime meæ, ut in perpetuum ſtabilis permaneat. Actum in IIII. Idus Octobris, & cum XII. teſtibus firmavi, quorum nomina: Kysalheri, Irminheri, Hejo, Willapald, Wicheri, Crimheri, Kysalhart, Hamadeo, Pirhtilo, Rincholf, Deotperht, Drooz.

NUM. CCLXIV.

Traditio Luitpatoni, & Hroadberti ad Moſahun.

IN nomine Domini notum ſit cunctis fidelibus, quòd ego Luitpato, & Hrodperht ad domum Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas tradidimus omnem hereditatem noſtram in loco Moſacha, quicquid proprie hereditatis in ipſo loco habere dinoſcimur, & portionem Uxoris meæ, omnia in omnibus firmiter tradidimus ad Frigiſingas. Iſti teſtes: Tunno, Rumolt, Oadalker, Hroadperht, Otrih, Porci, Adalker, Cotefrid.

Digitized by Google

NUM. CCLXV.

Traditio Engilperhti & filii ejus Iſſoni Presbyteri, & Uxoris ejus Perhtsvvin.

HOc omnibus declaratur fidelibus intellegendum, quòd Engilperht, & filius ejus Iſſo Presbyter, & Uxor ejus Perhtſwind communis manibus, quicquid habuerunt in loco, quæ dicitur Tetinhofa, Eccleſiam cum domo, & omnem hereditatem, ſeu adquiſitionem firmiter tradiderunt ad domum Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas. Hoc factum in VIII. Idus Februarii, & hæc teſtes: Rihpert, Cundperht, Egiperht, Cozpald, Sicco, Werot, Arpeo, Haguno, Rimideo, Engilperht, Perhtolf, Starcholf.

NOTA.

Tetinhofa. fortè Deütenhofen, in diſtrictu Dachavienſi.

NUM. CCLXVI.

Traditio Meginhardi Abbatis, & Cundharti, & Reginharti, & filii ejus Hittoni.

LUculenta confirmatione declaratur cunctis rectam confirmationem ſcientibus, quia Meginhard Abbas, & Cundhart, vel Reginhart, & filius ejus Hitto, quicquid habuerunt in loco Huckinperc cum omni integritate communis manibus ad domum Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas firmiter tradiderunt. Hoc factum in XIIII. Kalendas Martii. Iſti teſtes: Kaganhart, Heriperht Comis, Selprih, & alius Kaganhart, Toato, Hitto, Orendil, Kerhart, Waldman.

NUM. CCLXVII.

Toto Willinga tradidit.

AD notitiam omnium fidelium occurrat, quòd ego Toto tradidi ad domum Sanctæ Mariæ ad Frigiſinga Eccleſiam cum domo in loco Willinga, vel quicquid ego in ipſo loco proprie hereditatis, vel adquiſitionis habere videbar, totum, & integrum ad ſupra dicto domo firmiter tradidi. Hæc ſunt teſtes: Wolfperht Judex, Sciri, Tuoto, Adalvvart, Hroadmunt, Sindperht, Arbeo, Herimot, Adalperht, Weiko, Reginolf. Actum eſt in III. Idus Februarii. Et iſti teſtificaverunt eorum hereditatem & Totonis, & dixerunt, illum hanc traditionem peragere potenter poſſe: Hiltiperht, Adalvvart, Vojo, Herimot, Coteſcalch, Waldperht, Ratolf, Paldachar, Otlant, Hroadmunt, Eparahar, Alprih.

NOTA.

Willing. in territorio Aiblingenſi.

NUM. CCLXVIII.

Traditio Paponi ad Tegarinwac, & Aotingas.

IN Dei nomine. Ego Papo de hereditate mea, & filiorum meorum Fridubertj Presbyteri, & Tutonis, qui nunc migravit, tradidi ad Tegarinvvac partem hereditatis noſtræ ad Eccleſiam Sancti Michahelis colonias duas tertia pars, quod me contingit, agris, cultis, & incultis, pratis, paſcuis, ſilvis, aquis piſcatorijs, & illud, quod dicitur Oatinga quarta pars ſubſtantiæ heredi-

Digitized by Google

tatis meæ ad Eccleſiam Sancti Martini pro remedium animæ meæ. Si quis hanc cartulam corrumpi voluerit, inprimis iram Dei incurrat, & conponat ſicut lex eſt. Hoc factum eſt in Kalendis Auguſti, & hæc teſtes: Heimilo Presbyter, Willaram Presbyter, Ato, Engilperht.

NOTA.

Aotingas. ſeu *Oatinga*. Eutting, in diſtrictu Erdingenſi.

NUM. CCLXIX.

CUm incognitum non habetur, ſed multis nobilibus viris, quod etiam aliis plerisque bene notum eſt, qualiter Arperht Divina ammonitione conpunctus proprie hereditatis, vel acquiſitionis, quidquid habere videtur, totum & integrum jure perpetuo tradidit ad domum Sancte Marie ſemper Virginis perpetualiter condonavit, atque transfirmavit in caſtro ſito Friſinga in locis nuncupantibus Filsa, & Clasnapach, ut aliquanto veniam apud pio Domino in eterna vita mereatur accipere. Demum venit humiliter rogando ad Attonem Epiſcopum, vel ad cunctam congregationem Sancte Marie, ut in ſua Eccleſia Jacob Presbytero in beneficium præſtare dignetur, quamdiu hoc contra domum Sancte Marie, & Rectorem ipſius Eccleſie cum tali cenſu perſerviret, ſicut ipſa familia decreviſſet. Poſt obitum verò Arperhti cepit contentioſiſſimus Salomon dicere, quòd ſibi antea tradidiſſet, quàm ad domum Sancte Marie, & proclamavit ad Audulſum miſſum, & ad Arnonem Epiſcopum dicens, has Eccleſias cum omnibus ad eas pertinentibus ſibi eſſe debere. Tunc juſſit Audulfus Job Com̄, & Ellenberto Judice, ut hoc cautè, & ſollicitè inquirerent. Deinde venerunt Job Com̄, & Ellenbertus Judex, & ibi collocata multitudine nobilium hominum venit ibi in preſentia Salomon, & fecerunt inde jurare in reliquijs, inprimis Job teſtificavit per illum Sacramentum, quod Domino noſtro juravit, & iſti ſunt, qui juraverunt, Engilperht, Erumperht, Humperht, Richtperht, Kerlant, Roadlant, Erchanperht.

NUM. CCLXX.

Fragmentum traditionis ad Heriperteshuſim, ſive etiam ad Wirma.

SUam tradidit ad domum beatæ, & intemeratæ Virginis Mariæ ad Frigiſingas in manus Attonis Epiſcopi, hoc eſt in locis duobus ad Heriperhteshuſun, ſive etiam ad Wirma, quicquid in his duobus locis de propria hereditate habuit totum ex integro nihil pretermiſit, ſed cum omni integritate tradidit in manus viri venerandi Attonis Epiſcopi; ea verò ratione, ut Baſilius filius ejus in beneficium hoc ipſud habere licentiam habuiſſet, & ipſe Baſilius cum omni integritate ſine ulla contradictione ſtabiliter ad domum Sanctæ Mariæ firmiter permanſiſſet. Hæc autem ſunt teſtes: inprimis Mezzi Comis, Tarchanat Presbyter, Hununc Presbyter, Wicrat Clericus, Tiso Presbyter, Francho Presbyter, Lantfrid Presbyter. Actum eſt hæc in domo Sanctæ Mariæ in loco Frigiſingas die conſule, quod fecit III. Nonas Julii.

NUM. CCLXXI.

Traditio Arhinſwinte.

IN Dei nomine. Ego Adalperht indignus Presbyter conpunctus timore, vel Divino amore cogitans, vel tractans, ut aliquid venie ſeu mercedis accipere de Deo merear, ideo omnia michi accedentia proprie hereditatis, vel acquiſitione

ſitione mea lucrata in loco, qui dicitur Arhinſvinte trado, atque transfundo ad domum epiſcopalem in loco ſitum, quod nominatur Friſinga, ubi honor Sanctæ Mariæ celebratur, ſeu Sanctus Corbinianus corporaliter requieſcit, omnia ſupra dicta mee alodis, vel lucrationis ſtabiliter permaneant ad jam dictam Sanctam Dei Eccleſiam. Nomina teſtium in libro traditionum habentur. Si quis verò hanc traditionem inire vel frangere voluerit, cum ſupra dictis Sanctis Dei cauſam habeant ante tribunal æterni Dei, & quod repetit, evindicare non valeat, ſed carta hæc firma, vel invicta permaneat.

NUM. CCLXXII.

Traditio Hugiperhti Presbiteri ad Frigiſingum.

IN nomine Dei Salvatoris noſtri. Ego Hugiperht Presbyter cogitante, vel tractante de anima mea, ſeu de vita futura, ut in quantitate apud pio Domino veniam merear accipere. Idcirco tradedi ad Epiſcopatum Sanctæ Mariæ in loco nuncupante Frigiſinga, hoc ſunt Eccleſias, & familias per domos, & mancipias, territorium, pratas, ſilvas, aquarumque decurſos, & omnia, quæ habui, tradedi ad locum, quem ſupra memoravimus, quòd ſit ſtabilis usque in perpetuum. Et hæc ſunt teſtes per aures tracti: Atto Laicus, Chraft, Waltheri Laicus, Hetto Laicus, Podalunc, Tunzi, Kiſlot, Ferholt, Warmunt, Oadalker Laici. Et ſi quis voluerit frangere hanc traditionem, communicet cauſam cum Deo omnipotente, & componat ſicut lex eſt, & hæc traditio nihilominus firma permaneat. Ego indignus Presbyter Berno, ſive Monachus ſcripſi hanc traditionem juſſus ex ore Attoni Epiſcopi.

NUM. CCLXXIII.

Traditio Luitrati.

IN nomine Dei Salvatoris noſtri. Ego itaque Luitrat cogitante, vel tractante de anima mea, ut apud pio Domino veniam merear accipere, tradidi de propria hereditate mea ad Eccleſiam, quæ in honore beatæ Mariæ conſtructa eſt in loco nuncupante Holzhuſir, hoc eſt unam ancillam nomine Drudwih, & ſex aras, & hæc cum teſtibus confirmavi, ut hæc traditio firma permaneat. Et hæc ſunt teſtes per aures tracti: Ejo Presbyter, Oatkelt Presbyter, Frumolt Presbyter, Kaganhart, Nothart, Herico, Meginhelm, Cundheri, Truhtperht: Deotheri, Kuno, Hrepin, Pernker: Si quis hanc cartulam traditionis frangere voluerit, iram Dei incurrat, & componat, ſicut lex eſt, & hæc cartula nihilominus firma permaneat.

NUM. CCLXXIV.

Traditio Gajoni in locis Poapintal, Oparinhof, Cyreola, Pettinpah.

DUm fragilitas humani generis pertimeſcit ultimum vite temporis diem ſubitanea transpoſitione ventura, oportet, ut non inveniat unumquemque inparatum, ne ſine aliquo boni operis reſpectum migret de ſeculo, niſi dum ſuo jure & poteſtate conſiſtat, præparet ſibi viam ſalutis, dum pretium in manibus habet. per quam ad æternam valeat beatitudinem pervenire. Ideoque ego Gajo in Dei nomine cogitans pro remedium animæ meæ, & remiſſionem peccatorum meorum, ut veniam in futuro conſequi merear, trado omnem hereditatem meam, quod mihi ob jure parentorum meorum obvenit,

villas nuncupatas in pago, qui cognominatur Poapintal, id eſt, in Oparinhofe, & in Cyreola, ſeu foras montes in loco, qui nominatur Pettinpach, vel ubicumque viſus ſum habere, cum terris, cum domibus, ædificijs, accolabus, mancipiis, alpis, ſilvis, campis, pratis, paſcuis, aquis, aquarumque decurſibus, adjunctis, adjacentiis, adpendiciis, peculium utriusque ſexus, mobilibus, & inmobilibus, trado ad Monaſterium, quæ nuncupatur Slechdorf, ubi corpus Sancti Tertuliani requieſcit, & Atto Epiſcopus ibi præeſſe videtur, unà cum Monachis ibidem degentibus, & recepimus à vobis in beneficium illam terram, quam habetis in Pettinpach de parte Otiloni, & boves IIII, in ea ratione, ut annis ſingulis cenſum ſolvere debeam dimidium ſolidum in argento, aut in grano, & ipſas locas, quas ſuperius prænotavimus, nec vendere, nec alienare, nec nullum naufragium imponere, ſed emelioratas ad ipſum Monaſterium revocare. Siquis verò, quod futurum eſſe non credo, huic voluntati noſtræ de quibuslibet adinventionibus aliquis de heredibus noſtris, vel quislibet Perſona, qui contra hujus traditionis firmitatem frangendi repertus fuerit, à conventu omnium Chriſtianorum, vel limitibus Eccleſiarum extraneus habeatur, & Judæ traditoris Domini noſtri Jheſu Chriſti perfruatur conſortium, inſuper etiam inferat partibus ipſius Monaſterij, vel fratrum ibidem conſiſtentium auri libras duas, nec ſic quoque, quod repetit, non valeat vindicare, & nihilominus præſens traditio, quæ pro timore Dei, & amore Chriſti conſcribta eſt, firma, & inviolata omni tempore valeat permanere. Hæc ſunt teſtes: Reginhart Comis, alius Reginhart, Kaganhart, Alprih, Rubo Diaconus, Zotto Diaconus, Engilperht, Helmperht, Nothart, Etti, Cozrat, Engilperht. Regnante Domno noſtro Karolo Rege in Bajovvaria anno XII. V. Kalendas Novembris. Ego Meriolfus Presbyter ſcripſi, & ſubſcribſi.

NOTÆ.

Poapintal. Oparinhof. Cyreola, ſunt loca in Montibus, id eſt, in partibus hodierni Comitatûs Tyrolenſis. è quibus *Cyreola* absque dubio eſt modernum oppidum Zirle.

Pettinpach. Petenbach, in Territorio Dachau.

NUM. CCLXXV.

Traditio Sentilinga.

IN Chriſti nomine. Sacroſancto Monaſterio Sancti Dioniſij, qui eſt conſtructus in ducatu Bajowariorum, in ripa fluvij, quæ dicitur Iſura, ubi Petto Abba ad regendum præeſſe videtur. Ego Aduni cogitans caſum fragilitatis meæ, vel pro remedium anime meæ, maximè cum veritas dicat: Theſaurizate vobis theſauros in cælo. hanc vocem ego audiens, imitare deſiderans, amore divinitatis conpunctus trado à die præſente, atque transfundo pro redemptionem anime meæ medietatem hereditatis meæ, quicquid habere videor in loco nuncupante Sentilinga, manſis, pratis, ſilvis, campis, pomiferis, aquis, aquarúmque decurſibus, egreſſibus, & regreſſibus, mobile, vel immobile, cultum, vel incultum, omnia ex integro, ita ut jam dixi à die præſente trado de jure meo in jure dominationis agentis ipſæ Eccleſiæ Sancti Dioniſij medietatem in omnibus. ſi quis, quod fieri non credo, aut aliquis de heredibus, coheredibusque meis, aut quislibet ulla oppoſita perſona, qui contra hanc traditionem, quam ego pleniſſima voluntate peregi, & conſcribere rogavi, temptare conaverit, ne hoc valeat evindicare, ſed iram Dei omnipotentis incurrat, & cum Athleta Chriſti mereat rationem habere ante conſpectu omnium Sanctorum, & hæc traditio firma permaneat. Acta in monaſterio Sancti Dioniſij ſub oppido villa nuncupante Sceftilari. Et hæc teſtes per aures tracti Oaspald Presbyter, Oaſum, Cundalperht, Ezzilo, Oadalrih, Rihperht, Madalker.

NOTA.

Sentilinga. Sentling, prope Monachium.

NUM.

Digitized by Google

NUM. CCLXXVI.

NOtitia de conventione facta inter Domno Attone Epiſcopo, & Kadelho de traditione quam fecit Waldperht genitor ipſius, & Oato filius ejus, quicquid de hereditate eorum illis ad portionem pertinebat, fundicus tradiderunt ad Sanctam Mariam ad caſtrum nuncupante Friſinga absque ulla contradictione. Nomina teſtium in libro traditionum habentur.

NUM. CCLXXVII.

Traditio Ellanpiric.

IN nomine Dei Salvatoris noſtri. Ego Ellanpiric tradidi unam coloniam pro remedium anime meæ, & pro fratris mei nomine Ratcoz ad beatam Sanctam Mariam domum, ſeu ad Sancti Corbiniani Confeſſoris Chriſti in locum Frigiſinga. Oadalpald teſtis, Polgan Teſtis, Wicco Teſtis. Ego Horskeo ſcripſi, & vidi.

NUM. CCLXXVIII.

De negotio Attonis, ſeu Traditio Tiſonis.

NOtum ſit cunctis fidelibus, quòd Domnus Atto Epiſcopus conparavit de Tiſoni quædam partem hereditatis ſuæ cum juſto pretio pecuniæ. Et ipſe Tiſo aliam partem pro remedium animæ ſuæ tradidit ad altarem Sanctæ Mariæ in loco Frigiſinga, & pro hoc lucrum perpetuum regni cæleſtis deſiderabat accipere. hæc ſunt teſtes: Ellannod, Adalfrid Presbyteri, Erchanfrid, Reginhart, Poapo, ſub die conſule, quod erat IIII. Kalendas Auguſti.

NUM. CCLXXIX.

Traditio Othelmi Presbyteri.

IN Dei nomine. Ego itaque Othelm Presbyter tradidi propriam hereditatem meam Eccleſiam cum domo, cum territorio, & cum omnibus ad hæc pertinentibus, ad domum Sanctæ Mariæ ſemper Virginis, & ad ſepulchrum Sancti Corbiniani Confeſſoris Chriſti, in loco Frigiſinga. Ego quidem ſtatui, ut ibidem ſit ſtabilis usque in perpetuum. hæc autem ſunt teſtes: Adalperht, Adalhart, Deotpald, Wolfpero, Emicho, Imicho.

NUM. CCLXXX.

Traditio Eti Presbyteri.

NOtum eſt cunctis fidelibus, quòd Eti Presbyter propriam hereditatem ſuam tradidit ad domum Sanctæ Mariæ in manus Attoni Epiſcopi, hoc ſunt duos manſos veſtitos cum omnibus utenſiliis, quorum ſervorum nomina, Hiltifrid, & alius Uulfilo cum Uxoribus, & infantibus ſuis, cum omnibus quæ habent, cum terris, pratis, paſcuis, ſilvis, ſine ulla contradictione firmiter tradidit ad ſupra dicto domo in loco Frigiſinga, ſub die conſule, quod erat XIII. Kalendas Martij, & hæc nomina teſtium, qui per aures tracti ſunt: inprimis Job Comis, Wallod, Peradeo, Adalger, Rihpald, Herirach.

NUM.

Digitized by Google

NUM. CCLXXXI.

Swidmot, Elismot.

BReve commemoratorium, qualiter Swidmoat jam Deo ſacrata, & Sanctimonialis femina ſuam traditionem reddidit in manus Domni Attonis Epiſcopi; ipſe verò in beneficium preſtitit filiæ ſupra dictæ Svvidmota, nomine Elismot, ea verò ratione, ut ipſa Elismot partem, quam in eadem hereditate habuit, totum ex integro tradidit ad domum Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas, propter hoc preſtitit ei Domnus Atto Epiſcopus usque in finem vite illius, poſt obitum verò ejus ſine ulla contradictione ad domum Sanctæ Mariæ usque in perpetuum permaneat. hæc autem ſunt teſtes: inprimis Sindeo, Riholt, Reginperht, Deotrih, Emicho, Lantolt. Actum eſt in pridie Idus Julij anno glorioſiſſimi Imperatoris Karoli VI. Ego Tagabertus ſcripſi.

NOTA.

Hoc inſtrumentum ponendum fuerat ad annum Chriſti 806.

NUM. CCLXXXII.

Traditio Waltonis.

IN Dei nomine. Ego itaque Walto tradidi pro remedium Uxoris meæ Engilmotæ mancipium I. Nomine Kersvvind, & tres agros ſimiliter Perhtold tradidit. Actum eſt hoc Kalendis Februarij, & cum teſtibus confirmavi, quorum nomina ſunt: Kysalheri, Irminheri, Wieheri, Crimheri, Heidanrih, Keidrih, Engilperht, Cozzo, Putilo, Ernuſt.

NUM. CCLXXXIII.

Deotſwind Manc. Tr.

IN Dei nomine. Notitia, qualiter quædam femina Deotſvvind nomine tradidit ad domum Sanctæ Mariæ ſeu Sancti Corbiniani Confeſſoris Chriſti ad Frigiſingas quinque mancipias, quorum nomina: Sikifrid, Otni, Perhta, Regindrud, Ellandeo. hæc ſunt teſtes: inprimis Petto, Sindeo, Friduperht, Reginperht, Hiltiker, Cros, Altperht. Actum eſt hoc in IIII. Kalendas Julias, anno glorioſiſſimi Imperatoris Karoli VIII. Indictione prima. Ego quidem Tagabertus indignus Diaconus hanc cartulam juſſione Attonis Epiſcopi conſcripſi.

NUM. CCLXXXIV.

De concambio Attonis Epiſcopi, ſeu Rifwini.

NOtitia de concambio, quod fecit Domnus Atto Epiſcopus una cum conſenſu & conſilio Eccleſiaſticorum ſuorum, vel aliorum fidelium de rebus Sanctæ Mariæ pertinentibus ad Frigiſingas Dioceſem, quódque factum eſt cum Rifvvino quidam nobili, & ex utrisque partibus ita utilis & conveniens eſſe videbatur, habuitque Domnus Atto Epiſcopus ex rebus Sanctæ Mariæ in pago, qui dicitur Weſtergawi ſuper fluvio, qui dicitur Semita, de villa nuncupata Aotingas duas partes, & tertiam partem habuit Rifvvinus in proprietate ex condonato parentum ſuorum, habuitque in alio loco, qui dicitur Pasgreini juxta Monaſterium, qui dicitur Isna ad eundem Epiſcopium pertinentem, erat enim utrisque conveniens, & commodum iſtum concambium fieri, deditque Rifvinus hæc prædicta propria ſua cum locis & domibus curtiferis & pomariis, agris,

Digitized by Google

gris, pratis, terra culta, & inculta de Silva, & de parte, ſeu de locis molinarum, quantumque ibidem habuit in prædictis locis in proprium Deo, & Sanctæ Mariæ in perpetuam poſſeſſionem, eo tenore, ut ſi Domni noſtri Imperatoris eſſet voluntas, hoc ex utriſque partibus ita ſuo confirmare præcepto, ut econtra dediſſet ei Domnus Atto Epiſcopus aliud tantum valente ex rebus Sanctæ Mariæ ſibi in perpetuum hereditatem, filiiſque & poſteris ejus æquali menſura, atque adpretiatare, ſicut & Atto Epiſcopus fecit in ſupra dictum tenorem, & dedit ei ad locum dictum Puoh æquale menſura, æqualique pretio, quod Cotehelm quidam nobilis dedit ad Frigiſingas Deo, & Sanctæ Mariæ, & hoc concambium iſtis præſentibus uſque ad juſſionem Domni noſtri confirmantibus, & conſentientibus ita factum eſt. Reginperht Abbas, & Sigimot Junior ejus, Meginhard Abbas, Wago Clericus, Hildolf Clericus, Johannis Archipresbyter, Heriperht Archipresbyter, Hitto Diaconus, Altman Diaconus, Anno Diaconus, & alij multi Presbyteri, ſive Diaconi, ſive alii Clerici. Svvidker Comis, Luitpald Comis, Reginperht, Lantfrid, Kaganhart, Ellanperht Judex, & alij quam plures. Et iſti ſunt teſtes ex utriſque partibus inde per aurem tracti: Job Comis, Tato, Hroadperht, Meginhart, Priso, Luitprant, Rihpald, Iſunc, Kaganhart, Aſcoz, Lantfrid, Amo, Mezzi, Tuto, Rihheri, Drudolt, Kraman, Hunker, Aaron, Eparheri, Wolfhart, Plidker, Aotker. Actum anno quadrageſimo tertio Domni Karoli, & Imperij ejus XI. Indictione IIII. die VIIII. Kalendas Junias.

NOTÆ.

Attonis ſeu Rifvvini. advertet lector, voculas *ſeu*, *ſive*, *vel*, ſæpiſſimè in his inſtrumentis uſurpari pro *&*

Qui dicitur Semita. nempe Sempta. *Aotingas.* Eutting, ut ſupra.

Puoh. Puech. ſed cujus Præfecturæ?

Sigmot junior ejus. nempe in officio Abbatis adjutor, uti patebit ex N. 285.

In notis Chronologicis hujus Inſtrumenti ſuſpicamur irrepſiſſe metachroniſmum, cùm ponendus fuiſſet annus Imperii Caroli X. uti ex membranis ſub Hittone adducendis patebit.

NUM. CCLXXXV.

Concambium Attonis Epiſcopi, ſeu Reginberhti Abbatis.

NOtitia de convenienda, ſeu cambio Attonis Epiſcopi, & Reginperhti Abbatis, hoc eſt, de territorio Sancti Corbiniani, & territorio Sancti Caſtoli, dedit enim Atto Epiſcopus Reginperhto Abbati in loco, qui dicitur Perga, quod Pero Presbyter, ſeu anteceſſores ejus tradiderunt ad domum Sanctæ Mariæ ad Frigiſinga. Econtra Reginperht Abbas donavit Attone Epiſcopo in loco nuncupante Poachinavva, quicquid ibidem legitimè habere ſe videbatur; fecerunt enim hoc inter ſe per fidejuſſores, quorum nomina Kaganhart Advocatus Attoni Epiſcopi, & Chuniperht vocatus Reginpetti Abbatis. Actum eſt hæc in præſentia cunctæ familiæ Sanctæ Mariæ, ſeu aliorum, qui præſentes adfuerunt, quorum nomina hæc ſunt: inprimis Oadalhart Epiſcopus, Sigimoat vocatus Abbas, Pern Presbyter & Monachus, Oadalpald Presbyter, Adalhoh Presbyter, ſeu alij multi, qui præſentes adfuerunt, hæc videntes & audientes, quod hæc cauſa confirmata, & ſic definita fuit inter eos.

NOTA.

Sigimoat vocatus Abbas. nempe Reginberti in Abbatia Socius & adjutor: de quô *N. præced.*

Digitized by Google

NUM. CCLXXXVI.

Convenientia Epiſcoporum, & Abbatum de decimis.

DUm ſe congregâſſet Synodus Epiſcoporum, Abbatum ceterorúmque Clericorum Bajoariæ Provinciæ ad metropolim Salzburgenſem, & ibidem non pauca utilitatis ſuæ pertractâſſent, interea moverunt idem Epiſcopi Arn Archi-Epiſcopus, Atto, Adalvvinus, Einricus, Hato queſtiones de decima fidelium populorum, quæ offeruntur ad Eccleſias. Lectis inde capitulis ex Canonum auctoritate, quid inde agi debuiſſet, invenerunt IIII. portiones fieri, unam Epiſcopo, alteram Clericis, tertiam pauperibus, quartam fabricis Eccleſiæ. tunc conſenſerunt ibi cuncti Abbates, qui præſentes aderant huic decreto ſecundùm Canones, & reddiderunt portiones Epiſcoporum Epiſcopis, quæ illos rectè contigiſſet, id eſt, Meginhart, Urolf, Joh, Wolfdregi, Wolchanhart, Kerrih, Hepfilo, & ceteri unusquiſque ſuo Epiſcopo, ea ratione, ut ulteriùs exinde inter illos nulla diſcordia oriretur, ſed concordia deinceps ſemper maneret. Actum eſt hæc die XVII. Kalend. Februarij anno VII. imperante Karolo glorioſo Auguſto poſt conſulatum ejus. Deodericus ſcripſi.

NOTA.

Hoc inſtrumentum jam expendimus in prima parte ſub Attone.

Inſtrumenta ſub Hittone Epiſcopo Friſingenſi VI.

NUM. CCLXXXVII.

Traditio Deotcozi ad Richareshuſum, & Folmoti Fratris ſui.

DE traditione, quam fecit Deotcoz ad Richareshuſum, tradidit enim ad domum Sanctæ Mariæ territorium Folmoti Fratris ſui, eò quòd ipſe Folmot defunctus eſt, tertiam partem territorij Folmoti Fratris ſui, propterea, quòd jam dictus Folmot adhuc vivens ipſum territorium tradidit in manus fratris ſui, ut ipſe jam dictum territorium tradidiſſet ad domum Sanctæ Mariæ ſemper Virginis pro redemptionem animæ ſuæ. hoc peractum iterum acceſſit jam dictus Deotcoz, & tradidit de ſua hereditate tertiam partem in omnibus, quicquid de propria hereditate in ſupra dicto loco ad Richareshuſum habuit. eo modo ut ambas partes habere licuiſſet ad dies ſuos, poſt obitum verò illius firmiter cum omni integritate ad domum Sanctæ Mariæ ſine ulla contradictione permaneat. hæc autem ſunt teſtes: Kaganhart, Reginperht, Willipato, Nothart, Hiltiprant, Engilperht, Toato, Hericco, Heimo. Actum eſt hæc in loco Frigiſinga in præſentia Hittonis Epiſcopi. anno glorioſiſſimi Imperatoris Karoli Auguſti XI. Indictione III. ſub die conſule, quod facit pridie Idus Junij. Ego quidem Tagabertus indignus Diaconus ſcripſi juſſione Hittonis Epiſcopi.

NOTA.

Richareshuſun. Reicherzhauſen: quo nomine in hac Diœceſi inſignitur Arx in Pfaffenhofenſi, & pagus in Moſpurgenſi Præfectura.

NUM. CCLXXXVIII.

Traditio Purcſona.

DE traditione, quam fecit Purcſona in loco nuncupante Feohte, omnia enim quicquid in eodem vico de propria hereditate habuit, totum ex inte-

integro tradidit domui Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas, eo modo, ut liceat eam hoc ipſud in beneficium de domo epiſcopale habere ad dies ſuos: poſt obitum verò illius ſine ulla contradictione ſtabiliter permaneat ad domum Sanctæ Mariæ. Actum eſt hæc in loco Frigiſingas ante altare Sanctæ Mariæ in præſentia Domni Hittonis Epiſcopi ſeu familiæ illius, quorum nomina Oadalpald Presbyter, Meginolt Presbyter, Hiltiperht Presbyter, Wicrat Monachus: ſeu alij multi adſtantes. hæc autem ſunt teſtes per aures tracti Memmo, Kernand, Reginperht, Reginpald, Emicho, Rathard, Diudolf, Irminperht. die conſule quod facit Nonas Majas, Anno glorioſiſſimi Imperatoris Karoli Auguſti XI. Indictione III. Ego quidem Tagabertus indignus Diaconus ſcripſi.

NOTA.

Fechte. Viecht, ut alibi dictum.

NUM. CCLXXXIX.

Traditio Swidharti Diaconi.

DUm in Dei nomine ego Svvidhart Diaconus tractante vel cogitante me de vita futura, ut anima mea aliquantulum refrigerium in requie Sempiterna habere meruiſſet; idcirco tradidi ad beatiſſimam ſemper Virginem Mariam propriam hereditatem meam in loco Anzinga, quam mihi Mater mea Keslind in propriam reliquit hereditatem, hoc eſt, curtem cum domo, & cum omni ædificio, & utenſilia domûs, & dimidium territorium, ſeu terminos, quod pertinent ad ipſum domum, mancipios quoque infra domo ſex, & manſos veſtitos, & bene ad Servitium paratos quattuor; ea verò ratione hæc omnia trado domui Sanctæ Mariæ, ut poſt obitum meum hoc ipſud, quod tradidi, liceat habere Attonem nepotem meum in beneficium de domo epiſcopali cum cenſu, qualem placeat Domno Hittone Epiſcopo, & ipſe jam dictus Atto ad dies ſuos hoc habeat, & nullam licentiam de me conceſſam habeat, ipſum territorium in ullo minorare, ſed meliorare, & ſi inventum fuerit, quod aliter fecerit, nihil exinde habeat, ſed in defenſore domui Sanctæ Mariæ poteſtate conſiſtat. hæc omnia feci ego Svvidhart ante altare Sanctæ Mariæ, & archa Sancti Corbiniani Confeſſoris Chriſti, ibidêmque conſtitui atque confirmavi in præſentia Domni Hittonis Epiſcopi, ſi aliquando aut ego ipſe, aut aliquis de propinquis, aut ullus de heredibus meis aliter exinde agere conatur, vel temptatur, ſciat ſe mendacem eſſe coram Deo, & omnibus Sanctis, quia nullus in eadem hereditate mecum nullam habeat poteſtatem, niſi tantummodo ego ſolus. propterea firmam facio traditionem nullo contradicente, vel poteſtatem in aliquo habente. Hæc autem ſunt teſtes per aures tracti: primò enim Anno, Haholf, Reginpald, Willipato, Heriperht, Hisker, Emicho, Pepilo, Hroadperht, Wituchi, Adalperht, Egilperht. Actum eſt hæc in baſilica beatæ Mariæ Virginis in præſentia Domni Hittonis Epiſcopi, & aliorum turma Monachorum, & Presbyterorum, Diaconorum, Clericorum multorum, quorum primi fuerunt Wicrat Monachus, Chadol Monachus, Oadalpald Presbyter & Monachus, Hiltiperht Presbyter & Monachus, Hiltiperht Presbyter & Monachus, Meginolt Presbyter & Monachus, Marchuni Presbyter, Manno Presbyter & Monachus, Cundhart Presbyter. Diaconi verò Altman, Anno, Pazzuni, Nidperht, Hunolf, Eginolf, Adalperht, ſeu alij ſine numero hæc videntes & audientes, die enim conſule, quod facit VIIII. Kalendas Maij anno glorioſiſſimi Imperatoris Karoli Auguſti XI. Indictione III. Ego quidem Tagabertus indignus Diaconus hanc cartulam ſcripſi juſſione Hittonis Epiſcopi.

Digitized by Google

NUM. CCXC.

Traditio Cundharti Presbyteri & Liuthram Diaconi.

DE traditione, quam fecit Cundhart Presbyter ad domum Sanctæ Mariæ ſemper Virginis ad Frigiſingas, hoc eſt adquiſitionem propriam in loco nuncupato ad Perke, quicquid enim in eodem loco de adquiſitione propria habuit, totum ex integro tradidit domui Sanctæ Mariæ, & beati Corbiniani Confeſſoris Chriſti. Hæc traditio peracta, acceſſit Liuthram Diac. Nepus ipſius Cundharti Presbyteri, & tradidit propriam hereditatem in jam dicto loco ad Perke, quicquid ei in partem propriæ hereditatis juſtè de ſuis fratribus evenit, totum ex integro tradidit domui Sanctæ Mariæ & Sancti Corbiniani Confeſſoris Chriſti. ea verò ratione, ut poſt obitum illorum ſine ulla contradictione pro remedium animarum illorum firmiter permanſiſſet. Hæc autem ſunt teſtes: Anno, Haholf, Reginpald, Willipato, Heriperht, Isker, Emicho, Pepilo, Hrodperht, Wituchi, Adalperht, Egilperht. Actum eſt die conſule, quod facit VIIII. Kalendas Majas, annoglorioſiſſimi Imperatoris Karoli XI. Indictone III. Ego quidem Tagibertus indignus Diaconus ſcripſi juſſione Hittonis Epiſcopi.

NUM. CCXCI.

Traditio Hagmunti ad Perge.

NOtitia de traditione, quam fecit Hahmunt ad domum Sanctæ Mariæ. Tradidit enim in loco nominato ad Perge, quicquid ibidem proprij alodis habere videbatur, tam in mancipiis, quàm in territoriis temporibus Attonis Epiſcopi. In ipſo quoque loco conſtruxit oratorium cum licentia Attonis Epiſcopi. Poſt obitum verò Attonis Epiſcopi ſucceſſit Hitto poſt Attonem in ſedem, ipſe verò veniens & eandem Eccleſiam dedicavit, & præfatus Hahmunt renovavit traditionem ſuam cum altare, & Eccleſia, omníque territorio tradidit in manus Hittonis Epiſcopi, matrem quoque illius nomine Ellanpirc manu propria inponente, & traditionem ſimul confirmantes, ut pro redemptione animarum ipſorum firma, & ſtabilis in perpetuum ad domum Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas poſt obitum illorum hæc traditio permaneat. Hæc ſunt teſtes: Rumolt, Luitpato, Toto, Meginrat, Hunker, Weiko, Oadalker, Papo, Fridheri, Hrodmunt, Waninc, Walho, Crimhart, Anthad, Crimunt, Reginpald, Drudolt, Haholf, Einhart, Jacob, Fridurih, Liutprant. Facta eſt hæc traditio XIII. Kalendas Februarii, anno regni Domni Karoli Regis, & imperii ejus XIII. indictione VI.

NUM. CCXCII.

Traditio Hiltimarie de Zidalpach.

DUm in Dei nomine ego Hiltimeri cogitante vel tractante de anima mea, ſeu de vita futura, ut in quantitate apud pio Domino veniam delictorum meorum merear accipere, & apud beatiſſimam ſemper Virginem Mariam interceſſionem, ſeu refrigerium animæ meæ illius meritis apud pium Dominum inveniar. Idcirco ego Hiltimeri tradidi propriam hereditatem meam ad ipſam beatiſſimam Mariam, ſeu ad Sanctum Corbinianum Confeſſorem Chriſti, ad Sedem Frikiſingas, ubi defenſionem habere deſiderem, quia caput meum in illorum protectionem ad clauſuram collocavi, ſed invidia, ut credo, aliquorum expulit me; ſed magis peccatis meis exigentibus factum eſſe, credere

volo.

Digitized by Google

volo. His peractis, & ſecundùm diſpenſationem Dei, vel voluntatem impletis, quod priùs graviter animus meus ferebat, nunc libenter ſuperato animo in amore Dei expulſionem meam libenter ſuſtineo, & in amore Sanctæ Mariæ parvam hereditatem meam, quam habeo ad Zidalpach, quod juſtè mihi ex parentorum propinquitate in propriam hereditatis partem mihi pervenit, hoc ſunt IIII. partes: primò enim partem patris & matris meæ, quorum nomina Helzuni, & Oadalhilt, deinde fratris mei Silveſtri, noviſſima ego miſera heredis relicta ſum. Propterea ego pro nobis omnibus, & pro animarum noſtrarum redemptionem hæc omnia ſupra nominata trado, atque firmiter condonabo ad domum Sanctæ Mariæ ſemper Virginis, ut ibidem ſtabiliter, & perpetualiter nullo contradicente permaneat. Hæc autem ſunt teſtes: Oadalker, Cundhart, Situli, Toto, Kernand, Haholf, Toato, Emicho, Deotheri, Angilhart, Hartperht Clericus, Uſanhart Clericus. Actum eſt hæc ad Frigiſingas ante altare Sanctæ Mariæ in præſentia Domni Hittonis Epiſcopi, ſeu familia illius, die conſule, quod facit VI. Kalendas Octobris, anno glorioſiſſimi Imperatoris Karoli Auguſti XII. Indictione V. Ego quidem Tagibertus indignus Diaconus ſcripſi juſſione Hittonis Epiſcopi.

NUM. CCXCIII.

Traditio Cundharti Presbyteri ad Pleoningas, & Liuthrami.

IN Dei nomine. Ego quidem Cundhart Presbyter adquiſivi territorium juxta Pleoningas, in quo Eccleſiam cum licentia Epiſcopi conſtruxi, & Hittonem Epiſcopum ibidem invitavi ad conſecrationem hujus Eccleſiæ, ibíque coram cuncto populo ego Cundhart ipſam Eccleſiam tradidi in manus Hittonis Epiſcopi cum cuncta adquiſitione mea, ut poſt obitum meum ad domum Sanctæ Mariæ firmiter permaneat. Hoc peractum acceſſit Liuthram nepus Cundharti, & tradidit propriam hereditatem ſuam in manus Hittonis Epiſcopi, quicquid in ſuam partem contra fratres ſuos in propriam partem evenit, nihil enim pretermiſit, ſed totum ex integro tradidit domui Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas eo modo, ut liceat eum hoc ipſud habere, quod tradidit, usque ad finem vitæ ſuæ in beneficium domui Sanctæ Mariæ, poſt obitum verò illius ſine ulla contradictione ad domum Sanctæ Mariæ permaneat. Hæc ſunt teſtes, Adalker, Tutto, Meginfrid, Paugolf, Rantwic, Chuniperht, Alprat, Willipald, Pegiri, Ermperht, Ratolt, Rihhelm, Deothram, Huno. Actum eſt hæc in Idus Januarij Indictione V. anno glorioſiſſimi Imperatoris Karoli Auguſti XIII. Ego quidem Tagabertus indignus Diaconus conſcripſi juſſione Hittonis Epiſcopi.

NOTA.

Pleoningas. Pliening, in diſtrictu Schvvabenſi.

NUM. CCXCIV.

IN Dei nomine. Notitia de negotio quam fecit Ascrih Presbyter, & Advocatus ejus Engilhart, qui & frater ejus eſt, hoc negotium fecerunt cum viris, quorum nomina Scrot, & Chadol; dedit enim Ascrih Presbyter jam dictis viris pro territorium, vel ſilvam, quam ab eis conparavit duos caballos obtimos, & unam fœminam, cui nomen Sueſter, & propter hunc pretium ſupra dicti viri Scrot, & Chadol tradiderunt Ascriho, & Engilharto jam dictum territorium vel ſilvam in loco Suindaha. Actum eſt hoc negotium in VI. Idus Aprilis anno glorioſiſſimi Imperatoris Karoli Auguſti XIII. Indictione IIII. in præſentia multorum ibidem advenientium, quorum nomina Sundarheri Diaconus,

 Odand

Digitized by Google

Otlant Presbyter, Scrot Clericus, Eginolf Clericus. Teſtes verò per aures tracti hæc ſunt: Mezzi, Trudolt, Cundhart, Eparheri, Chadol, Deothart, Kernod, Rihpald, Amalunc, Hroadunc, Hrodperht, Engilmar, Wichart, Helmperht. Ego quidem Tagabertus indignus Diaconus hanc confirmationem negotii ſcripſi juſſione Hittonis Epiſcopi.

NUM. CCXCV.

Traditio Paldachri ad Iſmanningas.

DUm & omnibus non habetur incognitum, qualiter Paldachar cum Uxore ſua propriam hereditatem illorum in loco Iſmanninga commune manu tradiderunt ad domum Sanctæ Mariæ ſemper Virginis, ſeu Sancti Corbiniani Confeſſoris Chriſti, hoc eſt, curtem cum domo, ſeu utenſilia curtis, territorium verò jurnales XVIIII. de pratis autem duodecim Worpa, mancipias III. armentas III. oves VI. eandémque rem ſupra ſcriptam pro redemptionem animarum noſtrarum ad jam dictum domum Sanctæ Mariæ in caſtro Frigiſinga ſitum, tradimus atque firmiter condonamus, donatúmque in perpetuum eſſe volumus, eo modo, ut hoc ipſud nobis liceat habere uſquedum vivimus, poſt obitum verò noſtrum nullus frater, nec propinquus, neque ulla perſona contradicat, ſed ad domum Sanctæ Mariæ permaneat. Hæc autem ſunt teſtes per aures tracti: Luitpald Comes, Pernolf, Cundhart, Heriperht, Hisker, Ekolf, Egolf, Hiltiprant, Haholf, Chuniperht, Erchanperht, Huasmot, Wolfunc. Actum eſt hæc in præſentia Domni Hittonis Epiſcopi in beatæ Mariæ baſilica, in loco Frigiſingas, die conſule, quod facit Nonas Februarii. Anno glorioſiſſimi Imperatoris Karoli Auguſti XIIII. Indictione VI. Ego quidem Tagibertus Diaconus ſcripſi juſſione Hittonis Epiſcopi.

NUM. CCXCVI.

Traditio Podalunc, & Reginhart ad Machsminreine.

DE traditione, quam fecerunt Podalunc, & Reginhart ad domum Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas, tradiderunt enim in duobus locis, quorum nomina Machsminreim, & Hegilinga, quicquid enim in his duobus locis habuerunt, totum ex integro tradiderunt domui Sanctæ Mariæ. Hæc autem ſunt teſtes per aures tracti: Rumolt, Luitprant, Rihpald, Ampricho, Cotafrid, Hrodmunt, Adalperht, Plidker, Sigiperht, Pammo. Actum eſt hæc in præſentia Hittoni Epiſcopi, & Johannis Archipresbyteri, & Heriberti Archipresbyteri die conſule, quod facit IIII. Kalendas Octobris anno glorioſiſſimi Imperatoris Karoli Auguſti XIIII. Indict. VI. Eodem die Hrodmunt tradidit ad Ehſingas unum locum bene tum ad curtem circumcingendum, & domum ædificandum, & pratas bonas adjacentes ad hunc domum. Hæc ſunt teſtes: Plidker, Adalperht, Rumolt. Ego Tagibertus hanc cartulam ſcripſi juſſione Hittonis Epiſcopi.

NOTÆ.

Machsminreine. Mäxlrein, ubi hodie viſitur caſtrum illuſtriſſimorum S. R. I. Comitum de Mäxlrein.

Hegilinga. Hegling, prope Mäxlrein, in diſtrictu Aiblingenſi.

Ehſingas. Exing, in Præfectura Schwabenſi.

Digitized by Google

NUM. CCXCVII.

Traditio Starcholfi Presbyteri, & Hattoni.

NOtitia de traditione, quam fecerunt Starcholf Presbyter, & Hatto Diaconus in locis nominatis ad Perke, Phrumare, Haradhuſun, ad Prunnun habuerunt, totum ex integro tradiderunt domui Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas in manus Hittonis Epiſcopi, excepto agros VI. & duo carrada de pratis. Ea verò ratione hanc traditionem fecerunt, ut liceat eos eandem rem in beneficium Epiſcopi habere, uſque dum vivunt, poſt obitum verò illorum ſine ulla contradictione domui Sanctæ Mariæ permaneat. Hæc autem ſunt teſtes per aures tracti: Wago Comis, Werinheri filius ejus, Engilhart, Pernolf, Recho, Frumino, Urolf, Heriperht, Hisker, Hiltiperht, Adalger, Kernand, Engilrih, Willipato. hæc nomina mancipiorum, quos ipſi tradiderunt: Adalcoz, Madalolf, Poazolf, Oadalheri, Zeizo, Lantheri, Kerwat, Ratdrud, Swanahilt. Actum eſt hæc in VI. Idus Januarii anno glorioſiſſimi Imperatoris Karoli Auguſti XIIII. Indictione VI. Ego quidem Tagibertus indignus Diaconus hanc cartulam ſcripſi juſſione Domni Hittonis Epiſcopi.

NOTÆ.

Phrumare. Pframering, in diſtrictu Schwabenſi.
Haradhuſun. Harthauſen, in eodem.

NUM. CCXCVIII.

Traditio Andreæ Presbyteri ad Pergum.

DUm in Dei nomine ego Andreas Presbyter cogitante vel tractante de anima mea ſeu de vita futura, ut in quantitate apud pio Domino veniam delictorum meorum accipere merear trado propriam hereditatem meam ſeu adquiſitionem in loco ad Pergum ad domum Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas pro redemptionem anime meæ, vel parentum meorum eo modo, ut poſt obitum meum & nepotis mei nomine Arnolt firma traditione ad ſupra dicto domo permaneat ſine ulla contradictione. Hæc autem ſunt teſtes: Camanolf, Lantfrid, Iſanrih, Cundhart, Rihlant, Starcholf, Pernhart, Engilrih, Arahad, Emicho, Hiltiprant, Willapato, Lanthart, Reginhoh, Cundpald, Hraspod. Actum eſt hæc in baſilica beate Mariæ ad Frigiſingas in præſentia Domni Hittonis Epiſcopi die IIII. Idus Januarii, anno glorioſiſſimi Imperatoris Karoli Auguſti XIIII. Indict. VI. Ego Tagabertus indignus Diaconus hanc cartulam ſcripſi juſſione Hittonis Epiſcopi.

NUM. CCXCIX.

Traditio Orendil Comitis ad Scamaha.

DUm in Dei nomine ego Orendil Comis cogitante vel tractante de anima mea, ſeu de vita futura, ut in quantitate apud pio Domino veniam delictorum meorum merear accipere, trado propriam acquiſitionem meam in loco, qui dicitur Scammaha pro redemptionem animæ meæ vel parentum meorum ad domum Sanctæ Mariæ ſemper Virginis, ſeu Sancti Corbiniani Confeſſoris Chriſti ad Frigiſingas, eo modo, ut liceat mihi hoc ipſud habere, uſquedum vivo, poſt obitum verò meum cum omni integritate, quicquid me in eodem loco habere viſum eſt ad domum Sanctæ Mariæ permanere nullus contradicere valeat. Si autem aliquis de filiis meis dignus fuerit, ut ad miniſterium Comitis pervenerit, hoc volo, atque conſtituo, ut jam dictam rem

Digitized by Google

rem cum conſilio Epiſcopi in beneficium accipiat ea ratione, ut decem ſoledos de argento ad cenſum domui Sanctæ Mariæ exinde reddat. Hæc autem ſunt teſtes per aures tracti: inprimis Hroadperht, Oadalperht, Utti, Drasmunt, Toato, Jacob, Rihhart, Anulo Clericus, Eparmunt Clericus, Undeo Clericus, Meginhart Clericus, Hantuni, Alpker. Actum eſt hæc in XVIII. Kal. Februarij anno glorioſiſſimi Imperatoris Karoli Auguſti XIIII. Indictione VI. Ego Tagibertus indignus Diaconus hanc cartulam ſcripſi juſſione Domni Hittonis Epiſcopi.

NUM. CCC.

Traditio Piettonis ad Welamoteſabu.

NOtum eſt multis, qualiter Pietto jam olim decreverat, atque coram propinquis ſuis condixerat tertiam partem hereditatis propriæ in loco Wolomotesaha tradere domui Sanctæ Mariæ. Nunc verò neceſſitate conpulſus, & valida egritudine depreſſus jam dictam traditionem coram multis in manus proximorum ſuorum poſuit, quorum nomina Milo, & Friduperht, eo modo, ſi ipſe ea egritudine obiſſet, ut vice illius jam dictam traditionem perfeciſſent, & coram iſtis teſtibus in altare Sanctæ Mariæ pro redemptione illius animæ tradidiſſent. Hæc teſtes: Cozperht, Eoperht, Tagamar, Sigmar, Kerperht, Eporolf, Ratolt, alius Cozperht. Hoc peractum, & aliquantum tempus evolutum, Pietto obijt, ipſíque jam dicti Milo, & Friduperht ſecum ſumpſerunt filium Piettonis nomine Hununc pervenerunt ad Frigiſingas in præſentia Hittonis Epiſcopi, & hæc omnia perfecerunt, ſicut à Piettone poteſtatem acceperunt, eo modo, ut ipſi pariter cum Hunungo filio ejus jam dictam traditionem commune manu in altare Sanctæ Mariæ poſuerunt, & iterum teſtes exinde confirmaverunt, quorum nomina: Pernolf, Pepilo, Milo, Iſangrim, Haholf, Alawih, Coteſorht, Isker, Nidhart, Rihhart, Altiperht, Cundhart. Actum eſt hæc in baſilica ſemper Virginis Mariæ ad Frigiſingas die conſule, quod facit Kal. Julii, anno glorioſiſſimi Imperatoris Karoli Auguſti XIIII. Indict. XI. Ego quidem Tagibertus indignus Diaconus hanc traditionem ſcripſi, juſſione Hittonis Epiſcopi.

NOTA.

Welamotesaha. fortè Wolnzach, in territorio Moſpurgenſi.

NUM. CCCI.

Traditio Deotpaldi Presbyteri, & Deotpatoni Presbyteri.

DE traditione, quam fecerunt duo fratres, ipſíque & in ordinatione Sacerdotij conſiſtentes, quorum nomina Deotpald Presbyter, & Deotpato Presbyter, tradiderunt enim domui Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas, quicquid de propria hereditate habuerunt in loco Holzhuſir totum ex integro, nihil enim prætermittentes, ſed omnia, quod ibidem ſe habituros viſum fuerat, communi manu firma traditione ad jam dictum domum Sanctæ Mariæ pariter condonaverunt, ea ratione, ut liceat eos hoc ipſud habere, uſque ad finem vitæ illorum, poſt obitum verò illorum ad jam dictum domum ſine ulla contradictione firma traditione permaneat. Hæc autem ſunt teſtes: Hrodolt, Kaganhart, Kerhart, Freaſo, Pernker, Sigihart, Cundperht, Ambricho, Toto. Actum eſt hæc in præſentia Hittonis Epiſcopi, *die conſule, quod facit IIII. Nonas Aprilis. anno glorioſiſſimi Imperatoris Karoli Auguſti XIIII. Indictione IIII. Ego quidem Tagiperhtus indignus Diaconus hanc cartulam ſcripſi juſſione Hittonis Epiſcopi. NUM.

Digitized by Google

NUM. CCCII.

Traditio Ejoni Presbyteri ad Holze.

DUm & omnibus non habetur incognitum, qualiter Vir venerabilis Ejo Presbyter renovavit traditionem Patris ſui Poaponi in loco nuncupato ad Holze, hoc eſt Eccleſiam cum domo, ſeu quicquid ad ipſam Eccleſiam, vel ipſam domum pertinere videbatur totum ex integro condonavit & firmiter tradidit ad domum Sanctæ Mariæ ſemper Virginis, ſeu Sancti Corbiniani Confeſſoris Chriſti, tam in territoriis, quam etiam mancipiis manſos veſtitos duos, ſilvis, pratis, paſcuis, aquis, aquarúmque decurſibus, mobile & inmobile, ſeu omnia, quæ ad hunc jam dictum domum pertinere legibus videbantur, eo modo hanc traditionem fecit veniens ipſe Ejo Presbyter, & Alphart frater ejus ad domnum Hittonem Epiſcopum petentes, ut ipſe Epiſcopus ſuos miſſos cum illis transmitteret, ut viderent territorium, vel ſilvam, ſeu terminum hujus marcha ut viderent, antequam tradidiſſet, quod tradere diſpoſitum habuit. Conplacuit hoc Domno Epiſcopo, transmiſit cum illis Liutpaldum Comitem, & Oadalpaldum Decanum, Kernandum, Regipertum, Tagabertum ſcribam, ut hæc vidiſſent, quod eis oſtenderetur, ita & fecerunt, & circumduxit eos Ejo, & Alphart frater ejus, & oſtenderunt eis omnia loca ad hanc Eccleſiam pertinentia, & dixit Ejo: hæc omnia Pater meus tradidit, & ego volo renovare, & tradere domui Sanctæ Mariæ, ipſíque jam dicti nuntiaverunt per omnia Domno Epiſcopo, quod ibidem viderunt terminum & Marcham, vel ſilvam circa ipſam Eccleſiam adjacentem, tunc veniens Ejo, & Alphart frater ejus, & tradiderunt ad altare Sanctæ Mariæ omnia, quæ ante Miſſis Domni Epiſcopi oſtenderunt in præſentia Hittonis Epiſcopi, ſeu cunctæ familiæ illius. Hæc autem ſunt teſtes per aures tracti, Luitpald Comis, Mezzi Comis, Kaganhart, Engilhart, Sindeo, Cundheri, Alphart, Nothart, Deotrih, Tuto, Liutprant, Deotpald, Rihpald, Pernolf, Hitto, Reginperht, Einhart, Tozzi, Emicho, Ratolt, Hiltiprant, Reginpald, Arahad, Alpheri, Kartheri, Hato. Actum eſt hæc die conſule quod facit XIIII. Kal. Octobris. Ego indignus Tagabertus Diaconus ſcripſi juſſione Hittonis Epiſcopi.

NUM. CCCIII.

Traditio Kerhohi ad Pettinpah.

IN nomine Domini Kerhoh tradidit propriam hereditatem ſuam, hoc eſt Jurnales XX. & alios locos duos, quod nominamus Reodir, & mancipios tres in loco Pettinpah ad domum Sanctæ Mariæ ſemper Virginis, ſeu ad Sanctum Corbinianum Confeſſorem Chriſti ad Frigiſingas. Hæc ſunt teſtes per aures tracti: Kernand, Walho, Cundhart, Waninc, Reginpald, Arahad, Wituchi, Eparheri, Engilrih. Actum eſt hæc in domo Sanctæ Mariæ ſemper Virginis ad Frigiſingas anno primo Domni Hluduvici Imperatoris, die conſule, quod facit X. Kal. Julii, Indictione VII. Ego Tagabertus indignus Diaconus ſcripſi juſſione Hittonis Epiſcopi.

Hæc ſunt teſtes, quos tradidit Hleoperht propter territorium quam tradidit in manus Kernandi per Wergeldum Hroadolfi Presbyteri in loco Adalhareshuſum: Mezzi Comis, Deothart Centenarius, Noato, Immino, Iſancrim, Liutpald, Hatto, Irminfrid.

Digitized by Google

NUM. CCCIV.

Traditio Sigipaldi.

NOtitia de traditione, quam fecit Sigipaldus in loco nuncupato Pohſolaga, conſtruxit prædictus Sigipaldus in loco nuncupato Pohſolaga, conſtruxit prædictus Sigipaldus oratorium in curte ſua, deinde veniens ſupplicando ad venerabilem Hittonem Epiſcopum, ut ibidem venire dignaretur, & ſic fecit, & venerabilis Epiſcopus ibidem veniens, & alii plerique nobiles viri cum eo adfuiſſent. Tunc Venerabilis Epiſcopus querens, quomodo prædictum oratorium hereditare voluiſſet? & ille ſtatim pruniptus adeſſet, & fatebat ſe cum tribus mancipijs ſupradictam Eccleſiam hereditare. Tunc Venerabilis Epiſcopus conſecravit Eccleſiam, nec non altarem inſuper, & reliqua addidit. Tum demum venit præfatus Sigipaldus coram illa multitudine, qui ad illam celebritatem venerat, & tulit Wadium in manu ſua, & tradidit omnia jura proprij hereditatis, quod ſibi de paterno, vel matrino acceſdiſſe videbatur in loco ſupra dicto Pohſolaga ad illo altare, & illum altarem in manus Hittoni Epiſcopi ad Monaſterio Sanctæ Mariæ in caſtro ſito Frigiſinenſis, in ea verò ratione, ut ille ipſe quouſque in hac fragili vita degeret, ad illius uſum, & poteſtatem haberet, & poſt obitum illius firmiter teneatur ad domo Sanctæ Mariæ abſque ulla contradictione, & hoc cum teſtium munitione firmavit, quorum nomina hîc inſeruntur: Reginhart, Hrodperht, Kernand, Kundhart, Odolt, Echo, Liutpald, Liutolt, Adalperht, Reginhoh, Drudolt, Aaron, Reginpald, Emicho. Actum eſt hoc in nonis Octobris, anno glorioſiſſimo Gludovvico Imperatore regnante primo, Indictione VII.

NOTA.

Pochſolaga. Puechſchlagen. in territorio Dachavienſi.

NUM. CCCV.

Traditio Williperhti.

QUia unicuique homini neceſſe eſt pro ſemetipſo ſemper curam agere, eò quòd non tardat mors, ſed proprior eſt de die in diem incognita dies ultima. Ideoque ego indignus Levita Williperht pro aſſiduis meis infirmitatibus, quas patior, timore perterritus, ne ſubripiente extrema die, antequam in mei ipſius diſperationem incidam, pro memetipſo aliquid ad Sancta Dei loca diſponere procuravi. Quapropter ego in Dei nomine cogitans de Dei timore, vel æterna bona retributione, dono, trado ad Eccleſiam Sanctæ Dei Genetricis Mariæ ad Frigiſingas, ubi Venerabilis vir Hitto Epiſcopus Rector præeſſe videtur, hoc eſt de meo proprio conlaboratu, quicquid adquirere potui ad ipſum beneficium adquiſivi Dominò largiente. eo tenore, ut hoc mihi una cum licentia ipſius præfati Epiſcopi uſitare liceat, ſeu Rihperhto Presbytero, nec non & Antonio fratri meo uſque ad noſtrum ex hac luce diſceſſum, & poſt obitum noſtrum, quicquid ad ipſum beneficium ibidem adtractum emelioratúmque repertum fuerit, ſeu quod tranſitus noſter ibidem dereliquerit, in dominium ipſius jam dictæ Sanctæ Dei Eccleſiæ revertatur, & pro ipſo uſu talem cenſum donamus, qualem ipſe Domnus Epiſcopus dare nobis diſponere dignatur, ſimilitérque Rihperht Presbyter, ſeu frater meus Antonio cum ſuo ſervitio condigno hoc deſervire volunt erga domum Sanctæ Mariæ, ſeu dominationem ipſius Domni Epiſcopi, qualiter illius placet Sanctitati. Hæc ſunt teſtes traditionis ejus: Liutpald Comis, Engilpoto miſſus Dominicus, Deothart Vicarius Dominicus, Einhart, Memmo, Wichart, Reginhart, Adalhart, Pilicrim, Wolfheri, Chuniperht, Ampricho, Hroadolt.

Digitized by Google

Actum eſt hæc die conſule quod facit VIII. Kalendas Septembris anno primo Domni Hludowici Imperatoris indictione VI. Ego autem Willibertus indignus Diaconus hanc ſcripturam fieri rogavi.

NUM. CCCVI.

Traditio Rihpaldi Clerici ad Traz.

DUm in Dei nomine ego Rihpald Clericus cogitante vel tractante de anima mea ſeu de vita futura, ut in quantitate apud pio Domino veniam delictorum meorum accipere merear. Cogitavi mecum, ut de hereditate, quæ mihi in partem de fratribus eveniebat, ut ad domum Sanctæ Mariæ ſemper Virginis tradidiſſem, tractavi cum fratribus, & parentibus meis, quorum nomina Ermperht, & Peigiri fratris mei, ut eo modo hoc feciſſem, ſi mihi Domnus Hitto Epiſcopus in beneficio præſtâſſet Eccleſiam in loco nuncupato Pipurc, conſilio quidem inito pervenimus ad Domnum Hittonem Epiſcopum, & apertè nunciavimus ei omnia, quod conſiliatum habuimus. Ipſe quoque Epiſcopus in ſua miſericordia videns neceſſitatem meam accepit bene omnia, & ſecundùm noſtrum conſilium fieri præcepit. Accepit enim traditionem meam propriæ hereditatis meæ eo modo, ut nullus frater, vel propinquus meus umquam ampliùs hanc partem hereditatis meæ contradicere domui Sanctæ Mariæ potuiſſet, & in hoc præſtavit mihi jam dictam Eccleſiam ad Pipurc. Tunc enim ego Rihpald, & frater meus Ermperht acceſſimus ad altare Sanctæ Mariæ, tradidimus, & confirmavimus traditionem propriæ hereditatis meæ partem die dominico ante miſſam multis quidem populis præſentibus, tamen hæc ſunt teſtes per aures tracti: Einhart, Kernand, Krimperht, Sigiperht, Cundhart, Adalperht, Arahad, Nidhart, alius Adalperht, Reginolf, Zello, Emicho, Sindeo, Wallo, Spulit. Actum eſt hæc die conſule, quod facit pridie Idus Novembris, anno I. Hludowigi Imperatoris Indictione VII. Eccleſiaſtici verò viri iſti præſentes fuerunt, inter multos primi: Hitto Epiſcopus, Heriperht Archipresbyter, Oadalpald Presbyter, Reginolf Presbyter, Ejo Presbyter, Rupo Diaconus, Nidhart Diaconus, Hunolt Diaconus, ſeu alii ſine numero. Ego Tagabertus indignus Diaconus conſcripſi juſſione Hittonis Epiſcopi.

NUM. CCCVII.

Traditio Oadalſcalchi ad Tegardorf Presbyteri.

COnſtat enim multis in Epiſcopio Sanctæ Mariæ manentibus, qualiter quidam Presbyter Oadalſcalch nomine propriam Eccleſiam in loco Tegardorf tradidit ad domum Sanctæ Mariæ in manus Domni Attonis Epiſcopi cum omnibus rebus hujus Eccleſiæ. Defuncto verò Attone Epiſcopo veniens ipſe Oadalſcalch Presbyter ad domnum Hittonem Epiſcopum nuntians ei omnia, qualiter cum Attone condictum, vel placitum habuit factum, ut jam dictam Eccleſiam domui Sanctæ Mariæ traditam habuit, & cum veraces teſtibus huic domo firmiter confirmatam. Nunc verò convenit mihi ſimul cum fratre meo nomine Deotto, paritérque & filio ipſius Nepote meo Cundheri nomine, ut ipſam Eccleſiam cum omni integritate cum conſilio Hittonis Epiſcopi jam dicto Cundhario Nepote meo in beneficio de domo epiſcopali præſtari feciſſem. Audiens hoc Venerabilis Vir Hitto Epiſcopus conſenſit conſilio noſtro eo modo, ut ſupra dictus nepus meus Cundheri propriam hereditatis ſuæ partem domui Sanctæ Mariæ tradidiſſet. ita & fecerunt. acceſſit Deotto pariter cum filio ejus Cundherio commune manu tradiderunt partem Cundharij ad domum San-

Sanctæ Mariæ, ea ratione, ut liceat eum ambas res habere ſupraſcriptas ad vitam ſuam. Si verò Oadalſcalch ſupervixerit Cundharium, aut Cundharius ſuperſtis Oadalſcalcho exſtiterit, ipſe habeat jam dictam utrorumque hereditatem uſque dum vivit, poſt obitum verò illorum ad domum Sanctæ Mariæ redire hanc rem nullus contradicere valeat. Hæc autem ſunt teſtes utriſque partibus: Emicho, Reginpald, Willipato, Wituchi, Hiltiprant, Engilrih, Rihperht, Reginhoh, Hartbert Clericus, Eparhart Clericus. Actum eſt hæc in V. Idus Junij anno primo glorioſiſſimi Hludovvici Imperatoris, Indictione VI. Ego Tagibertus indignus Diaconus ſcripſi juſſione Hittonis Epiſcopi.

NUM. CCCVIII.

Traditio Freidoni Presbyteri ad Ominpach.

DUm & omnibus non habetur incognitum, qualiter ego Freido Presbyter tradidi propriam hereditatem meam in loco Ominpach ad domum Sanctæ Mariæ in loco Frigiſinga, hoc eſt Eccleſiam cum domo, vel omnia, quicquid ad ipſam Eccleſiam legibus pertinebat. Ego enim Freido Presbyter eo modo hanc traditionem feci. contigit autem mihi, ut ego valida infirmitate depreſſus vocavi ad me proximos & vicinos meos, quorum nomina Hadolt, Adallcoz, Kysalrih, Cunzo, Ekkyhart, Kerhart, Ermanrih, & in manus illorum totam dictam rem meam per wadium poſui, ſi ego Freido in ipſa infirmitate defunctus fuiſſem, ut ipſi perfeciſſent traditionem, quam ego ante diſpoſitum vel cogitatum habui. hoc autem cum eis firmiter condixi, & in illorum poteſtate indubitanter conſtitui. hoc peractum prævalente infirmitate, & die exitus animæ illius adpropinquante defunctus eſt Freido Presbyter, ipſique ſupra dicti aliquantum tempus detardaverunt hoc agere, quod Freidoni Presbytero promiſerunt, veniens enim Hadolt Advocatus Freidoni Presbyteri, & narravit Hittoni Epiſcopo omnia ſicut actum erat, ipſeque Epiſcopus veniens in concilium Engilharti Comitis, & interpellabat eos de ipſa Eccleſia, quam Freido domui Sanctæ Mariæ tradidit per manus illorum, ipſique confitentes verum eſſe, venerunt ad Frigiſinga, & perfecerunt, ſicut eis injunxit Freido Presbyter, & confirmaverunt traditionem ejus in altare Sanctæ Mariæ in præſentia virorum, quorum nomina Ratolf Clericus, Wenilo, Hadurih, Adalperht, Perakis. Actum eſt hæc die conſule, quod facit XIIII. Kalendas Octobris anno primo Hludovvici Imperatoris Indictione VII. Ego Tagabertus Diaconus ſcripſi juſſione Hittonis Epiſcopi.

NOTA.

Ominpach. fortè Ompach, in diſtrictu Fridbergenſi.

NUM. CCCIX.

Traditio, quam fecit Otuni ad Moſahun.

IN nomine Dei Salvatoris noſtri. ego itaque Otuni cogitans de Dei timore, vel æterna bona retributione, ſeu pro remedium animæ nepotis mei Alprih, ut in aliquantulo veniam apud pio Domino in perpetuo merear accipere, ob hoc donamus in amore Domini noſtri Jheſu Chriſti ad monſterio Sancti Corbiniani in caſtro ſito Frigiſinenſis uti pretioſus Domnus, & Sanctus Corbinianus in corpore requieſcit, vel ibidem his temporibus præeſt venerabilis Hitto Epiſcopus cum turma plurima Servorum Dei ad laudes Chriſti canendas adunata, donatúmque per hanc epiſtolam donationis volumus eſſe, atque de jure noſtro in jure, & poteſtate ipſius monaſterij ſupra dicti, quicquid me obvenit de parte geni-

genitoris mei proprie hereditatis tradimus atque transfundimus, hoc eſt ad Moſahun in loco nuncupante Prochintal, quantumcunque in ipſa loco ſupra dicto quod noſtra præſens poſſeſſio fuit vel dominatio, in veſtra, vel ipſius Monaſterij Sancti Corbiniani tradimus, in ea verò ratione, ut ipſam rem cum omni integritate, vel ſoliditate ad ſe pertinente, aſpiciente, vel rediente poſſidere debeatis, & facta noſtra in perpetuum ſtabilis debeat permanere, & hoc cum teſtium munitione firmamus, quorum nomina hæc ſunt: Kaganhart teſtes, Reginperht, Nothart, Walho, Heriperht, Hato, Otuni, Isker, Willipato, Engilperht, Adalperht, Hiltiprant, Tagaperht. Actum eſt hæc anno primo glorioſiſſimi Imperatoris Hludowici in VI. Idus Septembris indictione VI.

NUM. CCCX.

Traditio Soanpurc ad Titinhuſir.

DUm in Dei nomine ego Soanpurc Deo conſecrata Ancilla cogitante vel tractante de anima mea, ſeu de redemptione æterna trado propriam hereditatem meam in loco Titinhuſir ad domum Sanctæ Mariæ ſemper Virginis ad locum Frigiſinga, hoc eſt territorium cum ædificijs, mancipijs, vel omnia, quicquid in eodem loco ad me legibus pertinere hodierno die videbantur, excepto jurnales octo, & unus locus, quod Hovaſtat media, & una mancipia, quale mihi convenit. aliud enim quodcumque de propria habeo totum ex integro trado, & condonabo pariter cum Advocato meo Hato nomine pro me ipſam, & pro filium meum Alprih, & pro maritum meum Haduni, eo modo, ut ſine ulla contradictione ſtabilis ad domum Sanctæ Mariæ in perpetuum permaneat. Actum eſt hæc Indictione VII. Hæc ſunt teſtes: Kaganhart, Sindeo, Rihpald, Cundhart, Hato, Emicho, Walho, Sigideo, Reginpald, Nothart, Arahad, Eparhart, Liutprant, Ampricho, Deotpald, Wanino, Hiltiprant. Ego Tagabertus indignus Diaconus hanc cartulam ſcripſi juſſione Hittonis Epiſcopi.

NUM. CCCXI.

Traditio Ribkeri de Cella.

DE traditione, quam fecit Ribker in loco, qui dicitur Cella, hoc eſt territorium. quod vulgo dicitur Einanhluz. hæc ſunt teſtes: Emicho, Einhart, Walho, Eparheri, Erchanperht, Reginpald, Hisker, Heriperht. actum eſt hæc die conſule, quod facit VIIII. Kalendas Octobris anno primo Hludowici Imperatoris, Indictione VII. Ego Tagabertus indignus Diaconus ſcripſi juſſione Hittonis Epiſcopi.

NUM. CCCXII.

Evindicatio de cauſa Freidoni Presbyteri.

DUm reſediſſent Hitto Epiſcopus, & Engilhardus Comis, & Liutpald Comis ad Eccleſiam, qui dicitur Percchiricha, & alij multi ibidem venerunt ad hoc placitum, venerunt in præſentiam Hunperht, & Hroadleoz, & Ermanrih, & querebant illam Eccleſiam in loco, qui dicitur Otolteshuſir, quam Freido Presbyter pro remedium animæ ſuæ tradidit ad domo Sanctæ Mariæ. deinde ſurrexerunt Kaganhart, & alij multi cum eo, & teſtificaverunt, quod illi vidiſſent Freidonem prædictam Eccleſiam tradidiſſe in manus Attonis Epiſcopi, & ad domo Sanctæ Mariæ, quando Atto Epiſcopus conſecravit

Digitized by Google

illam Eccleſiam. proinde reſponderunt Hunperht, & Hrodleoz, & Ermanrih quòd numquam tradita fuiſſet. tunc demandavit Engilhardus Comis, quòd illi nobiles viri juràſſent ad veritatem dicendam. & inprimis juravit Ekkihart, ſimiliterKerhart,Salomon,Cunzo, Pernhart,Hrodſolch,Sindibho,Lantperht,Odalpato, Wimo, Ato, & pro juramentum dixerunt, quod prædictus Freido, quando vitam finivit, illos ad ſe vocaret, & ſecunda vice illam Eccleſiam tradidiſſet ad domo Sanctæ Mariæ; & in eorum manus ſtatuiſſet, ut illi venirent, & ſupra dictam Eccleſiam tradidiſſent ad domo Sanctæ Mariæ. tunc viderunt prædicti homines, qui illam Eccleſiam querebant, quòd nequaquam optinere potuerunt, quod volebant, ſed juſto judicio ſuperati fuerunt, & crediderunt ſibi, quòd injuſtè hoc feciſſent. poſtea venerunt præfati homines Ekkihart, & Kerhart cum illis hominibus, in quorum manus ſtatuiſſet illam Eccleſiam, & unus cum eis, qui ante querebat illam Eccleſiam ad Monaſterio Frigiſinenſis, & reddiderunt illam traditionem cum uno Sacramentario coram cuncta congregatione ad domo Sanctæ Mariæ. & hæc ſunt nomina illorum, qui viderunt & audierunt, quòd ſic conplacitum, atque confirmatum eſt: Hitto Epiſcopus, Engilhart Comis, Liutpald Comis, Reginhart, Reginperht, Deothart, Kaganhart, Tiſo, Pern, Spulit, Cunzo, Wenilo, Reginolt, Cronhart, Liutfrid, Freſo, Unforht, Lantperht, Snelperht, Wicperht, Francho, Alto, Setki, Itto, Liutunc, Oadalrih, & alij multi, qui hoc viderunt, & audierunt. Actum eſt hoc in VI. Nonas Octobris in anno glorioſiſſimo primo primo regnante Hludowico Imperatore Indictione VII. Luna XIII.

NOTA.

Otolteshuſir. Odlzhauſen, in diſtrictu Dachavienſi.

NUM. CCCXIII.

Beneficium Coteperhti ſeu traditio ejus.

CONſtat enim multis in epiſcopio Sanctæ Mariæ manentibus, qualiter Domnus Hitto Epiſcopus Cotaberto quondam homine, ſeu filio ejus nomine Oadalker in beneficium preſtavit de territorio in loco nuncupato Otmareshard, eò quòd Domnus Hitto Epiſcopus filium Coteberti de fonte baptiſmatis elevavit. ipſe verò jam dictus Coteperht econtrà tradidit ad domum Sanctæ Mariæ unam coloniam, & II. mancipia in eodem loco Otmareshard, eo modo, ut ipſe Coteperht, & filius ejus Oadalker ipſas jam dictas res ambas habere liceat usque ad vitam illorum, poſt illorum obitum ſine ulla contradictione ad domum Sanctæ Mariæ ambas nominatas res redire nullus contradicere valeat. hæc autem ſunt teſtes per aures tracti: Alhmunt, Einhart, Kartheri, Heriperht, Reginpald, Willipato, Reginhoh, Tiſo, Ratolt, Selprih, Poapo, alius Poapo, Kerhoc. fecit hoc Domnus Hitto Epiſcopus in loco Frigiſinga in præſentia cunctæ familiæ Sanctæ Mariæ, de multis paucos nominamus, qui præſentes fuerunt: Wago Capellanus, Rupo Diaconus, Anno Diaconus, Emicho Diaconus, Oadalpald Presbyter & Monachus, Unroh Presbyter. Actum eſt hæc in pridie Kalendas Aprilis, Anno primo Domni Hludovvici Imperatoris, Indictione VI. Ego Tagibertus indignus Diaconus ſcribſi juſſione Hittonis Epiſcopi.

NUM. CCCXIV.

Traditio Seliperhti.

CONſtat multis in epiſcopio Sanctæ Mariæ manentibus, qualiter Selipertus conſtruxit oratorium in curte ſuo in loco nominato Huſir, deinde venit obſecrando ad Venerabilem Hittonem Epiſcopum, ut ibidem venire dignare-

Digitized by Google

gnaretur, & ſic fecit, & Venerabilis Epiſcopus ibidem veniens, & alij multi nobiles viri cum eo adfuerunt. tunc querens Epiſcopus, quomodo prædictum Oratorium hereditare voluiſſet ? & ille libenter adfuiſſet, & ſtatim fatebat ſe cum V. mancipijs, & XXX. jugeras & XII. carradas de pratis ipſum altarem hereditare. Tunc venerabilis Epiſcopus conſecravit hanc Eccleſiam, nec non & altarem inſuper & reliquias addidit. Tunc demum venit præfatus Sepertus coram multitudinem populi, qui ad illam celebritatem venerant, & tulit pallium ipſius altaris in manu ſua, & tradidit illum altarem in manus Hittonis Epiſcopi cum V. mancipijs & XXX. jugeras & XII. Carradas de pratis, & illum curtem, qui circa illam Eccleſiam cum ſepe circumſepta eſt, cum caſis, vel cunctis aliis ædificijs ad domo Sanctæ Mariæ in caſtro ſito Frigiſinenſis. in ea verò ratione, ut ille ipſe & Filius ejus nomine Job, quousque in hac fragili vita viverent, ad eorum uſum & poteſtatem haberent, & poſt obitum eorum firmiter teneatur ad domo Sanctæ Mariæ, & hoc cum teſtium munitione firmavit, ut ſtabilis usque in perpetuum fuiſſet absque ulla contradictione. Et hæc ſunt teſtes, quorum nomina hic inſeruntur: Kaganhart, Liutunc, Emilo, Spulit, Deotmar, Sigideo, Reginhoh, Jacob, Walho, Hroadperht, Marchuni, Arahad, Reginperht, Toto, Scalco, Otilo, Engilnod, Waltheri, Waltilo, Wichart, Oadalrih, Waltrih, Oadalker, Wolfhart, Wictarp, Isanhart, Hartuid. Actum hoc ſub die conſule, quod fecit Selibertus in XV. Kal. Decembris, anno glorioſiſſimo regnante Hludovvico primo, Luna XXX. Indictione VII.

NUM. CCCXV.

Traditio, quam fecit Mezzi & frater ejus.

ILle bene poſſedit rebus in ſecula, qui ſibi de caduca iſta conparat premia ſempiterna. Ideoque ego in Dei nomine Mezzi, & frater meus Pirtilo ambo pariter cogitantes de Dei timore, vel æterna bona retributione, propterea donamus, tradimus res noſtras ad Eccleſiam beatæ Mariæ ſemper Virginis Genetricis Dei vel in honore Sancti Corbiniani ſitam in caſtro Frigiſinenſis, quem venerabilis Hitto Epiſcopus hodierna die præeſſe dinoſcitur Rector, & donatumque in perpetuum eſſe volumus, hoc eſt in pago in loco nominato Undeoingas cum domibus, ædificiis, curtiferis, terris arabilis, campis, pratis, farinarijs locis, inexquiſitam totum & integrum, tam de Alode, quam de conparato, ſeu de qualibet adtracto ad nos ibidem noſcitur perveniſſe de noſtro jure & dominatione, donamus, tradimus ad ipſam Eccleſiam ſupra dictam, ut quicquid exinde Rectores ipſius Eccleſiæ facere voluerint, liberam in omnibus habeant poteſtatem. in ea verò ratione, ut dum diu vixerimus in hoc ſeculo, ad noſtrum uſum & poteſtatem habemus, & poſt obitum noſtrum absque ulla contradictione firmiter teneatur ad domo Sanctæ Mariæ, & nullus hoc contradicere valeat. Hæc ſunt teſtes per aures tracti: Job Comis, Engilhart, Kerhart, Toto, Kaganhart, Willihart, Cundhart, Hunperht, Gavvo, Emilo, Irminhart, Helmperht, Einhart, Liutprant, Landolf, Rimolt, Hrodperht, Mezzi, Pirtilo. Actum eſt hoc anno primo Hludovvici Imperatoris in IIII. Kalendas Septembris Iudictione VI. Luna VIIII.

NOTA.

Undeoingas. fortè Inding, in Territorio Schwabenſi.

NUM.

Digitized by Google

NUM. CCCXVI.

Traditio Wagoni Capellani, & Totoni Laici.

DUm & omnibus non habetur incognitum, ſed multis in epiſcopio Sanctæ Mariæ bene eſt notum, qualiter Wago Capellanus conparavit à fratruele ſuo Toto nomine unam coloniam juxta fluvium, qui dicitur Phetarach. Eo modo jam dictus Toto Wagoni ipſam coloniam tradidit, ut accepto pretio licuiſſet eum ipſam coloniam ad domum Sanctæ Mariæ tradere, ita enim & convenientiam illorum pariter coram iſtis teſtibus fecerunt, & eo modo tradidit Toto Wagoni jam dictam coloniam. Et hæc ſunt teſtes hujus negotii: Oadalrih, Wolfheri, Iſanperht, Hrodprant, Deotrih, Cotedeo, Unroh Presbyter. Actum eſt hæc ad Zollingas in III. Idus Martias.

Hoc negotium peractum, atque confirmatum ipſe Wago, & jam dictus Toto pariter pervenerunt ad Virum Venerabilem Hittonem Epiſcopum, & narraverunt ei hujusnegotii rationem per ordinem, & acceſſerunt in illius præſentia, & communi manu pariter tradiderunt jam dictam coloniam ad altarem Sanctæ Mariæ. ea verò ratione, ut poſt illorum obitum ad jam dictam Sanctæ Dei genetricis Eccleſiam ſine ulla contradictione firmiter permanſiſſet. Fuerunt autem in ipſo loco jam dicto Phetarach duas colonias, quas anteceſſores Wagoni ad domum epiſcopalem jam olim traditas habuerunt, ſed tamen ſimul adjunctæ ſunt coloniæ, quam nunc Wago, & Toto tradiderunt, ipſaſque pariter cum illa colonia in beneficium de Domno Hittone Epiſcopo acceperunt ad vitam illorum, poſt illorum verò obitum jam adjunctas, & ſimul adjacentes tres colonias ad domum Sanctæ Mariæ redire nullus impedire valeat, nec frater, nec filius, nec ullus propinquus, vel heredis illorum ullam inde poteſtatem habeat in aliquo minuere, vel abſtrahere, ſed eo die, quando illorum obitus evenerit, cum omni integritate, ſicut tunc temporis cultæ, atque veſtitæ eſſe viderentur, ſic perſiſtent in ſervitio jam dicto domui Sanctæ Mariæ in perpetuum. hæc autem ſunt hujus rei teſtes firmitatis: Toto Auctor hujus traditionis, Cundhart, Walho, Emicho, Adalperht, Immino, Ampricho, Oadalhart, Situli, Toato, Hiltiprant. Actum eſt hoc coram cuncta familia Sanctæ Mariæ, quorum nomina: Johannes Archipresbyter, Heriperht Archipresbyter, Meginolt Presbyter, Hiltiperht Presbyter. Rubo Diaconus, Hunolt Diaconus, Nidperht Diaconus, Hroadant Diaconus, Ratolt Clericus, Kaganhart Clericus, ſeu alij ſine numero. die conſule, quod facit XII. Kalendas Majas, anno imperij glorioſi Hludowici II. & anno primo Hlodharij Regis in Bajoaria, Indictione VII. Ego Tagibertus indignus Presbyter, & Monachus juſſione Hittonis Epiſcopi conſcripſi.

NOTA.

Tagibertus Presbyter & Monachus, ſcriptor hujus, & tot aliorum inſtrumentorum hactenùs à nobis productorum; in quorum tamen nonniſi pauciſſimis Monachi nomen prodit.

NUM. CCCXVII.

Traditio Zeizoni Presbyteri ad Rota flumine.

DOminus Jheſus Chriſtus, ac Redemptor omnium per Sanctum Evangelium clara voce intonuit, dicens: theſaurizate vobis theſaurum in cœlo, ubi nec fur veniat, nec furetur. Facite vobis ſacculum de Mammona iniquitatis, qui non vetereſcet, & alio loco: das parvum, & conpares regnum, tribues tranſitoria pecunia, & accepis ſine fine manſura. Ideoque ego in Dei nomine Zeizo Presbyter cogitans de Dei timore: vel æterna bona retributione, ut in aliquantulo veniam apud pio domino in æterna tabernacula

nacula mercedem adipiſcere mereamur. Ob hoc donamus in amorem Domini noſtri Jheſu Chriſti ad monaſterio Sanctæ Mariæ in caſtro ſito Frigiſinenſis, vel ibidem præeſt venerabilis Hitto Epiſcopus cum norma plurima ſervorum Dei ad laudes Chriſti canendas adunata, donatumque per hanc epiſtolam donationis volumus, atque de noſtro jure in jure & poteſtate ipſius ſupra dicti domui tradimus, atque transfundimus, hoc eſt in pago in loco nuncupante Rota in veſtra vel ipſius Monaſterii Sanctæ Mariæ tradimus ad dominandum. eo modo, ut ipſam rem cum omni integritate, vel ſoliditate ad ſe pertinente, ſeu rediente poſſidere debeatis, & facta noſtra usque in perpetuum ſtabilis permaneat. Si quis verò, quod futurum eſſe non credo, ſi ego ipſe, quod abſit, aut ullus quislibet de heredis, ac de heredibus meis, ſeu ulla oppoſita, vel emiſſa Perſona, qui contra hanc donationem, quem nos ob amore Chriſti, & pro indulgentiam delictorum ad prædicto Monaſterio de ante dicta re fieri, & firmare rogavimus, pro qualibet ingenium aut articulum, ſicut mundum cotidie artibus, & ingeniis ambulare, aut infrangere conatus fuerit, inprimis iram Trinitatis incurrat offenſa, & à liminibus Sanctorum extraneus efficiatur, & cum Juda Scariothis partem damnationis accipiat. Actum eſt hoc ſub die conſule VIII. Idus Auguſti, anno imperii Hludovvici Auguſti ſecundo, & Hlodhario in Bajovvaria regnante primo. hæc ſunt teſtes per aures tracti: Cunhart, Isker, Adalker, Eparheri, Rihpald, Willipato, Hrodperht, Reginhart, Isancrim, Bruninc, Aaron. Ego itaque Pirhtilo juſſus à Domno Hittone Epiſcopo ſcripſi hanc donationem.

NUM. CCCXVIII.

Traditio Spulit ad Winimunteshusir.

Conſtat enim multis in Epiſcopio Sanctæ Mariæ manentibus, qualiter Spulit tradidit propriam hereditatem ſuam in loco Winimunteshuſir ad domum Sanctæ Mariæ ſemper Virginis, ſeu Sancti Corbiniani Confeſſoris Chriſti ad Frigiſingas, quicquic enim in jam dicto loco de propria hereditate habuit, totum ex integro in manus Domni Hittonis Epiſcopi tradidit, & firmiter condonavit, eo modo, ut poſt obitum ejus ſine ulla contradictione domui Sanctæ Mariæ in perpetuum permaneat. Ipſéque Hitto venerabilis Pontifex jam dicto Spulito in beneficium rem eccleſiaſticam conceſſit in eodem loco Winimunteshuſum, Eccleſiam cum domo, ſeu quicquid in illam Eccleſiam pertinebat. Ea verò ratione ei hoc beneficium conceſſit, uſque dum ipſe fidelem ſervitium Defenſori Sedis Sanctæ Mariæ pleniter perfeciſſet, & fideliter ſe cuſtodiſſet erga domum Sanctæ Mariæ illud habuiſſet, ſin alia nullam inde poteſtatem ampliùs habuiſſet. Hæc autem ſunt teſtes: Kaganhart, Nothart, Walho, Arahad, Adalunc, Reginpald, Sigihart Clericus, Engilrih, Reginhoh, Sintar, Vizzilo, Hroadinc, Hericco, Heriperht, Sigilo, Lantpald. Actum eſt hæc in loco Frigiſinga, die conſule, quod facit VI. Nonas Octobris, Indictione VIII. anno glorioſiſſimi Imperatoris Hludovvici ſecundo, & anno primo Hlodharii Regis in Bajoaria. Ego Tagibertus indignus Presbyter ſcripſi juſſione Hittonis Epiſcopi.

NOTA.

Winimunteshusir. Widnzhauſen, in Territorio Dachavienſi.

NUM. CCCXIX.

Traditio Cundhart Comitis ad Moſaha.

DUm & omnibus non habetur incognitum, ſed multis eſt in epiſcopio Sanctæ Mariæ bene cognitum, qualiter Cundhart Comis in propria alode Eccleſiam conſtruxit, & in alode Uxoris ſuæ Adalfrit nomine in loco nuncupato Moſaha, atque Venerabilem Virum Attonem Epiſcopum illuc invitavit ad conſecrandam ipſam Eccleſiam, ipſeque Atto ibidem veniens inquirens coram populo, quid jam dictus Cundhart Comis de eadem Eccleſia agere voluiſſet, ipſéque reſpondens: ego verè volo meam partem nunc coram iſtis cunctis ad domum Sanctæ Mariæ pro remedium animæ meæ in manus veſtras tradere, & confirmare volo, eo modo, ut poſt obitum meum Uxor mea Adalfrit, ſi me ſupervixerit habere liceat, tamen ſi ipſa ſuam partem de jam dicta Eccleſia domui Sanctæ Mariæ vult tradere. In his verbis confirmatis conſecrata eſt ipſa Eccleſia. Jam evoluto tempore defuncto Cundharto Comite jam dicta Uxor ejus Adalfrit adſumptis parentibus ſimul cum Hiltolfo fratre ejus venit ad Venerabilem Hittonem Pontificem, & in publico ſynodo ad Frigiſinga congregato acceſſit ad altare Sanctæ Mariæ, & renovavit traditionem Cundharti viri ſui, adjunxit etiam & ſuam partem ipſius Eccleſiæ cum omni integritate, quicquid in ipſa alode, vel in adquiſitione in ipſa Eccleſia proprium habere videbatur, eo modo, ut poſt obitum illius nullus inde licentiam habeat, nec frater, nec ullus propinquus ejus habendi, vel in ullo minuendi, ſed ſicut eo die veſtita eſt, ſic permaneat ad domum Sanctæ Mariæ ſine ulla contradictione. Actum eſt hoc in præſentia Hittonis Epiſcopi, & Heriberti, & Johann Archipresbyteri alii multi. hæc autem ſunt teſtes: Heipo, Harolf, Arahad, Reginhoh, Adalker, Adalperht, Pernolf, Luitpald, Deotpald, Adalhoh, Aaron. die conſule quod facit VI. nonas Octobris. anno Hludowici Imperatoris II. & Hlodharii Regis primo, Indictione VIII. Ego Tagibertus indignus Presbyter ſcripſi juſſione Hittonis Epiſcopi.

NUM. CCCXX.

Traditio Othelmi, & Oadalharti ad Purolſinga.

DUm & omnibus non habetur incognitum, ſed pene omnibus in Epiſcopio Sanctæ Mariæ bene eſt cognitum, qualiter viri venerabiles Othelm, & Oadalhart Presbyteri commune manu, & pari conſenſu pariter tradiderunt in propriam hereditatem illorum in loco nuncupato Purolſinga ad domum Sanctæ Mariæ ſemper Virginis, ſeu Sancti Corbiniani Confeſſoris Chriſti ad Frigiſingas, ubi ſedis epiſcopii Sanctæ Mariæ ab omnibus Catholicis honorificè celebratur, hoc eſt Eccleſiam cum domo eccleſiaſtico, ſeu quicquid ad ipſam Eccleſiam legibus pertinere videbatur, vel etiam ipſi jam dicti Presbyteri eodem die depropriare veſtiti eſſe videbantur, tam in ædificiis, quam territoriis, mancipiis, jumentis, pecodibus, ſeu in omni re, quodcumque habere videbamur, conquiſitum, vel inquiſitum totum ex integro tradimus, & condonamus ad jam dictum domum Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas, ut ſtabiliter, & perpetualiter pro redemptionem noſtræ animæ, vel parentorum ac propinquorum noſtrorum ibidem permaneat, ea verò ratione, ut liceat nos hoc ipſud, quod tradidimus ad vitam noſtram habere ad utendum, & meliorandum, non in aliquo minuendum poteſtatem habere. Poſt obitum verò noſtrum cum omni integritate ad domum Sanctæ Mariæ pertinere nullus contradicere valeat. hæc ſunt teſtes: Pernolf, Kaganhart, Spulit, Alavvih, Sindeo, Paldiperht, Arnolt, Oadalhart, Antonio, Cundhart, Altrih, Hisker. Actum eſt hæc in

Noñ.

Digitized by Google

Non. K. Julij anno II. glorioſi Hludovvici Imperatoris, & primo anno Hlodharij Regis in Bajovvaria, Indictione VII. Ego Tagibertus indignus Presbyter ſcripſi juſſione Hittonis Epiſcopi.

NOTA.

Purolſinga. hodie Purſing in diſtrictu Schvvabenſi.

NUM. CCCXXI.

Traditio Waldberti.

NOtum eſt multis in epiſcopio Sanctæ Mariæ manentibus, qualiter Waldperht partem proprij territorij in loco Hrodperhtes Eccleſia ad domum Sanctæ Mariæ ſemper Virginis ſeu Sancti Corbiniani Confeſſoris Chriſti. eo autem modo ipſam traditionem fecit ipſe Waldperht jam adpropinquante fine vitæ ſuæ, & valida infirmitate vexante, convocata parentorum turma non modica, in illorum enim præſentia ipſam traditionem poſuit in manus Sindeo, & duorum filiorum ſuorum, quorum nomina Williperht, Chuniperht tertiam partem territorij, quam habuit eo die tam in agris, quàm etiam ſilvis, & pratis, ipſique jam dicti accepta hæc traditione venerunt ad Frigiſinga & perfecerunt omnia ſicut eis injunxit, & in manus poſuit Waldperht pater illorum. acceſſerunt enim ad altare Sanctæ Mariæ in præſentia Domni Hittonis Epiſcopi, & Johannis Archipresbyteri, & Heriberti Archipresbyteri, & aliorum multorum, & confirmaverunt traditionem ſibi injunctam. Hæc autem ſunt teſtes: Sindeo, Adalhoh, Crimheri, Reginolt, Aaron, Deotpald, Walho, Liutpald, Arnolt, Tetti, Toato. Actum eſt hæc in loco Frigiſinga die conſule, quod facit VI. Nonas Octobris Indictione VIII. anno imperij glorioſi Hlodovvici ſecundo, & anno primo Hlodharij Regis in Bajovvaria. Ego Tagabertus indignus Presbyter ſcripſi juſſione Hittonis Epiſcopi.

NOTA.

Hroadperhtes Eccleſia. fortè Ruperskirch, in diſtrictu Landau.

NUM. CCCXXII.

Traditio Remejo Monahi, Eſonperht Diaconi.

NOtum eſt multis in domo Sanctæ Mariæ manentibus, qualiter Remejo Monahus, & Soanperht Diaconus filius ejus propriam hereditatem illorum tradiderunt domui Sanctæ Mariæ in manus Hittonis Epiſcopi, hoc eſt in loco nuncupato Crimaresbuſir Eccleſiam cum domo, vel quicquid ad eadem Eccleſiam pertinere videbatur, nihil enim extra relinquentes, ſed cum omni integritate jam dicto domui Sanctæ Mariæ condonantes, & ſine ulla contradictione confirmantes. hæc autem ſunt teſtes: Reginperht, Sigiperht, Einhart, Pernolf, Adalheri, Ampricho, Reginhoh, Simon Sclavus, Selprih, Poapo, Waninc: Actum eſt hæc in Idibus Martij, anno II. Imperij Hludowici pij Principis, & anno primo Hlodharij Regis in Bajoarij Indictione VII. Ego Tagibertus indignus Presbyter conſcripſi juſſione Hittonis Epiſcopi.

NOTA.

Crimaresbuſir. Gremertzhauſen, in Præfectura Crantſpergenſi.

NUM. CCCXXIII.

Beneficium Jacob Abbatis ad Welamoteſaba.

NOtum eſt cunctis in domo Sanctæ Mariæ manentibus, tam in clero conſiſtentibus, quàm etiam in ſæculari habitu converſantibus, qualiter, vel qua ratione Venerabilis vir HittoEpiſcopus Jacobo vocato Abbati in beneficium conceſſit rem eccleſiaſticam in loco nuncupato Welamoteſaba eo modo, ut ipſe Jacob ad ſuum opus vel ad vitam ejus hoc teneat, non alicui in beneficium præſtari licentiam habeat, ſed ipſe ad meliorandum, & augmentandum, vel etiam ad majorem profectum perducendum, non in aliquo minuendum, vel eventilandum, ſed ſicut Dei ſervo decet res eccleſiaſticas cautè cuſtodire, & bene utere in omnibus licentiam habere, ut illius poſt obitum magis mercedem à Domino, & laudem bonam à familia Sanctæ vel rectore hujus Sedis habeat, quàm aliud in aliquo agere, niſi tantum modo fideliter, & bene, ut mereatur audire obtabilem a Domino fideli ſervo promiſſionem prolatam, quia in modico fidelis fuiſti, ſuper multa te conſtituam, hoc eſt, æterna pro temporalia tibi tribuam. Ipſeque jam dictus Jacob Abba vocatus accepto beneficio per Wadium ſuum in manus Domni Hittonis Epiſcopi pro cenſum omni anno decem argenti ſolidos franciſcos dari conſtituit, atque firmiter cum teſtibus confirmavit. ea verò ratione, usquedum ipſe Jacob in Francia ſuum beneficium habeat, ſicut dictum eſt, decem ſolidos donat, ſi verò in Francia hoc beneficium dimittat, jam poſtea tres ſolidos exinde donat. Hæc ſunt teſtimoniales, in quorum præſentia hoc actum eſt: Oadalpald Presbyter & Monachus, Meginperht Presbyter, Meginolt Presbyter, Cundhart Presbyter, Wago Capellanus, Crimvvart Magiſter, Rupo Diaconus, Zotto Diaconus, Emicho Diaconus, Nitperht Diaconus, Hroadant Diaconus, Starcholf Diaconus, Erphuni Diaconus. Laici verò, Eingilhart, Reginperht, Pernolf, Cundhart, Toto, Friduperht, Chulpinc, Heriperht, Tetti, Wicfrid, Willipato, Wolfheri, Emicho. Actum eſt hæc die conſule, quod facit VI. Idus Maij anno II. Imperij Hludowici Pij Principis, & anno primo Hlodharij Regis in Bajoaria, Indictione VII. Ego Tagibertus indignus Presbyter juſſione Hittonis Epiſcopi conſcripſi.

NOTÆ.

Jacob Abbatis. num fortè Altomonaſterienſis, an Ilmonaſterienſis? hæc enim duo Monaſteria erant viciniora Wolnzachio tempore Ludovici Pij.

Solidos Franciſcos. nempe Francicos.

Crimvvart Magiſter. nempe *Scholaſticus.* Unde intelligimus, Friſingæ eo tempore Scholam fuiſſe.

NUM. CCCXXIV.

Traditio Magrihi, & Heimrihi ad Lapara.

DUm & omnibus non habetur incognitum, qualiter quidam homo Magrih nomine jam dudum propriam hereditatem ſuam in loco Lapara tradidit domui Sanctæ Mariæ in manus Viri Venerabili Arpionis Epiſcopi, ipſeque Arpio Epiſcopus legitimè tres noctes poſſidebat eodem locum, vel domum & omnia, quicquid ad hunc domum legibus pertinere videbatur, Taſſilone quoque Duce ibidem manente, ipſam traditionem ſciens & conſentiens. Evoluto autem tempore Heimrich filius Magrihi conpunctus divina clementia convocatis parentorum turmis, veniens ad venerabilem virum Hittonem Epiſcopum Succeſſorem Arpionis, & Attonis Epiſcoporum priſtinam patris renovavit traditionem. Adjunxit etiam omnia, quæ habuit, vel quicquid ei de paterna hereditate contra fratres ſuos in partem propriam adhe-

Digitized by Google

adherebat, nihil in omnibus extra relinquens, niſi duos mancipias, quos quidem nominatim non conſtrinxit, vel deſignavit, ſed quales ei poſtea conplacuiſſent, illos fieri decrevit. Hæc autem ſunt teſtes hujus rei per aures tracti: Urſo, Walho, Deotpald, Arahad; Toato, Waninc, Adalunc, Emicho. Actum eſt hæc in loco Frigiſinga, in præſentia Hittonis Epiſcopi, ſeu familiæ Sanctæ Mariæ, quorum nomina Oadalpald Presbyter & Monachus, Meginperht Presbyter & Monachus, Hiltiperht Presbyter & Monachus, Meginolt Presbyter & Monachus, Manno Presbyter & Monachus. Anno Diaconus, Emicho Diaconus, Hroadant Diaconus, Nidperht Diaconus, Erphuni Diaconus, Deotpald Diaconus. Clerici verò Sigihart, Kaganhart, ſeu alij ſine numero. Hæc omnia acta ſunt die conſule, quod facit pridie Nonas Majas, anno II. Imperij Hludovvici pij Principis, & anno I. Hlodharij Regis in Bajoaria, indictione VII. Ego Tagibertus indignus Presbyter conſcripſi juſſione Hittonis Epiſcopi.

NOTÆ.

Lapara. an Laber in diſtrictu Pfaffenhofenſi?

Cæterùm clariùs, quàm in hoc inſtrumento, explicari non poteſt *Familiam* S. Mariæ ex Monachis fuiſſe congregatam.

NUM. CCCXXV.

Traditio Folchrati ad Perge juxta fluvium Clana.

VEnientibus venerabilibus Hittone Epiſcopo, & Ellanperto Comite in pago, qui dicitur Pleoninga, & ibi collecta multitudine nobilium hominum venit ibi in præſentia inluſter Vir, nomine Folcrat, & tradidit in capſam, ſeu & in manus Hittonis Epiſcopi ſuam alodem pro remedium animæ ſuæ ad domum Sanctæ Mariæ Genetricis Dei in caſtro ſito Frigiſingas nihil extra relinquens, niſi quindecim agros, ut firmiter ſtabilis usque in perpetuum perduràſſet, hoc eſt in loco, qui dicitur Perc juxta fluvium Clana cum domibus, ædificiis, curtiferis, terris arabalis, ſilvis, campis, pratis, paſcuis tradidit ad prædictum domum de ſuo jure in jure & poteſtate ipſius monaſterij ad opus Sancti Corbiniani, ut quicquid exinde Rectores ipſius Eccleſiæ facere voluerint, liberam in omnibus haberent poteſtatem. Siquis hanc traditionem abſtrahere vel fraudare voluerit de domo Sanctæ Mariæ, partem cum Judæ Scariothis damnationis accipiat. Hæc ſunt teſtes, quorum nomina hic inſeruntur: Rumolt Judex, Adalker, Paugolf, Tuti, Egiperht, Elizi, Ratolt, Somperht, Rumheri, Deotpald, Deothram, Cozrih, Pald, Supo, Adalperht, Pammo. Actum eſt hoc ſub die conſule VIII. Kalendas Octobris. Anno glorioſiſſimi Hludovvici Imperatoris II. & Hlodhario regnante in Bajovvaria anno I. Ego itaque Pirhtilo juſſus à Domno Hittone Epiſcopo ſcripſi, & ſubſcripſi hanc traditionem Indict. VII.

Poſtea venit ad Frigiſingas ubi omnes Presbyteri congregati fuerunt ad Synodum, & priſcam traditionem renovavit in altarem Sanctæ Mariæ, ubi pretioſus Domnus, & Sanctus Corbinianus in corpore requieſcit. hæc ſunt teſtes per aures tracti: Priso, Kepahoh, Svvidhart, Adalperht, Asolt, Hericco, Reginhoh, Arpeo, Haholt, Liutpald, Ascrih. in præſentia omnium in Synodo Presbyterorum vel ceterorum multorum, qui hoc viderunt, & audierunt.

NUM. CCCXXVI.

Traditio Rihkeri ad Poapincella.

NOtitia de traditione, quam fecit Rihker ad Eccleſiam conſtructam in loco nominato Poapincella de terra ſua tradidit quattuor jurnales, & poſt obitum prædicti Rihkeri filius ejus Chraft circum duxit, & conſignavit prædictam terram Advocatos Hittonis Epiſcopi Sindeonem, & Einhardum, & in manus

Digitized by Google

manus illorum veſtivit, & cum teſtibus firmavit, quorum nomina hic ſunt: Pernolf, Iſangrim, Reginperht, Reginolf, Reginperht, Einhard, Reginpald, Perahart, Cartheri, Deotheri. Actum in loco nominato Poapincella, ſub die conſule quod facit XI. Kalendas Martii. Luna VI. regnante Domno noſtro Hludivvico Imperatore anno II. Indictione VIII.

NOTA.

Poapincella. fortè Pfaffencell in Præfectura Viechtachenſi.

NUM. CCCXXVII.

Traditio Lanfridi, ſeu venditio.

NOtitia de emptione, quem fecit Advocatus Hittonis Epiſcopi nomine Sindeo juſſione Hittonis Epiſcopi cum quodam homine nomine Lantfrid. Tradidit prædictus Lantfrid in loco nuncupato Poapincella ſuam ſilvam quattuor perticas legales in transverſo, & in longitudinem, quantum ibidem habere videbatur, in manus præfati Advocati Hittonis Epiſcopi, & de illo accepit pretium, quod erat unus caballus, & ſic cum teſtium munitione confirmaverunt, quorum nomina hîc inſeruntur: Cundheri, Pernolf, Iſangrim, Cundhart, Reginperht, Reginpald, Reginperht, Einhart, Cartheri, Reginolt, Chraft, Perahart, Fridurih, Ampho. Actum in loco nominato Poapincella, ſub die conſule, quod facit XI. Kalendas Martias, Luna VI. regnante Domno noſtro Hludovvico Imperatore Anno II. Indictione VIII.

NUM. CCCXXVIII.

Renovatio traditionis Oadalpaldi Presbyteri ad Adalhelmeshova.

NOtum eſt multis in Epiſcopio Sanctæ Mariæ manentibus, qualiter quondam Presbyter Oadalpald nomine, jam olim temporibus Taſſiloni Ducis propriam hereditatem ſuam in loco Adalhelmeshova tradidit domui Sanctæ Mariæ in loco nuncupato Frigiſinga in manus Arpioni venerabilis Epiſcopi. Nunc autem convenit mihi eandem renovare traditionem, ſicut jam feci Succeſſori venerandi Patris jam prænotati bone memoriæ Arbionis Epiſcopi ipſam traditionem, quam feci, reddidi in manus Attonis Epiſcopi, ita nunc etiam tertia vice faciam in manus Hittoni Epiſcopi illorum amborum Succeſſori ipſam traditionem reddam, ut nullus ſit, qui eam de jam dicto domo abſtrahere valeat, vel ullam contradictionem inde excitare, ſeu movere præſumat. Hæc ſunt teſtes per aures tracti: Reginperht, Adalker, Tozzi, Eparheri, Reginhoh, Hiltiprant. Actum eſt hæc in idibus Aprilis, anno ſecundo Hludovvici Imperatoris, & anno primo, ex quo Rex Hlodharius Bajoaria feliciter intravit Indict. VIII. Ego Tagabertus Presbyter ſcripſi juſſione Hittonis Epiſcopi.

NUM. CCCXXIX.

Traditio Cozolti Presbyteri ad Sceſtilarum.

DUm in Dei nomine ego Cozolt Presbyter cogitante, vel tractante de anima mea, ſeu de vita futura, ut in quantitate apud pio Domino veniam merear accipere delictorum meorum, nulla alia neceſſitate cogente, ſed amore perpetuæ, & beatitudinis æternæ vitæ, trado propriam Eccleſiam, vel quicquid ad ipſam Eccleſiam legibus pertinet in loco Sceſtilara ad domum Sanctæ Mariæ ſemper Virginis, ſeu Sancti Corbiniani Confeſſoris Chriſti ad Frigi-

Digitized by Google

Frigiſingas, ut ibidem perpetualiter permaneat, pro redemptionem anime meæ, & pro animas propinquorum, & parentum meorum, hoc eſt Eccleſiam cum domo Eccleſiaſtico, ſeu quicquid ad ipſam Eccleſiam legibus pertinere videbatur, niſi tantum modo tres mancipias, quas adhuc nominatim non perſtringo, ſed illos in mea poteſtate adhuc eſſe volo; aliud verò quodcumque habeo, tam in ædificiis, quàm territoriis, cultis & incultis, mancipiis, jumentis, & pecodibus, ſeu in quacunque re ſit conquiſita, & inquiſita, totum & integrum firmiter trado, & condonabo ad domum beatiſſimæ ſemper Virginis Mariæ, ut ibidem in perpetuum ſtabiliter perſiſtat. Hæc ſunt teſtes: Pernolf, Kaganhart, Altrih, Spulit, Cundhart, Alavvih, Oadalhart, Willipato, Sindeo, Moathart. Actum eſt hæc in loco Frigiſinga in VIIII. Kalendas Julii. Anno glorioſi Imperatoris Hludovvici ſecundo, & anno primo Hlodharii Regis in Bajoaria. Indictione VIII. Ego Tagibertus indignus Presbyter ſcripſi juſſione Hittonis Epiſcopi.

NOTA.

Sceftilarun. non Monaſterium, ſed pagus, dictus Hochen Scheftlarn.

NUM. CCCXXX.

Donatio Situlini, & filii ejus ad Freddamaringun.

COnſtat multis in epiſcopio Sanctæ Mariæ commorantibus, qualiter Situli ædificavit Oratorium in curte ſua in pago in loco nuncupato Freddimaringa; deinde venit deprecando ad Hittonem Anteſtitem, ut ibidem venire dignaretur, & venerabilis Antiſtes ibidem veniens ſeu multi nobiles homines alii cum eo aderunt. Tunc querens ſupradictus Pontifex, quomodo prædictum oratorium hereditare voluiſſet? & ille ſupra dictus Situli devotus, vel intentus adfuiſſet, & ſtatim fatebat, jam dictum oratorium cum duabus mancipiis nominatis Kysalni, Engilrih XX. jugeras de pratis, quantum commodum eſſet ipſam Eccleſiam hereditare, & poſt obitum ſuum, quicquid eum in portionem contra filios, & Uxorem accidiſſet, ad illo altare dediſſet. Tunc Antiſtes conſecravit hanc Eccleſiam, nec non & altarem, inſuper & reliquias addidit, eo modo, quod ipſam Eccleſiam extra epiſcopatu Sanctæ Mariæ licentiam, nec poteſtatem tradere habuiſſet. Tunc demum venit ſupra dictus Situli coram multitudinem, qui ad illam celebritatem venerat, & narravit omnibus, qualiter conplacitum, atque munitum habuit cum benigniſſimo Hittone Epiſcopo, & ipſam rem, quam Liutfrid Presbyter ad domum Sanctæ Mariæ tradidit, ante non accepiſſe ab Attone anteceſſore ſuo in beneficium, quam filium ſuum nomine Anno cum ſua hereditate, vel adquiſitione, quod eum obveniſſet contra fratres ſuos in portionem offeràſſet ad domum Sanctæ Mariæ, tunc non cogit illum Epiſcopus ſtatim tradere, ſed ille ipſe, & filius ejus prædictus, quamdiu in hac fragili vita viverent, ad eorum uſum, & poteſtatem haberent, & poſt obitum eorum cum omni utenſilia, vel ſuppellectile, quicquid ibidem adtractum, demelioratúmque repertum fuiſſet, vel tranſitus eorum dereliquiſſet, abſque ulla contradictione exſiſteret ad monaſterium Frigiſinenſis, ubi Sanctus Corbinianus in corpore requieſcit, ubi fuerunt præſentes, qui hoc viderunt, & audierunt. Ratkis, Frecholf, Situli, Toto, Cundhart, Hiltiprant, Liutcoz, Isker, Emihho, Walho, Selprih, Odalhart, Heripald Presbyter, Meginolt Presbyter, Otperht Presbyter, Adalhart Presbyter, Rubo Diaconus, Ratolt Clericus, Ratolf Clericus. Actum eſt hoc ſub die conſule XIII. Kalendas Maij, anno Hludovvici Imperatoris II. Indictione VII. Luna VI.

NOTA.

Freddamaringun. Fritmaning, in diſtrictu Crantſperg.

NUM.

Digitized by Google

NUM. CCCXXXI.

Redditio Presbyterorum Jacobi, & Symonis de traditione Otperhti Presbyteri.

DUm incognitum non eſt, ſed multis in Bajowaria nobilibus viris bene notum eſt, qualiter Hitto Epiſcopus, & Advocatus ejus Sigiperht hanc rem, quam Arperht Presbyter proprie hereditatis tradidit ad domum Sanctæ Mariæ ad Presbyteros Jacobo, & Symone requirebant, ut ei ſuum beneficium ſine ulla leſione, & ſine Wadium reddidiſſent, eò quòd ei à multis intimatum eſt, quòd in hac cauſa de domo Sanctæ Mariæ dubitare, ſeu vacillare voluiſſent. tunc venerunt ſupra dicti Presbyteri Jacob, & Simon ad cenobium in loco, qui dicitur Tegarinwac, & ibi queſierunt Hitto Epiſcopus, & Advocatus ejus Sigiperht, ut hanc rem ad opus Sanctæ Mariæ reddidiſſent, & Job Comis, & alij multi, qui hoc viderunt, & audierunt dixerunt, quòd in cunctis concilijs fuiſſent, & narraverunt, quòd Arperht Presbyter cum uno Cozzo tradidiſſet, quicquid proprie hereditatis habuiſſet ad monaſterio Frigiſinenſis, ut & per juſtam legem, & per traditionem Arperhti Sanctæ Mariæ fieri debuiſſet, & ut illi nihil ibi proprium non haberent. Tunc viderunt, quòd nequaquam optinere potuerunt, quod volebant, & crediderunt ſibi, & noluerunt inde ampliùs contendere, & reddiderunt in manus Hittonis Epiſcopi, & Defenſoris ſui, quicquid patruus eorum ad domum Sanctæ Mariæ genetricis Dei tradidiſſet, qua ex re commendaverunt ſe in manus Hittonis Epiſcopi ad Servitium, & humiliter deprecabant, ut eis ipſum beneficium, quod beate memoriæ ex ſuo anteceſſore ſuſceperunt præſtare dignaretur uſitare, & emeliorare cum ſua adquiſitione, quamdiu hoc contra domum Sanctæ Mariæ cum tali cenſu, & ſervitio, ſicut patruus eorum decreviſſet, perſervirent. Sed poſtea prædictus Epiſcopus præſtitit eis beneficium ſupra dictum, eo modo, ut ipſam rem nec vendere, nec donare, nec alienare, nec concambiare, nec in nullum naufragium ponere licentiam non haberent, niſi tantùm quamdiu vixiſſent, uſitare, & emeliorare, & poſt illorum quoque diſceſſum, quicquid ibidem adtractum, emelioratumque repertum fuerit, vel tranſitus eorum dereliquerit, abſque ulla contradictione in poteſtate Sanctæ Mariæ permaneret. Actum eſt hoc præſentibus Johanne Archipresbytero, Coteſcalh Presbyter, Meginolt Presbyter, Nothart Presbyter, Otperht Presbyter, Anno Diaconus, Amico Diaconus, Scrot Clericus, Job Comis, Liutprant Centenarius, Sigiperht Centenarius, Joſeph, Wolfheri, Spulit, Ermperht, Hunperht, Waldperht, Snelmot, Arnolt, Wolfhart, Onhart, Reginhoh, Hericco, Amico, Hiltiprant, Ampricho, Kepahoh, Walho, Adalunc. Actum eſt hoc ſub die conſule, anno glorioſiſſimi Hludovvici Imperatoris II. & Hlodhario regnante in Bajovvaria primo. Ego itaque Pirhtilo juſſus à Domno Hittone Epiſcopo ſcripſi, & ſubſcripſi hanc redditionem.

NUM. CCCXXXII.

De Eccleſia Waningi Presbyteri.

COnſtat multis in epiſcopio Sanctæ Mariæ manentibus nobilibus viris, ſeu alijs pleriſque ibidem venientibus, qualiter Waninc Presbyter reddidit Eccleſiam in loco, qui dicitur Stroga ſitam in manus Venerabilis Hittonis Epiſcopi ad domum Sanctæ Mariæ in caſtro ſito Frigiſinenſis, & rurſum renovavit illam traditionem, quam temporibus Arpionis ad præfatam domum fixit, ut firmior, ac ſtabilior pro remedium animæ ſuæ fuiſſet cum omni utenſilia, vel ſuppel-

Digitized by Google

ſuppellectile ibidem pertinente, & juniorem ejus nomine Deotpald dedit in manus jam ſupra dicti Epiſcopi ſibi ad ſerviendum, & ut ipſum beneficium ei in ſua elymoſina præſtitiſſet, quamdiu hoc conſervaret. Hæc ſunt nomina eorum, qui per aures tracti ſunt: inprimis Job Comis, Liutprant Centenarius, Rumolt Judex, Rihpald, Isunc, Eparheri, Scrot, Waldperht, Onhart, Ermperht, Cundhart, Spulit, Hericco, Hiltiprant, Odalhart, Hrodperht, Mezzi, Hunperht, Cauuo, Wolfperht, Meginrat, Kepahoh, Rihmunt, & alij multi, qui hoc viderunt, & audierunt. Actum eſt hoc ſub die conſule anno Hludovvici Imperatoris II. & Hlodhario Rege in Bajovvaria regnante primo. Hoc fecit ad monaſterio Iſana in XIIII. Kalendas Octobris. Ego itaque Pirhtilo juſſus à Domno Hittone Epiſcopo ſcripſi.

NUM. CCCXXXIII.

Traditio Waſanheri Presbyteri.

DUm incognitum non habetur, ſed multis nobilibus viris bene notum eſt, qualiter Waſanheri Presbyter, quicquid eum jure Alodis habere videtur, tradidit ad domum Sanctæ Mariæ in caſtro ſito Frigiſinenſis, in loco, qui dicitur Filuſa, & poſtea à Domno Attone Epiſcopo in beneficium usque in tranſitum vitæ ſuæ recepit. Eo tempore, quo beatæ memoriæ Hitto Pontifex curam regiminis ſupra dictæ accepit Eccleſiæ, arceſſivit ſupra memoratum Presbyterum, & cum caritate ammonuit dilectionis, ut caveret, quòd exinde nulla contentio contigiſſet, ille verò hoc conſentiens, & reddidit illud in manus Hittonis Epiſcopi, & iterum renovavit illam traditionem cum propria ſua adquiſitione, quod poſtea lucravit, quam hereditatem tradidit, nihilque extra relinquens, niſi unum mancipium. Hæc ſunt teſtes hujus rei, qui præſentes fuerunt: Hitto Epiſcopus, Oadalpald Presbyter, Marcho Diaconus, Eparheri Laicus, Emicho, Willipato, Otperht, Kepahoh, Rihpald, Crimuni, Scrot Clericus, Deodolt Clericus. Actum eſt hoc ſub die conſule XVIII. Kal. Julij anno ſecundo Hludovvici Imperatoris.

NUM. CCCXXXIV.

Traditio Lantperti ad Huckinperc.

HOnoranda nobis, atque omni præconio celebranda Eccleſia beatæ Mariæ ſemperque Virginis genetricis Domini noſtri Jheſu Chriſti. Ideoque ego in Dei nomine Lantperht cogitans de Dei timore, vel æterna bona retributione, ut in aliquantulum indulgentiam apud pio Domino in æterna tabernacula adipiſcere mereamur, ob hoc donamus in amore Domini noſtri Jheſu Chriſti ad Monaſterio Sancti Corbiniani in caſtro ſito Frigiſinenſis, ubi Domnus pretioſus, & Sanctus Corbinianus in corpore requieſcit, vel ibidem præeſt Venerabilis Hitto Anteſtis cum norma caterva Servorum Dei ad laudes Chriſti canendas adunata, donatúmque per hanc epiſtolam donationis eſſe volumus, atque de jure noſtro in jure & poteſtate ipſius monaſterij ſupra dicti tradimus, atque transfundimus propriam hereditatem, hoc eſt, in loco nuncupato Huckinperc, usque in viam, quæ venit ad Chumizdorf, & ita in medium hujus fluminis alveum, quæ dicitur Rotaha, quicquic in ipſa jam dicta loca, quod noſtra ad præſens fuit poſſeſſio in veſtra, vel ipſius monaſterij Sancti Corbiniani tradimus ad dominandum, in ea verò ratione, ut ipſam rem cum omni integritate, vel ſoliditate ad ſe pertinente, & aſpiciente poſſidere debeatis, & facta usque in perpetuum ſtabilis noſtra permaneat. Eo modo, ſi quis hanc traditionem abſtrahere, vel fraudere voluerit à domo Sanctæ Mariæ, ut in die tremendi judicij ratio-

rationem reddat. Hæc ſunt teſtes per aures tracti, quorum nomina hic inſeruntur: Liutpald Comis, Crimperht, Adalker, Engilperht, Oadalperht, Kerhoh, Reginperht, Situli, Wenilo, Joſeph, Odolt, Cundheri, Hroadachar, Rumolt, Toto, Ratkis, ipſe Lantperht. Actum eſt hoc ſub die conſule, quod fecit in idus Maij anno ſecundo regnante Hludowico Imperatore, & primo regnante Hlodhario Rege in Bajoaria Indict. VII. Luna II. Ego itaque Pirhtilo ſcripſi & ſubſcripſi hanc donationem. Actum eſt hoc in villa qui dicitur Ehinga in Synodo Hittonis Epiſcopi.

NOTA.

Cum norma caterva Servorum Dei ad laudes Chriſti canendas adunata. Nomine *Servorum Dei* olim deſignatos fuiſſe Monachos, alibi demonſtravimus. vide infra N. 365.

NUM. CCCXXXV.

Qualiter Haguno Presbyter reddidit beneficium ſuum.

PRofectus quoque vir venerabilis Hitto dilectus Anteſtis per ſingulas quasque ſuæ Dioceſes Eccleſias populum Dei commiſſum prædicando, docendo, ſive etiam nec non confirmando, inſtruendo, & æterne felicitatis, & beatæ immortalitatis vitam perfrui, etiam licet extremum in ſorte æterne beatitudinis participes eſſe mereantur. proinde verò ad ſuam perrexit Eccleſiam in loco nominato Svvindkirha, & ibi duos moratus eſt dies. Tum quidam Presbyter nomine Haguno ibidem ei in obviam apparens, & ſecum honeſta portans exenia ſuppliciter pervenit, & ſuum, quod de domo Sanctæ receptum beneficium habuit in loco Hrindpach, reliquit in manus Hittonis Epiſcopi, & ſui namque Defenſoris nomine Sigiperht, ut nulla præcavens inde emergeret per ſuam imperitiam objurgatio. Sed poſtea præfati Hagunoni ceterorúmque multorum petitio adfuit, ut nepotem in ſuum nempe Servitium nomine Sindperht ſuſciperet, & per ſuam interceſſionem ipſum beneficium, quod jam dictus Presbyter de proprijs facultatibus Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas tradidit, atque deligavit fenerare dignaretur, quod ita & fecit, ea tenore, ut ſemper erga domum Sanctæ Mariæ fidem inlibatam, & inviolabilem ubique in omnibus conſervaret, & recto tramite juxta ſuam quantitatem regere, atque gubernare, ſeu utique de ſua propria adquiſitione emeliorare curioſè omniqúe ſollicitudine ſatageret. Hoc actum ſub die, quod eſt XVI. Kalendas Februarias anno pijſſimi Hludivvici clariſſimi Auguſti ſiquidem imperij II. Indictione VIII. adſtantibus iſtis: Engilhart, Sigiperht, Chuniperht, Cundpald, Oadalhart, Wolfhart, Cundperht, Snelmot, Cundhart, Iſangrim, Ampricho, Engilrich, Cunhart, Willihart, Kepahoh, Toto, Wichart, Alavvih, Petto, Eparheri, Rihpald, Diudolf, Reginhoh, Wicco, Waldperht, Hroadperht, Irminperht, Irminhart. Ego itaque Pirhtilo juſſus à Domno Hittone Epiſcopo ſcripſi.

NUM. CCCXXXVI.

De Eccleſia Sancti Johannis ad Feringa.

DUm & omnibus non habetur incognitum, qualiter Huuezzi Diaconus pervenit ad domum Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas in præſentia Domni Hittonis Epiſcopi, ſeu familiæ ejus in publico Sinodo congregato fideliter agens erga domum Sanctæ Mariæ, audivit enim à multis, quod beneficium, quod acceptum de Domno Imperatore habuit, in loco Feringas Eccleſiam Sancti Johannis Baptiſtæ, qui jam priſcis temporibus ad domum epiſcopalem pertinebat, & ab aliquis injuſtè de eadem domo abſtractum eſſet; idcirco ipſe Huuezzi cum conſilio multorum promiſit ſe in omnibus fideliter agere erga domum

Digitized by Google

domum Sanctæ Mariæ. Si enim à plebe ſeu hoc ſcientibus hominibus inventum fuiſſet, quod legibus ad ipſum domum teſtificatum, vel confirmatum fuiſſet, quod ipſe Huuezzi in nullo contrarius de juſtitia Sanctæ Mariæ non fuiſſet, & acceſſit, & reddidit ipſam Eccleſiam in manus Domni Hittonis Epiſcopi in præſentia multorum cum Wadio. Eo modo, ſi ipſa Eccleſia conquiſita, vel reddita ſecundùm domui Sanctæ Mariæ fuiſſet, ut nullam contradictionem in nullo loco exinde feciſſet, nec in præſentia Domni Imperatoris, nec in præſentia nullorum hominum, ipſam Eccleſiam juſtæ & legitimæ domui epiſcopali teſtificantium, vel confirmantium, in hoc enim Hitto Epiſcopus jam dicto Huuezzino in beneficium ipſam conceſſit Eccleſiam ad ſuam vitam, eo modo, ut ipſe Huuezzi promiſſam fidem erga domum Sanctæ Mariæ ita cuſtodiſſet, ſicut ſupra dictum, vel cum Wadio confirmatum eſt inter eos, ipſéque Huuezzi cenſum de ipſa Eccleſia redditurum vvadiavit in manus Hittonis Epiſcopi, hoc eſt, omni anno una carrada de cerviſa, duos modios de farina, una Friskinga, duos pullos, auca I. hoc autem factum eſt in publico Synodo ad Frigiſinga in præſentia Hittonis Epiſcopi, & aliorum multorum, quorum primi fuerunt: Johan Archipresbyter, Heriperht Archipresbyter, Pern Presbyter, Oadalpald Presbyter, Hrodperht Presbyter, Unroh Presbyter, Otperht Presbyter, Rupo Diaconus, Anno Diaconus, Zotto Diaconus. Hæc ſunt teſtes, inter eos: Rumolt, Jacob, Alprih, Kerhoh, Adalker, Walho. Actum eſt hæc in VI. Nonas Octobris, anno II. Hludovvici Imperatoris, & anno primo Hlodharii Regis in Bajovvaria, Indictione VIII. Ego Tagabertus indignus Presbyter ſcripſi juſſione Hittonis Epiſcopi.

NUM. CCCXXXVII.

Donatio Liutperhti Presbiteri.

CUnctis audientibus vel legentibus ſcedulam iſtam primitùs apertiùs demonſtramus, qualiter Liutperht Presbyter cogitans de ſua fragilitate, ſeu de utilitate animæ, pro qua Chriſtus mori dignatus eſt, licet extremum Sortem æterne beatitudinis ſuperna gratia largiente, accipere mereretur. Dum verò ad limina beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli iter carpere paratus fuit, indulgentiam, & remedium delictorum ſuorum obſecrare, venit ad domum Sanctæ Mariæ ante Hittonem Deo devotum Epiſcopum, vel cunctam congregationem Sanctæ Virginis Mariæ Matris Domini noſtri ad Monaſterium Frigiſinenſem, ubi electus Domini Sanctus Corbinianus in corpore requieſcit, & tradidit propriam Alodem in loco nominato Altheim, quod eum de paterno, vel materno, nec non de fraterno proprie hereditatis obvenit, dedit, atque jure perpetuo ad opus Sanctæ Deigenetricis obnixe transfirmavit ad prædictum domum totum de integro, tam de alode, quàm & conparato, ſeu de qualibet adquiſitione, nihil omnino prætermittens exceptis duabus mancipiis, ea ratione, ut in evum ſtipulatione interpoſita, diuturnum tempus inconvulſum iſta traditio firma, & ſtabilis ad ſupra memoratum domum perſtitiſſet. Hæc ſunt teſtes per aures tracti: Toto, Pernolf, Aaron, Drudolt, Aſolt, Walho, Sigideo, Reginpald, Reginolt, Ortheri, Oadalhart, Emicho, Haholf, Eparheri, Rihpald, Lantpald, Heriperht, Isker. Actum eſt hoc in caſtro nuncupato Frigiſinga, ſub imperio piiſſimi Hludovvici Imperatoris anno III. & Hlodhario Rege Bajovvariorum II. in III. Kalendas Majas. Indict. Ego itaque Pirhtilo juſſus à Domno Hittone Epiſcopo ſcripſi, & ſubſcripſi hanc cartulam.

Digitized by Google

NUM. CCCXXXVIII.

Traditio Liuttoni ad Croninpach.

CONſtat enim multis in epiſcopio Sanctæ Mariæ manentibus, qualiter Liutto pro valida infirmitate ſecularem habitum in domo Sanctæ Mariæ depoſuit, & Clericatus monachicam profeſſus eſt habere vitam. Jam enim Divina ammonente clementia ipſe Liutto cum Advocato vel fratre ſuo Cotaberto tradidit domui Sanctæ Mariæ mancipios ſex, & duas colonias in loco Croaninpach, quarum una cum ſervo, cui nomen Liupheri ad ſervitium eſt parata, in alia verò habitat liber homo, & liberum ex ea facit ſervitium. Hæc nomina mancipiorum: Heimo, Nidhard, Otpiric, Amalpiric, Engilrat. Caballos VI. & boves VI. inter oves & porcos XXX. Actum eſt hæc in domo Sanctæ Mariæ ſemper Virginis in præſentia Domni Hittonis Epiſcopi, ſeu familiæ illius, quorum nomina hæc ſunt, qui præſentes fuerunt: Oadalpald Presbyter & Monachus, Meginolt Presbyter & Monachus, Hiltiperht Presbyter & Monachus, Anno Diaconus, Emicho Diaconus, Anulo Clericus, Undeo Clericus, alii multi. Hæc autem ſunt teſtes per aures tracti: Cundhart, Alawih, Emicho, Sigideo, Arahad, Sigilo, Wicco, Walho, Cotaperht, Cundhart, Crimperht, Repahoh, Willihart, Engilrih, Situli, Toato, Engilhart. Actum eſt hæc die conſule, quod facit IIII. Idus Septembris Indictione VIIII. anno glorioſi Imperatoris Hludovvici III. & anno primo Hlodharii Regis in Bajoaria. Ego quidem Tagibertus indignus Presbyter conſcripſi juſſione Hittonis Epiſcopi.

NOTA.

Croninbach. Gronbach, in Præfectura Roſenheimenſi.

NUM. CCCXXXIX.

Traditio Frumolti Clerici ad Filusa, & cenſum.

CONſtat enim multis in epiſcopio Sanctæ Mariæ manentibus, qualiter pius pater Atto Epiſcopus jam olim in beneficium præſtavit quedam femine Mezcundæ nomine Eccleſiam cum rebus ad eam pertinentibus in loco Filuſa vocato. hoc fecit Domnus Atto Epiſcopus pro bene meritis jam dictæ Mezcundæ erga domum Sanctæ Mariæ frequenter actis, dum in curte dominicale pediſſequa filiæ regalis fuit. ipſa verò Mezcund, vel Advocatus ejus Erchanperht eandem beneficium reddiderunt in manus Hittonis Epiſcopi Succeſſoris Attonis Pontificis. Ipſe verò pius Pontifex Hitto ipſam Eccleſiam ſupra dictam in beneficium conceſſit quondam Clerico Frumolt nomine, ſed tamen ipſe Frumolt, & frater ejus Cozolt cum jam dictis patribus prius cum Attone, deinde cum Hittone defenſoribus Sanctæ Deigenetricis Eccleſiæ certam habuerunt. Dicebant enim, quod ipſa Eccleſia ex parte in illorum hereditate conſtructa fuiſſet, & propter hoc in illorum poteſtate ex parte eſſe debuiſſet, quod non fecit ita, niſi quod Anteceſſores illorum pro remedium animabus eorum ad illam Eccleſiam jam olim traditam habuerunt. Ipſi autem jam dicti Frumolt, & frater ejus Cozolt in præſentia cunctorum ſubterſcriptorum confeſſi ſunt nullam in eadem baſilica habere poteſtatem, niſi ſicut alii vicini, vel heredes illorum, qui hanc Eccleſiam conſtruxerunt, & domui Sanctæ Mariæ tradiderunt. Tunc pariter ambi commune manu acceſſerunt ad altare Sanctæ Mariæ, & tradiderunt hereditatem Frumolti Clerici totum ex integro, quicquid contra fratres ſuos in propriam hereditatis partem evindicavit, tam in mancipiis, quam territoriis, ſilvis, ſeu cunctis ad eum pertinentibus domui Sanctæ Mariæ tradiderunt, & eo die inveſtitura fidejuſſoris Sigiberti datum Wadium confirmaverunt, & ſic in beneficium de manu Epiſcopi Hittonis acceperunt. Hæc ſunt

Digitized by Google

ſunt teſtes: Erchanperht, Sigiperht, Walho, Cundhart, Reginhoh, Eparheri, Rihpald, Iſancrim, Emicho, Asolt, Adalker, Ampricho, Reginperht, Alavvih, Sindeo, Pernolf, Engilrih, Cundhart, Arahad, Sindeo, Putilo, Fatto, Reginpald, Machelm, Einhart, Waldker, Ampricho. Actum eſt hæc in Idibus Aprilis anno glorioſi Imperatoris Hludovvici tertio, Indictione X. Ego quidem Tagibertus indignus Presbyter hanc cartulam ſcripſi juſſione venerandi Hittonis Epiſcopi. Cenſum verò jam dictus Frumolt de jam dicta Eccleſia reddere coram cunctis ſupra ſcriptis in manus Epiſcopi vvadiavit, hoc eſt annis ſingulis ſolidum I. de argento. hæc omnia fecerunt, ſi isdem Frumolt fidem ſuam erga domum epiſcopalem cuſtodiſſet, ſi aliter feciſſet, exinde nihil habuiſſet.

NUM. CCCXL.

Traditio Leidrati, & Sigifridi Presbyterorum ad Seuun.

DUm in Dei nomine ego Leidrat Presbyter cogitantę vel tractante de anima mea, ſeu de vita futura, ut aliquantulum remedium anime meæ à Domino Deo invenire merear, tradidi propriam hereditatem meam in loco ad Seun ad domum Sanctæ Mariæ ſemper Virginis, & ſtatui, ut ibidem pro remedium anime meæ in perpetuum permaneat. Hæc ſunt teſtes: Alawich, Ampricho, Irminhart, Kaganhart, Putilo, Engilhart, Sigideo, Cundhart, Hisker, Kerhoh, Cammo, Hroadperht. Actum eſt hæc in XIII. Kalendas Januarias anno glorioſi Imperatoris Hlodovvici III. & anno ſecundo Hlodharii Regis in Bajoaria Indict. VIIII.

Similiter & ego Sigifrid Presbyter de genere Saxorum, ſed Domino donante, ut Domnus Imperator Karolus beneficium in ſua elymoſina mihi conceſſit in Bajoaria in eodem ſupra dicto loco ad Seun, conparavi, & propria pecunia adquiſivi territorium proprium, & adquiſitum tradidi domui Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas, & ſtatui, ut ibidem pro remedium animæ meæ in perpetuum permaneat. Actum eſt hæc in ſupra ſcripto die XIII. Kalendas Januarii ipſis teſtibus ſupra ſcriptis adſtantibus, & videntibus, & firmiter teſtificantibus, ut ego Sigifrid bono animo hæc omnia peregi. Ego quidem Tagabertus indignus Presbyter ſcripſi juſſione Hittonis Epiſcopi.

NOTA.

Seun. In diſtrictu Waſſerburgenſ.

NUM. CCCXLI.

Traditio Wiſunti ad Ekkilunpuruc.

COmmemoratio, qualiter Wiſunt tradidit ſuam hereditatem nihil prætermittens, hoc eſt, ad Ekkilunpurc, & hæc ſunt nomina mancipiorum: Droant, Hunrat, Kerheri, Sigiperht, Heriperht, Liutperht, Heriprant, Deotwih, Deotpurc, Cundrat cum filia Svvidpurc, Onhilt, Pernſvvind, & alii duo. Et hæc teſtes: Job Comis, Chuniperht, Cundpald, Kerhart, Joſeph, Tato, Hiltirat, Cundhart, Ermperht, Eparheri, Waldperht, Cundperht, Hroadpehrt, Hleoperht, Heipo, Adalker, Petto, Reginhoh, Drudmunt, Eparmunt, Wolfpero, & his vel aliis multis coram adſtantibus fatebat ſeipſum offeratum, & traditum jam dudum ad domum beatæ Mariæ una cum omni integritate hereditatis, ſeu adquiſitionis, quantumcunque maxime cum eveniſſet, & ille ſuis temporibus evindicare, vel amplificare potuiſſet,

Digitized by Google

ſet, hoc funditus cum omni ſtabilitate ad prædicto domo firmavit, & perpetualiter deligavit, verùm etiam ipſam ſupradictam traditionem iterum renovabit in capſam Sanctæ Mariæ, & in manus Hittonis Epiſcopi, ut in evum & inconvulſum perduraret ad jam dicto domo, & ſi aliquis de ſua cognatione tam electus fuiſſet, ut bene ad ſervitium Sanctæ Mariæ, & rectoris illius poſt obitum hoc haberet, ſin autem præter ullam commutationem omni integritate ad jam fato domo firmiter tenetur. Actum eſt hoc ad Dorſum IIII. Idus Majas, anno III. Hludovvici Imperatoris regni ejus Indictione XII.

NOTA.

Ekkilinmpurg. Ecklburg, in territorio Schvvabenſi.

NUM. CCCXLII.

Traditio Fritilonis Presbyteri de Priſinga.

NOtum eſt cunctis in domo Sanctæ Mariæ converſantibus, qualiter Fritilo Presbyter renovavit priſtinam traditionem in manus Hittonis Epiſcopi, quam jam olim ante actam habuit in manus venerandi Attoni Epiſcopi. Nunc autem ad Romam pergere paratus reddidit ipſam traditionem, quam Anteceſſores ejus jam multis temporibus ad domum Sanctæ Mariæ actam habuerunt, & modo per manus Fritilonis Presbyteri, quicquid ad Priſinga de propria hereditate legibus habere videbatur, totum ex integro, Eccleſiam cum domo, vel omnia, quicquid ad ipſam Eccleſiam pertinet, reddidit in manus venerandi Hittonis Epiſcopi. Eo modo, ſi in ipſo itinere vitam finiſſet, ex eo die ſtatim jure domui Sanctæ Mariæ ſubjacuiſſet, ſi verò veniſſet, habere eum eandem rem licuiſſet ad vitam ejus. Jam poſtea nullus domui Sanctæ Mariæ inpedire potuiſſet. Hæc autem ſunt teſtes: Sigiperht, Luitprant, Sindeo, Cundheri, Emicho, Cundhart, Cartheri, Oadalhart, Arahad, Ribpald, Eparheri, Reginpald, Reginhoh, Ampricho, Kepahoh, Engilrih. Actum eſt hæc in Idibus Aprilis, anno glorioſi Imperatoris Hlodovvici III. Indictione VIII. Ego Tagabertus indignus Presbyter ſcripſi juſſione Hittonis Epiſcopi.

NUM. CCCXLIII.

Donatio Sigoni Presbyteri ad Urdorf, Painga, Rupilinga.

DUm pleriſque manifeſte promulgatum eſt Sigonem Presbyterum proprium alodem ad domum beatæ Mariæ, ſemperque Virginis genetricis Dei manu poteſtativa deligâſſe in caſtro ſito Frigiſinga, ubi norma plurima Monachorum adunata laudes Chriſti canendas eſſe conſtat, & jure perpetuo tradidit, atque transfirmavit, ut in evum inconvulſum perſtetiſſet in locis nuncupatis Urdorf, Painga, Rupilinga, quicquid ibidem proprie hereditatis, ſeu adquiſitionis habere videtur, totum ex integro ad præfatum domum deligavit usque in perpetuum. Vocatus enim prædictus Sigo feliciter ex hac luce in itinere, quem ad domum Beati Petri carpebat. hoc nempe venerabile Hittone Epiſcopo conperiente juſſit obſidere veſtituram ad præfatum edum, & factum eſt ita. poſtea verò venerunt fratrueles ſui nominati Sigo, Deotfrid, humiliter poſtulantes Hittonem Epiſcopum, ut eis aliquid de rebus patrui illorum in ſua elimoſina, & æterna mercede præſtare in beneficium dignaretur, & ſic fecit exceptis eccleſiaſticis rebus, ea ratione, ſi aliquis eos movere, vel inquietare cepiſſet, ut ſtatim firmiter tenetur ad Frigiſingas. Actum eſt hoc in III. anno Imperatoris Hludovvici Auguſti Indictione VIIII. in die IIII. Nonas Junij,

Digitized by Google

Junij, præſentibus iſtis: Kaganhart, Cozperht, Reginperht, Cundhart, Emicho, Einhart, Walho, Engilhart, Werio, Reginhoh, Reginolt, Marcho, Waninc, Johan Presbyter, Heriperht Presbyter, Warmunt Abbas, Oadalpald Monachus, & alij plerique.

NOTA.

Warmunt Abbas, Schlierſeenſis.

NUM. CCCXLIV.

Traditio Hrodolfi Presbyteri.

NOtitia qualiter Hrodolf Presbyter tradidit propriam hereditatem ſuam in loco Militaha ad domum Sanctæ Mariæ ſemper Virginis, ſeu Sancti Corbiniani Confeſſoris Chriſti ad Frigiſingas, hoc eſt curtem cum domo, & omnia utenſilia, quicquid ad hunc domum legibus pertinet, excepto mancipia IIII. jurnales VI. de pratis carradas IIII. aliud enim, quodcunque mihi pater meus Alpolt, & mater mea Deothilt, & frater meus Paldvvart, & Soror mea Benedicta in propriam hereditatem dimiſerunt pro nobis omnibus ad jam dictum domum firmiter trado, & condonabo, eo modo, ut poſt obitum meum ibidem ſine ulla contradictione permaneat. hoc ſunt mancipia VI. quorum nomina Ratolf, Adalpald, Sindolf, Kervvih, Waldpurc, Eparſvvind. Actum eſt hæc ante altare Sanctæ Mariæ die conſule quod facit VII. Idus Aprilis Anno glorioſi Imperatoris Hlodovvici III. Indict. VIIII. Ego Tagibertus indignus Presbyter ſcripſi juſſione Hittonis Epiſcopi. Iſti præſentes fuerunt: Meginhoh Presbyter, Hunperht Presbyter, Deotpald Presbyter, Engilvvart Diaconus, Hartperht Clericus, Remejo Monachus. Laici verò qui præſentes fuerunt: Deothart, Reginperht, Pilicrim, alius Reginperht, Kerpald, Walto, Sigiperht, Oadalſcalch, Wichart, Reginolf Presbyter, Rihperht Presbyter, Engilperht, Wicpald, Lantrih, Adalheri, Heriolt. Iſtos mancipios extra dimiſi: Otker, Heilrat, Poapilo, Iſula.

NUM. CCCXLV.

Traditio Kerhohi Neritinga. *

* *verius Hlaginbach.*

NUntiamus omnibus in epiſcopio Sanctæ Mariæ converſantibus, qualiter quidam homo nomine Crimheri partem territorij propriæ hereditatis pro redemptione ſuæ animæ ad Eccleſiam beati Martini Confeſſoris Chriſti in loco ſita Neritinga tradidit, & cum veracis teſtibus confirmavit. Sed præoccupato mortis articulo, antequam veſtituram ad ipſam Eccleſiam de hoc territorio tradito perfeciſſet. Jam enim poſt obitum ejus Kerhoh frater ipſius cum alijs rebus communis illorum poſſidebat, hoc enim magis omnium Domnus Hitto Epiſcopus veraciter ſciebat, & in ſilentium jam dictum Kerhohun fideliter vocavit, & ammonuit, ut ipſe inde ſe legitime emendâſſet. ipſéque Kerhoh divina reſpectus clementia ita fecit, ſicut à pio Pontifice Hittoni, ſeu alijs fidelibus audivit reddidit unam coloniam in loco jacente Hlaginpach, ſeu quicquid jam dictus Epiſcopus ad illum inquirendum habuit in hac traditione, quam frater ejus Crimheri ad domum Sancti Martini actum habuit, & ſic definitum inter eos fideliter fuit, & cum iſtis teſtibus confirmatum, quorum nomina hæc ſunt: Hrodolt, Engilhart, Haholf, Reginhoh, Tetti, Wolfheri, Ampricho, Alavvih, Cundhart, Umfrid, Wago, Adalunc, Reginperht, Kerperht, Gauzo, Hroadperht, Hunger, Wigant, Immino. Actum eſt hæc ad Zollinga die conſule XVII. Kalendas Junij Indictione VIIII. anno tertio imperij Hludovvici Imperatoris.

NUM.

NUM. CCCXLVI.

Traditio Engilhardi Comitis ad Ahaloh.

COgitantibus vel tractantibus Engilhardo Comite, & Uxore ſua Ermanſvvind de indulgentia peccatorum ſuorum, & apud retributorem Dominum veniam accipere mereantur, quapropter tradiderunt ad Monaſterium Frigiſinenſis, ubi Domnus Sanctus Corbinianus in corpore requieſcit, quantumcunque habere videntur in loco, qui dicitur Ahaloh donaverunt jure perpetuo, atque transfirmaverunt, ut in evum inconvulſum permaneret ad domum Sanctæ Mariæ. Sed poſtea humiliter poſtulantes, ut eis in beneficium præſtare dignetur, & ſic fecit, quouſque in hac vita viverent, ad eorum uſum & poteſtatem haberent, & poſt obitum eorum, quicquid ibidem adtractum, emelioratúmque repertum fuerit, vel tranſitus eorum dereliquerit, abſque ulla contradictione firmiter tenetur ad prædictum edum. Hæc ſunt teſtes per aures tracti: Iſancrim, Paldachar, Ratolt, Alahmunt, Odalhoh, Toto, Donarperht, Haduperht, Cruan, Waninc, Hiltirih, Deotrih, Wago, Urliuc, Kepahoh, Cruanhart, Reginperht, Memmo, Einhart, Herirat. Actum eſt hoc menſe Sebtembris VI. Idus Indictione VIIII. anno III. Hludovvico Auguſto gubernante regnum francorum, & Langobardorum.

NUM. CCCXLVII.

Traditio Luipdruda ad Niwiſaron, & Rihperhti ad Ekkiperhtesdorf.

TRaditio Memmoni, & Luipdrude Sororis ſuæ in loco Nivviſaron, quicquid enim in eodem loco habuerunt, totum ex integro commune manu ad domum Sanctæ Mariæ ſemper Virginis pariter tradiderunt, ea ratione, ut poſt obitum Luipdruda Iſanhart filius Memmoni in beneficium de domo epiſcopali ad vitam ſuam habere liceat in hoc, ut ipſo domo deſerviat, aliter nequaquam exinde nihil habeat. Hæc ſunt teſtes per aures tracti: inprimis Altuni, Reginperht, Erlunc, Memmo, Kerperht, Wicco, Ellancoz, Madalcoz, Ellanhart, Cotperht, Hrodperht, Isanperht, Hartperht, Adallcoz. Actum eſt hæc in purificatione Sanctæ Mariæ coram cuncto populo in domo Sanctæ Mariæ congregato, Anno II. Hlodharij Regis in Bajovvaria Indictione VIIII. Ego Tagibertus indignus Presbyter conſcripſi.

NUM. CCCXLVIII.

Rihperhti.

TRaditio Rihperhti in loco Ekkiperhtesdorf, hoc eſt territorium jurnales XXX. de pratis Carradas L. & in alio loco pratas communes ad Winiherungun, ſicut alij coheredes ejus habent, partem ſilvæ, ſimul etiam aquarum curſum. Hæc ſunt teſtes: Teor, Cundperht, Helmperht, Hartuni, Rihmunt, Rohinc, Eparachar, Hrodlant, Stollinc, Sigihart. actum eſt hæc in Idibus Februarij Indict. VIII. anno III. Hludovvici Auguſti Imperij regnum gubernantem.

NUM.

NUM. CCCXLIX.

Cenſus Nidharti ad Pirihtilindorf.

NOtum ſit cunctis audientibus, quam tamen legentibus, quomodo Nidhart venit humiliter ad Venerabilem Hittonem Epiſcopum à ſemetipſo, & à fratre ſuo poſtulando, ut eos pro Eccleſiam, quam Pater, & frater eorum tradidit ad epiſcopatum Frigiſingas talem cenſum annis ſingulis agere decreviſſet, ſicut voluntas ejus fuiſſet; proinde dedit Wadium in manus Defenſoris prædicti Epiſcopi nomine Sigiperht pro xL. ſolidis, quod frater ejus, qui in præſentia non fuit, hoc placitum, quod contra idem Epiſcopum conplacitaret, nunquam mutaret, ſi ipſam Eccleſiam conſtructam in loco, qui dicitur Pirhtilindorf usque ad vitam eorum ſine ulla motione, vel inquietudine haberent. Et iterum wadiavit in manus Epiſcopi, & Defenſoris ſui Sigiperhti annis Singulis unum Solidum de auro ſolvere, aut XXX. denarios, & poſtquam vitam finiſſent, firmiter tenetur ad Frigiſingas. Actum eſt hoc die pridie Idus Junias Indict. VIIII. Anno imperij Hludovvici Auguſti III. & Hlodhario filio ejus Rege Bajovvariorum II. præſentibus iſtis: Orendil Com. Rumolt, Sigiperht, Donarperht, Liupato, Jacob, Pepo, alius Jacob, Sundhart, Ramvvolf, Friduperht, Selprat, Willipato, Toto. Actum in loco Ehſinga.

NUM. CCCL.

Beneficium vel traditio Adalſcalhi Comitis ad Percwillingun, & cenſum.

COnſtat enim multis in epiſcopio Sanctæ Mariæ manentibus, qualiter Domnus Hitto venerabilis Epiſcopus cum magno labore revocavit res proprias domui Sanctæ Mariæ in loco Percvvillinga, quas Hephilo Abbas injuſtè tenuit, & temporibus Luitpiriga Duciſſa ad Monaſterium illius in loco Auuua injuſtè converſum fuerat, ſed nunc per veraces, & bonos homines revocatum eſt, quod tunc ab iniquis domui Sanctæ Mariæ abſtractum fuerat. Hoc peractum convenit Domno Hittoni Epiſcopo, ut hanc ipſam rem prædictam Percvvillinga in beneficium præſtâſſet Oadaſcalco Comiti, eo modo, ut ipſe Oadalſcalch propriam hereditatem in eodem loco firmiter domui Sanctæ Mariæ tradidiſſet. & ita actum eſt, ea ratione, ut ipſe Oadalſcalch ad vitam ſuam jam dictas res in beneficium habuiſſet. & econtra tradidit in altare Sanctæ Mariæ, quicquid de propria hereditate in Percvvillinga habere viſum fuerat, ipſéque Oadalſcalch vvadiavit in manus Epiſcopi duos Solidos Singulos annos de eodem beneficio reddere. Hæc ſunt teſtes: Engilhart, Walho, Ampricho, Paldachar, Alavvih, Cundhart, Kerhoh, Kepahoh, Tozi, Ratolf, Cozpald, Kaganhart, Haguno, Reginhart, Meginperht. Actum eſt hæc XIII. Kalendas Januarias, anno glorioſi Imperatoris Hlodovvici tertio, & anno ſecundo Hlodharij Regis in Bajovvaria Indictione VIIII. Ego Tagibertus indignus Presbyter juſſione Hittonis Epiſcopi conſcripſi.

NUM. CCCLI.

Traditio Megingolti, & filii ejus Hahfrid.

LIquet enim multis in parrochia felicis Mariæ manentibus, qualiter Hahfrid Clericus reddidit in manus Hittonis Epiſcopi ſuum beneficium, quod Pater ſuus Meginolt tradidit ad domum Sanctæ Mariæ, & Atto Epiſcopus ei in hoc præſtitit, ut ſuam portionem, quod eum obvenit, de parte ge-

nitoris ſui firmiter tradidiſſet ad præfatum domum beatæ Mariæ, & ſic in præſentia multorum fecit. Quamobrem præſtitit prædicto Clerico jam ſupra memoratus Hitto Epiſcopus uſitare, & emeliorare usque in tranſitum vitæ ſuæ, & poſt obitum illius, quicquid ibidem adtractum vel inventum fuiſſet, absque ulla contradictione firmiter permaneret ad prædictum domum. Iſti ſunt, qui præſentes fuerunt: Luitpald Comis, Crimperht, Cotaperht, Eppuhho, Adalpald, Ermanolt, Reginheri, Kipihho, Luitpald, Arahad, Reginhoh, Iſanperht, Tiso, Odolt, Hato, Reginpald, Eparheri, Rihpald, Emicho, Oadalhart, Hiltiprant. Actum eſt hoc in villa, quod dicitur Mohinga, anno glorioſiſſimi Imperatoris Hludovvici III. in Idibus Aprilis. Indict. VIIII.

NUM. CCCLII.

Traditio Heriperht Archipresbyteri, & Sigiharti Nepoti ſui in IIII. locis.

NOtum eſt cunctis in epiſcopio Sanctæ Mariæ converſantibus, qualiter Heriperht Archipresbyter pariter cum Nepote ſuo Sikihart nomine commune manu tradiderunt propriam hereditatem illorum in quattuor locis ad domum Sanctæ Mariæ ſemper Virginis, ſeu Sancti Corbiniani Chriſti Confeſſoris, quorum Sanctæ Sedis celebratur, & honore Solemniter habeatur ad Frigiſingas, ubi pius Pontifex venerabilis Hitto tunc temporis hujus Sanctæ Sedis paſtor, & Rector præeſſe dinoſcitur cum multorum venerabilium virorum præſens adeſſe videbatur tam Presbyterorum, quàm etiam Diaconorum, ſimúlque & multa caterva clericorum, pari modo & innumerabilis multitudo Laicorum in Nativitate Sanctæ Mariæ, vel die Dedicationis Eccleſiæ ſemper Virginis Mariæ, quod eſt VI. Idus Sebtembris, ibique coram cunctis in hac Solemnitate congregatis acceſſerunt jam dicti Heriperht Archipresbyter, & Sigihart Nepus ejus, & tradiderunt in altare Sanctæ Mariæ Eccleſiam, quæ ſita eſt ad Fechinga, & quicquid ad illam Eccleſiam legibus pertinere videbatur, ſimiliter & Eccleſiam ad Chuntilapuron, cum omnia, quæ ad illam pertinebat. paritérque & ad Poaſinpurron, in Alpacowe, quod ad illam Eccleſiam legibus pertinet, ſimul etiam ad Keizahu, quicquid habuerunt totum ex integro poſt illorum obitum domui Sanctæ Mariæ condonaverunt, & firmiter tradiderunt. Hæc ſunt teſtes per aures tracti: Liutpald Comis, Kaganhart, Kerhart, Erchanolf, Heipo, Sigiperht, Amo, Hasolt, Tetti, Huſinc, Hato, Pilicrim, Toto, Pern, Urſo, Reginperht, Sigur, Wichart, Alavvich, Huſſo, Oato, Iſanperht, Wigant, Petto, Sigihart. Actum eſt hæc anno glorioſi Hluduvvici Imperatoris IIII. Indict. XI. Ego Tagibertus indignus Presbyter juſſioni Venerabilis Hittoni Epiſcopi conſcripſi.

NOTA.

Ex hoc inſtrumento colligimus, tempore Ludovici Pij, & Hittonis Epiſcopi feſtum Nativitatis B. M. V. & Dedicationis Eccleſiæ Friſingenſis idem fuiſſe; cum quibus etiam coincidit feſtum S. Corbiniani Epiſcopi.

NUM. CCCLIII.

Renovatio traditionis Warmunti Abbatis, quam fecit Sindilo Presbyter.

COnſtat enim multis in epiſcopio Sanctæ Mariæ converſantibus, quia vir venerabilis Warmunt Abbas in Servitio domui Sanctæ Mariæ, ſeu Defenſorum hujus Sanctæ Sedis Epiſcoporum usque ad finem vitæ ſuæ fideliter permanſit. adpropinquante autem fine vitæ ejus omnia, quæ habuit, tam in beneficijs,

quàm

quàm propriis hereditatibus inveſtituræ jam dictæ domûs Sanctæ Mariæ in manus pij Pontificis Hittonis dimiſit. Defuncto verò Warmunto Abbate frater ejus Sindiho cum Magiſtris Johanne & Heriberto Archipresbyteris, ſeu alijs fratribus de Monaſterio Slerſeo vocato, venerunt ad pium Patrem Hittonem Epiſcopum omnes pariter uno animo ſuppliciter deprecabant, ut isdem fratribus Sindiho præeſſet cum gratia & miſericordia pij paſtoris Hittonis Epiſcopi, ſi placuiſſet veræ caritati, & bonæ voluntati illius. Ipséque pius Pontifex reminiſcens fideli ſervitio bone memoriæ Warmunti Abbatis erga domum Sanctæ Mariæ jam acto perdonavit ei beneficium quod jam dictus Warmunti Abbas habuit excepto uno loco ultra Renum flumine conſtituto. aliud verò quicquid Warmunt Abbas in beneficium jam dicto Sindihhone Presbytero coram familiæ Sanctæ Mariæ ante ejus altare congregata in ſervitio hujus Sanctæ Sedis commiſit. Ipséque ſepe dictus Sindiho Presbyter ſtatim coram cunctis ibidem congregatis acceſſit ad Sanctum altare Sanctæ Mariæ renovavit priſtinam traditionem Warmunti Abbatis, & omnia in ſimul conjunxit ſuam propriam hereditatem vel adquiſitionem, paritérque & Warmunti adquiſitionem, nihil enim extra dimiſit, ſed totum ex integro in altare Sanctæ Mariæ poſuit, & firmiter tradidit, ita dicendo, ut nullus heredum illorum ullam inquiſitionem habere poſſit de ipſa traditione, quod ipſi fideliter ad domum Sanctum perfecerunt, ſed pro redemptione animarum illorum ad hunc domum permaneat in perpetuum. Hæc autem ſunt teſtes: Walho, Waninc, Ilprant, Arnolt, Reginhoh, Petto, Nidhart, Egolt, Fritilo, Tozzi. Actum eſt hæc die conſule, quod fecit XIIII. Kalendas Auguſti, anno glorioſi Imperatoris Hludovvici IIII. Indict. XI. Ego Tagabertus indignus Presbyter conſcripſi juſſione Hittonis Epiſcopi venerandi patris.

NUM. CCCLIV.

Traditio Reginharti Diaconi ad Adalhelmeshuſir.

NOtum eſt cunctis in epiſcopio Sanctæ Mariæ converſantibus, qualiter Vir Venerabilis Hitto Epiſcopus in beneficium præſtabit Reginharto Diacono rebus proprijs Sanctæ Mariæ ſemper Virginis in loco Echinaha, quas Oadalpald Presbyter jam olim domui Sanctæ Mariæ traditum, & firmiter condonatum habuit. Nunc autem convenientiam inter ſe fecerunt jam dictus Oadalpald Presbyter, & Reginhart Diaconus, ut ipſe Reginhart propriam hereditatem ſuam, quam habet in loco nuncupato Adalhelmeshuſir domui Sanctæ Mariæ tradidiſſet. Hoc condictum inter ſe congregatis parentibus, & propinquis pervenerunt ad pium Pontificem Hittonem in publico Synodo congregato ad Frigiſinga, ibique coram cunctis in Sancto Synodo congregatis ipſe Reginhart Diaconus acceſſit ad altare Sanctæ Mariæ, & tradidit, quicquid in jam dicto loco Adalhelmeshuſir propriæ hereditatis legibus habere videbatur, eo modo, ut poſt obitum illius nullus poteſtatem habeat, ullo modo domui Sanctæ Mariæ contradicere. Accepta traditione ab Epiſcopo Hittoni ſtatim in beneficium conceſſit ambas res Reginharto Diacono, eo modo, ſi ſe ipſe Reginhart contra domum Sanctæ Mariæ fideliter cuſtodiſſet, & omni anno ad cenſum ſex denarios inde perſolviſſet. Hæc ſunt teſtes per aures tracti: Suuarzolh, Heriperht, Amprichо, Toto, Sigur, Willihelm, Luitprant, Adalger, Putilo, Hartmoat, Wichart, Wigant, Wicco, Emicho, Sigideo, Tato, Ellanheri, Juto, Meginrat, Lantrih, Huno, Deotrih, Reginperht. Actum eſt die conſule, quod facit XII. Kalendas Novembris, anno glorioſi Imperatoris Hludovvici IIII. Indictione XI. Ego Tagibertus indignus Presbyter ſcripſi juſſione Hittonis Epiſcopi.

NOTA.

Adalhelmeshuſir. Almanshauſen, Wolfratshuſiani diſtrictûs.

NUM. CCCLV.

Traditio Walthariȷ Presbyteri & Deotcozi Laici ad Rihhareshusir.

NOtum eſt cunctis in epiſcopio Sanctæ Mariæ manentibus, qualiter Waltheri Presbyter veniens ad virum venerabilem Hittonem Epiſcopum renovare, & confirmare traditionem priſtinam patris ſui, vel etiam ſuam, quam jam antea actam habuit ad domum Sanctæ Mariæ ſemper Virginis in loco Rihhareshusir, adjunxit modo omnem adquiſitionem propriam, quam jam dictus Waltheri Presbyter adquiſitum habuit, tam in mancipiis, quàm etiam territoriis, ſeu in quacunque rebus adquiſitum ſe habere viſum fuiſſet. Eadem hora acceſſit Deotcoz ad altare Sanctæ Mariæ, & tradidit coloniam mediam de propria hereditate ſua, & tertiam partem hereditatis Folmoti fratris ſui pro animabus amborum illorum, eo modo, ut poſt obitum Deotcozi firmiter ſine ulla contradictione ad domum Sanctæ Mariæ deſerviret, prohibere poteſtatem nullus habere poſſit. Hæc autem ſunt teſtes per aures tracti: inprimis Walho, Reginperht, Isangrim, Gammo, Adalunc, Willipato, Alavvih, Crimuni, Wigant, Wicco, Adallcoz, ipſe jam dictus Deotcoz, frater Petto. Actum eſt hæc die conſule, quod facit XV. Kal. Septembris, anno glorioſi Imperatoris Hludovvici IIII. Indictione XI. Ego quidem Tagibertus indignus Presbyter ſcripſi juſſione Hittonis Epiſcopi.

NUM. CCCLVI.

Traditio Engilberti Presbyteri, & Heriberti ad Altheim.

EOdem quoque die, atque eadem hora venerunt duo fratres Engilperht Presbyter, & frater ejus Heriperht de partibus meridie di vico nuncupato Altheim Steincoi ad virum venerabilem Hittonem Epiſcopum Dei omnipotentis querentes miſericordiam, & Sanctæ Mariæ Matris Chriſti, eò quod ipſi jam dicti non habuerunt naturalem heredem, elegerunt ſibi ſpiritales heredes jam dictam matrem Domini Mariam, & beatum Corbinianum Confeſſorem Chriſti, & tradiderunt commune conſilio, atque voluntate omnia, quodcumque legibus proprie hereditatis habere viderentur, nihil enim in cultis rebus illorum, quodcunque habere videbantur, extra dimiſerunt, ſed totum ex integro domui Sanctæ Mariæ, quod ſitum eſt in caſtro Frigiſinga condonaverunt, & firmiter tradiderunt, ut haberent ſpiritualiter in cœlo, quod corporaliter in terra habere non merentur. Ita enim dixerunt, ſi aliquis aliquando de his rebus agere contrariæ temptâſſet, aut aliquid de hac domo Dei abſtrahere, vel minuere voluiſſet, cum eis communicet cauſam in judicio, quos nunc heredes electos habemus. Actum eſt hæc die ſupra dicto XV. Kalend. Septembris, anno Hluduvvici Imperatoris IIII. Indictione XI. ipſis ſupra ſcriptis teſtibus in præſentia videntibus. Tamen iſtos per aures traximus: Walho, Sigur, Petto, Sigivolch, Reginperht, Kerperht, Gammo, Wicco, Frumolt Clericus, ſcripſi autem ego Tagibertus indignus Presbyter juſſione venerabilis Hittonis Epiſcopi.

NUM. CCCLVII.

Traditio Mezzi ad Undeoingas domui Sanctæ Mariæ.

DIvino nutu, larga Dei pietatis clementia conpunctus quidam nobilis vir nomine Mezzi, quando Deo adjuvante iturus erat ad Toronam pro indul-

Digitized by Google

dulgentiam delictorum ſuorum, venit quoque ad cenobium Tegarinvvac ibidem commorante Hittone Epiſcopo, & tradidit Deo, & Sanctæ Dei genetrice, nec non Sancto, & præclaro Confeſſore Chriſti Corbiniano propriam alodem in loco nominato Undeoinga in manus Hittonis Epiſcopi. Si in ipſo itinere vitam finiret, extimplo præter ullam contradictionem ad Frigiſenſem ſedem firmiter tenetur, nam etiamſi rediret, in ſua poteſtate haberet uſque ad obitum ſuum. Tamen poſtea quicquid in ſupra dicto loco habere videtur, omnia ex integro tuta, & permanentia ad præfatam domum beatæ Mariæ perdurarent. Reverſus verò cæpit diligentiſſimè præcogitare, quod nulla alteratio inde non emergeret, & pervenit ante Hittonem Epiſcopum, & coram cunctam Congregationem Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas, & renovavit priſcam, quam jam olim exhibitam habuit traditionem, & iterum in altarem Sanctæ Mariæ tradidit, & ſtabilivit eisdem ſermonibus, ſicut priùs, quòd de poſteris, nec de heredibus ejus nullus hanc traditionem inmutare potuiſſet, ſed inconvulſum perſtitiſſet, teſtibus iſtis: Sigiperht, Rumolt, Einhart, Emicho, Isangrim, Wichart, Epatheri, Ellanperht, Irminheri, Diudolf, Lantpald, Reginhoh, Johan Archipresbyter, Anno Diaconus, Emicho, & alii plerique. Actum ſub imperio Hludovvici Imperatoris anno IIII. in IIII. Idus Aprilis. Indictione X.

NOTÆ.

Undeoingas. videtur ſignificari Inding, in Præfectura Schvvabenſi, ut jam alibi notavimus.
Ad cenobium Tegarinvvac. de hoc jam occurrit mentio N. 331.

NUM. CCCLVIII.

Traditio Hrodheri Presbyteri ad Phetarach.

DUm & omnibus non habetur incognitum, ſed multis in epiſcopio beatiſſimæ ſemper Virginis Mariæ bene eſt cognitum, qualiter vir venerabilis Hrodheri Presbyter tradidit propriam hereditatem ſuam in loco Pheterach, Eccleſiam cum domo, vel quicquid ad hanc Eccleſiam legibus pertinere videbatur, nihil ex omnibus propriis rebus prætermiſit, ſed totum ex integro domui Sanctæ Mariæ firmiter condonavit, & tradidit in manus Hittonis venerabilis Epiſcopi, & cum veraces teſtibus, in quorum præſentia hoc actum eſſe notum eſt confirmavit, quorum nomina hæc ſunt: Kaganhart, Hato, Kerhoh, Kipihhoh, Liutpald, alius Liutpald, Petto, Wicco, Cozrat, Putilo, Sintar, Wizzilo, Uto, Pupo: Reginpald, Engilhart, Erchanolt, Kepahoh, Adalperht, Iſanhart Clericus. Actum eſt in II. Nonas Octobris anno glorioſi Imperatoris Hludovvici IIII. Indictione X. Tagibertus ſcripſit.

NUM. CCCLIX.

Traditio Coteperhti ad Asinhuſun.

SIt quoque omnibus in dioceſe beate Mariæ manentibus ſatis dilucidatum, qualiter quidam homo nomine Cotaperht ſuam, quam jam dudum peragit traditionem iterum renovavit, & quicquid eum in contra filios ſuos in portionem contingit, vel undecumque adquiſivit ſuæ dominationi, hoc totum ex integro domui Sanctæ Mariæ tradidit in loco nominato ad Asinhusun cum omnibus ſibi interjacentibus. Simili modo & filius ejus Haduperht per omnia, quod ſibi in jurem, & poteſtatem de paterno, vel materno hereditate advenit, eo modo, quatenus horum quisque longiùs viveret, ad ſuum utique uſum, quàm & ad ſervitium præfate domo beatæ Mariæ teneret, tamen verò prædictus Cotepertus humiliter poſtulans, dicens, ſi filiæ ſuæ neceſſitas eveniſſet:

d by Google

niſſet: quod ejus annonam in ſua parte haberet. Teſtes Walho, Reginhoh, Snelhart, Cozrat, Unforht, Wicco, Kepahoh, Marcho, Alpker, Adolf, Hramperht, Eigolf, Iſanhart. Actum eſt hoc in pridie Kalendas Octobris Indictione XI. imperio ſiquidem anno Hludovvici Imperatoris IIII.

NUM. CCCLX.

Traditio Sindperhti Presbyteri ad Hohinreinne.

NOtum eſt cunctis in Epiſcopio Sanctæ Mariæ converſantibus, qualiter Sindperht Presbyter tradidit propriam hereditatem ſuam in loco Hohinreini ad domum Sanctæ Mariæ ſemper Virginis, ſeu ad corpus beati Corbiniani Confeſſoris Chriſti, hoc eſt Eccleſiam cum domo, vel quicquid ad ipſam Eccleſiam legibus pertinere videbatur, ipſéque jam dictus Sindperht Presbyter eo modo hanc traditionem peregit. Surrexit in publico Synodo ad Frigiſinga congregato in præſentia viri venerabilis Hittonis Epiſcopi, paritérque in præſentia cunctorum, qui in eodem concilio congregati adeſſe videbantur, & tradidit, quicquid juſtè & legitimè in jam dicto loco Hohinreini proprie hereditatis vel adquiſitionis habuit, nihil enim ex cunctis prætermiſit, ſed totum ex integro domui Sanctæ Mariæ tradidit, & firmiter condonavit. Hæc ſunt teſtes per aures tracti: Suuarzolh, Heriperht, Ampricho, Toto, Sigur, Willihelm, Luitprant, Adalker, Putilo, Hartmoat, Wichart, Wigant, Wicco: Sigideo, Tato, Ellanheri, Actum eſt hæc in XII. Kal. Novembris, anno glorioſi Imperatoris Hludovvici IIII. Indict. X. Ego quidem Tagibertus indignus Presbyter hanc traditionem ſcripſi juſſione Epiſcopi.

NOTA.

Hohinreine. fortè Hehenrein, aut vicus Wolfratshuſiani: aut arx Aiblingenſis diſtrictûs.

NUM. CCCLXI.

Redditio Cotaberti Otmareswanc.

NOtum eſt cunctis in domo manentibus Sancti Corbiniani tam præſentibus, quàm etiam abſentibus, qualiter Cotaperht reddidit ſuum beneficium, quod accepit de domo Sanctæ Mariæ in manus Hittoni Epiſcopi in loco nuncupante Otmareshard in manus fidejuſſoris conpoſuit Hatoni, quicquid ibidem adtractum, emelioratúmque repertum fuerit, cum talia veſtitura, qualia miſſus Domni Hittonis Epiſcopi ibidem inveniret. Deinde venit Coteperht, & tulit vvadium in manu ſua, & tradidit in manus Hittoni Epiſcopi equalem cauſam de ſuæ propriæ juris alode ad domo Sanctæ Mariæ, quod ſibi de paterno, vel materno accidiſſe videbatur, & fatebat ibi coram Domno Hittone Epiſcopo, ut veniret ad Eccleſiam Sancti Corbiniani, & ibi in præſentia eorum illam traditionem renovaret, & tunc ibi conplacitaret contra venerabilem Hittonem Epiſcopum, & congregationem ejus, ut ambos res ad domo Sanctæ Mariæ in beneficium recepiſſet, ut ille ipſe, & filius ejus, quouſque in hac fragili vita degerent, ad eorum uſum, & poteſtatem haberent, & poſt obitum eorum abſque ulla contradictione firmiter teneatur ad domo Sanctæ Mariæ, & hoc cum teſtium munitione firmavit, quorum nomina hæc: Luitpald Comis, Kaganhart, Anno, Reginperht, Kernand, Uto, & alii plerique videntes hoc, & audientes, qui ibidem adfuerunt. Actum eſt hoc in loco nominato ad Pritilinpach, XVIII. Kalendas Februarii, Luna XVIII. anno Hludovvici Imperatoris IIII. Indictione XI. Ego Pirhtilo ſcripſi.

NUM.

Digitized by Google

NUM. CCCLXII.

Traditio Arpionis Clerici Dahawa.

VEniente quoque Arpione Clerico ad domum Sanctæ Mariæ in caſtro ſito Frigiſingas, ibíque coram multis adſtantibus reddidit in manus Hittoni Epiſcopi, quicquid ſupra dictus Clericus, & Soror ejus nomine Erchana beneficii, vel illorum proprie adquiſitionis habere viſi ſunt in loco, qui dicitur Dahavva, totum ex integro ad prædictum domum reliquit. Tum præfatus Epiſcopus proprium famulum ſupra memorati domui hanc rem obſidere fecit ad prædictum domum Genetricis Dei Mariæ. Actum eſt hoc ſub die conſule quod eſt V. Kalendas Februarii, Indictione X. anno regnante Hluduvvico Imperatore IIII. præſentibus iſtis: Orendil Comis, Rumolt Judex, Spulit, Nothart, Deotrih, Reginpald, Eparheri, Marcho, Willahram, Fater, Cotefrid.

NUM. CCCLXIII.

Traditio Emilonis ad Mahaleihhinga.

DUm multis incognitum non habetur, ſed bene notum eſt, qualiter quidam nobilis vir Emilo ſuam propriam ſcilicet hereditatem in loco Mahaleihhinga tradidit, atque firmavit ad domum Sanctæ Mariæ conſtructum in loco Frigiſinga, quicquid in ſupra dicto loco legibus præſente tempore jure facultatis, ſeu etiam adquiſitionis habere videtur, undecumque eum eveniſſet, hoc funditus per omnia, & in omnibus ad memoratum domum beatæ, & intemeratæ Virginis Mariæ perpetua ſtabilitate pro remedium, & pro æternam inter Sanctos Dei mereare partem confirmative ibidem conjunxit, nihil enim prætermittens, præter puerulo parvulo, eo tenore, ut ille ipſe & Uxor ſua, quorum nomina inſeruntur hic, Ellanrih, Anno, Magana illorum quilibet & alteri ſuperſtis fuerit, ad ſuum uſum & poteſtatem haberet emeliorare & ampliare. Poſt diſceſſum verò ab hoc crepuſculo quicquid ibi adtractum, aut adqueſitum inventum fuiſſet, firmiter ad notatum edem permaneret. Hæc ſunt teſtes per aures tracti: Alprih, Kejo, Freſo, Liutunc, Reginperht, Wetiant, Wiſurih, Reginhelm, Putilo, Amalo, Waltrih, Kerhuuas, Nidhart, Ekkihart, Oadalrih, Hugi, Seliperht, Engilnot, Wicperht. Actum eſt hoc in villa, quod dicitur ad Poahhe, ſub die conſule, quod eſt XII. Kalendas Majas, Indictione X. anno IIII. Hludovvici Imperatoris imperij.

NUM. CCCLXIV.

Traditio Ascrih Presbyteri ad Kyſalpah.

IN nomine Dei Summi & excelſi. Ego itaque Ascrih Presbyter cogitans, vel tractans, qualiter aliquam indulgentiam delictorum meorum apud pio, & propitio Domino adipiſcere merear, & ad aditum æternæ manſionis, quam Chriſtus ſua morte, & reſurrectione omnibus ſibi credentibus, etiam ſuis nempe præceptis perſeverantibus patefecit, pervenire potuiſſem, quapropter Deo omnipotente, & Sancte Dei genetrice intemerate Virginis Mariæ, & Sancto Corbiniano electo Confeſſore Chriſti propriam alodem tradidi ad Frigiſinenſem, atque perpetualiter firmavi in loco, qui dicitur Kysalpach, quicquid ibidem habere agnoſcitur, hoc eſt terris, ſilvis, campis, pratis, paſcuis, mancipiis, quorum nomina hîc notantur: Reginhart, Perahart, Croant, Alaman, Anna, Willidrud, Imma, Lantpurc cum omnibus ibidem commanentibus ad ſupra memoratum locum tradidi, atque deligavi jure perpetuo, eo tenore, quod ego

ego ipſe, & mater mea nomine Chriſtina, quouſque in hac caduca converſatione degimus, ad noſtrum uſum, & poteſtatem habemus uſitare, & emeliorare. poſt noſtrum quoque tranſitum, quicquid ibidem adtractum, emelioratúmque repertum fuerit, ad ſupra dictum domum Sanctæ Mariæ firmiter tenetur. Si quis verò contra hanc traditionem noſtram, quam nos ad prædicto domo pro remedium animæ noſtræ, & anteceſſorum noſtrorum de ante dicta re agimus per qualibet ingenium, aut articulum ſicut mundum cotidie artibus, & ingenijs ambulare exquiritur, venire, aut infrangere conatus fuerit, cum Deo, omniúmque Dominorum Domino ſicut rationem reddens, & hæc traditio nihilominus firma permaneat. Et hæc ſunt teſtes per aures tracti: Juſip, Sigihart, Reginhart, Pernolf, Friduperht, Netchar, Paldheri, Chulpinc, Cundhart, Reginperht, Isker, Deotrih, Willipato, Heriperht, Ampricho, Selprih, Emicho, & alij multi. Actum eſt hoc VIII. Kalendas Martij, Indict. X. anno Hludovvici Imperatoris IIII. Imperij ejus.

NUM. CCCLXV.

Traditio Coteſcalchi, & Deotpaldi. & quomodo Toto, & Ribheri, & Aſcrih adquiſitionem contra placitaverunt.

FUlciti divina videlicet conpunctione inſtincti quidam Laici nobili homines nomine Coteſcalch, & frater ejus Deotpald ceperunt cogitare, quomodo apud pio Domino delictorum ſuorum indulgentiam adipiſcere, & rectum tramitem ad regna cælorum intrandi mereantur. ob hoc venerunt ad Frigiſingas, ubi Domnus pretioſus Corbinianus in corpore requieſcit, vel ibidem præeſt venerabilis Hitto Epiſcopus cum norma plurima Monachorum ad laudes Chriſti canendas, & tradiderunt ad domum beatæ, & inviolabilis Mariæ, & pro remedium animarum ſuarum in loco nominato Mezinga, quicquid ibidem jure dominationis habere noſcuntur, quod contra fratrem ſuum ſibi proprie alodis uſurparent, hoc ipſud cum omni integritate, ſeu ſtabilitate ad præfatam domum deligaverunt, nec non perpetualiter firmaverunt, ut deinceps prædictus Epiſcopus, quicquid placuiſſet, & poteſtatem haberet exhibendi. Hoc actum coram publico Synodo ſub die conſule, quod eſt in VIII. Idus Novembris, Indictione XI. anno clariſſimi, atque pijſſimi Hludowici Auguſti principatum tenenti IIII teſtibus iſtis: Luitpald Comis, Hato, Drudolt, Isker, Heriperht, Walho, Eparheri, Rihpald, Tuato, Ampricho, Engilrih, Meginhart, Irminperht, Ellant.

Eodem quoque die Toato, & fratres ſui Rihheri, & Ascrih eorum adquiſitionem contra placitabant, quam habuerunt pro Eccleſiam in loco nominato Tân in honore Sancti Pancratij dedicata ad Hittonem Epiſcopum, & ſemetipſos, & Succeſſores eorum adſcitos fecerunt coram multis, & coram ipſis ſupra ſcriptis teſtibus hoc firmiter confirmaverunt.

NUM. CCCLXVI.

Traditio Jannuloni ad Halle Silvæ pars.

SIt quoque omnibus honorabilibus viris in Bajovvaria commorantibus declaratum, qualiter quidam homo nomine Jannulo ſuam utique propriam ſilvam ad domum Sanctæ Mariæ tradidit pro remedium animæ ſuæ, quantumcunque eum ſilvis in portionem evenit, & genitor ejus ſibi reliquid in loco, qui dicitur Hál. hoc quoque funditus ad prædictum domum beate Mariæ in caſtro

Digitized by Google

ſtro ſito Frigiſinga tradidit & firmavit, & hanc traditionem in manus per Wadium Deotmari nepoti ſuo commendavit, quatenus in altarem beatæ Mariæ conſtitueret, vel etiam veſtituram dimitteret, & firmiter confirmaret, quod ita & fecit teſtibus iſtis: Sigur, Cundhart, Walho, Cammo, Reginhoh, Willipato, Reginperht, Kerperht, Wicco, Marcho, Sigifolch, Engilhart, ceteriſque multi. hoc actum in XVII. Kalendas Septembris, anno quidem imperij Hludowici Ceſaris IIII. Indictione XI.

NUM. CCCLXVII.

Traditio Otkeri Presbyteri.

SAerum & memorabile concilium divino nutu in Frigiſenſe congregatum tam Presbyterorum vel cunctorum ſcilicet Eccleſiaſticorum ſub ditione Hittonis Epiſcopi commorantium præveniente & ſubſequente Chriſti gratia tractare, atque inſtituere, quæ Deo placita ſunt, & hominibus ſalubria. Contigit namque Otkerum Presbyterum ibi interfuiſſe, tunc tamen ſurrexit ſonando, & ſuggerando omnibus ad hoc Synodo venientibus, qualiter ſuam hereditatem, vel adquiſitionem temporibus Taſſiloni Ducis ad domum beatæ & inviolabilis Mariæ tradidit, atque donavit, & his coram memoratis renovavit, nec non obnixe rurſum tradidit, ſeu firmavit ad præfatam domum, ut nulla depravatio, aut fraudatio exinde non eveniſſet, poſtquam ipſe & frater ejus Willipald vitam finiſſent, ſed tamen præfatam alodem jacentem prope fluvio Semita in loco, qui dicitur Hohinprugka cum omnibus ibidem commorantibus poſt obitum ſuum firmiter ad poteſtatem Sanctæ Mariæ, & illorum, qui præeſſent illo domo funditùs haberent. Actum eſt hoc in præſentia, quorum nomina hîc inſeruntur: Meginhart Abbas, Sigimot, Warmunt Abbas, Johan Archipresbyter, Heriperht Archipresbyter, Seacco Presbyter, Reginperht Presbyter, Altman, Hunolt Presbyter, Iſaac, Ekkihart, Reginolf, & alij Presbyteri innumerabiles, teſtes: Heriperht Comis, Rumolt, Kaganhart, Sigideo, Emicho, Regino, Diudolf, Lanfrid, Wichart, Emicho, Aſolt, Hericco. Anno glorioſiſſimi Hluduvvici IIII. & in Bajovvaria Hlodhario filio ſuo regnante anno II. Indictione XI.

NOTÆ.

Meginhart Abbas. Tegernſeenſis.
Sigimot. Abbas Moſpurgenſis.
Warmunt Abbas. Schlierſeenſis.

Poſt NUM. CCCLXVII.

Traditio Agoni Laici, & traditio Rihpaldi Presbyteri.

VOcante vel nuntiante divina gratia in multis, varijsque imminentibus periculis adpropinquantem mundi terminum, ut unusquisque de ima, quæ velut ſtercora evaneſcunt, animum ſuum ad celeſtia manſura elevaret, quia unicuique incertus dies exitûs ſui conſiſtit. Quamobrem ego itaque Aogo, & prolis meus Engilperht tradidimus ad domum beatæ Mariæ conſtructam in loco nomine Frigiſinga, ubi Hitto Epiſcopus præeſſe cernitur, tertiam partem de rebus omnibus propriæ alodis ad ſupra dictum domum jure perpetuo deligavimus, atque donavimus in pago nuncupante ad Wangom, hoc eſt terris, ſilvis, campis, pratis, paſcuis, mancipias II. & III^{um} dimidium, ut in evum inconvulſum perduraret. Sed poſtea noſtra fuit petitio, & larga pietas præfati Epiſcopi non denegavit, ut ipſam rem, quam ego & filius meus tradidimus, nobis habere usque ad obitum noſtrum licuiſſet, quod ita conceſſit, & aliam rem, quam Waltilo Presbyter habuit, eidem filio Aogoni nomine Engilperht feneravit

vit in beneficium, in loco qui dicitur Toalpach uſitare, & emeliorare, eo tenore, ut poſt obitum illius una cum ſua adquiſitione, quicquid ibidem adtractum, emelioratúmque repertum fuerit, absque aliqua contradictione firmiter perſtitiſſet ad domum Sanctæ Mariæ. hoc factum fuit ſub die conſule, quod eſt in VI. Kalendas Aprilis, Indictione X. anno Imperij Hluduvvici Auguſti IIII. Et hæc ſunt teſtes per aures tracti: Liutpald Comis, Fritilo, Kamanolf, Reginperht, Cundhart, Deotrih, Huſinc, Cozrat, Ermanolt, Alpheri, Rihlant, Hungis, Otolf, Liutprant, Engilrih, & alij plerique.

Eadem quoque hora Rihpald Presbyter cum ſuo defenſore nomine Deotrih promptus adfuit, & tradiderunt communiter territorium ad ſupra memoratum domum, quam pretio conparaverunt ad Reginperhto jacentem p ope Waldkeri Eccleſiam. Similiter Reginpertus tradidit, quicquid ſupra fuerat in eodem loco, unde pecuniam non accepit perpetualiter ad prænominatum domum firmavit, præſentibus ipſis ſupra ſcriptis teſtibus.

NOTÆ.

Wangem. fortè Wangen, in diſtrictu Starenbergenſi.
Toalpach. Tulbach, in Moſpurgenſi.
Prope Waldkeri Eccleſiam. nempe Walckerskirch, in Præfectura Crantſpergenſi.

NUM. CCCLXVIII.

Qualiter Waldker reddidit Eccleſiam ad Pahbu, Chuniperht contendebat cum Epiſcopo, vel quomodo Epiſcopus Waldbertum evindicabat in Servitium.

COnvenientibus viris nobilibus Hittone utique Epiſcopo, verùm etiam Liutpaldo Comite in loco juxta fluvium Pheterach multorum ibidem confluentium pacificare contentiones, quàm etiam in caput conponere, ne aliquid deterius contigiſſet. Interea igitur ſurrexit Advocatus Epiſcopi nomine Wichart, & interpellavit quidam hominem, nomine Waldker, dicens, quòd injuſtè curtem, vel domum Eccleſiæ, quæ ſita eſt in loco nomine Pach, intraret, & proprium Servum Sanctæ Mariæ vapularet. Ille autem dicens hanc Eccleſiam cum omnibus ad eam pertinentibus ſuam propriam eſſe. Tunc interrogavit eum Liutpaldus Comis, utrùm ille vel Epiſcopus veſtituram haberet? ille verò coram cunctis tribus vicibus fatebat, ſe hanc veſtituram firmiter tenere. tunc Epiſcopus & Liutpaldus arceſſerunt illos homines, qui hanc cauſam optimè noverant, eosque jurare fecerunt in reliquiis, & ut veritatem hujus rei omnibus publicè oſtenderent, quorum nomina hæc ſunt: inprimis Chuniperht, Haholf, Wicco, Reginperht, Kerperht, Alavvih, Iſſo, Egilperht, Job, alius Alavvih, Pern, Memmo, Ampricho, Petto, Rihhuni, Wichart, Erchanhart, & poſt Sacramentum factum dixerunt, quòd temporibus Karoli Imperatoris Atto Epiſcopus eam poteſtativè haberet, & ſuo Presbytero Toto in beneficium præſtitiſſet. Similiter & Hittonem Epiſcopum in datum Karoli, & poſt eum Hludovvici Imperatoris usque Waldker injuſtè inde de veſtiſſet. his auditis Sanxerunt populi: Hittonem Epiſcopum, & Defenſorem ejus veſtire debere. tunc videbat, quòd nequaquam optinere poterat, quod volebat, ſed juſto judicio ſuperatus reddidit ipſam Eccleſiam cum omnibus adjacentibus in manus Epiſcopi & Defenſoris ſui, fidejuſſor Wolfleoz vvadiavit omnia ſimilia, item Wolfleoz fidejuſſor pro altare xL. Solidos, item Wolfleoz fidejuſſor. die verò eadem legitimum miſſum Epiſcopi veſtivit cum corda, unde Signum tangitur, cum domibus, ædificijs, curtiferis, mancipijs, pecoribus, & ſe ipſum in evum abſacitum fecit.

Eodem

Eodem verò die contentio inter Hittonem Epiſcopum, & Chunibertum definitum eſt pro territorium, quod Chunibertus injuſtè præripuit, reddidit in manus Haholfi Defenſoris Epiſcopi, & omnia ſimul præſentibus iſtis: Wago, Chuniperht, Cundpald, Engilman, Ambricho, Crimuni, Wicco, Urſo, Memmo, Chadol, Toto, Tagaperht, Iſſo, Walho, Liutpald, Adalunc, Herirat, Altuni, Chuniperht, Liutpald, Cauzo, Salomon, Alavvih, Mahtperht, Durinc, Irminfrid, Nidhram. Indè verò Epiſcopus, & Liutpaldus venerunt ad Kyſalhardum Comitem, ubi publicum placitum habuit ad Adalkereshuſun, ibíque Epiſcopus & Defenſor ejus Reginperht queſierunt Waldperhtum ad ſervitium, dixerunt, quòd pater illius in ſervili famulatu vitam finivit. hoc audientes prædicti Comites, vigilanti animo, ac ſollerti cura ſciſcitabant hanc rem, & juſſerunt eos præſentari, quibus hæc cauſa cognita eſt, & nota erat. Iſti ſunt qui juraverunt: Situli, Pernolf, Cundheri, Wichart, Reginperht, Memmo, Frecholf, Erlunc, Altrih. Poſtea ajunt, quòd genitorem illius proprium ſervum Sanctæ Mariæ ſcierint, & in hujus domui ſervitio hanc lucem deſerere, ſimiliter & Waldpertum natum ejus fieri debere, hoc ipſud Liutpald Comis, Wago, Deothart, Kaganhart per Sacramentum Dominicum teſtificaverunt, videntibus iſtis: Haholf, Pernolf, Adalperht, Hitto, Reginperht, Situli, Walho, Durinc, Hatto, Cundheri, Piligrim, Engilpern, Deotrih, Anthelm, Liutpald, Deotpald, Tetti, Adalhart, Mahtperht, Kerhoh, Heilrih, Cartfrid, Oadalſcalch, Soamperht, Ratkis, aliíque innumerabiles. Tunc præfati Comites dixerunt, Hittonem Epiſcopum ſuum tollere jubere hominem, & talem ſervitium inmitti, ſicut deberet ſervus agere, quod ita & fecit. Actum eſt hoc ſub die conſule quod XVII. Kal. Octobris, anno glorioſiſſimi Hludovvici regnum regente V. Indictione XII.

NOTÆ.

Jurare fecerunt in Reliquiis. Super Sanctorum Reliquias præſtari olim ſolita fuiſſe juramenta, notius eſt, quàm ut eruditi moneri debeant.

Cum corda, unde ſignum tangitur, id eſt, fune, quo campana agitatur. Hunc inveſtiendi modum fuiſſe eo tempore uſitatum, alibi diximus.

Abſacitum fecit. nempe, ut opinamur, *poſſeſſione exuit.*

Adalkereshusun. neſcio, an Alershauſen, de quo jam ſæpiùs dictum. Nomina locorum, quæ coaleſcunt ex quodam nomine proprio, & vocula *Husun*, quale eſt Adalkereshuſun, ſæpenumero non ſatis indicant, quis locus hodie ejusmodi vocabulis deſignetur? *Husun* idem eſt, ac Domus. *Adalker* eſt nomen proprium viri: ut Adalkereshusun idem ſit, ac *Adalkeri domus.* Jam verò domus, quæ aliquando fuit Adalkeri, potuit poſtea fieri v. g. Petri, & dici *Petershusun*: & ſic tranſire ad plures; id quod contigiſſe ſæpiùs, certiſſimà experientià tenemus. quis igitur hodie aſſequetur, qualis locus ſub ejusmodi vocabulo hodie denotetur? niſi aliunde fundamentum, aut gravis conjectura accedat? quæ ratio eſt, ut hodie plura id genus nomina, aut loca iis deſignata ignoremus.

NUM. CCCLXIX.

Donatio Andreæ Epiſcopi in locis nominatis ad Swindaha, & Aſc.

IN nomine Patris, & Filij, & Spiritûs Sancti. Hludovvicus Sereniſſimus Auguſtus, & Dei providentia Imperator imperante eum in Italia anno quinto, menſe Auguſto, per Indict. XI. feliciter. Metuendo, ac terribili omnipotentis Dei valde timenda ſunt judicia, ut dum in hoc ſeculo moramur, illa poſſemus diſponere, vel quando dies exitus noſter nos injunxerit inparatos nos minimè inveniat. Pro ideo ego in Dei nomine Andreas Chriſti miſericordia humilis Epiſcopus conſideravi hujus vanis, & fragilitatis ſeculi, ut nec me repentina mors inparatum inveniat, aut nec me ille Seductor radix iniquus rapiat ut Leo animam meam, ita nec ad perpetuam pœnam perducat, ſed interceden-

te angelica voce ad dexteram pietatis gregis ſuæ jubeat nos numerari, & in conſortio beatorum, deinde ordinationem, atque offerſionem facere viſus ſum de rebus, vel ſubſtantiam, atque pecuniam, quam habere videor in proprietario nomine de Parentibus meis in Bajovvara, in locis nominatis Svvindaha, & Aſc, aut undecumque ad me juſto ordine pertinere videtur, in ſupraſcripta fine vel judiciaria Bajovvarienſe, qualiter, vel quomodo poſt meo deceſſo eſſe debeat pro refrigerio animole meæ. Primis omnium volo, atque diſcerno, ut fructuario nomine diebus vitæ meæ de omnes res meas in mea reſervo poteſtatem uſufruendi, nam non alienandi ipſis rebus, hæc volo igitur, ut ſit in mea poteſtate ordinando ipſis rebus in uſufructu in unum hominem, qualem ego melius prævidero, per conſenſu Venerabili Hittoni Epiſcopi, vel de ejus Succeſſores, qui habeat ipſis rebus poſt meo deceſſo uſufructuario nomine, nam non alienandi, vel aliquid ſubtrahendi de ipſis rebus, & faciat exinde talem elymoſinam, qualem ego per meam ordinationem diſtribuero vel ordinavero ipſe homo, in quem ego ipſis rebus in uſufructu dedero, tantum exinde faciat ipſe homo, quicquid voluntas mea fuerit adjudicandum, & reſervo mihi tantum modo in meam poteſtatem, ut licentiam habeam ego de ſervos vel ancillas meas ad liberos, vel liberas demittendi, quantos vel quales ego voluero, vel providero, & cui ego libertatem fecero, libertas illi permaneat, nam id quod ſupra ſignavi deſuper ſcriptis rebus volo, ut poſt meum, vel ipſius hominis, in quem ego ipſis rebus in uſufructu poſt meum deceſſo ordinavero, ut omnes res, vel ſubſtantias meas, tam caſas dominicales, ſeu ceſpitales cum diverſiſque territoriis ad ipſas caſas pertinentes, ubi ubi per ſingulas locas habere viſus ſum, ut ſupra dixi in fine Bajovvaria omnia in integro deveniat pro refrigerio animæ meæ in domo vel Eccleſia Sanctæ Mariæ in Frigiſingun, ubi corpus beati Corbiniani quieſcit, & ubi Venerabilis Hitto Epiſcopus præeſſe videtur, & volo, ut à præſenti die ipſe Hitto Epiſcopus, vel qui pro tempore in ipſo domo poſt ejus deceſſu fuerit Epiſcopus, habeat poteſtatem ipſis rebus ordinare, vel defenſare, aut bene diſponere, ſicut alias eccleſiaſticas res in eo ordine, ſicut ſuperius legitur, ut uſufructu ipſis rebus diebus vitæ meæ in mea ſit poteſtate, vel in ipſius hominis, in quem ego ipſis rebus judicavero uſu fructuandi. nam poſt noſtro amborum deceſſu, ſicut ſuperius legitur pro refrigerio animole meæ firmo, & ſtabile permaneat omni in tempore, & numquam mihi liceat nolle, quod ſemel bono animo ordinavi, aut diſpoſui, ſed præſens mea ordinatio ſtabilis permaneat. Quam enim paginam ordinationis, ſeu diſpoſitionis ad omnia ſupra ſcripta Petro Presbytero ſcribere commonui, & manu mea propria ſubter ſcripſi, & teſtes rogidis obtuli roborandam. Actum in Italia in Civitate Vincentia, regnum, & indictione ſuper ſcripta. Ego Andreas humilis Epiſcopus in hanc paginam ordinationis a me facta manu mea ſubſcripſi ✠ ſignum ✠ manûs Johannis teſtis ✠ ✠ ſignum manûs Rudolfo teſtis ✠ ſignum ✠ manûs Cundharti Comitis teſtis. Ego Kiſulfus Diaconus ex juſſione domni Andreæ Epiſcopi manu mea ſubſcripſi. Ego Petrus indignus Diaconus ex ore domni Andreæ manu mea ſubſcripſi. Ego Johannis indignus Diaconus ex juſſione Domni Andreæ Epiſcopi manu mea ſubſcripſi ſignum ✠ Hungario teſtis. Scripſi ego, qui ſupra Petrus indignus Presbyter hanc paginam ordinationis, & ſubſcripſi, atque conplevi.

Iterum ob quam cauſam confirmandam direxi miſſum meum, nomine Hringolf & eum poteſtativum ac legitimum Advocatum feci de ſupra dicta cauſa mea, quódque Hittonem Epiſcopum, qui præerat domo genetricis Dei Mariæ plenè, atque perfectè veſtiret, ſeu etiam ſuæ dominationi redderet, & quicquid propriè hereditatis aut adquiſitionis habere videtur in locis nominatis Svvindaha, & Aſc. Tunc quoque contigit, prædictum Epiſcopum, verùm etiam & Job Comitem in ſimul venire in loco fato Svvindkirha, ibſque jam dictus

dictus Hringolfus obviam Epiſcopo pervenit, & narravit omnia, quæ ſibi à Domino ſuo peragere, ſeu etiam pleniter, ac firmiter injuncta fuerant exercere, & per vvadium omnia ex omnibus tam de alode, quam & de conparato, ſeu de qualibet adtracto ad ſe ibidem continebat. hoc quoque funditus in manus præfati Epiſcopi, & defenſorum ſuorum Sigeberti, & Liutpranti relaxavit, ac legitimè veſtivit ad prædictum domum beatæ Mariæ. Job fidejuſſor. Inde enim perrexit Epiſcopus, & ceteri multi nobiles viri cum eo ad ſupra memoratum locum Svvindaha, & prædictus miſſus pariter cum eo, & Eccleſiæ veſtivit Epiſcopum, & jam dictos defenſores cum corda, unde ſignum tangitur, domui quoque cum omni integritate, vel ſoliditate penes una columna, fidejuſſores Eparheri, Scrot. Inde verò tranſivit ad Arke, & veſtituram, ac poteſtatem pro uno aſſere ſuſcepit. Ea quoque ratione, ut ille ipſe Andreas, quousque in hac fragili vita degeret, ad ſuum uſum, & poteſtatem haberet, poſt obitum verò nempe ſuum, unicuicumque voluiſſet conplacitare in ſuo arbitrio fuiſſet, & hoc cum tam magno cenſu, quàm igitur & ſervitio, ſicut familia vel Rector domui beatæ Mariæ decreviſſet, poſt his duobus firmiter ac ſtabilis fuiſſet ad Frigiſinga. Actum eſt hoc præſentibus iſtis: Johan, Heriperht Archipresbyteri, Ascrih, Wiſunt. Jacob, Selprat, Waldker Presbyteri, Anno, Nidperht, Undeo Diaconi. Anulo, Sigihart Subdiaconi. Laici Joſeph, Hrodheri, Fater, Adalhoh, Wolfolt, Toto, Hunperht, Diudolf, Snelhart, Walho, Adalunc, Reginhoh, Ampricho, Kepahoh, Alpheri, Meginrat, Kerperht, Otperht, Willahelm, Aûo, Irminhart, Marcho, Ellanhart, Heimperht, Kerhoh, Eparheri, Scrôt, Ponafezzo, Egino, Kaganhart, Kiſalmar, Offo, Adalperht, ceteríque multi. Perfectio hujus rei ſub die conſule II. Nonas Februarii anno, & Indictione ſupra dictis.

NOTÆ.

Offerſionem. pro: oblationem: uti uſus frequentior hujus vocabuli indicat.

In civitate Vincentia. fortè ipſe Andreas erat Epiſcopus Vicentinus, aut ſaltem Coëpiſcopus? Neque obſtat, quòd Ughellus in ſua Italia Sacra Tom. V. col. 1031. ad ſæculum nonum nullum reponat Vicentinum Epiſcopum Andream nomine. Nam catalogus Epiſcoporum Vicentinorum ad ſæculum 7. 8. & 9. valde mancus eſt, ut inſpicienti patebit.

NUM. CCCLXX.

POſtea verò tertia vice veniens jam dictus Vir Venerabilis Andreas Epiſcopus de Italia pergens ad palatium; inde verò rediens pervenit in Bajovvaria in jam dictam Alodem in loco Svvindaha, ibíque aliquot morabatur dies, & ita venit ad Frigiſinga, & inter alia dulcia, & fraterna conloquia convenit illos, ut jam dictam traditionem renovarent, & ita firmiter Andreas Epiſcopus omnia in omnibus in jam dictis locis nominatis ſuæ hereditatis, ſeu adquiſitionis firmiter tradidit, & confirmavit in altarem Sanctæ Mariæ. Actum eſt hæc in præſentia Domni Hittonis Epiſcopi, vel cunctæ familiæ Sanctæ Mariæ. Hæc autem teſtes per aures tracti: Kaganhart, Heipo, Kerhart, Peppo, Durinc, Cundhart, Engilhart, Kerperht, Wichart, Wigant, Emicho, Reginhoh, Azzo, Wiſurih, Engilger. Actum eſt hæc in III. Idus Auguſti, anno VI. Hludowici Imperatoris, Indict. XII. Ego quidem Tagibertus indignus Presbyter ſcripſi juſſione Hittonis Epiſcopi.

NUM. CCCLXXI.

Traditio Cotefridi in loco Strazloh XII. Jurnales.

NOtum eſt cunctis in epiſcopio Sanctæ Mariæ commorantibus, qualiter Cotafrid tradidit duodecim jurnales ad baſilicam, quæ ſita ad Strazloh, tamen iſtam traditionem fecit ad altare Sanctæ Mariæ in loco Frigiſinga in

Digitized by Google

præſentia Venerabilis Hittonis Epiſcopi, ſeu aliorum venerabilium virorum nobilium, qui ad teſtimonium vel confirmationem hujus traditionis vocati fuerunt, hanc traditionem fecit ipſe Cotefrid pro ſeipſum, & pro fratrem ſuum nomine Sigifrid; ſtatuit enim, ut hæc res ad jam dictam baſilicam in perpetuum permaneat, eò quòd ipſa baſilica propria eſt domui Sanctæ Mariæ, & priſcis temporibus ad eam legibus pertinebat. Hæc ſunt teſtes per aures tracti: Kaganhart, Sigur, Haholf, Spulit, Reginhoh, Petto, Kamnio, Juto, Wichart, Kartheri, Jacob. Actum eſt hæc die conſule, quod facit VIII. Kalend. Febr. anno glorioſi Hludovvici Imperatoris Auguſti V. Indictione XI. Ego Tagibertus indignus Presbyter conſcripſi juſſione Hittonis Epiſcopi.

NOTA.

Strazloh. Straslach, Præfecturæ Wolfratshuſianæ.

NUM. CCCLXXII.

Traditio, quam fecit Engilpoto de Francis.

DUm plerisque in epiſcopio Sanctæ Mariæ bene agnitum habetur, quomodo jam quidam Laicus nomine Engilpoto in ſuo nam divinitus animo erga cæleſtem, æternéque immortalitatis requie ſedem accenſus, quamobrem Deo, & Sancto Corbiniano ad Frigiſinenſe, vel fratribus, qui ibidem Domino famulantur ſuam igitur conparationem tradidit, quam de nobili vero femina nomine Alpsvvind, & Defenſore ejus Ascoz, ſibi in propriam comparavit hereditatem in loco nominato Khinzinpah, quodque cum omnibus ibidem pertinentibus omnia ex omnibus, ædificiis, curtiferis, terris arabilis, ſilvis, campis, pratis, paſcuis, aquarum decurſibus, vel quicquid præſente tempore dominare, aut regere viſus fuerat, hoc ad domo beatiſſime genetricis Dei Mariæ in caſtro ſito Frigiſinenſe perpetualiter tradidit, ac firmiter modis omnibus ſtabilivit in evum, eo ordine ut ille ipſe, vel Uxor, aut filius ejus, quouſque in hac fragili vita viverent, ad eorum uſum, & poteſtatem tenerent, poſt obitum verò illorum ad prædicto domo firmiter ligaretur. Si quis hoc, quod futurum eſſe non credo, in alio modo mutare voluiſſet, ſentiat contra Deum ſe rationem reddere. Et hæc teſtes per aures tracti: Inprimis Egilolfus Pedagogus Hloduvvici Juvenis, Liutpald Comis, Haguno, Kyso, Cundperht, Ellanperht, Engilhart, Ratpot, Weriant, Asolt, Reginhoh, Wolfheri, Kerhart, Cammo, Walho, Cundhart, Sigiperht, Sigur, Tetti, Mahtperht, Reginpald, Kerhoh, Reginolt, Nothart, Kerhuuas, Spulit, Haholt, Crimperht, Adalperht, Alpheri, Wolfperht, Reginolf, Wichelm, Crimuni, Wichart. Actum eſt hoc ſub die quod eſt XIIII. Kalendas Majas anno ſub ditione Hludovvici Imperatoris regnum gubernante ſiquidem V. Indictione XII.

Iterum alia vice renovavit jam peractam traditionem his teſtibus nominatis: Job Comis, Luitprant, Rihpald, Cundhart, Mezzi, Arn, Ermperht, Perhtolt, Cauuo, Emilo, Reginhoh, Hartnid, Nidhart, Toto, Walho, Marcho, Arbart, Adalunc, ceteríque multi. Actum & confirmatum ad monaſterio Iſana, anno & indictione ſupraſcripta in VI. Kalendas Majas.

NUM. CCCLXXIII.

TErtia vice adnotandum eſt, quomodo Audulfus ſuper provincia Bajovvariorum tam potenter, & honorabiliter à pio Imperatore Karolo, deinde etiam à Hluduvvico eandem poteſtatem accepit hanc provinciam providere, regere, & gubernare. Defuncto verò Audulfo Conjux ejus Keyla remanſit in Bajovvaria ſimul cum ejus filio Audulfo juvene. Contigit enim, ut jam dicta Keyla venerabili Viro Hittoni Epiſcopo proprium ſervum illius

Digitized by Google

illius Engilpoto nomine in fide, & caritate commendavit, dicebat enim, quòd illum liberum dimiſſum pro redemptionem animæ ſuæ habuiſſet, ipſéque Engilpoto propriam alodem conquiſitum habuit in loco Chinzinpah, quam emerat à ſupra dictis poſſeſſoribus, & heredibus hujus territorij Ascoz, & Alpſwind, & legitima emptione, & traditione inter eos acta, & confirmata coram Audulfo, & multis alijs in Bajoaria honoratis, ipſámque rem condonare Engilpoto domui Sanctæ Mariæ in manus Hittoni Epiſcopi diſponebat. ita & fecit, & cum legitimis, & veracis teſtibus in quantum ex ſe potuit, fideliter confirmavit, eo modo, ut poſt illius obitum, ejusque filij nullus domui Sanctæ Mariæ contradicere poteſtatem habere potuiſſet. Hoc peractum visum eſt omnibus bonum eſſe conſilium, ut ipſam traditionem Keyla, & Audulfus filius ejus confirmare debuiſſent. Pergenti vero pio Pontifice Hittoni ad palatium, jam dictus Engilpoto cum Epiſcopo pariter perrexit, ibique eodem tempore perveniebat & Keyla, ſimúlque aderat & Audulfus, enarratam rei ordinem coram ipſis atque multis utrisque partibus præſentes adſiſtentibus, & audientibus placuit Audulfo, & Matri ejus Keilanæ eandem confirmare traditionem. ita & fecerunt, atque pariter commune manu firmiter perfecerunt, ea ratione, ut poſt obitum ſepe dicti Engilpoto, & filij ejus nullus domo Sanctæ Mariæ abſtrahere ullo modo valuiſſet. Hæc ſunt, qui præſentes adfuerunt: Heriperht Archipresbyter, Zotto Diaconus, Undeo Diaconus, Sigihard Clericus, Wolffrid Clericus. Iſti verò teſtes per aures tracti: Kysalhart Comis & Judex, Coteſſcalch, Kerhart, Walunc, Aaron, Hiltirih, Ebarhart, Cotehram, Nagalus, Eino, Modeſt, Hadabrant, Walho. Actum eſt hæc Aquis palatij in III. Kal. Januarij, anno Hluduvvici VI. Indictione XIII. Ego Tagabertus ſcripſi juſſione Domni Hittonis Epiſcopi.

NUM. CCCLXXIV.

Traditio Ellanmari Laici.

NOtum ſit cunctis legentibus, quàm etiam audientibus, qualiter quidam Vir nobilis nomine Ellanmar in curte ſua conſtruxit oratorium in pago Felda juxta fluvium, qui dicitur Filusa. deinde veniens ad Hittonem Epiſcopum ſuppliciter poſtulando, ut ibidem venire dignaretur, quod ita & fecit. tunc quoque præfatus Vir venerabilis ibidem veniens, ceteriqúe nobiles viri multi cum eo adfuerunt. Tunc quoque præfatus Vir interrogavit jam memoratum Ellanmarum, quomodo prædictum oratorium hereditare voluiſſet? & ille intenta ſedula meditatione celeriter adfuit, & fatebat ſe ipſum oratorium cum tribus mancipiis, & jurnales XXX. & pratis valente X. carradas hereditare, quorum nomina hìc declarantur: Snelhart, Sitaman, Alazeiz. Deinde quoque jam dictus Epiſcopus conſecravit Eccleſiam, nec non & altarem, inſuper & reliquias addidit. tum demùm verò in præſentia multorum ibidem advenientium libenti animo Ellanmar tradidit ipſum altarem cum omnibus ſibi pertinentibus in manus Hittoni Epiſcopi ad domum beate, & intemeratæ Virginis Mariæ in caſtro ſite Frigiſinenſæ, ubi Domnus pretioſus Corbinianus Confeſſor Chriſti electus in corpore requieſcit, ut in evum inconvulſum jure perenne eſſentialiter perſtitiſſet, eo tenore, ut ille ipſe, & Uxor ſua, quam etiamſi aliquando filium genuiſſent quousque in hac fragili vita degerent, ad eorum uſum & poteſtatem haberent. Sin verò minimè filium haberent, die in quo vitam terminarent, extimplo ad præfatum edem perpetualiter atque ſtabiliter preter objurgationem ullius repellitudinis adhabetur. Hoc actum & perfectum die quod eſt VII. Kalendas Februarias, Indictione XI, anno glorioſiſſimi Hluduvvici Auguſti à Deo electi V. teſtibus iſtis: Jusip, Alprih,

Digitized by Google

prih, Arnolt, Amalker, Erchanperht, Lantperht, Adalperht, Rihmunt, Deotperht, Hartfrid, Nidhart, Kisalhart, Alawih, Arnolt, Waninc, Petto, Walho, Eparheri, Rihpald, Engilrih, Willahart, Ampricho, Putilo, Sigo Abbas, Johan Archipresbyter, Cotaſcalh, Adalker, Pazuni, Rupo Diaconus, Anno, Emihho, Salomon, Erchanperht, Tendeo.

NUM. CCCLXXV.

Traditio Lantperhti Presbyteri ad Perchoſum.

DUm & omnibus non habetur incognitum, ſed multis eſt in epiſcopio Sanctæ Mariæ ſemper Virginis bene eſt notum, qualiter Lantperht Presbyter tradidit hereditatem ſuam in duobus locis ad Perchouun, & ad Prunnon pro ſuæ animæ redemptionem, ſeu anteceſſorum illius, hoc eſt, quicquid in his duobus locis ſe habere proprium videtur, excepto tres mancipijs. aliud verò, quodcumque habuit nihil prætermiſit ex omnibus. hæc nomina mancipiorum, quos tradidit: Wiholf, Deotheid, Ratmut, Ratolf, Hadolf, Liutheri, Wiphilt, Willifrid, Hrodolf, Adalker, Wolfhoh. hæc omnia poſt obitum meum, & Nepotis mei David nullus ſit, qui poteſtatem habeat domui Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas deſervire prohibere. Actum eſt hæc in præſentia Hittonis Epiſcopi, Heriperht Archipresbyter, Oadalpald, Meginolt Presbyter, Emicho Diaconus, Nidperht Diaconus, Anno Diaconus, ſeu alij multi. Teſtes verò per aures tracti: Willihelm, Walho, Sigiprant, Kisalmar, Putilo, Heriperht, Weriant, Petto, Reginhoh, Lantpald, Sigilo, Ampricho, Willihart, Cundhart, Marcheo, Jutto, Snelhart, Reginpald, fidejuſſor Willihelm. factum eſt hoc in VIII. Kalendas Aprilis, anno glorioſi Imperatoris Hluduwici V. Indictione XI. Ego Tagibertus indignus Presbyter ſcripſi juſſione Hittonis Epiſcopi.

NUM. CCCLXXVI.

Traditio Ascrih Presbyteri ad Holze, ſeu negotium ejus, quicquid ad Scrote, & ad Chadalo conparavit cum pretio.

PAteat per omnem preſertim regionem Bajovvariorum, qualiter quidam Presbyter nomine Aſcrih divino nutu inſtinctus cepit vigilanti acve ſolerti animo cum ſuſpiratione ſuorum delictorum facinora perpendere, quomodo ergo inenarrabilem, & ineſtimabilem Dei viventis, & regentis clementiam aliquam indulgentiam adipiſcere mereatur: quamobrem ſuam propriam conparationem, ſeu lucrationem, quam habuit in loco nominato ad Holze tradidit ad domo Sancte, & beatæ Mariæ in caſtro ſito Frigiſinga pro remedium animae ſue, quid vel quantumcunque in ipſo jam dicto habere videtur, hoc ad præfato domo perenne ſtabilitate, & munitione donavit, firmavitque, & æterna manſura, hoc eſt mancipias nominatas Madalheri, Purclind, Heimuni, Sigihilt cum omnibus ibidem adjacentijs cultis & incultis, vel quicquid eum fruere ibidem obvenit, ad prædicto domo perpetualiter ligavit. Engilhart, Sigiperht, Kerhart fidejuſſores, Signum Juſip, Isi, Mezzi, Hroduni, Reginhoh, Wichart, Heriolt, Irminhart, Engildeo, Plidker, Palduni, Lantolt, Cundhart, Willihart, Ampricho. hæc firmitas facta in XII. Kalendas Junias Indictione XI. anno ſiquidem imperij Hluduvvici feliciſſimi Auguſti V.

NUM.

NUM. CCCLXXVII.

Traditio Perabarti de Marzilinga.

DE traditione, quam fecit Perahart ad Marzilinga, eo modo hanc traditionem peregit. Veniens ipſe Perahart ad Frigiſinga in præſentia Domni Hittonis Epiſcopi, & Liutpaldi Comitis, ſeu aliorum multorum, qui hoc audierunt, & viderunt, quòd ipſe Perahart ſe ipſum tradidit in Servitium Sanctæ Mariæ ſemper Virginis, ſeu Sancti Corbiniani Confeſſoris Chriſti cum omnia eo die ad eum pertinentia, quicquid ipſo die propriæ hereditatis ſe habere videbatur, totum ex integro domui Sanctæ Mariæ tradidit, & firmiter condonavit, hoc eſt curtem medium, & domum mediam cum aliâ edificia tota media, cum armentis, ovibus, porcis, unum ſervum, jurnales XII. de pratis quaſi carradas XXX. hæc omnia ego Perahart feci, ut victum, & veſtimentum in hac domo habuiſſem, & ſi minùs exinde quàm neceſſitas mihi eſſet, in meo proprio ad vitam meam hoc conquirere mihi licuiſſet. Hec ſunt teſtes: Memmo, Reginperht, Crimuni, Iſanperht, Reginhoh, Adalleoz, Oato, Wichart. Actum eſt hæc in VIII. Kal. Januarias, anno glorioſi Imperatoris Hluduvvici V. Indict. X. Ego Tagabertus indignus Presbyter ſcripſi juſſione Hittonis Epiſcopi.

NUM. CCCLXXVIII.

Traditio Liutfridi Presbyteri ad Feldmochinga.

DUm & omnibus non habetur incognitum, ſed multis in epiſcopio Sanctæ Mariæ bene eſt cognitum, qualiter vir venerabilis Liutfrid Presbyter jam olim propriam hereditatem in vico publico Feldmochinga tradidit domui Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas. Jam verò adpropinquante fine vite ejus convocat turma parentorum, atque propinquorum ipſius, inter quos etiam aderat Anno frater ejus coram cunctis conſilium ejus innotuit, quia ipſam rem ſupra dictam, & domui Sanctæ Mariæ traditam in beneficium Nepoti ſuo Anno nomine petere voluiſſet, eo modo, ut ipſe Anno nepus ejus ad ſuam vitam hoc ipſum in beneficium de domo Sanctæ Mariæ habuiſſet, non in ullo minuendum, vel abſtrahendum, ſed ad meliorandum, & bene utendum, & ejus poſt obitum cum omni integritate dimittendum domui Sanctæ Mariæ in perpetuum perfruendum. hoc quoque ita condictum ipſam rem in manus Annoni fratris ſui hæc omnia ad perficiendum poſuit. Defuncto verò Liutfrido venerando Presbytero jam dictus Anno frater ejus veniens ad Hittonem venerandum Epiſcopum, & hæc omnia ſupra dicta perfecit, ſicut voluntas fuit Liutfridi venerandi Presbyteri. Actum eſt hoc in XVIII. Kalendas Majas in loco Feldmochinga, anno glorioſiſſimi Hlodovvici Imperatoris V. & anno II. Lotharij Regis in Bajuvvaria indictione decima. Ego quidem Tagabertus indignus Presbyter conſcripſi juſſione Hittonis Epiſcopi. Hæc ſunt teſtes per aures tracti: inprimis Situli, Ratkis, Petto, Isker, Huſinc, Juto, Iſanperht, Ermanolt, Hatolt, Putilo, Arahad, Hiltirad, Alpker.

NUM. CCCLXXIX.

Traditio Iſanbarti Clerici, & Tunna Matris ejus.

DE traditione, quam fecit Iſanhart Clericus filius Saxoni ad Steinhard. Ipſe quidem Iſanhard eo modo hanc traditionem cum matre ſua Tunna nomine fecerunt, poſt obitum Saxoni patris ſui cœperunt fratres illius ei con-

contradicere propriam hereditatem a patre ſuo legitimè derelictam, ipséque Isanhart junior erat fratribus ſuis, & propter infantiam non potuit contendere contra fratres ſuos jam annorum ætate viginti. veniens ad venerabilem Hittonem Pontificem, & enarrabit ei omnem neceſſitatem, atque anguſtiam, quam eis fratres ejus in propria hereditate actam habuerunt. at ille blandè conſolavit eum, ipséque accepta conſolatione ab Epiſcopo acceſſit ad altare Sanctæ Mariæ, & tradidit ſeipſum in Servitium Sanctæ Mariæ ſemper Virginis cum omnibus, quæ habuit, vel quodcumque pater ejus Saxo ei in propriam hereditatem dereliquid, nihil enim prætermiſit cum omni integritate, quæ habuit, & hanc, quod juſte, & legitimè ad fratres ſuos conquiri debuit, cum ſeipſo Domui Sanctæ Mariæ in ſervitium tradidit, & firmiter confirmavit. in præſenti tres mancipios tradidit, quorum nomina Fritilo, Cozni, Sindhilt. Hæc ſunt teſtes: Walho, Putilo, Cotaperht, Wicco, Lantpald, Cundhart, Kepahoh, Arnumar, Rathart. Actum eſt hæc in XV. Kalendas Novembris anno glorioſi Hluduvvici Imperatoris V. Indictione XI. Ego Tagapertus indignus Presbyter conſcripſi juſſo Hittonis Epiſcopi.

NUM. CCCLXXX.

Traditio quedam mulieris Imma ad Stargimum.

DEnique ſub omni diligentiæ cura ſecundum ardentiſſimam erga divini cultûs operationem ſibi cælitus inſpiratam voluntatem Hitto ordinatus Epiſcopus epiſcopatum, ſuúmque dioceſem circuivit, nec non & plebem ſibi agendum regendúmque commiſſum prædicans & docens de regno Dei, videlicet Eccleſias conſecrando, quodam contigit cum die usque ad hanc Eccleſiam veniſſe, qui dicitur Cozolti Eccleſia, & ibi epiſcopalem officium peregit; inde verò perrexit ad curtem, quem Papo Presbyter domo Sanctæ Mariæ proprie alodis, & poſſeſſionis tradidit, & unam Eccleſiam ibi dedicavit, ibique quodam venerabilis Matrona nomine Imma in præſentiam venit, & dedit, atque diligavit in manus jam memorati Epiſcopi Deo, & Sancti Corbiniani ſuam propriam hereditatem, quod ei maritus ſuus nomine Hrodperht ad juſtitiam, & proprietatem, ſeu etiam filij ſui tradiderunt, atque dimiſerunt in loco nuncupante Stargina, hoc quoque totum & integrum domo Sanctæ Mariæ in caſtro Sito Frigiſingas pro remedium animarum ſuarum donavit, atque transfirmavit perpetua ſtabilitate. Fidejuſſores Cozolt, Hiltirat, Wolheri. Sed poſtea illius petitio fuit, quòd benigna miſeratio recordati Epiſcopi non denegavit, ut ipſam rem per beneficij uſu fructuario ad ſuam præſtitiſſet vitam, quod & ita fecit, ut illa ipſa, quamdiu in hac miſeria, & tranſitoria degeret vita, ad illius perfrueret neceſſarium, poſt ejus verò diſceſſum firmiter ad præfatum domum poſſidetur, & pro hoc cenſuit annis ſingulis unum denarium, præcavens, ut nulla inde omnino emergere potuiſſet contentio, vel alitergatio. Hæc ſunt teſtes per aures tracti: Sigiperht, Cundhart, Cozolt, Hiltirat, Wolfheri, Reginheri, Ampricho, Durinc, Eparhart, Crimperht, Arhart, Adalhoh, Kerperht, Engilpald, Hartrat, Haduperht, Managolt, Ledi, Altaperht, Rihholt, Reginolt, Alavvih, Petto, Cundhart, Reginhoh, Emicho, Putilo, Alpheri, Rihpald, Willahart. Anno glorioſiſſimo, excellentiſſimo Hludovvico à Deo ſublimato ſiquidem imperij ſui V. Actum IIII. Kalendas Februarias, Indictione XI.

Digitized by Google

NUM. CCCLXXXI.

Renovatio traditionis Johannis Archipresbyteri.

ILle bene laboravit in ſeculo, qui de caduca, & tranſitoria conparat manſura. Ideoque ego in Dei nomine Johan Archipresbyter cogitans, ſedulaque cogitatione mecum pertractans, quomodo aliquam indulgentiam delictorum apud pio Domino, & remiſſio facinorum meorum adipiſcere merear. quapropter trado, paritérque jure perpetuo confirmo meam propriam hereditatem, quàm adquiſitionem in loco nominato Hamariginpah in manus Hittonis Epiſcopi ad domum Sanctæ Mariæ in caſtro conſtructo Frigiſigenſe, ubi beatus Corbinianus electus Confeſſor Chriſti in corpore manſit, ut perpetua ſtabilitate, & munitione ibidem pleniter perſiſtat, quicquid de mea poſſeſſione, & facultate, aut adquiſitione ibidem præſente tempore exiſtere videtur, vel ubicumque mihi eveniſſet, hoc funditus, per omnia durabili eſſentia, & dominatione in jurem & poteſtatem ipſius domui dono, quàm etiam deligabo, ut in evum, & incontactum inveſtitura prædicti domui,ſeu Succeſſorum ejus firma,& inmutabilis ſtrenuè permaneat, & quicquid exinde agere pars præfati domui decreviſſet, liberaliſſima utatur auctoritate. hoc fuit factum in loco nominato Cozoltesdorf,ſub imperio clariſſimi, ac SereniſſimiHloduvviciCeſaris anno regnante V. in die IIII. Kalendas Februarias indictione XI. adſiſtentibus iſtis teſtibus: Sigiperht, Cozolt, Kerhart, Fritilo, Eparhart,Kaganhart,Engildeo,Altaperht,Durinc,Regino,Kerrih,Kerilo,Kiſalhart,Lantolt, Heripald, Hartrat, Kiſo, Emicho, Alavvih, Petto, Eparheri, Rihpald, Walho, Adalunc, Putilo, Reginhoh, Engilpald, Engilrih, Kepahoh, Willahart.

NUM. CCCLXXXII.

Beneficium Ermanſwinda filia Sigharij de Hasalpah, ſeu traditio illius.

NOtum eſt cunctis in epiſcopio Sanctæ Mariæ converſantibus, qualiter Vir Venerabilis Hitto Epiſcopus juſtè & rationabiliter conquiſivit Servum Sanctæ Mariæ Waldperht nomine multis jam temporibus reluctantem, & contradicentem rectum, ac debitum Servitium domui epiſcopali, ipſéque jam dictus Waldperht habuit ingenuam Conjugem Ermanſwind nomine, & Pater ejus nomine Sikiheri videns proprium maritum in ſervitio conjugatum, juſtè & legitimè in publico placito coram multis convictum, & in Servitium ſubjectum, cæpit omnimodis contradicere paternum hereditatem, dicebat enim, quod pro hoc propriam hereditatem perdere noluiſſe, quod ejus maritus in Servitium conquiſitus, atque ſublectus eſſet, ibiqúe à multis enarratum eſt in eodem placito coram Kiſalharto Comite, & Liutbaldo Comite, & alia innumera multitudine, quia jam dictus Sigiheri pater ejus jam temporibus Attonis Epiſcopi dimidietatem proprie hereditatis ad domum Sanctæ Mariæ in manus jam dicti bœne memoriæ patris Attonis traditam habuiſſet, dimidiam verò partem propriæ filiæ perdonatam. hæc itaque res à venerando viro Hittone Epiſcopo diligenter inveſtigata,& inventum eſt in armaria Sanctæ Mariæ traditionis cartula cum legitimis teſtibus confirmata, quorum primus Hitto Diaconus ad teſtimonium erat conſcribtus, deinde Altman Diaconus, & alij multi. Hæc audiens jam dicta Ermanſvvind credidit, quod verùm erat, initóque bono conſilio cum propinquis & proximis ſuis acceſſit ad altare Sanctæ Mariæ, & tradidit jam dictam hereditatis partem à patre ejus donatam, eo modo, ut poſt obitum ejus domui Sanctæ Mariæ nullus oontradicere ullo modo potuiſſet. hoc peractum pius Pontifex miſericordia motus eſt, & in beneficium conceſſit ei hæc omnia, quod à patre ejus domui Sanctæ Mariæ traditum erat, inſuper etiam perdonavit ei in ſua clementia, ut quicumque

Digitized by Google

de ſuis infantibus uni aut duobus in Servitium domui epiſcopali ad illorum vitam concedere eandem rem conſcientia Epiſcopi licentiam habuiſſet, & conceſſam. Hæc autem ſunt teſtes utrarumque rerum. primò enim fidejuſſores ad veſtituram traditionis Ermanſvvindæ, Eſic, Lantperht, Othoh. deinde teſtes: Cundheri, Reginperht, Emicho, Engilrih, Kerperht, Walho, Aaron, Cozpald, Tetti, Drudmunt, Taco, Pillunc, Lantperht, Eſit, Othoh, Otperht, Meginrat, Wichelm, Reginhoh, Samuel, Rihperht. Actum eſt hæc in XV. Kalendas Octobris anno glorioſi Chluduvvici Imperatoris V. Indict. XII. Ego Tagipertus indignus Presbyter conſcripſi juſſione Hittonis Epiſcopi.

NOTA.

Confer cum Inſtrumento ſub N. 182.

NUM. CCCLXXXIII.

Traditio Erchanfridi Presbyteri, & Ermperti Nepoti ſui juxta fluvio Stroga.

HOc quoque omnibus in epiſcopio Sanctæ Mariæ tam præſentibus, quàm & futuris ad notitiam perducatur, quia quidam Clericus Ermperht de ſua propria alode traditionem ad domum beate Mariæ exhibebit in loco juxta fluvium Stroga, quantumcumque ille ipſe, & patruus ejus Erchanfrid hereditatis habuerunt, & inter ſe utrumque condonaverunt, hoc autem penitus cum omni integritate vel ſoliditate tradidit, atque omnino deligavit ad prædicto domo in caſtro ſito Frigiſingas per indulgentiam delictorum, & remiſſionem peccatorum jam dictus Ermpertus, ut in evum præter ullam interruptionem omnino ſtabilis permaneret, ſicut ante fatus Erchanfridus Presbyter ei tradidit, ut poteſtativè ad ſupra memoratum domum traderet, ſic ſcilicet ſuam adnectens ambarum parcium facultates isdem ſermonibus ad eundem domum cuncta Utenſilia vel ſuppellectile laxavit, hoc eſt mancipiis, terris, arabilis, pratis, paſcuis pecoribus omnibus adjacentiis, ut deinceps modis omnibus perſiſteret. Actum eſt hoc ſub die conſule, quod eſt Idibus Aprilis, anno Imperij Hludovvici V. Indictione XII. Hæc ſunt teſtes Heipo, Wichart, Patuhho, Haguno, Cundpato, Francho, Reginhoh, Emicho, Durinc, Alavvih, Cundhart, Meginraat.

NUM. CCCLXXXIV.

Traditio Wichuaſſi Presbyteri ad Wagon.

HInc etiam omnes juſtitiam utique tractantes, aut exercentes veraciter agnoſcant, qualiter ego indignus & peccator Presbyter Wichuas ad Frigiſingas propriam alodem meam donavi pro indulgentiam, & remiſſionem facinorum meorum, quicquid propriè habere viſus ſum in loco nuncupante ad Wagon, hoc ipſud per omnia, & in omnibus tradidi, atque obnixe ad domum Sanctæ Mariæ firmavi, ut quicquid exinde agere voluiſſent, poteſtatem in omnibus, ſicut ab initio ibidem jaceret funditus, præter aliqua pravatione, vel detruncatione magnopere exercerent. Hæc ſunt nomina perſcripta inexſtinguibili ſtabilitate edita teſtes: Liutpald Comis, Engilhart, Sigiperht, Ampricho, Drudolt, Emicho, Petto, Regipald, Engilrih, Alprih, & ceteri multi. Hoc actum fuit ſub ditione Hluduvvici Imperatoris V. regni ejus anno, & in XI. Kalendas Auguſti, Indictione X. Luna IIII.

NUM. CCCLXXXV.

Traditio Tompurca ad Finningum.

LIcet quoque in antiqua traditione præſtitutum exiſtat, quomodo cotidiana delicta abſtergere potuiſſet, tamen evidenter oſtendit, quando dixit, regnum

Digitized by Google

regnum Dei tantum valet, quantum habet. Quamobrem ego paupercula mulier Tompurc Deo, & Sancto Corbiniano tradam ad domum beate Mariæ, quicquid præſente tempore perfrui agnoſcat in loco, quæ dicitur Finninga, hoc quoque propria manu cum omni integritate, vel ſoliditate ad præfatum domum concedam, ſeu perpetua inconvulſione firmabam, quatenus & conſtituere licet extremum ſorte æternæ beatitudinis merear, hoc namque ad perfectionem multis adſtantibus deducitur in IIII. Kalendas Aprilis anno gubernante imperiumglorioſiſſimo Hloduvvico Imperatori V. Indict. XI. teſtibus explicatis Liutpald Comis, Crimperht, Reginperht, Kaganhart, Cundhart, Sigur, Willahelm, Asolt, Weriant, Spulit, Putilo, Alpheri, Arnolt, Odalhart, Engilrih, Willapato, Altrih, Ratkis, Eparhart, Pernolf, Haholf, Hato, ceteríque innumerabiles.

NUM. CCCLXXXVI.

Redditio Cozolti Presbyteri ad Niwaron.

DEnique omnibus tam Eccleſiaſticis, quàm etiam & ſecularibus viris conſtat lucidiùs, quomòdo quidam Presbyter nomine Cozolt temporibus Arpionis Epiſcopi, quicquid propriæ videbatur habere poſſeſſionis in loco nominato Nivvara ad domum beate Mariæ tradidit, nec non & omnia ex omnibus jure perpetuo ad præfato domo confirmavit, hoc autem temporibus Attonis Epiſcopi ſimili modo donando, ſeu igitur omni conamine mentis reparando reſtauravit, cavens, ne ulla quidem inde omnino emergeret contentio. Poſt multùm verò temporis jam ſupra memoratus Cozoltus ad virum venerabilem Hittonem utique Epiſcopum, nuntiando, verùm igitur oſtendendo, qualiter jam dudum actum habuit de ſua re, perrexit in loco, qui vulgò dicitur Ehinga, ibíque in manus Hittonis Epiſcopi hereditatis, aut adquiſitionis habere conſpicitur, omnia ex integro reliquid, & reddidit. Fidejuſſores Sigur, Epucho, Hitto. Poſtea vero de Domno Epiſcopo in beneficium accepit ipſe & nepus ejus nomine Liuthram, & pro hoc annis ſingulis pracem I. Maldrum I. Friskinga valente tremiſſa aucas III. pullos X. vvadiaverunt præſentibus iſtis: Engilhart, Orendil, Liutpald Comis, Heriperht Archipresbyter, Oadalpald Presbyter & Monachus, Anno, Emihho Diaconi, Crimperht, Alprih, Lantfrid, Erchanfrid, Sigur, Epuhho, Hitto, Memmo, Wenilo, Cotadeo, Cozrat, Meginrat, Ratkis, Wolfunc, Tagaperht, Engilperht, Utti, Manno, Elizo, Engilpald, Adalrid, Reginhelm, Alpker, Otilo, Draſamunt, Irminolt, Sigiprant, Hartperht, Hrothart, Deotperht, Hilrih, Situli, Paugolf, Aſolt, Petto, Wanino, Rihpald, Reginperht, Snelhart, ceteríque innumerabiles die Idus Januarij, Hludovvico imperante anno regni ejus V. Indict. XII.

NUM. CCCLXXXVII.

Imihho Presbyteri traditio prope pelago Wirmseo in loco vocato Holzhusir.

SIt autem omnibus in epiſcopio beate Mariæ nuntiatum commorantibus tam Eccleſiaſticis, quàm etiam & ſecularibus, quomodo Imihho Presbyter oratorium in curte ſua conſtruxit in loco condicto Holzhusir juxta pelagum Wirmſeo, jacentem; proinde ad virum venerabilem Hittonem Antiſtem ſuppliciter obſecrando perveniens, ut ibidem venire dignaretur, quodque tamen præfatus Epiſcopus ſuæ videlicet anxie petitioni obtemperans, & ibidem perrecturus, ceteríque multi veraces, boníve nobiles viri pariter apud illum aderant.

Digitized by Google

rant. Tunc utique jam fatus Epiſcopus percunctavit, quemadmodum Oratorium præfatum hereditare præfiniret? & ille omni intentione ſtatim adpropiavit, & vociferavit, ſe cum tribus mancipias ipſum oratorium hereditare, quorum nomina hic declarantur, Herivvini, Deothelm, Wenila, proinde omninò ſupra memoratus Epiſcopus ingrediens oratorium conſecravit, nec non & altarem, inſuper autem & patrocinias infecit. Tunc accedens jam inſinuatus Presbyter, & tradidit omnia propria hereditatis in ipſum altarem, & ipſum poſtea altarem in manus jam notati Epiſcopi ad domum perpetuæ Virginis ſitum in caſtro Frigiſinenſe cum omni utenſilia, ſeu ſoliditate domui ſuæ tradidit, acve jure perenno firma, & incommutabili eſſentia ſtabilivit ad ſupra dictum domum poſſeſſionem, nam etiam & adquiſitionem, ſeu quicquid præſente tempore haberet, quinimmo & in ſequenti die eum obveniſſet, tunc iterum de manus antedicti jam Epiſcopi in beneficium retro accepit, uſquedum curſum ſui temporis conſumâſſet, à die exitûs ſui fortiter uſitaretur ad præfatum domum. Hæc ſunt teſtes legitimi. Reginperht, Sigihart, Ilprant, Peppo, Salomon, Heriperht, Sigiperht, Altaperht, Walho, Adalunc, Reginhoh, Eparheri, Alavvih, Reginpald, Engilrih, Kepahoh. Actum eſt hoc II. Idus in menſe Martio Indictione XI. Subdictione electiſſimi Dei Hloduvvici piiſſimi Imperatoris, anno regnum gubernante V. præſentes Heriperht Archipresbyter, Otperht Presbyter, Anno, Emihho Diaconi, Undeo, Anulo, Sigihart, Erchanperht, Perhtrat, Hartperht, Palduni.

NOTA.

Juxta pelagum Wirmseo. *Nempe lacum Vermium*, de quo alibi dictum.
Hæreditare. puta, hæredem inſtituere, ſive dotare.

NUM. CCCLXXXVIII.

Quomodo Sundarheri Diaconus & frater ejus Cunzo conplacebant cum Hittone Epiſcopo.

QUia evidenti auctoritate liquet, quomodo Dei dono Hitto ordinatus Epiſcopus ad quidam Diaconum nomine Sundarheri beneficium, quod de anteceſſoribus utique ſuis accepit in locis nominatis Iſana, & Alpihha Eccleſias cum omnibus ad eas pertinentibus ſibi reddi queſivit, quodque ſupra dictus Sundarheri præſente fratre ſuo Cunzo indubitanti, quave intitubanti anima peregit, & ipſas præfatas Eccleſias cum omnibus rebus ſibi pertinentibus reddidit Epiſcopo, & quicquid eum in contra fratrem ſuum de parte genitoris ſui obvenit, hoc ipſud audiente, & conſentiente, quàm etiam & teſtante eodem fratre in manus jam memorati Epiſcopi dimiſit, eò quòd antiquo tempore ad domum Sanctæ Mariæ traditum fuiſſet. Job Comis, Engilhart Centenarius, Sigiperht, Johan Aramiatores. cavens, ut minimè altercatio inde orire potuiſſet.

Eadem ora prænotatus Cunzo conpunctus, at divinitus inſpiratus ſuam videlicet propriam hereditatem ad Undeoingas ad domum Sanctæ Mariæ, & in manus Epiſcopi, & ſui defenſoris Sigiperht tradidit, quicquid in ſupra dicto loco habuit, præter mancipias, hoc eſt, ſilvis, terris, pratis, paſcuis, farinariis cum omni utenſilia, vel ſuppellectile, ſicut eodem die veſtitus fuerat ad præfatum domum dedit, at jure perpetuo in omnibus perpetualiter deligavit, eo tenore, ſi de hac luce frater ejus prius prædiſceſſerit, ambarum partium facultates extimplo tenerentur ad beatum domum, ſin aut ille ipſe Domino vocante ante mundum deſereret, pars illius præter ullam repellitudinem ad hanc domum, ubi pro remedium animæ ſuæ donavit, firmiter uſitaretur, & ſic in manus patruelis ſui Mezzi conſtituit, ut eo ipſo die, quo obitus ſui ad ſciendum veniſ-

Digitized by Google

veniſſet, poteſtativè domum Sanctæ Mariæ veſtitus. Sed fuit hoc in Mai menſe IIII. Nonas, Indictione XI. ſub gubernatione Hloduvvici ſiquidem anno Imperii ſui V. Job Comis Teſtes, Engilhart, Sigiperht, Cundhart, Reginhoh, Walho, Hunperht, Hringolf, Mezzi, Pirhtilo, Arnolt, Marcheo, ceteríque multi adſuerunt.

NOTA.

Aramiatores, vel *Adramiatores*: quod vocabulum ſic interpretatur Vir clariſſ. Eccardus. Veteres, ſcripturæ ignari, ut memoriâ retinerent, aliíſque, quæ vellent, in memoriam revocarent, ſignis utebantur certis. Hæc autem inter numerabatur ramus; unde ſignum rei datæ & acceptæ fuerat. *Adramiatores* ſeu *Aramiatores* exinde dicti, qui rem dabant, & qui recipiebant. Sic ille.

NUM. CCCLXXXIX.

Renovatio, vel confirmatio traditionis Ekkiharti Presbyteri ad Walde.

COnſtat enim multis in epiſcopio Sanctæ Mariæ conſtitutis, qualiter Ekkihart Presbyter renovavit traditionem jam olim actam ad domum Sanctæ Mariæ ſemper Virginis in loco nuncupato ad Walde, eo quoque modo hanc renovationem fecit, ut ipſe Ekkihart Presbyter cum Fritilone, & Camanolfo, vel alii multi propinqui, & amici illorum, qui cum eis venerant ad Frigiſinga in præſentia Hittoni Dei Sacerdoti, in quorum omnium præſentia acceſſit Ekkihart Presbyter ad domnum Epiſcopum, & reddidit omnia, quæ ad Walde de proprium habere viſum eſt, tam in ædificiis, quàm etiam Mancipiis, & in omnibus utenſiliis, vel etiam confiniis vel terminis, cultis, & incultis, quicquid eum in jam dicto loco propriæ vel adquiſitionis præſenti tempore habere cunctis viſum eſt totum ex integro in manus Domni Hittonis Epiſcopi reddidit, & priſtinam traditionem renovavit. Similiter etiam coram cunctis ibidem congregatis reddidit Fritiloni, & Kamanolfo ad duas Eccleſias juſtitiam illorum, quam legitimæ in his Eccleſiis habere cum juſtitia debent coram Domno Epiſcopo eis reddidit, & firmitatem cum veraces viris ſubter ſcriptis utrorum rerum firmiter fecit. Hæc nomina teſtium: Fritilo, Kamanolf, Ampricho, Iſancrim, Hato, Pernolf, Hisker, Putilo, Tetti, Petto. Actum eſt hæc in XI. Kal. Junias, anno glorioſi Hludvici Imperatoris VI, Indictione XII. Ego quidem Tagabertus indignus Presbyter ſcripſi juſſione Hittonis Epiſcopi.

NUM. CCCXC.

Qualiter Pernwin tradidit rem propriam ad Perge.

FIdeles namque fidei ardore, & Chriſti amore ſuccenſi ob animarum ſuarum remedium, & cæleſtis patriæ deſiderium ſuis propriis facultatibus Sanctam locupletem fecerunt Eccleſiam. Quapropter quidam Presbyter nomine Pernwin vir bonus, quàm etiam & in ſua converſatione honeſtus. die ſiquidam contigit cum congregatione Presbyterorum, Diaconorum, ceterorùmque Clericorum intereſſe ad Frigiſinga, ubi magnus, & univerſalis Synodus habebatur, ibique pro arbitrio, & ſpontanea voluntate in medio eruþit, & omnibus conſiſtentibus publica voce indicavit, quòd tunc votum vovit, quando Atto Epiſcopus Eccleſiam dedicavit ſuam ad domum deligare Sanctæ Mariæ propriam rem, nam etiam ſtatímque coram ſupra memorata multitudine jam fatus Presbyter pro manice beverino in altarem beatæ Mariæ, ubi electus, & glorioſus Domnus Corbinianus in corpore requieſcit, tradidit, nec

non

non jure perpetuo firmiter ſtabilivit, quantumcunque hereditatis, ſeu adquiſitionis in pago Uparacha in loco nuncupante Perc habere viſus fuerat, hoc totum penitus omnia ex omnibus tam de alode, quàm & de conparato ſeu per qualibet artem ad eum perveniſſe dinoſcitur, donavit, atque transfundavit ad prædicto domo Mariæ Genetricis Dei in caſtro poſito Frigiſinga cum domibus, ædificiis, curtiferis, vvadris, capis, terris, ſilvis, campis, pratis, paſcuis, farinarijs, aquis, aquarúmque decurſibus, cultis, & incultis, greges cum pecoribus tradidit, atque funditus ad memoratum domum perpetualiter munivit, ut in evum inconvulſum omnino firmum & ſtabilis permaneret, eo utique tenore factum fuiſſe conſtat, ut ille ipſe tam diu in hac fragili, & miſera vita degeretur, ad ſuum uſum, & utilitatem frueret, & pro hoc annis Singulis dimidium ſolidum ad tributum perſolveret. deinde omnino humiliter poſtulavit, ſi ſuæ ſcilicet neptis neceſſitas eveniſſet, & ſi eum ſuperſtis fuiſſet, quatenus annonam ad præbenda ibi teneret, cum tali cenſu, ſicut illi inponere decreviſſent. poſt illorum quoque diſceſſum ad ſupra notatum domum cum omni integritate, vel ſoliditate uteretur, ſtipulatione interpoſita, quorum nomina hîc recitantur in præſentia Hittonis Epiſcopi, Sigimot, Hahart, Sabulo Abbas, Heriperht Archipresbyter, Oadalpald Presbyter & Monachus, Hiltolf, Alprat, Heriolt, Rubo, Undeo, Sigihart, Uuldarih, Erchanperht. teſtibus iſtis: Sigur teſtes, Situli, Coteperht, Oadalhart, Cundhart, Altfrid, Ellanhart, Heipo, Willahelm, Reginpald, Eparheri, Emicho, Kerperht, Weriant, Sigideo, Kaganhart, Engilhart, Adalperht, alius Kerperht, Leidrat, Arbeo, Reginhelm, Ratkis, Tato, Reginperht, Engilhart, Wichart, Walho, ceterique innumerabiles aderant. hoc actum ſub die conſule, quod eſt in XIIII. Kalendas Novembris, anno Incarnationis Domini DCCCXVIIII. Indict. XII. regnum gubernante Hludowico Imperatore V.

NOTÆ.

Manice beverino. fortè manica fibrina, ſeu caſtorina.
In pago Uparacha. Uberacker, ad fluv. Maiſacham: Dachavienſis territorij.

NUM. CCCXCI.

Traditio quam Job Comis fecit ad Ehingum, & Perge.

ILle igitur bene rebus omnibus utitur, qui ſibi de caduca & tranſitoria conparat præmia ſempiterna. Ideoque ego in Dei nomine Job Comis, dum incognitum non habetur, qualiter aliquas res meas trado ad domum beate Mariæ in loco Frigiſinga, & perpetua ſtabilitate confirmo, ubi pretioſus Domnus Dei electus in corpore requieſcit Corbinianus, vel ibidem præeſt venerabilis Hitto Epiſcopus, hoc eſt de Eccleſiaſticis proprie paternitatis alode rebus in locis nominatis Ehinga, & Perga, quodque ad præfato domo perpetualiter trado, atque modis omnibus cum omni integritate jure perenno deligabo, ut quicquid exinde Rectores, vel Succeſſores Eccleſiæ beate Mariæ agere voluerit, liberam ac firmam in omnibus ad meam portionem pertinentibus, undecumque mihi evenit in prædictis locis habeant agendi poteſtatem, ea ſententia, ut Hammingus frater meus, quouſque in hac erumnoſa, & incerta degeret vita ad ſuam igitur fruituram dominationem teneat. poſt obitum verò ſuum abſque ulla controverſia uſitatur ad notato domo. Inſuper autem de hoc, quod Scacco Presbyter in ipſis igitur eccleſiaſticis rebus habuit, & mihi, pariter que & fratre meo Hammingo, nec non & Samuelo fratre ſuo in propriam dedit alodem, quantum maximè mihi inde evenit in partem eo die, qua præfatus Scaco vita terminaret, ſtatim adhibetur in uſum & utilitatem beate Mariæ, & nullus hoc contradicere, nec frater, nec alij coheredes mei habeant poteſtatem. Actum eſt hoc in Majo menne VIII.

Digitized by Google

VIII. Idus, & anno Hluduvvici benigniſſimi Auguſti regnum fulcitante VI. Indictione XII. Et hec ſunt teſtes per aures tracti: Kaganhart, Crimheri, Liutprant, Cundhart, Nothart, Spulit, Willahelm, Hunperht, Arnolt, Engilhart, Haholf, Reginperht, Otperht, Wichart, Engilhart, Adalperht, Alpheri, Wolfolt, Hrodperht, Hrodolt, Pernker, Mahxperht, Tetti, Reginperht, Kerperht, Ampricho, ceterique multi.

NUM. CCCXCII.

Traditio Ilpranti in loco ad Scalhodorf.

DUm & omnibus non habetur incognitum, ſed multis eſt in epiſcopio beatiſſimæ Virginis Mariæ bene eſt cognitum, qualiter quidam homo nomine Ilprant propriam adquiſitionem ſuam domui Sanctæ Mariæ tradidit, & cum legitimis teſtibus firmiter confirmavit, hoc eſt in loco Scalchodorf, quicquid enim in eodem vico propria adquiſitionis habere videbatur, totum ex integro, ut jam diximus, domui Sancte Mariæ condonavit, & veraciter confirmavit, hoc eſt curtem cum domo, vel etiam cum totis edificijs, vel quicquid, ut diximus proprium illius eſſe in eodem vico videbatur. eo modo hanc traditionem fecit, ut hoc ipſud ſe habere licuiſſet ad vitam ſuam, poſt obitum verò illius domui Sancte Mariæ deſervire nullus contradicere valeat. hoc enim ſunt teſtes per aures tracti: Kiso, Oadalhart, Petto, Mahtperht, Toto, Otperht, Reginperht, Crimuni, Madalcoz, Adalperht, Diotheri, Haguno, Kerhart, Gavvo, Tuto, Irminfrid, Situli accepit hanc traditionem, & teſtes. Actum eſt hæc die conſule, quod facit VII. Kal. Januarias, anno glorioſi Hluduvvici Imperatoris VI. Indictione XIII. Ego Tagopertus ſcripſi juſſione Hittonis Epiſcopi.

NOTA.

Scalbodorf. Schalkdorf, Erdingenſis diſtrictûs.

NUM. CCCXCIII.

Traditio Peponi ad Meskilinfeld.

DUm & omnibus non habetur incognitum, ſed multis eſt in epiſcopio Sanctæ Mariæ bene cognitum, qualiter quidam homo nomine Pepo tradidit propriam hereditatem ſuam in loco nuncupato Meskilinfeld pro ſeipſum, & fratrem ſuum Tuto nomine, & pro matrem ſuam Perthnia tertiam partem in jam dicto loco, quicquid propriæ hereditatis habere viſum eſt, tertiam ſicut jam diximus partem in omnibus, tam campis, pratis, ſilvis ad nos ſupra dictos pertinentes pro remedium animarum noſtrarum domui Sancte Mariæ trado, & transfundo, ita, ut ſtabiliter in perpetuum ſine ulla contradictione ad jam dictum domum Sancte Mariæ ad Frigiſinga ſitum perpetualiter permanere nullus contradicere poteſtatem ullam umquam habere valeat. Hæc autem ſunt teſtes per aures tracti: Job Comis, Liutpald Comis, Richo Comis, Uurmheri, Wolfhart, Onhart, Adalker, Liutpald, Priso, Erchanperht. Actum eſt die conſule, quod facit XIIII. Kalendas Septembres anno glorioſi Imperatoris Hluduvvici VI. Indictione XIII. Ego indignus Tagibertus Presbyter ſcripſi Hittonis Epiſcopi juſſione.

NOTA.

Meskilinfeld. Meſchenfeld, in territorio Schvvabenſi.

Digitized by Google

NUM. CCCXCIV.

Ratkis tradidit ad Mohhinga.

BRevem commemoratorij, quòd quidam homo nomine Ratkis, dum iter Deo gubernante ad Romam carpebat, venit ad Friginenſe, & tradidit locum farinarium ad domum Sanćte Mariæ in loco nuncupato Mohhinga, ut ſic inmutabilis perennitus perſeveraret. Teſtes Kaganhart, Sigur, Spulit, Situli, Heipo, Kerhart, Weriant, Petto, Reginhoh, Wichelm, Arahad, Asolt, Willahelm, Adalperht, Alpheri. Actum eſt hoc XIIII. Kalendas Majas, anno Hluduvvici imperantis VI. Indictione XII.

NUM. CCCXCV.

Traditio Hartbaldi Presbyteri ad Filusa, & Majoli Clerici Nepoti ſui in eodem loco.

DUm & omnibus non habetur incognitum, ſed multis eſt in epiſcopio Sanćte Mariæ bene notum, qualiter Vir venerabilis Hartpald Presbyter propriam hereditatem ſuam in loco Filusa Sanćte Mariæ domui traditum jam olim habebat cum omnibus, quod propriam habere in eodem loco videbatur. Defuncto verò jam dicto Hartpaldo cœpit Mejol nepus ejus ipſam rem in beneficium à Hittone Dei Sacerdote magnopere deprecare. Tunc congregata multitudine propinquorum, ſeu amicorum ſuorum venerunt ad Virum venerabilem Hittonem Epiſcopum, & narraverunt ei omnia, qualem conſilium jam dictus Mejol Clericus cum parentibus ſuis habuit, & quia omnem hereditatem ſuam domui Sanctæ Mariæ tradere diſpoſitum habuit, in hoc, quòd jam dictam rem Hartpaldi Presbyteri in beneficium habere mereretur. conplacuit hoc Epiſcopo, & omnibus ſimul audientibus in publico Synodo Frigiſinga congregato, ibique coram cuncta congregatione acceſſerunt ad altare Sanctæ Mariæ ipſe Mejol cum parentibus ſuis, & tradidit domui Sanćte Mariæ omnia, quæ de propria hereditate habere videbatur, ita, ut ſit ſtabilis in perpetuum domui Sanctæ Mariæ. Hæc ſunt teſtes: Sigiperht, Einhart, qui hanc cauſam magis apud domnum Epiſcopum inpetraverunt, atque fieri petierunt; deinde Alpolf, Hab olf, Heipo, Reginperht, Walho, Hartnid, Emihho, Durinc, Eparheri, Crimuni, Juto, Adalunc, Crimheri, Reginperht, Hunolt, Cundhart, Erchanfrid, Marcheo, Rihperht, Helmuni, Sigihart, Alprih, Nothart. Actum eſt hæc anno glorioſi Imperatoris Hludovvici VI. die conſule, quod facit VI. Idus Majas, Indictione XIIII. Ego quidem Tagopertus indignus Presbyter conſcripſit. Fidejuſſores: Sigiperht, Alpolf, Cozolt, ad veſtituram, ſeu firmitatem hujus traditionis perficiendam.

NUM. CCCXCVI.

Renovatio traditionis Ramwolfi Monachi, & traditio Erchanfridi Presbyteri, & beneficium accepit.

DUm & omnibus non habetur incognitum, ſed multis eſt in epiſcopio Sanctæ Mariæ bene notum, qualiter Ramvvolf Monachus tradidit propriam hereditatem ſuam domui Sanctæ Mariæ ſemper Virginis in manus Domni Attonis Epiſcopi, eo modo, ut liceat ipſam rem ei ſervire cum licentia Domni Epiſcopi ad vitam ſuam, poſt verò illius domui Sanctæ Mariæ deſervire nullus contradicere valeat. Nunc autem ipſe Ramvvolf Monachus conſiliavit cum propinquis, ac aliis ſuis fidelibus, ut ipſam rem ſuo nepoti in Servitium Sanctæ Mariæ apud Domnum Hittonem Epiſcopum impetrâſſet, ſi ejus bone voluntati placuiſſet,

ſet, ea ratione, ut ipſe Nepus ejus nomine Erchanfrid Presbyter propriam hereditatem ſuam in eodem loco nuncupato Timinhofa domui Sanctæ Mariæ tradidiſſet, atque firmiter condonâſſet. Hæc omnia pius Pontifex Hitto conſenſit, & fieri decrevit. Tunc verò jam dictus Erchanfrid Presbyter acceſſit ad altare beatiſſimæ Virginis Mariæ, & tradidit, quicquid propriæ hereditatis in jam dicto loco Timinhova habere videbatur, vel quodcumque contra fratres ſuos in partem propriam tulit, totum ex integro domui Sanctæ Mariæ condonavit, & firmiter tradidit, & tunc in beneficium utrosque partes de manu Domni Hittonis Epiſcopi ad vitam ſuam accepit. Hæc autem ſunt teſtes per aures tracti: Adalker, Reginperht, Rihperht, Rihpald, Emiho, Sigur, Alavvih, Reginhoh, Eparachar, Durinc, Cozolt, Engilhart, Drudmunt, Kerperht. Actum eſt hæc in X. Kalendas Octobris anno imperij Domno Hludovvici VI. Indictione XII. Ego quidem Tagibertus indignus Presbyter ſcripſi juſſo Domni Hittonis Epiſcopi. De hoc, quod tradidit, ſunt jurnales xL de pratis carradas XII. Mancipia II. ſilvas bonas, & omnia utenſilia.

NUM. CCCXCVII.

Traditio Paatto, & Tetti ad Hasalpah.

MUltis eſt cognitum in epiſcopio Sanctæ Mariæ commorantibus, qualiter Patto, & Tetti interpellabant Domnum Attonem Epiſcopum de rebus Eccleſiaſticis in loco Sindeoësbuſir, quas ab Anteceſſoribus illorum domui Sanctæ Mariæ traditas eſſe dinoſcuntur, ipſique jam dicti Patto, & Tetti dicebant, quod inter his rebus illorum cauſa mixta eſſet, quas anteceſſores illorum cum juſtitia, & lege in ulloloco tradere non potuiſſent. Interveniens hoc pius Pontifex Atto, & donavit eis territorium proprium domui Sanctæ Mariæ in alio loco, quam jam dudum Vir venerabilis Hrodhoh Presbyter domui Sanctæ Mariæ traditum habuit in loco nuncupato Hasalpach. Nunc verò ipſi jam dicti fratres Patto, & Tetti venerunt ad venerabilem Hittonem Epiſcopum, & conſiliaverunt bonum conſilium, & illorum animarum magnum profectum, ut ipſam jam dictam rem ad Hasalpach pro redemptionem animarum eorum tradidiſſent, ne domus Sanctæ Mariæ propter illos in aliquo defraudata, vel inonorata fuiſſet. Placuit omnibus hoc audientibus, quia bonum conſilium, & maximum animarum illarum profectum peragere decreverunt, ita & fecerunt congregata multitudine propinquorum & fidelium virorum acceſſerunt ad altare beatiſſimæ Virginis Mariæ, & tradiderunt ipſam eandem rem ad Haſalpah domui Sanctæ Mariæ, eo modo, ut poſt obitum illorum nullus de domo Sanctæ Mariæ, nec filius, nec ullus propinquus abſtrahere poteſtatem habeat, ſed magis in iſtorum traditione pro illorum animarum redemptione domui Sanctæ Mariæ in perpetuum permaneat. Hæc ſunt teſtes per aures tracti: Wichart, Spulit, Crimuni, Ampricho, Cundhart, Adalker, Reginperht, Rihpald, Emiho, Sigur, Alavvih, Reginhoh, Eparachar, Durinc, Cozolt, Enginhart, Drudmunt, Kerhart. Actum eſt hæc in X. Kalendas Octobris anno VI. Imperij Hluduvvici Indictione XII. Ego quidem Tagibertus Presbyter ſcripſi juſſione Hittonis Epiſcopi.

Digitized by Google

NUM. CCCXCVIII.

Traditio, quam fecit Uo ad Sewon.

DUm & omnibus incognitum non habetur, ſed multis in epiſcopio Sanctæ Mariæ bene notum eſt, eò, quòd quidam homo nomine Uo, antequam ſe moveret in oſtes, venit ad Sedem Frigiſinenſium civitatis, & tradidit ad beatum domum Mariæ, quantumcumque ipſe, & Uxor ſua Hiltipirc habuerunt de illa traditione, quam eis Adalpertus fecit in loco nominato ad Sevvon. Hoc verò cum omni integritate, vel ſoliditate ad prædicto domo ea ratione traditionem fecit, ſi in illo comitatu vitam finiret, eodem die tenetur ad jam dicto domo; ſi autem inde veniret, tunc fuiſſet in ſua poteſtate. Teſtes: Willahelm, Kaganhart, Weriant, Popo, Walho, Marcho, Crimheri, Nothart. Actum eſt hoc in VIII. Idus Majas, anno Hluduvvico Imperatoris, & ordinante regnum VI. Indictione XII.

NOTA.

Sevvon. fortè Seun, in diſtrictu Waſſerburgenſi, ut alibi monuimus.

NUM. CCCXCIX.

Traditio Sigiwolfi Presbyteri ad Filusa.

DUm & omnibus non habetur incognitum, ſed multis eſt in epiſcopio beatiſſime Virginis Mariæ bene cognitum, qualiter vir venerabilis Sigiwolf Presbyter propriam hereditatem ſuam in loco Filuſa tradidit ad Sanctam Mariam domum epiſcopali in manus Domni Hittonis Epiſcopi, hoc eſt Eccleſiam cum domo, & quicquid ad ipſam Eccleſiam legibus pertinere videbatur, tam in edificiis, quàm territoriis, mancipiis, atque omni utenſiliis, ſilvis, pratis, paſcuis, & omnibus rebus ad ipſam Eccleſiam pertinentibus, quodcumque proprium in eodem loco habere videbatur, eo modo, ut poſt obitum ejus nullus domui Sanctæ Mariæ deſervire contradicere valeat. Hæc autem ſunt teſtes per aures tracti: Reginperht, Cundhart, Reginpald, Crimuni, Memmo, Isancrim, Gakanhart, Mahtperht, Tetti, Ampho. Actum eſt hoc die conſule, quod facit XIII. Kal. Majas, anno glorioſi Imperatoris Hluduvvici VI. Indict. XIII. Ego indignus Tagibertus Presbyter ſcripſi juſſione Hittonis Epiſcopi.

NUM. CD.

Traditio Bernoni Presbyteri & Monachi.

TRaditio Bernoni Presbyteri & Monachi ad Kermantesvvanc, quicquid ibidem contra fratres ſuos in propriæ hereditatis partem tulit totum ex integro tam in mancipiis, quàm territoriis domui Sanctæ Mariæ tradidit, & firmiter condonavit. Hæc ſunt teſtes per aures tracti: Walho, Eparheri, Wico, Einvvorth, Cozolt, Willihelm, Uulfinc, Haholf, Pernolf, Adalunc, Cundhart, Pernker, Otperht, Aarperht, Wigant, Emicho. Actum eſt hæc in nonis Maij anno imperii Hluduvvici ſexto, Indictione XII. Ego Tagabertus indignus Presbyter ſcripſi juſſione Hittonis Epiſcopi.

NUM. CDI.

Traditio Salomonis Abbatis ad Sindpaldeshusum.

PAteat omnibus in Bajovvaria manentibus tam ingenuis, quam & deſervientibus, quomodo jam quidam Abbas nomine Salomon conſtruxit, vel præpa-

Digitized by Google

præparavit in proprio ſui igitur genitoris alode oratorium in loco edicto Sindpaldeshuſir juxta fluvium Filusa, ob quam perficere domum orationis jam dictus Salomon venit ad pium, ac manſuetum Hittonem Epiſcopum humiliter inplorando, quatenus ibidem venire ſe pollicere dignaretur, quod ſic ſupra fatus Epiſcopus perfecit. Deinde veniens Epiſcopus, & multi alii nobiles viri cum eo ibidem adſiſterunt. Tunc vocatus Epiſcopus conſecravit hanc Eccleſiam, inſuper & patrocinia adjunxit. Quando igitur hæc omnia inpleta, & facta ſunt, venit in præſentia legitimè, ſive rationabili poteſtate miſſus ab eodem Salomone directus nomine Einhart, & ibi conram caterva, qui ad hanc Dedicationem venerat, tradidit ipſam Eccleſiam, nec non & Soror ipſius Salomonis de ſua portione ſimiliter in manus Epiſcopi ad domum beate, & intemerate Genetricis Dei in caſtro ſito Frigiſinenſe, ubi pretioſum corpus beati Corbiniani Confeſſor Chriſti conditum conſtat, & ibi gubernat Hitto Epiſcopus hanc familiam ſuo regimine cum omnibus ad eam pertinentibus, vel quicquid in prædicto loco Sindpaldeshusir hereditatis uſitare viderentur, hoc totum, & integrum ad illo altare, & ipſum altarem ad præfato domo Sanctæ Mariæ tradiderunt, atque omni ſtabilitate munierunt absque ulla mutabilitate permanere, ea ratione, ut ille ipſe & Soror ejus nomine Engilsvvind, quousque in hac caduca, & tranſitoria degerent vita ad eorum uſum, & poteſtatem fruerent; illorum verò poſt diſceſſum preter uulla contradictione ad memorato domo obtinetur. Actum eſt hoc ſub die conſule, quod eſt VII. Idus menne Novembris, anno Hluduvvico Chriſto propitio regnum ordinante VI. Indictione XIII. in conſpectu iſtorum: Johan Archipresbyter, Marcho Presbyter, Emihho, Nidperht, Undeo Diac. Anulo, Erchanperht, Wolſperht, Podalunc, Strodo. Teſtes per aures tracti: Ilprant, Sigipald, Eparheri, Rihpald, Cozolt, Petto, Ampricho, Engilhart, Reginhoh, Adalperht, Juto, Arnolt, Drudmunt, Reidker, Freſo, Reginperht, Hejo, Arpeo, Welacrim, Hartrat, Hrodolt, & alii multi. Ego itaque Pirtilo juſſi Hittonis Epiſcopi ſcripſi, & ſubſcripſi.

NUM. CDII.
Quomodo Sigifuns renovavit de Puppininga.

COmmemoratio qualiter quidam Presbyter Sigifuns ſuam jam dudum factam traditionem in loco nuncupato Puppininga iterum reſtauravit, & hoc cum ſuo Wadio in manus Hrodolfi Presbyteri ſtatuit, quatenus poteſtativa manu veſtituram cum omni integritate domui Sanctæ Mariæ laxaret, quod ita perfecit. prædictus Hrodolfus venit ad domum beate Dei Genetricis in caſtro ſito Frigiſinga, & cum uno I. orario dimiſit, & reddidit in altare Sanctæ Mariæ. Et hæc ſunt teſtes per aures tracti: Sigiperht, Pernolf, Haholf, Iſancrim, Ampho, Kaganhart, Engilpoto, Wichart, Kysalfrid, Cundheri, Wicpald. Hoc fuit ſub die, quod eſt pridie Nonas Maj menne, anno beatiſſimi, ac glorioſiſſimi Hloduwici Imperatoris regnum regente VI. Indictione XII.

NUM. CDIII.
Traditio Erlapaldi Presbyteri, & Amalfridi Diaconi, & Erchanpald Presbyteri, & Erlolf Laici.

DUm & omnibus non habetur incognitum, ſed multis in epiſcopio beatiſſimæ ſemper Virginis Mariæ bene eſt notum, qualiter jam olim Erlapald Presbyter propriam hereditatem ſuam domui Sanctæ Mariæ tradidit, & firmiter in perpetuum poſſidendum confirmavit, quicquid habere, & poſ-

ſidere videbatur in loco Rihcozeshouum. Similitérque & Amalfrid Diaconus eodem tempore ſuam hereditatem domui Sanctæ Mariæ condonavit in loco propinquo nominato Rehpach, quicquid in eodem loco poſſidere, & proprium habere viſum eſt, hoc eſt territorium, & unum mancipium, & alium dimidium, quem communem habuit cum fratre ſuo nomine Erlolf. Jam defuncto Amalfrido Diacono venerunt ad Domnum Hittonem Epiſcopum Erlapald Presbyter, & Adolf Laicus, & nuntiaverunt ei, qualiter jam dicta res temporibus Arbionis Epiſcopi, & Attonis Epiſcopi jam acta fuerunt, & in illius præſentia acceſſerunt ad altare Sanctæ Mariæ, & tradiderunt pro Erlolfum tertiam partem territorii ipſius Erlolfi in loco Rehpach, & duos mancipios, quorum nomina Cundalperht, Tota. hoc fecit Erlapald Presbyter, & Adolf Laicus: qui tunc miſſi Erlolfi hanc traditionem perficere fuerunt, & fecerunt ita. Hoc peractum acceſſit Erchanpald Presbyter eadem hora, & tradidit propriæ hereditatis jurnales XXX. & triginta carradas de pratis, & mancipios IIII. Horscuni, Wolfhram, Otfrit, Erchanfrit, ſtatuitque, ut poſt obitum ejus hæc omnia ſupra dicta nullus domui Sanctæ Mariæ contradicere poteſtatem habuiſſet. Actum eſt hæc in præſentia Domni Hittonis Epiſcopi, & Heriberti Archipresbyteri, Oadalpald Presbyter & Monachus, Meginolt Presbyter & Monachus, Emicho Diaconus, Anno Diaconus, Nidperht Diaconus, ſeu alij multi. Teſtes per aures tracti: Adam, Fridurat, Isancrim, Walcho, Marcheo, Petto, Juto, Cundhart, Adalunc, Einuorht, Willipald. Actum eſt hæc XI. Kal. Decembris, anno glorioſi Imperatoris Hloduici VI. Indictione XI. Ego Tagabertus indignus Presbyter conſcripſi juſſione venerabilis Hittonis Epiſcopi.

NUM. CDIV.

Traditio Erchanharti, & Kartfridi.

NOtum eſt cunctis in epiſcopio Sanctæ Mariæ converſantibus, qualiter quidam fratres Erchanhart, & Cartfrid tradiderunt arvum adjacentem monti Frigiſienſum, ipſeque arvus jam olim ab anteceſſorum meorum jam dictæ domui temporibus Taſſiloni Ducis traditum erat, ſed propter aliquam negligentiam, vel ſtultitiam ſupra dictorum fratrum retardatum, & elongatum fuerat, quod inveſtitura domui epiſcopali non venerat, ſed & magis propter iracundiam Engilberti centinarij, quam ipſe erga hanc Sanctum domum, eu prô dolor! ſemper habuit. Nunc verò inſtigante divina gratia Deothardus filius Engilberti emendare ſtuduit, quod pater illius in hac re deliquerit, vocavit jam dictos fratres, illosque ammonuit, ut reſtaurarent jam actam traditionem. Ita & fecerunt, veniens nominatus Erchanhart ad virum Venerabilem Hittonem Epiſcopum, & narrabit ei ordinem rei, Ipſéque pius Pontifex benigne ſuſcipiens omnia ab eo narrata, frater verò illius valida infirmitate occupatus jacuit, ipſe magnopere deprecavit, ut eadem res eo vivente emendatum, vel correctum fuiſſet, ita & actum eſt. Acceſſit ipſe Erchahart ad altare Sanctæ Mariæ coram cunctæ familiæ utrorumque Clericorum, & Laicorum promiſcuum, & tradidit, atque reſtituit ſepe dictum arvuum domui Sanctæ Mariæ ſemper Virginis cum licentia, atque permiſſione, vel etiam ammonitione ſui Magiſtri Deotharti Centinarij, ſimulque petitione infirmi fratris ſui Cartfridi, eò quòd in diſperatione vita illius tunc tempore erat. Hæc ſunt teſtes per aures tracti: Walho, Pernolf, Reginhoh, Petto, Cundhart, Irminheri, Oadalhart, Engilhart, Suluman, Erchanolt, Reginheri, Willihart, Rihperht. Actum eſt hæc die conſule, quod facit VIII. Kal. Januarias, anno glorioſi Hloduwici Imperatoris VI. Indictione XIII. Ego Tagapertus Presbyter ſcripſi juſſione Hittonis Epiſcopi.

NUM.

Digitized by Google

NUM. CDV.

Alpolt Presbyter renovavit traditionem ad Lintahe, quæ jam facta fuit.

DUm igitur vir vitæ venerabilis nomine Hitto divino nutu, ſuòque ſtudio beatum & memorabilem conventum una cum Abbatibus, ſeu Presbyteris vel Diaconis, nec non & Clericis bono certamine, qualiter Dei ſervitium ſuper augmentare, ſuúmque ſacrum officium, ceterorumque omnium ſibi à Deo ſubjectorum emeliorare, vel inſtituere ad ampliorem profectum potuiſſet, ibique interea ejusdem Epiſcopi Presbyter nomine Alpolt ſurrexit, & ait, ſe jam dudum propriam alodem traditum, ſeu omnino confirmatum ad beatam domum Dei Genetricis in caſtro ſito Frigiſinenſe, ſed ipſam ſupra dictam traditionem coram magna multitudine cum cuncta ſua licet adquiſitione, quod ipſe cum pſalmodiis, & orationibus, vel aliis in quolibet cauſis lucravit, hoc cum univerſa integritate reſtaurando ad præfatam domum intenta, ac devota mente modis omnibus abſque ulla pretermiſſione terris, ſilvis, campis, pratis, paſcuis, farinariis, mancipiis, pecoribus, cultis cum omnibus adjacentiis firmando recuperavit in loco fato Lintahi, & quicquid ille ipſe deinceps laborare, aut adquirere, aut per qualecumque ingenium adtrahere hoc penitus perenna ſtabilitate ad jam dicto domo uteretur. Et hæc ſunt teſtes per aures tracti: Kaganhart, Willahelm, Willapato, Drudmunt, Rihpald, Cozolt, Wichart, Nothart, Otperht, Reginhoh, Engilhart, Pernölf, Cundheri, Heriperht, Sigur. Hoc fuit in præſentia publice ſynodis VIII. Kal. Octobris, anno Chriſto propitio piiſſimi, & glorioſiſſimi Hloduwici Imperatoris Auguſti VI. Indictione XII.

NUM. CDVI.

Traditio Rihpaldi Presbyteri, & Deotribhi, ſeu Reginperti ad Frigiſinga.

DUm incognitum non habetur, ſed multis bene notum eſt, qualiter quidam Presbyter nomine Rihpald conſtruxit quoddam oratorium. quod cum propria pecunia Sanctæ Mariæ conparavit ad Reginperto, ille & defenſor ejus Deotrih infra ſilva, quod jacet in obviam loco nuncupato Kenperc, deinde veniens ad venerabilem Hittonem Epiſcopum ſuppliciter poſtulando, ut ibidem venire dignaretur, quod ita & fecit. Ibique perveniens Epiſcopus, & multi nobiles viri cum eo adfuerunt. Tunc interrogavit præfatum Presbyterum, & Defenſorem ejus, nec non & Reginpertum, ſi quis ullam fabulationem, aut etiam dominatione in hoc oratorio omnino habere? illi verò una voce dixerunt, nullum alium ſe inmitti potuiſſe. Hoc audiens Epiſcopus conſecravit Eccleſiam, nec non & altare, verùm etiam & reliquias addidit, inſuper autem & ipſe miſſarum ſolemnia ſtatim ibidem celebravit. Quando hæc omnia facta ſunt, venit jam allatus Presbyter cum ſuo Defenſore, nec non & Reginperto coram multos, qui ad hanc celebrationem venerant, & tradiderunt ipſum Oratorium generali manu in manus Epiſcopi ad domum beatæ Mariæ, & continuò cenſum perſolverunt ad Frigiſinga. Tunc Epiſcopus præſtitit Rihpald ipſam Eccleſiam in beneficium teſtibus iſtis: Situli, Pernolf, Reginpald, Kerhoh, Reginhoh, Engilrih, Amprícho, Walho, Adalunc, Tetti, Willipato, Cozolt, Durinc, Altrih, Altaperht, Popo, Drudmunt, Eliut, Reginperht, Deotrih, ceterique multi. Actum eſt hoc die quodem XVII. Kalendas Octobris, anno ſiquidem imperium gubernante Hloduwico piiſſimo Imperatori VI. Indictione XII.

NUM.

NUM. CDVII.

Traditio Erchanpaldi Presbyteri, & Erlolfi Rincozeshusir.

DUm & omnibus non habetur incognitum, ſed multis in Epiſcopio beatiſſime ſemper Virginis Mariæ bene eſt notum, qualiter Erchanpald Presbyter, & Herlolf tradiderunt propriam hereditatem illorum in loco Rihcozeshusir ad domum Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas. Illi quidem ſtatuerunt, ut poſt obitum illorum ad jam dictum domum ſine ulla contradictione ſtabiliter in perpetuum pro redemptionem animarum illorum permaneret deſervire ulla perſona poteſtatem non habeat. Hæc autem ſunt teſtes, in quorum præſentia hoc actum eſſe nullus dubitet: Hitto Epiſcopus, Heriperht Archipresbyter, Adalpald Presbyter, Meginolt Presbyter, Emicho Diaconus, Anno Diaconus, Nidperht Diaconus, ſeu alii multi. Teſtes verò per aures tracti: Adam, Fridurat, Isancrim, Walho, Marcho, Petto, Juto, Cundhart Adalunc, Einvorht, Williпald. Actum eſt hæc XVI. Kal. Decembris. Ego quidem Tagibertus indignus Presbyter ſcripſi juſſione Hittonis Epiſcopi.

NUM. CDVIII.

Quomodo Deotpald Presbyter reddidit ad Holzhusum.

NUnc quoque ac deinceps univerſis facientibus, nec non exercentibus, verùm etiam juſtitiam conſentientibus, immò volentibus per cuncta Bajovvaria nobilibus, ac degeneris perſpicuè ſit dilucidatum, quod quidam Presbyter nomine Deotpald ſuam igitur, quam & fratris hereditatem, ſeu & adquiſitionem, quam jam dudum domui Sanctæ Mariæ traditam, & ordine legitimo habuerunt municam die ad domum, quo beatiſſimi Principis iter Apoſtolorum Petri carpebat, quicquid eo die tenere, aut poſſidere viſus fuerat in loco nominato, ad Holzhusum, penitus hoc utique ex fundo jam dictus Deotpaldus in manus Hittonis Epiſcopi, & ſui Defenſoris cum omni veſtitura reddidit, ne, quod abſit, à predicto beate domo deſidia ſcilicet ſua, & negligentia minimè abſtractum, aut alienatum fuiſſet, tamen in omnibus, quicquid ex hac die ſuis coram placuiſſet oculis ad profectum, & utilitatem pro memorato domo, & familia poſſe videtur, libero arbitrio fruetur Epiſcopus, & hæc traditio nihilominus firma permeneat. Hoc fuit XVIII. Kalendas Majas anno ſiquidem Hloduwic gubernante regnum VI. dictio XII. Et hæc teſtes ſtipulatione interpoſita: Haholf, Sigur, Heipo, Eparheri, Rihpald, Petto, Otperht, Tuoto, Memmo, Wichart, Reginperht, Kammo, Cundhart, Arperht, Odalhart, ceterique multi. Ego itaque Pirhtilo indignus Subdiaconus juſſu piiſſimi Hittoni Epiſcopi ſcripſi & ſubſcripſi.

NUM. CDIX.

Qualiter Cozpald Laicus reddidit beneficium ad Sulzamose.

JAm verò pandamus, quòd quidam callida inſidiantes mahbinatione, quomodo Cozpaldum de ſuo licet igitur beneficio defraudare, vel etiam omni canominæ extirpare potuiſſent. Quam ob cauſam venerunt ad Hittonem Epiſcopum, referentes ei, ut prædictus Cozpaldus frequenti meditatione una cum ſuis germanibus didiciſſet, ſeu hoc conſiliâſſet, quatenus omni intentione ipſum beneficium domo Sanctæ Mariæ, vel Rectoribus ejus contradicerent.

Audi-

Digitized by Google

Audiens autem Epiſcopus arceſſivit eum ad ſe, & querebat ipſam rem, quam Patruus ſuus nomine Piſum domo Sanctæ Mariæ tradidit, & prædictus Cozpaldus inde non minus duobus in beneficium accepit. Ille autem dicens, ſe nunquam aliter putare, aut dicere, niſi tantùm propriæ Sanctæ Mariæ fuiſſe, quicquid præfatus Piſum habere noſcitur in loco nominato Sulzamos, & ſtatim relaxavit in manus Epiſcopi cum omni integritate, hoc edificia cum domibus, curtis, mancipiis, quorum nomina hæc ſunt: Odalkis, Adalker, Somrat, Wolfkis, Adalrih, Ratpot, Mahtuni, Popila, Werindrud, Alphilt, Alpswind, Ortila, Brunhilt, Kiſalhilt, Ratpurc & tres colonias, inſuper autem omnem ſuppellectilem. Actum eſt hoc ſub die conſule, quod eſt IIII. Nonas Junias, anno glorioſiſſimi Hloduvvici Imperatoris Auguſti VII. Indict. XIII. præſentibus iſtis: Keparoh, Freso, Alprih, Aram, Waltrih, Liutprant, Sulman, Walho, Reginhoh, Asolt, Tamuzan, Wofuni, Emilo, Engilker, Putilo, Erchanolf, Spulit, Kiſo, Engilhart, ceterique. Quando hæc omnia facta ſunt, iterum præſtavit ei Epiſcopus in beneficium tam diu contra domum Sanctæ Mariæ cum Servitio, & fidelitate ſervaret. Ego itaque Pirhtilo indignus Subdiaconus juſſu de Domno Hittone Epiſcopo ſcripſi.

NUM. CDX.

Notitia de renovatione traditionis Hrodharij Presbyteri ad Phetarah, & traditio Iſanharti Clerici in eodem vico, & beneficium illius.

DUm & omnibus non habetur incognitum, ſed multis eſt in epiſcopio Sanctæ Mariæ bene cognitum, qualiter Vir venerabilis Hrodheri Presbyter renovavit traditionem ab Anteceſſoribus ſuis olim actam ad domum Sanctæ Mariæ ſemper Virginis in loco Frigiſinga, eo modo jam caligantibus ejus oculis virum fidelem Wagonem mittens ad Domnum Hittonem Epiſcopum adnuntians ei conſilium, vel voluntatem animæ ſuæ, petensque Domnum Epiſcopum, ut publicè, & legitimè proprium Servum Sanctæ Mariæ conſedere feciſſet jam dictam rem Hrodharij Presbyteri, ita & actum eſt. Hoc peractum tres dies & noctes iterumque conſilio inito Hrodheri cum Wagone, vel aliis propriis proximis, & fidelibus ſuis, ut pius Pontifex Hitto ei auxilium, ſeu adjutorium perdonare decreviſſet, ea ratione, ut propter ſuam ſenectutem, & caliginem oculorum res eccleſiaſticas, quas habuit diſtracta, & minorata non fuiſſet, vel etiam in aliis rebus augmentata, & meliorata ad domum Sanctæ Mariæ creſcere potuiſſet. Placuit hæc omnia Domno Epiſcopo, & conceſſit ei licentiam eligere de ſuis propinquis, qui ei conplacuiſſet, & ipſi obediens ſicut Patri eſſet. Hæc conventia utriſque partibus peracta, & bono condicta conſilio elegebat Hrodheri Presbyter filium fratris ſui Iſanhartum Clericum cum conſilio omnium propinquorum, & adduxerunt eum ad Domnum Hittonem Dei Sacerdotem, & enarraverunt omnium conſilium illorum, eò quòd ipſe Iſanhart propriam hereditatem, quam pater ſuus ei in eodem vico Phetarah nuncupato in hereditatem reliquit, domui Sanctæ Mariæ tradere voluit, in hoc, quòd ei Domnus Epiſcopus Eccleſiam cum rebus ad eam pertinentibus Hrodharij patrui ſui in beneficium concediſſet. Placuerunt Domno Epiſcopo ita condicta hæc omnia. Tunc acceſſit jam dictus Iſanhart, & frater ejus Otolh, & communi manu tradiderunt domui Sanctæ Mariæ, quicquid proprie hereditatis Iſanhart Clericus in ſupra dicto vico Phetarah habere videbatur, domum, curtem circumcinctam cum omnibus ædificiis, & utenſiliis, nihil enim ex omnibus prætermiſit, tam in mancipiis, quàm omnibus rebus, territoriis, pratis, ſilvis, vel quicquid ad jam dictum domum legibus pertinere viſum eſt, totum ex integro

Digitized by Google

domui Sanctæ Mariæ & firmiter condonaverunt in hoc, quod utraſque res ad ſuam vitam in beneficium ad plenum Servitium eccleſiaſticum habere cum licuiſſet. Ita & actum, & firmiter confirmatum. Hæc nomina mancipiorum, quos tradidit Iſanhart: Wanolf, Liutker, Deotkis, Waltolf, Wolfsvvind, Rihhilt, Waltila, Waltrat, Werdhilt. Hæc nomina teſtium: inprimis fidejuſſores, Samuel, Toto, Haholf, Reginhoh. Deinde teſtes per aures tracti: Otolh frater Iſanharti, Samuel, Walho, Crimheri, Hoholf, Toto, Reginhoh, Francho, Herilunc, Crimuni, Eparachar, Cozolt, Herivvin, Kepahoh, Arperht, Kerperht, Hunkis, Rihperht, Ellancrim, Willipato, Actum eſt hæc in XI. Kal. Junias, anno glorioſi Hludovvici Imperatoris VI. Indictione XIII. anno Incarnationis Domini DCCCXX. Ego quidem Tagipertus indignus Presbyter ſcripſi juſſione Hittonis Epiſcopi.

NUM. CDXI.

Traditio Heripaldi Presbyteri, & renovatio traditionis Adalungi Presbyteri.

PAteat ergo omnibus audientibus tam ſub eccleſiaſtico regimine degentibus, quàm & ſecularia judicia decernentibus, quondam Presbyter Heripald tractantem aliquam delegationem de ſuis propriis facultatibus ad domum beate Mariæ Dei Genetricis feciſſe, ob quam cauſam confirmandam venit præfatus Presbyter nomine Heripald coram Hittonem Epiſcopum in loco, qui vulgò dicitur Othereshuſir, ibique coram multitudine populi procedit, & quicquid proprie alodis, ſeu lucrationis præſenti tempore uſitare, aut dominare videbatur in loco fato Herineshuſir cum omni utenſilia, vel ſubpellectile tradidit in manus Hittonis Epiſcopi ad præmemorato domo beatæ Mariæ, ut in evum inconvulſum perduraret; nihil enim pretermittit, niſi parvam rem, quam nepoti ſuo cum convenientia Epiſcopi ad uſum vitæ tradidit. Et hæc ſunt teſtes: Crimperht, Cotaperht, Paldachar, Cundhart, Hludolf, Ilprant, Eparachar, Marcheo, Wicco, Heilrih, Ermanolt, Waldker, Odalſcalh, Engilhart, Cartfrid, Lantpald, ceterique multi adſtabant. Hludolf fidejuſſor.

Poſt breve tempus ejuſdem diei Adaluncus Presbyter adfuit, Epiſcopo licentiam petiturus Romam pergendi habere, quod minimè pius Epiſcopus denegationem exhibuit, ac gratanter eum ammonuit, præcavere de ſua traditione, quam jam fecit antiquis temporibus ad domo Sanctæ Mariæ in caſtro ſito Frigiſinga. Ille verò ſtatim promptus peragit, quantumcunque his temporibus matrimoniis, vel adquiſitionis habere noſcitur, hoc totum ex integro in manus Hittonis Epiſcopi relaxavit, & priſcam traditionem renovavit, ut firmiter in perpetuum ſtabiliter permanſiſſet, videntibus iſtis: Tamuzan, Crimperht, Cotaperht, Paldachar, Cundhart, Walho, Ilprant, Reginhoh, Cartfrid, Ermanolt, Waldker, Kiſalfrid, Witubhi, Engilhart, Adalperht, Heilrih, Odalſcalh, Cundpald, Juto, Lungar, Herimunt, Truchman, Cotedeo, Wolfum. Actum eſt hoc XVIII. Kalendas Majas menne, Indictione XIII. anno ſiquidem Hloduvvici imperij ejus VII.

NOTÆ.

Othereshusir. Otershauſen, in diſtrictu Dachavienſi.
Herineshusir. Herazhauſen, in Præfectura Crantſpergenſi.

NUM.

Digitized by Google

NUM. CDXII.

Quomodo Kaganharti cauſam Reginhelm reddidit Hittoni Epiſcopo. Quomodo Frumolt Presbyter, et Liutolt tradiderunt ad Wilpah. Quomodo Haduperht Clericus reddidit, & iterum in beneficium accepit.

HOc quoque ad memoriam vertimur, quomodo quidam Laicus nomine Kaganhart die obitûs ſui ad propinquante ſuam igitur propriam alodem, vel adquiſitionem in manus Reginhelm nepoti ſui per Wadia conſtituit, quatenus Hittonem Epiſcopum de ſuis omnibus rebus poteſtative veſtiret per ipſum Wadium, ſicut ei commendavit, eò quòd plus in ſua miſericordia, quàm in ullius alijs confidit aliquam clementiam, ſeu juvamen poſt eum diſponere, ob quam cauſam, & indulgentiam animæ ſuæ venit jam dictus Reginhelmus in loco nominato Feohtkirha coram Hittonem Epiſcopum, & ibi coram magnam multitudinem veſtivit, atque per Wadia in manus Epiſcopi omnia relaxavit, verùm etiam & ipſius Kaganharti infantulum ſue defenſione, & pietate commendavit, quod etiam pius Epiſcopus libenter ſuſcepit, & de Dei miſericordia conpunctus, quicquid præfatus Kaganhardus habuit in loco nuncupato Fiſcon ipſo infantulo in ſua elymoſina præſtavit, & per hoc annis ſingulis VI. denarios ſolveret. Hoc erat præſentibùs iſtis: Crimperht, Sigiperht, Cotaperht, Alhmunt, Reginperht, Cundhart, Cartfrid, Waldker, Ermanolt, Adalperht, Engihart, Kisalfrid, Witubhi, Heilrih, Pilicrim, Odalſcalh, Cotaſcalh, Ilprant, Reginhoh, Cundpald, Juto, Wolfolt, Luncar, Cozrat, Sulman, Chuniperht, Adalhart, ceteriqúe multi.

Igitur eadem hora Frumolt Presbyter, & Liutolt nepus ejus adearant cum ſuis defenſoribus, & quicquid proprie hereditatis, ſeu adquiſitionis præſente tempore habere videntur ad Wilpalh, hoc quoque totum ex integro in manus Hittonis Epiſcopi ad domum Sanctæ Mariæ tradiderunt, ea ratione, ut ſi quis alteri ſuperſtis fuiſſet, ad ſuum uſu, & poteſtatem in ſervitium beate Mariæ teneret. Et hi teſtes per aures tracti: Crimperht, Cotaperht, Alhmunt, Cundhart, Reginperht, Liutpald, Hugiperht, Pilikrim, Wolfolt, Paldachar, Reginhoh, Witubhi, Odalſcalh, Cozolt, Cozrat, Odolt, Hato. Actum eſt in villa, qui dicitur Feohtkirha XVII. Kalendas Maij menne, anno glorioſi Imperatoris Hloduvvici VII. Indict. XIII.

Ante hoc trium dierum Hadupertus Clericus ſuam jam factam ad domum Sanctæ Mariæ traditionem propriæ alodis, ſeu beneficia prædicto domo aſumpti in manus Hittonis Epiſcopi reddidit, ac reveſtivit ad domum beate Mariæ, & ſeipſum abſacitum tribus diebus, & tribus noctibus exhibebit, & ipſam rem proprius ſervus Sanctæ Mariæ obſedit. Quo peracto venit iterum ad Epiſcopum, & in ſua miſericordia præſtavit ei ipſam cauſam ad uſum vite ſue. Reddidit hoc in villa nuncupante Othereshuſir videntibus iſtis: Situli, Crimperht, Ratkis, Engilhart, Hrodhart, Reginhoh, Cundhart, Ilprant, Marcho, Kisalfrid, Heriperht, Eparachar, Wicco, Moathart, Lantpald, & iſti alij ſupra ſcripti preſentes erant, quando iterum beneficium accepit ad Feohtkirhun.

Digitized by Google

NUM. CDXIII.

Qualiter Altwart reddidit Eccleſiam ad Luttinwanc.

CONvenit itaque Sancta Synodus in loco, qui vulgò dicitur Ehinga, in quo ſederunt Hitto Epiſcopus, Meginhart, Sigimot, Sindihho Abbates, ibique quidam Laicus nomine Wergant in præſentia proceſſit, & reclamavit ſe ad hanc congregationem, dicens, quod Altwar Presbyter injuſtè ſuam igitur partem in eccleſiaſtica cauſa, que eſt conſtructa in loco nominato Luttinvvanc de epiſcopatu Sanctæ Mariæ tradidiſſet, quam traditionem prædictus Presbyter minimè potuit denegare. Tunc ſupra memoratus Epiſcopus juſſit ipſum Presbyterum referre, ſicut circa illam cauſam rectiſſimè meminiſſet. Ille verò ait, quòd Joſep Epiſcopus hanc Eccleſiam dedicâſſet, & poſtea ipſam Eccleſiam ſibi in proprium ab Epiſcopo datam uſque ad obitum vitæ ſuæ. Interea igitur ſurrexit Keidrih Presbyter, referens, quòd ipſe Altvvart temporibus Attonis Epiſcopi eandem Eccleſiam cum omnibus ad eam pertinentibus ſibi reddidiſſet ad epiſcopatum & poteſtatem Sanctæ Mariæ, quod ibi in preſente verum eſſe repertum eſt. Quam ob cauſam queſivit prædictus Epiſcopus veſtituram ipſius Eccleſiæ, quæ ab antiquis temporibus tradita, ac deligata fuerat ad domum beate, & iterum in beneficiarium eam inde ſibi accepit. Tunc videbat, quòd nequaquam contradicere, vel defendere poterat, ſed ſuis licet ſermonibus convictus nullam poteſtatem tradere habendi, & reddidit ipſam Eccleſiam cum omni veſtitura ad prædictum domum in manus Hittonis Epiſcopi. Fidejuſſores: Keidrih, Alprih. præſentibus iſtis: Samuel, Sigiperht, Situli, Spulit, Luitpald, Wergant, Haholf, Cozolf, Eparachar, Wichart, inſuper autem cuncta congregatio Presbyterorum ceterorúmque Eccleſiaſticorum. Actum ſub dio conſule, quod eſt VIIII. Kalendas Junias, anno ſiquidem Hloduvvico Sereniſſimo Imperatore Auguſto VII. Indictione XIII. Ego ac ſi indignus Subdiaconus Pirhtilo juſſu Hittonis Epiſcopi ſcripſi, & ſubſcripſi.

NOTA.

Luttinvvanc. hod. Lutevvang, in diſtrictu Landſpergenſi, ac Diœceſi Friſingenſi.

NUM. CDXIV.

De Eccleſia in loco nuncupato Luges.

COnſtat multis in epiſcopio Sanctæ Mariæ, qualiter quidam homo nomine Friduperht, & coheredes ſui conſtruxerunt Eccleſiam in loco nominato Luges. Deinde venerunt ad venerabilem Hittonem Epiſcopum ſuppliciter deprecantes, ut ibidem venire dignaretur, quod ita & fecit. Deinde autem ibidem veniens Epiſcopus, & multi alij nobiles viri cum eo aderant. Tunc Epiſcopus interrogavit Fridupertum, & coheredes ſui, ſi illorum portionem, quod eis contigiſſet in ipſa Eccleſia domo Sanctæ Mariæ donare voluiſſent? ſed illi ſtatim prompto animo eorum portionem, & locutionem, quam in ipſa Eccleſia habuerunt, contraplacitabant, quorum nomina hæc ſunt: Hunperht, Engilperht, Folcho, Waldperht, Hruodperht, Richelm, Sundarhart. Tunc Epiſcopus conſecrâvit hanc Eccleſiam, nec non & altarem, inſuper & reliquias addidit. quando hæc omnia facta ſunt, venit prædictus Fridupertus coram illa multitudine, qui ad hanc celebritatem venerant, & tradidit in illum altarem unum manſum veſtitum, & hæc nomina eorum: Adalfrid, Engillind, Uoadalcoz, Hunperht fidejuſſor. Poſtea verò idem Hunpertus, & filius ejus Richolt, quicquid proprie hereditatis, vel adquiſitionis habuerunt, hoc totum & integrum tradiderunt in ipſum altarem, ea ratione, ut ſiquis alterum ſuper-

Digitized by Google

ſupervixerit, ad ſuum uſum & poteſtatem habere, poſt obitum illorum ad domum Sanctæ Mariæ fuiſſet. Et tunc demum hii ſupra ſcripti venerunt, & manu generali ipſum altarem in manus Hittonis Epiſcopi ad domum Sanctæ Mariæ tradiderunt. Friduperht fidejuſſor. Et hæc teſtes: Odalſcalh Comis, Cundpato, Adalker, Adalperht, Heimo, Humperht, Willahelm, Engilperht, Tuoto, Adalkrim, Uuo, Alaman, Iſaac, Megilo, Petto, Adaluni, Regino, Folcho, Plidker, Heimperht, Waldperht, Nidhart, Pernker, Othelm, Reginperht, Hrodperht. Actum eſt hoc Idibus Januarijs, anno Hloduvvici Imperatoris VII. Indictione XIIII.

NUM. CDXV.

Traditio Iſaac Presbyteri de Anthadeshofa.

NOvit igitur multorum ſagacitas, qualiter quidam Presbyter Iſaac ſuam propriam alodem tradidit ad domum Sanctæ Mariæ in loco nuncupante Anthadeshuſir, quando divina vocatione concedente migravit ex hac luce, venit ſuus licet nepus Naſolt ad Hittonem Epiſcopum, ſedit contra marcam, & ipſam jam dictam traditionem ſupra fati Presbyteri, in manus Hittonis Epiſcopi reddidit, ac renovavit, & modis omnibus firmiter deligavit, quicquid ibidem præſente tempore, tam de alode, quam & de conparato, ſeu de conlatione religioſorum virorum claruiſſet, hocto tam præter ullam intermiſſionem in manus Epiſcopi tradidit. poſtea verò venerabilis Epiſcopus ipſam rem eidem Aſolfo in beneficium preſtitit, ea ratione, ut ipſe haberet, dum diu viveret, & pro hoc cenſuit annis ſingulis de argento ſolidum I. Alprih fidejuſſor. Et hæc ſunt teſtes: Uro, Reginhoh, Durinc, Sigideo, Eparheri, Emihho, Adalperht, Rihpald, Isanhart, Engilperht, Perhtolt, Ratpot, Petto, Lanto. Actum eſt hoc eſt ad Prenpruc XIII. Kalendas Auguſti anno Incarnationis Domini DCCCXX. & Hlodowico Imperatore regnum gubernante anno VIII.

NUM. CDXVI.

Traditio Rafolti Diaconi ad Chuginpah.

DUm in Dei nomine ego indignus Diaconus nomine Rafolt pro remedium animæ meæ tradidi propriam hereditatem meam, quicquid propriæ hereditatis habere viſus ſum in loco nuncupato Chuginpah, idem curtem cum domo, cum omnibus ædificijs, mancipijs, territorijs, pecoribus, cultis, & incultis, ſilvis, pratis, paſcuis, aquis, aquarumque decurſibus, nihil pretermiſi, ſed omnia in omnibus firmiter tradidi ad domum Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas, ut ab hodierno die ibidem firmiter cum omni integritate traditum permaneat. hoc factum eſt ad Frigiſingas in VII. Idus Septembris, Anno Incarnationis Domini DCCCXX Indictione VIIII. Hludowici Imperatoris ſui anno IIII. Haholf fidejuſſor iſtius traditionis. Iſti teſtes: Adaluni, Egilperht, Otperht, Adalperht, Reginperht, Engilperht, Eparheri, Reginhart, Albrich, Mezzi, Cozpald, Engilhart, Adalunc, Ambricho. Et ego Cozroh hoc videns & audiens ſcribſi.

NOTA.

Chuginpach. forte Kuchepach, in diſtrictu Aiblingenſi.

Digitized by Google

NUM. CDXVII.

Traditio Tenil ad Phetarach.

DUm & omnibus non habetur incognitum, ſed multis eſt in epiſcopio beatiſſimæ Virginis Mariæ bene notum, qualiter quidam homo Tenil nomine cauſam ſuam cum Domno Hittone Epiſcopo conſiliavit, atque conſtituit. Ipſius enim jam dicti viri Conjux defuncta, neceſſitate conpulſus adherebat genitialis feminæ Sanctæ Mariæ famulæ Meripurc nomine, & cum ipſa filium procreavit, noménque ei Haguno impoſuit, quem ingenti animo in corde adamavit. Idcirco cœpit cum propriis propinquis ſuis conſiliare, qualiter jam dictam amicam ſuam Meripurgam conquirere à Domno Hittone Epiſcopo ſimul cum filio potuiſſet. Inito quoque conſilio, ut partem propriæ hereditatis ac de cauſa domui Sanctæ Mariæ tradidiſſet. Hoc acto conſilio venerunt ad pium Pontificem Hittonem, & hæc omnia adnutiaverunt. Hoc quoque venerabilis vir audiens gratanter accepit, & fieri permiſit. Miſſum quoque ſuum Wagonem pro hac cauſa ad Frigiſinga tranſmiſit, ut hoc fideliter perfeciſſet. Ipséque ſepe dictus Tenil congregata turma parentorum cum conſilio Egolti fratris ſui pariter cum Wagone pervenerunt ad Frigiſinga in domum Sanctæ Mariæ, & tradidit proprium territorium, quod habuit in loco Phetarach. Primò enim partem baſilicæ, quam ad eum pertinere legibus videbatur, deinde locum ad curtem ſeu ædificia ad habitandum ſufficienter eſſe videtur, adjunxit etiam de territorio medietatem, quicquid in eodem loco ſe habere viſum eſt, in omnibus, tam in ſilvis, quàm agris, pratis, & campis, cultis, & incultis medietatem firmiter tradidit, atque condonavit ea ratione, ut eum eadem rem ad vitam ſuam habere liceat, & poſt obitum illius, ſi eum ſupervixerint amica ſua, & filius ejus, habeant hoc in ſervitium Sanctæ Mariæ, etiam poſtea jure perpetuo domui epiſcopali permanere nullus prohibere valeat. Hæc ſunt teſtes: Haholf, Umfrid, Reginperht, Immino, Chadol, Egolt, Hunkis, Hruadperht, Hunger, Altolf, Engilperht. Actum eſt hæc in VII. Kal. Auguſti, Indictione XIII. anno glorioſi Hludovvici Imperatoris VIII. Ego Tagopertus ſcripſi juſſione Hittonis Epiſcopi.

NUM. CDXVIII.

Podalunc ad Mahsminreinne tradidit.

IN nomine Dei Summi. Ego itaque Podalunc in propria alode mea oratorium conſtruxi in loco, qui dicitur Mahsminreini, ibique Hitto venerabilis Epiſcopus adveniens, & conſecravit ipſum oratorium, inſuper & reliquias addidit, ac proinde ego Podalunc, & filius meus Reginnolt venimus coram ipſum altarem, & quicquid proprie hereditatis aut adquiſitionis habuimus in duobus locis Mahsminreini & Hegilinga, hoc totum, & integrum in ipſum altarem pari conſenſu, pariqúe conſilio cum omni integritati, ſive plenitudine in manus Hittoni Epiſcopi tradidimus ad opus Sanctæ Mariæ in caſtro ſito Frigiſinga, ut in evum inconvulſum ab hac die & deinceps ad præfato domo beate Mariæ firmum omnino, ſtabiliſque permaneret. Tum jam ſupra fatus Epiſcopus eidem Reginolfo ipſam rem in beneficiarium preſtitit, & pro hoc cenſuit annis ſingulis denarios IIII. ad miſſam Sancti Martini. Actum eſt hoc ſub die conſule, quod eſt VIII. Kalendas Februarias anno Hluduvvici Imperatoris regnum gubernante VIII. Indictione XV. Hæc ſunt teſtes per aures tracti: Cundhart, Petto, Willahelm, Reginhoh, Adalker, Plidker, Uo, Wichelm, Willahelm, Kerperht, Kisalheri, Cotaperht, Nidhart, Engildeo, Hitto, Swid-

Digitized by Google

Swidhart, Toto, Urſo, Meginperht. Ceteri autem Paturicus Epiſcopus, Heriperht Archipresbyter, Undeo, Sigihart, Dignus Diaconi, Erchanfrid, Ercperht Clerici.

NUM. CDXIX.

Traditio Adalfridi Presbyteri ad Anzinga.

IN nomine Domini noſtri Jhesu Chriſti. Ego itaque Adalfrid Presbyter trado rem propriam ad edem beate Dei genetricis in caſtro nuncupato Frigiſinga pro me, meóſque anteceſſores in loco nominato Anzinca, quicquid ibidem preſenti habere, ſeu dominari videorum, hoc totum igitur dono, anteque transfirmo ad jam allato domo, ut poſt meum enim tranſitum omnino firmum, ſtabilisque fiat. Teſtes: Haholf, Petto, Willahelm, Alavvih, Cozafrid, Heriperht, Cundhart, Willahelm, Kerperht, Diudolf. Actum ſub die conſule, quod eſt VI. Kalendas Januarias, anno regnante Hloduvvico opinatiſſimo Auguſto VIII. Indictione XV.

NUM. CDXX.

Quomodo Asolt Presbyter renovavit.

COnſtat autem nonnullis in epiſcopio beate Mariæ tam eccleſiaſticis: quàm & ſecularibus viris, qualiter quidam Presbyter nomine Asolt traditionem avunculi ſui Isaac Presbyteri multis vicibus reſtauravit, ad extremum verò ad Frigiſinenſe veniens Hittonem Epiſcopum, ſeu aliam familiam Clericorum, ſive Laicorum advocavit, & in ipſum altarem beate Dei Genetricis, ubi glorioſus Confeſſorum Chriſti Corbinianus in corpore requieſcit, omnibus adſiſtentibus ipſam traditionem, quam Isaac jam dudum fecit, iterum tradendo, & confirmando renovavit, ut quicquid prædictus Isaac hereditatis, aut adquiſitionis ad Anthadeshofon haberet, vel idem Asolt contra heredes ſuos ſibi in portionem accepiſſet, hoc totum, & integrum firmiter & ſtabilis ad nominato domo perenniter maneret, hoc eſt Eccleſia cum domibus edificiis, curtiferis, mancipiis utriusque ſexûs, terris, ruris, campis, pratis, paſcuis, aquarumque decurſibus, ut quicquid exinde Rectores ipſius Eccleſiæ, aut Succeſſores eorum facere voluiſſent, liberam in omnibus fruerentur poteſtatem. Et hæc teſtes per aures tracti: Haholf, Wago, Sigipald, Eparheri, Witubhi, Adalunc, Otpert, Walker, Alavvih, Pern, Wizant, Rihperht. Actum ſub die conſule, quod eſt in Kalendis Januarii, anno Hloduvvico regni ejus VIII. Indictione XV.

NUM. CDXXI.

Qualiter Heriolt renovavit traditionem.

NOtum eſt cunctis in epiſcopio Sanctæ Mariæ converſantibus, qualiter Heriolt Presbyter renovavit traditionem ſuam, atque Patris ſui, nomine Reginhoh, jam olim ad domum Sanctæ Mariæ ab ipſis in duobus locis factam, hoc eſt, ad Hrodolfeshusun, & ad Steinesdorf, eo modo hanc renovationem ipſe Heriolt Presbyter fecit: adsumpſit parentes, & propinquos proprios, tulit ceſpites de his duobus locis virides, ſimiliter & frutecta virida ad plantanda in clauſtra Virginis Mariæ, & veniens ad Domnum Hittonem Epiſcopum die Adſumptionis Sanctæ Mariæ, ibique coram cuncto Clero, atque populo ad hanc ſolemnitatem congregato, acceſſit ad altare Sanctæ Mariæ, & deſuper poſuit ceſpites, & frutecta ad memoria ſempiterna, quas tulerunt Oadal-

pald

pald Presbyter, & Otolf Monachus, & plantaverunt eas in clauſtra, ut diximus beatiſſimæ Virginis Mariæ. Actum eſt hæc in præſentia Hittonis Epiſcopi, ſeu cunctæ familiæ ipſius, tam Clericorum, quàm & Laicorum, die, ut diximus, Adſumptionis Sanctæ Mariæ, quod eſt XVIII. Kalendas Auguſti. Hæc ſunt teſtes hujus renovationis per aures tracti: Hrodolt, Pernker, Cozperht, Stacolf, Tozi, Reginhoh, Crimheri, Spulit, Petto, Otperht, Wichelm, Oadalſcalh, Eparheri, Irminheri, Freaso, Cundheri. Anno quoque Hluduwici Imperatoris Octabo Indict. XIIII. Ego Tagibertus indignus Presbyter ſcripſi juſſo Hittonis Epiſcopi. Alii quoque, in quorum præſentia hoc actum eſſe videtur: Emicho, Reginpald, Irminfrid, Arperht, Crimuni, Kepahoh, Cundhart, Reginperht, Oadalſcald, Williperht, Haholf, Situli, Adalker, Cundolt, Pernolf, Pero, Kaganhart, Froimar, Altric, Ratpot, Esit, Cundhart. Hi enim cuncti hanc renovationem viderunt, & teſtimoniales exſiſtunt.

NUM. CDXXII.

Traditio Reginpaldi Presbyteri de Puppiningas.

NOtum eſt cunctis in epiſcopio Sanctæ Mariæ converſantibus, qualiter Reginpald Presbyter renovavit traditionem ſuam jam olim actam in loco Puppininga, eo modo, ut ipſe veniens ad Dei Sacerdotem Hittonem, ſeu cunctæ familiæ Sanctæ Mariæ ſemper Virginis, & reddebat ſe ipſum in Servitium Sanctæ Mariæ cum omnibus, quod proprium habere viſum eſt in jam dicto loco Puppininga Eccleſiam cum dominibus, vel quidquid ad hanc Eccleſiam proprium pertinere videbatur. Hæc autem ſunt teſtes per aures tracti: Hrodolt, Pernker, Cozperht, Starcolf, Tozi, Reginhoh, Crimheri, Spulit, Petto, Otperht, Wichelm, Odalſcalh, Eparheri, Irminheri, Freaso, Cundheri. Actum eſt hoc anno Hluduvvici Imperatoris VIII. Indictione XIIII. die conſule, quod facit VIII. Kalendas Junias, Ego Tagibertus indignus Presbyter ſcripſi juſſione Domni Hittonis Epiſcopi.

NOTA.

Puppiningas. hod. Pupling, in Præfectura Wolfratshusiana.

NUM. CDXXIII.

Traditio Pernwini Presbyteri de Perc.

COnſtat multis in regione Bajovvariorum commorantibus, tam eccleſiaſticis, quàm etiam & ſecularibus viris, qualiter quidam Presbyter nomine Pernvvin jam pridam, & antiquam ſue licèt proprie hereditatis, ſeu poſſeſſionis traditionem in loco nuncupato Uparacha fortiter, & inmutabiliter factam rurſum reſtauravit, atque inevitabili ſtabilitati domo Sanctæ Mariæ firmiter iteratione tradidit, ac cum omni plenitudine penitus deligavit pro adipiſcendum indulgentiam delictorum ſuorum, quantumcumque in ipſo loco Uparacha preſente tempore habere videtur, Eccleſia cum caſis, aliis edificiis, curtiferis, mancipiis, terris, ſilvis, campis, pratis, paſcuis, aquis, cultis, & incultis, vel cum univerſa ſuppellectile ad domo ſupra nominato transfirmavit, & hoc proprius Servus Sanctæ Mariæ nomine Winiperht in noctes conſedit; poſtea verò eadem cauſam feneravit Epiſcopus Pernvvino Presbytero. Actum eſt hoc ad Ehingun præſentibus iſtis: Meginhart, Hahart Abbates. Wago, Erchanfrid, Liutpald Comites. Cundahar, Deotpald, Cotaſcalh, Deothart, Cotaperht, Epubho, Erkanfrid, Putulunc, Heimo, Liutprant, Engilhart, Crimperht, Kejo, Meginhart, Sipihho, Wichart, Kartheri, Heilrih, Hitto, Spulit, Crimheri, Situli, Reginperht, Paldachar, Emihho, Hatto, Petto, Durinc,

Digitized by Google

rinc, Putilo, Engilhart, Reginhoh, Haholf, Svvomperht, Regino, Reginperht, Kerperht, Memmo, Wichart, Wigant, Pern, Alphart, ceteri multi. anno incarnationis Domini DCCCXXI. Hluduvvico Imperatore VIII. Indict. XIIII.

NUM. CDXXIV.

Cunzilo Presbyter tradit ad Sweinpah.

OB recordatione actuum, quæ jam dudum effecit Cunzilo Presbyter tradendo ſuam licèt facultatem ad domum Sanctæ Mariæ Frigiſinga. Sed veniens priſtinam traditionem iterum renovavit, & ſuam videlicet addando adquiſitionem ampliavit, omnia de omnibus, tam de alode, quàm de conparato, quæ ſibi præſente tempore habere, vel fruere videtur in loco nominato Svveinpah ex integro dedit, ac firma ſtabilitate plenè aſt funditus deligavit ad ſata domo Frigiſigenſe, ut in evum incommutabiliter pro remedium animæ ſuæ perſiſteret. Et hæc ſunt nomina teſtium: Situli, Engilhart, Spulit, Cundalperht, Erchanolt, Sulman, Deotrih, Toto, Erchanolf, Alprih. Actum eſt hoc III. Nonas Februarij.

NUM. CDXXV.

Traditio Cunzoni ad Zorngeltingas.

IN nomine Dei, & Salvatoris noſtri Jheſu Chriſti. Ego itaque Cunzo Laicus cogitans de Dei timore, vel æterna bona retributione, qualiter aliquam indulgentiam delictorum meorum apud pio Domino merear adipiſcere. Quapropter omnem rem proprietatis meæ in loco nominato Zornkeltinga trado, atque transfundo ad domum beatæ Mariæ in caſtro ſito Frigiſinga, quicquid in prædicto loco poſſidere videor, hoc totum & integrum præter XII. agros ad præfato domo Dei Genetricis dono, ac deligabo, ut in ævum inconvulſum perduraret; poſt obitum verò meum ipſos agros ad jam dicto domo tenentur, ſi mihi opus aliquam rem non contingat. Et hæc ſunt teſtes per aures tracti: Sigiperht, Liutprant, Rihpald, Toto, Snelmot, Adalker, Meginrat, Reginhoh, Adalunc, Heriperht, Kaganhart, Salucho, Kepahoh, Marcho, Wichart, Arpeo. Actum ſub die conſule, quod eſt V. Kalendas Decembris, anno Hludovvici Imperatoris VIII. Indict. XV.

NUM. CDXXVI.

Traditio, vel redditio Reginwarti ad Pohſcorro.

NOtitia qualiter Reginvvart venit ad Hittonem Epiſcopum, & reddidit in manus ſuas omnem rem, quem frater ejus pro remedium anime ſue ad domum Sanctæ Mariæ tradidit in loco nominato Pohſcorro, inſuper addidit omnem rem proprietatis ſue, quam in eodem loco preſentem tempore habere viſus eſt, & tradidit ad domum Sanctæ Mariæ, quicquid proprie hereditatis, aut adquiſitionis habuit, hoc totum & integrum jure perenno tradidit, atque transfirmavit, ut in evum inconvulſum pro ſe, ſuóſque parentes ad præfato domo perduraret; ſed poſt eo hoc ipſum ad Hittone Epiſcopo in beneficium accepit, & pro hoc annis ſingulis cenſuit de Pohſcorro XII. aut XII. modias de avena Hiltipald fideliter; poſt obitum verò ſuum, quicquid jure ad Pohſcorron haberent, hoc totum & integrum ad domum Sanctæ Mariæ teneretur. Liutpald Comis teſtes, Cotaſcalh, Cotaperht, Crimperht, Alhmunt, Paldachar, Hemmi, Reginhoh, Fricho, Sipihho, Hiltipald, Wichart, Deotheri, Reginperht, Hitto,

Digitized by Google

Haholf, Adalunc, Kerperht, Eparheri, Sigipald, alius Liutpald, Kaganhart, Unfrid, Cauzo, Chonhad, Altrih, Cundpald, Ratpold, Engilrih, Hrodperht, Lanperht, Reginperht, Chadol. Actum eſt hoc ſub die conſule, quod fideliter VI. Idus Martias anno glorioſi Hluduvvici Imperatoris VIIII. Indictione XV.

NOTA.

Pohſcorro. Pokern, in Præfectura Erdingana.

NUM. CDXXVII.
Deotpato Clericus ad Croaninpach.

NOtum eſt cunctis in domo Sanctæ Mariæ commanentibus, qualem convenientiam Domnus Meginpertus Presbyter, & Monachus, & Salomon Presbyter cum Deotpatone Clerico in præſentia Domni Hittoni Epiſcopi inter ſe fecerunt, eô modô, ut jam dictus Deotpato ſuam adquiſitionem in loco Croaninpach ad domum Sanctæ Mariæ firmiter tradidiſſet, & econtra in eodem loco in beneficium de Domno Epiſcopo cum conſilio jam dicti Meginperhti, & Salomonis triginta jurnales de pratis ſeptem carradas ad ſuam vitam accepiſſet cum mancipijs tres, quorum nomina Egina, & Luipila, & Nivvirat; propter illud quoque tradidit Deotpato, quicquid in jam dicto loco Croaninpach proprium habere videbatur, vel deinceps adipiſci ullo modo potuiſſet tam in mancipijs, quàm territoriis, ea ratione firma donatione, ut ſupra inter nos definitum eſt, ut poſt obitum Deotpatoni totum ex integro domui Sanctæ Mariæ nullus contradicere vel valeat, vel poteſtatem habeat, ſed cum veracis teſtibus firmiter confirmatum permaneat. Hæc ſunt, qui præſentes adfuerunt, & teſtes extiterunt: Kerhart, Reginperht, Liutker, Sigifloc, Tozzi, Leo, Arhart, Alprih. Actum eſt hæc in præſentia Domni Hittonis Epiſcopi, ſeu familiæ illius. Rupo Archipresbyter, Oadalpaldus Præpoſitus, Wago Capellanus, Anno Diaconus, alij verò multi, die autem conſule III. Kal. Aprilis, anno glorioſi Hloduuinci Imperatoris VIIII. Indictione XV. Ego quidem Cozroh Diaconus hanc cartulam ſcripſi juſſione Domni Hittonis Epiſcopi.

NOTA.

Oadalpaldus Præpoſitus. Oadalpaldus iſte hîc vocatur *Præpoſitus*, qui aliàs vocabatur *Presbyter & Monachus*. unde conſpicimus, eum factum eſſe poſtea *Præpoſitum*, id eſt, *Priorem*. videatur Regula S. Benedicti cap. 65. ubi agit *de Præpoſito Monaſterij*. qui etiam *cap.* 21. diſponit *de Decanis Monaſterij*: quales itidem in Documentis Friſingenſibus reperiuntur ſub primis Epiſcopis.

NUM. CDXXVIII.
Coteſcalch, & Ermanlind.

NOtum eſt cunctis in epiſcopio Sanctæ Mariæ commanentibus, qualem convenientiam quidam homo nomine Coteſcalh, unà cum conjuge ſua nomine Ermanlind cum Domno Hittone Epiſcopo in præſentia multorum fecerunt, eo modo, ut jam dictus Coteſcalh ſuam hereditatem in loco, quod dicitur ad Perge ad domum Sanctæ Mariæ firmiter tradidiſſet, & econtra in eodem loco in beneficium de Domno Epiſcopo unam baſilicam cum mancipijs quinque, vel quicquid ad ipſam baſilicam pertinere videbatur, ad ſuam vitam accepiſſet. Propter illud quoque tradidit Coteſcalh quicquid in jam dicto loco Perge proprium habere videbatur, vel deinceps adipiſci potuiſſet, tam in territorijs, ſeu rebus omnibus cum mancipijs quinque, ea ratione firma donatione, ut ſupra inter nos definitum eſt, ut poſt obitum ſupra dictorum amborum totum ex integro domui Sanctæ Mariæ nullus contradicere vel valeat, vel

Digitized by Google

vel poteſtatem habeat, ſed cum veracis teſtibus firmiter confirmatum permaneat. Deinde acceſſit ſupra dicta Conjux ejus nomine Ermanlind, & tradidit propria manu coram marito ſupra dicto in altarem Sanctæ Mariæ Jurnales XXX. in loco, quod dictum eſt ad Cotingun hujusmodi: Si maritus eam ſupervixerit, poſt obitum ipſe feminæ, nec de ipſo ſupra dicto marito, vel ab ullo homine nulla contradictio non reſervatur, ſed poſt obitum ipſius mulieris firmiter ſubjugatum fuiſſet, & Servitio domui ſupra dicto. Hæc ſunt, qui præſentes adfuerunt, & teſtes exſtiterunt: Peppo, Ratolt, Egino, Amalo, Willahelm, Uro, Reginperht, Cundhart, Toto, Oadalſcach, Kepahoh, Kerperht, Hato, Hroadperht, Lantpald, Eparheri, Alprih, Rihperht, Wichelm, Alawih, Cundalperht, Crimuni, Hatto, Lantrih. Actum eſt autem in Nonas Aprilis anno glorioſi Hludovvici Imperatoris VIIII. Indictione XV. Ego quidem Cozroh Diaconus, & Monachus hanc cartulam ſcripſi juſſione Domni Hittonis Epiſcopi. Et cenſuerunt pro hoc annis ſingulis ad miſſam Sancti Martini denarios XXX. perſolvere.

NOTA.

Hoc inſtrumentum eſt unum ex iis, in quibus Cozrohus ſe diſertè *Monachum* profitetur.

NUM. CDXXIX.

Oadalpald, & Minigo Presbyteri.

DUm & omnibus non habetur incognitum, ſed multis eſt in epiſcopio beatiſſime Virginis Mariæ bene notum, qualiter viri venerabiles Oadalpald Presbyter, & Minigo Presbyter in illorum hereditate in loco Etchinaha uterque ſuam conſtruit Eccleſiam, & propter familiarem fraternitatem, quam cum Attone fidele Epiſcopo ſemper habuerunt, cum licentia Sindberti Epiſcopi Attonem Epiſcopum conduxerunt, ut ipſe illorum conſecrâſſet Eccleſias. Ita & actum eſt cum conſenſu illorum Epiſcopi, & omnium convicinorum in eodem loco bonorum virorum ibidem commanentium, ita convenit omnes, ut uno die ambas illas conſecrâſſet Eccleſias, ipſique jam dicti viri Deo devoti Oadalpald Presbyter, & Minigo Presbyter devota voluntate eodem die utrasque illas Eccleſias domui Sanctæ Mariæ in manus Attonis Epiſcopi firmiter condonaverunt, & tradiderunt in præſentia omnium, tam eccleſiaſticorum, quam ſæcularium inmenſa multitudine ad dedicationem harum Eccleſiarum convenientium, ibique coram cunctis utraque Eccleſia domui Sanctæ Mariæ firmiter tradita, & condonata omnibus in hac provincia notum eſſe dinoſcitur. Nunc vero ſeneſcente Minigone Presbytero veniens ad virum venerabilem Hittonem Epiſcopum in publico Synodo ad Frigiſinga renovare, & confirmare olim actam traditionem ſuam, quem pius Pontifex blandè ſuſcepit, & omnia, quod ipſe ſuggeſſit, libenter accepit; ſuppliciter enim Domnum Epiſcopum coram cuncta congregatione ſynodali petiit, ut nepoti ſuo ſuo vocabulo nomen dato Minigo in beneficium ipſam Eccleſiam de manu Dei Sacerdotis accipere ad ſuam vitam in ſervitio prædicti Epiſcopi meruiſſet cum tale cenſu, quale domno Epiſcopo, & omnibus bene ſuis placuiſſet. Et ſic valde confirmatum eſt inter eos, ita ut nullus hoc contradicere, vel evertere valeat, ſed firmam habeat ſtabilitatem in perpetuum. In his ſermonibus confirmatis ipſe Minigo Presbyter in præſenti ſynodali congregatione acceſſit ad altare Sanctæ Mariæ ipſam Eccleſiam cum omnibus ad eam pertinentibus reddidit, paritérque & tradidit, nihil enim pretermiſit, ſed cum omni integritate tradidit, & domum Sanctæ Mariæ veſtivit. Hæc ſunt teſtes per aures tracti: Hrodolt, Heriperht, Kerhart, Memmo, Wichart, Reginhoh, Wigant, Crimuni, Hiltiprant, Cozolt. Actum eſt hæc in XVI. Kal. Octobris anno glorioſi Hluduvvici Imperatoris VIIII. Indictione XIII. Ego Tagibertus indignus Presbyter ſcripſi juſſione Domni Hittonis Epiſcopi.

NUM. CDXXX.

Mahtheri Truhsna Crivina.

IN nomine Dei & Salvatoris noſtri Jheſu Chriſti. Ego itaque Matheri cogitans, qualiter peccata mea poſſum minorare, & apud pio Domino aliquam indulgentiam in æterna beatitudine merear accipere; quapropter omnem rem proprietatis, aut adquiſitionis meæ dono, atque perpetua ſtabilis trado in manus Hittonis Epiſcopi ad monaſterium, quæ eſt conſtructum in honore Sancti Petri Apoſtoli, & Candidi Martyris Chriſti in loco nominato Intihha, hoc eſt, infra Truhsna, & Crivina, quicquid ibidem præſente habere tempore vel poſſidere videorum, hoc totum funditus ad ſupra dicto Monaſterio deligabo, & modis omnibus confirmo cum terris, ſilvis, campis, pratis, paſcuis, molinis, vineis, mancipiis, pecodibus, cultis, & incultis cum omnibus adjacentiis, ut quicquid exinde Rectores ipſius Monaſterii facere voluerint, liberam in omnibus teneant poteſtatem, & ego ipſe hoc ipſud in beneficiarii uſu ex Hittone Epiſcopo habitandum, & emeliorandum accepi, ita ut in nullum naufragium ponere licentiam non habeam. Et hæc ſunt teſtes per aures tracti: Reginhoh, Reginolf, Wicco, Petto, Adalunc, Ratpot, Delanto, Wolfperht, Meginrat, Wiſurih, Kepahoh, Willahart, Marcho, Arpeo, Liutperht, Hriffo, Engilperht, Herigo. fidejuſſor hujus traditionis Adalker. Actum eſt hoc ſub die conſule, quod eſt VI. Idus Julias Indictione XV. anno Domini DCCCXXII. & Hloduvinco piiſſimo Imperatore regnum gubernante VIIII. Ego itaque Pirhtilo indignus Subdiaconus juſſus domnus Hittonis Epiſcopi ſcripſi & ſubſcripſi Imperatoris amen.

NOTA.

Ex hoc inſtrumento iterum demonſtratur, Inticæ, ſeu in Innching fuiſſe Monaſterium.

NUM. CDXXXI.

Traditio Wolfperht, & Wanpurc ad Stroagum.

IN nomine Domini noſtri Jheſu Chriſti notum ſit cunctis fidelibus viris veracis nobilibus, quia jam quedam matrona nomine Wanpurc tradidit Wolfperto Clerico proprietatem ſuam in loco, qui dicitur Stroga, & poſtea convenit eos ambos illam matronam, & ipſum Clericum, ut convenienter tradidiſſent pro remedium anime eorum ipſam rem, & ita fecerunt. Tunc Ellanperht Advocatus Wolfperti, & ipſa Matrona Wanpurc tradiderunt ſupra dictum proprietatem ad Stroga ad venerandum locum ad Iſana in ipſam altarem Sancti Zenonis, & omnibus Sanctis, qui ibidem ſunt, ut poſt obitum illorum in perpetuum fuiſſet ſtabilitum nullo modo mutari potuiſſet. Iſti ſunt teſtes: inprimis Ellanpert, Heipo, Petto, Drudo, Kaganhart, Willihelm, Reginhoh, Wolfperht, Alpolf, Wichart, Sigipald. Actum eſt ad Iſana anno Hluduwici Imperatoris VIIII. VI. idus menſe Decembri, indictione XV.

NOTA.

Storagun. hodie Strogen, in Præfectura Erdingana.

NUM. CDXXXII.

Elizo Presbyter tradidit ad Sweinpach.

IN nomine Domini Dei & Salvatoris noſtri Jheſu Chriſti. Ego itaque Elizo Presbyter divina voce dicente inſtinctus: date, & dabitur vobis. Quapropter omnem rem proprietatis meæ dono, trado ad monaſterio Sancte Mariæ

Digitized by Google

Mariæ in caſtro Frigiſingas, ubi beatus Corbinianus Confeſſor Chriſti umatus eſt, quicquid hereditatis, aut adquiſitionis habere videorum in loco, qui dicitur Svveinpah', hoc univerſaliter ad præfato monaſterio cum edis, edificiis, curtis, ſilvis, campis, pratis, paſcuis, mancipiis, pecuniis, pecoribus, cultis, & incultis, aquis, aquarúmque decurſibus trado, atque transfirmo de meo jure, & poteſtate, in jurem & poteſtatem ipſius monaſterii, ut in perpetuum firmum omnino, & ſtabilis fiat, eo verò tenore, ut ego ipſe vel nepus meus Ribheri, dum diu in hac fragili vita vixerimus ad noſtrum uſum, & poteſtatem habemus, & pro hoc eadem hora cenſum perſolvi in manus Hittonis venerabilis Epiſcopi, hoc eſt denarios VI. & ſimul vvadiavi annis ſingulis. Poſt noſtrum verò obitum, quicquid ibidem adtractum, emelioratúmque repertum fuerit, vel tranſitus noſter relinquerit, hoc totum & integrum ad jam dicto monaſterio Frigiſinenſe tenetur. Et hæc teſtes per aures tracti: Spulit teſtes, & fidejuſſor, Cundalpert teſtes, Amolo, Cotafrid, Alavvih, Hrodpert, Cundhart, Ekkihart, Wicco, vel alij multi. Actum eſt hoc ſub die conſule, quod eſt Kalendis Martii Indictione XV. anno glorioſiſſimi Hoduvvici Auguſti regnum gubernante VIIII.

NUM. CDXXXIII.

Traditio Deotpaldi Presbyteri, & Erchanpaldi.

IN Dei nomine. Notum ſit cunctis fidelibus viris, veracíſque nobilibus, quia jam vir venerandus Presbyter nomine Deotpald ſeu Erchanpald frater ejus tradiderunt hereditatem eorum in loco, qui dicitur Stroga ad domum Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas in manu Hittoni Epiſcopi defenſori ejus, hoc eſt una baſilica, & alia caſa, & quicquid ibi pertinet, & ſex mancipias his nominibus: Liutcoz, Zallo, Willipurc, Rihelm, Maalpric, Lipolf, ſimiliter alia, quæ ibi videntur eſſe. Iſti ſunt, qui hoc viderunt, & teſtes tracti ſunt: inprimis Ellanperht Judex, Liutprant, Deotrih, Reginperht, Oadalſcalh, Willihelm, Kepahoh, Luitker, Snelmoot, Drudmunt, Lantpald, Irminfrid, Lanto, Egilolf, Toto. Actum eſt hoc ad Iſana monaſterio in XIIII. Kal. Septembris, anno Hluduvvici Imperatoris VIIII. Indictione XV.

Poſtea verò Hitto domnus Epiſcopus hoc ipſum per beneficium preſtabat Nordperto Clerico ſupra dicto Presbyteri nepote, & ille vvadiavit cenſum ſuum dare, hoc eſt, III. denarios ad miſſa Sancti Martini Confeſſoris ſemper unicuique anno numquam irritum ſit.

NOTA.

In hoc inſtrumento occurrit nova mentio de Monaſterio Iſana.

NUM. CDXXXIV.

Quomodo Hitto Epiſcopus Eccleſiam ad Feringas ad epiſcopatum vindicavit.

DUm ſediſſent Cotafrid videlicet, & Hatto & Ergeltingas, Adalhram, Hitto, Baturih, Reginheri, Agnus Epiſcopi, Kiſalhart, & Ellanperht judices, ceteriqúe omnes coronatores viri, ibiqúe inter eos ſurrexerunt Nidhart, & Frehholf miſſi Dominici, & interpellabant Hittonem Epiſcopum pro Eccleſiam, quæ ſita eſt in loco nominato Feringa dicentes: à domno Imperatore eis injunctum fuiſſe pro ipſam Eccleſiam inveſtigare, utrùm ad epiſcopatum pertinere, aut ſpecialiter capella ad opus dominicum fieri deberet? eò quòd Gregorius domno Imperatore referebat, Hittonem epiſcopum ipſam præfatam Eccle-

Eccleſiam injuſtè præripuiſſe. Quod ilico falſum fuiſſe inventum eſt per Epiſcopos, Abbates, Comites, ceteroſque bonos, veraceſque viros, qui narraverunt, ex temporibus Pippini Regis jam ſupra dictam Eccleſiam in epiſcopatum Sanctæ Mariæ ad Frigisinga cum omnibus ad eam jacentibus pertinuiſſe. Tunc quoque prædicti miſſi Nidhart, & Frehholf crediderunt ſibi, ut nequaquam jam fata Eccleſia ab illo epiſcopatu abſtracta fieri non potuit, ſimul & Gregorius cum ſuo defenſore Perhtolt, qui ipſam Eccleſiam queſivit, credidit, & fatebat ſe, nullam inde ulterius ampliùs motionem feciſſe. Actum eſt hoc ad Ergeltinga in præſentia multorum. Meginhart, Deotpald, Sigimot, Iſaac, Adalperht Abbates. Ribheri, Amalrih, Engilhart, Engildeo, Rihho, Liutpald, Heidanrih, Reginhart, Odalſcalh, Adalperht, Heripert, Kerolt Comites. Hrodolt, Cuniperht, Perhtolt, Camanolf, Svvarzolf, Gundalpert, Pernker, Cundpald, Cuniperht, Perahart, Job, Parto, Crimuni, Pillunc, Erinperht, Cundalperht, Irminheri, Ellanperht, Ratolt, Svvomperht, Toto, Heipo. Actum eſt hoc ſub die conſule, quod eſt III. Nonas Aprilis, anno glorioſiſſimi Hluduvvici Imperatoris Auguſti VIIII. Indictione prima.

NOTÆ.

Ex hoc inſtrumento egregiè eluceſcit antiquitas Eccleſiæ in Vering, comprobata coram Adalramo Archiepiſcopo Salisburgenſi, Hittone Epiſcopo Friſingenſi, Baturico Ratisbonenſi, Reginhario Patavienſi, & Agno, neſcio cujus Sedis Epiſcopo; item coram Abbatibus Meginhardo Tegernſeenſi, Deotpaldo Altahæ inferioris, Sigimoto Moſpurgenſi, Adalberto, ut videtur, Altahæ ſuperioris, & Iſaac monaſterii nobis incerti, coram Comitibus multis aliiſque, qui in Inſtrumento fortè ideò *coronatores viri* vocantur, quod illuſtrem illam coronam, ſeu conventum conſtituerint.

Ad Ergeltinga. fortè Ergolting, vicum Bojariæ inferioris, Diœceſis Ratisbonenſis, Tetrarchiæ Landishutanæ, Præfecturæ Rotenburgenſis, ubi graves cauſas eo tempore diſcuſſas fuiſſe, ex conventu tot graviſſimorum virorum facilè colligitur.

NUM. CDXXXV.

Traditio Memmoni, & Iſanharti Clerici de Niwivara colonia I.

NOtum ſit cunctis fidelibus viris veraciſque nobilibus, quia jam vir vocatus Memmo, & filius Iſanhart Clericus tradiderunt unam coloniam in loco, qui dicitur Nivvara ad domum Sancte Mariæ ad Frigiſingas pro remedium anime eorum, ut ubi ſit firmum, & ſtabilitum poſt obitum ſupra dicti Clerici; econtra verò convenit defenſorem Sancte Mariæ Hittone Epiſcopum in ipſo loco ſupra dicto Nivvara illo Clerico aliam coloniam ibi interjacentem pro beneficium præſtare, ut ipſe habeat ambas colonias illas usque in finem vitæ ſuæ, & poſt ſui obitum nullo contradicente ſint ſtabilitas ad ſupra dictam Eccleſiam. Iſti ſunt teſtes, qui hanc traditionem viderunt: inprimis Hrodolt, Pernger, Petto, Alavvih, Pernolf, Kerperht, Liutpald, Lantpald, Liutker, Adalheri. Actum eſt hoc Nonis Octobris ad Frigiſingas anno Imperij Hluduvvici VIIII. Indict. XV.

NUM. CDXXXVI.

Wolfdeo Presbyter de Tegardorf tradidit.

COnſtat omnibus in epiſcopio Sanctæ Marie commorantibus, quod Wolfdeo Presbyter divina conpunctione inſtinctus tradidit propriam hereditatem ſuam ad Frigiſingun domui Sanctæ Marie in loco, quod dicitur ad Tegardorf, quicquid ibidem habere videbatur, vel deinceps adipiſci potuiſſet, tam in territoriis, quàm in mancipiis, ſeu rebus omnibus, ea ratione firma

Digitized by Google

firma donatione poteſtativè tradidit ſupra dictus Wolfdeo in altarem Sanctæ Mariæ hereditatem ſuam propria manu, ut poſt obitum ipſius domui Sanctæ Mariæ nullus contradicere vel valeat, vel poteſtatem habeat, nullus propinquus, vel alius quis, ſed cum veracis teſtibus firmiter confirmatum permaneat. Hæc ſunt teſtes, qui præſentes adfuerunt: Oadalſcalh, Wichelm, Alprih, Irminfrid, Spulit, Cozolt, Emicho, Willihelm, Engilperht, Adalunc, Otperht, Wicco, Walch, Witughi, Wigant. Actum eſt autem in Nonis Maij anno glorioſi Hludovvici Imperatoris VIIII. Indictione prima. Ego quidem Cozroh Diaconus & Monachus hanc cartulam ſcripſi juſſione Domni Hittonis Epiſcopi.

NUM. CDXXXVII.

Einhart, & Friduperht Presbyteri ad Wanihinpach.

IN nomine Dei Summi. Ego itaque Einhart, & nepus meus Friduperht cogitantes de Dei miſericordia, qualiter aliquam indulgentiam apud pio Domino in æterna tabernacula delictorum noſtrorum mereamur accipere. Quapropter omnem rem proprietatis noſtræ, quam habemus in loco nominato Wanihinpah tradimus, atque donamus pro remedium animarum noſtrarum ad domum beate Mariæ in caſtro Frigiſinga ſito, ubi Sanctus Corbinianus in corpore requieſcit, vel ibidem præeſt venerabilis Hitto Epiſcopus, quicquid proprietatis, aut adquiſitionis habere dinoſcimur, hoc univerſum, & integrum tradimus ac firmamus ad prædicto domo, ut in evum inconvulſum permaneat, ea ratione, ut ego ipſe, vel nepus meus Fridupert, nec non & Soror mea Sigipurc, quouſque in hac fragili vita vivimus, ad uſum & poteſtatem habemus; poſt noſtrum verò obitum firmiter ad præfato domo teneatur cum omnibus ibidem manentibus. Et hæc teſtes per aures tracti: Crimheri, Hrodperht, Wicco, Cundhart, Kerperht, Alcmunt, Alawih, Hatto, Lantrih, Adalunc, Arpeo, Milo. die conſule, quod eſt in IIII. Kal. Novembris, Indictione prima, anno Domini DCCCXXII. Hluduvvici imperi ejus anno nono. Ego itaque Pirhtilo juſſu Hittonis Epiſcopi ſcripſi, & ſubſcripſi.

NOTA.

Wanichinbach. an Wambach, in diſtrictu Erdingano?

NUM. CDXXXVIII.

Sigifrid de Merumesſteti.

IN nomine Domini Dei, & Salvatoris noſtri Jheſu Chriſti. Dum dictum Domini ſit, date præſentia iſta, & decidentia, & conparate æternam vitam, & letitiam ſempiternam, ut Apoſtolus ait, perit mundus, & ea, quæ in mundo ſunt. Ideoque Eccleſijs, & pauperibus Chriſti erogate, ut celeſtibus convivijs, & ſpiritalibus alimentis perfrui mereatis. Quapropter ego itaque Sigifrid tractans in animo licèt in corde meo, qualiter apud pio Domino retributorem aliquam indulgentiam facinorum merear meorum adipiſcere, quatenus in æterna tabernacula, ubi Sancti requieſcunt ultimo loco appaream; quam ob cauſam omnem rem proprietatis meæ, quam præſente tempore habere, vel poſſidere viſum in loco nominato Meruneſteti, hoc totum, & integrum trado, & transfundo ad Eccleſiam beate, & intemerate ſempérque Virginis Genetricis Dei Mariæ, quæ ſita eſt in loco nominato Frigiſinga, ubi domnus Corbinianus in corpore conditus eſt, vel ubi Protector eſſe dinoſcitur Hitto venerabilis Epiſcopus, hoc eſt, quicquid ſupra dictum locum Meruneſteti ad illam villam accedit, ex quarta licet omni parte trado, & confirmo ſtabili perpetua ad jam ſupra memo-

memoratum domum, tam terris, pratis, paſcis, campis, aquis, aquarúmve decurſibus, ſilvis, cultis, & incultis, mobilis, & inmobilis, mancipias II. boves IIII. ea ratione, quicquid ab hodierna die, ac deinceps Rectores ipſius domui, vel Succeſſores ejus facere voluerint, liberam in omnibus habeant poteſtatem, id eſt, habendi, tenendi, commutandi, vendendi, nec non, qualiter eis bonum, utiléque videtur, id agant, & ego Sigifrid cum teſtibus per aures tracti hanc traditionem propria manu confirmo. Crimperht Teſtes, Snelhart, Situli, Umfrid, Uro, Wolheri, Willahelm, Odalſcalh, Kerpert, Wichart, Crimuni, Reginperht, Otperht, Sigipald, Odalhart, Hatto, Reginolt, Deotrih, Petto, Heito, Matto, Lantperht, Sigiperht, Scort, Herivvart, Heidanrih, Liutpald, Alavvih, Arpeo, Imihho, Cozuni, Ellanperht, Engilpert, Engilrih, Fridupert, Heidanrih. Actum eſt hæc ſub die conſule, quod eſt pridie Idus Septembris anno glorioſiſſimi Hluduvvici Imperatoris Auguſti imperante VIIII. Indictione prima. Ego itaque Pirhtilo indignus Subdiaconus juſſu Hittonis Epiſcopi ſcripſi, & ſubſcripſi.

NUM. CDXXXIX.

Erchanperht Presbyter ad Ratinweg.

NOtitia de traditione, quam fecit Erchanperht in loco nominato ad Ratinvvege. Conſtruxit Erchanperht Oratorium in curte ſua, deinde ſupplicando veniens venerabilem virum Hittonem Epiſcopum, ut ibidem venire dignaretur, & ſic fecit, & venerabilis Epiſcopus ibidem veniens, & plerique nobiles viri ſimul cum eo adfuiſſent, tunc domnus Epiſcopus querens, quomodo hereditare ipſam Eccleſiam prædictus Erchanperht voluiſſet? & ille promptus adeſſet, & ſtatim in loco hereditare jam dictum Oratorium cum tribus mancipijs, quorum nomina hîc inſeruntur. Tunc domnus Epiſcopus conſecravit illud oratorium, nec non inſuper & reliquias addidit. Tum demum veniens præfatus Erchanperht coram multitudine populi, qui ad illam celebritatem convenerunt, tulit vvadium in manu ſua, & tradidit omnia jura proprij ſui alodis ad illo altare, & in manus Hittoni Epiſcopi ad domo Sanctæ Mariæ ſemper Virginis Frigiſinenſis, nihil omnino pretermittens, quod ſibi de patre ſuo in patrimonio accidiſſe videbatur. Ea verò ratione, ut ipſe Erchanperht, quouſque in hac fragili vita degerent, ad eorum uſum & poteſtatem aberentur, & poſt obitum eorum, ſicut ſupra commemoratur, firmiter teneatur, & hoc teſtium munitione firmavit, quorum nomina hîc inſeruntur: Ellanperht, Liutprant, Walho, Willipato, Ermperht, Alpheri, Reginpald, Kiſo, Selprat, Arnolt, Emicho, Hiltiperht, Rihperht, Wolfleoz. Actum in loco vulgo nominato ad Ratinvvege Nonis Septembris. Ego itaque Starcholf juſſus à domno Hittone Epiſcopo ex ore Emichoni ſcripſi iſtam paginolam.

Iterum

Notitia, qualiter Erchanperht Presbyter ſuam renovavit traditionem, & iterum tradidit, quicquid hereditatis, aut adquiſitionis habuit in loco nominato Klana, & hæc ſunt teſtes per aures tracti: Haholf, Adalhart, Situli, Reginhoh, Petto, Adalunc, Wicco, Otperht, Arperht, Liutker, Ampricho, Ripert, Snelhart, Egino. Actum ſub die conſule, quod eſt V. Nonas Julias, anno Hluduvvici Imperatoris Indictione XV.

NUM. CDXL.

Regina, & Dolleo tradunt lucum ad Calkinperc.

NOtitia, qualiter quidam matrona nominata Regina, & vocatus ejus Dolleo tradiderunt unum lucum in loco, qui dicitur Calkinperht in manus Hittoni Epiſcopi, & ad domum Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas, & econtra

econtra pretium accepit, ut ibi ſit firmum, & inconvulſum. Iſti ſunt teſtes: inprimis Frumolt fidejuſſor ipſius femini, Alprih, Rihperht, Hrodpert, Ecco, Frauikis, Hunker, Hatto, Alpheri, Sintaruihzilo, Ratpoot, Willipato, alius Alprih, Adalunc, Wicco, Reginheri, Cozolt, Arpeo. Actum eſt hoc ad Svveinpah in III. Idus Decembris anno Hloduvvici Imperatoris VIIII. Indict. I. anni Domini DCCCXXIII.

NUM. CDXLI.

Francho Epiſcopus ad Swindaha tradidit, & cenſum ſpopondit.

DUm oportet unicuique, qui in hoc mundo vacare videtur, Sacramenta reminiſci, & ultimum diem pertimeſci, ne nos inproviſa mors ſubito, ſicut habet caſus humane fragilitatis inparatos inveniat, & tamquam fur conprehendat, vel æternæ mortis laqueis tradat, de rebus tranſitorijs, quem Domini pietas, humanáque utilitas adquiſierit, patronum adquirere debet, qui pro ejus vicibus, diémque judicij magni apud Dominum intercedat, ut mercedem pleniſſimam apud ipſum retributionis accipiat. Quamobrem ego in Dei nomine Francho vocitatus Epiſcopus una cum parentibus meis tractavi, ut pro remedium animæ ſue, vel pro peccatis meis abluendis, ut mihi pius Dominus in aliquantulum veniam æternam preſtare dignetur, hereditatem quoque meam, quicquid ad me legitimè pertinere deberet à patre & fratribus partitum, ad ſepulchrum Sancti Corbiniani Confeſſoris Chriſti in loco Frigiſingas, ubi pretioſus in corpore humatus eſſe cernitur, in altarem Sancte Mariæ concedere deberem, quod ita & feci, & ſtatui, ut ibidem ad illum locum Sanctum firmiter in perpetuum permanſiſſet, hoc eſt in loco nominata Svvindaha, quicquid ibidem hereditatem propria habere videbatur, totum ex integro tradidi, & cum teſtibus confirmavi ad ſupra dictum domum Sancti Corbiniani, ut ibidem perpetualiter permanſiſſet. Ea verò ratione, ut quamdiu vivam, ipſam cauſam cum integritate habere, vel uſurpare debeam; poſt obitum verò meum cum omni rem addita, vel emeliorata abſque ulla conſignatione, vel contradictione ipſe Rector, qui tunc tempore ipſo monaſterio Sancti Corbiniani ad gubernandum poteſtatem habere videtur, in ſuam faciat revocari dominationem. Et econtra accepi in beneficium à religioſo viro Hittoni Epiſcopo in ipſo loco Swindaba, quicquid Anteceſſor meus Andreas Epiſcopus ipſo domui Sanctæ Mariæ jam olim tradidiſſet, & cenſui pro hoc Solidos X. annis Singulis perſolvere ad miſſam Sancti Martini. Siquis verò quod futurum minimè credo, ſi ego ipſe aut ullus de heredibus meis, ſeu quicumque emiſſa Perſona, qui contra hanc traditionem, quam ego propria voluntate fieri rogavi venire, aut aliquid reſultare præſumpſerit, inprimis iram Dei omnipotentis incurrat, & petitio ſua vacua, & inanis permaneat, ſed per epiſtolam, omnique tempore firmiorem obteneat roborem manu mea propria ſubter firmavi, & bonis hominibus ad roborandum decrevi, quorum nomina hæc ſunt: inprimis Hitto Epiſcopus, qui ipſam traditionem manibus ſuis claris accepit. Rubo Archipresbyter, Oadalpald Presbyter, Sindmar Presbyter, Anno Diaconus, Sigabart Diaconus, Kepahart Diaconus, Sindperht Diaconus, Adalperht Diaconus, Nidperht Diaconus, Vigilius, Wago Capellanus, Anno Clericus, Scort Clericus, Harperht Diaconus. Iſti Laici teſtes per aures tracti. Kerhart, Spulit, Petto, Irminfrid, Cozpald, Embricho, Altolf, Tazzo, Crimolt, Heimperht, Wiſurih, Ratolt, Reginperht, Friddo, Wicco, Putilo, Tato, Hroadrich, Reginperht, Williheri, Hatto, Kerperht, Ellanrih, Altolf, Rathart. Actum eſt hæc ad Frigiſinga in III. Nonas Junij, Indictione II. anno X. regnante Woduvvico Imperatore. Ego viliſſimus Diaconus, & Monachus Cozroh hanc cartulam ſcripſi juſſione Hittoni Epiſcopi, ſeu Franchoni ipſius Epiſcopi, qui hanc traditionem fecit.

Digitized by Google

NUM. CDXLII.

Noto Epiſcopus tradit ad Kekingas.

OMne igitur, quod in iſto præſenti ſeculo habetur tranſire, quamque & ad defectum tendere, nulli dubium eſt, niſi tamen hoc, quod ad domibus, & ad Eccleſijs Dei datur, unde pauperes Chriſti alantur. Quamobrem ego itaque Noto Epiſcopus cogitans de Dei timore, & æterna bona retributione, quomodo aliquam veniam cum pio Domino valeat conquirere, verùm etiam penam æterne gehennis devitare, trado, atque deligabo ad domum beate, & intemerate ſempérque Virginis Matris Dei Marie, omnémque rem proprietatis, aut adquiſitionis, quam præſenti tempore habeam, undecumque mihi evenit, hoc quoque totum, & integrum ad ſupra fato domo, quod ſitum eſt in caſtro vocitato Frigiſinga, dono, & confirmo perpetua ſtabilitate, quidlibet, quantúmque habeo in loco nominato Kekinga, cum domibus, edificijs, curtiferis, mancipijs his nominibus dictis: Watto, Engilhram, Reginpurc, Unroh, Pegirin, Petker, Ratlind, Reginni, Adalpald, Undicho, Ratſuind, Cundpert, Wilpurc, vel cum reliquis mobilibus, & inmobilibus ad hunc locum pertinentibus. Actum ad Frigiſinga ſub die conſule, quod eſt XVII. Februarias anno glorioſiſſimi Hloduvvici Imperatoris X. Indict. I. Et iſtis teſtibus confirmavit: Kiſalhart Comis, Liutpald Comis, Engilhart Comis, Rihho Comis, Reginhart Comis, Odalſcalh, Kejo, Alprih, Donarpert, Adalker, Megol, Einheri, Heilrih, Hadupert, Odalſcalh, Alprih, Cozolt, Hitto, Engilhart, Reginolt, Odolt, Alhmunt, Wicheri, Engilfrid, Alavvih, Drudmunt, Sulman, Rahad, Engilhart.

NUM. CDXLIII.

Traditio Teniles de Phetarach.

IN nomine Dei & Salvatoris noſtri Jheſu Chriſti. Ego itaque Tenil cogitans de Dei timore, vel æterna bona retributione, qualiter aliquam indulgentiam peccatorum meorum merear accipere, quapropter trado, atque confirmo medietatem omnium facultatum meorum ad domum beate Marie, que eſt conſtructum in caſtro ſito Frigiſinga, hoc ſunt mancipia Sigihart, Sigimunt, Helidpald, Ratin, Cotani, vel quicquid in omnibus fuerat, hoc ex medietate tradam, vel condonam ad præfato domo Sanctæ Marie, preter ſilvam, illam, quæ in oriente partibus conſiſtit, illam igitur ſilvam, quæ in occidente parte confinivit; ad marcam Sancte Marie, vel pratas jacentes juxta flumen Fiſcaha valentes XXX. carradas, tradam ut ex hodierna die, ac deinceps firmiter habetur ad ſupra fato domo, ſimiliter & illam portionem, quæ me contigit in Eccleſia, quæ eſt conſtructa ſuper flumen Phetarah ex hoc nunc relaxam, aliud autem quicquid de ſupra dictis rebus fuerit, ego & Conjux mea, nec non & filius meus, qualiſcumque noſtrum alterius ſuperſtis fuerit, ad ſuum uſum, & poteſtatem, dum in hac vita verſaret, habeat, poſt noſtrum igitur diſceſſum omnia ex omnibus, ſicut ſupra dixi de facultatibus meis per medietatem ad ſupra memorato domo ſtabile, ac firmiter teneatur. Actum eſt hoc in XIII. Kalendas Majas anno Hloduvvici mitiſſimi Imperatoris Auguſti regnum gubernante X. Indictione I. Et hæc ſunt per aures tracti: Camanolf, Engilhart, Haholf, Situli, Umfrid, Freſo, Kerhart, Reginperht, Otperht, Wicheri, Wolfheri, Starcholf. Adalrih, Crimuni, Kerperht, Cozzolt, Arpert, Hunkis, Adalhart, Madalcoz, Offo, Alprih, Marcho, Walunc. Ego itaque Pirhtilo juſſu Hittonis Epiſcopi ſcripſi, & ſubſcripſi.

NUM.

Digitized by Google

NUM. CDXLIV.

Traditio Pernolfi, & Perhtnia de Erphinprunno.

IN nomine Domini Dei & Salvatoris noſtri Jheſu Chriſti. Ego itaque Pernolf cum conjuge mea Perhtni tractans, atque meditans de æterna glorioſa mercede aliquam partem mereri, vel in ultimo loco Sanctorum coram pio Domino apparere, & indulgentiam facinorum noſtrorum evindicare, ob quam cauſam ego, & prædicta Conjux mea tradimus, atque condonamus ad caſa Sancta Maria, & beati Corbiniani Confeſſoris Chriſti omnem rem, quam habere viſi ſumus in loco nominato Erphinprunno mobilem, & inmobilem, quicquid nos proprietatis, aut adquiſitionis jure ibidem evenit, hoc penitus cum omni veſtitura ad prædicta domo condonamus, atque omnino firma ſtabilitate generali manu pro remedium animarum noſtrarum conſtituimus, ut quicquid inde Rectores domui ipſius agere voluerint, liberam poteſtatem poſt obitum noſtrum in omnibus habeant agendi. Hæc ſunt teſtes per aures tracti: Lantfrid, Haholf, Irminfrid, Reginperht, Cartfrid, Sulman, Erchanolf, Hrodperht, Uro, Heilrih, Hatto, Engilperht, Odalſcalh, Liutker, Lanrih, Reginperht, Crimuni, Wigant, Kerperht, Petto, Marcho, Adalunc, Odalſcalh, Iſanperht, Tagapert, Wolf, Ratpot, Reginpald, Kerhart, Hartmot & alij multi. Actum eſt hoc ad Frigiſinga VI. Kal. Januario menne, Indictione prima, anno piiſſimi Hludowici Auguſti imperante X.

NUM. CDXLV.

Fritilo Presbyter renovavit traditionem de Priſinga.

DUm incognitum non habetur, ſed bene omnibus notum eſt, quomodo quidam Presbyter nomine Fritilo ſuam traditionem quam fecit temporibus Arpionis Epiſcopi ad domum Sanctæ Marie in caſtro nuncupato Frigiſinga, venit coram Hittonem Epiſcopum, vel coram cunctam congregationem Sancte Mariæ Clericorum ſive Laicorum, & iterum ipſam traditionem, quam jam pridem factam fuiſſe multis conſtat, renovavit, & tradidit in ipſum altarem beate Marie ſempérque Virginis Genetricis Dei, quicquid proprie hereditatis, aut adquiſitionis habere videtur in loco nomine Priſinga, hoc totum & integrum omnia ex omnibus tam de alode, quàm & de conparato, ſeu de qualibet ad ſe tracto ibidem noſcitur perveniſſe, tradidit, atque deligavit ad præfato domo jura ſtabilitate, & confirmatione, hoc ſunt mancipia, quorum nomina hæc ſunt: Kerhart, Otni, Engilpald, Starhholf, Herimar, Ellanhart, Luipni, Altuni, Hretolf, Wolfſpirin, Hrodlind, Purclind, Huza, Ellansvvind, Regimar, Reginhilt, Starhmot, & alias IIII. terris, ſilvis, campis, pratis, paſcuis, aquis, aquarumque decurſibus, cultis, & incultis, greges cum pecoribus, domibus, edificiis, curtiferis, hoc univerſaliter tradidit, & æternaliter ad ſupra allato domo beatæ Marie ſtabilivit, & vvadiavit cenſum in anno modios XX. ad miſſam Sancti Martini, aut ſi hoc minimè haberet, tunc quoque duos ſolidos denariorum donaret. Et hæc ſunt teſtes per aures tracti: Deothart, Reginpert, Pilicrim, Alpolt, Amprícho, Durinc, Emihho, Memmo, Ratolt, Egino, Hrodperht, Hatto, Kerperht, Wicco, Adalunc, Reginperht, Uro, Heriperht, Otperht, Liutker, Wichelm, Meginrat, Cundheri, Rihholt, Freſo, Einhart, Cozolt, Alprih, Cundheri. Actum eſt hoc ſub die conſule, quod eſt IIII. Idus Majo menne anno Hloduvvici glorioſiſſimi atque piiſſimi Imperatoris Auguſti X. Indictione I. Ego itaque Pirthilo juſſus Hittoni Epiſcopi ſcripſi, & ſubſcripſi. Actum ad Frigiſinga in baſilica beate Mariæ.

Digitized by Google

NOTA.

In hoc & multis aliis inſtrumentis conſiderabit Lector, Hittonem Epiſcopum non ſolum de novis bonis Eccleſiæ ſuæ acquirendis fuiſſe ſolicitum, ſed etiam de antiquis poſſeſſionibus confirmandis & ſtabiliendis.

NUM. CDXLVI.

Cenſum Reginwarti de Poahſcorro.

EGo itaque Reginvvart accepi beneficium de domno Hittone Epiſcopo in loco nominato Pohſcorro, & pro hoc cenſui annis ſingulis denarios X. quapropter conplacuit mihi, atque convenit, ut pro ipſum cenſum dediſſem, atque tradidiſſem in altarem Sanctæ Mariæ ad Frigiſinga, quicquid ego & Frater meus proprietatis habuimus inter Ampra & Paſinpah, hoc quoque univerſaliter tradam, atque transfirmam ad ſupra allato Frigiſinga, ut quicquid ex hodierna die facere voluerint, liberè fruantur, preter hoc, quod ego in III. ebdomada in illa molina diem unum & noctem habeam, ſi facta fuerit, & annis ſingulis ad miſſam Sancti Martini duos denarios, quod & nunc ſtatim exhibui. Teſtes Liutpald Comis, Camanolf, Cundachar, Cumpert, Cundpald, Reginpert, Kerpert, Ortuni, Starcholf, Alfrid, Pernolf, Cauzo, Odalſcalh, Emihho, Cozrat, Tetti, Matperht, Alavvih, Wichelm, Wolfheri, Kaganhart, Ampricho, Reginpald, Cuniperht, Chadol, Teto, Kerperht, Wichart, Tagapert. Actum ad Frigiſinga pridie Nonas Majo menne anno Hloduvvico piiſſimo Auguſto imperante X. Indictione I. Ego itaque Pirthilo juſſus Hittonis Epiſcopi ſcripſi, & ſubſcripſi.

NUM. CDXLVII.

Freaso unam clivam tradit ad Frigiſinga.

ANtiqui Patres ſanxerunt, ut qui de proprietate jure aliquid tradere voluerit, hoc coram teſtibus plures firmiter ſciat per ſcripturarum ſeriem obligare. Quapropter ego itaque Freso trado, condono ad domum Sanctæ Mariæ in caſtro nuncupato Frigiſingas pro animas Keparhohi, & Erchanrata clivam unam, quæ jacet, & confinit in ſepem, qui circumcinxit curtem, quæ dicitur Poh, ab illo ſepe usque in viam ſuperiorem, quæ eſt in auſtrali parte, ſic tradam, & omnino perpetua ſtabilitate confirmam ad ſupra dicto domo electe Genetricis Dei Marie, ut quicquid ab hodierna die Rectores ipſius domui facere voluerint, habeant poteſtatem, ita, ut nec ego ipſe, nec ullus de heredibus meis, aut coheredibus meis hanc traditionem infrangere, aut inmutare poteſtatem habeat, ſed firma omnino, ſtabilisque permaneat ad præfato domo. Hæc ſunt teſtes per aures tracti: Engilhart, Liutpald, Alprat, Ratolt, Wicco, Willahelm, Kerhart, Lantfrid, Irminfrid, Hruadperht, Hatto, Perhtolt, Engilhart, Eparhart, Manno, Waninc, Alamar, Waltunc, Saluhho, Engilhart, Adalperht, Juto, Cozrat, Willahelm, Uro, Kiso, Lanto, Rumolt. Actum eſt hoc ſub die conſule, quod eſt XIII. Kal. Novembris, anno Hloduvvici Imperatoris Auguſti X. Indictione II. Ego itaque Pirthilo indignus Subdiaconus imperatus è venerabile Hittone Epiſcopo ſcripſi, & ſubſcripſi.

Digitized by Google

NUM. CDXLVIII.

Asolt Presbyter ad Lauppah.

NOtum ſit cunctis fidelibus, quod Asolt Presbyter unam coloniam in loco nuncupato Lauppah pro remedium animæ ſuæ, ſeu pro Avunculi ſui Isaac Presbyteri, qui illo ipſam coloniam poſt obitum ejus in hereditatem reliquid firmiter tradidit ad domum Sanctæ Marie in loco Frigiſinga, ubi beatiſſimus Corbinianus Confeſſor Chriſti in Corpore requieſcit, quia ipſe Avunculus ejus traditum habuiſſet jam antea ad ſupra dicto domo quedam cauſam ſuam in loco Anthadeshofa, & conplacitavit, ut ipſe ſupra dictus Nepus ejus poſt obitum ejus ipſam cauſam habuiſſet, & omnia, quicquid ibidem habere videretur, & poſt obitum ejus Succeſſor ejus Asolt Presbyter venit ad piiſſimo Pontifice Hittone, & accepit in beneficium cauſam Avunculi ſui à Domno Hittone Epiſcopo, & ipſe Asolt econtra tradidit ad domum Sanctæ Marie, quicquid in loco Anthadeshofa habuit, totum ex integro tradidit, ſed ipſam coloniam pretermiſit, quia in ipſo non jacuit loco, ſed nunc tertia vice tradidit omnia in omnibus, & conplacitavit, ut nepus ejus Poapo Presbyter poſt obitum ejus habuiſſet, & ſpoponderunt ambo pariter cenſum annis ſingulis XII. denarios usque in finem vitæ eorum perſolvere ad Miſſam Sancti Martini Confeſſoris, poſt obitum verò eorum totum, & integrum redeat ad domum Sancte Marie. Hæc ſunt teſtes: Deothart, Petto, Reginpald, Adalunc, Reginperht, Otperht, Memmo, Kaganhart, Haholf, Altrih, Altperht. Actum eſt hæc in domo epiſcopali ad Frigiſingun, præſente cuncto clero, in IIII. Idus Aprilis, Indictione II. anno Hludovvici Imperatoris X. Ego quidem Cozroh Diaconus hanc cartulam ſcripſi.

NUM. CDXLIX.

Keidrih Presbyter Naninhofa.

PRudente conſilio bajulat, qui pro animæ ſue remedium cogitat, ille dum retributorem habere confidat, & de Dei miſericordia non dubitet. Idcirco ego enim in Dei nomine Keidrih Presbyter adquiſitionem meam, quam habui in loco Naninhofa tradidi ad domum Sanctæ Mariæ in loco nominata Frigiſinga, ubi Sanctus Corbinianus in corpore requieſcit, & quicquid in jam dicto loco habui cum mancipiis, campis, ſilvis, pratis, cultis, & incultis, ſeu quicquid habui & in alio loco, quod dicitur Adoalanteshofa, totum ex integro tradidi, quicquid ad me in jam dictis locis jure pertinere deberet, nihil pretermiſi. Ea verò ratione, ut ego ipſe Keidrih ipſam cauſam, usquedum vivo in iſta caduca vita, in beneficium habeam, poſt obitum verò meum liceat habere nepote meo Lantfrido, qui in ipſo die ad diaconatum officium pervenit, & cenſuimus pro hoc ambo pariter denarios V. annis ſingulis perſolvere ad miſſam Sancti Martini, poſt obitum verò noſtrum ad ſupra dictum domum Sanctæ Mariæ ſine ulla contradictione permaneat cum omni integritate, ſicut eodem die veſtitum eſſe videretur. In hoc iſti teſtes tracti ſunt: Deothart, Haholf, Petto, Reginperht, Altrih, Altperht, Reginpald, Memmo, Kaganhart, Otperht, Adalunc. Actum eſt hæc in IIII. Idus Aprilis, Indictione II. In anno X. regni Imperatoris Hludovvici, in preſentia omnis familiæ Sancte Marie, ſeu in domo ipſius in loco Frigiſinga. Ego quidem Cozroh Diaconus, ſive Monachus hanc cartulam ſcripſi juſſus à domno Hittone Epiſcopo.

Digitized by Google

NUM. CDL.

Hroadheri & Waldker Eitindorf.

IN nomine Dei, & Salvatoris noſtri Jheſu Chriſti. Ego itaque Hrodheri, & filius meus Waldker conſtruximus oratorium in propria alode noſtra, in loco nominato Eitindorf in pago nuncupante Sundarcawi, deinde venimus ad venerabilem Hittonem Epiſcopum ſuam inplorantes licèt clementiam, quatenus ibidem venire, & hoc oratorium conſecrare dignetur, quod ita & fecit, & conſecravit ipſum Oratorium, nec non & altare, inſuper & reliquias condidit, quapropter timorem Dei, & illorum Sanctorum, quorum patrocinia ibi condiuntur tradimus communi manu ego & nati mei tradimus ad ipſum altarem coloniam Plidoni & pratas carradas XII. & mancipias VI. quorum nomina hæc ſunt: Zeizilo, Hilti, Adalhelm, & alii III. de pecodibus capita XXX. & ipſum altarem cum omnibus ad eam pertinentibus tradimus in manus Hittonis Epiſcopi, quodque modis in epiſcopatum Sanctæ Mariæ Frigisinga perpetua ſtabilitate perduraret; ea verò tenore, ut ego ipſe, vel fili mei, quouſque in hac fragili vita vixerimus ad noſtrum uſum, & poteſtatem haberemus, nec non & ſi filio meo nomine Fater talis poſteritas ſuccederet, qui dignus exiſteret, quatenus cum ſervitute hoc promereri potuiſſet, ſimiliter teneret, ſin autem, tunc modis omnibus firmiter ſtatim teneretur ad jam dicto beatæ Mariæ domo. Hæc ſunt teſtes per aures tracti: Helmker, Frater, Engildeo, Hunpert, Odalpert, Rihpert, Paltar, Eparmunt, Egino, Ellancrim, Hadupert, Macho, Wolfpert, Odalſcalh, Mahtpert, Reginolf, Reginpert, Meginpert, Ellanrih, Petto, Adalunc, Wiſurih, Cunzi, Adalhelm, Zoppo, Willahelm. Actum eſt ſub die conſule, quod eſt VII. Idus Februarij anno glorioſiſſimi, ac Sereniſſimi Hloduwici Imperatoris Auguſti X. Indictione prima. Ego itaque Pirthilo juſſus Hittoni Epiſcopi ſcripſi, & ſubſcripſi.

NUM. CDLI.

Traditio Engilmanni Diaconi de Pacharum.

DOminus Jheſus Chriſtus, ac Redemptor omnium per Sanctum Evangelium clara voce intonat: Theſaurizate vobis theſaurum in cœlo, ubi nec fur veniat, nec furatur. Facite vobis ſacculum de Mammona, qui non veteraſcit, & alio loco ait: das parvum, & conpares regnum, tribuis tranſitorio, & accepis ſine fine manſura. Idcirco ego in Dei nomine Engilman Diaconus, ut in aliquantulo veniam apud pio Domino in æterna tabernacula adipiſcere merear, ob hoc dono in amore Domini noſtri Jheſu Chriſti ad monaſterium Frigiſinga, ubi Sanctus Corbinianus in corpore requieſcit, ibidemque venerabilis vir Hitto Epiſcopus cum norma plurima ſervorum Dei ad laudes Dei canendas adunata præeſſe dignoſcitur, donatúmque per hanc epiſtolam donationis eſſe volo medietatem hereditatis meæ de jure meo in jure & poteſtate ipſius Monaſterii tradidi, atque transfundavi hoc in loco nuncupante Pahhara medietatem in omnibus, quicquid in ipſa loco jam dicto loca, quod noſtra ad preſens fuit poſſeſſio, in veſtra, vel ipſius Monaſterii Sancti Corbiniani Confeſſoris Chriſti, & in altarem Sanctæ Mariæ tradidi ad dominandum medietatem in omnibus hereditatis meæ, tam in territoriis, quàm pratis, paſcuis, ſilvis, ſeu mancipiis, quorum nomina Ernolt, Rikker, Ortheri, Wolfheri, Heriswind, in ea verò ratione, ut ipſam rem cum omni merito, & ſoliditate ad ſe pertinente, vel aſpiciente poſſidere debeatis, & facta noſtra in perpetuum ſtabilis debeat permanere. Si quis verò, quod futurum eſſe non credimus, ſi

ego

ego ipſe aut alius quis de heredibus coheredibúſque meis, ſeu qualibet ulla oppoſita perſona, qui contra hanc epiſtolam donationem meam, quem ego ob amore Chriſti, & remedium animæ meæ ad prædicto Monaſterio, & Sancto Corbiniano deante dictare, fieri, & firmare rogavi, venire, aut eam frangere voluerit ulla oppoſita perſona, inprimis iram Dei omnipotentis incurrat, & à liminibus Eccleſiarum Sanctarum extraneus efficiatur, & cum Juda Scariothis partem damnationis excipiat, & quod repetit, nullo modo evindicare non valeat, ſed traditio hæc omni tempore firma, & ſtabilis permaneat. Actum eſt hæc in loco Frigiſinga coram cuncto Clero, & alijs quàm plurimis. Inprimis Hitto Epiſcopus, qui ipſam traditionem manibus ſuis Sanctis accepit, Rubo Archipresbyter, Heripert Archipresbyter, Oadalpald Presbyter, Elium Presbyter, Cozpald Presbyter, Sindmar Presbyter, Meginolt Presbyter. Iſti Laici per aures tracti: Toto, Crimpert, Hroadperht, Sigipald, Eparheri, Sigideo, Lantperht, Oadalhart, Kepahoh, Adalperht, Leo, Heimpert, Ekkolf, Meginpot, Ratkis, Wolfolt, Reginperht, Hiuto, Mahtperht, Amalperht, Reginhart, Eoperht, Pertolf. Sub die conſule quod fecit III. Idus Junias, Indictione II. Ego indignus Cozroh Diaconus hanc cartulam ſcripſi juſſione Hittoni Epiſcopi.

NUM. CDLII.

Alpolt Presbyter tradit ad Lintah.

DOminus Jheſus Chriſtus per magnam miſericordiam ſuam in Evangelio clara voce intonat, dicens: theſaurizate vobis theſauros in cælo, ubi nec erugo, nec tinea demolitur, & propter ſpem æterne vitæ, ſicut dicit: date terrena, & caduca, & pro hoc adquirite vobis premia ſempiterna infinita in cælo. Ego Alpolt Presbyter tradidi propriam hereditatem meam in loco, qui dicitur ad Lintah, quod genitor meus mihi ibidem in alodem reliquid ad domum beatiſſimæ Mariæ Virginis, ſeu ad ſepulchrum beati Corbiniani Confeſſoris Chriſti ad Frigiſinga tam pro me, quàm & pro genitores mei, & quod jam olim tradidi, renovavi, & quod promiſi, adaugmentavi, id eſt xLIII. jugeres, & de pratis carradas xL, & de ſilva bonam partem, mancipias V. quicquid in jam dicto loco habui hereditatis, ſeu adquiſitionis propriæ, mancipijs, terris, pratis, paſcuis, ſilvis, cultis, non cultis, ædificijs, Umecta, Frutecta, omnia in omnibus preter duas mancipias, quæ pretermiſi, cetera omnia utenſilia poſt obitum meum firmiter tradidi, & cum teſtibus confirmavi. Et hæc ſunt teſtes: Petto, Adalunc, Marcho, Kaganhart, Wolfpald, Rihheri, Tozzi, Tagapern. Actum eſt hæc in domo Sanctæ Mariæ ad Frigiſingun coram cuncto Clero, adſtante & Religioſiſſimo Hittoni Epiſcopo licentiam danti hoc peragere, ſicut ſupra ſcriptum eſt, die conſule, quod facit V. Idus Martias Indictione II. anno glorioſiſſimi Imperatoris Hludovvici decimo, & ego viliſſimus omnium Cozroh Diaconus hanc cartulam ſcripſi juſſus ex ore Hittonis pijſſimi Pontificis.

NUM. CDLIII.

Traditio Cozhilta ad Feohtkyricha.

DUm & omnibus non habetur incognitum, ſed multis eſt in hac provincia, in qua conſtructa eſt Feohtkiricha in miniſterio Liutpald Comitis, maximè viris nobilibus bene notum, qualiter matrona quedam Cozhilt nomine jam olim ad jam dictam Eccleſiam paternam alodem jure legitimo poſſeſſam, traditam, atque firmiter condonatam cum conſenſu proximorum, & omnium propinquorum ſuorum habebat. Nunc verò convenit jam dictam feminam iterum renovare, & confirmare eandem traditionem, ita & fecit, eo modo,

do, adſumpto Advocato ſuo Asolt nomine, ſeu alijs propinquis multis, & veniebat in preſentia venerabilis viri Hittoni Epiſcopi, & aliorum multorum ibidem preſentium, in quorum omnium conſpectu acceſſit ad altare Sancti Salvatoris, devota voluntate tradidit omnia, quicquid in eodem die in proprietatem legibus in ipſo vico habere videbatur, tam in mancipijs, quàm etiam ædificijs, ſimul etiam omnia ad ſe pertinentia in territorijs cultis, & incultis, quid plura omnia, quæ habebat, totum ex integro tradidit, & nihil pretermiſit, & hoc firmiter coram cunctis firmavit, ut ne ullus hominum de hac Sancta domo Dei, aut in beneficium aut in ulla occaſione accepiſſet, aut aliquam poteſtatem habere potuiſſet, ſed firma, atque inconvulſa ſtabilitate ad jam dictam Eccleſiam in perpetuum permaneat. Et hæc nomina mancipiorum: Puoso, Artolf, Ellanperht, Rathelm, Adalfrid, Perolf, Liuta, Mahelni, Rihila, Frevvihilt, iterum Mahelni, Kerlind, Reginsvvind, Cundhilt. Iſti verò Presbyteri præſentes fuerunt: Ekkihart, Cozpald, Puopo, Perolf, Hrodperht, Rathelm. Nunc verò teſtes per aures tracti: Asolt, Oadalpald, Keparhoh Clericus, Reginpald, Madalker, Adalperht, Kipihho, Cundheri, Amalker, Hitto, Ratolt, Alprih, Ekkihart, Isanrih, Rohinc, Pupo, Tagaperht. Actum eſt hoc in XIIII. Kal. Martias, anno Incarnationis Domini DCCCXXX. Indictione I. Hludovvici Imperatoris anno X. Et ego Tagibertus Presbyter hanc cartulam ſcribſi.

NUM. CDLIV.

Ilprant ad Calmanapach, & filiæ ejus.

NOtum ſit cunctis in epiſcopio Sanctæ Mariæ commanentibus, qualiter ego Ilprant & Conjux mea Kerswind, una cum filia noſtra nomine Ilpurc, quicquid proprio hereditatis, aut adquiſitionis preſenti tempore habere viſi fuimus in loco nuncupante ad Calmanapach, hoc totum, & integrum ipſe ſupra dictus Ilprant propria manu firmiter tradidi ad domum Sanctæ Mariæ, ut ibi inconvulſum pro remedium animarum noſtrarum perduraret ea ratione, ut ego ipſe & Conjux mea, nec non & filia, quousque in hac fragili vita vixerimus, ad noſtrum uſum ac poteſtatem habemus; poſt noſtrum verò obitum, quicquid ibidem adtractum, emelioratúmque repertum fuerit, hoc totum & integrum ad prædicto domo beatæ Mariæ ſemperque Virginis firmiter teneatur, & accepit hoc ipſud in beneficium de Domno Hittone Epiſcopo, & ſtatim cenſum perſolvit, & pro hoc cenſuit annis Singulis denarios duos ad miſſam Sancti Martini. Hæc ſunt teſtes per aures tracti: Crimperht, Kerhart, Oadalperht, Regino, Friaso, Liutker, Oadalhoh. Actum eſt ſub die conſule XIIII. Kalendas Majas, anno Hluduvvici Imperatoris X. Indictione I. Ego itaque Pirhtilo juſſu Hittonis Epiſcopi ſcripſi, & ſubſcripſi.

NUM. CDLV.

Ribhonis ad Scropinhusun.

NOtum ſit cunctis fidelibus in epiſcopatu Sanctæ Mariæ, qualiter religioſus Vir Hitto Epiſcopus propter Servitium fidelem ad domum Sanctæ Mariæ Ribhoni præſtavit in beneficium ad Scropinhusun, quicquid jam olim quedam Matrona nomine Tagani in ipſo loco domui Sanctæ Mariæ tradidiſſet, eo modo, ut ipſe habuiſſet ad utendum, meliorandúmque ad ſuam vitam, hoc ſunt mancipia XII. & quicquid ſupra dicta Tagani in ipſo habuiſſet, & poſt obitum ſuum cum omni integritate, quicquid ibidem elaboratum, meliorandúmque repertum fuerit ſine ulla contradictione rediret ad domum Sanctæ Mariæ ad Frigiſinga. Et econtra ſupradictus Comis Richo vvadiavit pro hoc annis ſingulis cenſum

cenſum perſolvere, hoc ſunt tres ſolidos de argento ipſos ad miſſam Sancti Martini ſine mora offerre, & fidejuſſor Rumolt, qui Wadium cenſi accepit. Iſti ſunt teſtes, qui hoc viderunt, & audierunt factum: inprimis ſupra dictus Deothart, Donarperht, Haduperht, Haholf, Alahmunt, Wolfdregi, Yſſo, Deotrih, Petto, Adalunc, Otperht, Kerperht, Wicperht, Hartuni, Sigihart, Kaganhart, Adalhart, Runtvvic, Egilolf, Ellinpald, Fricho, Teppo. Actum eſt ad Frigiſinga, anno Incarnationis Domini DCCCXXIIII. Indict. II. die conſule, quod fecit XIIII. Kal. Auguſti, regnante Domno Hludovvico Imperatore Chriſtianiſſimo. Ego indignus Diaconus juſſione Hittonis Epiſcopi ſcripſi.

NUM. CDLVI.

Traditio Unnoni Presbyteri ad Tanne pro ſeipſum.

CAterva gnarum conpereat, qualiter quidam Presbyter nomine Unno pro remedium animæ ſuæ, ſeu pro remedium nepoti ſui Walhoni de parte ipſius nepoti ſui tradidit medietatem curtiferis, & medietatem de ſilva, quicquid ipſe Walho habere videretur in loco ad Tanne, in omnibus terminibus ſilve medietatem tradidit in altarem Sanctæ Mariæ in loco Frigiſinga conſito. Similiter ipſe Unno Presbyter ſuæ propriæ hereditatis duas partes ſimiliter in eadem ipſa traditione ad domum Sanctæ Mariæ confirmavit, & firmiter tradidit, ubi Sanctus Corbinianus Confeſſor Chriſti umatus eſſe cernitur, & honorificè coronatus, & ubi Hitto Epiſcopus cum turma plurima præeſſe dinoſcitur Servorum Dei, eo modo, ut ipſe Unno habeat ad vitam ſuam in hoc ſeculo; poſt obitum verò ejus nullus contradicere valeat domui Sanctæ Mariæ, ſed firmiter confirmatum permaneat. Hæc ſunt teſtes, qui per aures tracti ſunt: Petto, Eparheri, Uro, Kepahoh, alius Kepahoh, Engilpald, Deotheri, Reginperht, Otlant, Adalheri, Rahholt, Altiperht, Adalhart. Actum eſt hoc in preſentia Domni Hittonis Epiſcopi, ſeu omnis familiæ Sanctæ Mariæ, quorum pauci de multis dinumeramus: Oadalpald Presbyter, Wago Capellanus, Meginolt Presbyter, Adalmunt Presbyter, Altman Presbyter, Undeo Diaconus, Sigihart Diaconus, & alij quàm plures. Actum in domo Sanctæ Mariæ in loco Frigiſingas, die conſule VIII. Idus Februarias, Indictione II. Anno Incarnationis Domini noſtri Jheſu Chriſti DCCCXXIIII. Hludovvici Imperatoris XI. Ego quidem Cozroh indignus Presbyter hanc cartulam ſcripſi juſſione Domni Hittonis Epiſcopi. Et iſti fuerunt ad veſtituram, ubi Unno Presbyter de eo, quod pro ſe tradidit, & pro Walhonem veſtivit miſſum Hittonis Epiſcopi, inprimis vero Ellanhart, Megino, Erchanperht, Oazilo, Poran, Salomon, Kerhart, Adalpald.

NUM. CDLVII.

Traditio Engilfridi Presbyteri ad Reginperhteshuſun.

IN nomine Domini noſtri Jheſu Chriſti. Notum ſit cunctis fidelibus, veracisque viris, qualiter quidam venerabilis Presbyter nomine Engilfrid tradidit propriam hereditatem ſuam prope lacu Wirmſeo in loco nuncupato Reginperhteshuſir, quod illi pater ſuus dimiſit, id eſt mancipia VIII, & alium territorium in manus Hittonis Epiſcopi, & in poteſtatem Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas, ut poſt obitum ejus ibidem firmatum fieret, & ut econtra accepiſſet in beneficium, quod Alpuni Presbyter jam olim traditum habuit in poteſtatem Sanctæ Mariæ, & tunc ipſe ſupradictus Engilfrid vvadiavit annis ſingulis cenſum reddere ad miſſam Sancti Martini, hoc eſt II. Solidos auro adpretiatos, ut nulla occaſione dimitteretur, niſi ſicut ſuperius dictum eſt. Iſti ſunt qui hoc viderunt, & teſtes ſunt. inprimis Willapato, Mahtrih, Wolfperht, Regi-

Reginolt, Fridurih, Reginperht, Liutker, Diudolf, Alavvih, Uro, Cundhart, Fridheri, Nevo, Petto, Tuti, Irminfrid. Actum eſt hoc in loco, quæ dicitur Iſana monaſterium in XI. Kalendas Julias, anno Hludovvici Imperatoris XI. Indictione II.

NUM. CDLVIII.

Renovatio Hiltolfi Diaconi.

CONſtat enim multis in hac provincia conſtitutis nobilibus, veracíſque viris, quia jam olim quidam Laicus nomine Starcholf, ſeu filius ejus Hiltolf tradiderunt propriam hereditatem ſuam ad Frigiſingas, ubi Sanctus Corbinianus meritis glorioſis corpore requieſcit, in his locis, quæ dicuntur Azzilinga, & Auiſta duas partes tradidit, & unam partem pretermiſit, & aliud totum, quicquid ibidem habere videbantur, nec non ad Holzhuſun tres partes de alode ſua, & quartam partem tunc pretermiſerunt in eorum poteſtate fieri, & hoc prenotatum fuit coram multis religioſis viris, ea verò ratione publicè divulgatum fiat, quod ſupra dictus venerabilis Diaconus Hiltolf voluit renovare traditionem priorem pro remedium animæ ſuæ, & omnium parentum ejus, pro quos ille debitor fieret. Tunc enim ſalubri conſilio tractavit de ipſa quarta parte ad Holzhuſun, quæ antea traditum non fuit ad nullum locum, tunc verò prædimiſit unum manſum veſtitum de ipſa quarta parte ſupra dicto, cui hoc voluiſſet donare, poteſtatem haberet, & alia omnia, quæ ad quartam partem debuerant pertinere, totum ex integro tradidit ipſe & vocatus ejus Cotefrid ad altare Sanctæ Mariæ, & in poteſtatem defenſoris ipſius Eccleſiæ Hittonis Epiſcopi, & Advocatus ejus Adalker ipſam traditionem accepit, & qualicumque homini de ſuis parentibus voluiſſet ipſam partem cum convenientia Epiſcopi, hoc habere potuiſſet usque in finem obitûs ſui, ac poſtea ſine ulla marritione, atque contradictione perpetua ſtabilitate permaneret in jure & dominatione Sanctæ Mariæ ſervitutis. Iſti teſtes per aures tracti: inprimis Lantfrid, Crimheri, Alhmunt, Oadalſcalh, Petto, Cotefrid, Alprih, Adalunc, Irminfrid, Engilrih, Waldker, Otker, Kepahoh, Sigilo, Marcho, Sigifrid, Adalhart, Tozi, Witubhi, Adalperht, Ribperht, Reginperht, Sintar, Vizilo, Reginheri, Adalheri, Rihheri, Arbeo, alius Reginperht, Adalker, Cotefrid, Erchanolf, Rihperht. Actum eſt hoc in caſtro Frigiſingas in menſe Aprili, VI. Kalendas Maij, anno Hludovvici Imperij ſui XI. Indictione II.

NOTA.

Sine ulla marritione, idem eſt, ac *ſine ullo detrimento vel damno aut deterioratione.* ita Cangius.

NUM. CDLIX.

Traditio quam fecit Mahali ad Stein-Heringa.

IN nomine Domini noſtri Jheſu Chriſti. Notum ſit cunctis fidelibus nobilibus, veracíſque viris, quòd quidam Clericus, cui nomen Mahali, totum & integrum propriam hereditatem ſuam, quod illi pater ſuus dimiſit, & cum fratre ſuo partivit in loco, quæ dicitur Steinheringa tradidit in manus Hittoni Epiſcopi, ut ad ipſam Eccleſiam, quæ dicitur ad Steinheringa ſtabiliter ac firmiter permaneret in poteſtate, & tuitione Sanctæ Mariæ, & Defenſoris ejus. poſtea vero Hitto gratia Dei Epiſcopus preſtabit hoc ipſum ſupra dicto Clerico in beneficium usque ad diem obitûs ſui, ut ipſe ſemper in ſervitio Sanctæ Mariæ, & defenſoris ejus perſiſteret. Iſti ſunt teſtes: Tito, Petto, Ojo, Wichram, Iſaac, Tuti, Adalheri, Ratolt, Sigiperht, Egino, Kepahoh, Adalhart, Heriperht, Wolfperht. Actum eſt hoc in loco, quæ dicitur Muvinhuſir in V. Idus Aprilis Hlodovvici Imperatoris anno XI. Indictione II. iſta mancipia, quos tradidit: Kaganhart, Hiltolf, Anzo. & fidejuſſor Wichram iſtius traditionis.

NUM.

NUM. CDLX.

Traditio Wolſpaldi ad Tegardorf.

IN nomine Domini. Notum ſit cunctis fidelibus veracíſque viris, quod quidam Clericus nomine Wolfpald, & Advocatus ejus Walh tradiderunt propriam hereditatem ſuam, ſeu mancipias his nominibus: Poncil, Sigihah, Nordolf; Perhtrud, Lehsvvind ac xL. jugeres, & XXX. carradas de fæno, & pratas in loco, quæ dicitur Tegardorf, ad Frigiſingas ad altare Sanctæ Mariæ, ubi Sanctus Corbinianus corpore requieſcit, ut poſt obitum vitæ ſuæ firmum, & ſtabilitum fieret, & in poteſtate Defenſoris Sanctæ Mariæ, ut nullus poſtea licentiam haberet ſe ingerere, ſed evo manſura ſerviret Sanctæ Mariæ. Iſti ſunt teſtes: Donarperht, Lantfrid, Cotefrid, Toto, Wago, Oadalſcalc, Alfrid, Tetti, Walho, Engilrih, Adalgrim, Sigilo, Egino, Sigivvart, Erchanolt, Irminfrid, Willaheri, Cozfrid, Engilhart, Paltar, Samson, Isker, Adalperht, Alprih, Hroadperht, Reginpald, Wichelm, Arpeo, Irminfrid, Wicco, Juto, Heriperht. Actum eſt hoc ad Frigiſingas in VII. Kal. Majas, anno Hludovvici Imperatoris XI. Indict. II.

NUM. CDLXI.

Traditio Rihpaldi, & Uxori ejus Lantdrudæ ad Steinheringa.

CAterva gnarum conpereat, quemadmodum quidam homo nomine Rihpald ſimul cum Uxore ſua ambo pariter cogitabant pro remedium anime ſuæ: ut de parvo, & caduco alode ſibi comparâſſent partem æterne hereditatis in cælo coram Angelis Dei. Propterea tradiderunt communis manibus, quicquid habuerunt in loco Steinheringa, ſeu in altarem ipſius Eccleſiæ. Et poſtea venerunt ad pium Pontificem Hittonem ad Ezzilingas, & firmaverunt prius peractam traditionem in manus Hittonis Epiſcopi, ut firmiter hereditas eorum perſtitiſſet ad domum Sanctæ Mariæ; ea verò ratione firma donatione, ut quamdiu in hac caduca vita vixiſſent, ad eorum uſum, & poteſtatem habuiſſent ſupradictus Rihpald, & Uxor ejus nomine Lantdrud ad utendum, & emeliorandum, non in nullo comminuendum. Poſt illorum amborum quoque diſceſſum ab hac luce cum omni integritate nullo contradicente ad domum Sanctæ Mariæ redeat. Hæc ſunt teſtes: Eigil, Coteperht, Wisurih, Kerolt, Othelm, Deothelm, Nidhart, Engilhart, Zezo, Cundhoh, Lanto, Arahad, Willipato, Rumolt, Adalker, Fridurih, Tuti, Oadalgrim, Isaac, Fater, Toto, Adalperht, Svvidperht, Mejol, Wolfperht, Reginolt, Ratolt, Einheri, Petto, Wicoo, Hatto, Otachar, Reginperht, Ellangrim, Sigiwart, Wallod. Actum eſt hæc in XVIII. Kalendas Februarias Hludovvici Imperatoris anno XI. Indictione III.

NUM. CDLXII.

Traditio Cundheri ad Hlaginpach.

PRudente conſilio bajolat, qui pro remedium animæ ſuæ cogitat. Ego in Dei nomine Cundheri tradidi ad domum Sanctæ Mariæ in loco Frigiſinga unam coloniam veſtitam in loco Hlaginpach, & de pratis carradas VII, pro remedium anime meæ, ſeu pro remedium filii mei nomine Kartheri. Ego eo modo hoc feci, ut traditio mea firma, & invulſa permaneat ad domum Sancte Mariæ, hoc eſt unam manſam veſtitam cum duabus mancipiis, nomina

mina mancipiorum Waldhram, Deotſvvind. Hæc ſunt teſtes: Deotrih, Kerperht, Alavvih, Heidanrih, Wichelm, Irminfrid, Mahtperht, Kerhoh, Kaganhart, Toto, Leo, Adalhart, Adalvvart, Deothart centenarius, qui hanc traditionem de altare Sanctæ Mariæ accepit, & omni familia præſente. Actum eſt hoc in domo Sanctæ Mariæ ad Frigiſinga in pridie Nonas Februarii, Indictione II. anno Domni Hludovvici Imperatoris XI, & anno Incarnationis Domini noſtri Jheſu Chriſti DCCCXXIIII. Ego quidem Cozroh indignus Presbiter hanc cartulam ſcribſi.

NUM. CDLXIII.

Renovatio Aſoni de Mamindorf, quam jam olim perfecit.

IN Dei nomine. Notum ſit cunctis fidelibus, veracíſque viris, quia jam olim vir vocatus Aso tradidit propriam hereditatem ſuam in loco, qui dicitur Mammindorf pro duobus partibus ad Frigiſinga ad domum Sanctæ Mariæ, ut ſtabilitum fieret in perpetuum. Ea verò ratione placuit, ac convenit, & dies mortis ejus adpropinquabat, tertiam partem, quam antea præmiſit, fecit legitimum miſſum, nomine Spulit cum Wadio ſuo, dedit illi poteſtatem ipſe Aso ad caſa Sanctæ Mariæ firmare pro remedium animæ ejus, & ſic ipſe perfecit, cum vvadio ſuo tradidit in altare, ut inconvulſum maneret. Actum fuit hoc coram Engilhardo Comite, & Haholfo, Advocatus Epiſcopi ipſam traditionem accepit. Iſti ſunt teſtes: Reginperht, Otperht, Willihart, Kerpato, Wichelm, Putilo, Juto. Actum eſt hoc ad Frigiſingas XI. Kalendas Majas, anno Hludovvici Imperatoris XI. Indictione II.

NUM. CDLXIV.

Traditio Drudperhti Diaconi ad Strazloh, & ad Hohinperc.

IN Dei nomine. Notum ſit fidelibus cunctis, veracisque viris, quòd quidam Diaconus nomine Drudker tradidit propriam hereditatem ſuam in loco quæ dicitur Strazloh, & Hohinperc duos Selilant, & alias colonias VI. ac XV. mancipias ad Frigiſingas ad altare Sanctæ Mariæ, ubi Sanctus Corbinianus corpore requieſcit, ut poſt obitum vitæ ſuæ firmum, & ſtabilitum fieret in poteſtate Defenſoris Sanctæ Mariæ, ut nullus poſtea licentiam haberet ſe ingerere, ſed evo manſura ſerviret ad domum Sanctæ Mariæ. Iſti ſunt teſtes: Donarperht, Lantfrid, Cotefrid, Toto, Wago, Oadalſcalch, Alfrid, Tetti, Walho, Engilrih, Adalcrim, Sigilo, Egino, Sigivvart, Erchanolt, Irminfrid, Willaheri, Cozfrid, Engilhart, Paltar, Samson, Isker, Adalperht, Alprih, Hroadperht, Reginpald, Wichelm, Arbeo, Irminfrid, Wicco, Tuto, Heriperht. Actum eſt hoc ad Frigiſingas in VII. Kal. Majas, anno Hludovvici Imperatoris ſui XI. Indictione II.

NUM. CDLXV.

Renovatio traditionis Hagunoni Presbyteri ad Hrindpach.

IN nomine Domini. Notum ſit cunctis fidelibus, veracisque viris, qualiter quidam Presbyter nomine Haguno renovavit traditionem ſuam ad domum Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas in manus Hittoni Epiſcopi in loco nominato Hrind-

Hrindpach, dimiſit totum & integrum, quod ibidem preſenti tempore habere videbatur in poteſtatem Defenſoris Sanctæ Mariæ, ut poſt obitum ſuum, & nepoti ſui Sindperti Diaconi ſupra dicta cauſa firma ſtabilitate permaneret ad Frigiſingas, ſine ullius hominis contradictione, quod iſto preſenti tempore, vel poſtea nulla contradictio non fiat ſervitutis. Iſti ibidem preſentes aderant, ubi ipſe Presbyter renovavit traditionem: Inprimis Ellanperht, Mejol, Wago, Liutprant, Einhart, Sigiperht, Cundalperht, Heriperht, Sigivvart, Adalker, Willihelm, Tuti, Einheri, Hroadperht, Sigideo, Adalperht, Oadalſcalch, Wigant, Situli, Kepahoh, Irminfrid, Petto, Marcheo, Walto, Adalfrid, Reginheri, Eigil. Actum eſt hoc ad Frigiſingas in XIIII. Kal. Novembris, anno Hludovvici Imperatoris XI. Indict. II.

NUM. CDLXVI.

Traditio Kerolti Diaconi ad Ahaloch, & Wilpach.

DUm oportet unicuique in hoc ſeculo vacare, Sacramenta reminiſci, & diem ultimum pertimeſci, propterea convenit omnibus Chriſtianis, ut deſpiciant terrena, & caduca, & perpendant æterna, & deſiderant cæleſtia. Ob hoc cognoſcent omnes fideles in Chriſto, quia ego Keroldus Diaconus, & carnalis frater meus nomine Kernod habuimus inter nos communem paternam, & maternam hereditatem firmiter confirmatum, & traditum uterque alio, ſi ſuperſtis fuiſſet illi, quia Kernod Advocatus fuit fratris ſui Kerolti Diaconi, proinde convenit illos, ut uterque eorum alio dimitteret traditionem, quam antea factam habuerunt invicem. Et ipſo inito conſilio pervenerunt ad pium Pontificem Hittonem ad Frigiſinga, & nuntiaverunt ei, & ipſe clementer hoc conſilium audivit, & permiſit fieri. Proinde Keroldus Diaconus ſtatim ſeipſum in militiæ ſervitutem donavit ſupra dicto venerabili viro Hittoni Epiſcopo. Deinde exierunt in porticum domui Sanctæ Mariæ Kernoldus, & Kernod, & dimiſerunt alter alterius traditionem tres vices præſentibus iſtis teſtimonialibus, qui hoc factum viderunt, & audierunt: Odolt, Willipato, Snelhart, Sigilo, Kerhoh, Alhmunt, Poapo, Hroadperht, Toto, Cotefrid Reginperht, Arhart, Sigiprant, Nebo, Cozolt, Alprih, Alavvih, Willihart, Pillunc, Heimperht, Adalvvart, Rihperht, Peiri, Pezzi, Petto, Marcho, Hroadrih, Engilrih, Adalhart. Poſt ipſam traditionem dimiſſam inter illos, acceſſerunt ad altarem Sanctæ Mariæ & ad ſepulchrum Sancti Corbiniani Confeſſoris Chriſti, & tradidit Keroldus propriam partem hereditatis ſuæ, quicquid legitimè in portionem de fratre ſuo Kernodo accepiſſet in loco Ahaloch, & ad Wilpach firmiter tradidit domui Sanctæ Mariæ, ſeu Sancti Corbiniani ad Frigiſinga pro remedium animæ ſuæ, quicquid habuiſſet in locis nominatis, terris, pratis, paſcuis, mancipiis, pecodibus, cultis, & incultis, quicquid ad illum legitimè pertinere videretur, totum, & integrum in altarem Sanctæ Mariæ tradidit, ipſis nominatis, & ſupra ſcriptis teſtibus, & per aures more Bajovvariorum tractis. Actum eſt hoc in VIII. Idus Aprilis in cæna Domini Indictione III. anno Incarnationis Domini DCCCXXIIII. Hludovvici Imperatoris anno XI. Ea vero ratione, ut poſt obitum ejus nullus de parentibus ſuis, nec de poſteris ejus domui Sanctæ Mariæ contradicere valeat, ſed firmiter peractum permaneat, vel quicquid poſtea elaborare, & adquirere potuiſſet omnia in omnibus permaneant inconvulſa ad domum ſupra dictum. Ego quidem Cozroh indignus Presbyter ſcribſi juſſione Hittonis Epiſcopi.

Digitized by Google

NUM. CDLXVII.
Traditio Frumolti, & filii ſui Waninc ad Hringolfinchofa.

IN Dei nomine. Notum ſit cunctis fidelibus, veraciſque viris in Bajovvaria manentibus, qualiter quidam vir nobilis Frumolt nomine cum filio ſuo nomine Waninc ambo pariter cogitaverunt pro redemptionem animabus eorum in cælo, ſeu ad uſum & utilitatibus eorum ad vitam in terra, ambo pariter Frumolt & filius ejus Waninc pervenerunt ad pium Pontificem Hittonem Frigiſienſe ſedis domui Sancte Mariæ procuratori, & Rectori, & cum eo conſilium fecerunt, ut medietatem hereditatis eorum ad domum Sanctæ Mariæ ad Frigiſinga tradidiſſent, & ipſe pius Pontifex hoc gratanter accepit, & fieri permiſit, & ipſi firmiter tradiderunt medietatem hereditatis eorum, quicquid in loco Hringolfinchofa viſi fuerunt habere in mancipiis, curtiferis, terris, ſilvis, cultis, & incultis, paſcuis, campis, aquis, pomeriis, ædificiis, pecoribus, omnia in omnibus firmiter tradiderunt ad domum Sanctæ Mariæ ad Frigiſinga, eo modo, ut a die preſente firmiter tenetur ad domum Sanctæ Mariæ.

Poſtea verò pius Pontifex Hitto per miſericordiam ſuam preſtabit illis ipſam traditionem eorum in beneficium, ſeu quicquid Hero Presbyter antea in ipſo loco ad domum Sanctæ Mariæ tradidit, eo modo ipſe Frumolt, ſeu filius ejus Waninc ambas res habuiſſent usque in finem vitæ eorum, & ſi ab illis unus alio ſuperſtis fuiſſet in hoc ſeculo, ut ipſe ambas res habuiſſet ad vitam ſuam. Iſti teſtes: Memmo, Petto, Adalunc, Crimuni, Nendilo, Sintar, Fizilo, Kerhart, Wichant, Witucbi, Ratpot, Antonio, Kerolt, Adalhart. Hoc factum in V. Idus Aprilis. Poſtea verò miſit Hitto Epiſcopus miſſos ſuos Oadalpaldum Prepoſitum, ſeu Advocatum ſuum Samuhelem, ut veſtituram ipſius rei accepiſſent. Et ipſi in ipſum locum cum nobilibus multis pervenerunt, & veſtituram acceperunt, ſeu renovationem traditionis. Iſti teſtes: Samuhel, Iſral, Faramunt, Walto, Ortheri, Reginolf, Alprih, Ellanperht, Eodo, Hiltiperht, Ramvvolf, Deotperht, Reginperht, Waninc, Hemmo, Hunker, Adalo, Liutker, Pezzi, Egilolf, Erchanperht, Lago. Hoc factum fuit in II. Idus Aprilis, anno Incarnationis Domini DCCCXXIIII. Indictione III. Hludovvici Imperatoris anno XIIII. Hanc cartulam traditionis juſſus à Domno Hittone Epiſcopo, Egò peccator Cozroh conſcribſi.

NUM. CDLXVIII.
Traditio Meginhardi Laici.

DEnique omnibus tam eccleſiaſticis, quàm etiam ſecularibus venerabilibus viris ſatis ſit dilucidatum, qualiter Meginhardus vaſſus Dominici in manus Hittonis Epiſcopi pro manice cervino capſam, quam à domo Sanctæ Mariæ cum reliquiis accepit Waſucrim Aramiator, & ipſam, quam jam dudum fecit traditionem, iterum renovavit, eo modo, ſi in ipſo comitatu, quem contra Liudwinum hoſtiliter carpebant, dies ſuus eum proſequeretur, IIII^a^. pars de jumentis ſalvaticis cum III°. warinone pro remedium, & indulgentiam animæ ſuæ omni perſeverantia ad domum beatæ Mariæ teneretur, alinquin, ſi ſalvus, & incolomis domi revertiſſet, ad ſuum haberet, quousque degeret, uſum, poſt obitum verò ſuum, quandocumque ex hac deficeret vita, ſtatim ipſa capſa cum ſupra dicta traditione, vel ceteris addimentis, ſicut in illa repertum fuiſſet die veſtita, ad memorato domo beatiſſime Dei genetricis firma, ac ſtabilis in perpetuum perduraret, teſtibus iſtis interpoſitis: Waſucrim, Crimperht, Hartman, Reginperht, Sigur, Heipo, Petto, Durinc, Uulfinc, Ermperht, ceteríque multi. Actum in Pannonia, ſiquidem ſub die, quod eſt IIII. Nonas Julias anno beatiſſimo Hluduvvico regnum gubernante Auguſto V. Indictione XII. Luna VIII.

NUM.

Digitized by Google

NUM. CDLXIX.
Wittigawo reddidit.

COmmemoratio qualiter Wittigavo ſuam etiam alodem, quod jam dudum tradebat in manus Hittonis Epiſcopi reddidit, & poſtea idem Epiſcopus filio ſuo Adalperht id ipſud preſtavit preſentibus iſtis: Alman Presbyter, Anno Diaconus, Egino, Cotafrid, Kiso, Petto, Reginperht, Juto, Kepahoh, Otperht, Hrodrih, Tato. Actum Martio menne XI. Kal. Aprilis anno VII. Hludowico regnante indictione XIIII.

NUM. CDLXX.
Evindicatio pro Chenperc.

COnveniſſent Hatto videlicet miſſus dominicus, Hitto, Baturicus, & Nidkerus Epiſcopi, & Kysahardus publicus Judex in loco, quæ vulgo dicitur Adalhareshusir, ibique multorum advenientium cauſas juſtè terminandas, ibique ſurrexit in preſentia Reginpertus Advocatus Hittonis Epiſcopi, & interpellavit Nidkerum Epiſcopum, & Defenſorem ejus Anthugi pro Eccleſiam, quæ eſt constructa in loco nuncupato Chenperc, dicens: ipſam ſupra dictam Eccleſiam ad Chenperc cum omnibus ibidem pertinentibus in epiſcopatum Sancte Mariæ ad Frigiſinga pertinere debere. Inde verò prænominatus Anthugi dixit: Hantonem cum ſuo Defenſore ipſam Eccleſiam cum omnibus ad ipſum locum accedentibus in palatio habito ad Phadarprunnin in Adalhardo evindicâſſe ad epiſcopatum Auguſtæ civitatis ad Sanctam Mariam, & ut ibidem Adalhardus hoc ipſud reddidiſſet. nec non & Miſſus dominicus nomine Hartuni ipſius rei reveſtiſſet Hantonem, quod ilico repertum eſt per malum ingenium, & injuſto ordine factum fuiſſe. Deinde verò Reginbertus nullam poteſtatem Adalhardum hoc reddendi habere ait, eò quòd ipſum vel quicquid aliud habuit in beneficium de domo Sanctæ Mariæ illo anno, quo præfatus Hitto in regimen ſucceſſit Epiſcopus, totum reddidit, atque reveſtivit in manus ſuas, & iterum inde in beneficium accepit cum cenſu, & hoc jam ante pridem fuiſſe, quam eum Hanto, aut Defenſor ejus pro hoc mallarent. Hoc audientes Hatto Miſſus dominicus, & Kysalhardus Judex vocaverunt illos homines, quibus hæc cauſa optimè nota eſt, eóſque fecerunt jurare in Sacris reliquijs, ut hujus rei veritatem oſtenderent, quorum nomina hîc inſeruntur: inprimis Liutpald Comis teſtificavit per Sacramentum dominicum, deinde juravit Meginhart, Crimperht, Pernolf, Pilicrim, Coteſcalh, Liutpald, alius Liutpald, Tozi, Odolt, Chuniperht, Hato, Ermperht, Epuho, Walho, Adalunc, Reginperht, Heriperht, Isker, Hringolf, Fricho, Adalperht, Reginpald, Wituchi, Alpolt, Cozrat, Hatto, Alpker, Engilperht. Et poſt Sacramentum factum dixerunt: Se preſentes eſſe, ubi Adalhardus hoc relaxavit in manus Hittonis Epiſcopi, & iterum de eodem Epiſcopo in beneficium cum cenſu accepit ante illo placito, quæ apud Hantone habetur. Quam ob cauſam juſſit prædictus Miſſus legem inter eos decreviſſe. Inprimis Kiſalhardus publicus Judex ſanxit juxta legem Bajovvariorum ad juſtitiam, deinde Engilhart, Liutpald, Richo, Heriperht, Ellanperht, Heidanrih, Oadalſcalch, Adalperht, Reginhart, Orendil Comites, alij autem vaſalli: Machelm, Coteſcalh, Reginhart, Etih, Haholf, Einheri, Parto, Hemmi, Crimuni, Hamminc, Mejol, Reginhart, Kamanolf, Chuniperht, Oadalſcalch, Coteperht, Engilhart, Lantfrid, Heipo, Reginperht, Spulit, Situli, Regino, Sigur, Paldachar, Poapo, Adalker, Poran, Ratolt, Adalker, Pero, Deothart, Ellanperht, Cundalperht, Hroadhart, Wichelm, Cotehelm, Sigiperht, Tiso, Crimheri, Morizzo, Chon-

Chonrat, Hroadolt, Ellanperht, Heilrih, Wolfolt, Wolfperht, Tato, Tuti, Reginolt, alius Wolfperht, ſeu alij multi. Ad extremum verò cuncti, qui ibidem aderant, una voce ſonabant: ad legem vel juſtitiam Hittonem Epiſcopum vel Defenſorem ejus inde veſtituram recipere debere. Poſt hanc etiam diſcretionem juſſit prædictus facere miſſus eum juſtitiam. Ille autem Anthugi videns, quod nequaquam in ſua obſtinatione perſiſtere poterat, ſed juxta legem, & rationabili definitione convictus reddidit in manus Hittonis Epiſcopi, & Defenſoris ſui Reginberti Chenperc cum Ecclesia, nec non domibus, vel alijs ædificijs, mancipijs, ſeu cum univerſis ad præmemoratum locum Chenperc accedentibus, vel pertinentibus veſtituram fecit. Actum eſt hoc ad Adalhareshusun ſub die conſule, quod eſt in II. Kalendas Septembris anno glorioſiſſimi Hludovvici Imperatoris VIIII. Indictione I.

NUM. CDLXXI.

DUm multi in horum contentionem quandam fuiſſe Hrodhohi cujusdam nobilis vir de quo territorio juxta dictum locum Azzalinga cum Hittone Epiſcopo, & Defenſore ſuo Adalkero dicens idem Hruodhoh interruptionem ſibi factam fuiſſe de confinio ſuo ab hominibus Hittonis Epiſcopi, quod ſtatim ita reppertum eſt minimè verum eſſe. Obquam cauſam pacificandam venit ibi Hitto Epiſcopus, & Orendil Comis, & alij multi nobiles homines cum eis, &

Adalker ipſam rem in Snelhardum, & Kerhelmum, qui hoc ipſud prædicto Epiſcopo in proprietatem tradiderunt. Illi autem accipientes ſtatim coram illa multitudine, qui ibi aderat, ipſam rem firmam ſtabilem, que modis omnibus Hittoni Epiſcopo fecerunt, eò quòd idem Kerhelm legitimus Advocatus Adalmanni exſtitit eandem rem Hittoni Epiſcopo tradendi, & confirmandi, quam ei frater ſuus Hartmannus preter ullam contradictionem in hereditatem relaxavit. Iſti ſunt, qui preſentes aderant: Orendil, Hrodperht, Willipato, Engilperht, Rumolt, Drudolt, Willahelm, Eginolf, Hrodperht, Hramvvolf, Jacob, Selprat, Hunker, Hunmar, Liutprant, Hiltiſuuid, Kaganhart, Hrodmunt, Odalrih, Kerhoh, Reginhart, frater Swidhart, Nando, Adaluni, Hunmar, Einheri, Heipo, Reginolf, Wolfperht, Lanto, Tuato, Fridarih, Tuti, Isaac, Adalcrim, Enhaker, Willipato, Egilolf, Spulit, Tozi, Odalperht, Arpeo, Paldrat, Wallod, Eparachar, Crimuni, Petto, Willihelm, Meginrat, Adalker, Uo, Adaluni, Ratolt, Lupo, Wicco. Actum eſt hoc in Kalendis Auguſti, anno Hludovvici Imperatoris VIIII. Indictione I.

NUM. CDLXXII.

Pro Eccleſiam ad Holzhusun cum Adalone, & Marcho Presbyter ſuum beneficium.

CUm ſediſſet Hitto videlicet, & Baturicus Epiſcopi, Hatto, & Kisalhardus Miſſi Dominici in publico placito in loco, qui vulgo dicitur Pheringa, ibique multorum advenientium cauſas rectè terminandas, ibique Hitto Epiſcopus, & Defenſor ejus Engilhart interpellabant quidam hominem nomine Adaluni pro Eccleſiam ad Holzhusun, quam ab antiquis temporibus prædeceſſores Hittoni Epiſcopi poteſtativè in Epiſcopatum Sanctæ Mariæ habuerunt, & ſuis junioribus in beneficium preſtiterunt, pariterque & prædictus Venerabilis Hitto Epiſcopus poteſtativè habuit, & beneficiavit Deotperhto Clerico fratre ſuo, usque præfatus Adaluni ipſam Eccleſiam injuſtè contradixit, & ſe ipſum veſtivit. Ille autem dixit ipſam Eccleſiam ſuam hereditariam ex medietate fuiſſe, & ex aliam medietatem in beneficium dominicum habere, quod ſtatim per veraces, & ho-

Digitized by Google

& honorabiles viros repertum eſt falſum fuiſſe. Tunc verò prædicti Miſſi vocaverunt illos homines, qui hanc cauſam optimè noverunt, eósque fecerunt jurare in ſacris reliquiis, & ut veritatem hujus rei oſtenderent, quorum nomina hîc inſeruntur. Inprimis juravit Regindeo frater ejus, deinde Moatheri, Sigideo, Irminheri, Engilfrid, Ratolt, Adalker, Cundalperht, Cotefrid, Sarhilo, Hrodheri, Cundheri, Freaso, Heipo, Hitto, Regino, Oadalperht, & poſt Sacramentum factum omnes una voce dixerunt: Arpionem Epiſcopum, vel Attonem, nec non & Hittonem Epiſcopum eam ipſam Eccleſiam poteſtativè habuiſſe, & ut Atto Epiſcopus eam ſuo Presbytero Adalfrido preſtitiſſet, nec non & prædicto Deotperhto, ſimiliter & Hittonem Epiſcopum eam iterum eidem Deotperhto in beneficium preſtitiſſet, & ut aliter numquam à nemine audiſſe, niſi poteſtativè in epiſcopatum Sanctæ Mariæ fuiſſe. Similiter & Liutpald Comis, Hrodolt, Camanolf vaſſi dominici dixerunt: Se vidiſſe, ubi Deotperht ipſam Eccleſiam in manus Hittonis Epiſcopi reddidit. Tunc quoque juſſerunt prædicti Miſſi Adalunam juſtitiam facere. Ille autem videbat, quod nequaquam optinere poterat, quod volebat, ſed juſto judicio convictus, atque confuſus reddidit ipſam Eccleſiam cum omnibus ad eam pertinentibus in manus jam allati Epiſcopi, & Defenſoris ſui Engilhardi. Regino fidejuſſor omnia ſimilia wadiavit, Regindeo, Hitto, Heipo, Cotefrid fidejuſſores, pro altare vvadiavit xL. ſolidos, Oadalperht fidejuſſor. Et hæc ſunt nomina eorum, qui hoc ad legem Bajoariorum decreverunt: Kyſalhart publicus judex, Liutpald Comis, vaſſi dominici Cundachar, Meginhart, Wolfperht, Hroadolt, Camanolf, Machelm, Atto, Mejol, Coteſcalch, Deotpald, Engilhart, Cundpald, Ratpot, Einhart, Cundperht, Hitto: alij autem Adalperht, Hadolt, Oatilo, Cozvvin, Deothart, Moatuni, Meginhart, Helmker, Wolfhelm, Reginolf, Rihpald, Faramunt, Cunzo, Hroadlant, Koteforht, Hartrih, Erchanpald, Lantfrid, Coteperht, Draſamunt, Erimperht, Amalperht, Adalker, Hroadinc. Ad extremum cunctus populus clamavit una voce: hoc legem fuiſſe. Tum verò à multis poſtulatus ſupra memoratus Epiſcopus perdonavit illam conpoſitionem uſque ad xL. ſolidos, ea ratione, ut nullatenus nequaquam inquietudinem ulteriùs feciſſet ei, ſeu ipſam veſtituram pleniter perfeciſſet. Actum eſt hoc in publico placito ad Pheringun XVII. Kal. Majas, anno Hludovvici benigniſſimi Imperatoris Auguſti X. Indict. I. Luna XXVIII. Ego itaque Pirtilo juſſu Hittonis Epiſcopi ſcripſi, & ſubſcripſi.

NUM. CDLXXIII.

Redditio Hittoni Epiſcopo ad Pahharum.

CONvenientibus venerabilibus viris Hitto Epiſcopus, Baturicus Epiſcopus, Hatto Comis, Kyſalhart Comis, Liutpald Comis, Ellanperht Comis, Orendil Comis, & alii multi in locum, quæ dicitur Erkeltingas judicia recta dirimenda. Tunc ibi ſurrexit Advocatus Hittoni Epiſcopi nomine Oadalſcalch, & querebat unam baſilicam in loco nuncupato Pahhara à quibusdam hominibus nomine Hroadolt, & Engilman, quod ipſam baſilicam eis defendiſſent, & uſurpâſſent in proprium, & tunc illi ſibimet ipſis credebant, eò quòd injuſtè ibidem contendebant, & fecerunt, ac reddiderunt ipſam basilicam, ac alia omnia ſimilia vvadiaverunt pro iniquitatem quam fecerunt, & fidejuſſores ipſo ſupra dicto Hroadolto fuerunt, Hugiperht, Alpuni, Uurmhart, Lancpart. pro altare vvadiaverunt xL. ſolidos, & ſemetipſo commiſit hoc vvadium. Iſti preſentes fuerunt in placito: Wolfperht, Hroadolt, Camanolf, Cundalperht, Oago, Chuniperht, Svvarzolf, Pernker, Chuniperht, Cundpald, Reginperht, Adalpero, Lantfrid, Liutfrid, Adolt, alius Adolt, Cozvvin, Deot-

hart, Riholt, Kermunt, Hroadheri, Hrodhart, Winid, Tanto, Alprih, Engilperht, Salaman, Oadalperht, Hahvvart, Hrodlant, Hunperht, Ato, Tagaperht, Sigiperht, Rantolf, Nidhart, Otperht, Cundhart, Kypiho, Adalker, Piligrim, Kerhart, Mezzi, Watto, Erchanpald, Kisolt, Hroadperht, Tuti, Petto, Alprih, Cozolt, Semperht, Hugiperht, Isanperht, Oadalperht, Erinperht, Situli, Saxo, Parto, Poapilo, alius Hahvvart. Actum eſt hoc in publico placito ad Erkeltinga, in VIIII. Kal. Junias anno Hludovvici Imperatoris XI. Indict. II. Quando ipſius Eccleſiæ veſtivit Hroadolt Advocatum Epiſcopi Oadalſcalchum ad Pacharon, iſti preſentes fuerunt: Folrat, Odolt, alius Odolt, Jacob, Alpuni, Wurmhart, Lanto, Sigilant, Miliz, Luitolt, Huuasmot, Reginvvart, Egilrih, Engildeo, Lancpart, Engilperht, Hunperht, Unforht, Sigiperht.

NUM. CDLXXIV.

Renovatio Wagoni Capellani.

CONſtat enim multis in Epiſcopio Sanctæ Mariæ converſantibus, qualiter Wago Capellanus traditiones jam olim actas a patre, vel Matre ipſius, ſeu etiam fratre, quorum nomina Toto, Oaſpurc, Scrot, paritérque & Wago, que ad ſuam partem pertinebat, omnia ex integro eo tempore habentia, quæ eis legitimè in proprium hereditatem pertinere videbatur, domui Sanctæ Mariæ communi manu firmiter tradiderunt, & cum veraces teſtibus confirmaverunt. His verò defunctis Wago ſuperſtis exſtitit, & has quattuor partes à Defenſore Sanctæ Mariæ in beneficium accepit ad augmentandum, & meliorandum, non in nullo minuendum, aut diſtrahendum. Ita & actum gratias Deo in omnibus apparet. Nunc verò ammonente divina gratia in proximo paſchalis die, quod erat Idibus Aprilis veniens ad virum venerabilem Hittonem Epiſcopum, ita ut jam diximus, ante acta renovavit, & interim adquiſita omnia in omnibus legitimè tradidit, & quicquid deinceps adipiſci potuiſſet, omnia prumpta voluntate promiſit domui Sanctæ Mariæ in propriam hereditatem adunare, & firma ſtabilitate permanere, hoc erat in mancipiis, & territoriis, cultis, vel incultis, tam terra aravile, quam etiam pratas, ſilváſque bene aptas, inter totum jurnales plus minus CCCC^tas. hæc nomina mancipiorum: Ellanker, Heriperht, Peraheri, Hiruz, Adalhelm, Coteſcalh, Engilſcalh, Liupman, Wirdilo, Liupheri, Deotheri, Huno, Zeizzo, Hrodhart, Deotheri, Lantfrid, Deotolt, Richuni, Managolt, Adalvvih, Cundvvih, Kervvih, Reginvvih, Werducha, Hrodflat, Zeizflat, Moatflat, Ratdrud, Ricpurc, Hiltipirc, Rekingund, Teorsvvind, Purgund, Kerpurc, Hilticund. Hæc nomina teſtium: Liutprant, Crimheri, Toto, Willihelm, Cundhart, Sigipald, Kiso, Reginhoh, Sulman, Wolfperht, Hruadperht, Erchanolf, Cozolt, Oadalhart, Heriperht, Walaheri, Arhart, Irminfrid, Drudmunt, Frumolt, Hruddrit, Lantrih, Engilhart, Arahad, Putilo, Isaac, Adalgrim, Tato, Irminperht, Salucho, Mahtperht, Willihelm, Petto, Eparheri, Diudolf, Kerhoh, Kunheri, Sigivvart, Asolt, Reginolt, Hiltivvart, Deotrih, Isker, Reginperht, Kepahoh, Kavo, Egilrih, Reginpald, Alpheri, Durinc, Hatto, Wiſurih, Liutker, Tetti, Adalperht, Kaganhart, Wago, Cotafrid, Snelhart, Egino. Actum eſt enim hæc die conſule, quod facit Idus Aprilis, anno glorioſi Hludivvici Imperatoris octavo, Indictione XIIII. Ego indignus Tagaperhtus Presbyter conſcripſi juſſione Domni Hittonis Epiſcopi.

NUM.

NUM. CDLXXV.

Engilrat tradit mancipia VI.

VEnit autem quidam mulier nomine Engilrat ad Frigiſinga, & tradidit ad domum electe Dei Genetricis Mariæ mancipias VI. proprietatis ſuæ, quorum nomina hæc ſunt: Hunrih, Tehvvart, Engilrih, Cozni, Liuporta, Adalni, quatenus ipſa mancipia ſine ulla mutabilitate firmiter ad jam nominato dominato ſtabiles permanerent. Et hæc ſunt teſtes: Alavvih, Haholf, Cundhart, Petto, Cotafrid, Otperht, Arperht. Actum eſt hoc in VI. Kal. Januarias, anno Hloduvvici Imperatoris VIII. Indictione XV.

NUM. CDLXXVI.

Sindperht renovavit traditionem.

IN nomine Dei Summi. Notum ſit cunctis fidelibus, veracis, nobilibúſque viris, quia jam olim venerandus Sindperht Presbyter tradidit alodem, & omnem proprietatem ſuam, quod illi anteceſſores ſui dimiſerunt ad caſa Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas, ubi Sanctus Corbinianus in corpore requieſcit, pro remedium animæ ſuæ, & parentum ejus, ut inde mercis eis creſcat in vita perpetua, quia factum eſt iſta traditio ante multis annis, & multi ſunt, qui hoc viderunt, & firmaverunt. Eodem modo preſenti tempore placuit, ſupra notato Presbytero, ut renovâſſet priorem traditionem, quam antea fecit, ut nullo modo mutari potuiſſet. Tunc ipſe Presbyter tulit pallium altaris, & reddidit anteriorem donationem in manu Hittoni Epiſcopi, & iterum eiſdem verbis renovabo priorem traditionem, quod ipſe ego Sindperht Presbyter preſenti temporis modo viſus ſum habere, & poſtea quicquid poſſum conquirere omnia trado ad ſupra notato cænobio in manu Hittoni Epiſcopi Defenſoris ſui, ut ſit firmum & ſtabilitum in perpetuum, nullus coheredibus meis non habeat ullam adquiſitionem de ipſo territorio. Iſti fuerunt preſentes teſtimoniales: Paturicus Epiſcopus, Oadalſcalh Comis, Drudolt, Cundhart, Reginhoh, Cotaperht, Haduperht, Reginperht, Pater, Arpeo, Haguno, Einheri, Adalhoh, Reginolt, Isker, Petto, Willihelm, Kiſalheri, Wichelm. Actum eſt hoc ad Hohinreiñe in ipſa baſiſilica in VIIII. Kalendas Februarias anno Incarnationis Domini DCCCXXII. Indictione XV. anno Domni noſtri Hluduvvici imperij ſui VIII.

NUM. CDLXXVII.

Salomon Presbyter renovavit traditionem, & Meginberti Presbyteri fratris ſui.

NOtum ſit cunctis in Bajovvaria manentibus, qualiter quidam Presbyter ſuam, vel fratris ſui ſenioris nomine Meginperht traditionem, quam ab aduliſcentia fecerunt, iterum renovavit, & quicquid ipſe vel frater ejus eo die in poteſtate & dominatione habuerunt, aut de hereditate, vel adquiſitione proprie conlaborationis, hoc cum omni integritate, vel ſoliditate preſente Meginperto fratre ejus unà cum conſenſu germani ſui in altare Sanctæ Mariæ tradidit, atque firmiter condonavit, & vvadiavit, ſi uterque eorum ſuperſtis fuiſſet alio, ut ille vivens ſine mora offerret annis ſingulis cenſum ſolvere, hoc eſt veſtimenta cum cappa monahhica, camiſalem I. farina modios XII. de cerviſa ſiclos LX. pullos XX. augas V. ovas L. teſtes: Haholf, Toto, Reginhoh, Deotrih, Otpert, Willahelm, Liutker, Crimuni, Matperht, Lantrih, Cotafrid,

frid, Siculi, Immino, Egolt, Cundhart. Actum ſub die VI. Idus Majas, anno Hloduvvici Imperatoris VIIII. Indict. XV. Ego itaque Pirthilo ſcripſi, & ſubſcripſi.

NUM. CDLXXVIII.

Confirmatio permutationis de Burchrain.

IN nomine Domini Dei & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Ludevvicus divina ordinante providentia Imperator Auguſtus. Si enim, quæ fideles noſtri inter ſe commutaverint pro eorum opportunitatibus, vel concombiaverint noſtris confirmamus edictis, Imperialem conſuetudinem, & hoc in poſt modum jure firmiſſimo manſurum eſſe credimus.

Igitur notum ſit omni fidelium noſtrorum præſentium ſcilicet & futurorum ſolertiæ qualiter quidam homo Riphvinus nomine ad noſtram accedens clementiam innotuit manſuetudini noſtræ, eo quod idem Riphvinus ad Attonem Epiſcopum de Friſinga Epiſcopatu ſuo aliquas res utriusque partium opportunitate inter ſe commutâſſent, vel concambiâſſent. Dedit igitur prædictus Atto Epiſcopus de rebus Sanctæ Mariæ, quas ipſe regere videbatur, unacum conſenſu & voluntate fratrum ibidem degentium per noſtram datam licentiam præfato Riphvino villam quæ dicitur Bouch, quicquid ibidem habere viſus fuit in pago Weſtergavve. Et econtra in compenſationem hujus meriti dedit jam dictus Riphvinus de rebus ſuis propriis ſupra memorato Attoni Epiſcopo ad partem Eccleſiæ Sanctæ Mariæ tertiam partem de villa Aotingas, vel quicquid ibidem habuit, & in alio loco, qui nuncupatur Burchrein omnia, quicquid ibidem habere viſus fuit in ipſo pago Weſtergavve. unde duas commutationes conſcriptis pari tenore, manibúsque bonorum hominum roboratas ſe præ manibus habere profeſſus eſt, ſed pro integra firmitate petiit manſuetudini noſtræ, ut ipſas commutationes per noſtrum manſuetudinis præceptum plenius confirmare deberemus. Cujus petitionem denegare nolumus, ſed ſicut unicuique fidelium noſtrorum juſtè petentium, ita nos illis conceſſiſſe atque confirmâſſe in omnibus cognoſcite. Præcipientes ergo jubemus, ut inſpectas ipſas commutationes, ſicut per eas plenius declaratur, quicquid pars juſtè & rationabiliter alteri contulit parti, deinceps per hanc noſtram auctoritatem jure firmiſſimo teneat, atque poſſideat. Et quicquid exinde facere voluerit, libero in omnibus perfruatur arbitrio. Et ut hæc auctoritas firmior habeatur per futura tempora à fidelibus Sanctæ Dei Eccleſiæ, & noſtris verius credatur, & diligentius conſervetur de anulo noſtro ſubtus ſigillari juſſimus.

Dat. X. Kal. Sept. anno X[to] propitio. Actum aquisgrani palatio Regio.

NOTA.

Quomodo hoc inſtrumentum accipiendum ſit, in parte prima annotavimus.

NUM. CDLXXIX.

De Intica.

IN nomine Domini Dei, & Salvatoris noſtri Jheſu Chriſti. Ludevvicus divina preordinante providentia Imperator Auguſtus. Si erga loca divinis cultibus mancipata propter amorem Dei, ejúsque in eisdem locis ſibi famulantes beneficia optima largimur, premium nobis apud Deum eterne remunerationis rependi non diffidimus. Proinde noverit omnium fidelium noſtrorum tam preſentium, quám & futurorum ſollertia, quia Atto quondam Friſingenſis Epiſcopus ſtruxit quandam cellulam, que nuncupatur Inticha, & fratres ibidem ad Dei omnipotentis officium peragendum congregavit in confinio videlicet Tyburnienſi,

nienſi, ubi Dracus fluvius oritur, & eam in honore Sancti Petri Principis Apoſtolorum, & Sancti Martiris Candidi conſtructam, atque rebus proprijs ditatam predicte Ecclefie Friſingenſi perpetuo ad habendum tradidit. Sed poſtea ab eadem Ecclefia abſtracta eſt, & in beneficium data, unde deprecatus eſt excellentiam culminis noſtri Venerabilis Arno Epiſcopus, qui ipſam cellulam in beneficium habere videbatur, ut eam cum omni integritate Ecclefie Sancte Marie Friſinge noſtre emolumento, & eterne retributionis fructu redderemus. Quapropter volumus, atque jubemus, & per hanc noſtram auctoritatem decernimus, ut noſtris videlicet, atque futuris temporibus predicta cellula, quam pro noſtre mercedis cumulo ad Ecclefiam Sancte Marie Friſingenſem, ubi Atto venerabilis Epiſcopus præeſt, reddidimus, & per hanc noſtram auctoritatem perpetuò ad habendam confirmavimus ut omni tempore in ditione, & poteſtate predicte Ecclefie permaneat. ita dumtaxat, ut Rectores prefate Ecclefie quicquam de ipſa, vel in ipſa ob utilitatem, & profectum predicte Ecclefie facere voluerint, libero in omnibus perfruantur arbitrio faciendi, & nullus quislibet eam de predicte Ecclefie poteſtate abſtrahere, aut de rebus ipſius cellule aliquid diminorare preſumat, ſed ſicut à nobis confirmatum eſt, ita perpetuò permaneat, & ut hec auctoritas per futura tempora inviolabilis permanere valeat, manûs noſtre Signaculis ſubter eam firmavimus, & anulo noſtro ſigillari juſſimus. Datum Nonis Februarij, anno Chriſto propitio, Indictione VIIII. Actum Aquisgrani palatio regio.

NOTA.

De hoc inſtrumento in parte prima egimus.

NUM. CDLXXX.

Hitto Epiſcopus tradit ad Azzilingas, & Anzingas, & ad Holze. & cenſum Erchanberti conplacitavit.

HOc tota pene Sanctarum Scripturarum ſeries Chriſtianis fidelibus pia exortatione pronuntiat, hæc etiam Sanctarum Scripturarum tonitrualis illa Evangeliſtarum vox Spiritu Sancto concinente inquit: ut faciat in pauperibus elymoſinam, qui vult evadere ſupplicia. Unde Dominus in Evangelio ait: facite vobis amicos de mammona iniquitatis, ut cùm defeceritis recipiant vos in æterna tabernacula. Penſandum igitur nobis eſt, quanta ſit pietàs, & largitio noſtri Redemptoris, ut per elymoſinas pauperum promittantùr nobis regna cælorum. Nemo itaque dubitet, nemo tardet, quia ſi nos facimus, quod Dominus, & Salvator noſter præcepit, ille ſine dubio daturus eſt, quod promiſit, ut dum in hoc ſeculo moramur, illa poſſimus diſponere, vel quando dies exitûs noſtri nos injunxerit inparatos nos minimè inveniat. Proideo ego in Dei nomine Hitto Chriſti miſericordia humilis Epiſcopus conſideravi hujus ſeculi vanitates, ut nec me repentina mors inparatum inveniat, ut nec me ille Seductor radix iniquus rapiat ut Leo animam meam, ita nec ad perpetuam pœnam perducat, ſed intercedente Angelica voce ad dexteram pietatis gregis ſuæ jubeat nos numerari, & in conſortio beatorum. Deinde ordinationem, atque traditionem facere viſus ſum de rebus, vel ſubſtantijs, quicquid habere videor in tribus locis nominatis ad Azzilinga, & ad Anzingas, ſeu ad Holze, quicquid ego in ipſis tribus locis nominatis ad Adalmanno Abbate pretio conparavi, & negotiavi propriæ adquiſitionis pecuniæ ad me ibidem adtraxi, aut undecumque ad me juſto ordine pertinere videtur in ſupra dictis finibus, quod ad augendam largitionem elymoſinarum in

Digitized by Google

pauperes adquiſivi, non ad recondendum terrenum theſaurum in potentes. Ideo qualiter vel quomodo poſt meo deceſſu eſſe debeat pro refrigerium animæ meæ diſponere cupio. Inprimis omnium volo, atque diſcerno, ut uſufructuario, & elymoſinas largiendo diebus vitæ meæ de omnibus rebus meis in mea conſiſtat poteſtate uſu fruendi, non alienandi, & ſi nepus meus nomine Erchanperht ſuperſtis mihi fiat, hoc conplacitare firmiter volo, & conplacitatum permanere, ut poſt obitum meum ipſe nepus meus Erchanperht habeat ipſas res usque ad finem vitæ ſuæ non alienare, ſed emeliorare, & pro animam meam elymoſinam dare, & diſpenſare, & cenſum annis ſingulis domui Sanctæ Mariæ reddere ad miſſam Sancti Martini, & ipſe cenſus hoc eſt tres modios de Spelta farinæ, & unam prazem bonam, & pullos IIII. Ea verò ratione, firmáque donatione peracta ego ipſe Pontifex Hitto ſupra dictas res meas in locis nominatis ad Azzilingas, & ad Anzingas, & ad Holz, quicquid ego ibidem conparatum vel adquiſitum habeo in mancipijs, in territorijs, cultis, & incultis, paſcuis, pratis, ſilvis, & aquis, pecoribus, & pecunijs, ortis, & pomerijs, ædificijs, & omnibus utenſilijs omnia ſupra dicta firmiter trado, & cum teſtibus confirmabo ad domum Sanctæ Mariæ ad Frigiſinga, ubi electus, & pretioſus in corpore requieſcit Confeſſor Chriſti Sanctus Corbinianus, & ubi ego ipſe indignus Hitto Paſtor, & Rector hodierno die præeſſe dinoſcor. Eo modo, ut poſt obitum meum, & nepotis mei Erchanberti, ſicut in ipſo die veſtitum, & augmentatum obitus noſter dereliquid, tali augmentatione firmiter tenetur ſine ulla contradictione ad domum ſupra dictum, & quisquis Succeſſor meus pontificale dignitatis ſit, qui ſubrogetur, & ordinatur in ipſum ſedem epiſcopalem Frigiſienſis, firmiter teneat, & poſſideat ad ipſo domo, non alicui in beneficium preſtat ſecolari, ſed pro remedium anime meæ fideles Oratores mei poſſideant Monachi ad neceſſitatibus eorum, & nullus eis abſtrahere valeat, ſed pro remedium animæ meæ habeant ad lucem, & requiem meam æternam, ut memoria mea multis temporibus in domo Sanctæ Mariæ, & Sancti Benedicti Confeſſoris permaneat. Hoc factum eſt in ipſo domo Sanctæ Mariæ ad Frigiſinga in II. Kalendas Majas, & in ipſo die iter carpere cœpimus ad Aquis palacio in Franciam, anno Incarnationis Domini DCCCXXV. Indictione III. regnante Hludovvico Imperatore XII. Hæc ſunt teſtes per aures tracti: Cundpald, Sigiperht, Oadalſcalh, Einheri, Heipo, Reginperht, Wolfheri, Otperht, Plidker, Arbeo, Engilhart, Leo, Erchanolf, Tuto, Wago, Helido, Hunker, Uro, Hringolf, Lantrih, Willihelm, Cundhart, Adalhart, Situli, Petto, Kerperht, Willipato, Wichart, Cotefrid, Drudolt, Willihelm, Emicho, & alius Sigiperht. Hanc traditionem ſcribere, vel confirmare ego Hitto divina gratia Epiſcopus injunxi, & præcepi Cozrohe Presbytero noſtro, ut ipſe ſicut præcepi, perfecit.

NUM. CDLXXXI.

Traditio Wagoni Capellani, & Ribharti Presbyteri, ad Helphindorf.

IN nomine Domini noſtri Jheſu Chriſti. Notum ſit cunctis fidelibus, veraciſque viris, qualiter ego Wago Capellanus cogitans pro redemptionem animæ meæ, ut aliquam indulgentiam delictorum meorum adipiſcere merear, renovavi priſtinam traditionem, quam jam ante actam habui ad domum Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas. Nunc verò quicquid Genitores mei mihi in propriam hereditatem reliquerunt, ſeu quicquid ego ipſe Wago proprie adquiſitionis adgregavi, firmiter iterum tradidi, & renovavi in altarem beatæ Mariæ Virginis ad Frigiſingas cum conſenſu Hittoni Epiſcopi, qui ipſo die Paſtor, & Rector

Rector dominicarum ovium ipſius domui præeſſe dinoſcebatur. Eo modo cum concordia, & confirmatione ipſa mea traditio peracta eſt firmiter, & inviolabiliter, ut ipſas res meas habeant Monachi ad utilitatibus eorum, qui in ipſo domo regulæ Sancti Benedicti profeſſi ſunt, & qui ipſam obſervare nituntur. Hoc finitum, & firmiter confirmatum inter nos volumus, ut poſt obitum meum nullus ipſis Monachis abſtrahere valeat, nec minuere in nihilo, neque Epiſcopus, qui in ipſo die ſuperſtis ſit, ſed ſicut oportet Paſtorem vigilare ſuper gregem ſuum, & paſcuam illis augendo adtrahat, nec in nullo comminuat, neque ullus alius non præſumat illis abſtrahere aliquid, quicquid ego Wago hodierno die habere viſus ſum in tribus locis nominatis ad Zollingas, & ad Kerhiltahuſun, ſeu ad Holze, ſed firmiter tenetur ad domo ſupra dicto ad utilitatibus eorum Monachorum, qui in ipſo domo profeſſi ſunt regulam Sancti Benedicti, ipſi habeant res meas cum omnibus ad me legaliter pertinentibus, ad lumen & ad requiem meam æternam, & ad requiem & remedium genitorum, & parentorum meorum. Hoc factum, & confirmatum iſti ſunt teſtes per aures tracti, qui hoc viderunt, & audierunt: Cundpald, Sigiperht, Oadalſcalch, Einheri, Heipo, Reginperht, Otperht, Engilhart, Erchanolf, Adalperht, Wolfheri, Hrigolf, Memmo, Plidker, Reginpald, Arbeo, Leo, Crimuni, Tato, Mauritius, Kerhoh, Deotrih, Pezzi, Alavvih, Tuto, Helido, Iſſo, Kaganhart, Wago, Hunker, Uro, Hringolf, Lantrih, Willahelm, Cundhart, Adalhart, Situli, Kerperht, Willapato, Wichart, Cotefrid, Drudolt, Willihelm, Emicho, & alius Sigiperht. Hoc factum eſt in ipſo Domo beatæ Mariæ ad Frigiſinga in præſentia Hittonis, & omnis familiæ in II. Kal. Majas anno Incarnationis Domini DCCCXXV. Indictione III. & ego Cozroh hanc traditionem ſcripſi juſſus à Domno Hittone Epiſcopo.

Iſti ſunt liberi homines, qui dicuntur Barſcalci, qui & cum Wagone coram multis conplacitaverunt, ut eccleſiaſticam acceperunt terram, de ipſa terra condixerunt facere Servitium. Iſti ſunt Saxo, Oadalmunt, Toto, Sigadeo, Deotmar, arant dies III, tribus temporibus in anno, & ſecant tres dies, illud collegunt, & ducunt in horrea, Welliman, Cozpald, Waldker arant ſicut ſupra, & ſecant, & ducunt in horrea, & reddant modios XV. ex his tres de ordea, una friskinga valente Saicas II. Selprat, & Alprat ſimiliter arant, & ſecant, & ducunt ad locum. Hrodfrid arat pleniter ſicut alij ſervi, & donet modios X. de avena, & una friskinga valente Saicas II. iſtud firmiter condictum eſt, ut eis nullus amplius majorem ſervitium injungere valeat, ſed itinera viciſſim agant.

In ipſa hora ipſius diei acceſſit Ribhart Presbyter, & priſtinam renovavit traditionem ad Heimolfeshofun, & ad Helphindorf, quicquid habuit in altarem Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas tradidit, & ſimiliter conplacitavit cauſam ſuam poſt ipſius obitum ad opus ſupra dictorum Monachorum pertinere, & cum ipſis teſtibus confirmavit, ſicut ſupra.

NOTA.

Valente Saicas duas. *Saica* vel *Saiga*, monetæ Germanicæ ſpecies, definitur in L. Alemann. *Tit. 6. §. 3. quarta pars tremiſſis*, *h. e. denarius unus.* Hæc Hofmannus ex Carolo du Freſne, & Aventino.

NUM. CDLXXXII.

Traditio Engilperhti, & Sororis ejus Heta ad Perge.

IN nomine Domini. Notum ſit omnibus fidelibus, veracíſque nobilibus viris, qualiter quidam venerabilis Diaconus nomine Engilperht, & Mater ejus Perhthilt, vel Soror ejus Heta cogitaverunt pro remedium animæ eorum, ut de illorum proprietate eis aliquam veniam delictorum mererentur accipere. Tunc vene-

venerunt iſti ſupra nominati ad electo loco Frigiſingas, atque tunc præſenti tempore ibidem Hitto venerabilis Epiſcopus manebat, & rogaverunt illum, ut cum ſuo comitatu illa traditio fieret facta ad caſa Sanctæ Mariæ, econtra illis deinde daretur aliqua ſuffragia, ut ſe poſſint ad vita ſua degere. Poſtea verò omnibus audientibus hoc placuit, ut hoc pleniter peractum fuiſſet; enimverò venientes ante altare ipſe Diaconus, & frater ejus Amalperht, vel ipſe matrone tradentes in altare Sanctæ Mariæ talem proprium, & veſtituram, qualem Engilperht & mater, vel ſoror ejus eo tempore habere viderentur ad Perge, & ad Pohe, ſeu mancipia X. his nominibus: Sigipald, Immina, Otfrit, Alprat, Irminheri, Sigimunt, Lira, Ellanpirn, Lantrih, Hartmot, & Amalberto fratre eorum ſimul cum eis hoc confirmante in altare Sanctæ Mariæ, & fidejuſſores eis fuerunt ipſe Amalperht, Heriolt, Liutpald eam traditionem firmare. Tunc poſtea Domnus Epiſcopus propter ſuam reverentiam preſtabat illis baſilicam I. ad Pahharom cum ipſa veſtitura, & alia II. colonia ad Pohhe, & qualecumque illorum longiùs vivat, hoc habeat ei ad uſum; poſt obitum vero illorum trium firmiter permaneat ad Frigisingas. Iſti ſunt teſtes: Haholf, Petto, Otperht, Ratpot, Uro, Hatto, Wicco, Rihperht, Cundhart, Alawih, Liutpald, Arperht, Crimuni, Nendilo, Adalhart, Heriolt, Hiltivvart, alius Rihperht, Deothelm. Actum hoc ad Frigisinga in IIII. Nonas Januarias anno Hludovvici Imperatoris XII. Indict. III.

NUM. CDLXXXIII.

Wolfuni tradidit ad Feohte.

IN nomine Dei & Salvatoris noſtri Jheſu Chriſti. Notum ſit cunctis fidelibus, veracíſque viris, quòd ego Wolfuni trado omnes facultates meas in mancipiis, & in terris, quicquid habeo ad Feohte in altare Sanctæ Mariæ, atque beati Corbiniani Confeſſoris Chriſti, ut poſt obitum meum ibidem permaneat, ut neque deinde ulla perſona poteſtatem teneat, aliquid aufferre, ſed cum omni integritate firmiter ab hodierno die permaneat ad Frigiſinga. Iſti ſunt, qui hoc viderunt, & audierunt: inprimis Coteperht, Otperht, Kerperht, Adalvvart, Pupo, Wigant, Cundhart, Alavvih, Amalrih, Adalhart, Deotheri, Wichelm. Actum eſt hoc ad Frigisingas in III. Nonas Februarias, anno Hludovvici Imperatoris XII. Indictione III.

NUM. CDLXXXIV.

Waldprant & Conjux ejus Ata tradunt ad Puttinhusun & ad Feoht, vel ad Pinuzdorf.

IN Dei nomine. Notum ſit cunctis fidelibus in Noricana provincia manentibus, qualiter, vel quomodo ſecularis familia ambo pariter pro remedium animarum ſuarum cogitaverunt id eſt Waltprant, ſeu Conjux ejus nomine Ata. Ipſe ſupra dictus Waldprant ante actam traditionem renovavit, & firmiter cum teſtibus confirmavit, quicquid ad Sleglespach habuit in altarem Sanctæ Mariæ ad Frigisingas tradidit, ſimiliter adfirmavit, quod ante actum non habuit tres colonias ad Puttinhuſun in ipſum altarem tradidit, & confirmavit. Deinde acceſſit religioſa Conjux ejus nomine Ata: & in ipſum altarem Sanctæ Mariæ Virginis cum ciſpite firmiter tradidit, quicquid ei in hereditatem pater, & mater relinquerunt in locis nominatis ad Feohte, & ad Pinuzdorf. Eo modo ambo pariter communis manibus hereditatem eorum in hereditatem Sanctæ Mariæ, & Sancti Corbiniani Confeſſoris Chriſti firmiter tradiderunt, & confirmaverunt, ut poſt obitum amborum illorum firmiter tenetur ad domum ſupra dictum ad Frigisingas, ita veſtitum, & augmentatum ſicut obitus eorum dereliquerit, ſic inte-

Digitized by Google

integrum in omnibus, quicquid ad eos legibus pertinere videtur in mancipiis, in terris, cultis, & incultis, ſilvis, pratis, paſcuis, aquis, aquarúmque decurſibus, pecuniis, & pecoribus, & omnibus ad eos pertinentibus omnia in omnibus firmiter tradiderunt, & confirmaverunt ad domum Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas. Hæc ſunt teſtes per aures tracti, qui hoc viderunt factum, & audierunt: Cundpald, Sigiperht, Oadalſcalch, Einheri, Heipo, Reginperht, Otperht, Engilhart, Erchanolf, Adalperht, Memmo, Reginpald, Crimuni, Kerhoh, Deotrih, Alawih, Iſſo, Wolfheri, Kaganhart, Hringolf, Wago, Hunker, Plidker, Arbeo, Uro, alius Hringolf, Leo, Tuto, Lantrih, Willihelm, Mauritius, Cundhart, Adalhart, Situli, Pezzi, Kerperht, Tuto, Willipato, Helido, Wichart, Cotefrid, Drudolt, Willahelm, Emicho, & alius Sigiperht. Hoc factum eſt in domo Sanctæ Mariæ ad Frigiſinga in præſentia Hittonis Epiſcopi, & omnis familiæ in II. Kalendas Majas, anno Incarnationis Domini DCCCXXV. Indict. III. regnante Hludovvico Imperatore anno XII.

NUM. CDLXXXV.
Traditio Pirhtiloni Clerici ad Wiware, vel ad Lauppach.

IN nomine Dei & Salvatoris noſtri Jheſu Chriſti. Conperiat caterva ſapientium nobiliúmque virorum, qualiter quidam venerabilis Clericus nomine Pirthilo tradidit propriam hereditatem ſuam in loco, quæ dicitur Wivvari, & quattuor mancipia his nominibus: Cundachar, Prunhilt, Palhilt, & illorum filium ad caſa Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas pro remedium animæ ſuæ, & parentorum ejus Hittoni Epiſcopo præſente, & ipſe accepit illam traditionem ad ipſa caſa Dei, & econtra ſupra dictus Pirhtilo accepit beneficium à venerabili viro Hittone Epiſcopo in illo loco, quæ dicitur ad Aſche, ut hoc beneficium ideo haberet cum omni integritate usquedum in hac fragili vita viveret cum omnibus ad hæc pertinentibus, & ſtatim dimiſit, quicquid habuit ad Wivvare ſuæ proprietatis præter paſcua porcorum, vel ligna ſecanda, quando illi opus fieret, ut in communionem illic hoc haberet in jurem, & poteſtatem Defenſoris Sanctæ Mariæ, ut poſtea neque ille, vel ullius parentorum ejus de illo tempore ullam adquiſitionem haberet de ipſa ſupra dicta cauſa ad Wivvare, niſi ſicut eſt prænotatum. Teſtes qui ibidem fuerunt tracti, hic in poſtremum notantur.

Ea verò ratione notum ſit omnibus fidelibus, veracíſque viris, quomodo ipſe Pirthilo, & propinqua ejus Waltheid convenientia inter ſe facta de illorum cauſis propriis communis manibus ambo pariter tradiderunt, quicquid ad Lauppach habere videbantur in territorio, vel in mancipiis his nominibus: Plidolf, Adalrat, Willikis, Erchanpald, Crawolf, Ratcund, Seopurc, Willapurc, Kerleip, Adalleip ad caſa Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas, ut poſt obitum illorum ibidem firmiter perſtitiſſet, vel quicquid uſurare, atque evindicare potuiſſent, deinceps cum omni integritate poſt eis in poteſtatem Sanctæ Mariæ permaneret, & quod ipſe Pirhtilo in orientale parte ultra Lauppach habere videretur, ſine contradictione poſt ſuum obitum ſtatim perduret ad ſervitio Sanctæ Mariæ, & ſi illa Waltheid ei ſuperſtis fiat, hoc quod in occidentale parte habeant ultra Lauppach, illa teneat usquedum vivat, de cetero nullus audeat contradictionem facere, niſi firmiter permaneat ad domum Sanctæ Mariæ. Iſti ſunt teſtes amborum traditionum: inprimis Engilhart, Liutprant, Sigiperht, Priſo, Sigipald, Aaron, Uro, Kiſo, Hartnid, Sigiprant, Meginrat, Warmunt, Drudmunt, Drudolt, Durinc, Eparheri, Hrodhoh, Reginheri, Mahtperht, Snelhart, Kepahoh, Gawo, Tuto, Adalperht, Hatto, Williheri, Irminfrid, Eigil, Einhart, Reginhart, Sigivvart, Sigifolt, Engilfrid, Pezzi, Wolfperht, Liutker,

Ellanperht, Arpeo, Rimideo, Petto, Ellanhart, alius Petto, Irminhart, Deotheri. Actæ ſunt iſtæ traditiones ad Isana Monaſterium ante altare Sancti Zenonis in capſa Sanctæ Mariæ, ut per ea iſtæ traditiones firmatæ fierent ad Frigiſingas Hittoni Epiſcopo præſente, die conſule VII. Kal. Aprilis, anno Incarnationis Domini noſtri Jhesu Chriſti DCCCXXV. Undeo indignus Diaconus ſcribſi hanc traditionem juſſione Hittonis Epiſcopi, & iſti preſentes aderunt ad Wivvare, quando Pirhtilo veſtivit Miſſum Hittonis Epiſcopi Liutprandum, Aaron, Irminfrid, Meginrat, Hartnid, Drudolt, Heriperht, Horscolf, Cundperht, Madalheri, Elit, Ascrih.

NUM. CDLXXXVI.

Traditio Podalungi Subdiaconi ad Purgreinne.

IN nomine Domini noſtri Jhesu Chriſti. Notum ſit omnibus fidelibus viris, eò quòd Liutprant, & filii ejus Podalunc, & Meginrat, vel Ascrih venerunt ad Isana monaſterium in preſentia Hittonis Epiſcopi, & cum illorum omnium convenientia dederunt partem hereditatis ſuæ Podalungo Subdiacono in eo loco nominato Purcreini, ea verò ratione, & accepta portione ſtatim in ipſa hora Podalunc tradidit illum locum ad Purcreinne cum IIII. mancipiis totum ex integro, quod de Patre, & fratribus ad ſuam partem tulerat in capſæ Sanctæ Mariæ, & in manus Hittonis Epiſcopi ad Frigiſingas, ut poſt obitum illius omnia ad ea loca pertinentia firmiter permanerent ad Frigiſingas ſine ullius hominis contradictione, & iſtius traditionis Fidejuſſores illi fuerunt: Liutprant pater ejus, & Rihpald, & fratres ejus cuncta hæc conſentientes fuerunt. Iſti teſtes: inprimis Rihpald, Liutprant, Priso, Sigipald, Isi, Aaron, Heimperht, Gavvo, Mahtperht, Amo, Wichart, Kyso, Salucho, Hartnid, Petto, Eparheri, Meginrat, Ascrih, Pezzi, Adalperht, Adalhart, Kepahoh, Engilhart, Reginhart, Eigil. Actum eſt hæc traditio ad Isana monaſterio in VI. Kal. Aprilis, anno Incarnationis Domini DCCCXXV. Indict. III. Undeo ſcripſi hanc cartulam ex juſſu Hittonis Epiſcopi.

NUM. CDLXXXVII.

Quomodo Hitto Epiſcopus Salomonem Presbyterum ad proprio ſervo evindicavit.

COnvenientibus venerabilibus viris ad publico placito Lauppach Hitto Epiſcopus, & Heimo Comis, & alii multi nobiles judicia recta dirimanda. In eorum preſentia ſurrexit Advocatus Hittoni Epiſcopi Liutprant, & queſivit unum Presbyterum, cui nomen Salomon de ſuis parentibus ad proprio ſervo, & ad ſervitium Sancti Zenonis Confeſſoris Chriſti ad monaſterio Isana. Ea verò ratione reſpondebat ipſe Presbyter coram omnibus, ut ſe excuſare non poſſet de ſervitio Sancti Zenonis, & ſtatim ſe voluit reddere in manus Hittoni Epiſcopi, & ille renuit eum accipere antequam populi dijudicarent, & illi, qui melius hoc ſcirent de ſua nativitate cum Sacramento confirmarent. Atque tunc juraverunt in reliquiis Wago Clericus, Hroadolt, Chuniperht, Hamminc, Samuhel, Adam, Oadalrih, Adolf, Perhtolf, Crimolf, Francho, Ermperht, ut illi eum de ſuo avo, & matre ſervum ſcirent eſſe Sancti Zenonis, vel ſui parentes. Poſt Sacramento juramenti dijudicaverunt populi, & Scabini conſtituti, ut ſe redderet in manus Hittoni Epiſcopi, & ſui vocati Liutpranti ad proprio ſervo, & ipſe ſe ibidem reddidit in publico placito, ac ſemetipſo credidit, quod aliter fieri non potuit, quia ſui parentes ſervi fuerunt. Iſti præſentes aderunt, & audierunt, & viderunt legitimè convictum: inprimis Hitto Epiſcopus, Heimo,

Digitized by Google

Heimo Cômis, Cundalperht, Onhart, Tato, Priso, Rihpald, Kerhart, Toto, Cotehelm, Drudolt, Petto, Snelhart, Freaso, Aaron, Oadalhart, Drudmunt, Waldperht, Rantwic, Amo, Meginrat, Adalperht, Wicco, Reginolt, Alavvih, Cundperht, Hroadperht, Mahtperht, Hitto, Isi, Emilo, Wolfperht, Friduperht, Tuto, Sigur, Drudmunt, Ribheri, Aaso, David, Irminfrid, Engilfrid, Aarhart, Adalhram, Adalhart, Scrot, Pepo, Frumolt, alius Tato, Hiltiperht, Saluhho, Kavvo, Isanrih, Diudolf, Ottilgart, Kepahart, Rihpald, Kerhart, Egino, Erchanperht, Hiltiperht, Rihperht, Paldheri. Actum fuit hoc placitum ad Lauppach, in III. Kal. Martias, anno Hludovvici Imperatoris XII. Indict. III.

NOTÆ.

Juraverunt in reliquiis. Nempe ſuper reliquiis Sanctorum: quod juramenti genus erat apud antiquos uſitatiſſimum, uti nôrunt eruditi.

Scabini. Judices erant apud Germanos, Francos & Langobardos, cauſis tam capitalibus quàm civilibus, in quovis comitatu & civitate, ſub Comite, præfecti: à Miſſo Regio ſive dominico, cum aſſenſu populi electi, & in ſingulis mallis ſepteni conſtituti. Vide Hofmannum in Lexico.

NUM. CDLXXXVIII.

Traditio Isi ad Poah, & ad Wiviningas totum.

Conſtat enim multis in hac provincia conſtitutis nobilibus, veracíſque viris, qualiter venerandus homo Isi nominatus venit ad venerabili viro Hittone Pontifici, & conſiliavit cum eo, ut de ſuo proprio in iſta caduca vita aliquam veniam cum Sanctis Dei perpetualiter habere adquireret. Tunc placuit omnibus parentibus, & amicis ſuis talis voluntas in eo, ac ſuaderunt eum ita perficere, eò quòd legales filios genitos non habuit. Ea ratione coram magna multitudine gnarum ad Isana monaſterio tradidit propriam alodem ſuam in illis locis nuncupatis ad Poache, & ad Wiviningas preter duas colonias, & mancipia III. totum ex integro, quod illi genitor ſuus dimiſit in capſam Sancte Marie, & in manus Hittonis Epiſcopi in jurem, ac poteſtatem Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas, ut poſt obitum ejus omnia pleniter, quæ habere videretur, culta, & inculta cum pratis, & paſcuis, cum omni utenſilia vel in omnibus, mancipiis, & pecodibus firmiter permaneat, atque deinceps, quicquid elaborare aliunde poteſt, omnia ſine inpedimento unius perſone perpetualiter firmentur, ut neque ego ipſe de iſto tempore, vel ullus propinquus meus, ſeu de coheredibus meis aliquid deinde abſtrahere poteſtatem non habeat, ſed cuncta, quæ mihi dederat Deus poſt diſceſſum meum in poteſtate Sanctæ Marie permaneant, & Defenſoris ejus. Iſti ſunt teſtes: inprimis Rihpald, Liutprant, Priso, Sigipald, Aaron, Drudolt, Sigivvart, Tuto, Irminfrid, Friduperht, Heimperht, Kauuo, Mahtperht, Amo, Wichart, Kyso, Salucho, Hartnid, Petto, Eparheri, Meginrat, Ascrih, Pezzi, Adalhart, Reginhoh, Engilhart, Adalperht, Reginhart. Actum eſt hoc ad Isana monaſterio in VI. Kal. Aprilis, anno Hludovvici Imperatoris XII. Indictione III. Ego quidem Undeo indignus Diaconus ſcribſi hanc cartulam ex juſſione Hittonis Epiſcopi.

NUM. CDLXXXIX.

Traditio Frumolti Presbyteri ad Pezinpach.

In nomine Dei & Salvatoris noſtri Jheſu Chriſti. Notum ſit cunctis fidelibus, veracíſque viris, quòd ego quidem Frumolt cogitans de Dei timore, vel æterna bona retributione anime meæ, & patris mei, ſeu pro fratribus meis trado, & confirmo ad Frigiſingas in altare Sancte Mariæ, atque beati Corbiniani

Confeſſoris Chriſti in loco nominato ad Pezinpach, hoc eſt mancipia II. & jurnales xL. & carradas V. de pratis, & partem I. de ſilva, ut hoc firmiter ac ſtabiliter ad Frigiſingas permaneat. Hæc ſunt teſtes per aures tracti: inprimis Hroadperht, Spulit, Oadalſcalch, Sigiprant, Toto, Kotefrid, Wicco, Engilrih, Sigilo, Adalvvart, Mahtperht. Actum eſt hæc traditio anno Hludovvici Imperatoris XII. Indictione III.

NUM. CDXC.
Traditio Clana.

CUm & omnibus non habetur incognitum, ſed multis in epiſcopio Sanctę Marie bene notum, quòd quidam Presbyter nomine Hadhmunt tradidit in loco, qui dicitur Clana pro remedio animæ ſuæ in capſam Sanctæ Mariæ coloniam I. & mancipia III. ut hoc firmiter, atque ſtabiliter in evo permaneat ad Friſingas, ad domo Sanctæ Mariæ, atque beati Corbiniani Confeſſoris Chriſti. Nomina teſtium in libro traditionum habentur. Acta eſt hæc traditio ad Azilingas in VI. Kal. Auguſti anno Ludovvici Imperatoris XII.

NUM. CDXCI.
Traditio Engilfrita.

IN Dei nomine. Notum ſit cunctis fidelibus in epiſcopio Sanctæ Mariæ, quod quedam matrona nomine Engilfrit, & Advocatus ejus nomine Hroadolt communis manibus tradiderunt ad domum Sanctæ Mariæ mancipias IIII. pro remedium animarum ſuarum ad Frigiſinga, & hæc traditio facta ad Mochingas in capſa Sanctæ Mariæ, & Sancti Corbiniani præſente Domno Hittone Epiſcopo, qui paſtor dominicarum ovium preſente die dinoſcitur ad ipſo domo Frigiſienſe ſedis pertinentium, ſeu in preſentia multorum fidelium ibidem congregatorum. Nomina mancipiorum Paldmot, Froimunt, Hroadſvvind, Hroadpurc, Erchanpurc. Fidejuſſor Amalo. Teſtes per aures tracti: Liutpald Comis, Deothart, Amalo, Reginperht, Odolt, Sigiperht, Hroadperht, Ratolt, Alprat, Haduperht, Oadalſcalch, Coteperht. Actum hoc in loco ſupra dicto in XVIII. Kal. Aprilis, Indict. III. anno Hludovvici Imperatoris XII. Ego quidem Cozroh indignus Presbyter ſcripſi juſſione Hittonis Epiſcopi.

NUM. CDXCII.
Traditio Wolfharti ad Hage.

NOtum eſt cunctis in provincia, ſeu vico, quæ vocatur Zollinga, vel vico nominato ad Hage, ſeu omnibus in his locis in propinquitate manentibus multíſque alijs, & procul commorantibus venerabilibus, & nobilibus viris tam in ordine Sacerdotali, quàm etiam habitu ſeculari, qualiter vir fidelis nomine Wolfheri propriam hereditatem ſuam, quam ei pater ſuus moriens in alodem reliquid in loco jam dicto ad Hage, quod Cozperht pater Wolfharij ei in proprietatem dereliquit. Jam poſt obitum patris ſui ipſe Wolfheri conpunctus amore divino ſtatim diviſa hereditate cum fratre nomine Unarc ſpontanea, ac devota devotione ſoſpis, & incolomis ſuam legitimam hereditatis partem domui Sanctæ Mariæ in loco Zollinga pro redemptionem ſuæ animæ tradere, & firmiter condonare conſtituit. Ita & fecit omni tempore, quando extra provinciam aut in hoſte, aut in quacumque legatione Domini ſui pergere debuerat, jam dictam hereditatem in manus Wagoni Domini ſui commiſit, ita dicendo

Digitized by Google

cendo coram multis: Si ei in illo itinere exitus vitæ ſuæ eveniſſet, firma ſtabilitate ad domum Sanctæ Mariæ in perpetuum permanſiſſet. Nunc verò evenit ei, ut conpunctus Divina clementia, quod firmiter perfeciſſet opere, quod frequenter verbis promiſiſſet. Veniens ipſe Wolfheri cum proximorum turma ad baſilicam beatiſſime Virginis Mariæ abſente Wagone tradidit omnia, quodcumque in jam dicto vico hoc habuit, curtem cum ædificijs, & omni utenſilia ad eum pertinentia tam culta, quàm inculta, mobilia, & inmobilia, nihil extra dimiſit, ſed totum cum omni integritate domui Sanctæ Mariæ legitima donatione deligavit, & cum teſtibus firmiter confirmavit. Itémque veniente Wagone de Domno Hittone Epiſcopo ipsúmque iterum ad eundem Domnum ad confirmationem hujus traditionis venire rogavit, ipséque ita fecit: congregatis ipſis teſtibus, ſeu adjunctis alijs quàm plurimis teſtibus pervenerunt ad ipſum Wolfharij domum, ibíque congregatis omnibus prioribus teſtibus coram ipſis enarravit Wolfheri omnia, quæ fideliter actum habuit, & cum teſtibus confirmatum. Placuit tunc omnibus, ut eodem ordine, & ratione ipſam traditionem ita & omnibus ibidem preſentibus, & videntibus perfeciſſet, & ſicut prius, ita fecit ea ratione, ut abſciso proprie arboris ramo, & coram cunctis ipſe Wolfheri in manus Wagonis tradito cum omnibus tradidit, quodcumque ad eundem domum, & curtem legitimè pertinere deberet, ita iterum perfecit, & tunc legitimos teſtes per aures traxit, & indubitanter confirmavit, ea firma ratione, ut ipſe ad ſuam vitam haberet, & emelioraret, non in nullo minueret, & ut hoc firmiter ſit dictum, ut poſt obitum ſuum nulli in beneficium donatum fiat, ſed in perpetuum domui Sanctæ Mariæ deſervire nullus impedire valeat. Hæc ſunt teſtes: Rihpald, Reginperht, Otperht, Cauzo, Hroadprant, Ambrico, Wago, Hunger, Patucho, Lantperht, Alaman, Oato, Oadalpald, Kerperht, Arperht, Sigiperht. Actum eſt hæc anno Incarnationis Domini noſtri Jheſu Chriſti DCCCXXV. XI. Kalendas Majas, Indictione III. anno glorioſi Hludovvici Imperatoris XII. & Hittonis Epiſcopi. XIIII.

NUM. CDXCIII.

Traditio Iſmaningen.

IN nomine Domini noſtri. Ego Liutpurc trado pro remedio animæ meæ, ſeu pro patre, & fratre meo, quorum nomina Unfrit, & Deotfrit ad Friſingam domui Sanctæ Mariæ in loco Iſmaninga jugeres VI. & de pratis unum, quod dicimus Luz. ita ut ab hodierno die firmiter teneretur ad domum Sanctæ Mariæ, ut in evum firmiter permaneat confirmatum. Iſti teſtes: Uro, Reginperht, Hatto, Isker, Irminfrid, Herirat, Kaganhart, Fatto. Simili traditione ipſis teſtibus ſupra ſcriptis Hunolt Presbyter in Caballis, & in pecoribus, vel in pecunijs, aut etiam in coditibus, quicquid acquiſitionis habuiſſet, vel acquirere potuiſſet, firmiter tradidit ad domum Sanctæ Mariæ ad Friſingas, anno Incarnationis Domini DCCCXXVI. Indictione IIII. Ludovvici Imperatoris anno XIII. in ipſo anno, quo filius ejus Ludovvicus in Bavvariam evenit.

NOTA.

Luz. pars prati, ſortiendo acquiſita. Ein Lüſſ.

NUM. CDXCIV.

Traditio Waltheri Presbyteri ad Ribhareshuſum.

IN nomine Dei omnipotentis. Cunctis venerabilibus viris notum ſit, quòd quidam honorabilis Presbyter nomine Waltheri ob devotione ad limina Sancti Petri venire prædeſtinavit, contigit illi ut in ipſo itinere venit ad Frigiſingas in preſen-

preſentiam Hittonis Epiſcopi, & ibi dimiſit beneficium ſuum in eo loco nominato ad Rihhareshuſun, vel quicquid proprij habere videretur in manus Hittoni Epiſcopi tradidit, ut deinceps in poteſtate Sanctæ Mariæ permaneret. Ea verò ratione rogavit Epiſcopum pro ſuum Nepotem nomine Selpheri, ſi ille ſuam alodem ad casa Sanctæ Mariæ traderet, hoc totum quod ipſe Presbyter haberet in jam dicto loco illi concederet, & ita Epiſcopus propter ſuam clementiam perdonavit, ſic eſſe ſuam petitionem. Iſti præſentes fuerunt Heriperht Comis, Petto, Uro, Ratpot, Crimuni, Wigant, Ratolf, Hungis, Rihperht, Pernhart, Engilheri, Immo, Tagaperht, Ratheri, Irminheri, Pezzi. Actum eſt hoc ad Frigiſingas, in XII. Kal. Majas, Anno Hludovvici Imperatoris XIII. Indict. III.

NUM. CDXCV.

Renovatio, quam fecit Engilsnot, & Erchanperht.

GNarum caterva conperiat, quod quedam Sanctimonialis femina, nomine Engilsnot, cum nepote ſuo nomine Erchanperht Presbytero ambo pariter renovaverunt priſtinam traditionem, quam dudum ante peractam habuit pater ejus, & ipſa Engilsnot frequenter renovavit. Nunc verò cum omni integritate renovavit, & firmiter tradidit, quicquid habuit in loco Svveinpach in mancipijs, & in omnibus utilitatibus totum, & ad integrum ad domum Sanctæ Mariæ firmiter tradidit ad Frigiſingas. Simili traditione pariter cum illa Erchanperht Presbyter nepus ejus adaugebat, & tradebat mancipia X. & quicquid in ipſo loco habere, vel adquirere potuiſſet, nomina mancipiorum: Zeizmunt, Perhthram, Paldrih, Irminpirc, Dingolf, Hroadolf, Engilvvih, Alarun, Irminſvvind, Moatker, & ipſe Erchanperht ſeipſum dedit in manus Hittoni Epiſcopi ad fidele ſervitio, & preſtabat illi Domnus Epiſcopus ipſam cauſam in beneficium, ut habuiſſet ad vitam ſuam cum tali cenſu, ſicut ipſe decreviſſet. Iſti teſtes, qui hoc viderunt, & audierunt: Spulit, Irminfrid, Reginhart, Rihperht, Hleo, Willihelm, Ambricho, Wichelm, Oadalſcalch, Petto, Pezzi, Sintar, Vizzilo, Poapo, Heriperht, Reginperht. hoc factum ad Frigiſinga in VIII. Idus Junias anno Hludovvici imperij ſui XIII. primo anno, quo filius ejus Hludovvicus Rex in Bajovvaria venit.

NUM. CDXCVI.

Renovatio, quam fecit Waltunc ad Ilhdorf.

IN Dei nomine. Notum ſit cunctis fidelibus, quia Waltunc renovavit priſtinam traditionem fratris ſui nomine Imicho, quia ipſe Imicho jam ante traditum habuit ad domum Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas Jurnales VI. in loco Ilhdorf, ipſam traditionem renovavit frater ejus nomine Waltunc, eo modo, ut ipſe Waltunc ipſos jurnales habuiſſet usque ad vitam ſuam, & annis ſingulis cenſum redderet ad Miſſam Sancti Martini denarios IIII. Poſt obitum ejus firmiter teneretur ad domum Sancte Mariæ ſine ulla contradictione. Hoc factum eſt in loco Frigiſinga in VIIII. Kal. Julias, Indictione IIII. Hludovvici Imperatoris anno XIII. in anno primo, quo filius ejus Hludovvicus Rex in Bajovvaria venit. Iſti teſtes per aures tracti: Petto, Rihperht, Pezzi, Capi, Arpeo, Kaganhart, Crimuni, Nendilo, Reginhart, Kerperht, Altolf, Ambricho, Wicco, Alavvih, Cundhart. Hanc traditionis cartulam Cozroh juſſione Hittonis Epiſcopi conſcribſit.

NUM.

Digitized by Google

NUM. CDXCVII.

Renovatio quam fecit Echo pro fratrem ſuum Erchanbertum.

NOtitia de traditione, quam jam olim Erchanperht Presbyter peractam habuit ad domum Sanctæ Mariæ ad Frigiſinga. Poſt obitum ſuum frater ejus Echo priſtinam renovavit traditionem, & iterum firmiter tradidit, & confirmavit ad domum Sanctæ Mariæ, quicquid frater ejus Erchanperht Presbyter ante traditum habuiſſet in locis nominatis ad Chamaron, & ad Pethinhuſun, ut poſtmodum firmiter ad domum Sanctæ Mariæ ſine ulla contradictione permaneat. hoc factum eſt ad Frigisinga in VIII. Kal. Junias, Indictione IIII. anno Hludovvici Imperatoris XIII. Iſti teſtes: Heriperht, Reginpald, Warmunt, Pirhtilo, Williheri, Antonio, Odolt, Kepahoh, Petto, Mahtuni, Pezzi, Rihperht, Mahtperht, Alavvih, Cundhart. Ego indignus Cozroh ſcribſi.

NUM. CDXCVIII.

Traditio Wolfolti, & Heimberti pro una molina.

IN Dei nomine. Notum ſit, quòd nobiles viri Wolfolt, & Heimperht tradiderunt ad domum Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas medietatem unius mulinæ in loco, quæ dicitur Mohingas, ut ab hodierno die firmiter tenetur ad ipſo domo ſine ulla contradictione. Iſti ſunt teſtes: Ratkis, Petto, Wicco, Alavvih, Cundhart, Uro, Hatto, Wigant, Ascrih, Pezzi, Unforht, Tiso, Rihhart, Adalker, Adalhart, Rihmar. Hoc factum eſt in ipſo loco ad Frigiſinga in domo Sanctæ Mariæ in XVI. Kal. Julias Indictione IIII. anno Hludovvici Imperatoris XIII. anno primo, quo filius ejus Hludovvicus Rex in Bajovvaria venit. Ego indignus Presbyter Cozroh ſcribſi juſſione Hittoni Epiſcopi.

NUM. CDXCIX.

Traditio Ratpaldi ad Neritinga.

PAteat cunctis veracis, fidelibúsque viris in Bajowaria provincia manentibus quia quidam homo cogitans pro redemptionem animæ ſuæ nomine Ratpald tradidit ad domum Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas, ubi Sanctus, & electus Dei in corpore requieſcit Corbinianus, quicquid propriæ hereditatis, ſeu adquiſitionis habuit in loco Neritingas, vel quicquid in antea adquirere potuiſſet, id eſt domum cum curte circumcinctum cum omnibus ædificiis, & augmentationibus, quicquid propriæ adquiſitionis, ſeu hereditatis in ſupra dicto loco Neritinga viſus fuiſſet habere tam pecoribus, quàm omnibus cauſis, omnia in omnibus à preſente die firmiter tenentur ad domum Sanctæ Mariæ.

Poſtea verò per miſericordiam ſuam pius Pontifex Hitto preſtavit illi hoc ipſud in beneficium, ut ipſe Ratpald in beneficium habuiſſet usque ad vitam ſuam, poſt obitum ſuum cum omni integritate rediſſet ad domum Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas. Hoc factum, & confirmatum in domo Sanctæ Mariæ. Iſti ſunt, qui preſentes adfuerunt, & teſtes extiterunt: Einheri, Wolfperht, Odolt, Kaganhart, Heimperht, Fritilo, Williheri, Reginperht, Marcheo, Hroadcrim, Toto, Rihperht, Kerperht, Alavvih, Cundhart, Wichart, Memmo, Willihelm, Wichelm, Wicco, Wigant. Reginhart, Uro, Kerhart, Mahtpert. Actum eſt hoc in ipſo domo Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas, in vigiliâ Sancti Petri, in III. Kalendas Julias, Indictione IIII. anno Hludovvici Imperatoris XIII. in primo anno, quo filius ejus Hludovvicus Rex in Bajovvaria venit. Hanc cartulam traditionis ego Cozroh ſcribſi.

NUM.

Digitized by Google

NUM. D.

Traditio ad Mochingas.

IN nomine Domini & Salvatoris noſtri Jheſu Chriſti. Nunciatum ſit multis audientibus, & in Deum credentibus, quòd ego Curnperht trado proprietatis mee Hittoni venerabili Epiſcopo unum Luzzum, qui in oportuno loco eſt ad Mochingas, ſeu quidquid ibidem habere videor proprietatis mee in legitima via, & in aquis decurrentibus, ſeu in aliis cauſis omnibus, cultis, & incultis, totum, & integrum trado, & confirmo proprietatis mee Hittoni Epiſcopo in proprium habere, & ſtatim in ipſo loco veſtivit Hittonem venerabilem Epiſcopum, & Advocatum ejus Adoltum coram Luipaldo Comite, nomina teſtium in libro traditionum habentur. Actum ad HolzMohingas VI. Idus Julij, & in ipſo die Hitto epiſcopus cum ſuis meſſoribus ipſum Luz herbe ſecavit anno Ludovici Imperatoris XIIII. Indictione tertia.

NUM. DI.

Traditio Cundpaldi ad Tellinhuſum.

DUm & omnibus non habetur incognitum, quòd quidam homo nomine Cundpald pro remedium animæ matris ſuæ nomine Judith coloniam unam tradidit ad domum Sanctæ Mariæ ad Frigiſinga, & mancipia II. in loco Tellinhuſir, eo modo, ut ab hodierno die firmiter tenetur ad domum Sanctæ Mariæ. Hoc factum eſt in domo Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas in ipſo die, quo ſepeliebatur mater ejus Judith, hoc fuit in V. Idus Martias, Indictione III. anno Hludovvici Imperatoris XIIII. in ipſo anno, quo filius ejus Hludovvicus Rex in Bajovvaria venit. Iſti ſunt teſtes: Chuniperht, Pernker, Mezzi, Reginperht, Iſſo, Otperht, Chadol, Ambricho, Wigant, Wichart, Memmo, Oato. Hanc traditionis cartulam ego indignus Cozroh juſſus a Domno Hittone Epiſcopo.

NUM. DII.

Haholt ad Poatilinpach.

IN nomine Dei Summi. Publicè notum ſit cunctis Chriſtianis fidelibus, veraciſque nobilibus viris, qualiter quidam homo, nomine Haholt cogitabit pro remedium anime ſue, & pro remedium parentorum ejus, ut in iſta temporali vita cum ſuo proprio perficeret, ut aliquam veniam perpetualiter mereantur accipere coram Deo. Tunc ſupra dictus Haholt tradidit propriam hereditatem ſuam totum ex integro in eo loco, que dicitur ad Puatilinpah ad caſa Sanctæ Mariæ Frigiſigenſium, ubi venerabilis Preſul Hitto preeſſe dinoſcitur, & hoc cum convenientia inter Hittone Epiſcopo, & Haholto factum fuit. Et econtra ipſe Haholt accepit beneficium de Hittone Epiſcopo, quod in ipſo loco habebat uſitare, & emeliorare usque in finem vitæ ſue, & Uxori ejus Perhthilde, & filii ejus Arnoni ut de illis emelioratum fieret in omnibus cauſis, atque ipſi poteſtatem non haberent deinde nihil vendere, aut abſtrahere vel ullus parentorum ejus in eam cauſam ſe facere poſſe, ſed poſt obitum illorum trium firmiter, & inconmutabiliter ad caſa Sanctæ Mariæ ſtabilitum permaneret ſine ullius hominis contradictione. Iſti preſentes aderunt, & legitimè teſtes per aures tracti ſunt: inprimis Engilhart, Sigiperht, Liutprant, Einheri, Toto, Petto, Drudolt, Hartnid, Drudmunt, Ampricho, Aathart, Gavvo, Tuto, Mahtperht, Kaganhart, Sigivvart, Arpeo, Rihpald, Adalperht, Willihart, Eparmaar,

maar, Heidfloc, Hephilo, Iskeri, Engilperht. Hrodperht, Adalker, Alpuni, Irminker, Cundilo, Alholf, Adalo, Erhart, Engilperht, Tagaperht. Actum eſt hoc in pridie Nonas Martias anno Hluduvvici Imperatoris ſui XIIII. Indictione IIII.

Item commemorationem facimus illorum hominum, qui ibidem ad veſtitura preſentes fuerunt in illo loco ad Puatilinpah preſtitit Miſſus Hittoni Epiſcopi Luitprant, Hoholti Miſſo nomen Arpeo cum omnibus ibidem adjacentibus. Similiter Miſſus legitimus Haholti nomine Arpeo veſtivit Liutprandum de ſuo proprio, quod ibi habere videbatur totum ex integro nihil preter dimiſit, ut ſupra contradictio firmiter permaneret. Hæc ſunt, qui hoc viderunt, & audierunt: Liutprant, Kaganhart, Drudolt, Kepahoh, Adalperht, Cundperht, Sigihart, Wacho, Engilperht, Irminker, Ellanperht, Alpuni, Tagaperht, Arpeo, alius Tagaperht, Alholf. Ego quidem Undeo indignus Diaconus ſcripſi has epiſtolas uno tenore ex juſſu Hittonis Epiſcopi, & rogatu Haholti.

NUM. DIII.

Epucho ad Albmuntingas pro Wicharium Presbyterum tradit.

DUm veniſſet Hitto venerabilis Antiſtes ad illo loco nominato Ehingas Synodum habere cum ſuis parrochianis, eiſque viam vite ſalutis æterne oſtendere, ut duces eſſe poſſint earum ovium, qui regimine illorum ſubjecti conſiſtunt, ibíque quidam homo veniens nomine Epucho in preſentia Hittonis Epiſcopi, & Ellanti judicis, ſeu Oadalſcalhi Comitis, & tradidit in illo loco, qui dicitur Albmuntingas pro Wicharium venerabilem Presbyterum, quod illi pater ejus, & ſui Anteceſſores dimiſerunt in proprium, ſeu quicquid ibi habere videretur in ipſo vico, in capſa Sanctæ Mariæ ad Frigiſienſe ad illo Sede, ut ſtatim de iſto die preſente ibidem firmiter permaneret in poteſtate, & in ſervitio Sanctæ Mariæ, ut nulla perſona poſt iſta traditione poteſtatem haberet nihil inde contradicere poteſtatui Sanctæ Mariæ, & ipſe Epucho contraplacitabat cum ſuo Wadio omnem queſtionem, quam habuit ad illo vico contra Irminfridum Advocatum Hittonis Epiſcopi, ut deinceps alius nullus homo prælocutionem haberet de illa cauſa ad ipſa caſa Dei. Iſti ſunt teſtes illius placiti per aures tracti: Ellanperht Judex, Oadalſcalh Comis, Irminfrid, Odolt, Eigil, Kepahoh, Heriperht, Adalker, Tuto, Willihelm, Cotafrid, Regino, Einheri, Heipo, Kerhart, Reginpald, Cozolt, Sigiwart, Tetti, Maho, Oadalker, Managolt, Isaac, Freso, Wolfperht, Wicco, Fridarih, Wichelm, Frumolt, Rihperht, Liuto, alius Rihperht, Adalpert, Reginolt, Rihdeo, Mootheri, Ratolf, Cotadeo, Manno, Ampricho, Liuthart, Chuniperht, Paldachar, Tozi, Isanpert, Isancrim, Erchanolf, Sulman, Cundpald, Alavvih, Cundhart, Egino, Adalcrim, Sigilo, Tetti, Engilrih. Actum hoc ad Ehingas in X. Kal. Junias, anno Hloduvvici Imperatoris ſui XIIII. Indictione V. Ego quidem Undeo indignus Diaconus ſcripſi hanc cartulam ex juſſu Hittonis Epiſcopi. Illius traditionis fidejuſſor fuit Cotaperht.

NUM. DIV.

Adalker ad Isanperhtesdorf.

PAteat cunctis fidelibus, veracíſque nobilibus viris, quòd quidam homo nomine Adalker tradidit propriam hereditatem ſuam in eo loco, qui dicitur Isanpertesdorf in capſa Sanctæ Mariæ ad Frigiſienſe, ubi Sanctus Corbinianus corpore requieſcit, hoc eſt curtiferas II. jurnales XC. pratas carradas

XXX. nemorum bonum I. Ortana, Winvveges, & mancipias VIIII. his nominibus: Perhtvviz, Richchuni, Cozhilt, Ratfrid, Meginpirc, Ratpurc, Ratlind, Sindpurc, Heliduni, ut illud poſt obitum ipſius firmiter permaneret in poteſtate, & in ſervitio Sanctæ Mariæ pro remedium, & indulgentiam anime ejus, atque parentorum ipſius, pro quos debitor exiſteret offerre, & iſtam traditionem, que hîc ſupra notata eſt, ut filius meus, vel aliquis parentorum meorum poteſtatem non habeat aliquid inde minorare vel abſtrahere, ſed firma traditio ad ipſa caſa Dei permaneat inmutata, & inconvulſa perpetua ſtabilitate. Iſti ſunt, qui hoc viderunt, & legitimè teſtes per aures tracti ſunt: Ellanperht Judex, Odalſcalh Comis, Irminfrid, Odolt, Eigil, Kepahoh, Heripert, Adalker, Tuti, Willihelm, Cotafrid, Regino, Einheri, Heipo, Kerhart, Reginpald, Cozzolt, Sigivvart, Tetti, Mahho, Odalker, Managolt, Isaac, Freso, Wolfperht, Wicco, Fridarih, Wichelm, Frumolt, Rihperht, Liuto, alius Rihperht, Adalpert, Reginolt, Rihdeo, Motheri, Ratolf, Codadeo, Manno, Ampricho, Liuthart, Chuniperht, Paldachar, Tozi, Isanperht. Actum eſt hoc ad Ehingas in X. Kalendas Junias, anno Hludovvici Imperatoris ſui XIIII. Indictione V. Ego quidem Undeo indignus Diaconus ſcripſi hanc notitiam traditionis ex juſſu Hittonis Epiſcopi.

NUM. DV.

Helidmunt ad Heriperhteshusun.

IN Dei nomine. Notum ſit cunctis fidelibus, veracíſque viris, quòd quidam homo, nomine Helidmunt tradidit proprietatem ſuam in eo loco, qui dicitur Heriperhteshuſir ad Frigiſingas ad altare Sanctæ Mariæ, ubi Sanctus Corbinianus in corpore requieſcit, quod conparabit de nobilibus viris cum ſua propria pecunia hoc eſt colonia una & mancipias III. his nominibus: Iſanpurc, Purcrat, Fritilo, ut poſt obitum illius ibidem firmiter permaneret ſine ullius hominis contradictione, ut nec ipſe vel poſteri ejus ſive parentes poteſtatem haberent inde aliquid abſtrahere, vel minuere, ſed ipſa traditio firma, & inconvulſa permaneat, & ipſe Helidmunt Wadiavit cenſum annis ſingulis reddere ad miſſam Sancti Martini in manus Hittoni Epiſcopi, & Advocati ejus Odolti, hoc eſt ſolidum unum de argento, & duos dies arare vernale tempore, & eſtivo atque autumnale, ſimilitérque duos dies fenum ſecare, & alios duos ſegetes ſecare, & illud totum cum ſuis carris ad granario reportare. Iſti ſunt teſtes, qui hoc viderunt, & audierunt: inprimis Hahkis, Wolfcrim, Willipato, Crimheri, Perhtolt, Adalhart, Irminheri, Cotahelm, Mahtuni, Reginhart, Kaganhart, Amalpert, Iſaac, Maho, Erchanperht, Marcheo. Actum eſt hoc ad Frigiſingas in IIII. Kalendas Junias Anno Hludovvici Imperatoris ſui XIIII. Indictione V. Ego quidem Undeo indignus Diaconus ſcripſi hanc traditionem ex juſſu Hittoni venerabilis Epiſcopi. Hahkis fidejuſſor fuit illius veſtituræ.

NUM. DVI.

Traditio Otlanti Presbyteri ad Percheim.

IN nomine Domini. Notum ſit omnibus fidelibus juſtitiam veraciter ſcientibus, quòd Divine viſitationis gratia ſuperna viſitante quidam Presbyter nomine Otlant ad noviſſimo die fragilitate carnis iſtius vite pervenit, & quicquid ad Percheim proprie hereditatis, ſeu adquiſitionis habere videretur, ſororibus ſuis tradidit, quorum nomina Liutſvvind & Ellanſvvind, & in manus Paugolfi centurionis commendavit. Deinde ipſe ſorores ejus æterne memorie animæ ejus recordantes, & cum ipſo Paugolfo ad Frigiſinga pervenerunt, & quicquid

quid Otlant habuit in loco Percheim firmiter pro remedium eorum, & Otlanti fratris eorum in altarem Sanćte Marie tradiderunt, ipsóque Paugolfo manum injacentem, & ipſam traditionem confirmantem, eo tenore, ut ipſe ſorores ejus ipſam rem Liutsvvind, & Ellansvvind aduſitare, & augmentare habuiſſent usque in finem vite eorum; poſt obitum verò ipſarum ſororum cum ædificiis, & territoriis, cultis, & incultis, ſilvis, pratis, paſcuis cum omni integritate firmiter tenetur ad domum Sanćte Marie ad Frigisingas. Hoc factum anno Incarnationis Domini DCCCXXVII. Indićtione V. Iſti ſunt teſtes per aures tracti: Pilicrim, Ampticho, Altolf, Wichart, Aodalſcalch, Otpert, Sigiprant, Engilrih, Kerpert, Williperht, Mahtuni, Tato, Cozolt, Mahho, Friduperht, Alavvih, Mahtperht, Keruheri, Hatto, Hrodrih, Odolt, Kaganhart, Hahkis, Otheri, Raholf, Danihel, alius Kerperht, Cundhart fidejuſſor, alius Cundhart teſtes. Menſis die conſule XIIII. Kalendas Junias. Et ego Cozroh indignus ſcripſi juſſus à Domno Hittone Epiſcopo.

NUM. DVII.

Denchilo tradit ad Dorneginpah.

IN nomine Dei. Notum ſit cunćtis fidelibus veracíſque viris, quòd quidam homo nomine Denchilo tradidit, quod in illo vico, quod dicitur Dornaginpah proprij habere videretur in capſa Sanćte Marie ad Frigiſienſis ſede, ut poſt obitum illius ibidem firmiter permaneret ſine ullius hominis contradićtione evo perpetuo. Iſti ſunt teſtes: Oadalſcalch Comis, Adalker, Tuti, Fridarih, Wolfperht, Reginhoh, Raholf, Wicco, Kerhart, Einheri, Eigil, Heipo, Sigivvart, Cotafrid, alius Cotafrid. Actum eſt hoc ad Ehingas in X. Kalendas Junias anno Hludovvici Imperatoris ſui XIIII. Indict. V. Ego Undeo indignus Diaconus ſcripſi hanc cartulam.

NUM. DVIII.

Traditio quam fecit Kipiho, & Reginwart, ſeu Adalperht unum Hluzzum ad Mohingas.

DUm & omnibus non habetur incognitum, ſed multis in hac provincia nobilibus viris conſtitutis bene cognitum, quod Kipiho, & Reginwart, ſeu Adalperht tradiderunt ad domum Sanctæ Mariæ unum Hluzzum in eo loco ſicut Pasinpach circumierit usque ad fluvium Ambræ, ut hoc modo ex hinc ſine ullius hominis contradictione in evo ad Frigiſingas permaneat. Hæc ſunt teſtes per aures tracti: imprimis Hiltipald, Odolt, Unforht, Emilo, Deotrih, Oadalker, Liutto, Arbeo, Isanperht, Kisalrih, Isanheri, Amalker, Friduperht, Jacob, alius Oadalker. Actum eſt hoc ad Holzmohingas in ipſo loco, quem tradiderunt, in VI. Idus Julias, anno Hludovvici Imperatoris XIIII. Indictione III.

NUM. DIX.

Traditio, quam fecit Kiso ad Perchoſun.

IN nomine Dei Summi. Cunctis fidelibus, veracíſque, & nobilibus viris, qualiter ego quidem Kiso cogitans de Dei timore, vel pro æterna retributione anime meæ, propterea trado, & confirmo propriam hereditatem meam in loco nominato Perchoſa ad domum Sanćte Mariæ Frigiſienſis, hoc eſt

caſas II. curtiferas IIII. jurnales LX. de pratis carradas LX. medietatem ſilvim, & ut poſt obitum meum ibidem firmiter permaneat. In ea cauſa, quod cum venerabili Hittoni Epiſcopo conplacitavi, & cum concordia ejus feci, ut hoc ipſud Uxor mea Purcsvvind, & filius meus Eigil hoc habeant, usquedum vivant, & tunc bene emelioratum dimittant ad domum Sanctæ Mariæ, & numquam poſtea aliquis perſona poteſtatem habeat aliquid inde abſtrahere, ſed evo perpetuo ibidem permaneat. Hæc ſunt teſtes per aures tracti: Kiſalhart Comis, Adalbart, Adalker, Hartnid, Toto, Fridarich, Wolfheri, Kerhoh, Ribperht, Sigivvolc, Tozi, Lanto, Sigiprant, Freaſo, Adalperht, Drudmunt, Hruadperht, Ambricho, Cundheri, Eigil, Reginperht, Pirhtilo, alius Adalperht, Reginpald, Memmo, Willihart, alius Lanto, Erchanolf, Fritilo, Toto, Hroadrih, Sigilo, Sigivvart, Adalker, Sulman, Tetti. Actum eſt hoc coram Hittone Epiſcopo, & Kisalhardo Comite ad Frigiſingas in IIII. Nonas Aprilis, anno Hludovvici Imperatoris XIIII. Ego quidem Amalrih indignus Subdiaconus ſcripſi ex juſſu Hittonis Epiſcopi. Pro veſtitura fidejuſſores fuerunt Hartnid, Amprico.

NUM. DX.

Traditio nobilium virorum ad Adalhareshuſun.

Divinæ diſpenſationis munere cunctis Chriſtianis promiſſum dominica voce auditum eſt, ut dentur caduca, & tranſitoria, & conparantur cæleſtia ſine fine manſura. Hujus promiſſionis vocem ſecutus ego peccator, & indignus Piligrim tradidi ad domum Sancte Marie ad Frigiſingas, quicquid ego, & filius meus Reginperht ad Adalhareshuſun propriæ hereditatis in eccleſiaſticis rebus de parentibus in partem nobis evenire declaratum invenitur, hoc firmiter ego Piligrim & filius meus Reginperht communis manibus tam pro parentes, quàm pro nobis, & pro poſteritatem noſtram cum omni integritate partis noſtræ, & parentum noſtrorum ad hanc eccleſiaſticam rem ſupra dictam pertinentem terris cultis, & incultis, mancipiis, ſilvis, campis, paſcuis, pratis, ſeu omnibus adjacentibus, & adnutritis pecoribus totum, & integrum ad Frigiſingas firmiter tradidimus, ut ab hodierno die firmiter tenetur ad domum Sanctæ Mariæ, ad tumulum beatiſſimi Confeſſoris Chriſti Corbiniani. hoc factum ad Frigiſingas in XIIII. Kal. Auguſti, indict. V. anno Incarnationis Domini DCCCXXVII. Hludovvici Imperatoris XIIII. & iſti teſtes more Bajovvariorum per aures tracti: Heriperht, Antonio, Deotrih, alius Heriperht, Arahad, Karuheri, Ambricho, Hroadperht, Juto, Amalo, Wichelm, Sintar, Fizilo, Wigant, Reginhoh, Engilpald, & cuncta familia vidente, in præſentia Hittonis Epiſcopi, Oadalpald Presbyter & Monachus, Ingubertus Presbyter, Uuldarricus, Wago Capellanus, Eliuni Presbyter, Altman Presbyter, Adalmunt Presbyter, Ratuni Presbyter, Perhtolt Diaconus, Nendinc Diaconus, & ego indignus Presbyter audiens & videns jubente Hittone Epiſcopo hanc firmitatem conſcribſi.

Deinde contigit, ut venit Venerabilis Vir Hitto Epiſcopus in locum, qui dicitur Holzmohingas, & eadem conſolationis dominica voce conpuncta Soror Piligrimi nomine Erchanfrit, & quicquid in ſupra dicta re eccleſiaſtica ad Adalhareshuſun habuit, tota cum devotione firmiter tradidit in capſam Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas cum omni integritate, quicquid proprietatis ad ipſam parte pertinere ad Erchanfrita videretur, propriis manibus ipſa Erchanfrit, & fratri ſuo Piligrimo manus ſuas injacente pro remedium animarum ſuarum, & genitorum ipſorum firmiter in capſam Sancte Mariæ, & in manus venerabilis viri Hittonis Epiſcopi communiter tradiderunt. Hoc factum III. Kal. Octobris Indict. VI. anno

Digitized by Google

anno ſupra ſcripto. Iſtis teſtibus confirmatum: Piligrim, Paldachar, Crimperht, Petto, Wicco, Oadalſcalch, Ratkis, Wolfolt, Managolt, Hiltipald, Hroadperht, Sigipald, Oadalrih, Chuniperht, Tiſo, Liutpald, Oadalker, Wetti, Kepolf, Reginhart, Reginperht, Cundalperht, Hartmot, Deotpald, Sintar, Vizilo, Wigant, Mahtuni, Wolfcrim, Juto, Engilrih, Kaganhart, Keruheri, Adalperht. Et ego Undeo Diaconus hoc videns, & audiens conſcribſi.

Divinæ ſpeculationis munere caritatis amore flagrantes pro ædificatione multorum divina eloquia meditantes, & tractantes Hitto, Baturicus Epiſcopi ſimul ad Frigiſingas venientes & ibidem multis advenientibus nobilibus, & inluſtris viris fluenta doctrinæ æternitatis facundia verba audientibus, ibidem in preſentia quidam recolentes divinæ miſericordiæ promiſſionis conſolationem, ut pro remedium animarum eorum, & parentorum eorum aliquid Deo offerant in elymoſinam. Ibidem acceſſit quidam nomine Hartnid, & firmiter tradidit, quicquid in re eccleſiaſtica ad Adalhareshuſir habere videretur partis ſuæ, ſeu parentum ſuorum tam pro ſe, quàm pro parentes, & poſteros firmiter tradidit in altare Sanctæ Mariæ, & ad ſepulchrum piiſſimi Confeſſoris Chriſti Corbiniani, ut ab ipſo die firmiter tenetur ad domum Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas. hoc factum in III. Nonas Octobris, anno ſupra dicto, in preſentia Hittoni, & Baturici Epiſcoporum, & cunctæ familiæ. Adalbertus Abbas, Wago Capellanus, Oadalpald Presbyter, Rubo Archipresbyter, Altman Presbyter, Adalmunt, Wiſuker Presbyter, Eliuni Presbyter, Ratuni Presbyter, Undeo Diaconus, Anno Diaconus, Erchanolf Diaconus, Benignus Diaconus. Et iſti teſtes more ſolito Bajovvariorum per aures tracti: inprimis Liutpald Comis, Reginperht, Priſo, Oadalſcalc, Willihelm, Alprat, Piligrim, Sigipald, Haduperht, Willipato, Reginhart, Hroadhart, Adalperht, Reginperht, Oadalrih, Kepahoh, Eigil, Adalhart, Crimuni, Hroadperht, alius Reginhart, Sivo, Kerperht, Karuheri, Deotrih, Otheri, Hringolf, Petto, alius Liutpald, Alavvih, Tetti, Mahtuni, Wicco, Lantvvih, Adalunc, Reginperht, Cundhart, Kiſalheri, Iſanheri, Williheri. Et ego Cozroh indignus Presbyter has traditiones peractas videns, & audiens juſſus à Domno Hittone Epiſcopo conſcribſi.

Peractis igitur ſupra dictis traditionibus hoc audiens, & videns ſimili recordatione conpunctus quidam coheres eorum nomine Liutpald, & acceſſit ad altarem Sanctæ Mariæ ipſa hora parvo intervallo, & quicquid de portione parentum ſuorum illi in proprietatem evenit lege dictante in ipſis eccleſiaſticis rebus in loco Adalhareshuſir totum & integrum pro ſe & pro parentes firmiter ad domum, & ad altarem Sanctæ Mariæ ſeu ad ſepulchrum Sancti Corbiniani Confeſſoris Chriſti inviolabiliter tradidit, ut ab hodierno die firmiter permanſiſſet ad ſupra dicto domo ad Frigiſingas. Hoc ſupra dicto die, & ſupra dictis teſtibus in preſentia confirmatur.

Deinde tam firmiter confirmatum Piligrim tantam multitudinem virorum fidelium, & veracium videns priſtinas traditiones ſuam pariter, & ſororis ſuæ renovavit, & in ipſa hora in preſentia ſupra dictorum virorum iterum in altarem Sanctæ Mariæ tradidit, ut firmiorem tenerent roborem anteactas traditiones, & iterum ſupra enumeratos viros more ſolito in teſtimonium, & confirmationem per aures traxit.

Proinde transmiſit Hitto Epiſcopus legaliter Miſſum ſuum Rubonem Archipresbyterum ad ipſum locum Adalhareshuſun, ut veſtituram legaliter accepiſſet, ibidémque veniente Rubone inprimis Piligrim per funiculum ſigni Eccleſiæ legitimè Rubonem Archipresbyterum veſtivit, & de parte ſororis ſuæ Erchanfritæ ſimiliter de ipſo veſtivit. Deinde Liutpald ſimili confirmatione veſtivit. Eodem modo Hartnid veſtivit in manus Ruboni Archipresbyteri, qui preſen-

Digitized by Google

preſentes fuerunt teſtimoniales, & ipſam veſtituram viderunt: Ortuni, Adalhart, Hitto, Irſinc, Reginperht, Eigil, Deotrih, Erchanperht, Engilheri, Oadalrih, Oadalſcalch. factum eſt in II. Nonas Octobris. Poſtmodum hoc audientes nobiles viri, qui in ipſa Eccleſia coheredes erunt, quorum nomina Poapo, & Heriolt, & ad Frigiſingas venerunt, & firmiter tradiderunt in altarem Sancte Marie, quicquid in ipſius Eccleſie rebus ad ſe legibus pertinere videretur, quæ dicitur ad Adalhareshuſun, ut ab hodierno die firmiter teneatur ad domum Sanctæ Mariæ pro remedium animarum eorum, & parentum, ſeu pro filios eorum. Hoc factum eſt ſupra dicto anno ipſa Indictione in VIII. Idus Novembris. Iſti teſtes: Piligrim, Reginperht, Petto, Wichelm, Adalunc, Wicco, Uro, Mahtuni, Ambricho, Irminfrid, alius Poapo, Wolfcrim, Reginhart, Sintar, Vizzilo, Sigihart, Hatto, Wigant.

NUM. DXI.

Traditio Iſankeri Clerici de Pinuzolſingarodorf.

PAteat cunctis fidelibus in iſta provincia nobilibus viris manentibus, qualiter quidam vir nobilis, nomine Iſanker Clericus divino amore conpunctus tradidit ad domum Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas, quicquid habuiſſe videretur in loco nominato Pinuzolfingarodorf: id eſt curtem cum domo, & cum omnibus ædificijs, & jugeres XXXV. adjacentes in ipſo loco, & de pratis carradas X. mancipia II. quorum nomina Wolfsvvind, & Luiprat, caballum I. armentas IIII. verbices * V. porcos V. omnia ſupra dicta firmiter tradidit ad domum Sanctæ Mariæ ad Frigiſinga pro remedium animæ ſuæ, & genitorum ſuorum, patris, & matris, ut ab hodierno die firmiter traditum ad Frigiſinga permaneat, ſed cum beneficio Domni Hittonis Epiſcopi liceat ei habere ad vitam ſuam ad augendum, non in nullo comminuendum. Poſt obitum ſupra dicti Iſangeri Clerici totum, & ad integrum redeat ad domum Sanctæ Mariæ. Actum eſt hoc ad Frigiſingas in domo ſupra dicto in VI. Kalend. Octobris Indictione V. anno Hludovvici Imperatoris XIIII. Iſti teſtes per aures tracti: Adalhart, Uro, Otperht, Mahtperht, Kaganhart, Tetti, Reginpald, Reginperht, Eigil, Hunperht, Racholf, Sigiprant, Alavvih, Situli, Ratolt. Ego Cozroh indignus Presbyter juſſus à Domno Hittone Epiſcopo hanc traditionem ſcripſi.

* vervices.

NUM. DXII.

Quomodo Waltheri Presbyter veſtivit Wagonem ad Rihhareshuſun.

AD notitiam cunctorum perveniat, quod Waltheri Presbyteri, quicquid antea traditum habuit ad domum Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas in loco Rihhareshuſir modo in preſentia dimiſit in manus Wagoni Capellani, ut ad Frigiſingas firmiter confirmaret nihil pretermittens, niſi unam feminam, & unum caballum, & ſtatim veſtivit legaliter de omnibus rebus ſuis ſervum Sanctæ Mariæ, & ille Servus ibi ſedebat tres dies, & noctes. Hoc factum eſt ſupra dicto anno in VIII. Idus Majas. Et iſti teſtes, hoc viderunt, & audierunt: Wago, Otperht, Mahtperht, Alawih, Cundhart, Cauzo, Hroadprant, Wolfheri, Ambrico, Altolf, Iſanperht, Wolfpald, Arperht, Adalperht, Noato Presbyteri, Riholf, Paugolf.

NUM.

Digitized by Google

NUM. DXIII.

Traditio Engilheri ad Cheanperc.

IN Dei nomine. Notum ſit cunctis fidelibus, veracíſque viris, quòd ego quidem Engilheri trado propriam hereditatem meam in capſa Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas, & quicquid in illo loco ad Cheamperc habere videtur, hoc trado, atque confirmo ad ſupra nominato loco, ut ibidem ſine ullius hominis contradictione firmiter in evo permaneat. Iſti ſunt, qui hoc viderunt, & teſtes per aures tracti ſunt: Reginperht, Pilicrim, Heriwart, Alavvih, Uro, Wicco, Marcho, Mahtuni, Heriperht, Rihperht, Hatto, Cundhart, Adalhart, Heimperht, Kaganhart, alius Adalhart, Altrih, Altolf, Oadalker, Wicperht, Isker, Urolf, alius Reginperht. Actum eſt hoc ad Ehingas in XVI. Kal. Julias, anno Incarnationis Domini Jheſu Chriſti DCCCXXVIII. Hludovvici Imperatoris XV. Indictione V.

NUM. DXIV.

Traditio Alpharti ad Wihse, & Hohinreinj.

PRo intuitu divini timoris, & æterne retributionis ad notitiam omnium fidelium pervenire facio ego quidem Alphart filijs, & parentibus conſentientibus potenti manu ſpontaneæ voluntatis firmiter tradidi ad domum Sanctæ Mariæ, quicquid proprie hereditatis, vel adquiſitionis habui in locis nominatis ad Hohinreini, & ad Wihse preter jugeres XII. & de pratis carradas XII. Aliud totum, & integrum cum mancipijs, & territorijs, ſilvis, pratis, cultis, & incultis, aquis, aquarúmve decurſibus nullo contradicente mihi ipſo tradente ad domum ſupra dictum in monte pulcherrimo ædificato, quod dicitur Frigiſinga, ubi honorabilis, & pius Rector præeſſe hodierno die dinoſcitur Hitto Epiſcopus, ut ad ipſo domo firmiter ipſas res meas ab hodierno die permaneant. Actum eſt hoc ad Frigiſingas in domo Sanctæ Mariæ in VII. Idus Majas, Indictione V. anno Incarnationis Domini noſtri Jhesu Chriſti DCCCXXVIII. Hludovvici Imperatoris XV. in ipſo anno & menſe, quo filius ejus Hludovvicus Rex in Bajovvaria cum conjuge redijt. Et iſti teſtes more Bajovvariorum per aures tracti: Cundpald, Deotrih, Wicco, Alfrid, Reginperht, Otperht, Pezzi, Rihperht, Adalperht, Arbeo, Altrih, Crimuni, Kaganhart, Kerperht, Wolfcrim, Mejol, Hartnid, Engilrih, Kerhart, Wigant, Huncker, Erchanolf, Tozzi. Ego quidem Cozroh indignus Presbyter, & Monachus jubente Domno Hittone Epiſcopo conſcribſi videns, & audiens iſtam firmiter peractam traditionem.

NUM. DXV.

Traditio, quam fecit Hiltolf Diaconus ad Poache tertia vice.

IN nomine Domini noſtri Jheſu Chriſti. Notum ſit cunctis fidelibus, veracíſque nobilibus viris, quòd quidem Hiltolf indignus Diaconus iterum renovabo traditionem meam, quam jam antea factam habui. Nunc verò iſto die preſente ego ipſe dono, trado, atque transfirmo propriam hereditatem meam in loco, quæ dicitur Poah totum ex integro cum manſis, & mancipijs infra curte manentibus, cum baſilica & omnibus ibidem adjacentibus, ſine unum manſum cum colonia veſtitum, hoc præ dimitto, & quicquid in alijs cauſis

cauſis habere videor, in proprium totum cum omni ſuppellectile trado in manus Hittoni venerabilis Epiſcopi, & ad ipſa caſa Sanctæ Mariæ Frigiſtenſis, ut poſt obitum meum taliter ipſo die ibi inventum fuerit, in poteſtate, & in ſervitio ſine ullius hominis contradictione ad ipſa caſa Dei permaneat firma, ſtabiliſque ipſa mea traditio perſiſtat ad ipſa caſa Dei, & ſtatim veſtivit Hittonem venerabilem Epiſcopum, quicquid in ipſo loco habere videbatur in proprium. Iſti ſunt teſtes, qui illam traditionem renovationis viderunt, & ipſam veſtituram: Rumolt, Einheri, Cotefrid, Petto, Hrodhoh, Wicco, Heipo, Rimideo, Willihad, Kepahoh, Adalcrim, Wichram, Selprat, Tuti, Wolfperht, Sigiprant, Fridurih, Iſancrim, Sigivvart, Hreidker, Rihhart, Amalperht, Emilo, Meginhart, Ramvvolf, Otmar, Werinperht, Zato. Actum eſt hæc traditio in ipſo loco, quæ dicitur Poah, coram Hittone venerabili Epiſcopo in XIII. Kalendas Martias Hludovvici Imperatoris XV. Indictione V. Ego quidem Undeo indignus Diaconus ſcripſi hanc traditionem juſſione Hittonis Epiſcopi.

NUM. DXVI.

Traditio Swidkeri, & Ilpranti pratas.

NOtitia quia Ilprant, & Svvidker firmiter tradiderunt ad domum Sanctæ Mariæ prata prope fluvio Ambræ in amne jacentes carradas LXX. cum fontibus, & ruris, & piſcatione, ut ab hodierno die in poteſtate, & tuitione permaneret domui Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas. Et iſti teſtes per aures tracti, qui viderunt, & tradiderunt, & quòd in veſtibus, & uno caballo, & bachone pretium acceperunt ſolidos XII. Teſtes Petto, Reginperht, Wicco, alius Reginperht, Marcho, Altrih, Pezzi, Adalhart, Arhart, Cundheri, Irminfrid, Eigil, Sigiprant, Cotefrid, Freaſo, Reginolt, Heimperht. Actum eſt hoc ad Frigiſinga anno Hludovvici Imperatoris XV. Indictione VII. in ipſo anno, quando filius ejus Hludovvicus Rex cum Conjuge in Bajovvaria redijt, die conſule, quod fecerunt in III. Nonas Aprilis. Ego Cozroh indignus Presbyter ſcribſi juſſus à Domno Hittone Epiſcopo.

NUM. DXVII.

Renovatio traditionis Engilrata de Sceftilare, & Ratperht de Marzilinga.

QUòd quedam matrona nomine Engilrat priſtinam renovavit traditionem, quando Romam adire cupiebat, ad domum Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas, quicquid proprietatis vel adquiſitionis habuit in loco Sceftilare pro remedium animæ ſuæ inviolabiliter tradidit, ut ab hodierno die ad opus, & tuitionem rediret ſupra dicti domûs. Actum eſt hoc in VI. Idus Aprilis in albas anno Imperatoris Hludovvici XV. Indictione V. in ipſo anno, quando filius ejus Hludovvicus Rex in Bajovvaria cum Conjuge redijt. Iſti teſtes: Petto, Situli, Marcho, Sintar, Vizzilo, Wicco, Engilrih, Memmo, Rihperht, Arbeo, Pezzi, Kaganhart, Reginperht. Ipſis videntibus teſtibus eadem hora acceſſit quidam nomine Ratperht, & tradidit ſuam omnem adquiſitionem in loco Marzilinga, quicquid habuit, nihil pretermiſit, ſed firmiter in ipſum altarem Sanctæ Mariæ ad locum Frigiſingas.

NUM.

Digitized by Google

NUM. DXVIII.

Traditio, quam fecit Denchilo ad Dornagindorf.

PAteat cunctis agminibus Chriſtianis in provincia Bajovvarie fidelibúsque viris in ea manentibus, quòd ego quidem Denchilo jam olim tradidi propriam hereditatem meam cum omni conqueſtu meo in loco, quæ dicitur Dornakindorf ad domo Sanctæ Mariæ Frigiſienſis, ut ibidem firmiter permaneat. Nunc quoque ego ipſe talem proprium, quod ibi habere videor die preſente illud dimitto in manus Hittoni venerabilis Epiſcopi ad ipſa caſa Dei, ut deinceps ibidem in ſervitio, & in poteſtate Sancte Mariæ permaneat. Actum eſt hoc ad Ehingas, quando Sancta Synodus ibi fuerat congregatus, in XVI. Kalendas Julias, anno Hludovvici Imperatoris XV. Indictione V. Iſti ſunt, qui hoc viderunt, & audierunt, & traditionem iſtam teſtimonio confirmare debent: Reginperht, Piligrim, Herivvart, Alavvih, Uro, Wicco, Marcho, Mahtuni, Heriperht, Rihperht, Hatto, Cundhart, Adalhart, Heimperht, Kaganhart, alius Adalhart, Altrih, Altolf, Oadalker, Wicperht, Isker, Urolf, alius Reginperht.

NUM. DXIX.

Traditio, quam fecit Juto ad Heriperhteshuſin.

DUm & omnibus non habetur incognitum, ſed multis in hac provincia nobilibus viris commorantibus bene cognitum eſt, quòd Juto tradidit curtiferam unam, & talem proprium, quicquid ibidem habuit in eo loco, quæ dicitur Heriperhteshuſir in capſa Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas Hittone venerabili Epiſcopo preſente, & ſtatim dimiſit ad ſervitio Sanctæ Mariæ, quod ibidem habere videretur. Hæc ſunt teſtes: Reginperht, Piligrim, Herivvart, Alavvih, Uro, Wicco, Marcho, Hatto, Mahtuni, Heriperht, Rihperht, Cundhart, Adalhart, Heimperht, Kaganhart, alius Adalhart, Altrih, Altolf, Oadalker, Wicperht, Isker, Urolf, alius Reginperht. Actum eſt hoc ad Ehingas, quando Sancta Synodus ibidem congregata fuerat, in XVI. Kalendas Julias, anno Hludovvici Imperatoris XV. Indictione V.

NUM. DXX.

Traditio Fritilonis ad Hiruzpahc.

QUod Fritilo tradidit hereditatem ſuam cum omni integritate diuturnum tempus permanere ad domum Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas, quicquid habuit in loco ipſo, ubi oritur rivolus, qui vulgò dicitur Hiruzpach, terris cultis, & incultis, ſilvis, pratis, paſcuis, campis, cum domo, & curte, curtiferíſque, & Wadiscabis, & cum omni ædificio, vel quicquid propriæ hereditatis, vel adquiſitionis habere dinoſcitur omnia in omnibus firmiter, quæ legaliter jure proprio in antea adquirere potuiſſet, & ſeipſum cum omni poſſeſſione ſua offerebat ad domo ſupra dicto. Actum eſt hoc ad Frigiſingas anno Incarnationis Domini noſtri Jheſu Chriſti DCCCXXVIII. Indictione VII. Hludowici Imperatoris anno XV. in ipſo anno, quo filius ejus Hludovvicus Rex cum Conjuge in Bajovvaria redijt, in VI. Idus Madias. Et iſti teſtes: Reginperht, Oadalſcalch, Pezzi, Piligrim, Kerhart, Heriperht, Petto, Deotrih, Kerperht, Reginhart, Hringolf, Deothart, Arbeo, Hatto, Droago, Anthelm, Wichelm, Willihelm. Scribſi autem ego indignus Presbyter Cozroh.

Digitized by Google

NUM. DXXI.

Reginhart Clerici traditio ad Mahsminreinne, & Hegilingas.

IN nomine Domini. Notum ſit cunctis fidelibus, quòd ego indignus, & peccator pro redemptionem animæ meæ Reginhart Clericus tradidi ad domum Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas, quicquid proprie hereditatis, vel adquiſitionis habui in duobus locis nominatis ad Mahsminreinne, & ad Hegilingas in mancipijs, pecunijs, pecoribus, vel ædificijs, curtiferis, terris cultis, & incultis, aquis, aquarúmque decurſibus mobilibus, & inmobilibus, pratis, paſcuis, ſilvis, ruris, vel quicquid ad me legibus pertinere dinoſcitur, nihil pretermiſi, ſed omnia in omnibus ad me pertinentibus firmiter in altarem Sanctæ Mariæ tradidi, ita, ut ab hodierno die in veſtitura, & poteſtate permaneat ipſius Eccleſiæ pijſſimi Rectoris Hittoni Epiſcopi, & in antea confirmatum perſiſtat ſub ditione ipſius Rectoris, quisquis preeſſe ipſis temporibus domui Sanctæ Mariæ dinoſcatur. Hoc factum fuit in domo Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas in IIII. Kal. Aprilis, Indictione VI. Anno Incarnationis Domini DCCCXXVIII. Hludovici Imperatoris anno XV. in ipſo anno, quo filius ejus Hludovicus Rex in Bajovvaria cum Conjuge venit. Et iſti teſtes more Bajovvariorum per aures tracti: Herilunc, Kerperht, Cundpald, Amo, Unnihad, Adalſcalch, alius Kerperht, Ambricho, Wolfheri, Toto, Paldachar, Amalo, Reginhart, Reginperht, Altrih, Willaheri, Erchanolf, Adalperht, Unfrid, Drudmunt, Engilrih, alius Adalperht, Egino, alius Adalperht, Mahtperht, Kerhart, Sigivvart, Rubo Archipresbyter, & omnis familia Sanctæ Mariæ preſens adfuit. Et ego indignus Presbyter Cozroh hujus traditionis firmitatem videns peractum, & audiens confirmatum ſcribſi.

NUM. DXXII.

Adalhart traditio ad Hegilinhuſun.

DIvinæ ammonitionis inſtinctu, & corporali caſtigatione conpunctus ego itaque Adalhart cogitans cogitavi pro remedium animæ meæ, ut indulgentiam delictorum meorum adipiſcere merear, tradidi enim firmiter, quicquid emptionis, vel adquiſitionis habui in loco, quæ dicitur ad Hegilinhuſun in mancipijs, terris cultis, & incultis, ſilvis, pratis, paſcuis, aquis, aquarúmve decurſibus, curtem cum domo, & cum omnibus ædificijs ad hunc locum meæ adquiſitionis pertinentibus, quicquid habui ad Frigiſingas, & in capſam Sanctæ Mariæ confirmavi, preter jurnales XXX. & de pratis carradas III. hoc locus condictum à vulgo eſt Cotefrideſſteti, & curtiferum I. ad Hegilinhuſun, hoc filiæ meæ tradidi in proprietatem nomine Perhtkart. Aliut enim quicquid proprietatis vel adquiſitionis in omnibus habui in omnibus ad me pertinentibus firmiter tradidi in capſam Sanctæ Mariæ, & in manus Hittoni Epiſcopi, ut ab hodierno die ad domum Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas permanſiſſet. Ipſa enim traditione firmiter peracta mox in preſentia de omnibus ſupra dictis rebus meis ipſe ego Adalhart Hittonem Epiſcopum veſtivi, ut ſine ulla contradictione traditum, confirmatúmque permanſiſſet ad Frigiſingas. Hoc factum eſt in ipſo loco Hegilinhuſun in X. Kalendas Januarias anno Incarnationis Domini DCCCXXVIII. Indictione VI. Hludovvici Imperatoris XV. in ipſo anno, quo filius ejus Hludovvicus Rex in Bajovvaria cum conjuge redijt. Iſtis enim preſentibus, & in teſtimonium confirmationis hujus traditionis adtractibus: Liutpald Comis, Piligrim, Odolt, Wicco, Mahtuni, Karuheri, Eigil, Pezzi, alius Eigil, Reginperht, Ratpot, Heriperht, Adalhart, Sivo, Oadalhart, Engilrih, Arbeo, Irminolt. Nunc verò nomina mancipiorum, quos tradidi: Liupheri, Otmar, Sigolt, Purcman, Adalrih, Ratfrid. Et ego Undeo Diaconus hæc videns & audiens juſſione Hittoni Epiſcopi conſcripſi.

NUM.

Digitized by Google

NUM. DXXIII.

Traditio Ekkiharti Presbyteri in loco, quæ dicitur ad Reod.

DIvinæ ammonitionis non immemor, quæ dicebat, ut de caducis conparantur premia ſempiterna. Ego enim indignus Presbyter nomine Ekkihart, quicquid de conparatione, vel adquiſitione adgregavi in loco, quæ dicitur Reod, hoc totum & integrum firmiter tradidi ad altarem Sancti Salvatoris in locum, quæ dicitur ad Feohtkyricha, & cum ipſo altare permanſiſſet ad domum Sanctæ Mariæ ad Frigiſinga, id eſt, mancipiis, agris, terra culta, & inculta, ſilvis, pratis, paſcuis, aquis, aquarúmque decurſibus, mobilibus, & inmobilibus, adjacentiis, adpendiciis, & cum omnibus ad hunc locum meæ adquiſitionis pertinentibus, ipsíſque cum omnibus firmiter condonabo, & indubitanter trado ad altare ſupra dicto, niſi quòd Alprih frater meus mihi tradidit, hoc conplacitavi nepoti meo nomine Ekkihart, ut hoc habeat usque ad finem vitæ ſuæ ad uſitandum, & emeliorandum, & poſt hæc firmiter traditum permaneat ad ſupra dicto altare, & cum ipſo altare perſiſtat in evum ad domum Sanctæ Mariæ ad Frigiſinga. Hoc factum eſt anno Incarnationis Domini DCCCXXVIII. Indict. VII. Hludovvici Imperatoris XV. in ipſo anno, quo filius ejus Hludovvicus Rex in Bajovvaria rediit cum Conjuge, die conſule, quod feci XVIIII. Kal. Januarias. Et iſti teſtes per aures tracti: Liutpald Comis, Reginperht, Tagiperht, Sigipald, Irminfrid, Alhmunt, Wicco, Hahkis, Wichelm, Paldachar, Cundpald, Ratkis, Engilfrid, Arabad, Heriperht, Erchanolf, Adalperht, Unfrid, Husinc, Odolt, Cozperht, Cozleip, alius Liutpald, Petto, Sivo, Engilrih, Irinc, Hugiperht, Sigihram, Cundhart, Isanpald, Hucco, Cundpato, Oadalhart, Nordperht, Liuto, Cundperht, Kerperht, Erchanperht, Chuniperht, Alpolt, Hiltipald, Adalhart. Actum eſt hoc ad Feohtkiricha, & ego Undeo Diaconus hoc videns, & audiens ſcripſi juſſus à Domno Hittone Epiſcopo, & ab ipſo traditore Ekkihardo Presbytero, & fidejuſſores extiterunt: Hahkis, & frater meus Alprih. Et poſt hæc tribus diebus veſtivit Ekkihart Advocatum Hittonis Epiſcopi Odoldum de omnibus ſupra dictis rebus, & iſti ſunt, qui hanc veſtituram factam viderunt, & teſtes extiterunt: Tagaperht, Sigipald, Hahkis, Hiltipald, Engilrih, Imidanc, Erchanperht, Pupo, Eparhart, Madalker, Cundpald, Sigihart, Crimperht, Friduperht, Cundperht, Isanpald, Sigihram, Oadalman, Engilperht, Aso, Cundhart, Liutpald, Cundpato, Kipicho, Moathart. Nomina mancipiorum, quos tradidit Ekkihart: Hundpald, Jarant, Huuasmot, Hiltivvih, Frovvihilt. Et ad Reode Wolfrad, Reginhoh, Slaugo, Meginheri, Zeiza, Eihilt, Liutheid, Wolfpirin, Irminſvvind, Irmingund, Liupdrud, Engilwih. Et veſtituram, & mancipia ego Faſtheri Presbyter ſcribſi.

NUM. DXXIV.

Traditio Herimoti, & filii ejus Batuchoni Diaconi ad Dornegindorf, ſeu Eto Presbyter.

DUm in Dei nomine notum ſit omnibus in epiſcopio Sanctæ Mariæ manentibus, vel omnibus fidelibus in Bajovvaria conſiſtentibus, quod quidam nobiles viri nomine Herimot, & filius ejus Batucho Diaconus tradiderunt ad domum Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas, quicquid proprie hereditatis, vel adquiſitionis habuerunt in loco Dornekindorf, mancipiis, ædificiis, curtiferis, aquis, aquarúmque decurſibus, terris cultis, & incultis, mobili-

bus, & inmobilibus, ómnia in omnibus firmiter ad Frigiſingas tradiderunt, ut confirmatum, & inconvulſum ab hodierno die ad Frigiſingas permaneat. Hoc fuit factum ad Dornekindorf XVI. Kalendas Aprilis Indictione VI. anno Incarnationis Domini noſtri Jheſu Chriſti DCCCXXVIII. Hludovvici Imperatoris XV. in ipſo anno, quo filius ejus Hludovvicus Rex in Bajovvaria cum Conjuge rediit. Et iſti teſtes: Adalperht, Habart, Cundperht, Cundheri, Asprant, Hekilo, Meginrat, Cundhart, Rihker, Tagaperht, Herimot, Hunpald, Helid, Wolfdregi, Pernker, Wolfperht, Erih, Lantperht, Heriperht, Oadalrih, Hroadhart, Denchilo, Ellanhart, Heimker, Coteperht, Wolfcrim, Comolt, Wenilo.

Proinde in cæna Domini venerunt ad Frigiſingas Eto Presbyter, & Nepus ejus Batucho Diaconus, & ſupra dictam traditionem confirmaverunt, & quicquid in ſupra dicto loco habuerunt, in altarem Sanctæ Mariæ firmiter tradiderunt, & cum teſtibus confirmaverunt. Et iſti teſtes: Petto, Altrih, Mahtuni, Irminfrid, Hroadperht, Irminhart, Arbeo, Wicperht, Egilolf, Sigihart, Unforht, Oadalker fidejuſſores, Eto, & Erchanpald Presbyteri, & Sigihart Archipresbyter, & omnis familia Sanctæ Mariæ adſtabat, & factum videbat. Hoc factum in ſupra dicto anno in VIII. Kal. Aprilis. Et ego Cozroh indignus Presbyter hoc videns, & audiens ſcribſi juſſione Hittoni Epiſcopi.

NUM. DXXV.

Waldker Presbyter tradit ad Pheterach.

NOtum ſit cunctis fidelibus in epiſcopio Sanctæ Mariæ manentibus, quod ego Waldperht Presbyter pro remedium animæ meæ firmiter tradidi, quicquid proprie hereditatis vel adquiſitionis habui in loco nuncupante, quæ dicitur ad Phetarach, hoc totum, & integrum firmiter tradidi pro me, & pro matrem meam, & pro parentes ad domum Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas, hoc eſt caſa cum curte, & cum omnibus ædificiis, & volumina IIII. id eſt: Miſſalem, Lectionarium, Antiphonarium, Officialem, & quicquid in ipſo loco habui preter jugerem I. aliud totum & inconvulſum tradidi. Hoc factum eſt anno Incarnationis Domini DCCCXXVIII. Indict. VI. Hludovvici Imperatoris XV. in ipſo anno, quo filius ejus Hludovvicus Rex cum Conjuge in Bajovvaria rediit. Iſti teſtes: Petto, Wicco, Rihperht, Kerperht, Adalunc, Mahtuni, Engilperht, Altman, Wago Capellanus, Oadalpald Presbyter, Uuldarih Presbyter, & in præſentia omnis familiæ in domo Sanctæ Mariæ. Et ego Cozroh indignus Presbyter ſcripſi juſſione Hittonis Epiſcopi.

NUM. DXXVI.

Traditio Ellancozi ad Marzilinga.

NOtum ſit cunctis fidelibus, veracíſque viris, quia ego Ellancoz pro remedium animæ meæ firmiter tradidi ad domum Sanctæ Mariæ ad Frigiſinga, quicquid de fratribus meis proprie hereditatis in partem accepi in loco Marzilinga, hoc totum & integrum firmiter condonavi, & inviolabiliter tradidi. Hoc factum eſt ad Frigiſingas in domo Sanctæ Mariæ, annó Incarnationis Domini DCCCXXVIII. Indict. VI. Hludovvici Imperatoris anno XV. in ipſo anno, quo filius ejus Hludovvicus Rex cum Conjuge in Bajovvaria rediit, in III. Nonas Decembris. Iſti teſtes: Wicco, Eigil, Crimuni, Madalcoz, Pezzi, Wigant, Petto, Einheri, Kerperht, Alpheri, Situli, Oasker. Et ego indignus Presbyter Cozroh hoc videns & audiens ſcribſi jubente Hittone Epiſcopo.

NUM.

Digitized by Google

NUM. DXXVII.

Quòd Hitto Epiſcopus præſtabit Alprico ad Sentilingas.

PUblicè manifeſtum ſit cunctis nobilibus, veracíſque viris, quòd ego quidem Atto indignus Diaconus propriam hereditatem meam, quod ad Sentilingas habere viſus ſum, totum ex integro jam traditum habeo ad monaſterio Scepftilari Sancto Dioniſio, ut poſt obitum meum ibidem firmiter permaneat, modo quoque ea ratione ego ipſe Atto dimitto talem proprium, quod ad Sentilingas habeo, & ad Monaſterio Sceftilari tradidi in manus Hittoni venerabilis Epiſcopi, ut ad ipſa caſa Dei poſt obitum meum, & nepotis mei Alprici permaneat, & hoc ipſum Hitto venerabilis Epiſcopus Alprico preſtabit in beneficium, ſi ille Attoni ſuperſtis fieret, & annis ſingulis cenſum redderet ad Miſſam Sancti Martini, hoc eſt denarios II. & poſt obitum illius ſine ullius hominis contradictione ad ipſa casa Dei permaneat. Iſti preſentes erunt, qui hoc viderunt: Oadalſcalch Comis, Adalperht, Rihperht, Ampricho, Snelhart, Isker, Herimot, Pezzi, Wicco, Altrih, Mahtuni, Emilo, Cotefrid, Alfrid, Paldrih, Egiperht, Amalker, Wolfperht. Actum eſt hoc coram Hittone venerabili Epiſcopo, & Iskario Abbate, & Oadalſcalcho Comite in eo loco nuncupato ad Holze prope vico Azzalingas in IIII. Kal. Auguſti, anno Hludovvici Imperatoris anno XV. Indictione V. Ego quidem Undeo indignus Diaconus ſcribſi hanc notitiam juſſione Hittonis Epiſcopi.

NUM. DXXVIII.

Traditio Salomoni Clerici ad Tegarinwac.

NOtum ſit multis in hac provincia nobilibus viris conſtitutis, quòd quidam Clericus nomine Salomon tradidit ad Frigiſingas talem partem de ſua propria ſilva, quam habere videretur ad Tegarinwac, ut ſtatim exinde de illo die ad caſa Sanctæ Mariæ ſine ullius hominis contradictione ibidem in evo permaneret. Et ſtatim ille ipſe Salomon circumduxit Miſſum Hittoni venerabilis Epiſcopi, hoc eſt Pettonem, & alios multos, quorum nomina hic ſcribta ſunt. Iſti ſunt, qui hoc viderunt, & audierunt, & per aures tracti ſunt teſtes, Salomon, Petto, Wicco, Sigivvolch, Fritilo, Kiso, Kerhart, Pezzi, Egino, Williperht, Lauganperht, Ratolt, Iſaac, Cozperht, Eigil, Ellanhart, Meginperht, Kepahoh. Actum eſt hoc ad Dorfun in XV. Kal. Septembris, anno Hludovvici Imperatoris XV. Indict. V.

NUM. DXXIX.

Traditio Rihpaldi Presbyteri ad Crazzun.

COgitans enim cogitavi pro remedium animæ meæ ego Rihpald Presbyter firmiter tradidi ad domum Sanctæ Mariæ, quicquid propriæ hereditatis, vel adquiſitionis habui in duobus locis nominatis ad Crazzun, & ad Erlapach, hoc totum & integrum cum mancipiis, & pecoribus, & cum omnibus ad ipſis locis pertinentibus preter mancipium I. condonavi, & firmiter tradidi. Hoc factum eſt in publico Synodo ad Frigiſingas, anno Incarnationis Domini DCCCXXVIII. Hludovvici Imperatoris anno XV. anno quo filius ejus Hludovvicus Rex cum Conjuge in Bajovvaria rediit, Indictione VI. Et iſti teſtes per aures tracti: Juſip, Eginolf, Deothart, Piligrim, Reginperht, Reginpald, Hahkis, alius Reginpald, Mahho, Reginperht, Karuheri, Juto, Reginolf,

Digitized by Google

ginolf, Amalrih, Reginhart, Williheri, Amalo, Lanto, Hroadperht, Arbeo, Sigivvart, Engilrih, Herivvic, Sigilo, Snelhart, Mejol, Kerhart, Cundheri, Starcholf, Pezzi, Wogo. die menſis factum XII. Kal. Octobris. Et ego Cozroh indignus Presbyter juſſione Hittonis Epiſcopi conſcribſi.

NUM. DXXX.

Quomodo Alprih ad Allingas reſtituit.

CONvenerunt venerabiles viri ſecundum juſſionem Domni Regis ad eo loco, quæ dicitur Emheringa Hitto Epiſcopus, Anzo Comis Miſſus dominicalis, & Liutpaldus Comis, & alii multi lego doctores judicia recta decernenda. Tunc quidem Hittoni venerabilis Epiſcopi Advocatus nomine Spulit queſivit ad cuidam viro nomine Alprih cuncta æqualia, ſicut ille traditum habuit ad Frigiſinga Sanctæ Mariæ illum dictum locum Smeoha cum omnibus ad ipſo pertinentibus vico, & hanc ipſam traditionem ad ipſa caſa Dei firmare, & ſtabilire non potuit, ſed iterum de manu ſupra nominati Advocati illam traditionem ſuſcepit, & Chonrato dimiſit in proprium. Ea ratione cunctis hoc audientibus Anzo Miſſus Domni Regis juſſit Alprico legaliter juſtitiam facere Epiſcopo, & Advocato ejus pro eo, quòd illam traditionem ad ipſa caſa Dei firmare nequiverat. Tunc ſupra dictus Alprih, & filii ejus Hadumar, & Hunolt ſimul cum eo donaverunt in manus Hittoni Epiſcopi, & Advocati ejus Spulitoni talem proprium, quod habuerunt ad Allingas, hoc eſt caſam cum aliis ædificiis infra curte, & mancipias ſex, viros tres, & feminas tres in juventute permanentes, & pecora XII. & jurnales XC. de pratis carradas xL. molinam I. & alias colonias IIII. cum caſis, & curtiferis, cum terra, cum pratis, ſicut ſervi habent uſum plenas colonias tenere, & iſta omnia hîc notata donaverunt per conpoſitionem, & injuſtitiam, quam fecerat ad ipſa caſa Dei, ut à die preſente in poteſtate permaneret Rectoris Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas Alpricco, & filiis ejus confirmantibus, ut ibidem ſine ullius hominis contradictione firmiter permaneret, & illis fidejuſſores fuerunt veſtiture ipſius: Kerhart, Orendil, Hatto, Cundperht, & iterum Alprih, & filii ejus Hadumar, & Hunolt contraplacitabant omnem adquiſitionem in omnibus cauſis, quam ad ipſa caſa Dei habuiſſent, ut ultra querendi inde facultatem non haberent, cum eorum wadio illi pariter firmaverunt. Iſti ſunt, qui hoc viderunt, & audierunt: Hitto Epiſcopus, Anzo Comis, Liutpald Comis, Reginperht, Pilicrim, Spulit, Amalo, Arahad, Adalperht, Kyso, Wicperht, Deotmar, Walaheri, Juto, Salucho, Friduperht, Hroadperht, Eigil, Karuheri, Sulaman, Cozpald, Odolt, Hahkis, Sigipald, Rumolt, Alpuni, Heimrih, Huzo, Heriperht, Waldker, Cundheri, Kaganhart, Reginperht, Erchanolf, Cozperht, Waltrih, Cundpald, Sivo, Alholf, Liuthram, Hilti, Cotedeo, alius Orendil, Starcholf, Cundheri, Cotehelm, Hadumar, Hunolt, Walto, Cundhart, Engilperht, Deotperht, Racholf, Altrih, alius Hunolt, Kerhart, Engilhart, Jacob, Kerrat, alius Engilperht, Moatperht, Oadalrih, Kerperht, Reginpald, Franco, alius Hroadperht, Heriker, Hroadunc, Cundhart, Deotmar, Wicco, Putilo; Nidhart, Cundvvin. Actum eſt hoc ad Emheringas in III. Idus Januarias anno Incarnationis Domini DCCCXXVIII. Indict. VII. Hludovvici Imperatoris anno XV. in ipſo anno, quo filius ejus Hludovvicus Rex Bajovvariorum cum Conjuge ſua in Bajovvaria rediit. Ego quidem Undeo indignus Diaconus hanc notitiam ex juſſione Hittoni venerabilis Epiſcopi conſcripſi, hoc videns, & audiens.

NUM.

Digitized by Google

NUM. DXXXI.

Renovatio traditionis Erchanperhti.

NOtitia, qualiter Erchanperht Presbyter ſuam traditionem renovavit, & iterum tradidit, quidquid hereditatis, & acquiſitionis habuit in loco nominato Chlana. nomina teſtium in libro traditionum habentur. Actum anno XV. Ludovici Imperatoris.

NUM. DXXXII.

Traditio Quartini ad Wipitina, ad Stilves, Torrentes, Valones, Zedes, Telves, Teines.

QUia neceſſe eſt unicuique Chriſtiano de iſtis caducis, & tranſitorijs rebus æterne ſibi beatitudinis premium conparare. Ideoque in Dei nomine ego Quarti nationis Noricorum, & Pregnariorum dono, trado, ac perpetualiter transfirmo ad poſſidendum Deo, & Sancto Candido ad Intiha Monaſterio propriam hereditatem meam pro remedio animæ meæ, & parentorum meorum, pro quibus debitor ſum Deo hoſtias offerre in locis illis, hoc eſt, ad Wipitina in caſtello, & in ipſo vico, & in alijs villulis ibidem adjacentibus ad Stilves, Torrentes, Valones, Zedes, Telves, Teines, Tulvares, ad Bauzana in vico Suczano, cum vineis, & ſilvis, cum pratis, & agris, & ad Taurane ſuum proprium, ſeu ad Stavanes coloniam I. & in his ſupra dictis locis, quicquid in eis proprij habere viſus ſum, in ſilvis, in pratis, in campis, in agris, in paſcuis, in vineis, in aquarum decurſibus, in omnibus calasnis, & interminis, ſicut Anteceſſores mei habuerunt, & pater meus, & mater mea mihi reliquerunt in proprium totum ex integro, & mancipias his nominibus: Urso, Secundina, Mora, Marcellina, Tata, cum omníque confirmo, quicquid ad meam proprietatem pertinet in his ſupra dictis locis, & eo tenore ipſam traditionem firmabo, ut usque dum vivam ego, & mater mea Clauza hoc uſufructuario ad uſitandum, & ad emeliorandum, quantum Domino largiente valeamus, illud perficere procuramus, non tamen in aliquo comminuendi, perdendi, nec commutandi nullo modo poſteá poteſtatem habeamus, ſed ut poſt obitum noſtrum, vel antea, ſicut nobis conplacuit ad ipſam jam dictam caſam Dei, & ad poteſtatem Rectorum ipſius absque ullius contradictione cum omni conlaboratu, & conqueſtu qualescumque ipſo die ibi inventum fuerit pleniter permaneant, & iſta mea traditio, atque conplacitatio firma omnino, ſtabilísque permaneat in perpetuum. Venerabilis pater Hitto Epiſcopus Matricularius Sanctæ Sedis Frigiſienſis, & Rector Monaſterij Sancti Candidi Martyris Chriſti iſtam traditionem condixit cum Quartino, & econtra preſtabit illi in beneficium in vico, qui dicitur Duplago talem ſicut ei placitum fuit, ut hoc haberet, & Mater ejus Clauza pro talem traditionem, quam fecerunt ad ipſa caſa Dei. Iſti ſunt, qui illam traditionem viderunt, & legitimè per aures tracti ſunt: Signum Paldinc, Signum Wolchart, Signum Petto, Signum Adalhart, Signum Wicco, Signum Oadalker, Signum Tozi, Signum Ellanperht, Signum Engilperht, Signum alius Engilperht, Signum Sintar Vizzilo, Signum Wolfcrim, Signum Mahtuni, Signum Marcheo, Signum Pezzi, Signum Liutolt, Signum Witagavvo, Signum Meginhart, Signum Secundo, Signum Urso, Signum Purro, Signum Lupo, Signum Munigo, Signum Johannes, Signum Videal, Signum alius Lupo, Signum alius Urso, alius Minigo, Signum alius Urſo, Signum alius Urſo, Signum Seviro, Signum Alpolf. Actum eſt hæc traditio ad Inticha coram Hittone venerabili Epiſcopo in pridie Kalendas Januarias, anno

Incar-

Incarnationis Domini DCCCXXVIII. Indictione V. Hludovvici Imperatoris XV. Ego quoque Undeo indignus Diaconus ſcribſi hanc cartulam.

Notitia traditionis, quam Quartinus ſecunda vice iterum renovavit ad Wipitina coram Hittone venerabili Epiſcopo, & Arpeone vocato Epiſcopo. Tunc quidem Quartinus ſimul cum matre Clauzana ambo pariter tradiderunt propriam hereditatem ſuam, ſeu quicquid habere die preſente videbantur in capſa Sanctæ Mariæ, & ad Monaſterio Sancti Candidi ad Intiha, ut poſt obitum illorum ibidem firmiter permaneret, & ſtatim veſtivit Hittonis Epiſcopi Advocatum Ellanperhtum in preſentia iſtorum teſtium: Teſt. Willihelm, Marcheo, Cundalperht, Alphoh, Anno, Auto, Odalker, Hucperht, Petto, Adalhart, Lantfrid, Paldinc, Wicco, Eigil, Tozzi, Alpkis, Orilius, Dominicus, alius Dominicus, Paſſivus, Currentius, Sindo, Herimar, Magiſter, Sintar vizzilo, Erinperht, Willipoct, Pernwin, Immo, Einhart. Actum eſt hoc ad Wipitina in XVI. Kalendas Februarias, in anno ſupra dicto, & iterum ego quidem Undeo indignus ſcripſi iſtas cartulas uno tenore.

Iterúmque contigit, quod Arbeo Epiſcopus, & Felicius Decanus, & Presbyter ſupra dicti domus convenerunt ad locum, quæ dicitur Preſſena, ibidémque iterum ego Quartinus in preſentia veni, & priſtinam traditionem renovavi, & quicquid habui tam de alode paterno, quàm de hereditate materna firmiter, & indubitanter publicæ preſentiæ tradidit omnes ſubſtantias, & adquiſines meas ad domum Sancti Candidi ad Intiha, quod dicitur campo Gelau, ut ibidem pro remedium animæ meæ perpetualiter permaneat. Hoc factum eſt IIII. Nonas Julias anno ſupra dicto, & hæc ſunt teſtes per aures tracti: inprimis Aurelius fidejuſſor, Crimperht, Willihelm, Kerhoh, Hiltipert, Anno, Willipert, Helpfrih, Sigiperht, Adalperht, Waſagrim, Oadalſcalh, Rihheri, Anthelm, Reginperht. Ego Adalperht Diaconus juſſus à Domno meo Arpeone Epiſcopo conſcripſi.

NOTA.

Arpeonem hunc Epiſcopum non confundat benignus Lector cum Aribone Friſingenſi, cùm, hic Arpeo fuerit coævus Epiſcopo Hittoni, uti ex præſenti Inſtrumento convincimur. itaque Arpeo iſte aut fuit Epiſcopus Sabionenſis, aut Chorepiſcopus Friſingenſis. In catalogo Epiſcoporum Sabionenſium, ſeu Brixinenſium comparet quidam Epiſcopus Aribo circa hæc tempora: tametſi ſine ulla annorum nota. Inticam ſubeſſe Sabionenſi, ſeu Brixinenſi Epiſcopo, certum eſt.

NUM. DXXXIII.

Mejo Presbyter tradit ad Perc.

DUm & omnibus non habetur incognitum, ſed multis in hac provincia nobilibus viris conſtitutis bene cognitum eſt, quod Mejo Presbyter tradidit proprium ſervum ſuum, cui nomen Ellanheri, & Rihdrudam ancillam ſuam cum colonia, quam Uunnaheri habuit in illo loco, quæ dicitur ad Perke, & quicquid ei in propriam partem de ſuis fratribus evenit, hoc totum & integrum tradidit, atque confirmavit ad monaſterio, quæ dicitur Sceftilari ad altare Sancti Dioniſij, ut ibidem ſine ullius hominis contradictione in evo permaneat. Hoc fuit factum coram Hittone venerabili Epiſcopo, & Herilanto Comite. Hæc ſunt teſtes per aures tracti: Herilant, Hitto, Sigiperht, Alprih, Oadalrih, Willipato, Hreidperht, Regindeo, Williheri, Reginperht, Imicho, Waldker, Kotefrid, Deotmar, Wolfcrim, Immino, Altrih, Mahtuni, Irminheri, Hucco, Fridheri, Liuthart, alius Cotefrid, Fritilo, Alprih, Regindeo, Friddo, Hejo, Paldrih, Othelm, Scrot, Pippi, Amalperht, Eigil, Kepahoh, Kaganhart. Actum hoc eſt ad Sceftilaron in X. Kal. Auguſti, anno Hludovvici Imperatoris XV. Indictione V.

NUM.

Digitized by Google

NUM. DXXXIV.

Traditio Ibbo Presbyter ad Puoh.

ILle bene poſſedit res ſuas in hoc ſeculo, qui ſibi de iſtis caducis rebus adquirit premia ſempiterna. Ideoque in Dei nomine ego Ibbo iterum renovabo traditionem meam, quam feci jam antea ad Sancto Dioniſio ad illo monaſterio, qui dicitur Sceftilares, & modò die preſente alia vice ego ipſe Ibbo, & meos nepotes Hahmunt, & Perhtolt communi manu tradamus totum, & integro, quod habere videbamur in proprium in vico, qui dicitur Puoh, & in illo pago dicto Sundargavi ad monaſterio Sancti Dioniſij, qui dicitur Sceftilares prope ripa fluvij Isura donamus, atque firmamus, quicquid ibidem habemus in proprium cum omni conparato, & conqueſto, atque conlaborato, hoc eſt, cum curtiferis, cum baſilica, & cum alijs omnibus ædificijs, cum manſis, & cum alijs mancipijs infra caſa manentibus, niſi quinque præ dimittimus, in ſilvis, in agris, in paſcuis, in pratis, in aquis, decurſibus, & in omnibus terminis ibidem conpetentibus totum donamus, tradamus ad ipſo ſupra dicto Monaſterio, ut poſt obito noſtro taliter ipſo die ibi inventum fuerit, in poteſtate ipſius monaſterij permaneat ſine ullius hominis contradictione firma, ſtabilíſque omnino traditio noſtra perſiſtat, & cenſum reddamus annis ſingulis ad miſſa Sancti Martini, hoc eſt denarios IIII. Iſti ſunt teſtes, qui hoc viderunt, & audierunt: Hitto, Irminheri, Cotafrid, Cotahelm, Rumolt, Engilman, Ernuſt, Sigimot, Purcman, Engilperht, Cundpato, Hahkis, Tozi, Cundheri, Freſo, Petto, Sintar, Fizzilo, Pezzi, Sigideo, Sigiprant, Sigivvart, Engildeo, Wicperht, Heriperht, Helprih, Kaganhart, Deotheri, Wicco, Reginfrid, Trúut. Actum eſt hæc traditio ad monaſterium Sceftilares coram Hittone venerabili Epiſcopo in VII. Kal. Februarias, anno Hluduvvici imperij ſui XV. Indictione V. Ego quoque Undeo indignus Diaconus ſcripſi hanc cartulam traditionis ex juſſu Hittonis venerabilis Epiſcopi.

NUM. DXXXV.

Quomodo Hitto contraplacitabat omnem Mallationem.

CUnctis patenter conſtat, quòd quidam vir nomine Hitto omnem adquiſitionem, vel mallationem, quam habuit inquirendum ad domum Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas contra Advocatum domui ipſius nomine Reginperht hoc firmiter contraplacitabat, ut nulla occaſione hoc amplius inquietare, vel frangere potuiſſet, vel poteſtatem habuiſſet, ſed inconvulſum, & confirmatum in evum permanſiſſet. Iſti ſunt, qui hoc viderunt, & audierunt: Reginperht, Piligrim, Odolt, Wiſurih, Amalperht, Hartnid, Kerhoh, Adalperht, Adalhoh, Petto, Wicco, Mahtuni, Otperht, Tetti, Cundheri, Kaganhart, Irminfrid, Ellancoz, Kerperht, Crimuni, Wigant, Wolfheri, Tato, Rihperht, Arhart, Wicperht. Hoc factum eſt ad Frigiſingas in VIIII. Kal. Junias anno Hludovvici Imperatoris XVI. Indict. VI. Anno Incarnationis Domini DCCCXXVIII.

NUM. DXXXVI.

Cenſus Ellanpurc, & Engilpurc.

IN nomine Domini. Notum ſit omnibus fidelibus, quia congregatio publico Synodo ad Ehingas, ibique in preſentiam venit quædam Sanctimonialis femina nomine Engilbur ſe reclamans dicendo pro traditionem, quam mater ejus Ellanpurc, & ipſa Engilpurc de propria hereditate ad Frigiſingas fecerunt

in loco, quæ dicitur ad Lauppah, quia nepos eorum nomine Wicheri Presbyter eas abicere voluiſſet, ſed benignus Pontifex Hitto perdonabat illis quamdiu vixiſſent. Et contra dicebat Wichario Presbytero, ut nec in ipſa Eccleſia non oráſſet, niſi per licentiam eorum. Et ipſa Engilpurc mox cenſum reddidit in manus Advocati Epiſcopi, cui nomen Spulit, tres denarios, & ita annis ſingulis ſpopondit reddere. Iſti ſunt, qui viderunt, & audierunt: Paldachar, Chuniperht, Oadalſcalch, Irminfrid, Engilperht, Liutperht, Oadalperht, Hegilo, Cotefrid, Heriperht, Oadalrih, Ambrico, Kernod, Hroadleoz, Cozolt, Sigiprant, Otperht, Deotrih, Sigilo, Hunperht, Mahho, Liutprant. Actum eſt hoc in XIIII. Kal. Junias, Indict. V. anno Hludovvici Imperatoris XV. Et ego Cozroh indignus Presbyter conſcripſi.

NUM. DXXXVII.

Traditio Ellanrihi Presbyteri, & Engilhart Presbyter, vel Anno Diaconus ad Anninhofa, & ad Tegiſingas, & quidam vir nobilis Iſaac ad Cundinchofun.

OB recordatione divinæ ammonitionis conpuncti Ellanrih Presbyter, & Engalrih Presbyter, ſeu Anno Diaconus venerunt ad Frigiſingas renovare priſtinas traditiones jam ante actas, quas fecerunt pater eorum Emilo, & patrueles eorum Alprih Presbyter, & Ascrih Diaconus in loco, quæ dicitur Anninhofa, & ad Reod, & ipſam traditionem, quam ipſi Ellanrih, & anno fecerunt ad Tegiſingas ſimiliter confirmaverunt. Eo modo iſta ratio traditionum conprehenditur, quod inprimis communis manibus Ellanrih, & Anno confirmaverunt ante actam traditionem patris eorum Emiloni, & quam ipſi antea fecerunt de Tegiſinga, & adicientes partes hereditatis eorum, quas acceperunt ſorte paterne hereditatis in loco Anninhofa, & vulgo vocatur & Mahaleihi, & quicquid in ſupra dictis locis habuerunt firmiter ad domum Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas tradiderunt in altarem Sanctæ Mariæ, hoc eſt in mancipijs XXXII. ædificijs, curtiferis, agris, ſilvis, pratis, paſcuis, pecoribus, & omnibus utenſilijs omnia in omnibus firmiter tradiderunt in altarem Sanctæ Mariæ. Hoc factum eſt in domo Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas.

Deinde acceſſit Engilhart Presbyter, & firmiter in ipſum altarem tradidit, quicquid ſuæ adquiſitionis habuit in loco Reod, vel adquirere potuiſſet in omnibus indubitanter tradidit, mancipia VI, ut ſicut dies obitus eorum reliquiſſet omnes facultates eorum, & adlucrationes, firmiter poſt hæc ad domum Sanctæ Mariæ tenentur. Die conſule, quod factum eſt in VI. Kalendas Januarias, anno Incarnationis Domini DCCCXXVIIII. Indict. VII. Hludowici Imperatoris anno XV. in ipſo anno, quo filius ejus Hludovvicus Rex in Bajowariam cum Conjuge redijt. Iſti teſtes: Petto, Wicco, Piligrim, Pezzi, Karuheri, Alavvih, Ratpot, Tetti, Cundhart, Mejol, Deotperht, Kerrat, Marcho, Waldperht, Kaganhart, Sigilo, Ambricho, Wolfheri, Mahho, Engilrih, Reginperht, Uro, Reginhart Mahtuni, Hahkis, Altrih, Isaac, Wigant, Eigil, alius Eigil, ibidémque in preſentia de ipſa familia fuerunt, Rubo Archipresbyter, Oadalpald, Undeo Diaconus, Eliuni Presbyter, Altman Presbyter, Adalmunt Presbyter, & alij multi, & ego indignus Presbyter Cozroh hoc videns, & audiens conſcribſi. Deinde ipſi cum omnibus adſtantibus, & ſupra ſcriptis venerunt in Solarium ad pijſſimo Pontifice Hittone, & in manus ipſius confirmaverunt ipſas traditiones, & ipſe reverentiſſimus vir in beneficium illis preſtabat ipſas traditiones eorum, & quicquid pater eorum, vel patrueles ante tradiderunt usque in finem vitæ eorum, ut cum fideli ſervitio ad domum Sanctæ Mariæ perſtitiſſent. Et quia antea ad pium Pontificem Ellanrih Presbyter, & Anno Diaconus

nus

Digitized by Google

nus venerunt ad Kyſalheringas, & quicquid habuerunt ad Tegeſingas cum omni integritatem ad capſa Sanctę Mariæ firmiter tradiderunt, ut firmiter permanſiſſet ad domum Sanctę Marie ad Frigiſingas. Iſti ſunt teſtes more Bajovvariorum per aures tracti: Petto, Irminfrid, Uro, Spulit, Sigur, Hrodperht, Hahkys, Wicco, Adalhart, Oadalker, Cundpald, Mahtuni, Altrih, Kepahoh, Engilrih, Arbeo, Wicperht, Kaganhart, Hartperht, Yuto, Walto, Eparhard, Cundheri. Hoc factum in IIII. Idus Junias, anno quo ſupra.

Deinde enim acceſſit quidam vir nobilis nomine Iſaac, & in ipſum altarem Sanctæ Mariæ pro remedium animæ ſuæ vel ad abſolutionem animarum patris, & matris, quicquid paterne hereditatis, vel matris ſuæ, aut adquiſitionis habuit, firmiter tradidit, & quicquid deinceps adipiſcere potuiſſet in locis nominatis ad Cundinhofun, & ad Cundachresdorf. Hoc factum eſt ſupra dicto die ipſe vice ſupra ſcriptis teſtibus hoc confirmantibus, & videntibus, quòd nihil pretermiſit, ſed omnia in omnibus, quicquic habuit, in altarem Sanctæ Mariæ firmiter tradidit.

NUM. DXXXVIII.

Traditio Amalberti ad Otolfeſperc.

OB recordatione delictorum meorum, & pro remedio animarum meorum genitorum patris, & matris, vel fratris, attonitis auribus divinæ vocis promiſſionem audivi, dicentis: facite vobis amicos de mammona iniquitatis, quia de terrenis, & caducis conparantur premia æterna, & cum defeceritis recipiant vos in æterna tabernacula. Hujus promiſſionis voce conpunctus, & conſolatus ego peccator nomine Amalperht veniens veniebam ad cellam Sanctę Mariæ in loco, quæ dicitur Sindeoëshuſir, ubi prædicantem, & docentem audivi venerandum Rectorem Hittonem Epiſcopum, & in ſua preſentia, quicquid proprie hereditatis, vel adquiſitionis habui in loco, quæ dicitur Otolfeſperc, in ędificiis, curtiferis, territoriis, cultis & incultis, mobilibus, & inmobilibus, ſilvis, campis, pratis, paſcuis, aquis, aquarúmque decurſibus, & mancipia ſex his nominibus: Engilhart, Sindpald, Liupmunt, Hatto, Eniſa, & Eniſa cum pecoribus, & pecuniis, omnia in omnibus firmiter tradidi in capſa Sanctæ Mariæ, ut ab hodierno die in veſtitura, & poteſtate, vel tuitione permanſiſſet domui Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas. Et petitio noſtra fuit, & Sanctitatis reverentia piiſſimi Patris Hittoni Epiſcopi non denegavit, ut iſta ratione confirmatum permanſiſſet, ut ego ipſe Amalperht, & Conjux mea Cundrat ipſam cauſam ad utendum, & emeliorandum habuiſſemus ad vitam noſtram, & ſi diſponente Deo ipſa Conjux mea mihi ſuperſtis fuiſſet, ſi in antea matrimonii thorum conſervâſſet, ad lucem, & elymoſinam meam ad vitam ſuam ipſam rem meam habuiſſet. Sin alio viro juncta fuiſſet, ſtatim cum omni integritate res mea permaneat inconvulſum ad domum Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas. Actum eſt hoc in pridie Nonas Aprilis ad Sindeoëshuſun. Anno Incarnationis Domini DCCCXXVIIII. Indictione VII. Hludovvici Imperatoris XV. in ipſo anno, quo filius ejus Hludovvicus Rex cum Conjuge in Bajovvaria rediit. Et iſti teſtes ibidem tracti: Reginperht, Petto, Alavvih, Uro, Rihperht, Wichelm, Cundhart, Mahtuni, Ellanhart, Wicco. Sequentibus verò tribus diebus ego Amalperht, & Conjux mea Cundrat pari conſilio, & conſenſu venimus ad Frigiſingas, & ſupra dictam rem meam, quæ eſt in loco Otolfeſperc ſupra dictis verbis confirmantibus cum omni integritate tradidi in altarem Sanctæ Mariæ, & ibidem iſti teſtes per aures tracti: Reginhart Comis, Adalhart, Heriperht, Wicco, Rihperht, Memmo, Uro, Heidanrih, Cauzo, Liutpald, Engilpern, Deotrih, Cundperht, Hartperht, Megino, Durinc, Cund-

Digitized by Google

Cundalperht, Heripato, Wigant, Engilperht Diaconus, Crimuni, Fredant, Adalperht, Poapo, Oatilo, Hroadprant, Salucho, Willapald, Ellancoz, Pernhart, Kerperht, Madalcoz, Wicpald.

Sequenti verò dominico die hoc fuit in II. Idus Aprilis venerandus Hitto Epiſcopus miſit Advocatum ſuum Reginbertum, ut legaliter veſtituram acciperet ipſius rei, & ipſe Advocatus Reginperht cum turma plurima nobilium virorum advenit, & illum ſupra dictus Amalperht legaliter per poſtem, & ſuperliminarem domûs de ſuo jure & poteſtate in jurem & poteſtatem Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas veſtivit, ut ibidem perpetualiter permanſiſſet; exeunte autem Amalberto introduxit Reginperhtus Advocatus Epiſcopi Cozrohum Presbyterum, & ipſe Cozroh Monahus ibidem in domo legaliter ſedebat tribus diebus, & tribus noctibus, & iſti ſunt, qui ipſam veſtituram peractam in præſentia viderunt: Reginperht, Heriperht, Piligrim, Hitto centenarius, alius Reginperht, Tetti, Reginhart, Irminperht, Oazilo, Kerperht, Crimuni, Spenneol, Wichelm, Otheri, Kerolt, Engilhart, Ellanrih, Hatto, Paldrih, Kaganhart, Hiltolf, Abaram, Heidanrih. Et ego indignus Presbyter Cozroh omnia hæc videns, & audiens ſcripſi juſſione Hittonis Epiſcopi.

NUM. DXXXIX.

Traditio Heriolti ad Winihareſtetti.

IN nomine Domini noſtri Jheſu Chriſti. Notum ſit cunctis fidelibus, quod ego Heriolt, quicquid propriæ hereditatis habui, vel adquiſitionis adgregavi in loco Winiharesſtetti, hoc totum & integrum firmiter tradidi ad domum Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas, terris cultis, & incultis, pratis, paſcuis, ſilvis, aquis, aquarúmque decurſibus cum omnibus ibidem ad me pertinentibus, ut firmiter condonatum, & confirmatum permaneat ad domo ſupra dicto, cum teſtibus nobilium virorum confirmavi more ſolito Bajovvariorum. Hoc factum eſt in domo Sanctæ Mariæ in XVI. Kalendas Aprilis Indictione VIIII. anno Incarnationis Domini DCCCXXVIIII. Hludovvici Imperatoris anno XVII. Hludovvici Regis in Bajovvaria anno V. Fidejuſſor Amalperht. Et iſti teſtes per aures tracti: Piligrim, Poapo, Amalperht, Otperht, Reginpald, Hitto, Kerhoh, Engilpern, Irminfrid, Saluho, Hleo, & Reginperht Advocatus pſam traditionem de altare Sanctæ Mariæ accepit. Et ego Cozroh hoc videns, & audiens conſcripſi.

NUM. DXL.

Traditio Memmoni, & Isanharti de Marzilinga.

DOminus Jheſus Chriſtus per ſuam miſericordiam in Evangelio intonat dicens: theſaurizate autem vobis theſauros in cœlo, ubi neque erugo, neque tinea demolitur, & ubi fures non effodiunt, nec furantur. Ideo neque nos in Dei nomine nobiles viri Memmo, & filius meus Isanhart Clericus communis manibus pro remedio animarum noſtrarum, & pro parentum, quicquid propriæ hereditatis, vel adquiſitionis habuimus in loco Marzilingas preter agros incultos in campo jacentes in aquilone ruris, quod dicitur Perhahi, aliud, quicquid habuimus in curtiferis, & ædificiis in jam dicto loco ad Martilingas terris cultis, & incultis, pratis, paſcuis, ſilvis, aquis, aquarúmque decurſibus, mobilibus, & inmobilibus, hoc totum, & integrum firmiter tradidimus ad Frigiſingas in altarem Sanctæ Mariæ, ut poſt obitum noſtrum ibidem perpetualiter permanſiſſet in hereditatem & dominationem Sanctæ Mariæ, & Sancti Corbiniani, & refrigerium animarum noſtrarum, & mancipia VIIII. his nominibus: Holomot, Hroadmot, Perahtni, Sigilind, Ilina, Irmincund, Fren-

Frenkin, Sigifrit, Heripirc. Et iſti teſtes per aures tracti legaliter: Reginperht, Wicco, Adalhart, Piligrim, Willipato, Wichelm, Karuheri, Hatto, Marcho. Actum eſt hoc in XIII. Kalendas Januarias anno Incarnationis Domini DCCCXXVIIII. Indictione VI. Hludovvici Imperatoris anno XVII. in ipſo anno, quo filius ejus Hludovvicus Rex Bajovvariorum poteſtatem accepit. Ea verò ratione ipſam traditionem peregimus, ut ad vitam noſtram habeamus in beneficium de domo Sancte Mariæ ſine cenſum usque ad vitam noſtram ipſam Eccleſiam cum omnibus ad hæc pertinentibus, quam habuit Willihad Presbyter in loco Hunpla, & ut ſtatim alio die ipſos veſtirent de ipſis rebus Willihadis. Iſti ſunt, qui hoc viderunt, quòd Memmo, & filius ejus circumduxerunt miſſos Domni Hittonis Epiſcopi omnem rem, quam antea tradiderunt ad Marzilingas, & iterum venientes ad Frigiſingas firmiter tradiderunt, & iſti circumducti ſunt, & iterum in teſtimonium adtracti more per aures Bajovvariorum: Mahtuni, Crimuni, Memmo, Altrih, Sigipald, Wigant, Rihperht, Isanperht, Engilheri, Karuheri, Altiperht, Arbeo, Egilperht, Coteſcalch, Wittuchi, Madalcoz, Ellancoz, Engilhart, Egilperht, Adalperht, Adalheri, Rubo Archipresbyter, Oadalpald, Wicco, Liutperht, Sindperht, Adalmunt, Wiſurih, Altman, Herolf. in præſentia Hittonis Epiſcopi ego Cozroh conſcripſi.

NUM. DXLI.

Soanperht Presbyter tradidit prata ad Niwivaron.

DIvine ammonitionis inſtinctus ego quidem Soamperht tradidi ad Frigiſingas pratas quas habui ad Nivivara, ut in ovum pro remedium anime meæ, & parentum meorum permaneant ad domum Sanctæ Mariæ. Iſti teſtes per aures tracti: Piligrim, Mahtuni, Poapo, alius Poapo, Reginperht, Kerperht, Suamperht, Arhart, Ambrico, Heriperht, Rihperht, Wolfheri, Wigant. hoc factum eſt in X. Kalendas Julias anno Incarnationis Domini DCCCXXVIIII. Ego quidem Cozroh hoc videns ſcripſi.

NUM. DLXII.

Traditio Imichoni Presbyteri de Zornkeltingas.

IN nomine Domini. Notum ſit cunctis fidelibus, veracísque viris, quia ego Imicho indignus Presbyter renovavi priſtinam traditionem de Zornkeltinga, quicquid ibidem habui, iterum totum, & integrum tradidi, & adjunxi, quod ante promiſi, curtem cum domo, & cum omnibus ædificiis, & cum omni adquiſitione, quod in antea adquirere, vel elaborare potuiſſem, mancipiis, terris cultis, & incultis, mobilibus, & immobilibus, pratis, paſcuis, ſilvis, aquis, aquarúmque decurſibus, omnia in omnibus firmiter tradidi ad domum Sanctæ Mariæ. Hoc factum eſt ad Frigiſingas in domo Sanctæ Mariæ in publico ſynodo in VII. Idus Decembres, anno Incarnationis Domini DCCCXXVIIII. Indict. VI. Hludovvici Imperatoris XVII. Et iſti teſtes, qui hoc viderunt, & audierunt more Bajovvariorum per aures tracti: Spulit, Piligrim, Odolt, Hroadperht, Willihelm, Adalker, Adalhart, Waltheri, Frumolt, Liutpald, Tetti, Wichelm, Otilo, Snelhart, Kaganhart, Engilrich, Altolf, Toato, Snelhart, & omni familia preſente: Rubo Archipresbyter, Sigihart, Archipresbyter, Altman Presbyter, Adalmunt Presbyter, Eliuni Presbyter, Oadalpald Presbyter, & alii quam plurimi ipſius familiæ. Et ego indignus Presbyter Cozroh hoc videns jubente Domno Hittone Epiſcopo conſcripſi.

Digitized by Google

NUM. DXLIII.

Isangrim Clericus ad Ehingas.

AD notitiam omnium fidelium perveniat, quia Iſangrim Clericus omnem adquiſitionem ſuam tradidit in altarem Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas, quicquid habuit ad Ehingas, vel quicquid deinceps adipiſcere potuiſſet. Iſti teſtes per aures tracti: Piligrim, Heipo, Adalhart, Kerperht, Wigant, Crimuni, Ambrico, Wolfheri, Poapo. Actum eſt hoc anno Incarnationis Domini DCCCXXVIIII. Indictione VI. in X. Kalend. Julias.

NUM. DXLIV. & DXLV.

Traditio Deotmar de Kermunteshusir, ſeu Ratcoz Presbyter de Cuginhusir.

Kermunteshusir. IN nomine Domini noſtri Jheſu Chriſti. Ego Deotmar divino amore conpunctus pro remedio anime meæ tradidi ad domum Sanctæ Mariæ, quicquid propriæ hæreditatis, vel adquiſitionis habui in loco Kermunteshuſir curtem cum domo, & cum omnibus ædificiis, paſcuis, pratis, ſilvis, terris cultis, & incultis, omnia in omnibus firmiter tradidi ad Frigiſinga, cum mancipiis, & pecoribus, mancipiis nomen Reginker, Wicrih, Liutrud. Et ſunt de arabili terra jugeres LII. de pratis carradæ LVI. Et iſti teſtes: Odolt, Sigipald, Otperht, Piligrim, Alpheri, Friddo, Ratkis, Wicco, Svvidker, Ilprant, Hiltipald, Hitto, Poapo, Adalheri, alius Poapo, Mejol, Wigant, Kerperht, Engilhart, Engilrih, Cozolt, Reginvvart, Frumolt, Ambrico, Altolf, Wolfheri, Kerolt, Urolf.

Kuginhusir. In ipſa vice adſtantibus ſupra dictis teſtibus acceſſit Ratcoz Presbyter, & nepos ejus ipſo nomine Ratcoz Clericus, & communis manibus in altare Sanctæ Mariæ tradiderunt firmiter, quicquid habuerunt in loco Kuginhuſir, curtem cum domo, & cum omnibus ædificiis, & adquiſitionibus eorum, ut in ævum permaneat ad domum Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas, & ipſi teſtes per aures tracti, ſicut ſupra dinumerantur. Actum eſt hoc in XII. Kal. Julias, Indictione VI. anno Incarnationis Domini DCCCXXVIIII. Hludovvici Imperatoris anno XVI. & ego Cozroh hoc videns, & audiens ſcripſi.

NOTÆ.

Kermuntesbusir. hodie Gremertshauſen, in Præfectura Cranzperg.
Kuginhusir. hodie Giggenhauſen, in eadem Præfectura.

NUM. DXLVI.

Anno ad Kysinhusun partem ſilve tradidit, & pretium accepit.

HOc ad notitiam multorum veniat, quia jam vir venerabilis Hitto Epiſcopus, & Advocatus ejus Reginperht dederunt quidam homini nomine Anno caballum unum ad decem ſolidos conprobatum, & in veſtitu, & alia pecunia ſolidos quinque, & conparaverunt unam ſilvam in loco Kyſinhuſir, quod erat in longitudine menſura jugerum XXX. in latitudine perticarum XVI. quod adjacet ſilve Abbatis Iskarij. Eo modo ipſam ſilvam contra illo ſupra dicto pretio firmiter in manus Reginberti ipſe Anno tradidit, qui temporalis poſſeſſor eſſe ipſo die dinoſcitur, ut ab illo die in poteſtate, & dominatione permanſiſſet Sanctæ Mariæ, & Domni Hittonis Epiſcopi, ut nec ipſe, neque ſucceſſores ejus poteſtatem habuiſſent nullo modo commutandi, vel minuendi, ſed vinditio hæc incommutabilis permanſiſſet, & iſti teſtes more Bajovvariorum ad

Digitized by Google

ad confirmationem in teſtimonium tracti: Reginperht, Piligrim, Ermperht, Deotrih, Rihperht, Macho, Reginperht, Wicco, Friduperht, Reginperht, Purcman, Wicperht, Hartmot, Tetti, Vicperht, Willihelm, Kiſalhart, Arbeo, Tato, Starcholf, Reginheri, Deothelm, Reginhoh, Uro, Eigolt, Appo, Pruninc, Wolfheri, Memmo. hoc factum eſt ad Haholfeshuſun in XVIII. Februarii, anno Incarnationis Domini DCCCXXVIIII. Hludovvici Imperatoris anno XVII. Indictione VII. & ego Cozroh hoc videns, & audiens conſcripſi juſſione Hittoni Epiſcopi.

NUM. DXLVII.

Hroadhoh tradit de Perc rem eccleſiaſticam.

PReſentem ſeculum ruinis crebreſcentibus multimodis caſuram videbimus, & omnes in eam confidentes tamquam umbra preterire, & nihil ſtabile eſſe, niſi quod Deo omnipotenti in preſenti ſeculo de caducis, & terrenis rebus juſtis laboribus puro corde offertur, hoc & in æterna ſecula percipere Domino promittente confidimus, qui dixit: facite vobis amicos de Mammona iniquitatis, ut cùm defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula. Ideo in Dei nomine ego Hroadhoh, quicquid jure hereditatis habui in Eccleſiaſtica re in loco, que dicitur Perc, hoc totum, & integrum firmiter tradidi ad domum Sanctæ Mariæ ad Frigiſinga, ubi electus Dei in corpore requieſcit Sanctus Corbinianus, & ubi hodierno die dominicarum ovium Paſtor, & Rector preeſſe dinoſcitur Hitto Epiſcopus, ut ibidem perpetualiter pro remedium anime meæ permanſiſſet, eo modo, ut poſt obitum meum ſine ulla contradictione ad prefatum locum cum omni integritate de partibus meæ hereditatis teneatur, & poſſideatur. Hoc factum eſt anno Incarnationis Domini DCCCXXX. Indictione VIII. Hludovvici Imperatoris XVI. die dominico, XVIII. Kal. Septembris. Et ipſam traditionem de altare Sanctæ Mariæ ſuſceperunt Advocatos Sanctæ Mariæ Reginperht, & Piligrim, & ipſi teſtes, & alii quam plurimi: Willihelm, Sigiperht, Irminfrid, Irminheri, Deotrih, Kerperht, Drutmunt, Amalperht, Nendilo, Wolfheri, Alavvih, Tuto.

NUM. DXLVIII.

Baaz in Carontania ad Malihhindorf.

IN Chriſti nomine. Notum ſit omnibus in Chriſto fidelibus, quòd ego quidem Baaz de genere Carontania Sclavaniorum trado propriam hereditatem meam in loco jam dicto Malihhindorf, in mancipiis, & in omnibus cauſis, que ad mea parte contra fratrem meum accipio in capſa Sanctæ Mariæ, ut ad ipſo ſede epiſcopatui firmiter permaneat poſt obitum meum, ut neque frater meus, aut aliquis ex parentibus meis poteſtatem habeat aliquid inde abſtrahere vel minuere, ſed firmiter, & ſtabiliter ad ipſa caſa Dei permaneat. Iſti ſunt teſtes per aures tracti: Mahtuni, Hatto, Kaganhart, Crimuni, Wituhhi, Ellanperht, Hiltiperht. Actum eſt ad Herihhingas Hittoni venerabili Epiſcopo preſente in VII. Kal. Februarii anno Hludovvici Imperatori ſui XVII. Indict. VIII. Ego quidem Amalrih indignus Subdiaconus ſcripſi hanc traditionem ex juſſu Hittonis venerabilis Epiſcopi.

Digitized by Google

NUM. DXLIX.

Traditio Waldperhti Presbyteri ad Phetarah, quod dicitur ad Chadalesdorf.

IN nomine Dei, & Salvatoris noſtri Jheſu Chriſti. Notum ſit multis in Bajovvariorum partibus nobilibus viris conſtitutis, quòd Waldperht Presbyter cum poteſtative manu tradidit propriam hereditatem ſuam ſimul cum Chadolone Advocato ſuo, quicquid in proprijs cauſis habere videretur, & parentes illius ei dimiſerunt in hereditatem ad Phetarach, quod dicitur Chadolesdorf, hoc totum, & integrum tradidit ad illo altare. ad Zartinchiricha, & in poteſtate Sanctæ Mariæ Frigiſigenſis, ubi electus, & Sanctus Corbinianus in corpore requieſcit, & in ipſa traditione codices IIII. Miſſalem, Comitem, Officialem, Antiphonarium, & nihil prædimiſit, niſi mancipia III. ut poſt obitum ejus totum ex integro ſine ullius hominis contradictione ad ſupra nominato domo firmiter in evo permaneret, & fidejuſſor ipſius traditionis veſtituræ Chadol. & hæc ſunt teſtes per aures tracti: inprimis Reginperht, Pillunc, Nuoto, Olof, Tetti, Reginpald, Cundheri, Chadol, Hartmot, Wicperht, Friduperht, Engilpero, Otperht, Heriperht, Mahtperht, Alavvih, Wicco, Kernand, alius Reginperht, Iſſo, Wolfheri, Ratpot, Mahho, Mahtuni, Wolfdregi, Kaganhart, Arbeo, Altrih, Deotker, Hunker, Urolf. Actum eſt hoc ad Zartinchiricha in III. Kal. Auguſti, coram Hittone venerabili Epiſcopo, anno Hludovvici Imperatoris ſui XVII. Indictione VIII. Ego quidem Undeo indignus Diaconus ſcribſi hanc traditionem ex juſſu Hittoni venerandi Epiſcopi.

NOTÆ.

Miſſalem, Comitem. Comitis nomine hic intelligitur liber, ex quo in Miſſa Solenni Epiſtolæ leguntur. Vide Fratres Macros in Hierolexico ſub voce *Comes: & Lectio.*

Officialem. Liber officialis olim dicebatur, qui continet quotidianas preces, ad quas tenentur Eccleſiaſtici. Hodie Breviarium dicimus. vide eosdem.

NUM. DL.

Traditio & Renovatio ante actæ traditionis Ruboni Archipresbyteri.

BEatæ memoriæ Rubo Archipresbyter ſuam amplificare ſtuduit baſilicam in loco Tanſtetti, & in omnibus reædificare, & in alio loco conſtituere, vel etiam ſuam renovare ante actam traditionem. Ipsâ verò Eccleſia reædificata, & in omnibus emeliorata advocavit ſupra dictus Rubo Hittonem Epiſcopum ipſam Eccleſiam dedicandam, adveniénsque præclarus Pontifex ſuis ſupplicationibus, petitionibúsque adquieſcens, almis, candidísque manibus ipſam Eccleſiam dedicavit, ipsáque dedicatione ſolemniter celebrata coram multis adſtantibus acceſſit memoratus Archipresbyter Rubo, anteactam traditionem renovavit, & per pallium Altaris firmiter tradidit in capſam Sanctæ Mariæ, & in manus Hittoni Epiſcopi ipſam Eccleſiam, & omnem proprietatem ſuam, quam in ſuam partem de ſuis fratribus accepit, & partem Matris ſuæ Itispurc nomine, eò quòd mater ejus omne, quod ad juſtitiam propriam de marito accepit, totum ex integro filio ſuo Ruboni condonavit, & firmiter tradidit, ipséque Rubo pro patris ſui animam nomine Sigipald, & matris ſuæ, & pro ſeipſum firmiter, atque indubitanter ad domum Sanctæ Mariæ Matris Domini, ſeu Sancti Corbiniani Confeſſoris Chriſti in loco Frigiſinga condonavit, & firmiter tradidit, hoc eſt in tribus locis, ad Tanſtettin, quod vicus

vicus vocatur Humpla, ad ſtroagun, & ad Isana, quicquid enim in ipſis tribus locis proprie hereditatis habuit cum omni integritate ad Frigiſingas domui Sanctæ Mariæ tradidit, preter unum manſum veſtitum cum mancipijs, & plena colonia, ſicut ſervi debent habere, & ſtatim pro fune ſigni de omnibus rebus ſuis veſtivit, & inde per ſuperliminare domûs in omnibus firmiter veſtivit, & exivit Rubo Archipresbyter, & intravit Hitto Epiſcopus, & ipſam veſtituram firmiter peractam accepit, & ipſam noctem nullo contradicente in ipſo domo de ipſis rebus veſtitus ibidem manſit. Hoc factum eſt ad Tanſtetin anno Incarnationis Domini DCCCXXXI. Indictione VIII. Hludowici Imperatoris ſui anno XVII. & Hludovvici Regis Bavvariorum anno V. in VIII. Idus Aprilis, & iſti teſtes more Bavvariorum per aures tracti: Kerhart, Willihelm, Drudolt, Hartnid, Mahtuni, Wicco, Marcho, Cozleip, Friduperht, Sigipald, Reginperht, Ratolf, David, Pezzi, Coteſcalch, Helmker, Erchanfrid, Hringolf, Arbeo, Rechant, Paldrih, Wisurih, Heriperht, alius Willihelm, Macho, Crimolf, Reginperht, Cundhelm, Wago Capellanus, Undeo Diaconus, Erchanperht Diaconus.

NUM. DLI.
Traditio Salomoni Clerici ad Holze.

DUm & omnibus non habetur incognitum, qualiter convenientiam fecerunt inter ſe Symon Presbyter, & Salomon Clericus pro remedio animarum ſuarum, & pro Arberti Presbyteri, & Audachri Epiſcopi, vel parentum, & genitorum ſuorum, ut apud Deum omnipotentem mereantur peccatorum accipere indulgentiam omnes communiter in regno cælorum. Ideoque convenit eos, ut hereditatem eorum, & adquiſitiones in omnibus communiter uſitarent, & emeliorarent, usque dum in iſta caduca vita degerent in Dei omnipotentis ſervitio, quicquid habuiſſent in loco, quæ dicitur ad Holze prope rivolo, qui dicitur Croaninpah. Ipſis enim verbis inter ſe confirmatis acceſſit ſupra dictus Salomon Clericus, & tradidit ad altare Sanctæ Mariæ Virginis, & ad ſepulchrum Sancti Corbiniani Chriſti Confeſſoris tam pro ſe, quàm pro parentes ſupra memoratos, ut in perpetuum permanſiſſet ad domum Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas curtem cum domo, & omnibus ædificijs, mancipijs XX. his nominibus: Herimar, Liupheri, Wolfperht, Gavvvipald, Oadalrih, Alto, Horſco, Otrat, Raathoh, Fruotheri, Pezziſta, Mahtcund, Perhthild, Deotdrud, Cotafrid, Anna, Frauuihilt, Engilsvvind, Ratpirc, Wolfila, terris cultis, & incultis, pratis, paſcuis, ſilvis, aquis, aquarúmque decurſibus, nihil pretermiſit, ſed omnia in omnibus firmiter tradidit ad domum Sanctæ Mariæ, eo modo, ut ſi unus alio ſuperſtis fuiſſet, aut Salomon Symoni, vel etiam Symon Salomoni, ipſe, qui vivus relictus ſit in hac vita, habeat ambas res illorum, poſt obitum verò amborum illorum, ambas res illorum cum omni emelioratione, & augmentatione permaneant ſine inpedimento, & contradictione ad domum Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas. Hoc factum eſt anno Incarnationis Domini DCCCXXXI. Indict. VIII. Hludovvici Imperatoris anno XVII. Hludovvici Regis noſtri anno V. in Kalendis Julij. Iſti teſtes per aures tracti: Wago Capellanus, Aaluni, Toto, Irminfrid, Wicco, Rihperht, Kerperht, Pezzi, Wigant, Kaganhart, Altolf, Heimperht, Tozi, Ratolt, Kerolt, Cundroh, Hadolt, Sigihart, Salomon, Kernand, Drammir, Rubo Archipresbyter, Sigihart Archipresbyter, Oadalpald Presbyter, Elizo Presbyter, & alij. Hoc peractum ad Frigiſinga in preſentia Hittonis Epiſcopi, & omnis familiæ Sanctæ Mariæ. Et ego Cozroh hoc videns, & audiens conſcribſi juſſione Hittonis Epiſcopi.

Digitized by Google

NUM. DLII.

Quomodo Pezzi, & Managolt Silvam tradiderunt.

AD nótitiam cunctorum fidelium pervenire decrevimus, quòd quidam nobiles viri, quorum nomina Pezzi, & Managolt tradiderunt ad domum Sanctæ Mariæ propriæ hereditatis ſilvam in loco, quæ dicitur Calcunpergun menſure jugerum L. ut in perpetuum permaneret ad domum Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas, & pro hoc acceperunt Caballum I. & alia pecunia Wergeldum reddendum. Iſti teſtes: Liutfrid, Hiltolf, Macho, Adalunc, Waninc, Hemmo, Mahtuni, Kysalperht, Starcholf, Amo, Israhel, Ramvolf, Wolfpald, Willipald, Isker, Erchanhart, Epucho. Poſtea verò in publico placito hoc confirmaverunt coram Werinhario Comite, & Oagone Comite. Iſti teſtimoniales, qui hoc viderunt, & audierunt, Kyslolt, Liuto, Rihperht, Walch, Coteperht, Chuntilo, Ellanperht, Deotperht, Hantker, Pirhtilo, Hroadpald, Hunilo, Paugolf, Salucho, Altman, Drudolt, Hatto, Recho, Liutker, Haholt, Adalperht, Kysalperht, Crimperht, Altolf, Waltheri, Arbeo, Reginperht, Erchanperht, Ellannod, Lupo, Luitprant. Actum eſt hoc anno Incarnationis Domini DCCCXXXI. Indictione VIII. Hludovvici Imperatoris anno XVII. Hludovvici Regis Baivvariorum anno V. in V. Kal. Majas.

NUM. DLIII.

Quomodo Ascrih Presbyter renovavit traditionem ſuam in tres Loc.

IN nomine Domini. Ego itaque Ascrih Presbyter renovavi priſtinam traditionem, & iterum renovando pro remedium anime meæ, quicquid pater meus mihi in hereditatem dimiſit ad Kysalpach, vel quicquid ego adquirere potui ſimiliter ad Swindacha, quicquid ibidem conparationis, vel adquiſitionis habui & ad Tegarinvvac coloniam unam poſt vitam meam, & fratris mei Totoni, & ad Fiſcaha de pratis medietatem, hoc totum, & integrum firmiter tradidi ad domum Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas, ut ibidem pro remedium animæ meæ, & parentum meorum patris, & matris perpetualiter permanſiſſet cum iſtis mancipijs, quorum nomina: Reginhart, Ratperht, Heriman, Alaman, Ellanker, Heimuni, Zotan, Coteperht, Hunker, Cotedeo, Anna, Imma, Welatrud, Ratdrud, Lantpirc, Lantſvvind, Purclind, Sigidrud. Iſti teſtes: Waninc, Toto, Wichelm, Kaganhart, Wicco, Pezzi, Frumolt, Karaheri, Eigil, Heimperht, Tozi, Mejol, Svvidker, Hitto, Hartmot, Altiperht, Sigihart, Herolf. Hoc factum eſt in IIII. Kalendas Junias in preſentia Hittonis Epiſcopi, & omnis familiæ Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas, anno Incarnationis Domini DCCCXXXI. Indictione VIII. Hludovvici Imperatoris ſui anno XVII. Hludovvici Regis noſtri anno V. Ego itaque Anno Diaconus juſſione Hittonis Epiſcopi conſcribſi.

NUM. DLIV.

Oata tradidit ad Peraloh.

IN nomine Dei, & Salvatoris noſtri Jheſu Chriſti. Notum ſit multis in hac provincia nobilibus viris, qualiter quidam nobilis femina nomine Oata cogitabat, ut aliquam veniam apud pio Domino conquirere, & merire potuiſſet delictorum illius, veniebat ad Frigiſingas, ubi Sanctus Corbinianus in corpore requieſcit illa ſupra nominata Oata cum propinquis, & acceſſit ad illo altare, & tradidit cum poteſtative manu ad illo altare totum ex integro, quicquid in pro-

Digitized by Google

proprijs cauſis ad Peralooh haberet videretur, cum curte & domo, alijs edificijs, cum pratis, & agris, cultis, & incultis, cum armentis, & alijs pecoribus, cum mancipijs nomina eorum: Paldrat, Sniumrat, Reginperht, Deotſuind, Hiltifrit, Herisvvind, ut hoc haberet, & uſitaret uſque in finem vitæ ſuæ, & poſt obitum illius ſine ullius hominis contradictione ad Frigiſingas in evo permaneat. Hæc ſunt teſtes per aures tracti, qui hoc viderunt, & audierunt: inprimis Sigideo, Heriperht, Mahtuni, Wicco, Oadalker, Pezzi, Ratpot, Kaganhart, alius Heriperht, Arpeo, alius Kaganhart, Herolf, Wolfrid, Altaperht, Mejol, Mothart, alius Kaganhart. Actum eſt hoc ad Frigiſingas in Kalendis Julij, anno Hludovvici Imperatoris ſui XVII. Hludovvici Regis Bajovvariorum anno V. Indictione VIII. anno Incarnationis Domini DCCCXXXI.

NUM. DLV.

Quomodo diviſerunt Hitto Epiſcopus, & Kernod ad Ahaloh, & ad Wilpach.

IN nomine Domini. Notum ſit cunctis fidelibus, quia quidam germanos nobiles viros, quorum nomina Kerolt, & Kernod, qui communem hereditatem patris matris ſue habuerunt non inter ſe diviſum, ſed communiter ſine diviſione uſitaverunt, ſicut amabiles fratres Dei amore uſitare debuerunt, quorum unus Domini diſpenſatione, cui nomen Kerolt ad Diaconi officium ordinatus erat, & convenit utroſque, ut ipſe Keroldus Diaconus partem hereditatis ſuæ, quod erat in duabus locis ad Ahaloh, & ad Wilpach firmiter tradidiſſet ad domum Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas, & ita perfecit, & firmiter confirmavit. Aliquantis poſt hæc annis contigit eum de hoc ſeculo migrâſſe, & venit ad pium Pontificem Hittonem ſuperſtis frater Kernod ſupplicando, ut per ſuam clementiam miſericorditer cum illo dividere dignaretur; Ipſe etenim pijſſimus Pontifex ejus dolori conpaſſus cum conventione hoc permiſit fieri. Eo modo diviſerunt inter ſe, ſicut utriſque oportunè videretur. Inde acceſſit Kernod, & quicquid ad Willpach proprietatis, vel adquiſitionis habuit terris cultis, & incultis, ædificijs, pratis, paſcuis, ſilvis, quicquid ad ipſo loco pertinere videretur hereditatis ipſorum, hoc totum, & integrum dimiſit in manus Hittoni Epiſcopi in ſuam portionem de portione hereditatis Keroldi Diaconi, & contraplacitabat omnem inquiſitionem pro hoc inter ipſis de ipſo loco, ſimiliterque venerandus Hitto Epiſcopus, quicquid Keroldus Diaconus habuit hereditatis ad Ahaloh, hoc totum, & integrum terris cultis, & incultis, ædificijs, pratis, paſcuis, ſilvis dimiſit in manus Kernodi in ſuam portionem, ſicut portionem hereditatis ſuæ debebat accipere de fratre ſuo Keroldo Diacono. Iſti teſtes more Bajowariorum per aures tracti: Rihho Comis, Odolt Advocatus, Wicco, Erchanperht, Arhart, Sindi, Tiso, Adalunc, Altrih, Mahtuni, Irminheri, Cundpald, Hahkis, Engilperht, Chraft. Hoc factum eſt ad Frigiſingas in VIII. Idus Auguſti, anno Incarnationis Domini DCCCXXXI. Indict. VIII. Hludovvici Imperatoris ſui XVII. Hludovvici Regis noſtri anno V. Et ego Cozroh hoc videns, & audiens indignus Presbyter juſſione Hittonis Epiſcopi ſubſcribſi.

Digitized by Google

NUM. DLVI.

Quomodo Tiso Presbyter ſuam renovavit traditionem ad Pullinhusun.

NOtum ſit cunctis fidelibus, veraciſque viris, quia Tiso Presbyter renovavit traditionem ſuam ad Pullinhuſun, & tradidit ad domum Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas Eccleſiam cum domo, & curte, mancipia, & pecora, & omnia, quæ habuit terris cultis, & incultis, ſilvis, pratis, paſcuis, mobile, & immobile, nihil pretermiſit, ſed omnia in omnibus totum, & integrum, quicquid elaborare, vel adquirere potuiſſet, poſt obitum ſuum firmiter permanſiſſet ad domum Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas. Hoc factum eſt ad Frigiſingas in III. Nonas Auguſti, anno Incarnationis Domini DCCCXXXI. Indict. VIII. Hludovvici Imperatoris ſui anno XVII. Hludovvici Regis Baivvariorum anno V. Iſti teſtes: Liutpald Comis, Iſangrim, Odolt Advocatus ipſam traditionem accepit, Coteperht, Hiltipald, Snelhart, Chuniperht, Kernod, Alpuni, Adalhart, Perhtolf, Wigant, Kerperht, Tizan, Wicco, Oadalker, Mahtuni, Kernand, Urolf, Kaganhart. Et ego Cozroh indignus Presbyter hoc videns, & audiens juſſione Hittonis Epiſcopi conſcribſi.

NUM. DLVII.

Traditio Ascribi Capellani ad Riute.

IN nomine Domini. Notum ſit cunctis fidelibus, quia ego Ascrih Capellanus tradidi ad domum Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas, quicquid proprie hereditatis habui in loco, quæ dicitur ad Riute, hoc eſt Deotfrideshopa, & quicquid ad hæc jure pertinere debet, omnia in omnibus de meo jure in jurem, & poteſtatem tradidi Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas, ut à preſente die ibidem traditum, & confirmatum permaneat pro remedium animæ meæ. Hoc factum eſt anno Incarnationis Domini DCCCXXXI. Indict. VIIII. Hludovvici Imperatoris ſui XVII. Hludovvici Regis noſtri anno V. in VIII. Kal. Septembris. Iſti teſtes Amalrih Comis traditor, & teſtis, Frumolt, Pezzi, Mahtuni, Eparheri, Altrih, Oadalker, Arhart, Wicperht, Arbeo, Heriperht, Eparmunt, Sigifin, Cundfrid, Ellanrih, Salomon, Watto, Hadafrid, Salucho, Erchanperht. Ego Cozroh Presbyter ſcribſi.

NUM. DLVIII. a.

Onhilt ancillam ſuam tradidit.

GNarum caterva conperiat, quòd quædam Sanctimonialis femina nomine Onhilt pro remedium animæ ſuæ tradidit propriam ancillam ſuam nomen Willahilt ad altare Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas, ut ad domum Sanctæ Mariæ, ubi Paſtor, & Rector Hitto Epiſcopus preeſſe hodierno die dinoſcitur, perpetualiter permanſiſſet. hoc factum eſt publicè ad Frigiſingas in ipſo domo Sanctæ Mariæ, anno Incarnationis domini DCCCXXX. Indict. VIII. Hludowici Imperatoris XVII. Iſti teſtes more Bajovvariorum per aures tracti: Adalperht, Adalhart, Eigil, Heriperht, Altrih, Ato, Tozi, Hartmot. die conſule quod fecit pridie Nonas Julias. Et ego Cozroh indignus Presbyter juſſione Hittoni Epiſcopi hoc videns, & audiens conſcripſi.

NOTA.

Ancillam ſuam: quæ utique erat mancipium.

NUM. DLVIII. b.

Traditio Ekkyhobi ad Hrammespah.

AD noticiam cunctorum pervenire decrevimus, quia Ekkihoh Clericus omnem proprietatem hereditatis ſuæ, quicquid de patre, vel fratre ſuo in propriam portionem hereditatis accepit in loco Hrammespah, hoc totum & integrum, vel quicquid adquirere potuiſſet terris cultis, & incultis, mancipiis, ædificiis, pecuniis, pecoribus, pratis, paſcuis, ſilvis, aquis, aquarúmve decurſibus, mobilibus, & immobilibus, omnia in omnibus, quicquid de patre, vel fratre ſuo in proprietatem diviſum ab illis accepiſſet, vel adquirere potuiſſet, firmiter tradidit ad domum Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas, eo modo, ut ipſam rem, vel quicquid Ekkihart Presbyter in ipſo loco proprie hereditatis habuiſſet, in beneficium accepiſſet ad uſitandum, & emeliorandum, non in nullo comminuendum usque in finem vitæ ſuæ. Hoc factum eſt anno Incarnationis Domini DCCCXXXI. Indict. VIIII. Hludovvici Imperatoris ſui XVII. Hludovvici Regis noſtri V. Iſti ſunt, qui hoc viderunt, & audierunt, & teſtes extiterunt: Liutpald, Ratolt, Tiſo, Reginpald, Madalker, Alavvih, Reginperht, Eparheri, Piligrim, Hahkis, Wicco, Heriperht, Tagaperht, Odolt, Hiltipald, Huasmot, Hugiperht, Adalhart, Hartnid, Ratkis, Mahtperht, Ato, Kerperht, Arhart, Wigant, Pezzi, Kaganhart, Rato, Poapo, Chuniperht, Adalfrid, Egilolf, Deotpald, Ratkis, Heriperht, Kaganhart, Odolt, Kerperht, Irminfrid, Hitto. die conſule, quod facit in Idibus Septembris. Et ego Cozroh indignus Presbyter hoc videns, & audiens conſcribſi.

NUM. DLIX.

Traditio Sigiſunsi ad Puppiningas.

IN nomine Domini noſtri Jheſu Chriſti. Notum ſit cunctis fidelibus, quia quidam Presbyter nomine Sigiſuns cogitans pro remedium animæ ſuæ, quicquid habuit propriæ hereditatis, vel adquiſitionis in loco Puppininga preter unum mancipium, quod ei animo conplacuiſſet, aliud, quicquid habuit in mancipiis, pecoribus, pecuniis, terris cultis, & incultis nihil pretermiſit, ſed omnia in omnibus firmiter tradidit ad domum Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas. Hoc factum eſt in publico ſynodo ad Frigiſingas in V. Idus Octobris Indict. VIIII. anno Incarnationis Domini DCCCXXXI. Hludovvici Imperatoris ſui XVII. Hludovvici Regis noſtri V. Iſti ſunt, qui hoc viderunt, & teſtes extiterunt: Timo palacij Comes, Luitpald Comes, Heipo, Einheri, Wicco, Mahtuni, Arahad, Willihelm, Erchanolt, Ambricho, Arhart, Sigihart, Tutti, Cundheri, Rihperht, Heriperht, Hiltipald, Iſanhart, Piligrim, Einhart, Friduperht, Ato, alius Friduperht, Pezzi, Willahelm, Liuthart, Jacob, Ato, Poapo, Adaluni. Et ego Cozroh hoc videns, & audiens conſcribſi.

NUM. DLX.

Traditio Jacobi ad Alpihun.

IN nomine Domini noſtri Jheſu Chriſti. Ego itaque Jacob cogitans pro remedium animæ meæ tradidi ad domum Sanctæ Mariæ, quicquid proprietatis, vel adquiſitionis habui in loco Alpicha, hoc totum, & integrum firmiter tradidi in altarem Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas, ut in perpetuum ibidem cum omni integritate firmiter permaneat. Hoc factum eſt ad Frigiſingas in publico Synodo in VI. Idus Octobris, Indictione VIIII. anno Incarnationis Domini

mini DCCCXXXI. Hludovvici Imperatoris ſui XVII. Hludowici Regis noſtri V. Iſti teſtes: Herilant Comes, Liuthart, Nidhart, Jacob, Petto, Heito, Sigivvin, Oadalrih, Irminfrid, Arahad, Kejo, Tuti, Ato, Cundheri. Et ego Cozroh Presbyter hoc videns conſcribſi.

NUM. DLXI.

Traditio Engilharti Clerici de Filuſa.

PErmittente, & adjuvante piiſſimo Pontifice Hittone per ſuam miſericordiam quidam vir nobilis nomine Engilhart Clericus omnem proprietatem alodis ſuæ, quicquid habuit ad Filusa, hoc totum, & integrum cum omnibus ad hæc pertinentibus firmiter tradidit ad Frigiſingas pro remedium animæ ſuæ, & parentum ſuorum, ut in evum ſine commutatione ibidem permanſiſſet, & mancipia VIII. quorum nomina Hroadrih, Kerrih, Haſo, Cundpirc, Plida, Tuſca, Aza, Irminheri, & quicquid ibidem habuit, nihil pretermiſit, ſed cum omni integritate ibidem firmiter tradidit eo modo, ut hoc ipſum cum beneficio ſuo habeat uſque ad vitam ſuam, & ſi ſuperſtis in hac caduca vita Salomoni Presbytero ſit, poſt vitam ſuam habeat, quod nunc Salomon ad Starginum habere videretur, ut poſt vitam ſuam habeat in beneficium de domo Sanctæ Mariæ, aut ſi Salomon Presbyter ſupervixerit Engilhardum ipſam traditionem Engilhardi ad Filuſa habeat uſque ad vitam ſuam. Hoc factum eſt anno Incarnationis Domini DCCCXXXIII. Indict. XI. Hludovvici Regis Bajovvariorum anno XI. die conſule, quod facit VIII. Kal. Octobris. Iſti teſtes: Anthugi, Marcho, Peppo, Heriperht, Mahtuni, Folchart, Irminfrid, Karuheri, Ramvvolf, Arbeo, Ekkiheri, Reginpald, Oadalker, Hugi, Wicco, Liuprih, Pezzi, Rupo Archipresbyter, Eliuni Presbyter, Meginperht Presbyter, Salomon Monachus Presbyter, Kepahart Diaconus, Welarih Presbyter. Et ego Cozroh hoc videns, & audiens conſcribſi juſſione Hittonis Epiſcopi.

NUM. DLXII.

Quomodo Erchanolf reddidit ad Clana.

COnvenerunt aliqui ad reverentiſſimo viro Hittone Epiſcopo, & dixerunt ei accuſando Erchanolfum Vaſſum ſuum filium Kaganharti, dicentes, quod de adquiſitione, vel conparatione emptionis patris ſui Kaganharti abſtrahere voluiſſet de ipſo domo ad Pettinpah, quod in beneficium Domni Hittonis Epiſcopi habuiſſet ſibi in proprietatem uſurpare voluiſſet hopas V. & mancipia VI. Proinde miſit Domnus Hitto Epiſcopus Miſſos ſuos hoc ad inquirendum Piligrimum Advocatum ſuum, & Odoldum, & ibidem alij quàm plurimi convenerunt hoc cautè inquirendum, & cum juramento inter ſervos puriter inveſtigavimus, quod Kaganhart in beneficium habuit ad Pettinpach hopas ſervorum plenas VI. ad ipſas pertinentes de pratis carradas LXXX. de Selilant jugeres CXX. de pratis carradas C. mancipia inter omnibus XXXI. his nominibus: Ratolf, Engilhart, Hugiperht, Talamot, Paldhart, Nandheri, Leidrat, Koiperht, Reginperht, Wolfpero, Tiholf, Wolfleih, Nandheri, Sindperht, Rathilt, Waltrat, Willidrud, Waltila, Adalhilt, Wolfhilt, Perhtvind, Adalhilt, Petta, Soana, Hiltifrit, Deota, Sigihilt, Kerflat, Willipurc, Soanpurc, & talem partem de ſilva, ſicut Tozi habuit de adquiſitione Kaganharti. Invenimus hobas V. mancipias VI. his nominibus, Waldker, Werimunt, Hulzilo, Maganza, Zamila, Cozni. de pratis carradas LX. hoc ſimiliter ipſe Erchanolf in beneficium Sanctæ Mariæ, vel Domni Epiſcopi Hittoni ſe habere profiteretur. Iſti ſunt, qui hoc audierunt, & viderunt, quod nihil contradicebant: Rotaperht, Rat-

Digitized by Google

Ratkis, Spulit, Odolt, Piligrim, Nothart, Oadalker, Engilrih, Piligrim, Odolt, Sigihelm, Cundhart, Liutpald, Oato, Iſanhart, Cundpald, Otuni, Alhmunt, Erchanolf, Kaganhart, Toto, Kejo, Egino. Et ego Cozroh hoc videns, & audiens conſcribſi.

NUM. DLXIII.

Traditio Totane de Mammindorf.

DEI omnipotentis gratia ego Tota divino amore conpuncta veniens veniebam ad piiſſimum Pontificem protectorem noſtrum Hittonem in locum Kiſalheringa, & tradidi colonicam unam in manus venerabilis Hittoni Epiſcopi, & Advocati ſui Hroadperti cum curtiferis, & cum omnibus ædificiis ſuperinpoſitis, ut in ævum permaneant, & domum Sanctæ Mariæ, & ſervum unum nomine Peruni, quia filij mei ſubjecti ſunt ſervitio Sanctæ Mariæ. Eo modo conplacitavi cum piiſſimo Pontifice ſupra memorato, ut ego ipſam rem habeam ad vitam meam, poſt quoque deceſſum meum ab hac luce filius meus nomine Truunheri ipſam rem habeat, ita, ut annis ſingulis tres dies arat, & hoc colligat, domumque reducat, unum diem fenum ſecat, domúmque recolligat, & caballum ſuum habeat ad ſervitium Sanctæ Mariæ, ubicunque ei à ſenioribus ſuis, vel Magiſtris imperatum fuerit, devotè obediat inperantis imperio, & fideliter impleat ſervitium ſibi injunctum, & filia mea nomine Luiphilt annis ſingulis de capite ſuo in cenſum reddat denarios IIII. ad miſſam Sancti Martini, & ſic poſteritas filiorum meorum in ipſo ſervitio, vel cenſo in ævum permaneant. Hoc factum eſt anno Incarnationis Domini DCCCXXXV. Indictione XIII. Hludovvici Regis noſtri in Bajovvaria regnum gubernante anno X. in Idibus Aprilis. Ipſa colonica, quam tradidi adjacet in publico oppido loco nuncupante Mammindorf, & iſti teſtes per aures tracti: Pilicrim, Gammo, Mahtuni, Nordloh, Hroadperti, Amalo, Urolf, Heriperht, Kaganhart, Rihhilo, Arpeo, Mejol, Erchanperht, Firman, Einhart, Dregil, Pruninc. Ego igitur Amalricus indignus Subdiaconus videns hæc omnia, & audiens conſcripſi.

NUM. DLXIV.

Traditio Reginhilt ad Humplum.

NOtum ſit quàm plurimis iſtius provinciæ nobilibus, veracíſque, quòd quidam nobilis femina nomine Reginhilt tradidit propriam hereditatem ſuam in loco, qui dicitur ad Humplum, quicquid proprietatis ibidem habuit, ſtatim veſtivit, atque dimiſit, & in beneficium accepit, cenſum vvadiavit annuatim, ſtatímque perſolvit denarium I. ob recordationem traditionis. Iſti ſunt teſtes: Sigipald, Rupo, Cozolt, Adalfrid, Richuni, Odolt, Oato, Willihad, Otrihc, Liutperht, Erpho.

NUM. DLXV.

Traditio Egiloni Presbyteri ad Tullininga.

CUrtem cum domo, cum omni integritate, cum mancipiis his nominibus, quorum nomina: Heimuni, Wolfcrim, Tomaheid, in manus Epiſcopi, & Advocati ſui Ermperti, in capſam Sanctæ Mariæ. Iſti teſtes: Job, Wolfperht, Rihheri, Petto, Hato, Hrodhohc, Kyſalperht, alius Richeri, Alpolt, Engilker, Arperht.

NUM.

NUM. DLXVI.

Quomodo Fritilo Presbyter cenſum perſolvit ad Frigiſinga.

NOtitia de traditione, quam jam olim Fritilo Presbyter fecit, quicquic habuit ad Priſingas propriæ hereditatis, vel adquiſitionis jam priſcis temporibus firmiter tradidit ad Frigiſingas, & annis ſingulis cenſum perſolvit ad domum Sanctæ Mariæ hoc ſunt denarios XX. Et iſti ſunt, qui viderunt, quod ad Ehingas in publico Synodo in manus Hittonis Epiſcopi ipſum cenſum perſolvit. Anzo Comis, Rumolt, Reginperht, Willipato, Piligrim, Paldachar, Willihelm, Einheri, Hitto, Liutperht, Hrodperht, Kepahoh, Eigil, Wicco, Rihperht, Pezi, Sigilo, Waltheri, Tozi, Sigimot, Lantperht, Heimo, Reginhart, Friduperht, Irminfrid, Oadalker, Hroadilo, Koteſcalc, Wichelm, Otperht, Choanrat. Hoc factum eſt in IIII. Idus Majas.

NUM. DLXVII.

Traditio Leidrati ad Chamaron.

NOtitia quomodo Leidrat tradidit Alodem ſuum in loco nominato Chamaron, tradidit præfatus Leidrat, quicquid proprie hereditatis habuit ad domum Sanctæ Mariæ ſito in præfato loco ad Chamaron totum ex integro, nihil omnino pretermittens, ſed poſt obitum ſuum firmiter ad præfata domo Dei permaneat, & hoc cum teſtium ſubnexione munivit, quorum nomina ſubter inſeruntur: Paldachar, Cundhart, Heriperht, Wolfunc, Pazrih, Willipato. in loco publico ad Chamaron in III. nonas Decembris Luna V. Indictione VI.

NUM. DLXVIII.

Traditio Utoni ad Eodungesdorf.

NOtitia de traditione, quam fecit Uto in loco, qui dicitur Eodungesdorf; tradidit enim in eodem loco unum locum aptum Eccleſiam ad ædificandum, ſeu domum, vel curtem circumcingendum, ſeu viam ad hunc domum perveniendum; tradidit enim hoc ipſud ad domum Sanctæ Mariæ ſemper Virginis ad Frigiſingas, pariterque ad domum Sancti Johannis Baptiſte ad Ehingas. hoc fecit in præſentia Domni Hittonis Epiſcopi, & aliorum, quorum nomina Sigimot Abbas, Oadalpald Presbyter, Scacca Presbyter, Hiruz Presbyter, Unroh, Deotan, Wago, Hunolt Diac. Wicprant. Nunc autem teſtes per aures tracti: Hamminc, Ekkihart, Iſaac, Frovvigis, Erchanpato, Hroadkelt, Sigihoh, Drudolt, Cundhart, Zotan. Actum eſt hæc in XII. Kalendas Novembris. Ego quidem Tagabertus ſcripſi juſſione Hittonis Epiſcopi.

NUM. DLXIX.

Traditio Antonij Laici.

COgnoſcant ubique juſtitiam exercentes, quòd Antonio honorabilem Epiſcopum in loco, qui dicitur Ollinga, & deligavit ſuam propriam adquiſitionem in manus præfati Epiſcopi omnia ex integro ad domum beatæ Virginis Mariæ pro remedium animę ſuæ præſentibus iſtis: Adalperht Comis, Sigiperht, Liuthram, Ortuni, Cundhart, Reginhoh, Sigideo, Wergio, Enihho, Alavvih, Isker, actum eſt hoc XVIII. Kal. Januarias.

NUM.

Digitized by Google

NUM. DLXX.

Traditio Waldberti Clerici ad Steinhard.

NOtitia de traditione, quam fecit Waldperht in manus Hittoni Epiſcopi tradidit alodem ſuum, quod ad ſe pertinere videbatur totum ex integro nihil omnino pretermittens niſi unam coloniam, ſed ſtabiliter tradidit in manus Hittoni Epiſcopi ad domo Sanctæ Dei Genetricis, hoc eſt, terris cultis, & incultis, pratis, ſilvis, aquis, aquarum vel decurſibus, cum mancipijs, & omnibus utenſilijs, quæ habere cerneretur evis temporibus poſt obitum ſuum ad præfata Sancta Dei Eccleſia firmiter munivit cum teſtium ſubnexione, quorum nomina ſubter inſeruntur. Pern Presbyter, & Monachus, Meginperht Presbyter, & Monachus, Fritilo Presbyter, Liutheri Presbyter, Ratolf Presbyter, Oadalman Diaconus, Oato Clericus, Helmuni Clericus, Wolfperht Clericus, Podalunc Clericus. Hæc ſunt teſtes per aures tracti: Rumolt, Hunmar, Liutprant, Hatto, Engilrih. factum eſt hæc traditio ad Monaſterio nominato Iſana V. Idus Auguſti, Luna VIII. Indictione V.

NUM. DLXXI.

Renovatio traditionis Ekkiharti Presbyteri ad Pergum.

VEnerabili in Chriſto Patri Hittoni Epiſcopi ad illo monaſterio ad Frigiſingas ad Sanctam Mariam in honore conſtructus ego in Dei nomine Ekkihart Presbyter dum cognitum eſt, quod res meas, vel mancipias, tam manſis, domibus, campis, pratis, ſilvis, pomis, paſcuis, aquis, aquarúmque decurſibus, cultum, & incultum, mancipias, ſervos, acolabus, meritum acolanorum, pecunias, vel ad ipſa loca Sancta dono in perpetuum pro remedium anime meæ, ut permaneat eſſe volo, quod eſt in villa ad Walde hoc eſt: Hruadcoz, Engilhart, Caganhart, Deothart, Reginhart, Othram, Engilvvih, Waſapurc, Kerpurc, Perthrat, Adalperht, Uadalperht, Rihfrid, Heimrat, Fridipirc, Rihfrit, Puoto, Paldilo, Zeizman, Liuporta.

NUM. DLXXII.

Traditio Cundpaldi Laici.

TRaditio Cundpaldi, quam fecit ad Cozhiltahuſum ad domum Sanctæ Mariæ, quod conſtruitur in loco nominato Frigiſingas, totam alodem ſuam, ſeu adquiſitionem ſuam, cultum, & incultum, nihil omnino pretermittens, ſed firma traditione poſt obitum ſuum ad præfato domo Sanctæ Dei Genetricis cum teſtium munitione firmavit, & hæc nomina teſtium: Crimperht, Sindeo, Einhart, Altuperht, Kernand, Trubtman, Haholf, Wilipato, Unarc, & aliorum, qui adſtantibus, & audientibus facta eſt hæc traditio VII. Kal. Octobris.

NUM. DLXXIII.

Traditio Alprici, & Ootlanti Clerici.

NOtitia, qualiter Alprih, & Ootlant frater ejus vendiderunt propriam hereditatem ſuam ad Hittone Epiſcopo in loco, quæ dicitur Fogalfelda de illorum confingis, quod ultra flumina Iſara in auſtrale parte, quod ibi-

Digitized by Google

dem habere videbantur in propriætatem, ac de Epiſcopo econtra pecuniam acceperunt, & quod ſuperfuit de adpretiato, hoc tradiderunt ad altare Sanctæ Mariæ pro remedium anime eorum. Iſti ſunt teſtes: Haholf, Snelhart, Sigipald, Hitto, Hrodhart, Pilicrim, Uro, Reginperht, Liutker, Memmo, Ootperht, Crimuni, Wolfheri, Ampricho, Reginperht, Rihperht, Hunkis, Reginheri, Adalunc, Petto, Alpheri, Puapo, Aarperht, Sigiprant, Diotrih, Cozolt, Heriperht, Arpeo. Actum eſt hoc ad Frigiſingas. Fidejuſſores: Wolfheri, Ampricho.

NUM. DLXXIV.

Traditio Hrooswind.

IN Dei nomine. Notum ſit cunctis fidelibus iſta traditio, quam fecit Hrooſvvind, & Uulvinc vocatus ejus pro Reginpertum maritum ſuum, ut ille aliquam partem adquiſiſſet in regno Dei pro remedium animæ ſuæ. Nunc ego ipſe Hrooſvvind, & vocatus meus, qui ſupra notatur, trado, atque transfirmo ad domum Sanctæ Mariæ, ſeu Sancto Corbiniano Confeſſori Chriſti ad Frigiſingas, ubi modò Hitto Epiſcopus preſenti temporis eſt Rector videtur, trado ego ipſe cum mea manu unam partem in loco nuncupato Ansharesbuſir, quod pater meus dimiſit mihi jure proprietatis in hereditatem, illa ipſa pars eſt in ſilvis quod XII. perticas continet in latitudine inter conmar, & coheredibus meis, qui ibidem preſentes fuerunt, quando hoc factum fuit, nunc firmare cupienter volo, ut iſta traditio ſit ſtabilis, & inmobilis a alicubis perſonis, ut in perpetuum ſit firmatum ad domum Sanctæ Mariæ, & ſi aliquis de coheredibus hanc cartulam temptare ſi frangere poſſit, in iram Dei incurrat, & à liminibus Sanctorum ſit extraneus. Iſti ſunt teſtes, qui per aurem tracti ſunt, qui hoc viderunt: Engilhart, Adalperht, Walho, Petto, Reginhoh, Ermperht, Anno, Oadalſcalh, Otperht, Herivvart, Engilrih, Kepahoh, Tetti, Cundhart, Meginrat, Irminfrid, Altolf, Pruninc, Hunperht, Purcman, Kisalfrid, Altperht, Reginperht, Isancrim, Willihelm, Reginhart, Situli, Oadalhart, Lantfrid, Isanhart. Actum eſt hoc ad Cella, & in illo ipſo termino in VI. Idus Martias, in die dominico.

NUM. DLXXV.

Traditio Rapatoni Presbyteri.

TRaditio Rapatoni Presbyteri proprij alodis, ſeu adquiſitionis ad Sanctam Mariam in loco nominato Clana, terram cultam & incultam, prata cum ſilvis, vel aquarum utenſilijs, nihil omnino prætermittens, ſed tradidit ad domum Sanctæ Mariæ, quod ædificatur in publico loco Frikiſingenſes, & hoc cum teſtium munitione ſubnexit coram præſentia Hittoni Epiſcopi, & aliorum plurimorum hominum ibidem adſtantium. Et hæc nomina teſtium: Rumolt, Drudolt, Toto, Ramfolf, Adalker, Cundachar, Regino, Mahtperht, Mekinrat, Jacob, Oadalker, Einhart, Wolfcoz, Fridheri, Wicco. Facta eſt hæc traditio XII. Kalendas Februarij.

Digitized by Google

NUM. DLXXVI.

Traditio Heilrate de Glana.

EXortante, & adjuvante piiſſimo Pontifice Hittone, & licentiam condonante, ego humillima ancilla Chriſti cogitans pro remedium animæ meæ, & indulgentiam delictorum meorum, & pro genitorum meorum patris, & matris, & fratris mei Kernandi abſolutione coram Domino tradidi omnem adquiſitionem meam, & fratris mei Kernandi, quicquid habui prope fluvio Clana, hoc eſt, curtem cum domo, & territorio colonicas II. molinas II. de pratis carradas LXXX. vel quicquid ibidem habui, hoc totum, & integrum firmiter tradidi ad domum Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas, ut ibidem perpetualiter permanſiſſet pro remedium animæ meæ, & parentorum meorum, ut aliquantulum apud pio Domino veniam mereamur accipere, & per miſericordiam piiſſimi patris mei Hittoni Epiſcopi conplacitavi, ut ipſam rem, quam tradidi, ad uſitandum, & emeliorandum habuiſſem uſque ad vitam dierum meorum in hoc ſeculo, & ſi cariſſimus filius meus mihi in hoc ſeculo ſuperſtis fuiſſet, quem mihi in filium adoptavi fratris mei nomine vocatum Kernand, ille ipſas res meas ad vitam ſuam habeat cum ipſo beneficio, quam mihi almivola benignitas Domini mei Domni Hittonis Epiſcopi concedere dignata eſt in loco nuncupante ad Poah, ut ipſe poſt vitam meam ambas res usque ad vitam ſuam habeat ad uſitandum, & emeliorandum, non in nullo comminuendum, & ut firmior confirmatum permaneat de beneficio accepto ad Poah, & de traditione mea peracta prope fluvio ad Clana, poſt vitam meam Kernand annis ſingulis cenſum ad domum Sanctæ Mariæ de mea traditione perſolvat, hoc ſunt denarios XII. poſt amborum quoque de hac vita deceſſu ſine ullius contradictione cum omni emelioratione ſupra dictas res ad domum Sanctæ Mariæ redeant. Hoc factum eſt in domum Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas, anno Incarnationis Domini DCCCXXXIIII. Indictione XII. Hludovvici Imperatoris XXI. Hludovvici Regis noſtri VIII. & iſti teſtes: Kerhart, Tetti, Pillunc, Karuheri, Reginperht, Sigihart, Reginhoh, Cundhart, Kammo, Unto, Tuto, Engilpern, Altolf, Mahtuni, Rathart, Iſanperht, Ratpot, Wanker, Ekkihart, Irminhart, Ratcoz, Supo, Hrodlant. die conſule, quod feci, XII. Kalendas Aprilis. Et ego Cozroh indignus Presbyter hoc videns, & audiens juſſione Hittonis Epiſcopi conſcripſi. Et in ipſo die ſupra dictis teſtibus adſtantibus quidam vir nobilis nomine Reginhoh, quicquid habuit ad Liutperhteshofa hoc totum & integrum firmiter ad domum Sanctæ Mariæ tradidit.

NUM. DLXXVII.

Traditio Iſanberti Presbyteri de Semitum, & cenſus.

NOtum ſit omnibus tam preſentibus, quàm futuris, qualiter Iſanpert Presbyter ſuam propriam alodem ad Semitum domo Sanctæ Mariæ tradidit cum omni integritate, ut in evum inconvulſum perduraret. ſed poſtea petitio illius fuit, ut hoc Engilhardo nepote ſuo in beneficium præſtaret, quod ita & fecit, & pro hoc cenſuit annis ſingulis unum veſtitum lanium, & idem Engilhart in manus Hittonis Epiſcopi ipſum cenſum ad Iſana preſentibus iſtis: Orendil, Ellanperht Comites, Wago, Liutprant, Cundpald, Heipo, Sigur, Sigiperht, Hiltirat, Toto, Petto, Wichelm, Rihperht.

Digitized by Google

NUM. DLXXVIII.

Traditio Hahfridi Clerici de Incinmoſe.

VEnit autem Hahfrid Clericus ad Hittonem Epiſcopum, & quicquid ille, aut Genitor ejus ad Inzinmoſe habuerunt, vel ad domum Sanctæ Mariæ tradiderunt, hoc totum reddidit in manus Epiſcopi, & iterum accepit hoc in beneficium, & ſtatim cenſum perſolvit, ac deinceps annis ſingulis ad Miſſam Sancti Martini denarios VI. perſolvere fatebat iſtis adſtantibus: Wago, Heriperht, Odalpald, Rihpald, Anno, Undeo, Sigihart, Erkanpert, Sigipald, Fparheri, Cozolt, Pertolt, Reginperht, Durinc, Wichelm, Orperht, Rihperht, Wicco, Adalunc, Reginheri. Actum ad Frigiſinga, Nonas Januarii.

NUM. DLXXIX.

Traditio Heriperhti de Phetarah.

COmmemoratio ſit omnibus fidelibus, qualiter Heriperht ad Phetarah tradidit pro ſuis miſſis Aarharto filio ejus, & Hunkiſo III. mancipias: Wolchandrud, Liupdrud, Liupila, & X. jurnales, & VI. carradas de feno pro remedium animæ ſuæ, ac fidejuſſor fuit Einhart. Iſti ſunt teſtes: Haholf, Snelhart, Sigipald, Hitto, Hrodhart, Pilicrim, Uro, Reginperht, Liutker, Memmo, Ootperht, Crimuni, Wolfheri, Ampriccho, Reginpert, Rihperht, Hunkis, Reginheri, Adalunc, Petto, Alpheri, Puapo, Aarperht, Sigiprant, Deotrih, Cozzolt, Heriperht, Arpeo. Actum eſt hoc ad Frigiſingas.

NUM. DLXXX.

Iſangrim de Hiruzpah.

IN nomine Domini commemorationem faciemus de illa traditione, quam fecit Iſancrim ad altare Sancti Martini pro redemptionem animæ ſuæ temporibus Hittoni Epiſcopi parentis ſui tertiam partem in Selilanti ad illa domo, hoc eſt in loco, quæ dicitur Hiruzpahc, inprimis ante Presbyteris, quibus confeſſionem ſuam fecit, hæc ſunt nomina illorum: Rihpald, Juto, Canto. Deinde poſt hæc ante Miſſis Domni noſtri Hittoni Epiſcopi tradidit, & poſuit in manus illorum, nomina illorum: Iſaac Presbyter, Erchanperht Presbyter Miſſa Domni noſtri Epiſcopi, & Pernolf Laicus. Deinde poſt hæc iterum tradidit, & poſuit in manus Miloni illam traditionem, ſicut ſupra ſcriptum eſt veſtire altarem Sancti Martini ad Nertinga Baptiſmi Eccleſiam. Deinde poſthæc Dei omnipotentis judicio vitam finivit die menſis num. IIII. Kal. Majas convenerunt in illo die ad illum multi nobiles parentis ſui corpus ejus ſepelire, & deportaverunt eum ad illa Eccleſia Sancti Martini Confeſſoris; cum autem venit in Eccleſiam, & depoſitus fuerit ejus corpus, & orationes, & preces legantur, antequam corpus ejus extra Eccleſiam deportatus fuiſſet, venit ipſe Milo, qui traditionem illam accepit ab illo, & Ellansvvind Soror ipſius Iſancrimi, & Leo filius ſuus ante altare Sancti Martini, & communi manu firmiter omnes tradiderunt ſimul, & firmaverunt, & veſtierunt altarem Sancti Martini de tertia parte hereditatis Iſancrimi ſui Selilanti, & accepit Pernolf illam traditionem de manu illorum. Hoc factum eſt coram Presbyteris, & coram populis, qui illic preſentes fuerunt. Hæc ſunt Presbyteri: Erinperht, Juto, Lanto, Engilheri. Hæc ſunt teſtes per aures tracti: Reginperht, Reginpald, Iſancrim, Reginhart, Immino, Irminfrid, Durinc, Engilhart, Pruninc, Hunperht, Chuniperht, Kiſalfrid,

Digitized by Google

ſalfrid. Actum eſt autem in loco, qui dicitur Nertinga ad Baptiſmi Eccleſiam, anno Incarnationis Domini DCCCI. Indictione XIIII. Scripſi autem ego Lanto juſſus a Domno Hittone Epiſcopo.

NOTA.

Annus Chriſti in hoc Inſtrumento eſt certo malè poſitus: neque enim eo anno Hitto Friſingenſi Eccleſiæ præfuit.

NUM. DLXXXI.

Traditio Tettini ad Arfrideshuſum, & ſeipſum offert.

IN Chriſti nomine. Ego Tetti tractante me de æterna beatitudine, vel de pœnali judicio, qualiter Deum contemnentes penam incidunt, Chriſtóque adherentes vitam adipiſcunt. Ob hoc igitur ſtatui in animo meo aliquid Deo offerre de hereditate mea propria, quod mihi Dominus concedere dignatus eſt pro redemptione anime meæ. Propterea trado ad domum Dei, quod conſtructum eſt in loco Sceftilare juxta fluvium Iſura ad reliquias Sanctorum Dioniſij, Ruſtici, & Eleutheri omnia, quæ habui in Arfrideshuſun, cultum, vel incultum, mobile, & inmobile, aquarúmque decurrentia, omnia ex integro trado, atque confirmo, ut ibi ſit firmum, & ſtabilitum. Si quis autem contra hanc cartam traditionis quilibet oppoſita Perſona contraire voluerit iram Dei incurrat, & cauſam habeat cum Sancto Dioniſio & partem cum Juda traditore, & carta hæc nihilominus firma permaneat. Et hæc teſtes: Cozolt Presbyter, Iſolt Presbyter, Arfrid Presbyter, Wolfolt, Siffo, Lantperht, item Wolfolt frater ejus. Et ego Tetti me ipſum trado, & ipſe teſtis exiſto.

NUM. DLXXXII.

Ad Slekylespach Hitto Epiſcopus preſtabit.

COmmemoratio fiat cunctis fidelibus, quòd Hitto venerabilis Epiſcopus preſtabit beneficium ſuum in illo loco, qui dicitur Slekilespah cuidam homine Engilmaro propter rogatum Altone Hattoni Uxoris, quia ipſe Engilmar in illius ſervitio ſemper erit. Iſti ſunt, qui hoc viderunt, quod Hitto Epiſcopus illo ipſo hoc preſtabit in beneficium: Iſancrim, Francho, Jacob, Wichelm, Memmo, Engilrih, Heriperht, Alavvih, Orendil, Crimuni, Wihhart, Kerhart, Deotrih, Kerhoh, Quuniperht, Wicco. Actum fuit hoc ad illo loco, qui dicitur Za demo Minnirintan de foras in campo in V. Nonas Julij.

NUM. DLXXXIII.

Cenſus Engilmari de Slegilespach.

NOtitia, quod Engilmar faber reddidit cenſum ſuum Hittoni Epiſcopo pro beneficium, quod habet ad Slegilespach. Cenſus eſſe debet annis ſingulis ſolidus unus argenti. Iſti ſunt, qui viderunt cenſum reddere: Heimo, Wolfperht, Heririch, Wicperht, Wicco, Pezzi, Sigivvart, Altrih, Engilrih, Adalhart, Uro, Cundhart, Mahtuni, Nidhart, Hroadperht, Wigant, Reginperht, Juto, Crimuni, Kerhart, Starcholf, Rantolt, Mejol.

NUM. DLXXXIV.

Rathelm Presbyter ad Paſinpach.

NOtitia, quòd Rathelm Presbyter dimiſit beneficium ſuum ad Baſinpach Hittoni venerabili Epiſcopo in ſuam poteſtatem. Iſti preſentes aderant: Liutpald Comis, Crimperht, Liutperht, Hahkis, Alprat, Ratolt, Meginhart, Adalhart, Adalker, Fritilo, Kernod, Imidanc, Eparhart, Tagâperht, Alpolt, Pupo, Adalpald, Hiltipald, Odolt, Deotrih, Unforht, Anshelm, Cundperht, Lantvvic, alius Ratolt, Keparoh, alius Adalhart, & Fritilo, Heimo, alius Liutpald. Actum eſt hoc ad HolzMohingas in II. Idus Julij.

NUM. DLXXXV.

Ilprant territorium reddidit Hittoni Epiſcopo.

NOtitia, quomodo Ilprant faber territorium reddidit in manus Hittoni Epiſcopi, preſentibus iſtis: Samuel, Sigiperht, Hamminc, Walho, Reginhoh, Adalunc, Ambricho, Cozolt, Rihperht, Cundhart, Marcho, & ceteri multi. VIII. Idus Majas. Ego itaque Pirhtilo ſcripſi.

NUM. DLXXXVI.

Heilrat mancipia tradidit.

IN nomine Domini. Ego Heilrat tradidi pro remedium animæ meæ mancipia V. his nominibus: Waltrat, Tutila, Wanpald, Wanker, Ratpurc in altarem Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas, ut ibidem perpetualiter permaneant. Teſtes Wago, Willihelm, Uro, Hatto, Wicco, Wichelm, Karuheri, Reginhart, Kaganhart, Altrih, Antonio.

NUM. DLXXXVII.

Hittonis Epiſcopi, & Puponis Laici.

NOtum ſit cunctis audientibus, vel legentibus cartulam iſtam, qualiter humilis Hitto dono Dei Epiſcopus unacum quodam homine nomine Pupo utrorumque occaſionem & oportunitatem tractantes decreverunt inter ſe concampiare aliquas res in quibuſdam locis propter ambarum partium oportunitatem. Dedit quoque ſupradictus Pupo venerabili Hittoni Epiſcopo res proprietatis ſuæ, quas habuit in pago Tegrinwac juxta fluvium Iſana, quicquid habere viſus fuit, ibi omnia ex integro jam dicto Epiſcopo in hæreditatem tradidit, & accepit in compenſationem meriti ab Epiſcopo & Defenſore ſuo Reginperto res proprietatis ſuæ, quas ei tradidit quidam Clericus nomine Tozi in loco nuncupato Paſinpah juxta fluvium, qui dicitur Clana, quicquid ſupradictus Tozi ab Auſtro ipſius fluvii hæreditatis habuit, & ſibi tradidit, hoc ipſud quoque Hitto Epiſcopus, & Defenſor ejus Reginpertus Puponi tradiderunt in proprietatem propter ſupradictam traditionem, quam ſibi Pupo fecit, & adhibitis ſociis ſuis ex utraque parte ipſas traditiones firmaverunt, & circumierunt illa confinia, providendo & oſtendendo, ut deinceps ambarum partium oportunitas firma & ſtabilis permaneret. Hæc ſunt teſtes per aures tracti. Engilhart, Toto, Juſip, Einhart, Mathperht, Hunperht, Tuto, Cavvo, Willahart, Kerhoh, Cozperht, Liutto, Helmperht, Ermanolt, Willapato, Ludolf

Digitized by Google

dolf, Lantpald, Rihperht, Situli, Petto, Walho, Reginhoh, Engilhart, Adalperht, Adalunc, Alavvih, Cundhart, Frehholf, Kepahoh, Tetti, Cozolt, Sulman, Tozi, Marcho; Actum eſt hoc II. Nonis Martij. anno Incarnationis Domini DCCCXVIIII. Indictione XIII. anno Hluduvvici VI.

Inſtrumenta ſub Erchanberto Epiſcopo Friſingenſi VII.

NUM. DLXXXVIII.

Traditio Zottoni Diaconi ad Auwolfesſteti, & ad Reode.

NOtitia de renovatione, quomodo venit Zotto Diaconus cum alijs quàm plurimis ad Monaſterium, quod dicitur Slechdorf, quod eſt conſtructum in honore Sancti Dioniſij, & Sancti Tertulini Martyris ipſo die Martyrij ſui, quod eſt pridia Kalendarum Auguſtarum, & tradidit, & renovavit traditionem, quam olim pater ejus Alprih, & mater ſua Imma una cum filio Zottone tradiderunt, & profeſſus fuit coram multis in preſentia Advocatum Odalrici, & Irminfrid, & Miſſi Erchanberti Epiſcopi Cundpaldi, quod pater ſuus, & Mater ſua, & ipſe ad preſens jam olim ipſam traditionem peregerunt. Tunc adjunxit ipſe ſupra dictus Zotto omnem adquiſitionem ſuam, & omnia, quæcumque habere videretur in locis nominatis ad Auvvolfesſtetin, & ad Reode, hoc totum & integrum firmiter tradidit ad ſupra dicto loco Slechdorf cum omnibus ad ipſis locis pertinentibus, cum terris cultis, & incultis, aquis, aquarúmve decurſibus, ſilvis, campis, paſcuis, pratis cum montanis, & omnibus confinijs, & ſuppellectilibus, curtiferis, pomerijs pecunijs, & ædificijs, omnia in omnibus ad augmentatis firmiter, & inviolabiliter ad ſupra dicto loco tradidit, & condonavit preter duos ſervos, quorum nomina Deotuni, & Herivvic, & tertium ſervum tradidit Erchanberto Epiſcopo nomine Hiltuni, alia omnia firmiter tradidit, & renovavit ad ſupra dicto loco Slechdorf. Et hoc ſtatuit & firmiter confirmavit, ſi ille ipſe, aut aliquis de genere ſuo, vel de heredibus ſuis ipſam traditionem frangere voluiſſet, ad ipſo Monaſterio de auro libram unam coactus exſolvat, & quod repetit nullo modo evindicare valeat, ſed firma, & ſtabilis ipſa traditio in ævum permaneat. Et ut certiùs ab omnibus audientibus credatur, cenſuit annis ſingulis ad feſtivitatem Sancti Dei Tertulini Martyris reddere denarios II. Et iſti teſtes per aures tracti: Oadalrih, Irminfrid, Ellant, Cundheri, Hartmot, Cundperht, Rihperht, Arpio, Clarmunt, Irminolt, Rincho, Friduperht, Cundheri, Ambricho, Einrih, Engilport, Weriant, Hroadperht, Reginperht, Lantfrid, Isanperht, Ascrih, Oadalfrid, Kerpald, Engildeo, Pejo, Cundperht, Werot, Sigiprant, Arho. Actum II. Kal. Auguſti, Monaſterio publico, Anno Incarnationis Domini DCCCXXXV. Indictione XIII. Hludovvici Imperatoris XXII. Hludovvici Regis noſtri XI.

Iterum alia vice venit ſupra dictus Zotto ad Frigiſingas, & ſupra dictis verbis in altarem Sanctæ Mariæ renovavit traditionem ſuam, ut omnia in ſupra dictis locis ad ſe legibus pertinentia ad Slechdorf perpetualiter permanerent, & iſti teſtes, qui hoc viderunt factum, & audierunt condictum: Heimo, Heriperht, Hatto, Alhmunt, Liutpald, Chuniperht, Cozleip, Spenneol, Tetti, Piligrim, Sigivvolh, Maganperht, Maganrat, Willihart, Wichart, Cundpald. Hoc factum ſupra dicto anno, & ego Cozroh indignus Presbyter hoc videns, & audiens conſcribſi juſſione Erchanberti Epiſcopi.

NUM.

Digitized by Google

NUM. DLXXXIX.

Traditio Ribharti Clerici ad Kisalpah, & ad Strogun.

NOtum ſit multis nobilibus, & veracíſque viris in Bajovvariorum partibus conſtitutis, quòd Rihhart Clericus Spontaneè venit ad Isana monaſterio ad Erchanperto Epiſcopo cum ſuis propinquis, & ſupplicabat, atque rogabat ipſe Rihhart, & ut ille Epiſcopus ei preſtare dignetur unum beneficium ad ſtrogun, quod Hohrat Presbyter habuit, & rogatus Epiſcopus ita conceſſit, & preſtabat ei hoc ipſud in beneficium, ea vero ratione peracta, ſtatim acceſſit ipſe Rihhart, & tradidit poteſtative manu in capſa Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas totum & integrum, quicquid in proprijs cauſis habere videtur in loco nominato Kisalpah, & ad ſtrogun, & nihil prædimiſit, niſi eccleſiaſticam cauſam, & ad eam pertinentia, aliud totum firmiter tradidit cum mancipijs, Adallant, Reginpurc Uxor ejus, Hruodperht, Deotuni, Reginlant, Luiphilt, Plidkilt, Kerlind, & conplacitabat, ut hoc haberet, & uſitaret, vel emeliorarer, usque vixiſſet, & poſt obitum ejus totum ad ſupra nominato loco ſine ullius hominis contradictione in evo permaneat. Et Wadiabat ſuum cenſum reddere unum annum exinde de argento ſolidos X. de cervisa ſiclos xL. de farina modios IIII. & Friskingas II. & alium annum inde liberatus ſit, & ſic faciat usque ad finem vite ſue. Fidejuſſores hujus cauſæ Drudolt, Adalhoh. Iſti ſunt teſtes per aures tracti: inprimis Ellanperht Judex, Rumolt, Sigifans, Drudolt, Adalhoh, Eparheri, Eigil, Cozzolt, Fridaperht, Adalperht, Kepahoh, Altolf, Jacob, Evo, Engilperht, Rihhilo, Svvidker. Actum hoc ad Isana Monaſterio coram Erchanberto venerabili Epiſcopo, & Ellanperhto Judice in V. Kal. Auguſti anno Incarnationis Domini DCCCXXXVI.

NUM. DXC.

Traditio Ratcozi, & Amalgunde ad Ratcozesdorf.

IN Dei nomine. Notum ſit multis venerabilibus, & veracíſque viris, quod Ratcoz, & Amalgund tradiderunt in capſa Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas, ubi Sanctus Corbinianus corpore humatus requieſcit poteſtative manu tradiderunt pro remedium anime eorum, ſeu parentorum ſuorum, quicquid in proprijs cauſis haberent in loco nominato Raatcozesdorf totum & integrum cum ædificijs, territorijs omnibus, cultis, & incultis, cum mancipijs, eorum nomina: Wihto, Perhtker, Alpdrud, Sigivvar, Raatpurc, & cum omnibus ad ſupra nominato loco pertinentibus, ut poſt obitum illorum ſine ullius hominis contradictione ad Frigiſingas in evo permaneat. Hæc ſunt teſtes: Kerhart, Kepahart, Tozzo, Hunolf, Willihelm, Urolf, Otkis, Gauvvipald, Cotadeo, Arperht, Adalo, Einhart, Deotperht, Mahho, Cozolt, Recho, Managolt, Saluhho, Jacob, Hartnid, Rihker, Ellanker, Pernker, Altolf, Eccho, Cotahelm, Eparheri, Odalperht, Alphad, Lantfrid, Hiltiperht, Adalunc. Actum eſt hoc ad Ehingas coram Erchanperhto Epiſcopo in III. Idus Auguſti, anno Incarnationis Domini DCCCXXXVI.

NUM. DXCI.

Traditio Sinperhti Presbyteri de Rindpah, & ad Rupilesdorf.

DOminus & Salvator noſter Jheſus Chriſtus clara voce per Evangelium ſuum intonare dignatus eſt, dicens: theſaurizate autem vobis theſauros in

Digitized by Google

in cælo, ubi neque erugo, neque tinea demolitur. Hac enim voce dominica conpunctus ego itaque Sindperht Presbyter veni ad Epiſcopum Erchanbertum ad Cellam Sancti Zenonis in loco Isana, & tradidi omnes res proprietatis meæ, quicquid propriæ hereditatis habui ad Rupilesdorf, & ad Hrindpah, præter mancipia III. his nominibus: Rihheri, Mogmar, Hroadhoh, & ad Waraminpah, quicquid ad hæc pertinet, hoc prætermiſi Matri meæ, aliud quicquid habui totum, & integrum firmiter tradidi in capſam Sanctæ Mariæ, ut omnes res meas ab hodierno die permaneant ad domum Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas cum omni adquiſitione mea in perpetuum. Hoc iterum à venerabili viro Erchanberto beneficiario uſu in beneficium accepi ad augmentandum, & emeliorandum, dumdiu advixero, & cenſui pro hoc annis ſingulis de farina modios II. Friskingam I. de cerviſa Situlæ XII. Hoc factum eſt anno Incarnationis Domini DCCCXXXVI. Indict. XIIII. Hludovvici Regis noſtri in Bajoaria X. Iſti ſunt, qui hoc viderunt, & teſtes extiterunt. Cundpald Comis, Ellanperht Judex, Chuniperht, Othart, Nidhart, Adalhoh, Waldperht, Wicperht, Drudolt, Reginolf, Sahso, Irminfrid, Hroadperht, Arbeo, Sarunc, Sigipald, Folmot, Ego itaque Amalrih Subdiaconus juſſione Erchanberti Epiſcopi conſcribſi.

NUM. DXCII.

Traditio Hrodperhti Presbyteri, & Williperhti ad Chazpah, et ad Sneitu.

NOtum ſit multis venerabilibus, atque veracis viris, quòd Hroadperht Presbyter, & Nepus ejus Williperht veniebant ad Dorfun ad Erchanperto venerabili Epiſcopo, & ſupplicabat cum alijs hominibus ad ſupra memorato Epiſcopo ipſe Hrodperht, ut hoc ipſud beneficium poſt obitum ejus nepus illius habere licuiſſet, & Epiſcopus ita conceſſit in ea, ut hoc deinceps pleniter inde Servitium exeat, ſicut antea fecit. Ea verò ratione acceſſerunt Hroadperht, & Williperht, & tradiderunt in capſa Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas, quicquid habere viderentur ad Chazpah, & ad Sneitu totum, & integrum tradiderunt cum mancipijs, quorum nomina: Hugirat, Erpha, & nihil predimiſerunt, niſi agros VI. de pratis carradas V. Hæc ſunt teſtes: Kerhart, Toto, Mahtperht, Eparheri, Urolf, Aarhart, Adalhart, Adalperht, Toto, Liutker, Irminfrid, Rahholf, Perhtolt, Hrodperht, Sigo, Ellanperht. Actum eſt hoc ad Dorfun coram Erchanperto Epiſcopo in III. Nonas Auguſti, anno Incarnationis Domini DCCCXXXVI.

NUM. DXCIII.

NOtitia, qualiter Nidhardus ſuum beneficium Erchanberto Epiſcopo reddidit ad Pirhtilinchirchun, quod ſuus pater pro temporibus Charoli Imperatoris ad Frigiſingas tradidit, & ipſe Nidhardus illius beneficij Advocatum Erchanberti veſtivit, cujus nomen Kerhart. Poſtea vero Nidhardus ipſum beneficium iterum ſuſcepit, & revvadiavit talem cenſum reddere in unoquoque anno, ſicut ſuus pater antea reddidit, hoc eſt unum ſolidum auro adpretiatum, vel in argento, aut grano. Iſti ſunt, qui hoc viderunt, & audierunt: Craman, Mahtuni, Erchanberht, Adalperht, Lantperht, Deotperht, Reginperht, Sigivvart, Wilihelm, Eparheri, Nordloh, Engilperht, Alto, Rihheri, Altolf, Folmot, Job, Othelm, Drogo, Piſan, Cotuni. Actum eſt in loco nuncupato Velda in Nonam Kalendas Decembris, anno Incarnationis Domini DCCCXXXVI.

Digitized by Google

NUM. DXCIV.

Traditio Aſcrih Presbyteri ad Perga.

NOtum ſit multis fidelibus veracíſque viris in Bajovvariorum partibus conſtitutis, quod Adalrih Presbyter venit ad Monaſterium, qui dicitur Sceftilaron in preſentiam Erchanberti venerabilis Epiſcopi, & ibi propriam hereditatem ſuam, quicquid habere videtur in loco nuncupato Perga, & nihil pretermiſit, ſed totum, & integrum pleniter ſine ullius hominis contradictione tradidit in capxas Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas, ut illa res firma, & ſtabilis permaneret usque in evum. Iſti ſunt teſtes per aures tracti: Oadalſcalh Comis, Willipato, Willihelm, Fritilo, Hitto, Adaluni, Folmot, Irphinc, Puopo, Isanperht, Cundheri, Situli, Freso, Perhtolt, Ernuſt, Regindeo, Engilman, Altolf. Actum eſt hoc ad Sceftilaron in XVIII. Kalendas Decembres, anno Incarnationis Chriſti DCCCXXXVI.

NUM. DXCV.

Traditio Adalkeri, & Isanberti ad Alhkyſingun.

DOmino adjuvante, & protegente nos indigni ego Adalker, & filius meus Isanperht tradidimus unam colonicam ad domum Sanctæ Mariæ, & mancipia VI. quorum nomina: Nendilo, Ribhad, Hunrat, Liutfrid, Lantrat, Waltrat, & econtra accepimus in ipſo loco Alkyſinga, quod quidam Presbyter tradidit ad domum Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas, nomine Paldhram, & pro hoc cenſuimus ad vitam noſtram denarios II. Fidejuſſor veſtiture Otperht. & iſti teſtes per aures tracti: Ilprant, Svvidker, Adalunc, Marcho, Eparheri, Altolf, Sigipald, Nendilo, Mahtuni, Willihelm, Folmot, Arbeo, Cundpald, Cundperht, Isanperht, Hartker, Wigant, Ratheri, Lopadeo, Pero Clericus. Hoc factum eſt ad Frigiſingas, anno Incarnationis Domini DCCCXXXVI.

NUM. DXCVI.

Traditio Deotun de Perchiricha, & de beneficio ad Ominpah.

CRebreſcentibus mundi hujus ruinis, & diverſis eventibus cotidie oſtenſis ego in Dei nomine humillima ancillula Dei Deota pro remedium anime meæ cogitans ſuppliciter veniens ad pijſſimo Pontifice Hittone conſiliavi cum eo, quid ad profectum animæ meæ pertingere potuiſſet? Ipſéque per ſuam miſericordiam conſulens ſollicitudini meæ ſeu ſolatium præſentis vitæ adiciens, & in beneficium mihi preſtabat in loco nominato Ominpahc, quicquid in ipſo loco habere videbatur. Poſtea verò contigit, quòd maritus meus Kerhart, & ego Deota ſimul cum illo venimus ad Frigiſingas, ibi acceſſi in preſentia mariti mei, & filij mei Kerharti cum illorum licentia & manus illorum injacentibus, & tradidi in altarem Sanctæ Mariæ colonicam I. in confinio, quæ pertinet ad Perchiricha, & auſtrali parte fluvij Ambræ de pratis carradas XX. quæ aptæ ſecandæ ſunt ad Poah, ut in ipſa colonica cum pratis adjectis ab hodierno die ad opus Sanctæ Mariæ permanſiſſent ſine ulla contradictione ad Frigiſingas, & mancipia XI. quos in ipſum beneficium ad Ominpach in veſtituram Sancte Mariæ induxi, ut ipſos habeam in beneficium de domo Sanctæ Mariæ usque ad finem vitæ meæ, quorum nomina ſunt, Eigil, Hiltipald, Dopiriz, Rasmar, Unil, Alprum, Tichhan, Uurmheri, Deotmunt, Trabini, Meginolt, Erman-

Ermansvvind, Devvila, Wolſpirc, Zevvina, Mariza, Lantpurc, Ellanpurc, Deotrih, Kerhilt, Perhtvvih, Cramana, Ratpurc, Armenta XXI. porcos XVIII. oves LXXVIIII. capras XVIIII. Ipſam traditionem eo ordine feci, ut ipſum beneficium ad Ominpahc cum integritate ſine ullius contradictione habeam uſque ad finem vite meæ, ut neque ſupra memoratus Epiſcopus, neque Succeſſores ejus in nihilo ipſum beneficium minuentur, neque minuere poſſint. Ita firmiter conplacitavi, ut quicquid ego ipſa Deota adquirere poſſim in territorio, vel mancipiis cum omnibus ſupra enumeratis ab hodierno die pro remedium animæ meæ firmiter permaneant ad domum Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas, ut ibidem ſine ulla minutione, cum omni adquiſitione mea perpetualiter permaneant. Hoc factum eſt ad Frigiſingas ſupra tumulo pretioſiſſimi Confeſſoris Chriſti Corbiniani in V. Idus Februarij, anno Incarnationis Domini DCCCXXXIII. Indict. XI. Hludovvici Imperatoris XVIIII. Hludovvici Regis noſtri VII. in preſentia omnis familiæ. Oadalpald Præpoſitus Presbyter, Eliuni Presbyter, Altman Presbyter, Riholt Presbyter, Reginolf Presbyter, Felix Presbyter, Adalmunt Presbyter, Heriolf Diaconus, Liutperht Diaconus, Sindperht Diaconus, alius Sindperht Diaconus, & alij ſine numero. Iſti teſtes: Rumolt, Kerhart, Salomon, Cundheri, Snelhart, Hiltiric, Erlunc, Hunperht, Wolfleoz, Perco, Ribheri.

Poſtquam verò Domino donante Erchanbertus Epiſcopus ipſius Sedis Rector, & gubernator præeſſe dinoſcebatur, & ego Deota cum filiis meis adveni ad Frigiſingas ſupra dictis verbis priſtinam traditionem renovavi, & in beneficium ipſam rem à Domno Erchanberto Epiſcopo ſupra dicta ratione accepi uſque ad finem vitæ meæ, poſt obitum verò meum cum omni adquiſitione mea, & emelioratione ſine ullius contradictione ad Frigiſingas inconvulſum permaneat. Et iſti teſtes per aures tracti filij mei Engilhart, & Sigihart, & Kerhart ſibi invicem teſtes exſtiterunt, & fidejuſſores. Alii quoque, Willihelm, Irinc, Adaluni, Mahtuni, Peppo, Drudolt, Hringolf, Wicco, Hiltiker. Iterum factum ad Frigiſingas, anno Incarnationis Domini DCCCXXXVI. Indict. XIIII. in X. Kalend. Martij, Hludovvici Imperatoris anno XXII. Hludovvici Regis noſtri XI. Et ego Cozroh indignus Presbyter conſcripſi juſſione Domni Erchanberti Epiſcopi.

NUM. DXCVII.
Traditio Engilberti ad Pirgiline.

DUm & omnibus non habetur incognitum, ſed multis in Bajovvariorum partibus conſtitutis bene eſt cognitum, quod ego Engilperht potenti manu trado proprietatem meam ad Frigiſingas ad domum Sanctæ Mariæ, ubi Sanctus Corbinianus corpore requieſcit, pro redemptione animæ meæ totum & integrum trado, & confirmo in locis nominatis ad Pirgiline, ad Rupilingas, ad Urdorf, in his verbis, ut habeant filii mei, & filii eorum in beneficium de domo Sanctæ Mariæ, & poſt obitum illorum ſine ullius hominis contradictione ad Frigiſingas permaneat. Hæc ſunt teſtes per aures tracti: Willipato Presbyter, Salomon Presbyter, Cozperht Presbyter, Herimot Presbyter, Cundpato Diaconus, Egiwint Clericus, Oadalgrim Clericus, Reginpald Laicus, Cozperht, Reginolf, Reginperht, Cundperht, Hroadperht, Kerperht, Tiso. Actum anno Incarnationis Domini DCCCXXXVI. Indict. XIIII.

Digitized by Google

NUM. DXCVIII.

Wenilo Presbyter ad Uſinhuſun reddidit.

QUicquid enim habuit Wenilo ad Uſinhuſun, quod jam olim traditum fuit ad Frigiſingas, hoc totum, & integrum dimiſit, & adjunxit, quicquid in ipſo loco propriæ hereditatis, vel adquiſitionis habuit in manus Erchanberti Epiſcopi, & iterum in beneficium a Domno Erchanberto Epiſcopo accepit ad uſitandum in hac fragili vita, usque ad finem vitæ ejus, poſt obitum vero ipſius nullus contradicere valeat domui Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas. Hoc factum eſt ad Frigiſingas in III. Nonas Julias, anno Incarnationis Domini DCCCXXXVI. Indictione XIIII.

NUM. DXCIX.

Renovatio traditionis Erchanfridi Presbyteri.

NOtum omnibus declaratur ad intelligendum, quia quidam Presbyter dimiſit beneficium ſuum nomine Erchanfrid in loco Muninpah in manus Erchanberti Epiſcopi, & quicquid in ipſo loco habuit in eccleſiaſticis rebus proprie hereditatis, vel in omnibus rebus patrimonii ſui in ipſo loco, & ad Reod, hæc omnia firmiter tradidit in capſam Sanctæ Mariæ, & in manus Erchanberti Epiſcopi ut in perpetuum permaneat ad Frigiſingas pro remedium animæ ſuæ ſine ullius contradictione, & mancipia his nominibus: Alaman, Chanifrid, Kerhoh, Arnolt, Adalkys, Walto, Winiker, Irminperht, Alphoh, Werinperht, alius Werinperht, Ellanhart, Egiloolf, Wealant, Erchansvvap, Arnolt, Svvapio, Hroadlind, & alius Hroadlind, Uoatila, Irmina, Irmindrud, & alia Irmindrud, Merisvvind, Ilimot, Liutfrid, Werdni, Lantdrud, Puresvvind, Lantpurc, Engilfrid, Coilind, Hiltipurc, Rihsvvind, Perhtrud, Kerpiric, Hemdrud. Et iſti teſtes per aures tracti. Liutpald Comis, Riho Comis, Coteperht, Reginperht, Mejol, Tetti, Piligrim, Oadalker, Willihelm, Anno, Hiltipald, Eparheri, Adalhart, Wichelm, Mahtuni, Hunperht, Abſolon, Kepahart, Alprat, Epucho, Reginperht, Erchanfrid, Cros, Odolt, alius Adalhart, Sigipald, Heriperht; Clanaheri, Ellanpald, Eparachar, Deotmar, Waldker, Irminheri, Hugiperht, Engilrih, alius Reginperht, Pald, Erchanolt. Hoc factum eſt ad Holze, quod fuit Ejoni Presbyter, Anno Incarnationis Domini DCCCXXXVI. Indict. XIIII. Hludovvici Regis noſtri in Bajovvaria XI. in VIII. Kal. Februarii, & ego indignus Presbyter Cozroh conſcripſi jubente Erchanberto Epiſcopo.

NUM. DC.

Herilandus Comis cenſum perſolvit coram Baturico Epiſcopo, & Luiprammo, & Sigihardo de Argento ſolidos VIII.

HOc factum eſt anno Incarnationis Domini DCCCXXXVI. Indictione XIIII. ad Frigiſingas in IIII. Kalendas Februarias. Iſti ſunt, qui hoc viderunt, & audierunt: Rihho Comis, Oago Comis, Irinc, Hitto, Einheri, Heipo, Ermperht, Pillunc, Marcho, Wicheri, Tagaperht, Adalperht, Petto, Toto, Anthad, Ramvvolf, Paldrih, Sigiperht, Hadaperht, Cundpald, Otperht, Tetti, Altolf, Ilprant, Hringolf, Sigipald, Hatto, Isanperht, Heipo, Reginperht, Nordolh, Situli, Riheoz, Mahho, Paldrih, Piſin, Deotperht, Erchanolf, Adalhoh.

NUM.

NUM. DCI.

De contentione Ellanharti, & Isanharti cum Erchanberto Epiſcopo, & Advocato ſuo Odalrico de Pachtiltahofa.

CONvenerunt multi nobiles viri in locum, quæ dicitur Einhofa Erchanbertus Epiſcopus, Liutpald Comes, Ratolt Comes, Engilhart Comes, Riho Comes, & Miſſus Domni Regis nomine Antermaro juſta judicia decernenda, & alij quam plurimi diverſas cauſas dirimandas, & finiendas, ibi in preſentia cunctorum acceſſit Advocatus Erchanberti Epiſcopi nomine Oadalrih, & interpellabat nobiles viri Isanhardum, & Ellanhardum pro eorum hereditatem, quod habuerunt ad Durfingesdorf, & ad Pachtiltahofa, dicens, quòd Avus eorum Isanhart, & pater eorum Reginhart pro remedium animarum ſuarum tradidiſſent ad Slechdorf Sancto Tertulino Martyre Chriſti. Illi verò fortiter reſiſtebant, & contradicebant, & multo ſpatio temporis inter ſe contentionem pro hoc habebant. Sed hoc teſtimoniis adhibitis Erchanbertus Epiſcopus, & Advocatus ejus Oadalrih verum eſſe conprobare voluerunt, & plenum teſtimonium teſtium habuerunt. Proinde inito conſilio ſupra dicti viri credebant ſemetipſis ſe ad placandum, & conciliandum cum Domno Epiſcopo profitebantur ſe reddere Domno Epiſcopo, & Advocato ſuo colonicas III. plenas ad Pachtiltahofa; aliis vero in ipſo placito ſupplicantibus benigniſſimus Epiſcopus miſericordia motus, & conpunctus noluit eos per omnia hereditate privare, nec exheredes facere, ſed conſuluit paupertati eorum, & ita fieri permiſit, ea ratione, ut ipſas tres colonicas plenas reſtituiſſent cum curtiferis, & terris, pratíſque, & paſcuis, & quicquid ad ipſas tres colonicas pertinere videbatur, & ſuper hæc omnia medietatem ſilve, ſaltuúmque & omnium confinium eorum, quicquid in ipſo die habere viderentur culti vel inculti, vel ad colendum conprehenſum habuiſſent, omnium illorum confinium medietatem in ſilvis, & in ruris, & in runcariis dimiſerunt in manus Erchanberti Epiſcopi, & Advocati ſui Oadalrihi, & aliud, quicquid ex parte hereditatis eorum habuerunt cum juramento ſuper capſam corporis Sancti Tertulini confortare, & confirmare voluerunt. Sed ipſum juramentum per miſericordiam ſuam ſupra dictus Epiſcopus dimiſit eis, ſi pleniter perfeciſſent, ſicut ſupra prenotatum eſt. Hoc factum eſt anno incarnationis DCCCXXXVII. Indictione XV. Hludovvici Regis noſtri in Bajaria XII. Hoc peractum in preſentia venerabilium virorum Erchanberti Epiſcopi, Liutpaldi, & Ratolti Comitum, & Rihoni Comitis, & Engilharti Comitis, & alij preſentes teſtimoniales, Coteperht, Mejol, Wolfolt, Ratkys, Reginperht, Purchart, Perhtolf, Cundpald, Erchanolf, Hiltipald, Cundperht, Machelm, Pero, alius Mejol, Hatto, Oadalker, Wichelm, Karuheri, Piligrim, Tagaperht, Odolt, Deothram, Engilrih, Pernvvin, Sigimot, Friduperht, Elilant, Hunperht, Alpolt, Paltar, Heriperht, Sigipald, Tozi, Hroadperht, Hahkys, Situli, Helfant, Otpot, Alpuni, Hugiperht, Odalhart, Erchanolt, Hilti, Hukperht, Oadalſcalc, Tinto, Asolt, Rimideo, Erchanhart, Talamot, Ramfolf, Wicperht, Irſinc, Sigiprant, Hroadolt, alius Hilti, Adalperht, Cozperht, Oadalſcalch, alius Cundperht, Fromar, Toto, alius Reginperht, alius Situli, Luitperht, & alij ſine numero. Et ego Cozroh hoc videns, & audiens conſcribſi. Et iſti ſunt, qui ipſam veſtituram viderunt, quòd Isanhart, & Ellanhard veſtierunt Erchanbertum Epiſcopum, & Advocatum ſuum Oadalricum ad Pachtiltahofun de tres curtiferis, & de omnibus ad hæc pertinentibus, & de omnibus ſupra dictis rebus: Reginperht, Mejol, Coteperht, Purchart, Oadalker, Sigipald, Engilrih,

Digitized by Google

gilrih, Erchanolf, Odolt, Cundpald, Tozi, Wichelm, Wicperht, Situli, Hroadperht, Adalperht, Alphoh, Nordperht. Die conſule, quod factum VIII. Kal. Februarias, & Wenilo Presbyter in ipſo placito, quicquid ad Uſinhofun de beneficio habuit, & quod ipſe in ipſo loco tradidit ad domum Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas dimiſit in manus Erchanberti Epiſcopi, & advocati ſui Reginberti.

NUM. DCII.

De traditione Swidmota ad Horskinhofa, & Wicberti filij ſui.

DUm & omnibus non habetur incognitum, quia quedam matrona nomine Svvidmot preſente filio ſuo Wicberto tradidit omnem rem proprietatis ſuæ, quicquid habuit ad Horskinhofun curtem cum domo cum omnibus ædificiis ſuperpoſitis, cum mancipiis, quorum nomina Ermanrih, Meginolt, Winimunt, Peirin: Eniſa, Hroadlind, Winilind, Odallind, terris cultis, & incultis, ſilvis, pratis, paſcuis, cum omnibus adjacentibus adpendiciis, aquarumque decurſibus, vel quicquid in ipſo loco habere videretur, hæc omnia firmiter tradidit cum conſenſu ſupradicti filii ſui in capſas Sanctæ Mariæ, ut à preſente die permaneret ad Frigiſingas, eo tenore, ut hoc ipſum in beneficium habuiſſent de domo Sanctæ Mariæ, & talem beneficium, qualem habuiſſet Adalperht Presbyter ad Tenileſchirichun usque in finem vitæ eorum, & annis ſingulis filius ejus Wicperht exinde cenſum perſolveret, hoc eſt denarios II. ad miſſàm Sancti Martini, poſt obitum verò amborum illorum cum omni integritate permaneat ad Frigiſingas. Actum eſt hoc ad Chamaron in VI. Kalend. Februarias, anno Incarnationis Domini DCCCXXXVII. Indict. XV. Hludovvici Regis noſtri XV. Et iſti teſtes: Reginperht, Heriperht, Ortuni, alius Reginperht, Irſinc, Hatto, Tozi, Engilperht, Engilrih, Situli, Urolf, Reginhart, Lantpald, Japo, Tato, Reginolf. Et ego Cozroh indignus Presbyter conſcribſi.

NUM. DCIII.

Traditio Tisoni de Feohte, quod tradidit ad Frigiſingas.

IN nomine Domini noſtri Jheſu Chriſti. Ego nobilis vir Tiso tradidi propriam hereditatem meam, quam habui ad Feoht ad domum Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas, & pretermiſi de pratis carradas XII. alia omnia quicquid habui, terris cultis, & incultis, pratis, paſcuis, ſilvis firmiter tradidi ad domum Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas. Iſti teſtes: Reginperht, Engilpern, Hroadperht, Ilprant, Swidker, Snelmot, Cozleip, Adalperht, Pero Clericus. Hoc factum eſt ad Frigiſingas anno Incarnationis Domini DCCCXXXVII. Indict. XV. Cozroh Presbyter ſcribſit.

NUM. DCIV.

Traditio Kerolti Diaconi ad Rupilingas.

PAteat cunctis in Bajovvaria provincia conſtitutis, quòd Keroldus Diaconus omnem proprietatem hereditatis ſuæ, quicquid habuit ad Rupilingas pro remedio animæ ſuæ & genitorum ſuorum firmiter tradidit ad Frigiſingas, ut ibidem ab hodierno die firmiter confirmatum permanſiſſet, & mancipia IIII. his nominibus: Mahalſcalch, Nivvilo, Waltolf, Werta. Et iſti teſtes: Rumold,

mold, Nordloch, Sarunc, Rihilo, Jacob, Ampho, Lantheri, Kernod, Folmot, Sigipald, Situli, Piſim, Perhtrih, Tuti, Irinc, Hrodperht, Arbeo, Ribheri, Chuniperht. Actum eſt hoc ad Frigiſingas in monte Sancti Stephani, in eccleſia, ubi requieſcunt Sanctorum Corpora Alexandri Papæ, atque Juſtini Confeſſoris. Anno Incarnationis Domini DCCCXXXVIII. Indict. I. Hludovvici Regis noſtri XIII. in VI. Idus Junias.

NUM. DCV.

Traditio Engilberti ad Eigingas.

ENgilperht quidam vir nobilis tradidit mancipia IIII. ad Frigiſingas, quorum nomina: Engilpald, Waltunc, Williheri, Luipdrud. Eo modo, ut frater ejus Adalhoh Clericus eos habeat ad Sanctum Andream uſque ad vitam ſuam in ipſo loco Egingas. Veſtituræ fidejuſſor, & teſtis Rumolt, Kaganhart, Ampho, Adalperht, Hadaperht Clericus, Otperht, Epucho, Kerhelm, Cotehelm, Hitto. Supra dicto anno hoc factum eſt ad Frigiſingas.

NUM. DCVI.

Traditio Rihharii ad Dorſa.

EGo ſiquidem in Dei nomine Rihharius cogitans pro remiſſione animæ Uxoris meæ nomine Hiltisnot, quæ vitam finivit preſentem. Quapropter pro illa tradidi ad Frigiſingas partem proprietatis meæ in loco nominato, qui dicitur ad Dorſa jornales XII. de terra arabili, & de pratis, in quibus colligere poſſunt carradas V. ut ibidem perpetualiter permaneat. Actum eſt hoc ad Frigiſingas, & in altare Sanctæ Mariæ traditum in VI. Kalendas Octobris, anno Incarnationis Domini DCCCXXXVIIII. Indict. XV. Ipſe auctor traditionis Rihharius, paritérque fidejuſſor extitit veſtituræ. Iſti ſunt teſtes per aures tracti: Svvindheri frater ejus, Kros, Pern, Warmunt, Wadalperht, Kauvvo, Adalperht, Kerhart, Helmuni, Emicho, Tuto, Fridaperht, Irminolt, Nothart, Irminfrid, Engilfrid, Hartmot, Kaganhart.

NUM. DCVII.

Traditio Ratolti ad Tagolſingas.

DOminus, ac Redemptor noſter clara voce intonuit dicens: theſaurizate autem vobis theſauros in cælo, ubi nec erugo neque tinea demolitur, & cetera. Ipſis verbis quidam vir nobilis nomine Ratolt conpunctus, atque confiſus cogitare cœpit, quid ad remedium animæ ſuæ pertinere potuiſſet? conſilium ei dantibus fidelibus ſuis Miſſum ſuum miſit ad venerabilem virum Erchanpertum Epiſcopum, ut veniret ad ſe ad Tagolfingas, & ipſe per ſuam miſericordiam ſuam ibidem ad illum venire non dedignabatur, ſe veniebat, & monita ei Salutaria adminiſtrabat, & interrogabat coram omnibus vicinis, & cognatis ſuis, ſi potenter potuiſſet res ſuas pro remedio animæ ſuæ alicubi ad domum Dei tradere? & trina interrogatione completa nullus ei contradicere voluit, neque potuit. Ipſe verò Ratolt viriliter circumcinctus gladio ſuo ſtabat in medio triclinio domûs ſuæ, tradiditque in capſam Sanctæ Mariæ, & in manus venerabilis viri Erchanperti Epiſcopi, & Advocati ſui Reginperti, quicquid ibidem habuit, & in alio loco ad Cramannesdorf, & in tertio loco nominato ad Huphinheim, quicquid ibidem habuit, præter unam colonicam, quam vaſallo ſuo Rihperto in proprietatem tradidit, & ipſam rem, quam frater ejus Adalgoz ei dimiſit in hereditatem cum

Digitized by Google

cum omnibus eccleſiaſticis rebus ad ſe pertinentibus, eo modo ſi filius ejus Chunihoh Epiſcopus ad patriam veniret, ut ſuam haberet partem ſibi traditam, ſin aliud, cum omni integritate permanſiſſet ad Frigiſingas pro utrorumque ſalute animarum, cum curtiferis, & ædificijs, terris cultis, & incultis, mobilibus, & inmobilibus, pratis, paſcuis, ſilvis, aquis, aquatúmve decurſibus, mancipiis, atque pecunijs, utenſilibúsque, & pecoribus. Mancipiorum nomina hæc ſunt: Herilant, Adalfrid, Motheri, Hleodvvin, Hadamar, Liupman, Engilperht, Hrodlant, Liuprat, Perhtcoz, Williperht, Ratker, Helmpirc, Cundmar, Rihni, Rihhilt, Oſtarhilt, Willihilt, Adalpirc, Amalpirk, Ratpurc, Lantpurc, Ellanrat, Pegirin. Et in eccleſiaſtica domui Helihrat, Snelmot, Svvidker, Inlant, Eoliup, Adalni, Adalgund, Engilpurc, Elisvvind, Svvidpurc. His omnibus firmiter peractis ſtatim de omnibus rebus ſuis per ſuperliminarem domûs ſuæ veſtivit Erchanpertum Epiſcopum, & Advocatum ſuum Reginpertum, & exivit ipſe Ratolt traditor, & intravit Erchanbertus Epiſcopus, & Advocatus ejus. Sed poſtea reverſus preſtabat ei in beneficium, quicquid tradebat uſufructuario ad utendum, & emeliorandum usque ad vitam ſuam, non in nullo comminuendum, ſed poſt vitam verò ſuam cum omni emelioratione, & augmentatione permaneat ad domum Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas, & ſtatuit, ut nullus coheredum ejus ab hodierno die, neque ipſe Ratolt, neque parentes ejus, & filij poteſtatem habuiſſent commutandi, neque cognati, vel poſteri eorum, ſed perpetua ſtabilitate in perpetuum traditio ejus confirmata permanſiſſet, ut hereditas ejus divitijs computaretur in cælis æternis coram Deo, qui vivit, & regnat. Et Saſſonem ſervum ſuum, & filium tradidit in manus Erchanberti Epiſcopi, & Advocati ſui in proprietatem, & poteſtatem conceſſit eis ipſum Saſſonem liberum dimittendum. Iſti ſunt teſtes: Siculi, Petto, Hisker, Orendil, Rihperht, Tetto, Priso, Sigimot, Ratfrid, Wolſpero, Engilſcalh, Cundperht, Urolf, Eigil, Engilhart, Hruodhart, Petilo, Siffo, Erchanperht, Rihheri, Sigipald, Odalſcalh, Irminheri, Reginhart, Folmot, Lanto. Hoc factum eſt ad Tagolfingas anno Incarnationis Domini DCCCXXXVIIII. Hluduvvici Imperatoris anno viceſimo VI. & Regis noſtri Hludovvici XII. Indict. I. die conſule, quod fecit IIII. Idus Decembris. Et ego Cozroh indignus Presbyter juſſione Erchanperti Epiſcopi conſcribſi hæc videns, & audiens.

NUM. DCVIII.

Traditio Ermberti pro fratre ſuo Purcmanno.

EGo igitur Ermbertus cogitans pro remedio animæ fratris mei nomine Purcman, qui incuriæ caſu contigente occiſus eſt. Ideo tradidi pro illo partem ſilvæ ſuæ in loco, qui dicitur ad Cellam, quod adjacet in medium ipſius Eccleſiæ ſilvæ, quæ attinet ad Frigiſingas perticas VI. in transverſum, ut ibidem perpetualiter permaneat. Hoc factum eſt ad Frigiſingas in altare Sanctæ Mariæ traditum in Nonis Junij, anno Incarnationis Domini DCCCLX. Indict. I. Hludovvici Regis noſtri XII. Ipſe auctor traditionis Ermbertus fidejuſſor extitit veſtituræ. Iſti ſunt teſtes per aures tracti: Reginbertus Sub-Diaconus, & Nepos Domni Erchanberti Epiſcopi, & Anthelm frater ejus, Sigapald, alius Sigapald, Folmot, Jacob, Rihhilo, Wiccarp filius ejusdem traditoris, Reginheri, Alpolt, Sindperht Clericus, & nobilis homo.

d by Google

NUM. DCIX.

Traditio Drudharti ad Feldmochingas.

IN Dei omnipotentis nomine. Notum ſit, qualiter quidam nobilis vir nomine Drudhart ſtuduit procurare Uxorem ſuam usque ad vitæ ſuæ finem, nec non poſt exitum ejus. Quapropter tradidit pro illa ad Frigiſingas de pratis in loco nominato ad Feldmochingas de foſſa usque in fluvium, qui dicitur Moſaha, ut illuc æternaliter firmum permaneat. Et ob hoc tradidit, quod eadem Uxor ejus illic in ſupra dicto loco ad Feldmohingas locum, & manſionem ſimul & victum haberet, quousque viveret, & pro tali ſervitio, quale ſicut illa tunc pro viribus ſuis potuiſſet implere. Actum hoc ad Frigiſingas, & in altare Sanctæ Mariæ traditum in VII. Kalendas Julias anno Domini DCCCXL. Indict. I. Iſti ſunt teſtes per aures tracti: Situli, Kaganhart, alius Kaganhart, Hruodperht, Iſangrim, Mejol, Nothart, Ercholf.

NUM. DCX.

De conplacitatione, & traditione Wichelmi & Eigilis.

QUoniam quidem reverendæ memoriæ Erchanbertus Epiſcopus, & Advocatus ejus Kerhart quæſierunt unam Eccleſiam ad Stroagon, & quicquid ad eam pertinebat, quicquid ibidem habuerunt nobiles viri Wichelm, & Eigil. Illi verò dicentes defendentes ſe ipſam Eccleſiam, ſeu quicquid ibidem habuerunt eorum eſſe debere hereditatem. Sed hoc nullo modo retinere potuerunt, quia memoratus Epiſcopus, & Advocatus ejus induxerunt eos nobiles viri boni teſtimonij dicentes, quod pater eorum Kiso ipſam eccleſiaſticam rem, & quicquid ibidem habuerunt, firmiter tradidiſſet ad domum Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas. Et in alio loco ad Perchovon aliquam rem ſuam tradidit, aliam extra dimiſit. Ideo illi convicti, legibúsque conſtricti reddiderunt ſupra dictas res Erchanberto Epiſcopo, & Advocato ſuo Kerhardo. Statímque Miſſo inducto veſtierunt de ipſa Eccleſia ad Stroagon, ſeu quicquid ibidem habuerunt. Poſtea verò venerunt ad jam memoratum Epiſcopum Erchanbertum cum alijs ſupplicantibus eum pro illis, ut ipſam rem, quam genitor eorum Kiso ad Perchovon non traditam illis dimiſit in hereditatem, ut eam firmiter adjeciſſent traditioni patris eorum. Et ita fecerunt, & renovaverunt traditionem patris eorum, & quicquid ipſi habuerunt in ipſo loco ad Perchovon firmiter tradiderunt in altare Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas cum curtiferis, & ædifitijs, mancipijs, & pecoribus, terris cultis, & incultis, pratis, paſcuis, ſilvis, aquis, aquarúmque decurſibus, farinarijs, & pomerijs, ruribus, & ſaltibus, ſeu omnia, quicquid ibidem habuerunt, firmiter tradiderunt, ſtatímque veſtierunt, & ſine ullius contradictione in poteſtatem, & veſtituram Erchanberto, & Advocato ſuo dimiſerunt ad Frigiſingas permanendum. Et econtra conplacitabant, quòd Eigil, & Mater ejus habuiſſent ipſam rem ad ſtroagon in beneficium, & iſta mancipia ad hoc pertinentia, quorum nomina ſunt Dancpald, Sigirad, Regindrud, Oadalhart, usque ad finem vitæ eorum, poſt illorum quoque deceſſum ſine ullius contradictione redeat ad domum Sanctæ Mariæ cum omni integritate & emelioratione. Actum eſt hoc in V. Idus Junij ad Frigiſingas anno Incarnationis Domini DCCCXL. Indict. I. Iſti ſunt teſtes per aures tracti: Odolt, Ekkiheri, Wigant, Eparheri, Adalo, Engilrih, Kaganhart, Fritilo, Madalleoz, Othelm. Ego Cozroh indignus Presbyter ſcripſi.

Digitized by Google

NUM. DCXI.

Traditio Liuthrammi Laici ad Rotam.

IN Dei omnipotentis nomine. Notum ſit, qualiter quidam nobilis vir nomine Luithram cogitans pro remedio animæ ſuæ tradidit ad domum Sanctæ Mariæ in loco, qui dicitur Rota, curtem cum domo, jugera XXX. confirmavitque teſtium teſtimonio, ut ibidem ulterius ſtabilitum permaneat. Actum eſt ad Holze in Kalendis Novembris anno Incarnationis Domini DCCCXLI. Indictione IIII. Iſti ſunt teſtes: Orendil Comes, Rumolt, Ratolt, Adalfrid, Kozhelm, Selprat, Liutprant, Einhart, Rihpald, Isnolt, Kundpald, Meginhart, Meginrat, Heiſtolf, Ellanhart, Paltar, Phater, Hrodperht.

NUM. DCXII.

Traditio Lantfridis ad Aalfridesſtat.

PAteat cunctis in Bajovvaria provincia conſtitutis, quia Lantfridus Laicus omnem proprietatem hereditatis ſuæ, quicquid habuit ad Aalfridesſtat tradidit ad domum Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas contra pecuniam, hoc ſunt ſolidi X. Iſti ſunt teſtes per aures tracti, quorum nomina: inprimis Hrodhart, Erchanperht, Anthad, Puabo, Petto, Ecciheri, Irminheri, Kernod, alius Irminheri, Wicpald, Ratolf. Actum eſt ad Frigiſingas in V. Idus Novembris anno Incarnationis Domini DCCCXLI. Indictio IIII.

NUM. DCXIII.

Traditio Adalgarij.

IN nomine Domini noſtri Jheſu Chriſti. Notum ſit cunctis fidelibus Bajuvvariæ provinciæ conſtitutis nobilibus viris veracibúsque, quia quidam vir nobilis nomine Adalker venit ad pijſſimum Pontificem Erchanbertum in locum, qui dicitur ad Azilingas, cogitavítque pro remedio animæ ſuæ, & tradidit partem proprietatis ſuæ, quod habuit ad Urdorf, hoc ſunt curtem cum domo, cum alijs ædificijs, & de terra arabili jugera XXXVI. & de pratis carradas xL. & duas partes ſilvæ ſuæ, & mancipia V. his nominibus: Onker, Ratunc, Meginperht, Adalvvih, Wintarhilt, hæc omnia ſupra nominata firmiter tradidit in altare ipſius Eccleſiæ ad Azilingas, & in capſam Sanctæ Mariæ, ut perpetualiter permanſiſſet ad domum Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas, ea ratione firma donatione, ut ipſe jam dictus Adalker, & filius ejus Alpuni Clericus ipſam rem potenter habuiſſent ad uſitandum usque ad vitam illorum, & ut filius ejus Alpuni in domo Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas dominationem, & doctrinam, ſeu præbendam ſuam habuiſſet usque ad tyrocinij ſui annos. Poſt obitum verò utrorumque cum omni integritate ſupra dicta pars hereditatis illorum permaneat ad Frigiſingas. Hoc factum eſt anno Incarnationis Domini DCCCXLI. Indictione IIII. die conſule, quod factum eſt Kalendis Novembris. Iſti ſunt teſtes per aures tracti: Abſolon Diaconus, Willipato, Kozhelm, Liuthram, Adalfrid, Willahelm, Hringolf, Reginperht, Liutprant, alius Liutprant, Altolf, Onhart, Alprih, Anthad, Heriolt, Meginfrid, Folmot. Iterum jam dictus Adalkarius & filius ejus Alpuni jam dictam renovare traditionem venerunt ad Frigiſingas, & ſupra dictis verbis eandem traditionem in altare Sanctæ Mariæ confirmaverunt. Et iſti teſtes: Reginperht Advocatus ipſius Eccleſiæ ipſam confirmationem accepit, Hitto, Liutpald, Friduperht, Hatto, Reginhart, Chonrat, Poapo, Ratolt, Petto, Kundalperht, Ellanhart, Rihperht, Nendilo, Nidhart, Aarperht. Hoc factum eſt ſequenti ebdomade XVIII. Kalendas Decembris.

NUM.

Digitized by Google

NUM. DCXIV.

Traditio Cotedeonis Presbyteri.

PAteat auribus nobilium virorum, qualiter quidam Presbyter nomine Cotedeo propriam hereditatem ſuam tradidit ad domum Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas, quicquid ipſo die poſſidere videbatur, vel quid deinceps adquireret totum, & integrum tradidit in loco qui dicitur ad Tegarinavva, hoc eſt curtem cum domo, mancipijs, terris, pratis, paſcuis, ſilvis, aquis, aquarúmve decurſibus, mobile, & inmobile, nihil pretermiſit, ſed penitus ad præfatum locum tradidit, & confirmavit, ut ulterius ibidem ſtabilitum, & inconcuſſum permaneat. Hoc factum eſt in loco nuncupante ad Holze III. Kal. Novembris, anno Incarnationis Domini DCCCXLI. Indict. III. anno imperij Hludovvici Regis noſtri. Iſti ſunt teſtes per aures tracti: Rumolt, Arpeo, Adalfrid, Cozhelm, Selprat, Kepahoh, Hringolf, Wolvolt, Othelm, Einhart, Willihelm, Sigivvart, Hruodperht, Wolfperht, Adalker, Reginperht, Anthad, Tuti, Manno, Irminheri, Reginolf, Wolfperht, Hiltsvvind, Heiſtolf, Kernod.

NUM. DCXV.

Traditio Kisalrici Presbyteri ad Pritilinpah.

IN Dei omnipotentis æterni nomine. Notum ſit cunctis iſtius provinciæ nobilibus, atque fidelibus viris, qualiter quidam Presbyter nomine Kisalrih Domini conpunctus amore tradidit ad domum Sanctæ Mariæ in loco, qui dicitur Pritilinpah, quicquid eodem die potenti manu habere videretur, hoc eſt curtem cum domo, mancipia VI. quorum nomina ſunt Ellanhart, Snelhart, Adalpurc, Tuotila, Hruodpurc, pratis, paſcuis, aquis, mobile, & inmobile, confirmavítque teſtimoniorum præſentia credulorum. Actum eſt in loco, qui dicitur ad Pupinhuſon XIIII. Kal. Septembris, anno Incarnationis Domini DCCCXLII. Indict. IIII. Iſti ſunt teſtes: Odolt, qui ejuſdem traditionis veſtituram accepit, Amuto, Willahelm, Kundperht, Kartheri, Jepo, Kundhart, Ekkihart, Kerilo, Adalperht, Toto, Kerolt, Engilhart, Hrodperht, Altolf, Alprih, Sigipald.

NUM. DCXVI.

Traditio Sonberti Presbyteri ad Krimhareshuſon.

IN Dei nomine omnipotentis. Notum ſit cunctis iſtius provinciæ nobilibus, atque fidelibus viris, qualiter venerabilis quidam Presbyter nomine Suonperht divina inſpiratione ammonitus tradidit ad domum Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas in loco, qui dicitur Krimhareshuſir, quicquid jure ibidem ipſo die proprietatis habere videretur totum, & integrum, tam de adquiſitis, quàm adquirendis tradidit ad ſupra dictam domum, nihilque pretermiſit, niſi tantùm duo mancipia, quorum nomina Engilheri, Onbilt; de traditis autem mancipijs, quorum nomina Perhtrih, Hrodmunt, Hludokis, Werda, Herirat, Uunimar, Deotlind, Regina, Alpuni, Kozni, Hludokis, Willarat, Werdolf. Iſti ſunt teſtes: Eparheri, Amuto, Folmot, Mahtrih, Altolf, Hitto, Ermperht, Otperht, Puopo, Ratolt, Wikhart, Maganhart. Actum eſt ad Sanctum Stephanum XVIIII. Kal. Februarij anno Incarnationis Domini DCCCXLII. Indict. IIII.

Digitized by Google

NUM. DCXVII.

Traditio Hraſolti Presbyteri.

NOtum ſit cunctis iſtius provinciæ nobilibus, atque fidelibus viris, qualiter quidam Presbyter Domini amore conpunctus nomine Hrafolt tradidit ad domum Sanctæ Mariæ in loco, qui dicitur ad Perchoſun, quicquid eodem die potenti manu habere videretur, hoc eſt cum terris, ſilvis, pratis, paſcuis, aquis, aquarúmve decurſibus, mobile, & inmobile, & ſtatuit, ut ad ſupra dictum locum perpetualiter permaneat, & ipſa decima de Priſinchiricha ad opus Senioris noſtri redeat. Iſti ſunt teſtes: Willihelm, Altolf, Rihilo, Waltheri, Eapo, Folmot, Alpolt, Sigipald, Engilpald, Cozolt, Sahso, Avo, Wenilo, Fraimar, Egolt. Fidejuſſor Hartnid ejuſdem ſervi, cui nomen Rihperht extitit. Hoc factum eſt in preſentia cunctæ familiæ. Herolf Presbyter, Erchanrih Presbyter, Sigideo Presbyter, Walthelm Presbyter, Perhtrat Presbyter, Adalhart Presbyter, Liutperht Diaconus. Actum eſt hoc in IIII. Kal. Majas, anno Incarnationis Domini DCCCXLII. Indictione IIII.

NUM. DCXVIII.

Traditio Ramfolſi ad Seuun.

NObilium virorum comperiat ratio, quia ego indignus Presbyter nomine Ramfolf tradidi proprietatem meam ad Seuun in capſa Sanctæ Mariæ, ut in evum permaneat traditio mea confirmata ad Frigiſingas, hoc eſt curtiferum I. cum pomerio, jurnales XX. de pratis carradas VI. Lucos II. & quicquid deinceps elaborare, vel adquirere potuiſſem omnia in omnibus firmiter permaneant ad Frigiſingas, & mancipium I. nomine Waldpurc. Iſti teſtes per aures tracti: Einheri, Rumolt, Adalker, Eparheri, Nordolch, Reginolf, Wolfolt, Hadamar, Wolfperht, Offo, Irminperht, Regino, Engilperht, Ratolf, Einheri junior, Lant, Ekkyhart, Irminheri. Hoc factum eſt ad Holze, anno Incarnationis Domini DCCCXLII. Indict. V. in VI. Kal. Septembris. Et ego Cozroh indignus Presbyter juſſione Erchanberti Epiſcopi conſcribſi.

NUM. DCXIX.

Traditio Heildradæ cujusdam Matronæ ad Adalhareshusir.

NOtum ſit cunctis iſtius provinciæ fidelibus viris, qualiter quædam femina nomine Heilrat tradidit in altare Sanctæ Mariæ quicquid habuit ad Adalhareshuson, hoc eſt curtem cum domo, mancipiis, pecoribus, terris, pratis, paſcuis, ſilvis, aquis, aquarúmve decurſibus, molinis duabus, mobile, & inmobile, nihilque pretermiſit, ſed penitus ad ſupra dictum locum dedit, confirmavitque teſtimoniorum veritate. Iſti ſunt teſtes: Piligrim, Reginperht, Situli, Svvidker, Reginker, Rihheri, Luitker, Piſan, Wolfperht, Wigant. Actum eſt ad Frigiſingas, VI. Idus Februarias, anno Incarnationis Domini DCCCXLII. Indictione IIII.

NUM.

NUM. DCXX.

Traditio Kisalfritæ cujusdam matronæ.

COmperire quidem non dedignetur benevola fidelium turba virorum, qualiter quidam vir nobilis nomine Kysalfrid tradidit proprietatem ſuam filio ſuo, qui eodem nomine vocabatur Kysalfrid in loco, qui dicitur Puochſtachun. Deinde contigit, quòd eundem Kysalfridum magna infirmitas adgravavit, jamque horam ultimi temporis adeſſe ſentiebat, tractavit in animo ſuo, qualiter ſalutare animæ ſuæ remedium promereri potuiſſet, tradidit ſupra dictum locum Kysalfritæ Matri ſuæ, ut ipſa potenti manu tradidiſſet deinceps pro ſe, ſuíſque parentibus ubicunque voluiſſet. Poſtea venit eadem Kysalfrit ad domum Sanctæ Mariæ ad Frigiſingam, & tradidit eundem ſupra dictum locum in altare Sanctæ Mariæ, ut ibidem ſtabilitum ulterius permaneret. Et iterum pro eodem loco conplacitavit, ut ei venerabilis Erchanbertus Epiſcopus in beneficium preſtaret usque ad finem vitæ ſuæ ob cenſum annuatim ad Miſſam Sancti Martini ſolvendum, hoc eſt duos denarios. Iſti ſunt teſtes: Otperht, Arfrid, Onhart, Epucho, Nendilo, Svvidker, Ermperht, Hartmuot, Hartvvich, Reginheri, Erchanperht, alius Erchanperht fidejuſſor ejusdem Kysalfritæ, & teſtis. Actum ad Frigiſingas anno Incarnationis Domini DCCCXLII.

NUM. DCXXI.

Traditio Isancrimi Presbyteri ad Puoche.

QUoniam reverendæ memoriæ quidam venerabilis Presbyter nomine Isancrim divino inſtinctus amore tractavit, qualiter indulgentiam delictorum ſuorum percipere mereatur, tradidit proprietatem ſuam ad Frigiſingam in altare Sanctæ Mariæ in loco nominato ad Puoche una cum conſenſu, & conſilio patris ſui, & ſtatuit, ut poſt amborum iſtius vitæ exitum ad ſupra dictam domum Dei firmum, & inconcuſſum permaneret, hoc eſt curtem cum domo, mancipiis VI. quorum nomina ſunt, Ratheri, Einrih, Deotman, Adalpald, Muothilt, Hiltipirc, cum terris, pratis, paſcuis, ſilvis, aquis, aquarúmve decurſibus, & valde bono pomerio, mobile, & inmobile, totum quicquid ipſa die habere videretur, tradidit, nihílque pretermiſit preter duo mancipia. Actum eſt ad Frigiſingam VI. Idus Auguſti, & in preſentia Oadalpald Præpoſiti, & Uuldarrici Archipresbyteri, & Herolſi Presbyteri. Iſti ſunt teſtes: Herilant Comis, Wicco, Reginfrid, Sigipald, Irphinc, Ratolt, Wigant, Reginheri, Chuonrat, Hartmuot. Anno Incarnationis Domini DCCCXLII. Indict. III.

NUM. DCXXII.

Traditio Oadalhardi Presbyteri ad Impach.

EGo igitur indignus Presbyter Oadalhart omnem proprietatem hereditatis meæ, quicquid habuit ad Impach firmiter tradidit ad domum Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas, præter mancipia II. ea ratione firma traditione traditio iſta peracta eſt, medietatem ſupra dictæ hereditatis meæ pro remedio animæ meæ, & parentum meorum patris, & matris, medietatem alium pro beneficio, quam habet Soamperht Presbyter, ut eam mihi poſt obitum ejus liceat habere cum tali ſervitio, ſicut ille ſupra dictus Presbyter Soamperht præſenti tempore viſus eſt peregiſſe. Hoc factum eſt anno Incarnationis Domini DCCCXLIII. Indict. VI. die conſule quod factum eſt XI. Kal. Januarii, ad Frigiſingas. Iſti ſunt, qui hoc viderunt, & audierunt, & teſtes extiterunt: Rupo Pres-

Digitized by Google

Presbyter, Abſolon Diaconus, Ratolt Comes, Fritilo palatij Comes, Reginperht, Piligrim, Odolt, Managolt, Liutpald, Oadalſcalh, Eginolf, Amoto, Liutprant, Willahelm, Nothart, Wicperht, Chuanrat, Urolf, Caganhart, Lamo. Et ego Helidperht hæc videns, & audiens indignus Subdiaconus conſcripſi.

NUM. DCXXIII.

Wisurin de Echinaha Colonicam I.

IN nomine Domini. Notum ſit cunctis fidelibus, quia quidam vir nobilis nomine Wisurih pro remedio anime ſuæ, & pro parentum ſuorum, quorum nomina Heripirc, Rihpirc, Swanahilta, & Engilhilt omnem rem proprietatis ſuæ, quam habuit ad Echinaha firmiter tradidit ad domum Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas, ut ibidem ſine mutatione permaneat perpetualiter, & ut Reginhardus Presbyter in ipſo loco hanc rem habens cum prævideat uſque ad finem vitæ ſuæ. Hoc factum eſt anno Incarnationis Domini DCCCXLIII. Indict. VI. in III. Nonas Januarii. Iſti teſtes per aures tracti: Folmot, Jacob, Altolf, Sigipald, Spulit, Mahtrih, Liutprant, Eginolf, Wolfolt, Lantfrid, Joſeph. Alia vice ante ipſum altarem tradidit ad Echinaha in XV. Kal. Octobris. Teſtes Machelm, Tito, Walto, Criſo, Hroadker, Anthugi, Siffo, Heriker, Adalker, Hatto, Alto, Eparolf, Eparuni, Isangrim, Uto. Et ego Cozroh indignus Presbyter juſſione Erchanberti Epiſcopi conſcribſi.

NUM. DCXXIV.

Traditio Mahtberti.

REnovavit quidam vir nobilis nomine Mahtperht traditionem Rihholti, & fratris ſui Adalberti Presbyteri, & quicquid ſupra dicti Viri Riholt, & Adalperht ei in hereditatem dimiſerunt, & quicquid ipſe in ipſo loco poſſidere videretur, qui dicitur ad Arhinſvvente inter duas foſſas in jam adquiſitis, & adhuc inquirendis rebus, hoc totum, & ad integrum pro remedio animæ ſuæ, & ſupra dictorum Patris & fratris firmiter tradidit ad domum Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas, & ut ipſe ipſas res in beneficio habeat uſque ad vitam ſuam; poſt obitum vero ipſius ad domum Sanctæ Mariæ firmiter confirmatum permaneant ad Frigiſingas ipſis Monachis ad ſerviendum, qui ibidem Regulam Sancti Benedicti obſervare nituntur. Hoc factum eſt ad Frigiſingas anno Incarnationis Domini DCCCXLIII. Indict. VI. in VII. Kal. Octobris. Et iſti ſunt teſtes: Abſolon Diaconus, Herolf Presbyter, Piligrim, Odolt, Reginperht, Toto, Eparheri, Otperht, Reginhart, Altrih, Aarfrid, Lamo, Reginpoto, Empricho. Et ego Helidperht indignus Subdiaconus juſſione Erchanberti Epiſcopi conſcripſi.

NUM. DCXXV.

Traditio Waltharii ad Pullinhuson.

NOverint quidem pagenſes, atque iſtius provinciæ, ſeu ſedis fideles, qualiter quidam vir nomine Waltheri tradidit ad domum Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas in loco, qui dicitur Pullinhusir Miſſalem I. mancipia duo, quorum nomina ſunt: Drudpald, Willisvvind, armenta III. Caldarium I. Andeonem I. Actum in eodem loco. Iſti ſunt teſtes: Piligrim Advocatus, Odolt, Reginperht, Engilpern, Empricho, Kaganhart, Lamo, Situli, Altrih.

NUM.

Digitized by Google

NUM. DCXXVI.

Traditio Nordberti ad Perhan.

COnſtet igitur, quòd quidam homo nomine Nordperht tradidit in altare Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas in loco nominato Perhah inter agros, & lignum jugera III. anno Incarnationis Domini DCCCXLIII. Indict. VI. VIIII. Kalendas Julias. Actum ad Frigiſingas. Iſti teſtes: Aarfrid, Reginpoto, Reginhart.

NUM. DCXXVII.

Traditio Piligrimi ad Chienperc.

REcogitans enim quidam vir nobilis nomine Piligrim divina, evangelicáque mandata, quæ dicunt: facite vobis amicos de Mammona iniquitatis, & reliqua. Hac voce enim divini amoris conpunctus ſupra dictus Piligrim pro remedio animæ ſuæ, & filii ſui Reginberti, ſeu parentum ſuorum, vel cognatorum ad ſe pertinentium omnem rem proprietatis ſuæ paternæ hereditatis, ſeu adquiſitionis, quam habuit ad Chienperc, & ad Reode, ſeu ad Adalhareshuson, præter id, quod ad Rihperhte, & ad Sororem ſuam Siccam concambiavit, & Ekkimunteshopa, quam Uxori ſuæ tradidit ad juſtitiam ſuam habendam, cui nomen eſt Alta. Eo tenore ipſa traditio facta eſt, ut ipſe Piligrim ſua beneficia habeat, ſuámque traditionem usque ad vitam ſuam; poſt obitum verò ipſius Conjux ejus Alta ipſam traditionem ſuam ad Chienperc, ſeu unum de beneficiis ſuis, quale ſibi elegere voluerit, ſi ipſam traditionem ſuam ad Adalhareshuson, ſeu omnem adquiſitionem ſuam addere voluerit, & ſi maritalem thorum velata in antea conſervare voluerit, & annis ſingulis cenſum exinde perſolvat, hoc eſt veſtitum monachicum cum camiſile, & cappid. Si autem Domino donante interim heres ex ipſis naſcatur, ad Kheanperc hereditatem noſtram poſſideat, & ad Adalhareshuson niſi quod prætermiſſum eſt. Poſt obitum Piligrimi, quamvis heredem habeant, ſtatim cum omni integritate permaneat ad Frigiſingas cum mancipiis XII. quoscunque elegere voluerint proviſores ipſius Eccleſiæ de Frigiſingas. Sin autem ipſa Conjux ejus ſe velare noluerit, aut heres ex eis ortus non fuerit? ſtatim cum omni integritate firmiter traditæ permaneant ad Frigiſinga res noſtræ cum mancipiis his nominibus: Amalperht, Riholt, Deotolf, Seliman, Liutmar, Purcman, Radach, Nordcoz, Wolfam, Williheri, Waltheri, Erpfrat, Otmunt, Wildfanc, Ekkymunt, Hiltidrud, Cunddrud, Petta, Deothilt, Ellanhilt, Alpiz, Wisagund, Zeizvvarz, Deotila, Purcrat, Fridarat, Hroadpirc, Ratdrud, Waltila, cum terris, pratis, paſcuis, ſilvis, aquis, aquarúmque decurſibus, cum domibus, & omnibus ædificiis, cum curtiferis, & pecoribus, cum omnibus adquiſitis, & ſuperinpoſitis pecuniis. Hoc totum, & integrum ſine ulla commutatione firmiter tradidit ad domum Sanctæ Mariæ ad Frigiſinga, ut ibidem perpetualiter permaneat. Hoc factum eſt ad Frigiſingas in præſentia Erchanberti Epiſcopi, & cunctæ familiæ Sanctæ Mariæ. anno Incarnationis Domini DCCCXLIII. Indict. VI. in II. Nonas Julias, & iſti teſtes per aures tracti: Kepolf, Wicpald, Luitpald, Willihelm, alius Willihelm, Eparheri, Luitperht, Friduperht, Reginhart, Choanrat, Cundheri, Hitto, Kaganhart, Nothart, Altolf, Otperht, Folmot, Engilpern, Deotperht, Luitprant, Arfrid, Jacob, Reginolf, Luitker, Altrih, Irphinc, Rihilo, Isanperht, Hroadperht, Hroadhart, Cunzi, Ampricho, Leo, Ellanhart, Hitto, Anthelm, Reginpato. Et ego Cozroh indignus Presbyter hoc videns, & audiens juſſione Erchanberti Epiſcopi conſcribſi.

NUM.

Digitized by Google

NUM. DCXXVIII.

Traditio Hrodberti Presbyteri ad Steingauuue.

NOtum ſit omnibus iſtius provinciæ fidelibus viris, qualiter quidam honorandus Presbyter nomine Hrodperht tradidit ad domum Sanctæ Mariæ, quicquid proprietatis eodem die habere videretur in loco nominato Steingauuue ob beneficium ea ratione econtra ſibi conplacitatum, nihilque pretermiſit, quod non totum pleniter tradidiſſet. Actum ad Frigiſingas VIII. Kalend. Martias anno Incarnationis Domini DCCCXLIII. Indict. VI. Iſti ſunt teſtes: Einheri, Joſeph, Epo, Egisheri, Reginfrid, Perhtrih, Williheri, Willapato, Chonrat, Kozperht Clericus, Amalrih Clericus, Lantfrid. Iſte cenſus eſt, quem Hruodolf vvadiavit annuatim ſolvere ad miſſam Sancti Martini denarios II. pro beneficio ad Pacharon in publico placito coram Erchanberto Sanctæ Sedis Epiſcopo ac coram duobus Comitibus Ratoldo, & Adalberto, aliiſque, Piligrimo, Kepolfo, Kunzone, Purchardo, Otpoto, Wolfoldo, Pettone, qui eundem cenſum ſuſcepit, Tozzone, Reginperhto; Altolfo.

NUM. DCXXIX.

Notitia, qualiter Erchanbertus venerabilis Epiſcopus, nec non & quidam vir nobilis nomine Paldricus inter ſe communi conventione placita ſua conſtituerunt.

IN nomine Domini Dei, & Salvatoris noſtri Jheſu Chriſti. Notum ſit omnibus Chriſtianam Religionem colentibus, quòd Erchanbertus Frigiſienſis Eccleſiæ Epiſcopus annuente gratia Divina cum Paldricho viro venerando ſe coadunavit talium rerum, ut ſequens ratio per ordinem demonſtrat, hoc eſt, quòd idem Epiſcopus, idémque vir nominatus convenerunt in loco nuncupante Dungeih, quod eſt juxta civitate Viriduna, ubi trium fratrum Hludharij, Hludovvici, & Karoli facta eſt concordia, & diviſio regni ipſorum. Condixerúntque, quòd præfatus Baldricus proprietatem, quam haberet in finibus Bajowariorum pro pecunia valente libras CCL. tradidiſſet ad domum Sanctæ Mariæ, & ut Erchanbertus jam dictus Epiſcopus nepos ſuus Reginbertus videlicet eandem proprietatem usque ad exitum vitæ ipſorum ad proprium haberent, cenſúsque ab eis annuis temporibus ad jam dictam domum Dei veniret de argento ſolidi II. hoc eſt de cuique illorum unus inter dum cùm viverent. Poſt hæc acceſſit prænotatus Baldricus, & tradidit in capſas Sanctæ Mariæ, ac in manus Erchanberti Epiſcopi, & nepotis ſui Reginberti, atque Advocati illorum Eparharij talem proprietatem, quam haberet in exercitu Bajowariorum in locis nominatis Tannara, Helidkereshuſir, Chleninavva, Munninpah cum omnibus ad hæc pertinentibus, hoc eſt curtem cum domo mancipijs, territorijs, pratis, paſcuis, ſilvis, aquis, aquarúmve decurſibus, mobile, & inmobile, totum, & integrum cum omni integritate, & juſta adquiſitione pertinente ad loca vocata. Iſti ſunt teſtes per aures tracti ſecundùm legem Bajovvariorum: Fritilo palatinus Comis, Cundpald Comis, alius Cundpald Comis, Ratolt Comis, Herilant Comis, Orendil Comis, Adalperht, Managolt, Reginperht, Adalhoh, Irinc, Hunolf, Cundalperht, Cundperht, Kejo, Piligrim, Heriperht, Meginolt, Canto, Kepahart, Liuthart, Folmot, Petto, Regino, Reginperht, Eparheri, Otperht, Altolf, Adalo, Eginolf, Althrih, Willihelm, Kepahoh, alius Kepahoh, Tozzi, Hringolf, Sigivvart, Cozzolt, Waldfrid, Alphrih, Mahtperht, Rihperht, Willihart, Rocholf, Kernod, Tozzilo, Kartheri, Job, Friduperht, Reginhart, Immo, Tagaperht, Hiltikern, Hludovvic, Erchanbert,

ed by Google

bert, Irmfrid, Regindeo, Chuniperht, Manno, Engilpald, Cotaperht, Jacob, Alpkis, Eccho, Helmuni, Antres, Oadalſcalch, Reginheri, Perhtram, Urolf, Eigil, Ermperht, Offo, Rihheri, Heriperht, Engilrih, Meginperht. Et iſti ſunt Frieſoni Vaſalli dominici: Ermfrid, Waldker, Lantfrid, Germo, Perhtolt, Adalhart, alius Adalhart. Et iſti vaſalli Paldrici: Sigipot, Kerans, Otachar, Camanolf, Folchans, Deotolf, Hiltihram, Kerrih, Drudpald, Leipvvin, Engilperht, Dincfrid, Magnus, Reginperht, Frumolt. Iſti etiam ſunt fidejuſſores: Sigipoto, Cundpald, à quibus Erchanbertus Epiſcopus, & Advocatus ejus Eparharius una cum nepoti ſui Reginperhto prædictarum rerum XI. Kalend. Septembris veſtituram acceperunt coram multis teſtibus, quorum nomina: Adalperht, Cotaperht, Etih, Cundperht, Piligrim, Hitto, Eparheri, Juſiph, Folmot, Willihelm, Waldker, Oadalrih, Iſankrim, Iſanhart, Froimar, Nordperht, Wiſunt, Reginpoto, Perhtrih, Piſin, Jacob, Altolf, Lantperht, Talamot, Erchanolf, Rihheri, Hucperht, Frecholf, Paldrih, Ekkiheri, Cozperht, Hrodperht, Rihheri, Lantperht, alius Hitto, Hiltolf, Hrodlant, Eparhelm, Reginolt, Reginpoto. Anno Incarnationis Domini DCCCXLIII. Indict. VI. Actum die decimo menſis VIII. hoc eſt IIII. Idus Auguſti.

NUM. DCXXX.
Traditio Paldacri ad Starckinun.

IN nomine Domini. Notum ſit cunctis fidelibus, quòd quidam vir nobilis nomine Cundpato, & Advocatus ejus nomine Paldachar communis manibus, quicquid habuerunt ad Starkinun pro Alprico, & Willipurgu firmiter tradiderunt ad domum Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas, curtem cum domo, cum omnibus ædificijs, quicquid ad hæc pertinere videbatur, terris cultis, & incultis, pratis, paſcuis, ſilvis, pecoribus, pomerijs, & mancipia III. his nominibus: Adalhart, Rudhilt, & Ellanhilt, & ut hæc omnia poſt obitum ejus firmiter tenentur ad domum Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas. Acta ſunt hæc in domo Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas anno Incarnationis Domini DCCCXLIIII. Indict. VI. in pridiè Nonas Januarias. Et iſti ſunt teſtes: Amalrih, Engildeo, Mejol, Hrodolt, Cundheri, Amuto, Ermperht, Arfrid, Adalo, Wigant, Kartheri, Eginolf, Irminheri, Hartmot, Mathrih, Epucho, Hartperht, Erchanperht, Anthelm, Wolfolt, Hrudperht. Et ego Cozroh indignus Presbyter hæc videns, & audiens juſſioni Erchanperhti Epiſcopi conſcribſi.

NUM. DCXXXI.
Traditio Swidmote.

NOtum ſit cunctis iſtius provinciæ nobilibus, fidelibúsque viris, quòd quædam Sanctæmonialis femina, nomine Svvidmot, venit ad Domnum Erchanbertum Epiſcopum in loco, qui dicitur Chamara, acceſſit ſimul cum Wicberto filio ejus, & tradidit in capſam Sanctæ Mariæ, quicquid in loco nominato ad Horskinhofun proprietatis illo die habuiſſe viſa eſt, eandémque traditionem utriusque manibus inpoſitis ad confirmandam, ut ipſa traditio firmior, ac verior inde haberetur, id eſt curtem cum domo, & alijs ædificijs, terris, pratis, paſcuis, ſilvis, aquis, aquarúmque decurſibus, mancipia his nominibus: Winimunt, Ermanrih, Mekinolt, Winnilind, Hrodlind, Eniſa, nihílque prætermittens, quod non penitus tradidiſſet. Ea verò ratione, ut hoc ipſum haberet, usquedum viveret, & filius ejus Wicperht ſimiliter habuiſſet, & poſt obitum amborum eadem traditio ad domum Sanctæ Mariæ ad Frigiſin-

gas firma, & ſtabilis ampliùs permaneret. Et idem ſupra dictus Wicperht ſtatim Wadiavit unum pro cenſu denarium annuatim ſolvendum. Fidejuſſor verò Advocatus Otperht ejuſdem traditionis, & cenſus extitit, ac veſtituræ. Iſti ſunt teſtes per aures tracti: Liutpald, Reginperht, Eparheri, Hartnid, Choanrat, Otperht, Otachar, Adalperht, Wichelm, Hringolf, Irphinc, Reginhart, Arfrid, Mahtrih, Hartmot, Cunzi, Helfrih, Cundhart, Deotperht, Jacob, Reginpoto. Amo, Eparhart, Oatilo, Hartperht. Actum in loco, qui dicitur Chamara VIII. Kalendas Junias, anno Incarnationis Chriſti DCCCXLIIII. Indictione VIIma. Et ego Patto indignus Presbyter hæc videns, & audiens juſſione Erchanberti Epiſcopi conſcripſi.

NOTA.

Svvidmotam quæ hanc donationem fecit, fuiſſe viduam, & Religionis Nòvitiam apparet ex eo, quia dicitur filium habuiſſe, & illo die adhuc proprium poſſediſſe. Porrò Monialibus, uti Monachis, aliquando uſum certarum ſuæ hereditatis rerum permiſſum fuiſſe, & etiamnum permitti, annuente maximè Epiſcopo, novum non eſt; uti nec illud, quòd Moniales aliquando, ubi res poſtulat, eadem permiſſione itinera inſtituerint, & adhuc aliquando inſtituant.

NUM. DCXXXII.

Traditio Reginberti ad Kysalheringa.

NOtitia traditionis Reginberti, quam fecerat pro ſuo, ſuorúmque parentum remedio ad Sanctam Sedem ſemper Virginis Dei Genetricis Mariæ Frigiſienſis Eccleſiæ, hoc eſt in villa, quæ dicitur Kysalheringa dimidiam partem unius colonij. Iſti ſunt teſtes per aures tracti: Adalunc, Engilfrid, Erchanperht, Walto, Hrodlant, Gaganhart, Pazrih, Liupo, Kysalperht, Suonpald, Smidilo, Engilperht. Anno Incarnationis Domini DCCCXLIIII. Indict. VII. Regis noſtri Hludovvici XIIII. Actum II. Kalendas Septembris.

NUM. DCXXXIII.

Traditio Unforti ad Lozespach.

NOtum ſit cunctis fidelibus in confinio Bajovvariorum conſiſtentibus, quia quidam vir nobilis nomine Unfort ſeipſum inclinavit in altarem Sanctæ Mariæ, & ſeipſum tradidit in ſervitium Sanctæ Dei Genetricis Mariæ, & quicquid habuit in loco nominato ad Lozespach præter jugere decem, & cinctadam unam, & de pratis aliquantos ſinus, aliud, quicquid habuit cum omni integritate firmiter in altarem Sanctæ Mariæ tradidit ad Frigiſingas, hoc ſunt mancipia iſta: Horscolf, Cunzo, Adalgoz, Heripald, Chriſtina, curtem cum domo, cum alijs ædificijs, & cum omnibus ad hæc pertinentibus. Iſti ſunt, qui hoc peractum viderunt, & teſtes exſtiterunt: Cundperht, Heriperht, Altolf, Joſeph, Folmot, Eigil, Nendilo, Crimuni, Anthelm, Isanperht, Egilperht, Oadalrih, Fridurih, Warmunt, Arpeo, alius Fridurih, alius Oadalrih, Sarunc, Liutker, Meginheri Clericus, Ratkis, Wolfolt, Heimperht, Cundpald, Walfrid, Isanhart, Wichelm, Huſinc, Kerperht, alius Kerperht, Wolfolt, Rohinc, Alpuni, Willipato, Isanperht, Tozi, Engilrih, hoc ſupra dicto die in ſimul factum eſt.

NUM.

Digitized by Google

NUM. DCXXXIV.

Renovatio traditionis Arnoni Abbatis ad Potilinpah.

IN nomine Domini noſtri Jheſu Chriſti. Notum ſit cunctis fidelibus Bojovariæ provinciæ conſiſtentibus, quia quidam vir nobilis, & Abbas vocatus nomine Arn venit ad piiſſimo Pontifice Erchanberto in locum, qui dicitur Dorfa ammonens eum de traditione Genitoris ſui Haholti in loco, qui dicitur ad Poatilinpah. Ipſe verò non immemor miſericordiæ ſuæ conpunctus ipſarum antiquarum traditionum parentum ſuorum ipſam ammonitionem libenter accepit, & conſenſum prumpto animo præbuit. Sequenti verò die ſupra dictus Abbas Arn obviam venerabili viro Erchanberto Epiſcopo venit ad Tegarinwac, cæptam rem perficere alacri vultu in præſentia Erchanberti Epiſcopi acceſſit ad capſam Sanctæ Mariæ, renovavítque parentum ſuorum traditionem, ſuámque aditiens, quicquid in ipſo loco ſibi jure in hereditatem pertinere debuiſſet, hoc totum, & integrum firmiter tradidit, ut poſt obitum ſuum ſine ullius contradictione permaneret ad Frigiſingas. Et econtra accepit in beneficium, quicquid parentes ejus in ipſo loco Poatilinpah antea traditum habuerunt de Domno Erchanberto Epiſcopo, & cenſuit pro hoc annis ſingulis ad Miſſam Sancti Martini de argento ſolidos IIII. ad ſolvendum. Iſti teſtes: Ratolt, Toto, Nordloh, Urolf, Heidfolc, Joſeph, Liutker, Scort, Tagaperht, Folmot, Reginheri, Arhart, Hrodperht, Cundilo, Ellinrat, Sigipero, Adalperht, Drudolt, Oadalſcalc, Meginfrid, Cotahelm, Humperht, Isanperht, Wanpald, Nothart, Pernker. Actum in loco nominato Tegarinvvac VI. Kalend. Martias anno Incarnationis Chriſti DCCCXLV. Indict. VIII.

NOTA.

Vir nobilis & Abbas vocatus nomine Arn. Hic eſt Arno Haholti filius, à parentibus & cognatis olim Anno 758. oblatus ad aram B. V. Iſanæ præſente Joſepho Epiſcopo, ut in Parte prima Hiſtorica *pag. 59.* latè demonſtratur ex Inſtrumento Haholti ibidem repoſito. Eum temporis ſucceſſu factum eſſe Abbatem, ex præſenti Inſtrumento eluceſcit: num Iſanæ, an Tegernbaci, incertum manet. Cæterùm cum Arno adhuc vixerit Anno 848. neceſſe eſt, eum fuiſſe nonagenariô majorem.

NUM. DCXXXV.

Traditio Kerhardi, & Deotane ad Paingas.

IN nomine Domini noſtri Jheſu Chriſti. Itaque Kerhart, & Conjux mea nomine Deota ambi pariter cogitantes pro remedio animarum noſtrarum, parentorúmque, ac filiorum tradidimus ad domum Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas, quicquid proprietatis nos & filij noſtri habuimus in loco, qui dicitur ad Paingas, hoc totum, & integrum cum omnibus confinijs ad hæc pertinentibus, cum mancipijs iſtis, quorum nomina Uurmheri, Reginpald, Eigil, Chuniperht, Werinperht, Ribhart, Hiltipald, Drasuno, Zemidrat, Dapariz, Ermanswind, Kerhilt, Albrun, Ratpurc, Etisa, Enisa, Dauvvila, Zavvuni, & cum curtiferis, ſeu cunctis ædificijs, cum pecoribus, & pecunijs, & cum omni adquiſitione noſtra, quam ipſo die habere videbamur, quando de hoc ſeculo migrâſſe nobis contingat. Et econtra per miſericordiam Erchanberti Epiſcopi ab eo in beneficium accepimus talem cauſam, qualem habuit Salomon Presbyter in loco, qui dicitur Dahhauvva prope fluvio, quæ dicitur Ampra, ut ipſam rem habuiſſemus usque ad terminum vitæ noſtræ; poſt obitum verò amborum noſtrum cum omni integritate, & emelioratione, & cum omni adquiſitione noſtra redeat ad domum Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas, ſicut obitus noſter relinquat. Hoc factum eſt ad Frigiſingas in domum San-

Sanctæ Mariæ, ubi Sanctus Corbinianus patronus noſter in corpore requieſcere cernitur, anno Incarnationis Domini DCCCXLV. Indict. VIII. die, quo factum eſt in VI. Idus Majas. Et iſti teſtes, qui hæc omnia peracta, & confirmata viderunt: Fritilo palatij Comes, Wicpald, Kisalhart, Eparheri, Reginfrid, Engilperht, Adalperht, Francho, Choanrat, Isanperht, Ekkiheri, Cundperht, Cundheri, Mejol, Ellanhart. Et ego Cozroh indignus Presbyter hæc videns, & audiens ſcribſi, & ſubſcribſi.

NUM. DCXXXVI.

IN nomine Domini noſtri Jheſu Chriſti. Dum & omnibus in Bajovvariorum provinciæ veracibus viris non habetur incognitum, quòd quondam vir venerabilis Erchanbertus Epiſcopus, & Papo Comis, & alij quàm plures cum eis inſimul convenerunt ad loca, qui dicitur Niſtharteskhirichun, & ſtatim acceſſit Advocatus Erchanberti præfati Epiſcopi Toto, & interpellavit quendam virum nobilem nomine Cundpato filium Albrici de parte proprietatis ſuæ in loca ad Crimpinpah priùs ad Sanctam Mariam Frigiſienſis Eccleſiæ Sedis de Selphardo traditum. Et tunc ipſo ſupra memorato Cundpatoni reſpondente, dialecticare non poſſe, neque nolle, & mox ſucceſſit in illa loca anhelans firmiter, funditúsque tradidit hoc ipſum integrum ad eam interpellationem pertinentem in capſam Sanctæ Mariæ, & de alia hereditate patri ejus mancipia V. nominibus Williram, Riholf, Adalhart, Hrodhilt, Elnalhilt. Et ipſe ſupra dictus vir venerabilis Erchanbertus Epiſcopus, & Advocatus illius Toto acceperunt ipſam traditionem, & poſtea Seſſionem juxta morem Bajovvariorum ad fieri decreverunt, hoc egit Erino ſervuus Sanctæ Mariæ noctibus tribus. Et tunc demum jam dictus Cundpato accepit in beneficium, ut talem tributum annis ſingulis ſolveret ad celebritatem ſolemnitatis illius Eccleſiæ Frigiſienſis, id eſt denarios IIII. Iſti ſunt teſtes legaliter facti: Papo Comis, Epacho, Adalperht, Rihholf, Cunfrid, Perhtolt, Penzo, Rihhelm, Fridaperht, Adalperht, Folmut, Cotahelm, Perhtrih, Oadalſcalh, Spulit, & alij quàm plurimi. Actum eſt anno Incarnationis Domini DCCCXLV. die conſule in XV. Kalend. Aprilis. Et ego Kernod indignus Diaconus cartulam hanc traditionis ſcripſi, & ſubſcripſi juſſu Senioris Erchanberti Epiſcopi.

NUM. DCXXXVII.

Commutatio inter Erchanbertum Epiſcopum, & Hittonem Laicum.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit inter venerabilem virum Erchanbertum Frigiſigenſis Eccleſiæ Epiſcopum, nec non & quendam nobilem virum nomine Hittonem, ut aliquas res pro communi utilitate, & compendio inter ſe commutare deberent, quod ita & fecerunt. Dedit itaque Erchanbertus Epiſcopus ex ratione præfatæ Eccleſiæ ſuæ, unà cum conſenſu, & conhibentia Canonicorum, & Monachorum, aliorúmque fidelium in ipſa Eccleſia degentium, etiam & per licentiam Domni Hludovvici Regis eidem Hittone ad ſuum proprium ad habendum in loco, qui dicitur ad Puanteshuſun in monte conſtituto loco Eccleſiam, & curtem cum domo, & pomerio, & à foris de terra arabili jornales CXXIIII. & de pratis, ubi colligi poſſunt carradæ XV. & de ſilvæ confiniis jornales VIII. ad hunc locum pertinentem. Hoc totum, & integrum cum omni veſtitura tali, quod prædictum eſt, ſicut ad ipſam Sedem pertinere dinoſcitur. Et econtra in reconpenſationem hujus rei dedit memoratus Hitto Laicus ex ſuo proprio ſupra dicto Erchanberto Epiſcopo, & Advocato ſuo Piligrimo ad partem monaſterij ſui in villa, quæ dicitur Cucinhuſir prope

Digitized by Google

pe fluvio Mosaha curtem cum domo, & curtiferum unum, & talem partem, ſicut in ipſa eccleſiaſtica re in ipſo loco habere debuiſſet. Et à foris de terra arabili præter eccleſiaſticam rem jornales C. & IIII. & de pratis ubi colligi poſſunt carradæ C. & de terminis ſilvæ jornales C. cum farinariis, & cum omnibus ad ſe pertinentibus firmiter condonavit. Unde & duas commutationes pari tenore conſcriptas inter ſe fieri rogaverunt, per quas deinceps unusquisque, quod ab altero accepit, teneat, atque poſſideat, & quicquid exinde ob commoditatem ſui facere, vel judicare voluerit, liberam in omnibus habeat poteſtatem faciendi. Et taliter inter eos convenit, & ſi fuerit poſt hunc diem ullus ex ipſis, aut alia quælibet obpoſita, vel emiſſa perſona, quæ contra hanc commutationem, de qua duæ cartulæ pari firmitate conſcriptæ eſſe videntur, venire temptaverit, aut eam infringere conatus fuerit, inferat parti, contra quem litem intulerit, diſtringente fiſco auri libras II. multa conponat, & ſua repetitio nullum optineat effectum, ſed præſens commutatio omni tempore firma permaneat cum ſtipulatione ſubnixa. Hoc factum eſt ad Frigiſingas, anno Incarnationis Domini DCCCXLV. Indictione octava in V. Idus Aprilis. Et iſti ſunt, qui in ipſà domo hanc commutationem peractam viderunt: Uodalpald Presbyter, & Monachus, Gozroh Presbyter, & Monachus, Sindmar Presbyter, & Monachus, Herolf Presbyter, Amalrih Presbyter, Rihperht Presbyter, Adalgarius Diaconus, & Præpoſitus, Abſolon Diaconus, Kernod Diaconus, Undieo Diaconus, Hartperht Presbyter, Arnolt Diaconus, Piligrim Advocatus Laicus, Reginperht Laicus, Otperht Laicus, Riholf Laicus, Willihart, Immino, Kartheri, Erkanperht, Anthelm, Makelm, Hitto Clericus, Hartvvih Clericus, Culping Clericus, & alij ſine numero. Ego indignus Presbyter Gozroh has commutationes peractas videns, & audiens ſcripſi, & ſubſcripſi.

NOTÆ.

In hoc Inſtrumento occurrit prima mentio Canonicorum: qui tamen à Monachis non fuiſſe diſtincti videntur, uti in Parte I. diximus.

Villa quæ dicitur Cucinhusir prope fluvio Mosaha. nempe Gintzenhauſen, in diſtrictu Crantspergenſi.

NUM. DCXXXVIII.

Traditio Erchanmani Presbyteri, & Hunrati Laici.

IN nomine Domini noſtri Jheſu Chriſti. Notum ſit cunctis fidelibus in Noricana provincia commorantibus, qualiter quidam nobilis vir nomine Hunrat tradidit ad Frigiſingas mancipia III. quorum nomina Oadalpald, Ellanpirc, Muotcund, ſive in loco dicto omnem adquiſitionem, quam habuit ad Marcilingas propriæ pecuniæ comparatam, hanc totam, & ad integram firmiter tradidit ad domum Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas. Et econtra in beneficium accepit eccleſiaſticam rem in loco, qui dicitur ad Holze inter fluviis Isaurie, & Filusa, ut ipſam eccleſiaſticam rem uſu fructuario habuiſſet usque ad finem vitæ ejus in hac fragili vita degentis. Poſt iſtiúsque verò deceſſu de hac vita cum omni emelioratione redeat ad domum Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas. Hoc factum eſt anno Incarnationis Domini DCCCXLVI. in II. Nonas Aprilis ad Frigiſingas. Et iſti ſunt teſtes per aures tracti: Ratolt Comes, Adaluni, Reginperht, Petto, Tozzi, Liutperht, Immino, Liutolt, Alprih, Einheri, Arfrid, Nuoto, Wolfperht, Hunperht, Kartheri, Engilpald. Et ego Cozroh indignus Presbyter juſſione Erchanberti Epiſcopi ſcribſi, & ſubſcripſi.

Digitized by Google

NUM. DCXXXIX.

Traditio Engilharti in Halle.

SUpra dictus Engilhart, quicquid habuit in Halle, hoc eſt curtem cum ædificiis, cum loco & frixoria Salis, hoc totum, & integrum firmiter tradidit ad domum Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas, & ipſam traditionem accepit Petto Advocatus Erchanberti Epiſcopi, & fidejuſſor veſtituræ Ortleip. Hoc factum eſt ad Frigiſingas anno Incarnationis Domini DCCCXLVI. Indict. VIIII. in VIII. Kalendas Junias. Et ipſam traditionem de Domno Erchanbetto Epiſcopo in beneficium accepit usque ad vitam ſuam, & pro hoc reddere debet ad cenſum annis ſingulis libram I. de cera. Et iſti ſunt teſtes: Pilikrim, Petto, Wicko, Perhtolf, Husinc, Altrih, Helmrih, Nothart, Madalker, Sulman, Friduperht.

NUM. DCXL.

Renovatio traditionis Sigideonis, & filij ſui Fritilonis ad Truhteringas.

VEnit itaque filius Sigideonis nomine Cunci Diaconus una cum Genetrice ſua nomine Kerhilt, & communis manibus priſtinam patris, & fratris renovaverunt traditionem in omnibus, & cum omnibus ad hæc pertinentibus ad Truhtheringas nihil prætermittentes, cum mancipiis tribus, quorum nomina Oadalheri, Altman, Werdni. Proinde commemorationem agentes priſcorum parentum, quàm præſentium, paritérque præteritorum, & ſuimetipſorum, ut aliquam indulgentiam à Domino percipere mererentur, & communis manibus pro remedio animarum ſuarum totum ex integro, quicquid habuerunt proprie hereditatis, ſeu adquiſitionis ad Chumizdorf cum mancipiis his nominibus: Hiltolf, Canit, Perhtſvvind hoc totum, & integrum Cunti Diaconus, & mater ejus Kerhilt communis manibus in altarem Sanctæ Mariæ firmiter tradiderunt, & puplicè condonaverunt. Sed pigiſſimus Pontifex conſulens paupertati eorum ipſas res jam nominatas in benefitium eis conceſſit, & propter pigiſſimam clementiam ſuam complacitabant cum illo, quisquis illorum trium Sigideo, vel Cunti, ſeu Kerhilt alius alio ſuperſtis fuiſſet in hac fragili, & caduca vita, quoad uſque vixiſſet, ipſas res abuiſſet cum cenſu, hoc ſunt denarios IIII. & annuatim ad itinera diverſa, aut in hoſtem, aut alicubi caballum unum preſtare. Hoc factum eſt ad Frigiſingas, anno Incarnationis Domini DCCCXLVI. Indict. VIIII. in Nonis Auguſti. Et hæc ſunt teſtes per aures tracti: Herilant Comis, Ratolt, Erchanperht, Poabo, Arfrid, Cudmunt, Reginperht, Teitò, Hunolt, Alamar, Moathart, Horscolf, Riholf, Kisalfrid, Rihperht, Cunti, Amoto, Reginperht. Ego igitur Helidbertus indignus Diaconus hanc traditionem, & renovationem videns, & audiens juſſione Erchanberti Epiſcopi ſcripſi, & ſubſcripſi.

NUM. DCXLI.

Traditio Frichoni Presbyteri ad Holze.

NOtum ſit cunctis fidelibus in Epiſcopiæ Sanctæ Mariæ Frigiſienſis Eccleſiæ converſantibus, quia quidam Presbyter nomine Fricho omnem hereditatem, ſeu adquiſitionem hereditatis ſuæ, quicquid habuit ad Holzæ, quod terminat in confinio, quod dicitur ad Smidahuſon, hoc totum, & integrum pro remedio animæ ſuæ, & parentum ſuorum firmiter tradidit ad domum Sanctæ

Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas in altarem Sanctæ Mariæ, ubi Sanctus Corbinianus corpore requieſcere cernitur. Iſta mancipia, quas tradidit Oadalker: Adalkys, Hiltirat Hrodker, Teorpurc, Frenchin. Hoc factum eſt in domo Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas, anno Incarnationis Domini DCCCXLVI. Indictione VIIII. die quo fecit VII. Kalend. Martias. Et iſti teſtes per aures tracti: Piligrim Advocatus, qui ipſam traditionem accepit, Onhart, Cundheri, Erchanperht, Toto, Kepahart, Waldperht, Hrodpald, Hartmod, Reginhard, Hrocholf, Heriolt, Alavvih, Immino. Ea ratione firma donatione, ſi Deo volente Abſolon Diaconus illi ſuperſtis exiſtat, ipſam rem ipſe habeat usque ad finem præſentis vitæ ſuæ; poſt ipſius verò de hac vita diſceſſum, ipſi Canonici, qui ipſo tempore in domo Sanctæ Mariæ deſerviant, jam dictam rem ado poſt illorum habeant ad ligna cedenda. Et ego indignus Presbyter Cozroh hoc videns, & audiens peractum ſcribſi, & ſubſcripſi.

NUM. DCXLII.

Traditio Liutharij Presbyteri ad Zwoltesdorf.

EGo igitur Liutheri indignus Presbyter pro remedio animæ meæ, quicquid proprietatis, vel adquiſitionis habui, hoc totum, & integrum tradidi in capſam Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas, & in manus Erchanberti Epiſcopi, quicquid habui in loco nominato ad Zuoltesdorf, mancipia his nominibus: Luitfrid, Ratluip, Ellanperht, Wolfuni. Et iſti teſtes, qui hoc viderunt firmiter peractum: Zuolt, Hartperht, Eginolf, Mekinfrid, Kerhart, Ekkiheri, Alpolt. Hoc factum fuit anno Incarnationis Domini DCCCXLVI. Indictione VIIII. die conſule, quo factum eſt in VI. Idus Martias.

NUM. DCXLIII.

Traditio Adalkarij ad Urdorf.

AD notitiam cunctorum fidelium perveniat, qualiter quidam vir nobilis nomine Adalker propriam hereditatem ſuam ad Urdorf, quicquid ibidem habuit, hoc ſunt curtes duos cum domibus, & cum aliis omnibus ædificiis, terris cultis, & incultis, mobilibus, & inmobilibus, cum pecoribus, & pecuniis, cum farinariis, cum pratis, & paſcuis, ſilvis, aquis, aquarúmque decurſibus, omnia in omnibus ad ſe pertinentibus adquiſitis, & adinquirendis firmiter tradidit ad domum Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas, mancipia his nominibus: Imidanc, Ratunc, Meginperht, Wolfdregil, Meginheri, Adalvvih, Wintarhilt, Mimidrud. Et conplacitabat, ſi illi filius ſuus ſuperſtis fuiſſet nomine Alpuni, ut ille ipſas res habuiſſet ad vitam ſuam, & ſi ipſe Alpuni dignus fuiſſet Sacerdotali gradu, ut Presbyter fieret, tunc habuiſſet talem eccleſiaſticam rem poſt obitum Erchanbaldi Presbyteri, qualem ipſe Erchanbald modo præſenti tempore tenet, utrique ipſe Adalker, vel filius ſuus Alpuni ipſam eccleſiaſticam rem tenerent usque ad vitam ſuam. Hoc factum eſt ad Frigiſingas anno Incarnationis Domini DCCCLXVI. Indict. VIIII. in X. Kalend. Junias. Iſti ſunt teſtes per aures tracti: Volmot, Fritilo, Hrudperht, Immino, Nothart, Tato, Reginperht, Arfrid, Sigihart, Meginperht, Reginhoh, Willihelm, alius Willihelm. Et ego Cozroh indignus Presbyter, hæc videns, & audiens ſcribſi, & ſubſcribſi juſſione Erchanberti Presbyteri.

Digitized by Google

NUM. DCXLIV.

Traditio Atoni Diaconi, & fratris ejus Miloni Laici ad Othelmesdorf.

COmmunis enim manibus quidam nobiles Viri Ato Diaconus, & frater ejus Milo Laicus pro remedio animarum ſuarum cogitantes, & pro parentum ſuorum, maximè pro redemptione animæ David Presbyteri, qui Avunculus eorum fuerat, tradiderunt in altarem Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas, quicquid habuerunt ad Othelmesdorf cum duobus curtiferis, & cum inpoſitis domibus, cum alijs ædificijs, cum pomerijs, & fontibus, & de foris de arabili terra jornales C. & III. cum pratis, & ſilvis, paſcuis, cum pecoribus, & pecunijs, aquis, aquarúmque decurſibus, cum mancipijs his nominibus: Werdker, & Luipker, Wolfpirin, Erchanpurc, & quicquid Ato Diaconus poſt præſente die elaborare, vel adquirere poſſit, cum omnibus vel adquiſitis, aut inquirendis, totum, & integrum firmiter tradiderunt, & condonaverunt ad altarem Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas, ubi pretioſiſſimus Confeſſor Chriſti Sanctus Corbinianus honorificè in corpore requieſcit. Sed miſericordiſſimus Pontifex miſericordiæ ſuæ benignitate commotus Erchanbertus ipſam traditionem ipſorum Aatone Diacono conceſſit in beneficium cum alijs beneficijs, quas habuit Avunculus eorum David Presbyter in tribus locis ad Sconninauhu, ad Puurron, & ad Pipurc cum tali ſervitio, ſicut David Presbyter annis ſingulis ſervivit, ita ſerviendo ipſasres habeat usque ad vitam ſuam; Poſt obitum verò ipſius cum omni adquiſitione ſua, & emelioratione ipſas res firmiter permaneant ad domum Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas. Hoc factum eſt anno Incarnationis Domini DCCCXLVI. Indictione VIIII. in XVIII. Kalendas Septembris. Et iſti teſtes per aures tracti: Rumolt, Rihmar, Ratolt, Adalwart, Meginfrid, Egiperht, Wito, Reginperht, Sigivvart, Chunihoh, Milo Oadalſcalh.

NUM. DCXLV.

Traditio Chuniberti ad Hasalpah, & ad Papinchiriha.

EGo igitur Chuniperht Presbyter pro remedio animæ meæ, & parentum meorum cogitans, quicquid habui ad Hasalpah, & ad Papinchirihun firmiter tradidi ad Frigiſingas, & ad domum Sanctæ Mariæ præter mancipia III. his nominibus: Waltrihc, Ratpurc, Oadalheri. Alia verò omnia, quicquid habui, firmiter condonavi poſt obitum meum, & Sororis meæ. Et iſti teſtes per aures tracti: Amato, Fridaperht, Chuonrat, Adalperht, Huasmot, Reginolf, Wago, Luitperht, Engilperht, Ermanolt. Hoc factum eſt anno Incarnationis Domini DCCCXLVI. Indictione V. Et ego Cozroh indignus Presbyter hæc videns, & audiens ſcripſi, & ſubſcripſi.

NUM. DCXLVI.

Traditio Hadaberti, & Hahmunt Diaconi.

IN Dei nomine placuit, atque convenit venerales viros pro mercedis ſuæ augmento traditionem quandam rerum ſuarum partem ad Cenobium, quod dicitur Frigiſinga peragere, quod & ita fecère. Tradiderunt ſcilicet Hadaperht, & Hahmunt Diaconus quicquid proviſuri ſunt in illo loco, qui dicitur Hrosdorf habende proprietatis totum & integrum Deo, & Sancto Corbiniano. Econtra recipientes in beneficiolum talem, & omnimodis æqualem rem,

rem, eo tenore, quouſque utrorumque vita comes exiſteret pro poſſibilitatum qualitate uſitandum, & Deo decernente, quòd nullius perſonæ intellectu credulitatis incertum eſt illa termini die poſt veniente, vel iſtius nubis umbra ſequentibus ſupremis temporibus vitam deponere. Curtem cum domo, terras cultas, & incultas, aquas, aquarúmve decurſus, mancipia V. quorum nomina ſunt: Sindker, Heidanrih, Wolfni, Rihemot, Zeizfrid, ut nullus propinquus, vel coheredum ſuorum conſanguineus illam traditionem infringere audeat, ſed præſens ſolito more firma permaneat. Iſti ſunt teſtes vere certitudinis acceſi: Amato, Jacob, Luitolt, Wolfperht, Reginperht, Odolt, Choanrat, Kervvant, Reginfrid, Arpeo, Cozperht, Droant. Actum eſt hoc ad Frigiſingas XIIII. Kalendas Octobris, Anno Incarnationis Domini DCCCXLVII. Indictione VII. anno regnantis Hludovvici Regis Chriſto propitio XIIII.

NUM. DCXLVII.

Traditio Erchanberti Diaconi ad Holzhuſun, & ad Rota.

EGo igitur in Dei nomine Erchanbertus Diaconus pro remedio anime meæ renovavi priſtinam traditionem, & pro redemptione Aveæ, matríſque meæ, quarum nomina Deotvvihc, & Deotſvvind, in loco, qui dicitur ad Holzhuſir, ad unam colonicam ad Rota, mancipia his nominibus: Hruoduni, Cundhart, Hruodrihc, hæc omnia renovavi in capſam Sanctæ Mariæ, & in manus Erchanberti Epiſcopi, & firmiter tradidi, ut in evum inconvulſum permaneant ad domum Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas, ut aliquam indulgentiam facinorum noſtrorum percipere mereamur Domino indulgente, qui vivit & regnat in ſecula ſeculorum. Et iſti teſtes: Willipato, Liuthram, Ratolt, Cozhelm, Adalker, Anthad, Reginperht, Sigivvart, alius Ratolt, Heiſtolf, Adalperht, Eckyhart, Humperht. Hoc factum eſt anno Incarnationis Domini DCCCXLVII. Indict. VII. III. Idus Novembris.

NUM. DCXLVIII.

COmperiat cunctorum fidelium induſtria, quia quedam Monialis femina nomine Oſtarhil, & Advocatus ejus nomine Hadolt communis manibus tradiderunt in altarem Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas mancipia his nominibus: Liutsvvind, Ellanmot, Ellanpirc, Reginhilt, Ekkyhilt, Wando, Deotheri. Et econtra unum beneficiolum æcleſiaſticam rem per cenſum acceperunt ad Otinhuſen. Et iſti teſtes: Willihelm, Meginfrid, Hadolt, Hruodperht, Luitolt, Hitto, Kepahart, Cozperht, Tutilo. hoc factum eſt anno Incarnationis Domini DCCCXLVII. Indictione VII. in domum Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas, in Idibus Septembris. Et ego Cozrohc hæc videns, & audiens ſcripſi, & ſubſcripſi.

NUM. DCXLIX.

Traditio Herigiſi ad Ominpahc.

EGo itaque Herigis tradidi ad domum Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas colonicam I. in loco vocato ad Ominpah, & ut ipſam colonicam filij mei habeant ad vitam ſuam, quorum nomina Druant, & Deotrat. Et iſti teſtes: Wolfprant, Deotperht, Hrodker, Racholf, Wolfcrim, Reon, Hadarih, Ermperht, Meginfrid, Oadalſcalh, Folmot, Liutprant, Alprih, Deotperht, Machelm, Piſin, Egino, Anthelm, Cotahelm, Reginperht, Epathart, Wolf-

perht, Wolfolt, Reginhoh, Antres. Anno Incarnationis Domini DCCCXLVII. Hoc factum eſt ad Puoche. Et ego Kernod indignus Diaconus ſcribſi, & ſubſcripſi.

NUM. DCL.

NOtitia, qualiter quidam vir nobilis nomine Adalger quandam traditionem fecit de Pfrumarun, & de Harthuſin omnibus rebus proprietatis ſuæ, quicquid in ipſis locis duobus habuit cum curtiferis, & edificijs, cum pomerijs, cum terris cultis, & incultis, pratis, paſcuis, ſilvis, aquis, aquarúmve decurſibus, cum mancipijs. Hec omnia pro remedio anime ſuæ, & filij ſui Iſanperti, & parentum ſuorum, quorum oblationis debitor eſſe dinoſcitur tradidit ad altare Sanctæ Mariæ, & conplacitavit, ut hoc poſt obitum ſuum nullus ſecularis poſſideret, ſed in ſervitio Dei permaneret. Hoc factum eſt anno Incarnationis Domini DCCCXLVII.

NUM. DCLI.

Traditio Iringi, & Conjugæ ſuæ Fridapurc, & filij eorum nomine Meginhart in tribus locis ad Hreode, quod pertinet ad Tanchirichun, & ad Aſche, & ad Elpach prata.

OB recordatione igitur parentum ſuorum divino amore compunctus quidam vir nobilis nomine Irinc cum Conjugæ, & filio venit ad venerabilem virum Frigiſienſis Eccleſiæ Epiſcopum Erchanbertum, conſiliare cum eo aliquam medelam ſuæ ipſius animæ, ſeu genitorum, vel cognatorum ſuorum. Supra dictus enim pijſſimus Pontifex Erchanbertus ſalubre conſilium ſuadendo ſecundùm voluntatis ſuæ affectum ei infudit, ut ita perageret. Ille verò ſtatim promptus ita peragere adſtitit, & acceſſit ad altarem Sanctæ Mariæ in Frigiſingas cum Conjuge, & filio, & communis manibus tradiderunt in altarem Sanctæ Mariæ, quicquid propriæ hereditatis, vel adquiſitionis habuerunt ad Reode, quod pertinet ad Tanchirihha, cum curtiferis, & ædificijs, cum pratis, & territorijs, cum ſilvis cultis, & incultis, cum paſcuis, & farinariarum locis. Et econtra in beneficium accepimus ipſam Eccleſiam ad Tanchirihhun cum omnibus rebus ad hæc pertinentibus, & ipſam traditionem noſtram ad Reode usque ad vitam noſtram noſtrorum trium, & cenſuimus pro hoc annis ſingulis de argento IIII. Solidos reddendum usque ad vitam meam; poſt obitum verò meum, ſi Domino jubente Conjux mea Fridapurc, vel filius meus Meginhart mihi ſuperſtites fierent, ut ipſi II. Solidos annis ſingulis reddent. Poſtea verò in alijs duobus locis ad Aske curtem cum domo, & cum omnibus ædificijs, & a foris de arabili terra jornales LV. & de pratis carradas XII. ipſas res ſtatim in veſtituram, & dominationem ad opus Sanctæ Mariæ in poteſtatem jam dicti Epiſcopi ſecuriter dimiſimus. Hoc factum eſt ad Frigiſingas anno Incarnationis Domini DCCCXLVIII. Indictione XI. in præſentia Erchanberti Epiſcopi, & omnis familiæ ipſius. Et iſti teſtes per aures tracti: Herilant Comis, Einheri, Piligrim, Othelm, Kartheri, Amalperht, Fricho, Irminheri, Chuniperht, Regindeo, Adalgart, Mahtperht, Mahtuni, alius Einheri, Cundheri, Puopo, Erchanperht, Sigipald, Kerhart, Rihholf, Adalperht, alius Mahtuni, Nothart, Kerolt, Wichart, Sigivvart, Liutker, Uurmhart, Ratolt, Ellanperht, Wolfolt, Cundpato, Altolf, Hucco, Reginperht, Feito. Poſt obitum verò noſtrûm trium cum omni integritate, & emelioratione ſine ullius contradictione redeat ad domum Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas. Ego igitur Cozroh indignus Presbyter hæc videns, & audiens juſſione Erchanberti Epiſcopi ſcripſi, & ſubſcripſi.

NUM.

Digitized by Google

NUM. DCLII.

Traditio Eginolfi Diaconi, & Advocati ſui Reginharij.

AD notitiam cunctorum fidelium perveniat, qualiter quidam vir nobilis germani ſui alodem nomine Reginhart, & portionem ipſius nomine Eginolf Diaconi, quicquid propriæ hereditatis habuiſſet in loco, qui dicitur ad Prunnon, hoc totum & integrum firmiter tradidit in altarem Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas, & mancipia his nominibus: Heripato, Cozmunt, Jacob, Snarholf, Purgant, Lantsvvind, Luitkund, Luitheid. Et ipſam traditionem à venerabili viro Erchanberto Epiſcopo in beneficium accepit, & conplacitabat, ut filius ejus Liutolt ipſam traditionem ad vitam ſuam haberet, ſi Paſtori ipſius Eccleſiæ Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas ſervire voluiſſet, & cenſuit pro hoc ſingulis annis reddendum denarios II. Hoc factum eſt anno Incarnationis Domini DCCCXLVIII. Indict. XI. in X. Kal. Martias in publico loco ad Frigiſingas.

NUM. DCLIII.

Traditio Starcholfi Presbyteri ad Pullinhuſun.

INnoteſcimus cunctis in Bajovvariæ provintiæ commorantibus, quòd quidam vir nobilis nomine Starcholf Presbyter, quicquid habuit in villa, qui dicitur ad Pullinhuſun cum mancipiis VI. id ſunt eorum nomina: Chuniperht, Drudmunt, Chunipurc, Meginfrit, Engilpurc, Waltdrud, hæc omnia ſupra enumerata pro remedio animæ ſuæ, & parentum ſuorum firmiter tradidit ad domum Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas, eo tenore, ut beneficia, quæ habet Oadalker ad Pullinhuſun poſt obitum ſuum eas habeat ſupra dictus Starcholf Presbyter uſque ad vitam ſuam ad utendum, ſi fideliter ad domum Sanctæ Mariæ deſerviret. Iſti ſunt teſtes, qui hæc viderunt, & audierunt: Fridaperht, Anthelm, Erchanperht, alius Erchanperht, Liutolt, Lantfrid, Iſanperht, Waninc, Helicho. Et ego Cozroh indignus Presbyter hæc videns, & audiens ſcribſi, & ſubſcripſi. Hoc factum eſt ad Frigiſingas, anno Incarnationis Domini DCCCXLVIII. Indict. VI. in IIII. Nonas Majas.

NUM. DCLIV.

Traditio Irminharti Diaconi.

INnoteſcimus cunctis in Bajovvariæ partibus commorantibus, quia quidam vir nobilis nomine Irminhart Diaconus colonicas II. in loco, qui dicitur ad Sevve curtem cum domo, cum omnibus ædificiis, & cum omnibus ad hæc pertinentibus, & mancipia III. his nominibus: Kepahart, & Hruodolt, Motliup. Hæc omnia ſupra enumerata pro remedio animæ ſuæ, & parentum ſuorum firmiter tradidit ad domum Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas, eo tenore, ut beneficia, quæ habet Hatto Presbyter ad Sevve, & ad Perge poſt obitum Hattonis eas habeat ſupra dictus Irminhart uſque ad vitam ſuam ad utendum, ſi fideliter ad domum Sanctæ Mariæ deſerviret. Iſti ſunt teſtes, qui hæc viderunt, & audierunt: Orendil Comes, Atfrid, Arpeo, Hiltſvvind, Sculd. Egiperht, Adalhoh, Warmunt, Luitprant, Amalker, Kiſalhart, Meginrat, Helias, Adalker, Chuniperht, Einhart, Reginhart, Anthad, Cotehelm, Reginperht, Wolfperht, Meginrat, Ellanperht, Lantperht, Truogo, Willihelm, Rihideo. Et ego Cozroh indignus Presbyter hæc videns, & audiens juſſioni Erchanberti Epiſcopi conſcribſi. Hoc factum eſt ad Frigiſingas anno Incarnationis Domini DCCCXLVIII. Indictione VI. IIII. Idus Aprilis.

NOTA.

Hoc Inſtrumentum videtur eſſe ultimum eorum, quæ Cozrohus ſcripſit, & ſubſcriptione firmavit. Certè poſt annum Chriſti 848. nunquam amplius eum Notarij munere functum fuiſſe reperimus.

NUM. DCLV.

NOtum ſit quàm plurimis iſtius provinciæ nobilibus, & veracíſque viris, qualiter quidam nobilis vir nomine Undeo Diaconus cuidam puerulo, nomine Reginolf proprietatem ſuam tradidit in loco, qui dicitur Glana, & ad Inzimuſe totum ex integro in his duobus locis, quicquid habere videbatur præter XV. mancipia, & hanc traditionem fecit Undeo in manus illius infantis, & Advocati ſui Piligrimis, quod plurimi viderunt, qui præſentes fuerunt. Poſtea namque contigit, quòd plurimi inſimul convenerunt viri nobiles ad condictum placitum in loco, que vocatur Viotkkiribca pro quàm plurimis cauſis derimendis. id. Erchanbertus Epiſcopus venerabilis, & Ratolt Comis, & alij quàm plurimi, qui adhuc in ſequentibus computandi ſunt. Et quando conſederunt in concilio, & conplacitare ceperunt, tunc ſurrexit jam dictus Undeo Diaconus coram omnibus in concilio poſitis, & petivit ipſum Reginolſum infantem, & Advocatum ejus Piligrimum priorem ſibi dimittere traditionem, quod ipſi renuerunt, & poſtea fecerunt, & illius traditionis reddibitionem accepit de Piligrimo, & illo infante, & fidejuſſor fuit Cunzo, & quod mundeburdem Infanti dimiſit. Tunc demum ſepe dictus Diaconus perfecit, quod in ſemetipſo antea pertractavit, & tradidit hanc ipſam proprietatem ad Clana, & Inzimoſe nemine contradicente in capſam Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas in manus Erchanberti Epiſcopi, & Advocati ſui Piligrimi totum, & integrum cum omnibus rebus ad illis locis juſtè pertinentibus nihil prætermittens, niſi mancipia XV. his nominibus: Adalperht, Adaluni, Ratfrid, Deotolf, Altolf, Amalrihc, Trebvin, Scalco, Fridaheri, Megusvvind, Willipurc, Kerhilt, Kyſalpirc, Hruodpurc, Deotlind, aliáque per omnia tradidit; ea verò ratione, quòd illud beneficium ad Jepinkkiricha, & ad Inzynmoſe illis ambobus habere licuiſſet cum mancipiis vel aliis rebus ad hæc loca juſte competentibus usque in vitam ipſorum, ut & ipſe infans tonſuram accepiſſet, ac de illa ſede dominationem habuiſſet. Illa autem ratione peracta hoc, quod tradidit, & illud quo conplacitavit ſimul in beneficium acceperunt de manu Erchanberti Epiſcopi in cenſum XV. denariorum Miſſàm Nativitatis Sanctæ Mariæ annuatim perſolvendum, & ſtatim in ipſo placito perſolverunt, & eodem die veſtivit Eparharium Advocatum Erchanberti Epiſcopi ad Ynzimoſe Ratolfo Comite præſente, Managolt, Odolt, Heririh, Hiltiporc, Hrodheri, Perhthelm, Humperht. Et iſti ſunt teſtes: Ratolt Comes, Cotaperht, Cunzo, Luitperht, Piligrim, Kepolf, Anno, Hruodperht, Odolt, Eparheri, Huasmot, Wichelm, Regioperht, Managolt, Iſangrim, Heririh, Amuto, Paldachar, Kepahoh, Reginhart, Wolfolt, Hruodheri, Wiſunt, Egilrihc, Ratolf, Cotafrid, Tuto, Alprihc, Jacob, Erlunc, Hitto, Alprihc, Rihcperht, Iſanheri, Heymo, Fridaperht, Hiltiport, Odalpald, Deotpald, Liutprant, Irphinc, Cotahelm, Piſim, Mahtrihc, Iſanperht, Sigipald, Anthelm, Eigil, Atto, Leidrat, Odalhart, Immino, Oadalker, Koypold, Iſanhart, Sigideo, Muniperht, Willipato, Lanperht, Iſanpald, Amalker, Reginperht, Einvvic, Dancholf, Ratolf, Heriperht, Irminpald, Cundperht, Engilhart, Sniumperht, Engilperht, Cros. Actum eſt hoc in publico placito coram Ratoldo Comite in loco, qui dicitur Viotkkiriba, VIII. Idus Aprilis Anno Incarnationis Domini DCCCXLVIII. Indictione XII. Et iſti ſunt, qui præſentes fuerunt, quando venerabilis Erchanbertus Epiſcopus, & Advocatus ejus Piligrim illam veſtituram acceperunt ad Clana. Cotaperht, Amato, Alprihc, Cundpald, Echo, Luitprant, Eigio, Iſanhart,

Hart-

Digitized by Google

Hartperht, Odolt, Andreas, Iſangrim, Kaganhart, Keparohc, Iſanperht, Wis, Wiliperht, Cotahelm, Anthelm, Reginhoh. Hoc fuit factum Idibus Aprilis. Et ego Paatto indignus Presbyter juſſione Erchanberti Epiſcopi hanc notitiam conſcripſi.

NUM. DCLVI.

Iſta traditio Cozberti Diaconi ad Stocperc.

DIvina inſpiratione, evangelicíſque verbis ego indignus Cozbertus Diaconus ammonitus, quibus dicitur: Theſaurizate vobis theſauros in cælo, ubi neque erugo, neque tinea demolitur, & ubi fures non effodiunt, nec furantur. Inde quidem cogitans pro remedio animæ meæ quandam traditionem facere, ſicut & feci. Tradidi namque ad domum Sanctæ Mariæ Virginis totam proprietatem meam in loco, qui dicitur Stocperc curtem cum domo, curtiferúmque, ſilvam, prata, terras aratorias exſtirpatas, ſive exſtirpandas, res queſitas, & inquiſitas, ut poſt obitum meum ſine ullius contradictione coheredis mei inconvulſum, & inmutabile ævis temporibus ad Sanctam Sedem Frigiſienſis Eccleſiæ permaneat. Iſta ſunt nomina mancipiorum: Adalger, Oadalker, Meginfrid, Cozmunt, Unroh, Adalfrid, Perhhilt, Perhtfrid, Pena, Deozza, Deotvviz. Iſti ſunt teſtes per aures tracti: Deothart, Wicco, Kernand, Hitto, Kartheri, Friduperht, Hiſſo, Volmot, Mezzi, Eparhart, Nothart, Outo, Heinrih, Reginperht, Weriant, Perendeo, Cotahelm. Actum eſt ad Sanctum Stephanum, VII. Kalendas Auguſti Indict. VII. anno Incarnationis Domini DCCCXLVIII. regni Hludovvici Regis anno XIIII.

NUM. DCLVII.

NOtitia, qualiter quidam Presbyter, nomine Alpheri ſuam traditionem, quam fecerat ad domum Sanctæ Mariæ renovavit, hoc eſt, ut nihil pretermiſit, quod non totum tradidit ſine tribus mancipiis, curtem cum domo, curtiferúmque. Similiter & terras aratorias, mancipiorum nomina ſunt iſta: Hringolf, Hrodlind, Heilpurc. Iſti ſunt teſtimoniales audientes: Herilant Comis, Sigimot, Tozzi, Immino, Fritilo, Ellanperht, Cundmunt, Tetto, Eginolf, Reginperht, Adallcozz, Eccolf, Atto, Rihpald Poapo. Actum eſt ad Iſmanningun coram multis nobilibus VII. Idus Januarij, Indictione VII. anno Incarnationis Domini DCCCXLVIII. anno regni Hludovvici XIIII. miſereatur Froinmundo, quiſquis legat titulum.

NUM. DCLVIII.

DUm & omnibus non habetur incognitum, qualiter vir venerabilis Erchanbertus Epiſcopus convenit, & alij quam plures cum eo, quorum nomina ſubter innixa ſunt in loca publica, qui vocantur Dorfa. Tunc adiit Rihhart Presbyter, & Advocatus ejus Cundperht coram Epiſcopo, & interpellabant Arperhtan Diaconum, & Advocatum ejus Adalhohan de tali hereditate, quale videbatur habere ad Kyſalpahc, id eſt baſilica, & omnia ad ea pertinentia dicentem, ſe injuſtè ei de veſtitura ſua abſtractam. Reſpondente Adalhohe Advocato defendebat hoc jure rectitudinis hoc haberi uſque ad vitam ſuam, in talem placitationem, qualem ipſe Rihhart, & Pater ejus Hartvvic, & Heimperht Diaconus, ſeu Ellanperht Judex, & Hemmi; ea ratione jam tradiderunt ad Sanctam Mariam Frigiſinenſis Eccleſiæ Sedis, ut poſſiderent hi tres uſque in vitam ſuam, quod eſt, ut habeat ipſe Arperht Diaconus uſque in diem obitûs ſui, poſt eum Rihhart Presbyter, ſi ei ſuperſtis fuiſſet, poſt illum Wolfperht Diaconus, ſi illum

Digitized by Google

illum ſupervixiſſet, poſtea cum omni integritate, & confirmatione ad Sanctam Mariam conſiſtere debere teſtantur. Tun Erchanberto venerando præfato Epiſcopo loquente, ſe velle deſtruere talem diſceptationem, qualem inter his eſſe cognoſcebat, quod ita utraque parte conſentientibus & fecit. Acceſſitque memoratus Adalhoh, & Arperht Diaconus, & vvadium dederunt, ſolvere ſe de pecunia ſolidos XX. ut ipſa placita non pervenirent. Statímque reddiderunt de luco, quod ad ipſam baſilicam aſpicit, de eo duo pars ſolidas V. componendo, & ceterun alia pecunia, quousquedum XX. ſolidi complerentur. Adierúntque cum conhibentia, & conſenſione communis manibus, & renovaverunt antiquam traditionem in capſam Sanctæ Mariæ, eo modo, ſicut priùs profitebantur actum eſſe, quatinus Arperht Diaconus teneat, poſſedeat in diem defunctionis ſuæ, poſt illum Rihhart Presbyter, poſtea Wolfperht Diaconus, ſimiliter poſt vitam illorum trium ſine ullius hominis contradictione ad domum Dei, & Sanctæ Mariæ firmiter, & inviolabiliter permaneat, hoc eſt baſilicam, & curtem cum domo, & Scoria, cæteráque omnia juſtè ad ea pertinentia id. mancipia III. Wolfrid, Keila, Wolfkys, terris cultis, & incultis, aquis, aquarúmque decurſibus, pratis, ſilvis, paſcuis, & cetera. Inſuper ipſe Rihchart tradidit propriam alodem ſuam ad Frigiſingas Sanctam Mariam, pro remedium verò anime ſuæ, ut aliquid ſolatium meretur accipere, quod eſt Hrodrateshopa, ut ibidem in evum permaneat. Iſti ſunt, qui hoc viderunt, & audierunt, quòd legaliter ſicut conſuetudinem Bajuuorium factum eſt: Rumolt, Adalo, Toto, Kepahart, Willihelm, Kepahoh, Cotadeo, Memmo, Amo, Adalhart, Arhart, Helmuni, Onhart, Fridaperht, Urolf, alius Adalo, Waldperht, Perhtrihc, Sahso, Joſeb, Aodalſcalh, Hrodperht, Liutker, aliíque multi. Actum eſt die conſule VII. Kalendas Martias anno Incarnationis Domini DCCCXLVIIII. Indict. XI. Ego Kernod indignus Diaconus hanc cartulam traditionis juſſu venerabilis Domni Erchanberti Epiſcopi, ut ſtabili permaneat, ſcripſi, & ſubſcripſi.

NUM. DCLIX.

Traditio Hruodperti de Hruotperhtesdorf.

VEnit quidam vir nobilis nomine Hruodperht ad Frigiſingas pro remedio animæ ſuæ cogitans, ipſa vice contigit, quæ jam ipſius fuerat Uxor ibidem veniſſe, nomine Liutſvvind, qui jam alter altero tradiderunt proprietatem ſuam; ſed dum diviſi eſſent uterque illorum ſuam habuit proprietatem. Tunc verò, ut firmior fieret traditio ejus, jam dicta Liutsvvind dimiſit ei ipſam traditionem, quam olim ei peractam habuiſſet, & preſens adſtabat, & ille firmiter quicquid in jam dicto loco habuit, firmiter ad domum Sanctæ Mariæ tradidit, mancipia his nominibus: Hemmo, Wolfhram, Alprihc, Herivvart, Comadrud. Hoc factum eſt anno Incarnationis Domini DCCCXLVIIII. ad Frigiſingas, Indictione XII. Iſti ſunt teſtes: Adaluni, Sigivvart, Aodalſcald, Liutperht, Hruodperht, Odolt, Meginfrid, Reginperht, Cotahelm, Erchanperht, Anthelm, Hucco, Liutperht, Spulit, Rihheri, Sigihart, Adalperht, Liutolt, Sallo, Anulo, Wicrih, Meripato, Waldker, alius Adalperht, Cozperht. Poſtea venit Adalgarius Præpoſitus ad ipſum locum, & veſtituram ipſius traditionis accepit. Iſti ſunt teſtes veſtiture ipſius: Amalker, Hadaperht, Eckyhart, Immino, Cotaperht, Crimperht, Anulo. Et econtra in beneficium accepit ipſam æccleſiaſticam rem, quæ dicitur ad Herinchova cum mancipiis V ad utendum, & emeliorandum, usque ad vitam ſuam:

NUM.

Digitized by Google

NUM. DCLX.

Traditio Adhilte ad Strupingas.

QUædam mulier nomine Adalhilt æternæ vitæ mercedem quærens, ut aliquam veniam delictorum à Domino reciperet; ideo quicquid habuit ad Strupingas, firmiter tradidit ad domum Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas. Iſti ſunt teſtes: Kepahart, Irphinc, Jacob, Amuto, Juſip, Liutprant, Alprihc, Spulit, Herimot, Hruodheri, Adalhoh, Eparhart, Engilpato, Cozperht, Tuto, Adalo. Hoc factum eſt anno Incarnationis Domini DCCCXLVIIII. Indict. XII.

NUM. DCLXI.

Complacitatio, ſeu redditio Erchanfredi Presbyteri ad Munninpahc, & ad Reode.

CUm conſtet quia quàm plurimis in Bajovvariæ provinciæ partibus incognitum non eſt, qualiter quidam Presbyter nobilis Erchanfrid nomine traditionem proprietatis ſuæ, quod ei jure hereditaria pater ſuus dimiſit, & de fratribus ſuis participavit jam olim factam temporibus Attonis Epiſcopi ad domum Sanctæ Mariæ. Sed inſtigante diabolo, alijſque perſuaſoribus infrangere conatus eſt, & deteſtare cœpit, atque negare, hanc traditionem ſe numquam peregiſſe. Contigit namque Erchanbertum venerabilem Epiſcopum placitum ſuum condixiſſe in loco, qui dicitur Tannara, ubi plurimi de Hoſis, vel alij quàm plurimi viri nobiles inſimul convenerunt hanc negationis falſitatem disrumpere, & ſuperare, quod & ita factum eſt teſtibus veracis, & ſcriptis. Jam dictus namque Presbyter videns ſe ceptam rem non poſſe perficere, tulit ſecum in locum ſecretum Fridaratum Comitem, ſeu Rihhonem, vel alij, cum quibus cauſam ſuam conſiliare voluit, vidénſque ſe legibus, & teſtibus, vel ſcriptis eſſe ſuperatum, tractavit cum ipſis, & convertit pravum ſenſum, atque confeſſus eſt priorem traditionem. Intravit ſimul cum ipſis in concilium, & cum reſediſſent, tunc inter alia ſurrexit Piligrim Advocatus Erchanberti Epiſcopi, & interpellavit Waldgarium Advocatum prædicti Presbyteri, dicénſque: dimitte traditionem, quam Erchanfrid fecit jam olim ad domum Sanctæ Mariæ, & poſtea injuſtè abſtraxit. Ille vero videns, ſe aliter agere non poſſe, ſtatim relaxavit in manus ſepe dicti Epiſcopi, & Advocati ſui Piligrimi. Fidejuſſores fuerunt Starcholf, & Erchanfrid. Tunc querebat veſtituram ab eo. Ille verò confeſſus eſt altera die eum veſtire, quod ita & factum eſt. Poſt hanc verò veſtituram Erchanbertus venerandus Epiſcopus interrogans jam dictum Presbyterum, quid de ſua cauſa conſiliatum habuiſſet? Ille econtra rogans, ſibi licentiam dari, renovabit priorem traditionem, iterúmque tradidit totum ex integro, quod habuit, nihil prætermittens niſi mancipia V. & conqueſitionem ſuam.

Supra dictus namque venerandus Epiſcopus non immemor miſericordiæ ſuæ concedebat illi hoc ipſum in beneficium usque in vitam ſuam; poſt finem verò vitæ ſuæ ſine ullius hominis contradictione firmiter, & inviolabiliter ad domum Sanctæ Mariæ permanſiſſet. Et iſti ſunt teſtes, qui hoc viderunt, & audierunt, quod factum fuit ad Tannarun: inprimis Fridarat Comes, Rihho Comes, Ratolt Comes, Managolt, Cotaperht, Piligrim, Purchart, Cunzo, Eparheri, Adalker, Adalo, Oadalrih, Kyſalfrid, Cotavorht, Frieſo, Petto, Mahtuni, Eginolf, Meginperht, Willihelm, Cundperht, Pald, Hitto, Altolf, Cotahelm, alius Pald, Deotpald, Hruodolt, Hruodperht, Folmot, Cundpald, Odolt, Rih-

Digitized by Google

Ribheri, Evo, Waltfrid, Meginfrid, Alprih, Jacob, Luitperht, Hiltipald, Cros, Wichelm, Otperht, Crimuni, Mejol, Juncman, Chuniperht, Wicperht, Immino, Isanheri, Oadalſcalh, Deotmar, Isanhart, Cotafrid, Wolfolt, Peradeo, alius Petto, Deotperht, Purchart, Adalvvart, Erlo, Tunno, Luitker, alius Starcholf, Eckyheri, Ranvolf, Tiso, Paldachar, alius Oadalſcalh, Heriperht, Umfrid, Stallo, Talamot, Echo, Maricho, Adalker, Kaganhart. Actum in loco Tannara anno Incarnationis Domini DCCCXLVIIII. Indictione VII. menſe Januario, V. Idus Januarij. Et iſti teſtes per aures tracti ad Helidkereshuſon, quando Erchanfrid ipſam traditionem fecit: Pertolt, Wichelm, Piligrim, Amoto, Waldker, Volmot, Alprihc, Meginfrid, Hruodperht, Otperht, Humperht, Jacob, Liutprant, Ippo, Sigahart, Stallo, Reginhoh. Actum eſt hoc ad Helidkereshuson in III. Idus Januarij. Et ego Paato indignus Presbyter juſſione Erchanberti Epiſcopi annotavi, & conſcripſi. Iſti ſunt, qui præſentes fuerunt, quòd Waldker Advocatus Erchanfredi Presbyteri veſtivit Piligrimum Advocatum Erchanberti Epiſcopi ad Munninpah, & ad Reode, quicquid jure hereditario ad his duobus locis juſtè, & legaliter pertinere dinoſcitur, curtibus, & curtiferis, domibus, alijsque ædificijs, terris cultis, & incultis, Marchis, ſilvis, pratis, paſcuis, aquis, aquarúmve decurſibus, mancipijs juſtè ad hoc pertinentibus. Engildrud, Rihpald, Zeizhilt, Starcholf, Meginperht, Willihelm, Eparheri, Wichelm, Isangrim, Amoto, Erchanfrid, Ercho, Isanhart, Cundpald, Kejo, Moricho, Gaganhart, alius Caganhart, Hruodperht, Lantolt, Riholf, Oadalſcalh, Amo, Cotaperht, Immino, Otperht, Einvvic, Adalpero. Similiter ad Tannarun veſtivit, quicquid juſtè Erchanfredum conſtare de parentibus, & fratribus ad ſuam partem in ipſa baſilica, vel conqueſitione cuncta eum pertinere debere dinoſcitur, per fimbriam pallij jacentis ſuper altare veſtivit.

NUM. DCLXII.

Traditio Titzani ad Rota.

AD notitia cunctorum fidelium pervenire decrevimus, quia quidam vir nobilis nomine Titzo venit ad Tannaron, & quicquid propriæ hereditatis, vel adquiſitionis habuit ad Rota prope fluvio, quæ ipſo nomine vocatur Rota, hoc eſt curtem cum domo, & cum alijs ædificijs, ſeu quicquid ſibi hereditario jure in ipſo loco evenire debuiſſet, hoc totum, & ad integrum firmiter tradidit in capſam Sanctæ Mariæ, ut perpetuæ juræ ab hodierno die pro remedio animæ ſuæ, ſuorumque parentum, atque cognatorum permanſiſſet ad domum Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas. Hoc factum eſt ad Tannaron II. Kalend. Julias anno Incarnationis Domini DCCCXLVIIII. Indictione VII. Et iſti ſunt teſtes: Eparheri, Wichelm, Eccho, Isangrim, Erchanperht, Anthelm, Joſeb, Alprihc, Eginolf, Reginheri, Situli, Hepinolt, Hruodperht, Folmot, Rihheri, Mahtrihc, Immino, Anthelm, Hunolt, Craman, Eparhart, Rihcpald, Eigio, Engilperht, Arpeo, Kaganhart.

NUM. DCLXIII.

Traditio Erchanpaldi ad Lutzilindorf.

NOtitia cunctorum fidelium, quia quidam vir nobilis Presbyter nomine Erchanpald ad Lutzilindorf, quicquid propriæ hereditatis, vel adquiſitionis habuit ad Lutzilindorf, curtem cum domo, & cum alijs ædificijs, ſeu quicquid ſibi hereditario jure in ipſo loco evenire debuiſſet, hoc totum, & integrum firmiter tradidit in capſam Sanctæ Mariæ, ut perpetuo jure ab hodierno die pro remedio animæ ſuæ, ſuorúmque parentum, atque cognatorum per-

Digitized by Google

permanſiſſet ad domum Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas. Hoc factum eſt ad Frigiſingas anno Incarnationis Domini DCCCXLVIIII. Indict. VII. Et iſti ſunt teſtes: Sigifolc, Aodalſcalh Comis, Erchanpald, Cundperht, alius Cundperht, Alprat, Einheri, Isanker, Wigant, Ilprant, Swidker, Saliso, Irphinc, Huſinc, Eigil, Immino. Mancipia, quorum nomina: Reginhelm, Adalhilt, Rathelm, Othelm, Uulfrihc, Citilo, Alucho, Tato, Waltker, Hilipirc, Luitker.

NUM. DCLXIV.

Traditio Reginhilta ad Erilinhuſon.

NOtitia cunctorum fidelium, quia quædam nobilis femina nomine Reginhilt, quicquid propriæ hereditatis, vel adquiſitionis habuit ad Herilinhuſon, curtem cum domo, & cum alijs ædificijs, jornales XX. de pratis carradas X. mancipia I. hoc totum, & integrum tradidit ad domum Sanctæ Mariæ, & ut filius ejus nomine Wenilo habeat usque in vitam ſuam; poſt obitum ſuum permanſiſſet ad domum Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas. Iſti ſunt teſtes: Odolt, Hadaperht, Iminolf, Hegilo, alius Hadaperht, Aodalhart, Fparmunt, Petilo, Cundpato. Actum eſt ad Frigiſingas, anno Incarnationis Domini DCCCXLVIIII. Indictione VII.

NUM. DCLXV.

Traditio Kysalrici ad Pritilinpach.

AD noticia cunctorum fidelium, quia quidam vir nobilis nomine Kysalrihc renovavit priſtinam traditionem, quicquid propriæ hereditatis, vel adquiſitionis habuit ad Pritilinpahc, curtem cum domo, mancipia VI. jugerum L. de pratis carradas XXIIII. hoc totum, & integrum tradidit ad domum Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas. Actum eſt hoc ad Frigiſingas anno Incarnationis Domini DCCCXLVIIII. Indictione VII. Et iſti ſunt teſtes: Ratolt, Altolf, Cotehelm, Rihelm, Atto, Wenilo, Hruodperht, Reginperht, Meginfrid, Anthelm.

NUM. DCLXVI.

Traditio Waldungi ad Peralohc.

NOtitia cunctorum fideliter, quia quidam vir nobilis nomine Waldunc, quicquid propriæ hereditatis, vel adquiſitionis habuit ad Peralohc, curtiferum I. Jornales X. pratis XII. carradas, mancipia his nominibus: Hriſilo, Sunnihilt, & omnem adquiſitionem ſuam, hoc totum, & integrum poſt obitum ſuum tradidit ad domum Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas, ut ab hodierno die pro remedio animæ ſuæ permanſiſſet ad Frigiſingas domum Sanctæ Mariæ. Actum anno Incarnationis Domini DCCCXLVIIII. Indictione VII. Iſti ſunt teſtes: Reginperht, Altolf, Haholf, Sigipald, Heriperht, Liutolt, Meginfrid, Huſinc.

NUM. DCLXVII.

Traditio Crimolfi ad Harhuſon.

NOtitia cunctorum fidelium, quia quidam vir nomine Crimolf ad Hardhuson tradidit ad domum Sanctæ Mariæ pro remedio animæ ſuæ jugeres XVII. de pratis carradas XII. Iſti ſunt teſtes, qui hoc viderunt, & audie-

Digitized by Google

audierunt: Kepahohe, Wicperht, Oadalſcalhc, Cundperht, Scrot, Otperht, Kartheri, Poapo, Chuniperht, Meginfrid, Ermperht, Hruodperht. Talem adquiſitionem, ſicut ille habuit, tradidit ad domum Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas. Actum eſt hoc anno Incarnationis Domini DCCCXLVIIII. Indictione VII.

NUM. DCLXVIII.

Traditio Ilprati ad Cundpaldesdorf.

NOtitia cunctorum fidelium, quia quidam vir nobilis nomine Ilprant pro remedio animæ ſuæ tradidit ad domum Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas curtiferum cum pomerio jugera IIII. Iſti teſtes: Wichelm, Toto, Tozy, Sahcſo, Wigant, Plidker, Arhart, Luitprant, Cozolt. Actum eſt ad Frigiſingas anno Incarnationis Domini DCCCXLVIIII. Indictione VII.

NUM. DCLXIX.

Traditio Rihcperti ad Chuginhuſon.

DUm & omnibus non habetur incognitum, qualiter quidam Presbyter nomine Rihcperht ſuam priſtinam renovavit traditionem, & adaugebat, quid proprietatis, vel adquiſitionis habuit in ipſo loco ad Chuginhuſon cum ædificijs, cum pecoribus, & peccunijs, quid in ipſo loco habere videretur, cum mancipijs his nominibus: Cundpald, Waldker, Sniumrat, Hruodheri, Manatuom, Crigilvvihc, Reginpurc, Rihpurc, hoc totum, & ad integrum firmiter tradidit in altarem Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas. Ea ratione perpetua donatione, ut ipſe Rihperht ipſam ſuam traditionem ad utendum, & emeliorandum usque ad vitam ſuam habuiſſet, & cenſum annis ſingulis reddidiſſet, & poſt obitum ipſius nepus ejus jam dictam traditionem ad vitam ſuam haberet ipſo nomine Rihcperht cum ipſo cenſu hoc eſt denarium I. poſt utrorumque tranſitu de hac luce firmiter tenetur ad domum Sanctæ ad Frigiſingas. Iſti teſtes: Hatto, Hruodperht, Waltrihc, Wolfperht, Rihcperht, Chuniperht, Altrihc, Einheri, Hunolf, Graman, Andreas, Eigil, Ratcoz. Anno Incarnationis Domini DCCCLVIIII. Indictione XII.

NOTA.

Indictione XII. cum anno Chriſti DCCCLVIIII. minimè convenire certum eſt; quod ex præcedenti etiam Inſtrumento clarum fit, ubi longè accuratiùs Indict. VII. cum eo anno componitur.

NUM. DCLXX.

Traditio Chunihohi Epiſcopi de Tagolvingun, & Grimanneſdorf, atque Eckilynpurc.

IN nomine Domini Dei æterni. Cùm inſpirante Divina miſericordia conſuetudo piæ devotionis inoleviſſet, & ut unusquisque pro ſpe futuræ retributionis de rebus ſibi tranſitorijs præmia conpenſare deberet eterna, quando nihil ſibi de proprijs facultatibus minuendo videantur diſtrahere, qui ſemetipſos Deo, Sanctorúmque tuitionibus humiliter commendantes locis etiam venerabilibus, ac Deo militantibus poſſeſſiones ſuas inferre ſatagunt. Idcirco placuit, atque convenit venerabilem virum Chunihohum Epiſcopum traditionem facere de rebus ſuis, quod & ita fecit. Igitur veniens ad Sedem Sanctam Frigiſienſis æccleſiæ, ubi Sanctus Corbinianus Confeſſor corpore requieſcit, & ubi Erchanbertus venerabilis Epiſcopus ejus loci tunc Pontifex erat.

Primò

Digitized by Google

Primò commendans ſe Deo, & Sancto illo, ſeu cunctæ congregationi ejusdem æcclesiæ, & tradidit ad ipſum Sanctum, & venerabilem locum omnia, & in omnibus, quicquid proprietatis eorum pater viſus eſt habere, & ſui parentes eum hereditaverunt in locis nominatis ad Tagolvingun, & ad Gramannesdorf, atque Eckilunpurc. Ad Tagolvingun videlicet baſilicam I. in honore coronatorum Domini conſecratam. Scilicet præfatus Epiſcopus tradidit in altare Sanctæ Mariæ, ſicut ſupra dictum eſt, quicquid juris juſtè habuit, & eodem die poſſidebat in edificiis, atque mancipiis, ſeu pecudibus, terris cultis, & incultis, pratis, campis, perviis, rebus mobilibus, & inmobilibus, cum toto queſtu, & conlaboratu, quascunque in locis omnibus, nihil diſtrahens, quod non tradidiſſet, niſi tantùm unam feminam excluſerat Ñ. quæ jam pridem libertate fuerat conceſſa. Eo autem modo firmavit veradica ſua dicta, quaſi coram obtutu Dei diſerta, proceribúsve univerſalis æcclesiæ comerata, veradicúmque ſub titulatione teſtium eſſe noſcuntur inſerta, quorum nomina jam pandunt: primitus Alprat Comis, Sigamot, Kernand, Pupo, Reginperht, Reginpoto, Pertolt, Tozzi, Willihelm, Megiofrid, Altolf, Huſing, Cartheri, Mahtrih, Crimuni, Hrodperht, Sigapald, Isancrim, Nendilo, Kerperht, Alpolt, Selprih, Eparhart, Poran, Atto, Adalgart. Actum eſt ad Frigiſingas, Indictione VIIII. anno Incarnationis Domini DCCCXLX. anno regni Hludovvici XVIII. Poſtea venerunt Miſſi Erchanberti Epiſcopi firmiſſima ratione tenentes, veſtiturámque ejusdem traditionis accipientes: Kerolf Presbyter, Sigamot, Reginfrid, Tozzi, Immino, Sigahart, Atto, Crimperht, Crimuni, Egilperht, Kotadeo, Adalperht. finit feliciter amen.

Quisquis titulum legat hunc mihimet miſereatur
Indigno, precémque fundat, rogitátve qui vocor Alpunc.

NUM. DCLXXI.

NOtum ſit cunctis in Bajuvvaria fidelibus, quòd quidam vir nobilis nomine Erchanberht, quicquid habere viſus eſt ad Dorfacrun, totum & integrum tradidit ad Sanctam Mariam. Iſti ſunt teſtes: Altrih, Hitto, Poupo, Rihhoh, Immino, Pazrih, Reginperht, Egilger, Egilperht, Iſanperht. Actum eſt ad Frigiſingas anno Incarnationis Domini DCCCXLX. Indict. VII. Nonas Aprilis.

NUM. DCLXXII.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit quidam nobilem virum nomine Hruodperht traditionem quandam facere, ſicut & fecit. Tradidit namque ad Sanctam Mariam propriam hereditatem ſuam in loco, qui dicitur Hruodperhtesdorf, quicquid ibidem habere viſus eſt, curtem cum domo, terras, prata, ſilvas, paſcuas, aquas, aquarúmve decurſus, totum, & integrum, ut ſupra diximus ad Sanctam Mariam tradidit, ut inmutabiliter evis temporibus ita permaneat. Iſti ſunt teſtes per aures tracti: Adaluni, Sigivvart, Uodalſcalh, Luitperht, Hruodperht, Odolt, Meginfrid, Reginperht, Cotahelm, Erchanperht, Anthelm, Hucco, Spulit, Rihheri, Liutolt, Wadker, Cozperht. Actum eſt ad Frigiſingas VIII. Kalendas Majas, anno Incarnationis Domini DCCCL. Indict. IIII. anno Hluduvvicis Regis XV. feliciter amen.

NUM. DCXXIII.

Traditio Clana.

QUis non diligenter imitatur ſcripturam dicentem divinam: date temporalia, ut merceris eterna. Nos indigni Piligrim, & Uxor mea Alta pro virium qualitate cogitavimus perpetrare; tradidimus tamen ad Sanctam Mariam Friſingenſis Eccleſiæ propriam hereditatem noſtram in loco, qui dicitur Glana, totum, & integrum, cum curtiferis, terris, pratis, paſcuis, ſilvis, aquis, aquarúmve decurſibus, mancipia. Econtra ſuſcipientes in beneficium in loco, qui dicitur Slipſes, ut noſtrûm quis alterius ſuperſtis exſtiterit, teneat uſque ad finem ipſius. Sin autem, quod non obtamus, quisquis Rector erit ipſius Eccleſie, hoc mutare voluerit, fiat traditio in poteſtate noſtra, ut faciamus, quod velimus. Si verò pro beneficio firmum fuerit, ſicut dictum eſt, iſta traditio ad Sanctam Mariam nullo coheredum noſtrorum contradicente fixa evis temporibus, & inconvulſa permaneat. Nomina teſtium in libro traditionum habentur. Actum eſt ad Friſingas in VI. Kalendas Februarias anno Incarnationis Domini DCCCLI. Indict. XIIII. anno Ludovvici Regis XVIII. feliciter amen.

NUM. DCLXXIV.

Traditio Riute.

IN Evangelio dicit, qui mihi miniſtrat, me ſequatur, & reliqua. Inde cogitavi quandam traditionem facere, ſicut & feci. Tradidi namque ad Sanctam in loco, qui dicitur Riute, totum & integrum, quicquid in eo loco habere viſus ſum, nihil prætermittens, quod non totum tradidiſſem, ut poſt finem vite nullo contradicente traditio facta firmiter maneat. Nomina teſtium in libro traditionum habentur. Actum eſt ad Frigiſingas XII. Kal. Junias. anno Incarnationis Domini DCCCLI. Indictione XIII. Ludovvici Regis XVII. feliciter.

NUM. DCLXXV.

Traditio Pheterach.

IN nomine Domini noſtri Jheſu Chriſti. Notum ſit cunctis, declaratúmque in Bajovvaria manentibus, quia ego vir nobilis nomine Wicperht cum conſenſu, & conivenția Conjugis meæ nomine Keila, ob peccatorum noſtrorum indulgentiam accipiendam tradidi in capſam Sanctæ Mariæ, quicquid proprie hereditatis, vel acquiſitionis habuimus ad Pheterach, quod dicitur Fitalesdorf, hoc totum, & integrum tradidi in capſam Sanctæ Mariæ ad Friſingas, res noſtras traditas firmiter permanendas cum mancipiis. Et econtra pro reconpenſatione in beneficium accepimus prope rivolum Pheterach talem cauſam, qualem Gamanolf tradidit ad Sanctam Mariam ad Friſingas, ut ipſas ambas res ego, & Conjux mea Keila, & filia noſtra nomine Ypurc ad vitam noſtram cum cenſu duorum denariorum habeamus. Nomina teſtium in libro traditionum habentur. Hoc factum eſt in VI. Kalendas Januarias, anno Incarnationis Domini DCCCLI. Indictione XIII. anno Ludovvici Regis XVII. Alia vice ipſe Wicperht & Conjux ejus Keila in IIII. Nonas Aprilis & communibus manibus tradiderunt in altare Sancte Marie, quicquid proprie hereditatis, vel acquiſitionis in ſupra dicto loco habere videbantur, ut ſupra dictis verbis pro remedio animarum eorum ibidem permaneret. Nomina teſtium in libro traditionum habentur.

NUM.

Digitized by Google

NUM. DCLXXVI.

Traditio Wilpach.

NOtitia, qualiter nobilis homo nomine Manigolt præſente Conjuge ſua tradidit ad domum Sanctæ Mariæ, quicquid habuerunt ad Wilpach. Et econtra in beneficium acceperunt à venerabili viro Erchanberto Epiſcopo talem eccleſiaſticam rem ad Pacharun, qualem bone memorie Engilman Diaconus tradidit ad Sanctam domum ſemper Virginis Mariæ ad Friſingam. Eo tenore ipſam traditionem perfecerunt, ut ipſas utrasque res uſque ad preſentis vite terminum habuiſſent, poſt utrorumque diſceſſum nullus contradicere valeat domui ſancte Marie, Rectoribúsque ejus, ſed cum omni integritate pro remedio animarum noſtrarum perpetualiter permaneat ad domum Sanctæ Mariæ jam dicta traditio noſtra ad Wilpach cum omnibus ad nos pertinentibus. Nomina mancipiorum, ſive teſtium in libro traditionum habentur. Hoc factum eſt ad Friſingas in III. Idus Januarij anno Incarnationis Domini DCCCLII.

NUM. DCLXXVII.

Traditio ad Albelmeshuſen.

NOtitia, qualiter Reginhart Presbyter tradidit ad Adalhelmeshuſun prope Ecchinaha talem proprietatem, ut comparavit, vel acquiſivit labore ſuo in altare Sanctæ Mariæ mancipia VII. aliíſque rebus, pratis, paſcuis, ſilvis, aquis, aquarúmve decurſibus, tradidit namque Eparher Laicus mancipia III. caballos III. armenta VI. aliáque pecora XX. ad ipſam domum Sanctæ Mariæ. Illi verò ambo Reginhart Presbyter, & Eparher Laicus ea ratione fecerunt traditionem, ut poſt obitum Reginhardi filius Eparhardi nomine Diepolt in beneficium ab illius domus Rectore teneat, quicquid habere viſus eſt tempore præſenti in loco præfato, & ipſe Diepolt dominationem habeat. Et ſi hinc ſe abſtrahere voluerit, nullam poteſtatem habeat, aut ſi aliquid de illa traditione frangere ſtudeat, ſtatim hec ipſa traditio mutetur. Poſt utriusque diſceſſum præſens traditio ævis temporibus ad Friſingas nullo contradicente firma permaneat. Cenſum verò Reginhart Presbyter annuatim denarios XII. ſolvere debet, poſtea Diepolt XXIIII. Nomina teſtium in libro traditionum habentur. Actum eſt ad Friſingas in VIII. Kalendas Decembris, anno Incarnationis Domini DCCCLII.

NUM. DCLXXVIII.

Traditio Uodalharti ad Purolſingon.

DUm & omnibus non habetur incognitum, ſed multis in Bajovvariorum partibus conſtitutis bene eſt cognitum, quod ego Oadalhart indignus Presbyter potenti manu tradidi proprietatem meam ad Frigiſingas ad domum Sanctæ Mariæ, ubi Sanctus Corbinianus Confeſſor Chriſti in corpore requieſcit pro redemptione animæ meæ totum, & integrum tradidi, & confirmavi in loco nominato Purolſinga, cum mancipiis, pecoribus, & peccuniis, cum territoriis cultis, & incultis, curtiferis, & ædificiis omnia in omnibus in jam dicto loco ad me pertinentibus. Iſti teſtes: Sigivvart, Reginperht, Eparheri, Erhart, Unroh, Egino, alius Erhart, Arpeo, Pernhart, Puopo, Lantpold, Onhart, Piligrim, Fridaperht. Et vvadiavit cenſum perſolvere annis ſingulis in argento denarios VI. Actum eſt hoc ad Frigiſingas anno incarnationis Domini DCCCLIII. Et ipſa peracta traditione mea conplacitavi ipſam traditionem Nepoti meo nomine

Digitized by Google

Aodalhart, ut cum ipſo cenſo, & fideli ſervitio ad domum Sanctæ Mariæ eſſet ad terminum vitæ in hoc ſeculo uſufructuario habeat, atque poſſideat non ad alienandum, ſed emeliorandum ſine ullius contradictione.

NUM. DCLXXIX.

Commutatio Erchanberti Epiſcopi, & Adalberti Comitis.

IN Dei nomine. Convenit inter venerabiles viros Erchanbertum Epiſcopum, & Adalbertum Comitem pro communi utilitate, & compendio inter ſe quandam commutationem facere, ſicut & fecerunt. Dedit itaque Domnus Erchanbertus Epiſcopus cum conſenſu Canonicorum, ſive Monachorum Adalberto Comite de parte Frigiſinge eccleſiæ ſue in loco, qui dicitur Bernvvinteſchiricha prope fluvium Meiſaha cum omni integritate, terris, pratis, paſcuis, ſilvis, aquis, aquarúmve decurſibus ſine mancipiis, ut teneat, atque poſſideat. Econtra Domnus Epiſcopus ab Comite Adalberto ſimili firmitate ſuſcepit in loco, qui vocatur Lantberteſrieod, quem Adalbertus à Lantberto precio redemit ad domum Sanctæ Mariæ totum, & integrum, quod illic habere videretur, terris, pratis, paſcuis, ſilvis, aquis, aquarúmve decurſibus, exſtirpationibus, ut teneat, atque poſſideat. Unde & duas cartas pro commutatione pari tenore conſcriptas inter ſe fieri juſſerunt, ut coram manibus præſentium, & futurorum oſtendat, ut quicquid alter ab altero ſuſcepit, nullo contradicente ſibi habeat poteſtatem faciendi, quod velit ad ſuam utilitatem, & præſens commutatio ævis temporibus fixa permaneat. Actum eſt XIIII. Kalendas Junij anno Incarnationis Domini DCCCLIII. Indictione XIIII. anno Hluduvvici Regis in Orientali Francia XVIIII. feliciter amen.

NOTA.

Hic rurſus occurrit mentio *Canonicorum ſive Monachorum*: quod deinceps ſæpe fiet.

NUM. DCLXXX.

Commutatio inter Erchanbertum Epiſcopum, & Eralonem Laicum.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit inter venerabiles viros Erchanbertum Epiſcopum, & Eralonem nobilem quandam commutationem facere, ſicut & fecerunt. Dedit itaque Domnus Epiſcopus cum conſenſu Canonicorum ſive Monachorum partem Eccleſiæ ſuæ Eraloni in loco, qui dicitur Rota, terris, pratis, paſcuis, ſilvis, aquis, aquarúmve decurſibus, nihil prætermittens, quod non totum tradidiſſet. Econtra Domnus Epiſcopus ab Eralone ſuſcepit in loco, qui dicitur Erlahuſun ſicut ſupra ſcriptum eſt æqualibus rebus ad domum Sanctæ Mariæ, nihil ſibi prætermiſit, ſed omnia firmiter tradidit. Unde & duas commutationes pari tenore conſcriptas inter ſe fieri juſſerunt, ut uterque, quod accepit, teneat, atque poſſideat, & in ſuam utilitatem vertat. Nulli autem ſucceſſorum, aut parentum licitum ſit frangere, ſed præſens commutatio ævis temporibus firma permaneat. Iſti teſtes exinde: Ratolt Comes, Piligrim, Starcholf, Purchart, Hunperht, Zozo, Reginheri, Eparheri, Reginhart, Jacob, Wolvolt, Heimperht, Job, Rohinc, Hruodperht, Eccho, Wichelm, Iſangrim, Cundperht, Pald, Putalunc, Ejo, Hunperht. Actum eſt ad Epareſbah XVI. Kalendas Decembris, anno Incarnationis Domini DCCCLIII. Indictione XIIII. anno Hluduvvici Regis in orientali Francia XVIIII.

NUM.

Digitized by Google

NUM. DCLXXXI.

Commutatio inter Erchanbertum Epiſcopum, & Annonem Diaconum.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit inter venerabilem virum Erchanbertum Epiſcopum, nec non & Annonem ſuum Diaconem quandam de rebus ſuis commutationem facere, ſicut & fecerunt; dedit itaque Domnus Erchanbertus Epiſcopus cum conſenſu, & conhibentia Monachorum, ſive Canonicorum partem quandam Eccleſiæ ſuæ in loco, qui dicitur Moſaha curtiferum I. cum territorio exarato ad proprietatem habendam. Econtra Anno Diaconus Domno Epiſcopo pro illorum utilitate, & compendio tradidit in eodem loco quattuor partes de terra arabili ad domum Sanctæ Mariæ firmiter tenendum, atque poſſidendum. Unde & duas commutationes pari tenore conſcriptas inter ſe fieri juſſerunt, quod nullus Succeſſor illorum vel Miſſus dominicus hoc frangere valeat, ſed præſens commutatio ævis temporibus firma permaneat. Irhinc iſtius commutationis Advocatus Epiſcopi fuit, & veſtituram accepit. Iſti ſunt teſtes: Leidrat, Cotahelm, Hucperht, Adalperht, Uoto, Helmrih, Rumolt, Alprih, Arahart, Nothart, Sigimunt, Sigihart, Hunperht, Reginperht, Adalgis. Actum eſt in eodem loco die feſtivitatis Sancti Laurentij, anno Incarnationis Domini DCCCLIII. Indict. XIIII. anno Hluduvvici Regis XVIII.

NUM. DCLXXXII.

Traditio de Humpelen.

NOtum ſit cunctis fidelibus iſtius provintiæ viris, qualiter quedam nomine Engilpirn cogitavit pro remedio anime ſue quandam traditionem facere, ſicut & fecit. Tradidit namque ad domum Sancte Mariæ, quicquid habere viſa eſt in villa, que Humplen, rebus acquiſitis, vel acquirendis, curtem cum caſa, & totis edificijs, terris cultis, & incultis, pratis, paſcuis, ſilvis, aquis, aquarúmve decurſibus. Extra traditionem verò nichil ſibi reſervavit, ſed omnia pleniter tradidit, ea ſcilicet ratione, ut poſt obitum ſuum ad Humpelen curtis in Canonicorum proprietatem ſine ulla dilatione redigatur. Hec autem traditio nullo parentum, vel coheredum contradicente ævis temporibus inconvulſa firmiter permaneat teſtimonio veraciter ſubnixo. Nomina teſtium in libro traditionum habentur. Actum eſt ad Friſingas in IIII. Nonas Februarij anno Incarnationis Domini DCCCLIII. Indict. I. Anno Ludovvici Regis in orientali Francia XVIIII.

NUM. DCLXXXIII.

NOtitia qualiter quàm plurimi iſtius provincie nobiles viri tam Comites quàm alij pagenſes venerint ad Friſingam ad feſtivitatem Sancti Corbiniani ibíque divino cultui, ſicut mos eſt Chriſtianis, orationi inſiſtebant, inter hos etiam quidam vir nobilis nomine Engilperht venerat denuntians, ſuam filiam venenò percuſſam per molimina vel machinationes malivole ancille de familia Sancte Marie, ut aſſerunt, quod negari vel econtra dici non potuit: tunc venerandus Erchanperht Epiſcopus hoc ipſum injuſtum factum miſericorditer diſponens præſtitit eidem ſupradicto Engilberto unam coloniam in loco, qui dicitur Eginga, ut eandem habuiſſet uſque ad ſuum ejúſq; filij exitum abſq; illius contradictione quaſi hereditario jure uſq; ad terminum vite poſſideat. inſuper beneficium, quod habuit Presbyter Adalhoh cum tali cenſu ſicut ipſe añis ſingulis perſolvere debitor eſt, habeat, teneat, poſſideat, utatur ſicut velit, ea vero ratione, ſi ſe ipſum

ipſum ſerviturum Friſingenſis Eccleſiæ Epiſcopo profitetur. Et poſt iſtam complacitationem idem Engilbertus totum quicquid contra ſe injuſte fuerat factum reconplacitavit. Actum eſt Friſingæ in VI. Idus Sept. anno Incarnationis Domini DCCCLIII. indict. I. Nomina teſtium in libro Traditionum habentur.

NOTA.

Cautum dudum erat, Tacito teſte, apud Germanos, ut, qui alterius animal, aut ſervum aut filium occidiſſet, ei aut alium v. g. bovem aut ſervum redderet, aut quovis alio modo ſatisfaceret. Id obſervâſſe Erchanbertum, ex præſenti Inſtrumento diſcimus, qui non quidem pro ſua, ſed pro ancillæ, nempe mancipij ſui culpa alteri ſatisfecit.

NUM. DCLXXXIV.

Traditio Lantperti Presbyteri ad Leron.

LAntperht Presbyter omnem adquiſitionem, quam habuit in Lera, hoc totum, & integrum firmiter tradidit ad Frigiſingas, & mancipia II. his nominibus. Hramperht, & Svvanahilt. Iſti ſunt teſtes: Otperht, Reginperht, Deotperht, Iſanperht, Oadalrih, Hunrih, Cundperht, Wiſurih, Heimperht, Egilperht, Sigipald, Adalperht, Cotefrid, Irſinc, Perhtolf.

NUM. DCLXXXV.

Traditio Paldecri ad Cunzynhuſun.

EGo igitur Paldacchar, quicquid habui in eccleſiaſtica re ad Cunzynhuſun pro remedio anime meæ, & parentum meorum firmiter tradidi ad Frigiſingas. Iſti teſtes: Piligrim, Odolt, Luitpald, Altolf, Joſebh, Arhart, Hiltipald, Juto, Witto, Sigipald, Wigant, Amato.

NUM. DCLXXXVI.

De cenſo Rihmari ad Eccylunpurc.

NOtitia, qualiter Rihmar ad Eccylunpurc accepit in beneficium, & Wadiavit Domno noſtro Erchanberto Epiſcopo ad domum Sanctæ Mariæ perſolvere V. Solidos annis ſingulis. Iſti ſunt, qui viderunt, & audierunt, quòd Rihmar cenſum vvadiavit: Rumolt, Otperht, Otpot, Kepahoh, Reginperht, Rihcoz, Ratkys,

NUM. DCLXXXVII.

IN Dei nomine notum ſit cunctis fidelibus, veracíſque viris, quòd ego quidem Podulunc Clericus trado propriam hereditatem meam in loco nominato Purcgreni, quod pater meus mihi dimiſit à Frigiſinga Sancti Corbiniani Confeſſoris Chriſti, ut apud pio Domino eorum interceſſione facinorum meorum aliquam veniam merear obtinere. Nunc verò ego ipſe dono, atque firmiter trado totum, atque integrum in loco ſupra dicto in capxas Sanctæ Mariæ ad Frigiſinga, ut firmiter ſine ulla contradictione permaneat in perpetuum. Iſti ſunt teſtes per aures tracti: Meginrat, Ortuni, Kerhoh, Adalhoh, Drudolt, Irminfrid, Heito, Rihheri, Liutker, Engilperht, Folmot, Jacob, Altolf.

NUM.

Digitized by Google

NUM. DCLXXXVIII.

Kerhoh de Strazpach.

IN nomine Domini noſtri Jheſu Chriſti. Notum ſit cunctis in Bajovvaria manentibus, quia ego Kerhoh indignus Presbyter tradidi omnem rem proprietatis meæ, quicquic habui in loco Strazpahc in capſam Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas cum omnibus rebus proprietatis meæ, cum mancipiis, quorum nomina: Perhtolf, Erchanperht, Cundhelm, Werhilt, Paldvvih, cum pecoribus, & pecuniis, terris cultis, & incultis, pratis, ſilvis, aquis, aquarúmve decurſibus, vel quicquid ab hodierno die adipiſcere valeam. Eo tenore ipſa mea traditio peracta eſt, ut poſt obitum Frumolti Presbyteri ipſam Eccleſiam cum omnibus ad hæc pertinentibus, quam ipſe habet, usque ad vitam meam habeam ad uſum utilitatis meæ; poſt obitum verò meum cum omni integritate ad domum Sanctæ Mariæ ſine ulla contradictione permaneat.

NUM. DCLXXXIX.

Traditio Deotrici Diaconi.

NOtitia, qualiter quidam Diaconus nomine Deotrih tradidit ad Frigiſingas, quicquid proprietatis habuit in loco, qui dicitur Alpagavvi. Ea ratione, quod Fritilo Nepos ejus hoc ipſum beneficium Deotrici Diaconi ad Hahhingas teneret usque ad vitam ſuam. Hæc nomina teſtium: Heipo, Reginperht, Liupato, Jacob, Sigihart, Hrodheri, Wenito, Reginolt, Antres, Snelhart, Ato, Eginolf, Engilpot, Machelm, Folrat, Eckimunt.

NUM. DCXC.

Zeizo Presbyter ad Rota renovavit priſtinam traditionem.

EGo igitur in Dei nomine Zeizo Presbyter veni ad Frigiſingas, & renovavi priſtinam traditionem pro remedio animæ meæ, tradidi ad domum Sanctæ Mariæ, quicquid propriæ hereditatis.

Cætera deſunt.

NUM. DCXCI.

NOtitia de traditione, quod tradidit Adalker, & Alpuni filius ejus ad Frigiſingas, quicquid habuerunt ad Urdorf, hoc eſt domum cum curte, mancipias X. Imidanhc, Meginperht, Ratunc, Wolfdregi, Meginheri, Adalvvihc, Wintarhilt, Mimidrud, Ratheid, Tetta. CX. jornales de pratas C. carradas, ſilva, & marca ſufficienter, & molina I.

NUM. DCXCII.

Commutatio inter Erkanbertum Epiſcopum, & Antarmarum Laicum.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit inter Venerabilem virum Erkanbertum Frigiſienſis Eccleſiæ Epiſcopum, nec non & quendam nobilem virum nomine Antarmar, ut aliquas res pro communi utilitate, & compendio inter ſe commutare deberent, quod ita & fecerunt. Dedit itaque Erkanbertus Epiſcopus

pus ex ratione præfatæ Eccleſiæ ſue, unà cum conſenſu, & coniventia Canonicorum, & Monachorum, aliorúmque fidelium in ipſa Eccleſia degentium, etiam per licentiam Domni Hludovvici Regis eidem Antarmaro ad ſuum proprium habendum in loco, qui dicitur Arehpach curtilem I. & à foris de terra arabili, & de pratis jornales XL. ad hunc locum pertinentes, hoc totum, & integrum, quod prædictum eſt cum omni veſtitura tali, ſicut ad ipſam ſedem pertinere dinoſcitur. Et econtra in reconpenſationem hujus rei dedit memoratus Antarmar Laicus ex ſuo proprio ſupra dicto Erkanberto Epiſcopo ad partem Monaſterii ſui in villa, & rivola, quæ dicitur Affoltrapah curtilem I. & à foris de terra arabili, & de pratis cum ſilva jornales LXXII. Unde & duas commutationes pari tenore conſcriptas inter ſe fieri rogaverunt, per quas deinceps unusquisque, quod ab altero accepit, teneat, atque poſſideat, & quicquid exinde ob commoditatem ſui facere, vel judicare voluerit, liberam in omnibus habeat poteſtatem faciendi. Et taliter inter eos convenit, & ſi fuerit poſt hunc diem ullus ex ipſis, aut alia quælibet obpoſita, vel emiſſa Perſona, quæ contra hanc commutationem, de qua duæ cartulæ pari firmitate conſcripte eſſe videntur, venire temptaverit, aut eam infringere conatus fuerit, inferat parti, contra quem litem intulerit, diſtringente fiſco, auri libras II. multa conponat, & ſua repetitio nullum obtineat effectum, ſed præſens commutatio omni tempore firma permaneat cum ſtipulatione ſubnixa.

NUM. DCXCIII.

Commutatio inter Erchanbertum Epiſcopum, & Adalbertum Comitem.

IN Dei nomine placuit, atque convenit inter Erchanbertum Epiſcopum venerabilem virum Frigiſigenſis Eccleſiæ, nec non & quendam Comitem nomine Adalperht, ut aliquas res pro communi utilitate, & compendio inter ſe commutare deberent, quod ita & fecerunt. Dedit itaque prædictus Erchanbertus Epiſcopus ex ratione prefate Eccleſiæ ſuæ, una cum conſenſu, & conibentia Canonicorum, & Monachorum, aliorúmque fidelium in ipſa Eccleſia degentium, etiam & per licentiam Domni Hluduvvici Regis eidem Adalberto Comite ad ſuum proprium ad abendum in villa, quæ dicitur Uperacha prope fluvio Meiſaha in monte, qui dicitur ad Pernvvineseccleſiam, ipſam Eccleſiam cum domibus, & edificiis, cum farinariis, & pomæriis ad hæc pertinentibus, & à foris de arabili terra jornales CLX. & de pratis carradas C. & quicquid ad ipſum locum pertinere dinoſcitur, terris, pratis, paſcuis, ſilvis, aquis, aquarúmve decurſibus. Et econtra in reconpenſationem hujus rei dedit memoratus Adalbertus ex ſuo proprio ſupra dicto Erchanberto Epiſcopo ad partem Monaſterij ſui ibidem ad proprium ad abendum ad Eccleſiam Frigiſinenſis in loco, qui dicitur ad Lantperhtesreode in confinio Hoſiorum curtem cum domo, cum pomeriis, & edificiis, & de arabili terra jornales C & X & de pratis carradas XXX. & de ſilva, ubi excoleri poſſunt jornales CCCC & de pratis carradas LVI. inſuper & ſilva ad paſtum ſufficientem. Unde & duas commutationes pari tenore inter ſe ſcriptas fieri rogaverunt, per quas deinceps unusquisque ab altero accepit, teneat, atque poſſideat, & quicquid exinde ob commoditatem ſui facere vel judicare voluerit liberam in omnibus habeat poteſtatem faciendi. Et taliter in eos convenit, & ſi fuerit poſt hunc diem ullus ex ipſis, aut alia quelibet obpoſita, vel emiſſa perſona, quæ contra hanc commutationem, de qua duæ cartulæ uno tenore conſcriptæ eſſe videntur, venire temptaverit, aut eam infringere conatus fuerit, inferat pacti, contra quem litem intulerit diſtringente fiſco auri libras X. multa conponat, & ſua repetitio nullum obtineat effectum, ſed præſens commutatio omni tempore firma permaneat cum ſtipulatione ſubnixa Indict. I.

NUM.

Digitized by Google

NUM. DCXCIV.

Commutatio inter venerabilem virum Erchanbertum Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Pepo.

IN Dei nomine placuit, atque convenit inter venerabilem virum Erchanbertum Epiſcopum, nec non & quendam nobilem virum nomine Pepo, ut aliquas res pro communi utilitate, & compendio inter ſe commutare deberent, quod & ita fecerunt. Dedit itaque Erkanbertus Epiſcopus ex ratione præfatæ Eccleſiæ ſuæ unà cum conſenſu, & conhibentia Canonicorum, & Monachorum, aliorúmque fidelium in ipſa Eccleſia degentium, etiam & per licentiam Domni Hluduvvici Regis eidem Pepone ad ſuum proprium ad habendum in loco, qui dicitur Nivvara de pratis carradas duas. Et econtra in reconpenſationem hujus rei dedit memoratus Pepo Laicus ex ſuo proprio ſupra dicto Erchanberto Epiſcopo ad partem Monaſterij in loco, quæ dicitur Nivvara de pratis carradas VI. Unde & duas commutationes pari tenore conſcriptas inter ſe fieri rogaverunt, per quas deinceps unusquisque, quod ab altero accepit teneat, atque poſſideat, & quicquid exinde ob commoditatem ſui facere, vel judicare voluerit, liberam in omnibus habeat poteſtatem faciendi. Et taliter inter eos convenit, & ſi fuerit poſt hunc diem ullus ex ipſis, aut alia quelibet obpoſita, vel emiſſa perſona, quæ contra hanc commutationem, de qua duæ cartulæ pari firmitate conſcriptæ eſſe videntur, venire temptaverit, aut eam infrangere conatus fuerit, inferat parti, contra quem litem intulerit, diſtringente fisco auri libras duo multa conponat, & ſua repetitio nullum optineat effectum, ſed præſens omni tempore firma permaneat ſtipulatione ſubnixa. Iſti ſunt teſtes Herolf Corepiſcopus, Anulo Archipresbyter, Harperht, Reginolt, Kernod, Anthelm, & quàm alij plurimi de familiæ Sanctæ Mariæ.

NUM. DCXCV.

Traditio Rihcarij ad Heidolvingum.

DUm & omnibus non habetur incognitum, qualiter quidam Vir nobilis nomine Rihheri pro remedio animæ ſuæ, quidquid habuit tradidit ad domum Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas, mancipia his nominibus: Wolfpero, Hruodvvar, Kerpurc, Kersvind. Et iſti ſunt teſtes per aures tracti: Iſſo, Joſep, Sahſo, Chuonrat, Mahtuni, Drudolt, Hunolf, Ejo, Erchanhart, Cundheri. Seipſum tradidit, & omnem adquiſitionem ad domum Sanctæ Mariæ ad Frigiſingas. Hoc factum fuit ad Frigiſingas in IIII. Nonas Novembris.

NUM. DCXCVI.

NOtitia traditionis, quam fecit Deotolf Presbyter ad Sanctam Mariam in loco Sindilindorf, baſilicam cum toto territorio, quod ibidem habuit, mancipia III. armenta VI. oves V. porcum I.

NUM. DCXCVII.

Traditio Rosmote ad Feldgundinka & ad Rota.

NOtitia, qualiter quedam nobilis femina, nomine Rosmot, inſtinctu divino tradidit ſuas res in capſam Sanctæ Mariæ, quicquid habuit in loco Feldgundinga, & in alio loco, qui dicitur Rota pro animabus eorum, quo-

quorum nomina hîc ſunt ſcripta: Aodalrihc, Helmrihc, Tutti, Picca, Eccila, Cundrat, ut ad Sedem Sanctæ Mariæ Frigiſienſem pro redemptione eorum perpetuò, firmitérque ſtabilitum permanſiſſet. Iſti ſunt teſtes: Odolt, Piligrim, Eparheri, Altolf, Adalperht, Cozpald, Piſim, Deotperht, Altolf, Willihelm, Eligilpern, Altrihc, Altolf, Sigiprant, Situli, Amato, Reginperht, Erchanbert, Wolfperht, Engilrihc, Kerrihc, Jacob, Rohinc, Reginperht, Reginolf. Hoc factum in VI. Kalendas Junij in publica Synodo ad Ehinga. Et talem cenſum ad Nativitatem reddere debet, hoc ſunt VIII. denarij. Fidejuſſores: Odolt, Cozpald. Alia vice verò easdem ipſas res tradidit ad ſupra dictum locum Frigiſienſem. Iſti ſunt teſtes: Odolt, Altolf, Erchanperht, Eckerheri, Amato, Urolf, Hejo, Irminheri, Aodalſcalh, Wolfperht, alius Irminheri, Cundperht, Anthad, Andres.

NUM. DCXCVIII.

Traditio Slipſes.

IN nomine Domini noſtri Jheſu Chriſti. Notum ſit cunctis in epiſcopio Sanctæ Mariæ manentibus, qualiter quidam nobilis nomine Pilgrim pro remedio animæ ſuæ quandam traditionem fecit ad Slipſes, quod à nobilibus viris conparavit, hoc eſt, molina I. colonicas III. cum curtiferis, pratis, ſilvis, aquarúmve decurſibus, & cum omnibus in ipſo loco ad Slipſes ad ſe pertinentibus, hoc totum, & integrum in manus Ratoldi Comitis, & Kepolfi Comitis dabat ipſam traditionem peragere in altare Sanctæ Mariæ ad Friſingas. Ea ratione, ut Conjux ejus Alta ipſam traditionem haberet usque ad finem vitæ ſuæ, ſi nubere noluiſſet; poſt obitum verò ipſius nullus contradicere valeat domui Sanctæ Mariæ ad Friſingas. Ipſe verò Ratolt Comes, & Kepolf cum funere corporis ſui venerunt ad Friſingas ſupradictis verbis ipſam traditionem perfecerunt. Nomina teſtium in libro traditionum habentur.

NUM. DCXCIX.

Traditio Packeren.

CUm conſuetudo inolevit hominum locis Sanctorum aliquid de rebus ſuis offerre, inde conpunctus ego indignus nomine Ruodolf cogitavi quandam traditionem facere, ſicut & feci. Tradidi namque domum Sanctæ Mariæ propriam hereditatem meam in loco, qui dicitur Packeren cum omni edificio, terris cultis, & incultis, pratis, paſcuis, ſilvis, aquis, aquarúmve decurſibus, vijs, pervijs, totum, & integrum nichil prætermittens, niſi mancipia mea. Ea verò ratione, quod partem fratris mei Engilmanni Diaconi tenerem pleniter, & quod in placitis firmis Kernot Diaconus ambas easdem res habeat, teneat, & poſſideat, utatur, ſicut velit usque ad finem vite ipſius, & quisquis noſtrorum ego, ſive Uxor mea Svidpurc, vel Kernot Diaconus alterum ſupervixerit, ſicut ſcriptum eſt, absque ullius contradictione, quaſi hereditario jure usque ad terminum vite poſſideat. Poſt diſceſſum noſtrorum trium ipſa traditio ad domum Sanctæ Mariæ, ubi corpore quieſcit Sanctus Corbinianus ſine parentum, vel coheredum noſtrorum interdictione firma, & inviolata evis temporibus permaneat. Nomina teſtium in libro traditionum habentur.

NUM.

Digitized by Google

NUM. DCC.

Commutatio inter Erkanbertum Epiſcopum, & Milonem Presbyterum.

COmplacuit, atque convenit inter venerabilem virum Erkanbertum Epiſcopum, & Milonem quendam Presbyterum quandam campionem agere pro communi utilitate, & compendio utriusque, quod & ita perfecerunt. Adijt itaque præfatus Milo Presbyter, & tradidit ad Campidonem, quicquid jure proprietatis habere videbatur in Heimmortingomarcu. in pago, qui dicitur Ilargovve, hoc ſunt Hobas VI. de pratis carradas C. ac ſingularem partem Eccleſiæ ſue totam rem, quam ibidem poſſidere viſus eſt, terris cultis, & incultis, ſilvis, campis, pratis, paſcuis, aquis, aquarúmve decurſibus, exitibus, & regreſſibus, quæſitum, & inquæſitum, molinarem locum I. Econtra tradidit præfatus Erkanbertus Epiſcopus, & Advocatus ejus Milo memorato Miloni Presbytero in loco qui dicitur Scammara Hobas II. quas Huofinc in proprietatem habuit, & ad Altheim Hobam dimidiam, ad Greſingon Hobam I. ad Sunnimuotingon de pratis carradas XX. Actum eſt ad Loubheim in Idibus Auguſti. Iſti ſunt, qui hoc viderunt, & audierunt: Willihelm, Ato, Gundlant, Ratolf, Gunzo, Adalman, Adalperht, Kiſalperht, Wamperht, Hucpald, Sefrid, Morſen, Gerheri, Faſtolf, Milo, Perhtfrid, Picho, Helmger, Perhtrih, Irminperht, Rantvvic.

NOTÆ.

Heimmortingo. Eſt hodiéque *Heimertingen* feudum Eccleſiæ Campidonenſis, & pertinet ad Fuggeros Comites.

Sunnimuotingon. Sumathingen. eſt itidem Fuggerorum.

NUM. DCCI.

Traditio Hittonis Epiſcopi, & Sororis ſuæ Cotesdiu, ſeu filiæ ejus Heilrat nomine. item conplacitatio cum Erchanberto Epiſcopo pro Hittone Clerico, quomodo ſe ordo rationis continet pro illo.

IN nomine Dei cunctorum fidelium Redemptoris Hitto exiguus Epiſcopus &c. *Vide ſub Hittone* §. 2. *Proſecutio ſub Erchanberto.* Felici migratione defunctis Hittone Epiſcopo, & Sororis ſuæ Cotesdiu, alijſque cognatis eorum, honorificé in ipſam Sedem Frigiſingenſis Eccleſiæ Ordinatus eſt Erchanbertus Epiſcopus, qui hoc magne pietatis debito promeruit cathedram epiſcopalem poſſidere. Proficiente enim progenie eorum Heilrat ancilla Dei filia Sororis Hittonis Epiſcopi Cotesdiuuuoe ſuperſtis eſſe videbatur, generanſque ex ſe filias, filioſque filiarum ſuarum, meruítque diſpenſante Domino in filia ſua nomine Perhta a Marito ipſius Willihelmo procreari filium. Ipſa jam dicta Heilrat avunculi ſui amore accenſa Hittonis Epiſcopi, & vocavit eum Hittonem, illóque creſcente adeò, ut clericatûs tonſuram accepit, & conſentit, & profeſſus eſt. Difficile enim nutrito illo, & edocato, congregatâ familiâ Sanctæ Mariæ, & coadunata ad Frigiſingas, & fidelibus fratribus, inter quibus & ipſe Hitto ſupra dictus litteralibus artibus eſt imbutus, advenit Heilrat cum filiabus, & alijs fidelibus ſuis ſuffragante, & adjuvante, ſupplicantéque cunctæ familiæ Sanctæ Mariæ ammonuit venerabilem Erchanbertum Epiſcopum recolere clementiam Dei Patris omnipotentis, & ſupradictorum verborum, ſicut ipſa, & Mater ejus Cotesdiu cum Hittone Epiſcopo conplacitarent, & elegerunt Hittonem Clericum, ſi in Sacerdotali Miniſterio, & Clericatus officio quietus perman-

Erchanbertus Epiſcopus.

Digitized by Google

manſiſſet, poſt obitum Heilrate ipſam rem poſſediſſet. Ipſe verò benigniſſimus Pontifex Erchanbertus hoc cautè conſiderans, ex intimo cordis affectu commotus ita fieri permiſit, ea ratione, ſi jam dictus Hitto cunctorum ſupplicatione fidelium ſuorum Clericatûs officio proficeret, & ad Sacerdotalem gradum perveniſſet, & hoc conſervâſſet erga domum Sanctæ Mariæ, & Rectores ipſius. Sin aliud? Si deviâſſet, & aberrâſſet, nullum agrum de ipſa re habere debere, ſed cum omni integritate pro remedio ſupradictarum animarum redeat ad domum Sanctæ Mariæ, & ut Heilrat uuivente, in ipſa re nullam injuriam, vel contrarietatem facere præſumpſiſſet. Et iſti ſunt teſtes, qui hoc ſupra dictis verbis peractum, & confirmatum viderunt, Willihelm, Wichelm &c. Hoc factum eſt ad Frigiſingas anno Incarnationis Domini DCCCXLV. Indict. VIII. Ego igitur indignus Presbyter Cozroh juſſione Erchanberti hæc videns, & audiens ſcripſi, & ſubſcripſi.

NOTA.

Hoc Inſtrumentum, ſerò nobis exhibitum, fuerat inter Inſtrumenta Anni 845. reponendum.

Inſtrumenta ſub Annone Epiſcopo Friſingenſi VIII.

NUM. DCCII.

De vineis ad Pauzanam.

QUodam tempore, dum turbida res agitabatur in epiſcopatu Friſinge, contigit Deo donante plebem elegiſſe ſibi Annonem Epiſcopum, quod Domnus Rex Ludovvicus aſſenſit, talémque votum benignè ſuſcepit, illúmve ſtatuit feliciter regere Sanctum ovile. Tunc temporis Odalſchalc Triente Epiſcopus per malorum ſuaſionem ad Pauzanam vinearum Sancte Marie invaſionem fecit injuſtè. Quibus ſibi ſubactis, ut locus obtulit dono Dei optiſſimus Rex Ludovvicus interea ad Eipilingun dies quadrageſimales frequentabat, miſit aciem Bajovvariorum in Poëmanios, quorum ductor Ernſt Comes extitit Epiſcopis ſimul comitantibus. Tum demum reverſi cum rumore non minimo, ut moris eſt, confluebant ad Regem. Tum autem evenit inter alia Miſſos Regis Longobardorum affuiſſe Notingum Epiſcopum, & Pernhardum Comitem, ſimúlque Odalſcalci Epiſcopi Jacobum Advocatum, & Willipertum pro vineis ipſis contradicendis. Tunc mediatore Rege interrogante cauſam terminandam, quid legis fuiſſet, turba tota ſubclamat provinciarum, qui veſtituram prius haberet, inter duo regalia teſtes exhibere, ſi XXX. annorum etate ſubjectæ eſſent vineæ ad domum Sanctæ Mariæ, nunquam mutaretur. Sin autem, ad locum Trientarum revertiſſent. Inito autem hoc conſilio ſtatim Domnus Anno Epiſcopus teſtes exhibuit. Quibus præſentatis Domnus Rex mandavit Ernſto Comiti palatium adire, cum quo Miſſi Longobardorum Regis, ac Odalſchalci palatium inierunt. Tunc juraverunt teſtes, quorum nomina in libro traditionum habentur. Poſt juramentum Ernſt Comes interrogavit, quomodo ſe res haberet? Illi verò ſecundùm legalem juſtitiam ſolvere juramentum parati ita dixerunt: hoc ſcimus veraciter, quod ipſe vineæ inveſtitura domus Sancte Marie XXX. annos ſine malo, & injuria ullius hominis permanſit. Tunc Ernſt Comes regalem multitudinem, vulgíque Summam interrogavit: quid juſtitiæ eſſet peragendum? omnes autem ſingulatim ad ultimum ſimul judicabant: ævis temporibus ad domum Sancte Marie eas perſiſtere. Quod & Rex ita definivit eſſe, & Miſſi inevitabili aſſenſerunt juſticia. Actum ad Eipilingen XVI. Kalendas Aprilis, anno Incarnationis Domini DCCCLV. Indictione III.

NOTA.

Digitized by Google

NOTA.

Odalſchalc Tridentinus Epiſcopus, à Ferd. Ughello *in Italia Sacra Tom. 5. col.* mihi 590. vocatur Holdescalcus vel Hydelſalcus. Supererat adhuc in vivis anno 864. uti Ughellus ex Jona probat.

NUM. DCCIII.

CUm res bonitatis & pacis inter Regum ſtatuta ventilatur, Ludovvici quippe Bajovvariorum Regis, & equivoci ſui Ludovvici Longobardorum Regis, contigit conventum illorum alloqui fore ad Trientam Odalſcalci Epiſcopi civitatem. Ibi verò multa utilia Chriſtianitatis cum ſuis familiaribus Reges exercebant, & magna populorum concordia fiebat, letantes in eo, quòd Octavianum tempus ſe accepiſſe mirabantur. Interim Domnus Epiſcopus pro eidem vineis cum ſuis fidelibus ſermocinari cepit, ut in præſentia Dominorum peracta cauſa vinearum iteratò pleniùs ſtatueretur, præſcivit enim ſe cum maxima juſtitia commiſſum habere. Ideo ventilavit usque ad Regum patulas aulas, qui ſtatim ad illam interrogationem ſe erigentes fecerunt cauſam juramenti pro vineis peractam ante ſe recoli. Cùm ſcilicet cauſa, ſicut facta fuit ante illos duceretur, præcipiebant multitudinem plebis interrogare: Si juſtè cauſa ageretur inter urbem Friſingam, & civitatem Trientam? Tunc omnis plebs, cum audierat Concilium, tam principes, quam mediocres judicaverunt juſtiſſimum judicium, ut vineæ ad domum Sanctæ Mariæ perpetualiter, & inconvulsè permaneant.

NOTA.

Octavianum tempus. quo ſcilicet, ſub Cæſare Auguſto, Octavij Senatoris filio, dicto Octaviano, totus mundus in pace erat compoſitus, uti, poſt S. Lucam Evangeliſtam, habet Martyrologium Romanum ad diem 25. Decembris.

NUM. DCCIV.

INſuper verò, poſtquam divina auxiliante gratia in ordinem Epiſcopatus ſublevatur Anno, Herolfus Chori Epiſcopus ipſam veſtituram accepit ad Tanchiricha, ut inviolata permaneat ad jam præfatam Sanctæ Mariæ Eccleſiam absque ullius contradictione, ut ſupra dictum eſt. Hoc eſt Miſſales II. Lectionarios III. Dalmaticas III. Caſulas III. Albas III. Iſtoria in ſingulis codicibus II. Collectarium I. plenarium I. Expoſitio pſalmorum, Pſalterium in tribus codicibus, Antefonarium I. Commentarium I. ſuper Matheum. In alio loco Miſſales II. Lectionarios II. XL. Omilias, Officialem I. Penitentialem I. alias Omilias, Pſalteria II. Paſtorale I. Antefonarium I. Compotum I. Ipacta. Mancipia: Heriwart, Wolfcrim, Hiltrat, Perhtloh, Reginolt, Ratolf, Piligis, Riholf, Hrodolf, Wolfuni, Hrodenco, Fridapald, Podalunc, Adalrih, Reginolt, Cozperht, Deotni, Frevvihilt, Kisalni, Muata, Adalsvvind, Werdhilt, Oata, Otlind, Wolfhilt, Luitpurc, Adalmot, Deotni, Hettila, Luiphilt, Frovvihilt, Hroadger, Hrodru, Alaheid, Cundrun, Engildrud, Kundlind, Hrodliup, Stillimot, Vindpirc, Ratni, Deotvvich, Sigirat, Reginsvvind, Luitheri.

NOTA.

Tanchiricha. Tankirchen, Præfecturæ Wolfratshuſianæ.

NUM. DCCV.

Traditio Scrophinhusen.

NOtum ſit cunctis in provincia Bajoariorum manentibus, qualiter ego Rihho Comes Domnum Annonem Epiſcopum ad Scrophinhusen me viſitare, quod & benignè peregit. Tunc inito conſilio cum cognatis, & amicis quan-

quandam traditionem feci ad Sanctæ Mariæ propria manu cum filio meo. Tradidi namque in capſam, quicquic jure hereditario poſſedi in loco, qui dicitur Scrophinhuſen, curtem cum domo, colonias X. Seſſas cum mancipiis XVIII. terris cultis, & incultis, pratis, paſcuis, ſilvis, foreſtibus, venatione, Sagina, exſtirpatione, vijs, pervijs, exitibus, & regreſſibus, aquis, aquarúmve decurſibus, molendinis, mobilibus, & inmobilibus, queſitis, & inquirendis. Hoc totum, & integrum tradidi ad domum Sanctæ Mariæ, ea ratione, ut curtem Eginhouun habeam uſque in finem vitæ meæ, poſtea redeat ad debitum locum. Adalo verò filius meus cum integritate ambas partes habeat ad Scrophinhuſun meum beneficium, & traditionem uſque in finem vitæ ipſius, poſtea redeat ſicut ſcriptum eſt pleniter ad domum Sanctæ Mariæ. Hoc contradiximus in traditione, ne umquam in beneficium aliquis inde accipiat, & irrita eſſet ab heredibus, ſed in ſervitio familiæ Sanctæ Mariæ firma, & inconvulſa evis temporibus permaneat. Nomina teſtium, ſive qui veſtituram traditionis acceperunt, in libro traditionum habentur. Actum eſt ad Scrophinhuſun VII. Kalendas Martij anno Incarnationis Domini DCCCLV. Indict. III.

NUM. DCCVI.

Traditio Geltingen.

PAteat auribus nobilium virorum, quòd quidam vir nobilis nomine Kiſalperht cogitabat quandam traditionem facere, ſicut & fecit. Venit namque ad domum Sancte Marie in præſentiam Annonis Epiſcopi, & dixit, ſuam de hac cauſa eſſe voluntatem. Tunc inito conſilio tradidit in altare Sanctæ Mariæ, quicquid habuit proprietatis ad Geltingun nichil prætermittens niſi curtiferum I. & jugera III. aliud autem totum, & integrum tradidit, & firmavit, ut ævis temporibus inconvulſum exiſtat, & permaneat. Actum in eodem loco II. Kalendas Majas, anno Incarnationis Domini DCCCLV. Indictione II. teſtes in libro traditionum habentur.

NUM. DCCVII.

Traditio Deotradæ viduæ ad Zollingas.

DIvinæ ammonitionis compuncta, quæ dicit voce divina: datæ terrena, & caduca, & conparatæ præmia ſempiterna. Venit quædam vidua nomine Deotrat quærens miſericordiam Dei, & Annonis Epiſcopi tuitionem, & ſolatium, & pro ſeipſam, & pro parentes ejus, quicquid propriæ hereditatis, vel adquiſitionis habuit prope fluvio Ampra, in loco, quæ dicitur Zollingas, hoc totum, & integrum firmiter tradidit ad Frigiſingas tam pro ſe, & parentes, maritóque nomine Hartperht exceptis de pratis carradas VI. & ſua mancipia. Jam dictus Epiſcopus miſericordia motus conceſſit ei in beneficium ipſam rem, & addidit X. mancipia: Hatto, Otpolt, Ribhilt, Ruodni, Deotvvic, Adalpirin, Cozperht, Suonpurc, Lantfrid, Reginhilt, & Barſcalcum I. Hoc factum eſt anno Incarnationis Domini DCCCLX. in III. Kalendas Junias. Et iſti ſunt teſtes per aures tracti: inprimis Kundheri, Eparhéri, Fridaperht, Rohinc, Alpolt, Rihheri, Epuhho, Erlo, Reginpold, Folcmar, Altuni, Riſo, Hatto, Reginperht, Perenger, Uodalmann, Avo. Poſt ipſam traditionem peractam ipſa jam dicta vidua Deotrat de ipſa traditione ſtatim veſtivit Advocatum Annonis Epiſcopi nomine Rihheri, aliquibus iſtis ſupra dictis præſentibus. Et ſi aliquis ejuſdem feminæ conplacitationem de domo Dei infringere conatus fuerit, tunc illa habeat in poteſtatem firmiter traditionis ſuæ immutare, ſuáque retinere.

NUM.

Digitized by Google

NUM. DCCVIII.
Traditio ad Perchoven.

CONtigit enim Domino diſponente quendam Presbyterum præſentem vitam finire, & ut credimus ad Dominum migrare nomine Fritilo, in V. Kalendas Auguſti ſuperveniente die ſecundo corpus ejus efferebatur ad Friſingas cum multis vicinis, & propinquis ſuis. Ibi acceſſit Germanus frater ejus, nomine Adalo, & partem ſilvæ ad Perchofun, quam habuit Fritilo, & quam ipſe Adalo habuit, utrasque firmiter tradidit, ut ab hodierno die ipſe tres partes perpetualiter permanerent ad domum Sanctæ Mariæ ad Friſingas. Et iſti Advocati ipſas traditiones ſuſceperunt: Heimperht, & Ruopreht, & ipſi traditores teſtes exſtiterunt Adalo, & Chunihoh in invicem utrarumque traditionum. Nomina teſtium in libro traditionum habentur.

NUM. DCCIX.
Traditio Zieholfeshuſen.

PErpendens, & conſiderans quidam Presbyter nomine Marcho corporalem fragilitatem corporis ſui, ut requiem habere meruiſſet ad Friſingas, omnia confinia ſilvæ, quæ habuit ad Zieholfeshuſin pertinentia, præter unum lucum, quem prætermiſit, firmiter tradidit ad Friſingas. Hoc factum eſt in publico Synodo in monte Sancti Stephani, ubi oſſa cum pulvere Sancti Alexandri, & Sancti Juſtini honorabiliter humata cernuntur, die quo factum eſt, id eſt Octobris, anno Incarnationis Domini DCCCLX. Indictione VIII. Nomina teſtium in libro traditionum habentur.

NOTA.

Inſigne teſtimonium de Corporibus SS. Alexandri & Juſtini, in Weihenſtephanenſi Monaſterio eo tempore adhuc ſepultis. Sacras illas exuvias poſteris temporibus fuiſſe translatas in Eccleſiam Cathedralem, diſcimus ex Chronico Weihenſtephanenſi, in quo poſt annum Chriſti 860. hæc legimus.

Non longo abhinc temporis intervallo venerabiles illæ reliquiæ SS. Alexandri PP. & Martyris, & S. Juſtini Presbyteri, ad Cathedralem Friſingenſem ſunt translatæ .... à quo autem Epiſcopo, quóve anno precioſus ille reliquiarum theſaurus ab Eccleſia S. Stephani fuerit ablatus, non ſatis conſtat.

NUM. DCCX.

IN nomine Domini noſtri Jheſu Chriſti. Declaratum eſt commorantibus cunctis, quòd quidam Comes de Sclavis nomine Chezul omnem rem, quam habuit prope Pilozſvve in villa, quæ dicitur Wampaldi, cum territorijs, & vineis, pratis, & ſilvis ad hæc pertinentibus cum omni integritate in capſam Sanctæ Mariæ firmiter tradidit, ut ævis temporibus inconvulſum permaneat ad Friſingas, ubi electus Dei Corbinianus corpore quieſcit. Hoc factum eſt anno Incarnationis Domini DCCCLXI. Indict. VIII. in loco regali publico Ratispona, in XII. Kalendas Aprilis. Nomina teſtium in libro traditionum habentur.

NUM. DCCXI.

NOtum ſit cunctis in Bajoarica provincia conſtitutis, quòd quidam vir nomine Kegio tradidit ad capſam Sancti Candidi in capſam Sanctæ Mariæ in loco, qui prope illum rivolum jacet, cui vocabulum eſt Teſito, totum, & integrum, quicquid ei Dominus ejus nomine Katto condonavit in

Digitized by Google

hereditatem pro ſe, & pro ſuo ſeniore, & conplacitavit de oratione ab Epiſcopo Annone inter Miſſas, & Pſalteria trecentas, & inſuper accepit pecuniam trecentos ſolidos ab Epiſcopo in mancipiis, jumentis, ſive veſtimentis, atque alia pecunia, ut deinceps ipſa traditio ævis temporibus fixa, & inconvulſa permaneat, & ut nullus ei deinceps contradicere queat domui Sanctæ Mariæ. Nomina teſtium in libro traditionum habentur. Actum eſt in publico placito prope Eccleſiam Sancti Georij anno Incarnationis Domini noſtri Jheſu Chriſti DCCCLXI.

NUM. DCCXII.

IN Dei nomine omnipotentis. Notitia, qualiter quidam Presbyter nomine Erchanher tradidit illam partem, quam ſibi propinquus ejus beate memorie Rumolt Presbyter dedit in proprietatem. Et aliam partem, que de fratribus ſuis ad eum jure paterno pertinebat, ad domum Sancte Marie. Et è contrario eundem ſupra dictum locum ad Perachach à venerabili Annone Epiſcopo ſuſcepit in beneficium ſibi utendum, tali ratione, quòd annuatim inde ſolvat de grano modios XX. de farina modios II. Friſchingas II. aucam. I. pullos duos, cavallum I. ad paſtum. Actum eſt hoc ad Friſingas XIII. Kalendas Septembris, anno Incarnationis Domini DCCCLXXI. Indict. IIII. Teſtes in libro traditionum habentur.

NUM. DCCXIII.

Traditio Annonis.

IN Chriſti Nomine. Pateat auribus fidelium, nobiliúmque virorum in provincia Bajuvvariorum degentium, qualiter quidam nobilis vir Nepos, & æquivocus Domni Annonis Epiſcopi divina conpunctus clementia devota pertractans mente, ut aliquid boni domo Dei conceſſiſſet, & ſuorum meretur indulgentiam percipere delictorum. Inde veniens ad Frigiſingam ante requiem Sanctæ Dei Genetricis Mariæ, Sanctique Corbiniani Confeſſoris Chriſti tradidit in capſam ejusdem Virginis Mariæ, quicquid illo die in loco, qui dicitur Hal viſus fuit proprietatis poſſidere, & nihil prætermiſit, quod domo Dei non donâſſet. Eo ſiquidem modo, quòd de domo Dei eodem Rectore Annone tribuente de pecunia ſolidos ſuſcepit XL. Ut eo firmius nullo contradicente memorabiliúſque eadem jam dicta traditio ad eandem permaneret Eccleſiam inconvulsè perennis feliciter annis. Acta ad Frigiſingas in XIII. Kalendas Junias anno Incarnationis Domini DCCCLXV. Indict. VIII. Iſti ſunt teſtes: Petto, Luitprant, Otbrecht, Otacchar, Werimbreht, Willibreht.

NUM. DCCXIV.

Commutatio inter Annonem Epiſcopum, & quemdam nobilem virum nomine Cundpold.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit inter venerabilem Annonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Cundpold quandam commutationem facere, ſicut & fecerunt. Dedit itaque prædictus venerabilis Epiſcopus ex ratione Frigiſigenſis Eccleſiæ præfato nobili viro nomine Cundpold unà cum conſenſu Monachorum, ſeu Canonicorum, etiam & per licentiam Domni Hluduvvici Regis in loco, qui dicitur Perchova jugera XX. Et econtra in reconpenſatione harum rerum dedit idem nobilis vir glorioſo Epiſcopo ad partem

Digitized by Google

partem prædicti Monaſterij in loco, quæ nominatur Ehinga jugera XX. Unde rogaverunt pari tenore duas cartas eſſe inter ſe conſcriptas, ut uterque, quod ab altero accepit, teneat, atque poſſideat ævis temporibus.

NUM. DCCXV.

NOtum ſit quàm plurimis iſtius provinciæ nobilibus, veraciſque viris, qualiter quidam vir nobilis nomine Walaram propriam hereditatem ſuam tradidit in capſam Sanctæ Mariæ in loco, quod dicitur Peraloh, totum ex integro, quicquid eodem die in ipſo loco habere videbatur nihil prætermittens niſi tantùm de terra arabili jugera VI. & curtiferum unum, ſtatimque veſtivit traditione peracta. Ea verò ratione, quòd filij ſui aliquantulum ſervitutis indulgentiæ aput pio Pontifici Annoni habuiſſent, quia de parte matris ad ſervitium redij potuiſſent. Nomina teſtium: Ratolt, Caſtaldius, Otachar, Arn, Hadaperht, Wolfperht, Kiſalfrid, Waſagrim, Hludolf, Elis, Ellun, Ekkihart, Wolfolt, Hrodolt, Hungis, Adalheri. Actum VI. Idus Julij, nemini contradicente.

NUM. DCCXVI.
Traditio Moſahe.

AD notitiam cunctorum fidelium perveniat in provincia Bavvariorum conſiſtentium, quòd quedam Matrona Chriſti Svvanahilda de rebus ſuis cum venerabili Annoni Epiſcopo conplacitare deſiderans tradidit in altare Sancte Mariæ Friſingice habitationis, quicquid ad Moſahun proprietatis viſa fuit habere, terris, pratis, aquis, aquarúmve decurſibus, & omnibus ad hunc locum pertinentibus, ac mancipiis, quorum nomina in libro traditionum habentur. Econtra conplacitavit in beneficium ad Pouminunchirchen uſque ad vitam ſuam, poſtea vero ad domum Dei utrumque conſiſtere.

NUM. DCCXVII.
De Huſen.

AD memoriam cunctorum fidelium, nobiliúmque virorum redeat, quòd quidam nobilis Clericus nomine Gunzo tradidit in altare Sanctæ Mariæ ad Friſingas, quicquid proprietatis ad Huſin habuit in omnibus ad eum locum pertinentibus nichil prætermittens, quod non totum traderet, ut evis temporibus ad domum Dei perſiſteret. Nomina teſtium in libro traditionum habentur.

NUM. DCCXVIII.

NOtum ſit cunctis primatibus Bajovvariorum, quod Alpvvinus de Carintania tradidit ad Sanctam Mariam, quicquid ad Taurn proprietatis viſus fuit habere cum pecunia redimendi, hoc eſt curtem cum domo aliiſque edificiis, & de terra arabili jugera XL. de pratis carradas L.

NUM. DCCXIX.
Traditio Cetilishuſen, & Lantperhteshoven.

TRaditionem, quam fecit quidam homo nobilis, nomine Rantwich ad Cetilishovin, & Lantperhteshovin, totum, & integrum, quicquid in ipſis viſus eſt habere, tradidit in capſam Sancte Marie, & in manus ve-

Digitized by Google

nerabilis Epiſcopi Annoni, & Advocati ejus Wicconi, & ad Friſingam ſtabiliendam evis temporibus, nichil prætermiſit, quod non totum tradiderit, niſi mancipia, & XII. agros, & conplacitavit, ut ille ipſam traditionem haberet uſque ad diem obitûs ſui, & poſt obitum ſuum filij fratris ſui eandem traditionem haberent uſque ad diem obitûs ſui, & ſtatim confirmavit cum teſtibus, quorum nomina in libro traditionum habentur. Actum eſt in loco. qui dicitur Puch in XVIII. Kalendas Februarij. Fidejuſſores veſtiture Luithard, & Rudlant.

NUM. DCCXX.

Traditio Haſilpach.

NOtum ſit cunctis, quod Dietpurc quedam Matrona, quicquid habuit ad Haſalpach tradidit in altare Sanctæ Mariæ, totum, & integrum, ut poſt finem vite ejus evis temporibus illic permaneat. Iſtum quippe cenſum annuatim dari ſibi conplacitavit: Bachonem I. de ſpelta modios XII. de ſigali modios X. brazam I. Nomina teſtium in libro traditionum habentur. Actum ad Friſingam XVIIII. Kalendas Decembris.

NUM. DCCXXI.

CUm & omnibus non habetur incognitum, ſed multis eſt in Epiſcopio beatiſſime Virginis Marie bene cognitum, qualiter quidam nobilis Vir Adalperht Diaconus potenti manu tradidit propriam hereditatem ſuam ad Friſingam in altare Sanctæ Marie, ubi Sanctus Corbinianus Confeſſor Chriſti corpòre quieſcit, in loco, qui dicitur Rincpach, quicquid ibidem proprietatis eodem die habere viſus eſt. Et econtra conplacitavit cum Annone Venerabili viro, & Epiſcopo aliam rem eccleſiaſticam ad Ringilinpach, & ipſas utraſque res in beneficium accepit de manibus jam dicti venerabilis Epiſcopi IIII. Kalendas Junij. Ea ratione, ut ipſe jam dictus Adalperht Diaconus eas res habuiſſet, atque uſitâſſet uſque in finem vite ejus. Poſt obitum verò ſui ambas res ipſas ad domum Sancte Marie ſine ullius contradictione hominis firmiter & inviolabiliter perſtitiſſent.

NUM. DCCXXII.

COnſtat quippe omnem hominem cupere vitam, quam poſſideat æternam. Inde multi conantur tradere tranſitoria, ut accipiant celeſtia. Hoc exemplo Diepolt quidam nobilis vir ſuam proprietatem pro remedio animæ ſuæ cogitavit tradere, quod & fecit. Tradidit videlicet in altare Sanctæ Mariæ totam proprietatem ſuam, quam habuit ad Paſinpach, curtem cum domo, cetériſque edificiis, terris, & ſilvis, queſitis, & inquirendis, ut ab eodem die ſtatim in ſervitium verteretur domus Sanctæ Mariæ, & ſecundum ſuam poteſtatem traditio, quam potenti manu firmiter, & perpetualiter perfecit evis temporibus permaneat. Nomina teſtium in libro traditionum habentur.

NUM. DCCXXIII.

TRaditio, quam fecit Muniger ad Timinhoven, quicquid habuit, hoc totum tradidit in capſam Sancte Marie. Et conplacitavit II. mancipia ab Epiſcopo Annone uſque ad diem obitûs ſui. Nomina teſtium in libro traditionum habentur.

Digitized by Google

NUM. DCCXXIV.

Commutatio inter Annonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Gros.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit inter venerabilem virum Annonem Frigiſigenſis Eccleſiæ Epiſcopum, nec non & quendam nobilem virum nomine Gros, ut aliquas res pro communi utilitate, & compendio inter ſe commutare deberent, quod ita fecerunt. Dedit itaque Anno ſupra dictus Epiſcopus ex rebus hereditatis ſuæ eidem ſupra nominato Groſæ ad ſuum proprium habendum in loco, qui dicitur Mezites, quicquid ibidem habuit. Et econtra in reconpenſationem hujus rei dedit memoratus Gros ex ſuo proprio ſupra dicto Epiſcopo Annoni ſibi ad proprietatem habendum in loco, qui dicitur Ehinga, & ad Perchovon, quicquid ibi proprietatis habuit. Unde & duas commutationes peri tenore conſcriptas inter ſe fieri rogaverunt, per quas deinceps uterque, quod ab altero accepit, teneat, atque poſſideat, & quicquid exinde ob commoditatem ſui facere, vel judicare voluerit, liberam in omnibus habeat poteſtatem faciendi. Iſti ſunt teſtes: Alprat Comes, Willihelm Comes, Kepolf, Tento, Cundpald, Petto, Chuniperht, Cotaſcalh, Adalperht. Hoc factum eſt ad Frigiſingas, anno Incarnationis Domini DCCCLVII. Indictione V. in Nonis Aprilis.

NUM. DCCXXV.

Traditio de Eigingon.

CUm mortales animarum lucra querere ſatagebant, quid aliud faciebant, niſi regnum celorum poſſidere cupiebant. Hodierni namque veterum veſtigia ſequentes ad loco Sanctorum propria ſua pro animarum requie collocant, & uſufructuario partem accipiunt eccleſiaſticam. Deinde quidam nobilis vir nomine Engilperht, & filius ejus Rihperht adierunt Domnum Annonem Epiſcopum cum fidelibus ſuis rogantes, ut conſilio ipſius ſua Deo tribuerent, & in beneficium inde aliquid acciperent. Conſilio autem inito tradiderunt ad Friſingam in altare Sanctæ Mariæ, ubi Sanctus Corbinianus corpore quieſcit totam hereditatem ſuam, quam ad Eigingon habuerunt, curtem cum domo, & alijs edificijs, atque mancipijs, terris cultis, & incultis, pratis, paſcuis, ſilvis, aquarúmve decurſibus, queſitis, & inquirendis. Ea quippe ratione, ut unusquiſque illorum alterius ſuperſtes extiterit, beneficium Adalhohi Presbyteri teneat usque in finem vitæ ſuæ, & annuatim duodecim denarios Epiſcopo Sedis perſolvat. Poſt diſceſſum amborum traditio illorum, ſive beneficium ad debita loca redeant, eorúmque donatio firma, & inconvulſa evis temporibus permaneat. Nomina teſtium in libro traditionum habentur. Actum ad Friſingam in V. Kalendas Octobris anno Incarnationis Domini DCCCLVII. Indictione V. feliciter in Domino amen.

NUM. DCCXXVI.

Traditio Rota.

ADtendant videlicet legem dicentem: quali modo homo habeat, tali ſe precio redimat. Inde cogitans peccator Willihelm quandam traditionem facere pro redemptione animæ meæ, ſicut & feci. Tradidi namque in capſam Sanctæ Mariæ, quicquid proprietatis habui ad Rotam cum omni integritate, ſicut mee poteſtati ſubjectum fuit, ut poſt finem vite meæ firmiter exiſtant.

Digitized by Google

Econtra accepi coloniam I. & III. caſarum decimam in eodem placito ad beneficium, ut ſupradicta traditio nullo contradicente firma permaneat. Nomina teſtium in libro traditionis habentur. Actum ad Dorfun anno Incarnationis Domini DCCCLVIII.

NUM. DCCXXVII.

Commutatio inter Annonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Cotahelm.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit inter venerabilem virum Annonem Epiſcopum, nec non & quendam nobilem virum nomine Cotahelm quandam campionem facere, quod & ita fecerunt. Dedit itaque Anno Epiſcopus, & Advocatus ejus Tozzi ex rebus Frigiſingenſis Eccleſiæ unà cum conſenſu, & conbibentia Canonicorum ad Greffolvingon curtem cum domo, & jornales LX. ad proprietatem habendum. Et econtra in reconpenſatione hujus rei dedit memoratus Cotahelm ex rebus proprietatis ſuæ ad domum Sanctæ Mariæ in loco, qui dicitur Paſinga curtem cum domo, & jornales LXX. Actum eſt ad Frigiſingan in IIII. Kalend. Februarij, anno Incarnationis Domini DCCCLXVIIII. Indictione VII.

NOTA.

Nulla hîc mentio Monachorum, ſed tantùm *Canonicorum.* & tamen, ut N. 731. 732. videbimus, adhuc poſtea ſupererant Monachi Friſingæ, à Canonicis, ut iterum opinamur, non diſtincti. Vide etiam N. 734. 737. 739. 741. 745. 747. 748. 749. 750. 751. 757. 767. 776. 778. 781. 783. 789. 790. 792. 796. 799. imò adhuc ſub Arnoldo Epiſcopo N. 861. 865. &c.

NUM. DCCXXVIII.

QUia jam dicta Hiltfrit in ipſo loco unam coloniam habuit de rebus Sanctæ Marie, & ſibi in proprietatem habere voluit, inquirente eam Advocato Sancte Marie Tozzino. Credidit ſibi, quod contentioſè contradicere nequiverat, & quicquid proprietatis in ipſo loco habuit, vel acquiſitionis, præter mancipia, hoc totum firmiter tradidit ad domum Sancte Marie ad Friſingas. Hoc factum eſt ad Fiehtkirchen in XVI. Kalendas Septembris anno Incarnationis Domini DCCCLX. Indictione VIII. Nomina teſtium in libro traditionum habentur.

NUM. DCCXXIX.

Commutatio inter Annonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Engildeo.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit inter venerabilem virum Annonem Epiſcopum Frigiſingenſis Eccleſiæ, nec non & quendam nobilem virum nomine Engildio quandam commutationem facere, ſicut & fecerunt. Dedit itaque præfatus Epiſcopus ex parte ſupra dicte Eccleſiæ eidem nobili viro in proprietatem habendum curtiferum I. in vico, qui vocatur Peraloh. Et econtra accepit in recompenſationem earum rerum ab ipſo Engildeone partem hereditatis ſuæ ad præfatam Dei Eccleſiam habendum jugera IIII. in prædicto loco. Unde & duas commutationes pari tenore conſcriptas fieri inter ſe rogaverunt, ut uterque, quod ab altero accepit, habeat, teneat, ſive poſſideat, ac faciat inde, quicquid illi placuerit. Hoc factum eſt in publico placito in curte dominico, qui vocatur Feringa, in præſentia venerabilium virorum, quorum nomina hic adnotantur: Meginhart Comis, Alprat Comis, Orendil Comis, Anzo Comis, Cotaſcalh Comis, Adaluni, Sigimuot, Irminheri, Atto,

Digitized by Google

Atto, Reginfrid, Tozzi, Craman, Willihelm, Papo, Wolfolt, Rihpald, Perhtolt, Huſing, Petto, Wolfperht, Heimperht, Wirunt, Fatto, Ratolt, Immino, Herideo, Perenhart, Eginolf, Arn, Rihhart, Regino, alter Irminheri, Altaperht, Cundpato, Otachar, Ihho, alius Eginolf, Liutolt, alter Otachar, Warmunt, Craman. Actum eſt ſub die conſule, quod eſt XIII. Kalendas Julij, Indictione XII. feliciter in Domino.

NUM. DCCXXX.

Commutatio inter Annonem Epiſcopum, & Ermpertum Comitem.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit inter venerabilem Annonem Frigiſigenſis Eccleſiæ Epiſcopum, nec non & quendam Comitem nomine Ermpertum quandam commutationem facere, ſicut & fecerunt. Dedit itaque venerabilis Epiſcopus eidem Comiti ex parte Eccleſiæ ſuæ in proprietatem habendum in loco, qui dicitur Ysana hobam I. de terra arabili, cunctiſque rebus forinſecus ad eandem pertinentibus. Et econtra in reconpenſatione hujus rei dedit præſcriptus Comes laudabili Epiſcopo ad Eccleſiam retinendum in loco, qui dicitur Puotilinpahc de culta terra hobam alteram cum pratis, ac paſcuis, aquis, aquarúmve decurſibus, omnibúſque ad eam pertinentibus. Poſtea veniens prætitulatus Comes ad venerabilem Arnoldum Epiſcopum eidem Sedi præminenti in præſentia Sereniſſimi Hludovvici Regis eandem cum eo commutationem firmare, ídque fecerunt. Utrorumque nempe pettitioni conſentiens conceſſit, ut inde agerent, prout animo licuiſſet ſuo. Statim verò prænotatus Epiſcopus cum licentia Sereniſſimi Regis, totiúſque familiæ ſuæ, unà cum conſenſu Canonicorum, ſeu Monachorum dedit eandem hobam eidem, ut præſcriptum eſt Comiti in proprietatem habendum, ut nullus deinceps hoc frangere potuiſſet. Ea ratione adiens Comes Ermpertus tradidit eandem hobam ad Poatilinpahc jure hereditario domo Dei poſſidendum. Unde & duas commutationes inter ſe fieri rogaverunt pari tenore conſcriptas, ut uterque, quod ab altero accepit, atque poſſideat ævis temporibus feliciter.

Hæc ſub Annone Epiſcopo.

Iſta ſub Arnoldo Epiſcopo.

NUM. DCCXXXI.

Commutatio inter Annonem Epiſcopum, & Cotaſcalcum Comitem.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit inter venerabilem Annonem Frigiſigenſis Eccleſiæ Epiſcopum, nec non & quendam nobilem virum Cotaſcalcum Comitem Uxorémque ejus nomine Altasvvind quandam comutationem facere, ſicut & fecerunt. Dedit itaq; prædictus venerabilis Epiſcopus ex ratione prætitulatæ Frigiſigenſis Eccleſiæ eidem Cotaſcalco Comiti, uxoriq; ejus in loco, qui dicitur Zezinhuſir unà cum conſenſu, & conhibentia Canonicorum, ſeu Monachorum aliorúmq; fidelium in ipſa Eccleſia degentium, etiam & per licentiam Sereniſſimi Regis Eccleſiam, curtem, domum, pomerium, humularium, horreum, & de terra arabili jugera CCXL. de pratis carradas CCC. Et econtra in reconpenſatione harum rerum dedit prædictus Cotaſcalcus Comis ſimul cum Conjuge ſua de parte proprietatis ſuæ eidem venerabili Epiſcopo ad præfatam Eccleſiam habendum in loco, qui dicitur Wenga curtem cum domo, de terra arabili CCXXV. de pratis carradas CC. ad Holinpahc curtem cum domo, & tertiam partem Eccleſiæ, de terra arabili jugera CLIIII. de optimis pratis carradas XXXV. & de alijs ſufficienter, unde & duas comutationes inter ſe fieri rogaverunt pari tenore conſcriptas, ut uterque, quod ab altero accepit, teneat, atque poſſideat ævis temporibus. Iſti ſunt teſtes: Heimperht, Wolfperht, Eparheri, Eginolf.

NUM.

NUM. DCCXXXII.

Commutatio inter Annonem Epiſcopum, & Reginbertum nobilem virum.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit inter venerabilem Annonem Epiſcopum, nec non & quendam nobilem virum nomine Reginperht quandam commutationem facere, ſicut & fecerunt. Dedit itaque prædictus venerabilis Epiſcopus ad Hruadratesdorf eidem nobili viro in proprietatem habendum curtiferum I. de terra arabili jugera XVII. una cum conſenſu, & conivéntia Canonicorum, ſeu Monachorum, etiam & per licentiam Domni Hludovvici Regis. Et econtra in reconpenſatione harum rerum dedit idem nobilis in loco, qui dicitur Zollinga, curtem, domum, horreum, ſextam partem Eccleſiæ, de terra arabili jugera XVII. Unde & duas commutationes inter ſe fieri rogaverunt pari tenore conſcriptas, ut uterque, quod ab altero accepit teneat, atque poſſideat ævis temporibus.

NUM. DCCXXXIII.

Commutatio inter Annonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Isangrim.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit inter venerabilem Annonem Frigiſigenſis Eccleſiæ Epiſcopum, nec non & quendam nobilem virum nomine Iſangrim quandam commutationem facere, ſicut & fecerunt. Dedit itaque prædictus venerabilis Epiſcopus eidem nobili viro in loco, qui dicitur ad Nertingun mancipium I. ad proprietatem habendum nomine Svvanabilt unà cum conſenſu, & conivéntia fidelium ſuorum, etiam & per licentiam Domni Hludovvici Regis. Et econtra in reconpenſatione ejusdem mancipij dedit eidem nobilis vir Iſangrim jam dicto Epiſcopo aliut mancipium proprietatis ſuæ nomine Adalpurc. Unde & duas commutationes inter ſe fieri rogaverunt pari tenore conſcriptas, ut uterque, quod ab altero accepit, teneat, atque poſſideat ævis temporibus.

NUM. DCCXXXIV.

Commutatio inter Annonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Isolf.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque prædictus venerabilis Epiſcopus ex parte Eccleſiæ ſuæ eidem nobili viro in proprietatem habendum in loco, qui dicitur Liutindorf curtem cum domo, de terra arabili, & de pratis jugera L una cum conſenſu, & conivéntia Cononicorum, ſeu Monachorum, etiam & per licentiam Domni Hludovvici Regis. Et econtra in reconpenſatione harum rerum dedit eidem nobilis vir præfato viro, quicquid proprietatis viſus fuit habere in loco, qui dicitur Rehpahc, curtem, domum, horreum, pomerium, de terra arabili jugera XXXVIIII. de pratis carradas XXX. Unde & duas &c.

NUM.

Digitized by Google

NUM. DCCXXXV.

Ad Mitapach.

IN Dei nomine. Notum ſit cunctis Chriſtiane religionis cultoribus, quia Iſanolt & Uxor ſua Sahſin ac filij ſui Amal & Pernharius venientes ad Iſanam ad Annonem venerabilem Epiſcopum humiliter deprecantes res proprietatis ſuæ ſtabilire cogitantes partem hereditatis tradere, ſicut & fecerunt. Tradiderunt in altare Sancti Zenonis, ubi Sancta Juliana corpore requieſcit hobam ad Mitapach. Et econtra conplacitaverunt in beneficium ad Chreinachrun, & ut quisquis horum alterius ſuperſtis exiſteret, ambas res habeat uſque ad finem ſuum. Nomina teſtium in libro traditionum habentur. Actum ad Iſana V. Idus Decembris. anno Incarnationis Domini DCCCLXX.

NOTA.

De S. Juliana egimus in Parte Prima.

NUM. DCCXXXVI.

Commutatio inter Annonem Epiſcopum, & Megilonem Abbatem.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque præfatus laudabilis Epiſcopus eidem nobili Abbati cum legitimo Advocato ſuo nomine Karthario, ancillam I. cum duobus filiis ſuis, quæ dicitur Waldpurc. Econtra verò in reconpenſatione hujus ancille dedit præticulatus nobilis Abbas cum Advocato ſuo Cundbaldo eidem Epiſcopo ſervum unum, qui nuncupatur Wolfram, & boves II. ſarcilémque unum. Unde &c.

NUM. DCCXXXVII.

Commutatio inter Annonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Reginhart.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit inter glorioſum Annonem &c. Dedit itaque prænominatus venerabilis Epiſcopus ex ratione præſcriptæ Eccleſiæ eidem nobili viro in proprietatem habendum in loco, qui dicitur Arginſuenti inter terram arabilem, & prates, ac ſilvam jugera XXVIIII. una cum conſenſu, & conhiventia Canonicorum, ſeu Monachorum, etiam & per licentiam Domni Hludowici Regis. Et econtra in reconpenſatione harum rerum dedit præticulatus nobilis vir prædicto venerabili Epiſcopo ad partem Eccleſiæ habendum in eodem loco ex parte proprietatis ſuæ inter terram arabilem, ac prates ſilvámque jugera XXXVI, Unde & duas commutationes &c.

NUM. DCCXXXVIII.

Commutatio inter Annonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Kundfrid.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque preſcriptus venerabilis Epiſcopus eidem nobili viro in proprietatem habendum in loco, qui dicitur Deotrihesdorf partem curtiferi unius. Et econtra in reconpenſatione illius rei dedit præticulatus nobilis vir laudabili Epiſcopo ad Eccleſiam retinendum in eodem loco enimverò tripliciter. Unde & duas &c.

d by Google

NUM. DCCXXXIX.

Commutatio inter Annonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Liutfrid.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit prædictus venerabilis Epiſcopus ex ratione pretitulatæ Eccleſiæ præfato nobili viro in proprietatem habendum in loco, qui dicitur Sigmareshusir, æccleſiam, curtem, domum, mancipia tria, Hruodharium cum filiis duobus, de terra arabili hobas V. & de pratis carradas LXXX. de ſilva jugera LXXX. unà cum conſenſu Canonicorum, ſeu Monachorum, etiam & per licentiam Domni Hludovvici Regis. Et econtra in reconpenſatione harum rerum dedit prænominatus nobilis vir venerabili Epiſcopo ad partem Eccleſiæ habendum in loco qui dicitur Feldmochinga domum cum curte, mancipia tria. horrea II. humularium I. de terra arabili hobas VI. de pratis carradas C. de ſilva jugera C. Et pro Eccleſia tradidit ad domum Sanctæ Mariæ in eodem loco hobas II. molinàm I. Ea verò ratione hoc factum eſt, ut decima ab illa Eccleſia in poteſtatem Epiſcopi redeat. Unde & duas &c.

NUM. DCCXL.

Commutatio inter Annonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Graman.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit igitur venerabilis Epiſcopus eidem nobili viro in proprietatem habendum in loco, qui dicitur Puohſceho jugera XLIII. de pratis carradas XXI. una cum conſenſu, & cohibentione fidelium ſuorum, etiam & per licentiam Domni Hludovvici Regis. & econtra in reconpenſatione harum rerum dedit prænominatus nobilis vir de menſura terra jugera L in loco, qui dicitur Engilperhtesdorf de pratis carradas XX. laudabili Epiſcopo ad Eccleſiam retinendum. Unde & duas &c.

NUM. DCCXLI.

Commutatio inter Annonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Othelm.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque prædictus venerabilis Epiſcopus eidem nobili viro in proprietatem habendum in loco, qui dicitur Dorf curtem cum domo, horreum, curtifera II. pomerium cum humulario, de arabili terra jugera LXXVI. de pratis carradas XLI. de ſilva jugera XX. unà cum conſenſu Canonicorum, ſeu Monachorum, etiam & per licentiam Hludovvici Regis. Et econtra in reconpenſatione harum rerum dedit prænominatus nobilis vir laudabili Epiſcopo ex parte proprietatis ſuæ ad æccleſiam retinendum in loco, qui dicitur Sconinovva curtem cum domo, curtifera II. horreum, pomerium cum humulario, de excolata terra jugera LXXXII. de pratis carradas XXXVII. de ſilva jugera XX. Unde & duas commutationes &c.

NUM. DCCXLII.

Commutatio inter Annonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Hunker.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque prædictus venerabilis Epiſcopus eidem nobili viro in proprietatem habendum agrum I. in loco, qui

Digitized by Google

qui dicitur Pillinchouun. Econtra in reconpenſatione hujus agri dedit præſcriptus nobilis eidem ad Eccleſiam retinendum ex parte proprietatis ſuæ agrum alium in eodem loco. Unde & duas &c.

NUM. DCCXLIII.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit inter venerabilem Annonem Frigiſigenſis Eccleſiæ Epiſcopum, nec non & quendam nobiles viri, quorum nomina Hugi, Hruodperht, Antonio, quandam commutationem facere, ſicut & fecerunt. Dedit itaque prædictus venerabilis Epiſcopus eisdem nobilis viris ex parte Eccleſiæ ſuæ in proprietatem habendum duas partes menſuratas de pratis prope flumen, quod dicitur Moſaha. Et econtra in recompenſatione hujus rei dederunt pretitulati nobiles viri ex parte proprietatis ſuæ ad Eccleſiam retinendum in eodem loco partem unius molendinæ. Unde & duas &c.

NUM. DCCXLIV.

Commutatio inter Annonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Chraft.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque prædictus venerabilis Epiſcopus eidem nobili viro in proprietatem habendum in loco, qui dicitur Liutinvvanc jugerum I. Et econtra in reconpenſatione hujus rei dedit prædictus nobilis vir eidem epiſcopo ad Eccleſiam habendum in eodem loco ex parte proprietatis ſuæ jugera II. Unde & duas &c.

NUM. DCCXLV.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit inter venerabilem virum Frigiſigenſis Eccleſiæ Epiſcopum Annonem, & quendam Infantem nobilem nomine Job, ut aliquas res pro communi utilitate inter ſe commutare deberent, quod & fecerunt. Dedit itaque Anno Epiſcopus ex ratione præfatæ Eccleſiæ ſuæ unà cum conſenſu, & conhiventia Canonicorum, & Monachorum, aliorúmque fidelium in ipſa Eccleſia degentium, etiam & per licentiam Domni Hludovvici Regis eidem Infantulo ad ſuum proprium habendum in loco, quæ dicitur Zurninhusir curtilem. Et econtra in reconpenſationem hujus rei dedit memoratus Infans ſupra dicto Epiſcopo ad partem Monaſterii ſui in villa, quæ dicitur Cundpoldesdorf jornales II. Unde & duas &c.

NUM. DCCXLVI.

Commutatio inter Annonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Ejo.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque præfatus Epiſcopus ex parte Eccleſiæ ſuæ eidem Ejoni ad Feldmochingon curtiferum I. Econtra de parte proprietatis ſuæ prædicto Epiſcopo idem Ejo tradidit in eadem villa curtiferum unum ad Eccleſiam Dei continendum. Unde & duas commutationes pari tenore &c.

NUM. DCCXLVII.

Commutatio inter Annonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Inti.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque prædictus venerabilis Epiſcopus eidem nobili viro in proprietatem habendum in loco, qui dicitur Piparpach de arabili terra jugera VI. de ſilva jugera X. unà cum conſenſu, & coiventia Canonicorum, ſeu Monachorum, etiam & per licentiam Hludovvici Regis. Et econtra in reconpenſatione harum rerum dedit prætitulatus nobilis vir laudabili Epiſcopo ad Eccleſiam retinendum in eodem loco jugera VI. de ſilva jugera XV. Unde & duas commutationes &c.

NUM. DCCXLVIII.

IN Dei nomine. Placuit atque convenit inter venerabilem Annonem Frigiſigenſis Eccleſiæ Epiſcopum, nec non & quendam nobilem virum nomine Anno quandam commutationem facere, ſicut & fecerunt. Dedit itaque prædictus venerabilis Epiſcopus eidem nobili viro in proprietatem habendum in loco, qui dicitur Herineshuſir partem curtiferi unius unà cum conſenſu, & coniventia Canonicorum, ſeu Monachorum, etiam & per licentiam Hludovvici Regis. Et econtra in reconpenſatione harum rerum dedit prænominatus nobilis vir de menſurata terra etiam equaliter in eodem loco, & augevit de excolata terra jugerum dimidium laudabili Epiſcopo ad Eccleſiam retinendum. Unde & duas commutationes &c.

NUM. DCCXLIX.

Commutatio inter Annonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Herilunc.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque venerabilis Epiſcopus ex ratione prætitulatæ Eccleſiæ eidem nobili viro in proprietatem habendum in loco, qui dicitur Eitarpah jugera XXII. de pratis carradas VIII. una cum conſenſu, & Coniventia Cononicorum, ſeu Monachorum, etiam & per licentiam Sereniſſimi Hludovvici Regis, aliorúmque fidelium in ipſa Eccleſia manentium. Et econtra in reconpenſatione harum rerum dedit præfatus nobilis vir venerando Epiſcopo ad partem Eccleſiæ habendum in loco, qui dicitur Crintila, domum, curtem, pomerium, humularium, de terra arabili jugera XXX. de ſilva jugerum I. de pratis carradas III. Unde & duas commutationes &c.

NUM. DCCL.

Commutatio inter Annonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Altiperht.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque Anno Epiſcopus ex ratione præfatæ Eccleſiæ ſuæ, una cum conſenſu, & conhibentia Canonicorum, & Monachorum, aliorúmque fidelium in ipſa Eccleſia degentium, etiam & per licentiam Domni Hludovvici Regis eidem ad habendum in loco, quæ dicitur Phetarahc, jornales VII. Et econtra dedit memoratus Laicus nomine Altiperht ex ſuo proprio ſupra dicto Annone Epiſcopo ad partem Monaſterij ſui in loco, quæ dicitur Haſalpahc jornales VII. Unde & duas &c.

NUM.

Digitized by Google

NUM. DCCLI.

Commutatio inter Annonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Adalleoz.

IN Dei nomine, Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque prædictus Epiſcopus ex parte prænominatæ Eccleſiæ unà cum conſenſu, & coniventia Cano nicorum, ſeu Monachorum, aliorúmque fidelium etiam & per licentiam Domni Hludovvici Regis eidem præfato homini ad ſuum proprium habendum ancillam unam, & curtiferum unum in loco, qui dicitur Marzilinga. Et econtra dedit prædictus nobilis vir ad partem Eccleſiæ ſervum unum, & in eodem vico curtiferum unum. Unde & duas commutationes &c.

NUM. DCCLII.

Commutatio inter Annonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Adalolf, & ſuum fratrem Uodalhart.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque præfatus Epiſcopus eisdem nobilis viris in proprietatem habendum in loco, que dſcitur Vilisa curtiferum I. Econtra illi dederunt prædicto Epiſcopo in eodem loco jugera III. Actum eſt in loco, que dicitur Isana, ut uterque, quod ab altero accepit teneat, atque poſſideat ævis temporibus.

NUM. DCCLIII.

Commutatio inter Annonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Wichart.

IN Dei nomine. Placuit atque convenit &c. Dedit itaque prædictus venerabilis Epiſcopus ex ratione prætitulatæ Eccleſiæ eidem nobili viro in proprietatem habendum in loco, qui dicitur Wolfpahc hobas II. de pratis jugera XIIII. unà cum conſenſu, & coniventia Canonicorum, ſeu Monachorum, etiam & per licentiam Hludovvici Regis. Et econtra in reconpenſatione harum rerum dedit prænominatus nobilis vir ex parte proprietatis ſuæ in loco, qui dicitur Moſaha domum, curtem, pomerium, hobas II. & jugera VIII. Et in alio loco, qui dicitur Slipphes curtiferum I. de pratis carradam I. ac parvam partem de terra moline adjacentem. Unde & duas &c.

NUM. DCCLIV.

Commutatio inter Annonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Amalheri.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque Epiſcopus eidem nobili viro in proprietatem habendum agros V. in loco, qui dicitur Puotilinpah. Econtra dedit præfato Epiſcopo ad Kermaringon agros V. Actum eſt in loco, qui dicitur Isana &c.

Digitized by Google

NUM. DCCLV.

Commutatio inter Annonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Kisalfrid.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque venerabilis Epiſcopus ex parte Eccleſiæ ſuæ eidem nobili viro ad proprietatem habendum in loco, qui dicitur Laginpah curtiferum I. de arabili terra jugera XXIIII. de pratis carradas VIII. Et ille econtra in reconpenſatione harum rerum dedit idem nobilis vir præfato Epiſcopo partem proprietatis ſuæ ad Eccleſiam habendum in loco, qui dicitur Iſamanninga domum, curtem, horreum, de arabili terra jugera XX. de pratis carradas XII. Unde & duas &c.

NUM. DCCLVI.

Cōmutatio inter Annonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Wolfhart.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque prædictus venerabilis Epiſcopus eidem nobili viro ſervum I. nomine Uodalhart unà cum conſenſu totius familiæ, etiam & per licentiam Hludovvici Regis. Et econtra in reconpenſatione illius ſervi dedit prætitulatus nobilis vir laudabili Epiſcopo ad Eccleſiam retinendum ſervos II. Unde &c.

NUM. DCCLVII.

Cōmutatio inter Annonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Ampho.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit igitur prædictus venerabilis Epiſcopus eidem nobili viro in proprietatem habendum de parte Eccleſiæ ſuæ in loco, qui dicitur Haſalpahc de arabili terra jugera XXVI. de pratis carradas VIII. de ſilva jugera VIII. unà cum conſenſu, & conhibentia Canonicorum, ſeu Monachorum, etiam & per licentiam Hludovvici Regis. Et econtra in reconpenſatione harum rerum dedit prædictus nobilis vir eidem Epiſcopo in eodem loco domum, horreum, pomerium, de arabili terra jugera VIIII. Unde & duas &c.

NUM. DCCLVIII.

Cōmutatio inter Annonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Reginfrid.

IN Chriſti nomine. Notum maneat omnibus fidelibus ſub regno iſto commorantibus, quomodo venerabilis Epiſcopus Anno quandam commutationem cum quodam nobili homine Reginfredo facere voluit quorumdam mancipiorum, quod ita & fecit. Tradidit namque ille ipſe Reginfrid mancipia horum nominum in manus memorati Epiſcopi ad habendum ævis temporibus ad caſam Sanctæ Dei Genetricis Mariæ ad Friſingam pro operatione dierum mancipiorum illorum, quos accepit de Epiſcopo Annone, Muotpurc, Engilperht, Muotſwind, Heriker. Hec autem mancipia econtra accepit de ſupra Epiſcopo Annone: Heripold, Drudhart, Regingund, Nana. Ideoque duas commutationes pari tenore conſcriptas præcepit fieri, unam ſecum habendam, & alteram illo nobili homine dandam, ut hæc commutatio firma per-

Digitized by Google

permaneat eternaliter. Siquis verò hanc commutationem infringere voluerit, liberam in omnibus habeat poteſtatem de ſuis mancipiis faciendum, quicquid ſuo animo conplacuerit. Et iſti ſunt teſtes per aures tracti: Managolt, Alprihc, Werimperht, Amalunc. Actum eſt in nuncupato loco Ahaloh in II. Idus Septembris.

NUM. DCCLIX.

Commutatio inter Annonem Epiſcopum, & Podalungum nobilem virum.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque præfatus laudabilis Epiſcopus eidem nobili viro in loco, qui dicitur Sekkipah jugera II. cum conſenſu, & conhiventia totius familiæ ſuæ, etiam & per licentiam Domni Hludovvici Regis. Econtra in reconpenſatione horum jugerorum dedit prætitulatus nobilis vir proprietatis ſuæ in eodem loco ſimili modo jugera II. ad ſedem ſuam retinendum. Unde & duas &c.

NUM. DCCLX.

Commutatio inter Annonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Wicdarp.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque venerabilis Epiſcopus, & Advocatus ſuus nomine Heimperht eidem nobili viro in proprietatem habendum ſervum I. nomine Uodalperht. Et econtra in reconpenſatione hujus ſervi dedit prefato Epiſcopo alium nomine Hatto. Unde & duas commutationes &c.

NUM. DCCLXI.

Commutatio inter venerabilem Annonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Craman.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque venerabilis Epiſcopus cum coniventia Canonicorum eidem nobili viro ad proprietatem habendum in loco, qui dicitur ad Puohſcein curtiferum I. de terra arabili jugera XL. & VII. de pratis carradas XXIII. Et econtra ille in reconpenſatione harum rerum dedit præfato Epiſcopo in loco, qui dicitur ad Mahalineschirihun curtiferum I. de arabili terra jugera XXX. & VIIII. de pratis carradas XXII. & ad Dornah jugera XXX. Unde & duas &c.

NUM. DCCLXII.

Commutatio Annonis Epiſcopi, & Arbeonis.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque prædictus venerabilis Epiſcopus eidem nobili viro ad proprietatem habendum in loco, qui dicitur Tuolpah agrum I. Econtra ille in reconpenſatione illius agri dedit præfato Epiſcopo in eodem loco agrum I. unde & duas commutationes &c.

NUM.

NUM. DCCLXIII.

Commutatio inter Annonem Epiſcopum, & Meginhardum Comitem.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque venerabilis Epiſcopus eidem Comiti ad proprietatem habendum in loco, qui dicitur Dihninga ſemitam I. ut honorificé ad Eccleſiam poſſit ire in latitudine pedes X. & in longitudine XXX. Et econtra ille in reconpenſatione hujus rei dedit præfato Epiſcopo in eodem loco de pratis duplum. Unde & duas commutationes &c.

NUM. DCCLXIV.

Commutatio inter Annonem Epiſcopum, & Arnoldum nepotem ſuum.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque præfatus laudabilis Epiſcopus eidem nobili nepoti ſuo cum conſenſu, & coniventia totius familiæ ſuæ, etiam & per licentiam Domni Hludovvici Regis ex poteſtate Eccleſiæ ſuæ mancipia II. quorum nomina Rihker, & Irmindrud. Et econtra in reconpenſatione horum mancipiorum dedit isdem prænominatus nepos ſuus eidem prædicto Epiſcopo ad Sedem ſuam retinendum Presbyterum I. nomine Adalbertum. Unde & duas &c.

NOTA.

Retinendum Presbyterum. quibùs verbîs ſatìs innuitur, quòd de illo Presbytero, aut potius de Eccleſia quadam ab eo adminiſtrata, antehac Anno Epiſcopus cum Arnoldo nepote habuerit controverſiam, quæ hac transactione fuit ſublata.

NUM. DCCLXV.

Commutatio inter Annonem Epiſcopum, & Cotafridum nobilem virum.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque prædictus laudabilis Epiſcopus eidem nobili viro in loco, qui dicitur Glana jugera VII. cum conſenſu, & coniventia Canonicorum, ſeu aliorum fidelium ſuorum, etiam, & per licentiam Domni Hludowici Regis. Et econtra in reconpenſatione horum jugerorum dedit isdem præfatus nobilis vir eidem prænominato venerabili Epiſcopo proprietatis ſuæ in loco, qui dicitur ad Hruodineshouun æquali numero jugera VII. Unde & duas &c.

NUM. DCCLXVI.

Commutatio inter Annonem Epiſcopum, & nobilem virum Winideonem.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque præfatus laudabilis Epiſcopus una cum Advocato ſuo nomine Heimberto eidem nobili viro ex parte Eccleſiæ ſuæ in loco nuncupato Nertinga Curtiferum I. & partem alterius. Econtra vero in reconpenſatione hujus rei dedit prætitulatus nobilis vir eidem Epiſcopo ad ſedem ſuam retinendum in eodem loco de pratis carradas III. de terra arabili jugerum I. Unde & duas commutationes &c.

NUM.

Digitized by Google

NUM. DCCLXVII.

Commutatio inter Annonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Othelm.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque prædictus venerabilis Epiſcopus eidem nobili viro in proprietatem habendum in loco, qui dicitur Dorf curtem, domum, horreum, curtifera II. pomerium cum humulario, de terra arabili jugera LXXVI. de pratis carradas XLI. de ſilva jugera XX. una cum conſenſu Canonicorum, ſeu Monachorum etiam & per licentiam Hludovvici Regis. Econtra in reconpenſatione harum rerum dedit prætitulatus nobilis vir laudabili Epiſcopo ex parte proprietatis ſuæ ad Eccleſiam retinendum in loco, qui dicitur Sconinovva curtem cum domo, curtifera II. horreum, pomerium, humularium, de excolata terra jugera LXXXII. de pratis carradas XXXVII. de ſilva jugera XX. Unde & duas commutationes &c.

NUM. DCCLXVIII.

Commutatio inter Annonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Wolfhart.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque præfatus Epiſcopus cum Advocato ſuo Liutbrando eidem nobili viro mancipium I. nomine Adalmar. Econtra in reconpenſatione hujus mancipij dedit venerabili Epiſcopo alia II. quorum nomina ſunt Engilperht, Wicheri. Unde & duas commutationes &c.

NUM. DCCLXIX.

Commutatio inter Annonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Ibbo.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit inter venerabilem Annonem &c. Dedit itaque venerabilis Epiſcopus eidem nobili viro ad proprietatem habendum in loco, qui dicitur Puohcslaga jugera II. Et econtra ille in reconpenſatione hujus rei dedit præfato Epiſcopo in eodem loco jugera II. & dimidium. Unde & duas commutationes &c.

NUM. DCCLXX.

Commutatio inter Annonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Cotafrid.

IN Dei nomine. Placuit atque convenit &c. Dedit itaque præfatus Epiſcopus ex parte Eccleſiæ ſuæ eidem nobili viro feminam I. Nomine Rihhilt cum Advocato ſuo Heimberto, & hoc fecit cum conſenſu, & conibentia Canonicorum, & aliorum fidelium ſuorum, etiam & per licentiam Hludovvici Regis. Et econtra dedit prænominatus nobilis vir Epiſcopo alteram mulierem nomine Deothilt. Et deinde ſcripſerunt cartulas duas &c.

Digitized by Google

NUM. DCCLXXI.

Commutatio inter Annonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Heimbret.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque venerabilis Epiſcopus cum Advocato ſuo Ercanberto una cum conſenſu Canonicorum, ſeu & per licentiam Hludovvici Regis eidem nobili viro in proprietatem habendum ſervum I. nomine Reginheri. Et econtra ille in reconpenſatione hujus dedit præfato Epiſcopo ſuum proprium ſervum nomine Snelhart. Unde & duas &c.

NUM. DCCLXXII.

Commutatio Annonis Epiſcopi, & Riholfi.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque venerabilis Epiſcopus eidem nobili viro ad proprietatem habendum mancipium I. nomine Hartfolc. Econtra ille in reconpenſatione hujus mancipii dedit præfato Epiſcopo alia II. quorum nomina ſunt Reginheri, Regingund. Unde & duas &c.

NUM. DCCLXXIII.

Commutatio Annonis Epiſcopi, & Alpolti.

IN Dei nomine placuit, atque convenit &c. Dedit itaque venerabilis Epiſcopus eidem nobili viro ad proprietatem habendum in loco, qui dicitur Lera curtiferum I. de terra arabili jugera LX. de pratis carradas XXX. Econtra ille in reconpenſatione harum rerum dedit præfato Epiſcopo ad Zuoltesdorf curtiferum, de terra arabili jugera LVI. de pratis carradas XXX. molinam I. fabrum I. dimidium nomine Fridolf. Unde & duas commutationes &c.

NUM. DCCLXXIV.

Commutatio inter Annonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Adalperht.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit igitur prædictus venerabilis Epiſcopus eidem nobili viro in proprietatem habendum in loco, qui dicitur Horskinhofa de terra culta, & inculta, de pratis, ac de ſilva hobas II. & jugera XXVII. Et econtra in reconpenſatione harum rerum dedit præticulatus nobilis vir laudabili Epiſcopo ex parte proprietatis ſuæ ad Eccleſiam retinendum in loco nominato Lenginfeld de terra excolata, & inexcolata, de pratis, ac de ſilva colonias III. Unde & duas &c.

NUM. DCCLXXV.

Commutatio inter Annonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Alpvvinum.

IN Dei nomine. Placuit atque convenit &c. Dedit itaque prædictus venerabilis Epiſcopus eidem nobili viro ſupra dicto jugera VIII. curtiferum dimidium, Ancillam I. cum duobus filiis in loco, qui dicitur Perhchah. Et econtra in reconpenſatione harum rerum dedit ſupra dictus vir unum molinæ locum in loco nominato Telinhuſir. Unde & duas &c.

Digitized by Google

NUM. DCCLXXVI.

Commutatio inter Annonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Wolfrat.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque ſupra dictus Epiſcopus ex ratione præfatæ Eccleſiæ ſuæ unà cum conſenſu, & conhibentia Canonicorum, & Monachorum, aliorúmque fidelium in ipſa Eccleſia degentium etiam & per licentiam Domni Hludovvici Regis eidem ſupra dicto Wolfrado in loco, quæ dicitur Anzinga curtilem dimidium, & jornalem I. Et econtra in reconpenſationem dedit memoratus Wolfrat Annoni Epiſcopo ad partem Monaſterij ſui in ipſo loco ad Anzingon talem rem, per quas deinceps utriusque, quod ab altero accepit teneat, atque poſſideat ævis temporibus.

NUM. DCCLXXVII.

Commutatio inter Annonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Tuoto.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque prædictus Epiſcopus ex parte Eccleſiæ ſuæ Tuotoni Laico ad proprium habendum in villa, quæ dicitur Puurra de terra arabili jugera V. Econtra memorato Epiſcopo dedit idem Tuoto ad partem Eccleſiæ ſuæ de proprio ſuo in eadem villa habendum de terra arabili jugera IIII. de ſilva jugera VI. eo modo, ut uterque habeat, poſſideat, faciat inde, quod velit, nullo hominum contradicente, atque illa commutatio ævis temporibus firma permaneat.

NUM. DCCLXXVIII.

Commutatio inter Annonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Fridaloh.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque præfatus venerabilis Epiſcopus ex parte prætitulatæ Eccleſiæ eidem nobili viro curtiferum I. in loco, qui dicitur Liutunwanc unà cum conſenſu, & conivenția Canonicorum, ſeu Monachorum, etiam & per licentiam Domni Hludovvici Regis. Et econtra in reconpenſatione harum rerum dedit præfatus nobilis vir ex parte proprietatis ſuæ in eodem loco ad domum Dei habendum triplicem parte venerabili Epiſcopo. Unde & duas commutationes &c.

NUM. DCCLXXIX.

Commutatio inter venerabilem Annonem Epiſcopum, et quendam nobilem virum nomine Alprat.

IN Chriſti nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque prædictus venerabilis Epiſcopus ex ratione præfatæ Eccleſiæ eidem nobili viro ſervum I. nomine Wolfperht. Et econtra dedit idem nobilis vir ad partem Eccleſiæ alterum ſervum, qui dicitur Nidam. Unde & duas commutationes &c.

NUM. DCCLXXX.

Commutatio inter Annonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Antres.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque prædictus laudabilis Epiſcopus eidem nobili viro in proprietatem habendum ancillam I. nomine Deotpurc. Et econtra in reconpenſatione harum rerum dedit prætitulatus nobilis vir laudabili Epiſcopo ad Eccleſiam retinendum ſervum I. nomine Meginhart. Unde & duas commutationes &c.

NUM. DCCLXXXI.

Commutatio inter Annonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Hiltiperht.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque prædictus venerabilis Epiſcopus cum Advocato ſuo nomine Kerhart eidem nobili viro in proprietatem habendum in loco, qui dicitur Gramannesdorf curtiferum I cum paſtu, ac viis, & perviis unà cum conſenſu, & conivencia Canonicorum, ſeu Monachorum, etiam & per licentiam Hludovvici Regis. Et econtra in reconpenſatione harum rerum dedit memoratus nobilis vir venerabili Epiſcopo ad partem Eccleſiæ habendum in eodem loco de terra arabili triplicem portionem Unde & duas commutationes &c.

NUM. DCCLXXXII.

Commutatio Annonis Epiſcopi, & Heimberti Laici.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque prædictus Epiſcopus ex ratione Eccleſiæ ſuæ, una cum conſenſu, & conivencia Canonicorum, ſive aliorum fidelium in ipſa Eccleſia degentium eidem homini Heimberto ad ſuum proprium habendum in loco, qui dicitur Kem in Comitatu Ratolti Comitis colonicas VIII. molendinem I. cum omni veſtitura tali, ſicut ad ipſam ſedem in eodem loco pertinere dinoſcitur. Et econtra in reconpenſatione harum rerum dedit memoratus Heimperht ex ſuo proprio adpartem Eccleſiæ ſuæ præfato Epiſcopo in villa, quæ dicitur Mohinga colonicas VIIII. molinam I. molere paratam cum omni tali veſtitura, ſicut Advocatus Sanctæ Mariæ in eodem loco accepit. Unde & duas commutationes &c.

NUM. DCCLXXXIII.

Commutatio inter Annonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Reginfrid.

IN Dei nomine. Placuit atque convenit &c. Dedit itaque prædictus venerabilis Epiſcopus ex ratione prætitulatæ Eccleſiæ eidem nobili viro in proprietatem habendum in loco, qui dicitur Purra curtem cum domo, & cum aliis edificiis, de terra arabili jugera XXXVI. & de pratis carradas XV. de ligno jugerum I. & in ſilva communem uſum cum aliis, unà cum conſenſu, & coivencia Canonicorum, ſeu Monachorum, etiam & per licentiam Hludovvici Regis. Et econtra in reconpenſatione harum rerum dedit prænominatus nobilis vir ex parte proprietatis ſuæ in loco, qui dicitur Glana eidem Epiſcopo ad Eccleſiam retinendum curtem cum domo & cum aliis ædificiis, de terra arabili jugera XL. & de pratis carradas X. de ſilva bona jugera XV. Unde & duas commutationes &c.

NUM.

Digitized by Google

NUM. DCCLXXXIV.

Commutatio inter Annonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Alpker.

IN Dei nomine, Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque jam dictus Epiſcopus Anno, unà cum conſenſu, & conivente Canonicorum, aliorúmque fidelium ſuorum in loco, qui dicitur Tannara de terra arabili jugera VIIII. & de pratis carradam I. Et econtra ille ſupradictus Epiſcopus accepit ab illo in loco, qui dicitur Erphinprunnin de terra arabili jugera VIIII. & de pratis carradam I. ad domum Sanctæ Mariæ. Unde & duas &c.

NUM. DCCLXXXV.

Commutatio inter Annonem Epiſcopum, & Onhardum nobilem virum, & Waldpertum ejus filium.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque præfatus Epiſcopus ex ratione præfatæ Eccleſiæ ad Svvindaha curtem cum domo, pomarium I. jugera XLV. de pratis carradas XX. de ſilva jornales XL. Et econtra in reconpenſatione harum rerum dederunt ſupra dicti nobiles viri Epiſcopo ad Rotenpah curtem cum domo, pomarios II. de terra arabili jugera LXXII. de pratis carradas XL. de ſilva ſufficienter, ut uterque, quod ab altero accepit teneat, atque poſſideat ævis temporibus.

NUM. DCCLXXXVI.

Cõmutatio inter Annonem Epiſcopum, & nobilem virum nomine Fater.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque prædictus venerabilis Epiſcopus eidem nobili viro in proprietatem habendum in loco, qui dicitur Mohhinga jugera III. Et econtra in reconpenſatione harum rerum dedit prætitulatus nobilis vir laudabili Epiſcopo ex parte proprietatis ſuæ ad Eccleſiam retinendum in eodem loco jugera III. Unde & duas &c.

NUM. DCCLXXXVII.

Cõmutatio inter Annonem Epiſcopum, & Alpradum nobilem virum.

IN Dei nomine. Placuit atque convenit &c. Dedit itaque præfatus laudabilis Epiſcopus eidem nobili viro in loco, qui dicitur Petinpah curtiferum I. cum domo, & horreo, de arabili terra jugera XXX. de pratis carradas X. cum conſenſu totius familiæ ſuæ, etiam & per licentiam Domni Regis Hludovvici. Et econtra in reconpenſatione harum rerum dedit prætitulatus nobilis vir Epiſcopo ad Sedem ſuam retinendum in loco nuncupato Chuginhuſun curtiferum I. cum domo & horreo, & jugera XXX. de pratis carradas X. de loco jornales IIII. & terminum fluminis illum pertinentem.

Unde & duas &c.

Digitized by Google

NUM. DCCLXXXVIII.

Commutatio inter Annonem Epiſcopum, & Werinharium Comitem.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque venerabilis Epiſcopus cum Advocato ſuo Luitprando eidem Comiti in proprietatem habendum in loco, qui dicitur Huntilinpah curtiferum I. inter arabili terra, & pratis hobas III. & jugera VII. Econtra ille in reconpenſatione harum rerum dedit præfato Epiſcopo in loco, qui dicitur Wenniginpah curtem cum domo, & aliis ædificiis, inter arabili terra, & pratis, & lignis hobas V. molinam I. Unde & duas &c.

NUM. DCCLXXXIX.

Commutatio inter Annonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Cundhart.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque Anno Epiſcopus ex ratione præfatæ Eccleſiæ unà cum conſenſu, & cohibentia Canonicorum, ſeu Monachorum, aliorúmque fidelium in ipſa Eccleſia degentium, etiam & per licentiam Hludovvici Regis, præfato nobili viro habendum in loco, qui dicitur Pheterah jugera XIII. & de pratis carradas VII. Et econtra dedit memoratus Cundhart ex ſuo proprio ſupra dicto Annoni Epiſcopo in loco, qui dicitur Crintila jugera XIII. & de pratis carradas VII. Unde & duas &c.

NUM. DCCXC.

Commutatio Annonis Epiſcopi, & Waltfridi.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque prædictus venerabilis Epiſcopus ex parte Eccleſiæ ſuæ eidem nobili viro in proprietatem habendum in loco, qui dicitur Sickereshuſun, domum, curtem, pomerium, de terra arabili jugera CXXVIII. de ſilva jugera XXXVIII. de pratis jugera XIIII. unà cum conſenſu, & coiventia Canonicorum, ſeu Monachorum, etiam & per licentiam Domni Hludovvici Regis. Et econtra in reconpenſatione harum rerum dedit idem nobilis vir præfato Epiſcopo partem proprietatis ſuæ ad Eccleſiam habendum in loco, qui dicitur Menzinga, domum, horreum, curtem, de terra arabili jugera CCXL. de pratis CL. de ſilva jugera XII. Unde & duas &c.

NUM. DCCXCI.

Commutatio Annonis Epiſcopi, & Reginolti.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque venerabilis Epiſcopus eidem nobili viro ad proprietatem habendum in loco, qui dicitur Feldmohinga curtiferum I. Et econtra ille in reconpenſatione harum rerum dedit præfato Epiſcopo in eodem loco de terra arabili duplum. Unde & duas commutationes &c.

NUM.

NUM. DCCXCII.

Commutatio inter Annonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Nordperht.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque prædictus venerabilis Epiſcopus eidem nobili viro in proprietatem habendum in loco, qui dicitur Stroga curtiferum I. jugera XV. unà cum conſenſu, & coiventia Canonicorum, etiam & Monachorum, tamen & per licentiam Hludovvici Regis. Et econtra in reconpenſatione harum rerum dedit prænominatus nobilis vir venerabili Epiſcopo ex parte proprietatis ſuæ in eodem loco ad Eccleſiam retinendum jugera XVII. curtiferum I. cum pomerio. Unde & duas &c.

NUM. DCCXCIII.

Cōmutatio inter Annonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Willihelm.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque venerabilis Epiſcopus cum Advocato ſuo Heimberto eidem nobili viro ad proprietatem habendum in loco, qui dicitur Aſinchova de terra arabili jugera IIII. Et econtra ille in reconpenſatione harum rerum dedit præfato Epiſcopo in loco, qui dicitur ad Pahhe ſimiliter. Unde & duas &c.

NUM. DCCXCIV.

Traditio Adalberti Diaconi ad Quirinpach.

DUm & omnibus non habetur incognitum, ſed multis eſt in epiſcopio beatiſſimæ Virginis Mariæ benè cognitum, qualiter quidam nobilis vir Adalperht Diaconus potenti manu tradidit propriam hereditatem ſuam ad Frigiſingam ad domum Sanctæ Mariæ, ubi Sanctus Corbinianus Confeſſor Chriſti corpore requieſcit in loco Quirinpah, quicquid ibidem proprietatis eodem die viſus eſt habere. Et econtra conplacitavit cum Annoni venerabili Epiſcopo aliam rem eccleſiaſticam ad Ringilinpah, & ipſas utrasque res in beneficium accepit de manibus jam dicti venerabilis Epiſcopi. Actum in loco, qui dicitur Frigiſinga præſente Annoni Epiſcopo IIII. Kalendas Junias. Et iſti ſunt teſtes per aures tracti: Cuoto, Horscolf, Heimperht, Liuto, Anulo, Starcholf, Wolfperht, Wirunt, Aſperht, Wicdarp, Alphart, Anthad, Sigihart, Otachar, Einhart, Erhart, Rihhart, Lantperht, Reginhart. Actum verò ea ratione, ut ipſe jam dictus Adalperht Diaconus eas res uſitâſſet, atque meliorâſſet, & habuiſſet usque in vitam ſuam; poſt obitum verò ſui ambas res ad domum Sanctæ Mariæ ſine ullius hominis contradictione firmiter & inviolabiliter perſtitiſſent.

NUM. DCCXCV.

Traditio Tatonis.

NOtum ſit cunctis in provincia Bajuwariorum conſtitutis nobilibus, veracíſque, qualiter quidam vir nobilis nomine Tato ſuam ad Sconinperc monaſterium Sancti Viti, ubi pretioſi Martires Chriſti Cornelius & Cyprianus corpore quieſcunt in loco, qui dicitur Cundharesdorf totum & integrum, domum cum curte, terris, pratis, paſcuis, ſilvis, aquis, aquarúmve decurſibus, & mancipia V. quorum nomina Cundpald, Uodalmunt, Kerpato, Waldperht, Otpirc, nihilque prætermittens, quod in eodem loco eo die habere videbatur, quod non totum tradidiſſet, niſi curtiferum I. & jugera IIII. & tertiam

Digitized by Google

tiam partem pecorum. Et exinde conplacitavit, ut ille ipſe, & Uxor ejus nomine Deotlind eam traditionem in beneficium haberent, etiam & hoc, quod de domo Dei acceptum habuiſſet, quisquis alterius ſuperſtis extitiſſet usque in finem vitæ illorum. Iſti ſunt teſtes: Anno, Hrodrih, Anthelm, Erkanperht, Liutker, Epaho, Wichart, Anthad, Adalperht, Reginker, Hitto, Egilolf, Ruodperht, Undeo, Wolfolt, Eparuni, Cundhart, Iſanperht.

NUM. DCCXCVI.

Commutatio inter Annonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Werinheri.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque venerabilis prædictus Epiſcopus ex ratione prætitulatæ Eccleſiæ eidem Comiti in loco, qui dicitur ad Strogun de pratis carradas IIII. una cum conſenſu, & coniventia Canonicorum, ſeu Monachorum, etiam & per licentiam Hludowici Regis. Et econtra in reconpenſatione hujus rei dedit prænominatus Comis eidem Epiſcopo ex parte beneficii ſui in eodem campo equalem menſuram ad ſuam Eccleſiam habendum. Unde & duas &c.

NUM. DCCXCVII.

Traditio Werimunt.

NOtum ſit omnibus in provincia Bajuvvariorum conſtitutis, qualiter quidam Presbyter, & nobilis vir nomine Werimunt cogitans pro remedio animæ ſuæ domu Dei quedam mancipia cum traditione firmare. Venit igitur in Kalendis Februarii ad Frigiſingam in præſentiam Annonis venerabilis Epiſcopi, & Jezonis Comitis tradens in capſam Sanctæ Mariæ Ancillas IIII. & duos infantulos, ut poſt obitum ſuum ſine ulla contradictione ad Servitium Sanctæ Mariæ permanerent. Et hæc ſunt nomina eorum: Wiga, Kundpirc, Kervvar, Deotlind, Hartinc, Wolfker, ea ratione, ut prædicta mulier Wiga in unoquoque anno denarium I. ad domum Dei indubitanter reddere, & de alio ſervili opere libera fuiſſet, ac alia V. mancipia dies II. in ebdomada haberent. Iſti ſunt teſtes Jezo Comis, Helfrih, Helmrih, Eccho, Rihhart, Hrodlant, Liuthart, Nidhart, Hrodperht, Cetil, Erchanperht,

NUM. DCCXCVIII.

Traditio Paldkisi.

NOtum ſit cunctis in provincia Bajuvvariorum conſtitutis, qualiter quidam nobilis vir nomine Paldkis adiens venerabilem Annonem Frigiſigenſis Eccleſiæ Epiſcopum deprecans celſitudinem ſuam quandam cum ſuo adjutorio peragere traditionem. Tunc etiam libenti animo tradidit in capſam Sanctæ Mariæ totum, quod ſuo comparavit labore in loco, qui dicitur ad Pahhe, domum, curtem, horreum, mancipia III. de arabili terra jugera VII. de pratis carradas XII. ut ſine ulla contradictione ad domum Dei ævis permaneret temporibus. Ea etenim ratione, ut hoc beneficium, quod de domo Dei habuit, eadem re propè adjacente ſibi, aut ſuæ Uxori nomine Arbilt conplacitavit habendum absque omni mutatione illi poſſidendum, cui Deus longiorem augeret vitam. Et iſti ſunt teſtes: Kotaſcalh Comes, Egilperht, Kundheri, Hrodrih, Wicdarp, Hartnid, Asperht, Eparhart, Pernker, Sigiperht.

NUM.

Digitized by Google

NUM. DCCXCIX

Commutatio inter Annonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Liutfrid.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque prædictus venerabilis Epiſcopus eidem nobili viro ex parte Monaſterij unà cum conſenſu, & coibentia Canonicorum, ſeu Monachorum, aliorúmque fidelium in ipſa Eccleſia degentium, etiam & per licentiam Domni Hludovvici Regis in loco, qui dicitur Puohſcorro curtiferum, jugera LV. de pratis carradas VIIII. Et econtra in reconpenſatione harum rerum dedit memoratus nobilis vir ad partem Eccleſiæ ex portione hereditatis ſuæ in loco, qui dicitur Feldmohbinga curtiferum I. tota ædificia manentem I. jugera LX. de pratis carradas XII. Unde & duas commutationes &c.

NUM. DCCC.

Commutatio inter Annonem Epiſcopum, & Hruodoldum Comitem.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque prædictus venerabilis Anno Epiſcopus ex ratione præfatæ Eccleſiæ eidem venerabili Comiti ad ſuum Comitatum habendum in loco, qui dicitur Purgipah Eccleſiam cum domo, de terra arabili hobas III. de pratis carradas XX. de ſilva jugera tria, mancipia tria unà cum conſenſu, & cohibentia Monachorum ſeu Canonicorum, etiam & per licentiam Sereniſſimi Hludovvici Regis. Et econtra in reconpenſatione harum rerum dedit præfatus nobilis Comes pretitulato Epiſcopo ad domum Dei habendum in loco, qui dicitur Sueinpah, curtem cum domo, de terra arabili hobas III. de pratis carradas XX. de ſilva jugera tria, mancipia tria. Unde & duas &c.

NUM. DCCCI.

Commutatio inter Annonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Heimbertum.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque prædictus Epiſcopus eidem viro partem ab Eccleſia cum conſenſu, & conventione Cononicorum, ſive Monachorum, etiam & per licentiam Sereniſſimi Hludovvici Regis ſenioris in illa villa, quæ dicitur Pelheim curtiferum I. cum ædificiis, jugera XL. de pratis carradas XII. ut habeat, poſſideat, & in perpetuum, quicquid eliget faciat. Econtra in reconpenſatione harum rerum præfato Epiſcopo dedit idem ipſe partem proprietatis ſuæ in villa, quæ dicitur Rumaneshuſir curtiferum I. cum ædificiis, jugera LII. de pratis carradas XII. quod ad domum Sanctæ Mariæ inviolabiliter perſeveret. Unde & duas &c.

NUM. DCCCII.

Commutatio inter Annonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Hunolf.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque jam dictus Epiſcopus Anno cum conſenſu, & coniventia Canonicorum, aliorúmque fidelium ſuo-

rum in loco, qui dicitur ad Kekinpiunt de terra arabili jugerum I. Et econtra accepit ab illo in loco, qui dicitur ad Emheringon partem curtiferi unius. Unde & duas commutationes &c.

NUM. DCCCIII.

Commutatio inter Annonem Epiſcopum, & quendam Laicum nomine Immo.

IN Dei nomine. Placuit atque convenit &c. Dedit itaque prædictus Epiſcopus ex parte Eccleſiæ ſuæ cum conſenſu, & cohibentia Canonicorum, & Laicorum, etiam & per licentiam Domni ac Sereniſſimi Hludovvici Regis eidem homini ad proprietatem habendum in loco, qui dicitur Louppah curtem cum domo, ceteríſque ædificiis, de terra arabili jugera LVIII. de pratis carradas XLVII. de ſilva jugera IIII. Econtra in reconpenſationem harum rerum tradidit Epiſcopo præfatus vir ex parte hereditatis ad ſuam Eccleſiam habendam in villa, quæ dicitur Lenginfeld, curtem cum domo, ceteríſque ædificiis, de terra arabili jugera LVIII. de pratis carradas XXVII. de ſilvis jugera XXX. Unde & duas &c.

NUM. DCCCIV.

Commutatio inter Annonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Wicperht.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque prædictus venerabilis Epiſcopus ex ratione prætitulatæ Eccleſiæ eidem nobili viro in proprietatem habendum in loco, qui dicitur Phetarah, curtiferum I. & de arabili terra jugera XV. Et econtra in reconpenſatione harum rerum dedit præfatus nobilis vir ex parte proprietatis ſuæ venerabili Epiſcopo ad Eccleſiam habendum in loco, qui dicitur Tenileſchirihha curtiferum I. de arabili terra jugera XV. & agrum I. ac de pratis carradas III. pro hoc, ut commutatio facta fieret. Unde & duas &c.

NUM. DCCCV.

Commutatio inter Annonem Epiſcopum, & quendam Laicum nomine Altman.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque prædictus venerabilis Epiſcopus ex ratione præfate Eccleſiæ eidem Altmanno ſervum I. nomine Oadalhart, una cum conſenſu, & conventia Canonicorum, ſeu Monachorum, etiam & per licentiam Hludovvici Regis. Et econtra in reconpenſatione hujus mancipij dedit prænominatus Altman ex parte proprietatis ſuæ mancipia II. eidem Epiſcopo, quorum nomina Erkanperht, & Deotsvvind ad ſuam Eccleſiam detinenda. Unde & duas &c.

NUM.

NUM. DCCCVI.

Commutatio inter Annonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Erkanman.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque prædictus venerabilis Epiſcopus ex parte Eccleſiæ ſuæ eidem nobili viro in proprietatem habendum in loco, qui dicitur Phetarah, de terra arabili jugera VIII. una cum conſenſu, & coiventia Cononicorum, ſeu Monachorum, etiam & per licentiam Domni Hludovvici Regis. Et econtra in reconpenſatione harum rerum dedit eidem nobilis vir præfato venerabili viro partem proprietatis ſuæ ad Eccleſiam habendum in eodem loco de terra arabili jugera X. Unde & duas &c.

NUM. DCCCVII.

Commutatio inter Annonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Marcholt.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque prædictus venerabilis Epiſcopus cum conſenſu, & coniventia Canonicorum, ſeu aliorum fidelium ſuorum, & per licentiam Domni Hludovvici Regis eidem nobili viro duo mancipia, quorum nomina Irminrat, & ejus filius. Et econtra isdem nobilis vir dedit præfato Epiſcopo eodem modo matrem & filium, quorum nomina Deotlind, & Rihker. Unde & duas commutationes &c.

NUM. DCCCVIII.

Commutatio inter Annonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Adalo.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque prædictus venerabilis Epiſcopus ex ratione prætitulatæ Eccleſiæ eidem nobili viro in proprietatem habendum in loco, qui dicitur Priſinga inter latitudinem, & longitudinem de terra arabili perticas XV. & pedes VII. unà cum conſenſu, & coiventia Canonicorum ſeu Monachorum, etiam & per licentiam Hludovvici Regis. Et econtra in reconpenſatione harum rerum dedit prænominatus nobilis vir ex parte proprietatis ſuæ in eodem loco eidem Epiſcopo ad Eccleſiam retinendum inter latitudinem, & longitudinem de terra arabili perticas XL. Unde & duas commutationes &c.

NUM. DCCCIX.

Commutatio Annonis Epiſcopi, & Hantunonis.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque venerabilis Epiſcopus eidem nobili viro in loco, qui dicitur Pritilinpah ad proprietatem habendum duas partes unius agri. Et ille econtra in reconpenſatione harum rerum præfato Epiſcopo in eodem loco dupliciter reſtituit. Unde & duas &c.

NUM. DCCCX.

Commutatio inter Annonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Altman.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque Anno Epiſcopus, & Advocatus Riheri ex ratione præfatæ Eccleſiæ ſuæ unà cum conſenſu, & conhibentia Canonicorum, & Monachorum, aliorúmque fidelium in ipſa Eccleſia degentium, etiam & per licentiam Domni Hludovvici Regis eidem ad habendum in loco, quæ dicitur Dorfa, de pratis carradas XII. & de ſilva lucum unum. Et econtra dedit ſupra dictus Altman ex ſuo proprio ſupra dicto Annoni Epiſcopo ad partem monaſterij ſui in loco, quæ dicitur Dorfa ſilvam unam. Unde & duas &c.

NUM. DCCCXI.

Commutatio Annonis Epiſcopi, & Meginharij Presbyteri.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque præfatus laudabilis Epiſcopus ex parte Eccleſiæ ſue eidem nobili Presbytero in loco, qui dicitur Peraloh curtiferum I. cum conſenſu & coiventia Canonicorum ſeu aliorum fidelium ſuorum, etiam & per licentiam Hludovvici Regis. Et econtra reconpenſavit isdem prænominatus nobilis Presbyter in eodem loco jugerum I. eidem Epiſcopo ad Sedem ſuam habendum. Unde & duas &c.

NUM. DCCCXII.

Commutatio inter Annonem Epiſcopum, & quendam nobilem nomine Isanperht.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque Anno Epiſcopus eidem præfato Isanberto curtiferum I. in loco, qui dicitur Pasinga ad ſuum proprium habendum. Et econtra dedit ſupra nominatus Isanperht ex ſuo proprio Annoni Epiſcopo ad partem Monaſterij in eodem loco jugera III. & bovem I. Unde & duas commutationes &c.

NUM. DCCCXIII.

Commutatio inter Annonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Reginheri.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque venerabilis Epiſcopus ex ratione præfatæ Eccleſiæ eidem nobili viro in proprietatem habendum in loco, qui dicitur Sulzreini unam partem curtiferi unà cum conſenſu & coniventia Canonicorum, ſeu Monachorum, etiam & per licentiam piiſſimi Hludovvici Regis. Et econtra in reconpenſatione harum rerum dedit memoratus nobilis vir eidem glorioſo Epiſcopo in eodem loco ad partem Eccleſiæ habendum duplicem portionem hereditatis ſuæ. Unde & duas commutationes &c.

NUM.

Digitized by Google

NUM. DCCCXIV.

Commutatio inter Annonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Hadamar.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit igitur prædictus venerabilis Epiſcopus eidem nobili viro in proprietatem habendum medietatem curtiferi unius in loco, qui dicitur Pipurc. Et econtra in reconpenſatione hujus rei dedit prætitulatus nobilis vir laudabili Epiſcopo ad Eccleſiam retinendum ex proprietatis ſuæ in eodem loco de arabili terra jugerum I. Unde & duas &c.

NUM. DCCCXV.

Commutatio inter Annonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Meginheri.

IN Dei nomine, Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque prædictus venerabilis Epiſcopus eidem nobili viro in proprietatem habendum in loco, qui dicitur Riuti, domum, horreum, de arabili terra jugera XLII. de pratis carradas XX. de ſilva jugera IIII. ac decimam de eadem villa ſuam partem Epiſcopus ei perdonavit usque in vitam ſuam. Et econtra in reconpenſatione rerum illarum dedit præſcriptus nobilis vir eodem Epiſcopo in loco qui dicitur Totinchirihha domum, horreum, de arabili terra jugera L. de pratis carradas XC. & de ſilva in commune cum aliis habundanter. Unde & duas commutationes &c.

NUM. DCCCXVI.

Comutatio inter Annonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Arnunc.

IN Dei nomine. Placuit atque convenit &c. Dedit itaque præfatus Epiſcopus ſupra dicto Arnungo de parte Eccleſiæ ſuæ in proprietatem habendum de arabili terra jugera XLVI. & de pratis carradas X. prope fluvio, qui vocatur Suindaha locus autem ſimili vocabulo nuncupatur. Econtra verò accepit idem venerabilis Epiſcopus Anno de predicto nobili viro ad conpendium Eccleſiæ ſuæ habendum de arabili terra jugera XXXI. & de pratis carradas XL. Ideoque duas cartulas pari tenore &c.

NUM. DCCCXVII.

Commutatio inter Annonem Epiſcopum, & quendam palatinum Comitem nomine Fritilo.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque prædictus venerabilis Epiſcopus ex parte Eccleſiæ ſuæ eidem palatino Comiti in proprietatem habendum in locis, quæ dicuntur Apatinhusir, & Witarinesdorf de arabili terra hobas III. & aliis ad hoc pertinentibus una cum conſenſu, & coiventia Canonicorum, ſeu Monachorum, etiam & per licentiam Hludovvici Domni Regis. Et econtra in reconpenſatione harum rerum dedit præfatus palatinus Comis ex parte proprietatis ſuæ prædicto Epiſcopo ad Eccleſiam habendum in locis, quæ dicuntur Fidalesdorf, & Tuolpahc colonicas III. & aliis ad hoc pertinentibus. Unde & duas &c.

Digitized by Google

NUM. DCCCXVIII.

Commutatio Annonis Epiſcopi, & Mahtperti nobilis viri.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque venerabilis Epiſcopus, & Advocatus ſuus Heimbertus eidem nobili viro in proprietatem habendum partem curtiferi in loco, qui dicitur ad Humperhteshuſun. Et econtra ille in reconpenſatione hujus rei dedit præfato Epiſcopo in eodem loco de terra arabili duplum. Unde & duas &c.

NUM. DCCCXIX.

Commutatio inter Annonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Reginperht.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque prædictus venerabilis Epiſcopus ex parte Eccleſiæ ſuæ eidem nobili viro ad proprietatem habendum in loco, qui dicitur Hruodratesdorf curtiferum I. de terra arabili jugera XVII. de pratis jugera VII. una cum conſenſu, & coiventia Canonicorum, ſeu Monachorum, etiam & per licentiam Hludovvici Domni Regis. Et econtra in reconpenſatione harum rerum dedit idem nobilis vir præfato Epiſcopo partem proprietatis ſuæ ad Eccleſiam habendum in loco, qui dicitur Zollinga octavam partem 'Eccleſiæ, curtem, domum, & de arabili terra jugera XVII. & de pratis jugera VII. Unde & duas &c.

NUM. DCCCXX.

Commutatio inter Annonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Arbo.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque præfatus Epiſcopus ex parte Eccleſiæ ſuæ in proprietatem eidem nobili viro curtiferum I. Econtra verò in reconpenſationem ejuſdem rei tradidit iſdem vir partem ſuæ hereditatis, hoc eſt curtiferum I. & agrum I. Domno Annoni Epiſcopo, & Advocato ſuo Hiltiprando ad Eccleſiam Sanctæ Mariæ ad habendum. Unde & duas &c.

NUM. DCCCXXI.

Commutatio inter Annonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Uurmhart.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque venerabilis Epiſcopus eidem nobili viro in proprietatem habendum in loco, qui dicitur Steinhard agros V. etiam & per licentiam Domni Hludovvici Regis. Econtra dedit in reconpenſatione hujus rei eiſdem nobilis vir jugera VI. in eodem loco ad prædictam Eccleſiam retinendum. Unde & duas commutationes &c.

NUM.

Digitized by Google

NUM. DCCCXXII.

Commutatio Annonis Epiſcopi, & Hruodperti Laici.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque prediſtus venerabilis Epiſcopus eidem nobili viro in proprietatem habendum in loco, qui dicitur Kysalpah de arabili terra jugerum I. unà cum conſenſu, & coiventia Canonicorum, ſeu Monachorum, etiam & per licentiam Hludovvici Regis. Et econtra in reconpenſatione harum rerum dedit prenominatus nobilis vir venerabili Epiſcopo de parte proprietatis ſuæ in eodem loco ad Eccleſiam retinendum jugerum alterum prope flumen, quod dicitur Isana conſiſtentem locum molinæ. Unde & duas &c.

NUM. DCCCXXIII.

Commutatio Annonis Epiſcopi, & Eginonis.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque venerabilis Epiſcopus eidem nobili viro ad proprietatem habendum mancipium unum, nomine Otker. Econtra ille in reconpenſatione illius mancipij dedit prætitulato Epiſcopo mancipia II. nomine Reginperht, Hugimot. Et inde duas &c.

NUM. DCCCXXIV.

Commutatio Annonis Epiſcopi, & Lantberti Laici.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque venerabilis Epiſcopus eidem nobili viro ad proprietatem habendum in loco, qui dicitur Steinheringa jugera ſex. Econtra ille in reconpenſatione harum rerum dedit prætitulato Epiſcopo in eodem loco jugera ſex. Unde & duas &c.

NUM. DCCCXXV.

Commutatio inter Annonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Heimbret.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque venerabilis Epiſcopus cum conſenſu Canonicorum, ſeu aliorum fidelium, & per licentiam Domni Regis eidem nobili viro in proprietatem habendum in loco, qui dicitur ad Ciholteshuſon jugera VI. Et econtra ille in reconpenſatione harum rerum dedit præfato Epiſcopo in loco, qui dicitur ad Palcingon alia VI. Unde & duas &c.

NUM. DCCCXXVI.

Com̃utatio inter Annonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Ekihart.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque prædiſtus venerabilis Epiſcopus eidem nobili viro in proprietàtem habendum mancipia IIII. Kisalvvart, Alholf, Egilpurc, Irmina. Et econtra in reconpenſatione horum mancipiorum dedit prætitulatus nobilis vir laudabili Epiſcopo ad Eccleſiam retinendum etiam VIII. quorum nomina hic continentur &c.

NUM.

NUM. DCCCXXVII.

Commutatio inter Annonem Epiſcopum, & quendam virum nomine Hiltiperht.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque Anno Epiſcopus ex ratione præfatæ Eccleſiæ ſuæ unà cum conſenſu, & conhibentia Canonicorum, & Monachorum, aliorúmque fidelium in ipſa Eccleſia degentium, etiam & per licentiam Domni Hludovvici Regis eidem ad habendum in loco, qui dicitur Phetarah jugera VIIII. Econtra dedit memoratus Hiltiperht ex ſuo proprio ſupra dicto Annoni Epiſcopo jugera VIIII. in loco ipſo, quæ dicitur Phetarah. Unde & duas &c.

NUM. DCCCLXXVIII.

Commutatio inter Annonem Epiſcopum, & alium Annonem nepotem ſuum.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque prædictus Epiſcopus ex ratione præfatæ Eccleſiæ unà cum conſenſu, & cohiventia fidelium ſuorum, etiam & per licentiam Domni Hludovvici Regis in loco, qui dicitur ad Herineshuſon dimidiam partem curtiferi unius eidem Annoni equivoco, & nepoti ſuo. Et econtra in reconpenſatione illius curtiferis dedit prædictus Anno ex parte proprietatis ſuæ eidem venerabili Epiſcopo equaliter menſuratam terram in eodem vico vicinior jacentem. Unde & duas &c.

NUM. DCCCXXIX.

Commutatio inter Annonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Adalfrid.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque prædictus Epiſcopus ex rebus præfatæ Eccleſiæ unà cum conſenſu, & coniventia fidelium ſuorum, ſeu & per licentiam Hludovviei Domni Regis eidem nobili viro in loco, qui dicitur Cahzpah de terra arabili jugera LVII. de pratis jugera XV. Et ille econtra in reconpenſatione ex parte proprietatis ſuæ dedit eidem venerabili Epiſcopo ad ipſam Eccleſiam habendum in loco, qui dicitur Iſana jugera LVII. de pratis jugera XV. Unde & duas commutationes &c.

NUM. DCCCXXX.

Commutatio inter Annonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Ilprant.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque venerabilis Epiſcopus ex rebus monaſterij ſui eidem nobili viro ad proprietatem habendum in loco, qui dicitur Gotinga curtiferum I. Et ille econtra in reconpenſatione harum rerum dedit ad domum Sanctæ Mariæ in præfato loco agros III. Unde & duas &c.

NUM.

Digitized by Google

NUM. DCCCXXXI.

Commutatio inter Annonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Unroh.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit inter venerabilem &c. Dedit itaque prædictus venerabilis Epiſcopus eidem nobili viro ad proprietatem habendum in loco, qui dicitur Moſaha curtiferum I. una cum conſenſu, & coiventia Canonicorum, ſeu Monachorum, etiam & per licentiam Hludovvici Regis. Et econtra in reconpenſatione harum rerum dedit prænominatus nobilis vir glorioſo Pontifici de parte proprietatis ſuæ ad Eccleſiam retinendum jugera III. Unde & duas &c.

NUM. DCCCXXXII.

Commutatio inter Annonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Mahtperht.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque prædictus venerabilis Epiſcopus ex ratione præfatæ Eccleſiæ eidem Mahtperto ancillam I. cum filio ſuo unà cum conſenſu, & coniventia Canonicorum, ſeu Monachorum, etiam & per licentiam Hludovvici Regis. Et econtra in reconpenſatione hujus ancille cum filio dedit prænominatus Mahtperht ex parte proprietatis ſuæ ancillam cum filio ſuo nomine Hruodsuind eidem Epiſcopo ad Eccleſiam detinenda. Unde & duas &c.

NUM. DCCCXXXIII.

Commutatio inter Annonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Frumolt.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit namque prædictus Epiſcopus ex ratione Monaſterij eidem nobili viro in proprietatem unam viam per ejusdem curtem pergentem in loco, qui dicitur Filiſa cum conſenſu fidelium ſuorum. Et econtra in reconpenſatione illius rei dedit præfatus vir Epiſcopo ex parte unius curtiferi ad Monaſterium habendum in eo loco via illa impleatur. Unde & duas &c.

NUM. DCCCXXXIV.

Commutatio inter Annonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Hucpald.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque prædictus venerabilis Epiſcopus eidem nobili viro in proprietatem habendum in loco, qui dicitur Feoht curtiferum I. & ſilvam I. unà cum conſenſu, & coiventia Canonicorum ſeu Monachorum, etiam & per licentiam Hludovvici Regis. Et econtra in reconpenſatione harum rerum dedit prænominatus nobilis vir ex parte proprietatis ſuæ venerabili Epiſcopo ad Eccleſiam retinendum de arabili terra jugerum I. & ſilvam I. Unde & duas &c.

NUM. DCCCXXXV.

Commutatio inter Annonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Oſo.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque prædictus Epiſcopus ex ratione præfate Eccleſiæ unà cum conſenſu, & coiventia Canonicorum, ſeu etiam fidelium ſuorum, etiam & per licentiam Domni Hludovvici Regis in loco, qui dicitur ad Rotu eidem Offuni de terra arabili jugera XXII. Et econtra in reconpenſatione ejuſdem territorij dedit prædictus Offo ex parte proprietatis ſuæ eidem venerabili Epiſcopo ad ipſam Eccleſiam habendum vicinior jacentem territorium ejuſdem menſuræ menſuratum in eodem loco ad Rotu. Unde & duas &c.

NUM. DCCCXXXVI.

Commutatio inter Annonem Epiſcopum, & quoſdam nobiles viros nomine Alpolt, & Irminpold.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque prædictus venerabilis Epiſcopus eiſdem nobilibus viris in proprietatem habendum in loco, qui dicitur Undeoinga de excolata terra jugera XXII. una cum conſenſu, & coiventia Canonicorum, ſeu Monachorum, etiam & per licentiam Hludovvici Regis. Et econtra in reconpenſatione harum rerum dederunt prænominati nobiles viri ex parte proprietatis ſuæ venerabili Epiſcopo ad Eccleſiam retinendum in loco, qui dicitur Percheim curtifera II. pomerium cum humulario, & de arabili terra jornales XVIIII. Unde & duas &c.

NUM. DCCCXXXVII.

Commutatio inter Annonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Rantolf.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque prædictus Epiſcopus, & Advocatus ejus nomine Hruadperht prædicto viro una cum coniventia Canonicorum, & Laicorum, etiam & per licentiam Domni Hludovvici Regis de rebus præfatæ Eccleſiæ in proprietatem habendum de terra arabili jugera XIII. in termino, quod dicitur Tannaromarcha. Et econtra acceperunt in reconpenſationem harum rerum de eodem viro ad partem Eccleſiæ habendum in ſupra dicto loco jugera XVI. Unde & duas &c.

NUM. DCCCXXXVIII.

Commutatio inter Annonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Alpuni.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque prædictus venerabilis Epiſcopus eidem venerabili viro in proprietatem habendum ex parte Eccleſiæ ſuæ in loco, qui dicitur Zorngeltinga de terra arabili hobam I. Et econtra in reconpenſatione hujus rei dedit præſcriptus nobilis vir venerabili Epiſcopo ad Eccleſiam retinendum, quicquid proprietatis ad Hardhuſun viſus fuit habere, domum, curtem, cum aliis edificiis, ſervos II. ac boves II. Unde & duas commutationes &c.

NUM.

ed by Google

NUM. DCCCXXXIX.

Commutatio inter Annonem Epiſcopum, et quendam nobilem virum nomine Pettonem.

IN Dei nomine. Placuit atque convenit &c. Dedit itaque præfatus venerabilis Epiſcopus eidem nobili viro in loco, qui dicitur Perchah jugera XXXVII. de pratis carradas XXV. de ſilva jugera XIIII. cum conſenſu totius familiæ ſuæ, etiam & per licentiam glorioſi Regis Hludovvici. Et econtra in reconpenſatione harum rerum dedit isdem prædictus nobilis vir prænominato Epiſcopo in loco nominato ad Perge agros XXXV. de pratis carradas XXVIII. de ſilva jugera XII. & locum molinæ I. ad conpletionem duorum Epiſcopi jugerorum, quæ ſuperfuerant de prædicta ſilva. Unde & duas &c.

NUM. DCCCXL.

Commutatio inter Annonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Kisalrih.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque venerabilis Epiſcopus eidem Presbytero partem curtiferi unius in proprietatem habendum. Et econtra idem Presbyter in reconpenſationem hujus rei dedit cum Advocato ſuo nomine Cotafrido præfato Epiſcopo de terra arabili duplum. Unde & duas &c.

NUM. DCCCXLI.

Commutatio inter Annonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Herivvic.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque prædictus Epiſcopus ex parte Eccleſiæ ſuæ eidem nobili viro in loco, qui dicitur Isana medietatem curtiferi unius, & agros II. de pratis carradam I. cum conſenſu & conventia Canonicorum, ſeu aliorum fidelium ſuorum, etiam & per licentiam Domni Hludovvici Regis. Et econtra in reconpenſatione harum rerum dedit prænominatus nobilis vir eidem Epiſcopo ad Eccleſiam ſuam habendum proprietatis ſuæ in loco nuncupato Puotilinpah de pratis carradas X. Unde & duas &c.

NUM. DCCCXLII.

Commutatio Annonis Epiſcopi, & Deotpirgæ.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque venerabilis Epiſcopus eidem nobili feminæ cum Advocato ſuo Heimperhto quædam mancipia in proprietatem habendum, quorum nomina: Suint, Liutpurc, Isangart, Lantheri. Econtra in reconpenſatione illorum mancipiorum dedit præfata mulier alia mancipia, quorum nomina ſunt: Reginheri, Willidrud, Deotheid. Unde & duas commutationes &c.

NUM. DCCCXLIII.

Commutatio inter Annonem Epiſcopum, et Cozbertum nobilem virum, nobilemq; feminam nomine Wolfpirin.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque prædictus laudabilis Epiſcopus eidem nobili viro, nobilique feminæ in loco, qui dicitur

Decotrihhesheimma curtiferum I. & jugera XVI. de pratis carradas IIII. Et econtra in reconpenſatione harum rerum dederunt isdem nobilis vir, nobiliſque temina eidem venerabili Epiſcopo in loco nominato Iſmanninga jugera XI. de pratis Carradas IIII. Unde & duas &c.

NUM. DCCCXLIV.

Commutatio inter Annonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Kerolt.

IN Dei nomine placuit, atque convenit &c. Dedit itaque venerabilis Epiſcopus ex ratione prætitulatæ Eccleſiæ una cum conſenſu Canonicorum, ſeu Monachorum, etiam & per licentiam Sereniſſimi Hludovvici Regis eidem nobili viro in loco; qui dicitúr Stallinkirihha de arabili terra jugera VIIII. Et econtra in reconpenſatione harum rerum dedit præfatus nobilis vir nomine Kerolt ex parte proprietatis ſuæ ad Eccleſiam retinendum in eodem loco jugera VIIII. in villa, quæ dicitur Suindaha fixa ratione æternaliter poſſidere. Unde & duas &c.

NUM. DCCCXLV.

Commutatio inter Annonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Hruodrih.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque præfatus Epiſcopus, & ejus Advocatus N. unà cum coniventia Canonicorum, & Laicorum, ſeu & per licentiam Hludovvici Regis in proprietatem habendum eidem nobili viro in loco qui dicitur Miltaha jugera XVI. exſtirpare. Et econtra accepit in reconpenſationem harum rerum de prædicto nobili viro ad partem Eccleſiæ ſuæ de terra arabili jugera XVI. in loco nuncupato Chamara. Unde & duas commutationes &c.

NUM. DCCCXLVI.

Commutatio Annonis Epiſcopi, & Widarkisi.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque venerabilis Epiſcopus eidem nobili viro ad proprietatem habendum in loco, qui dicitur Paſinga medietatem jugeri unius. Et econtra ille in reconpenſatione harum rerum dedit prætitulato Epiſcopo jugerum I. Unde & duas commutationes &c.

NUM. DCCCXLVI.

Commutatio inter Annonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Helmperht.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque venerabilis Epiſcopus eidem nobili viro in proprietatem habendum in loco, qui dicitur Kiſalpahc jugera LI. de pratis carradas XII. Et econtra in reconpenſatione harum rerum dedit prænominatus nobilis vir ex parte proprietatis ſuæ ad Eccleſiim habendum in loco, qui dicitur Ehinga jugera XIIII. de pratis carradas VIII. de ſilva jugera XXX. Unde & duas &c.

NUM.

Digitized by Google

NUM. DCCCXLVII.

Commutatio inter Annonem Epiſcopum, & quosdam nobiles viros nomine Gouzo, & Chuniperht.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque prædictus venerabilis Epiſcopus isdem nobilibus viris in loco, qui dicitur Phetarah in proprietatem habendum de terra arabili jugera XXV. Et econtra in reconpenſatione hujus rei dederunt prætitulati nobiles viri in eodem loco equaliter. Unde & duas &c.

NUM. DCCCXLVIII.

Comutatio inter Annonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Sindeo.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque dictus venerabilis Epiſcopus ex ratione prætitulatæ Eccleſiæ eidem nobili viro quartam partem unius agri, & ancillam I. nomine Deotpirc. Et econtra in reconpenſatione harum rerum dedit prænominatus nobilis vir venerabili Epiſcopo ex parte proprietatis ſuæ ad Eccleſiam retinendum in eodem loco etiam duplum, & ancillam I. nomine Ratdrud. Unde & duas commutationes &c.

NUM. DCCCXLIX.

Commutatio inter Annonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Deotmar.

IN Dei nomine. Placuit atque convenit &c. Dedit itaque ſupra dictus Anno Epiſcopus ex ratione præfatæ Eccleſiæ una cum conſenſu, & coiventia Canonicorum, ſeu Monachorum, aliorúmque fidelium in ipſa Eccleſia degentium, etiam & per licentiam Domni Hludovvici Regis eidem Deotmaro in proprietatem habendum in loco, qui dicitur Pritilinpahc domum I. curtem, aliaque ædificia, hobas III. & de pratis carradas LX. Et econtra dedit memoratus Deotmar Annoni Epiſcopo ad partem Monaſterii in loco, qui dicitur Lenginfeld, domum, curtem, aliáque edificia, de terra arabili hobas IIII. & de ſilva I. Unde & ipſe Deotmar accepit ab Annone Epiſcopo, quod plùs ſuperhabundavit de terra arabili in pecunia, mancipia IIII. cavallos II. de argento libram I. Quapropter duas commutationes &c.

NUM. DCCCL.

Commutatio inter Annonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Echo.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit igitur prædictus venerabilis Epiſcopus ex ratione prætitulatæ Eccleſiæ eidem præfato nobili viro in loco, qui dicitur Puopinhuſir jugerum I. unà cum conſenſu & convenientia Canonicorum, ſeu Monachorum, & cæterorúmque fidelium in ipſa Eccleſia degentium, etiam & per licentiam Sereniſſimi Hludovvici Regis. Et econtra in reconpenſatione harum rerum dedit præfatus nobilis vir ex parte proprietatis ſuæ in eodem loco jugera II. venerabili Epiſcopo ad partem Eccleſiæ habendum. Unde & duas &c.

Digitized by Google

NUM. DCCCLI.

Commutatio Annonis Epiſcopi, & Cundhardi.

IN Dei nomine, Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque venerabilis Epiſcopus eidem nobili viro in proprietatem habendum in loco, qui dicitur Nivvara curtiferum unum, & ad Tannum de terra arabili jugera C. de pratis carradas XXX. de ſilva jugera VIII. Et econtra ille in reconpenſatione harum rerum dedit præfato Epiſcopo ad Pinvvingun curtifera II. unum cum ædificio, de terra arabili jugera CII. de pratis carradas XXXIII. de ſilva jugera VIII. Unde & duas commutationes &c.

NUM. DCCCLII.

Commutatio inter Annonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Humperht.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque prædictus venerabilis Epiſcopus eidem nobili viro ex parte Eccleſiæ ſuæ in proprietatem habendum in loco, qui dicitur Wihsa curtiferum I. unà cum conſenſu, & coibentia Canonicorum, ſeu Monachorum, etiam & per licentiam Hludovvici Regis. Et econtra in reconpenſatione hujus rei dedit prætitulatus nobilis vir laudabili Epiſcopo de parte proprietatis ſuæ ad Eccleſiam retinendum in eodem loco equale curtiferum. Unde & duas &c.

NUM. DCCCLIII.

Commutatio inter Annonem Epiſcopum, & quoſdam nobiles viros nomine Hemmo, & Walaheri.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque prædictus venerabilis Epiſcopus eiſdem nobilibus viris ex parte Eccleſiæ ſuæ in proprietatem habendum in loco, qui dicitur Chiemperc curtiferum I. de arabili terra jornales XX. de pratis carradas XII. Et econtra in reconpenſatione harum rerum dederunt prætitulati nobiles viri laudabili Epiſcopo ex parte proprietatis ſuæ ad Eccleſiam retinendum loco Tuhhinga nominato curtiferum I. de arabili terra jugera XIII. de pratis carradas LV. Unde & duas &c.

NUM. DCCCLIV.

Commutatio inter Annonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Altman.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque prædictus venerabilis Epiſcopus ex ratione prætitulatæ Eccleſiæ eidem nobili viro in proprietatem habendum ancillam I. nomine Notluip. Et econtra in reconpenſatione dedit præfatus nobilis vir eidem Epiſcopo ad Eccleſiam habendum alteram ancillam nomine Cundrat. Unde & duas &c.

Digitized by Google

NUM. DCCCLV.

Commutatio inter Annonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Uodalrib.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque præfatus prudens, & venerabilis Epiſcopus cum Advocato ſuo Karthario eidem nobili viro ex parte Eccleſiæ ſuæ in loco, qui dicitur Adalhereshuſir curtiferum I. cum conſenſu, & coniventia Canonicorum, ſeu aliorum fidelium ſuorum, etiam & per licentiam Sereniſſimi, ac glorioſiſſimi Hludovvici Regis. Et econtra reconpenſavit eisdem prænominatus nobilis vir prædicto ſapienti Epiſcopo in eodem loco de exculta terra duæ partes ſimiles de proprietate ſua ad Eccleſiam habendum. Unde & duas commutationes &c.

NUM. DCCCLVI.

Traditio Deotrici Abbatis.

IN Dei nomine omnipotentis. Notitia qualiter quidam nobilis vir, & Abbas, nomine Deotrih venit ad Frigiſingas, & tradidit ad domum Sanctæ Mariæ, quicquid in monte habuit, qui dicitur Ritano, quod ei quædam vidua, nomine Anna potenti manu dedit, etiam & venerandus vir ejusdem Sedis Epiſcopus videlicet Anno præſtavit eidem ſupra dicto Abbati colonias duas in loco nuncupato ad Tegarinvvac, & conplacitavit, ut & ipſam traditionem, & ſupra dictum beneficium habuiſſet uſque in finem vitæ ſuæ, & poſt tempus exitus ſui ad ſupra dictum Dei domum ambæ res ulteriùs permanerent. Iſti ſunt teſtes: Anno, Rihpald, Reginhoh, Fatto.

NUM. DCCCLVII.

Traditio Holza.

RAtio cauſæ, quam habuit Adalfrid in certamine contra Attonem Sculthazum certantes pro quodam loco, nomine Holza, quod alio nomine dicitur Waldprandeshoven, venerunt in Friſingam in præſentiam Annonis Epiſcopi, quia eadem cauſa ad eum pertinebat. Unde idem Adalfrit cum juramento confirmavit contra Attonem Sculthazum, Milizzam Uxorem ſuam eundem locum habere usque ad finem vitæ ſuæ. Poſt diceſſum vero illius incunctanter in omni confinio ad Friſingam ad Sanctam Mariam perſiſtere. Nomina teſtium in libro traditionum habentur.

Inſtrumenta ſub Arnoldo Epiſcopo IX.

NUM. DCCCLVIII.

Commutatio inter Arnoldum Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Amalrih.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque prædictus venerabilis Epiſcopus ex parte Eccleſiæ ſuæ in proprietatem habendum in loco, qui dicitur *Pettinpahc* curtiferum I. de arabili terra jugera XL. de pratis carradas XX. unà cum conſenſu & coiventia Canonicorum, ſeu Monachorum, etiam & per

per licentiam Hludovvici Regis. Et econtra in reconpenſatione harum rerum dedit prætitulatus nobilis vir laudabili Epiſcopo ad Eccleſiam retinendum ex parte proprietatis ſuæ in loco, qui dicitur Hruodineshofon curtiferum I. pomerium I. de arabili terra jugera XLI. de pratis carradas XXX. de ſilva jugera V. Unde & duas &c.

NUM. DCCCLIX.

Commutatio inter Arnoldum Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Heimperht.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque prædictus venerabilis Epiſcopus eidem nobili viro ex parte Eccleſiæ ſuæ unà cum Advocato ſuo Heimberto in proprietatem habendum in loco, qui dicitur Pelaheim de arabili terra hobas V. de pratis carradas LXXX. hocque actum erat una cum conſenſu, & cohibentia Canonicorum ſeu Monachorum etiam & per licentiam Domni Hludovvici Sereniſſimi Regis. Et econtra in reconpenſatione harum rerum dedit prænominatus nobilis vir laudabili Epiſcopo ad Eccleſiam retinendum in loco, qui dicitur ad Holzhuſon curtem, domum, cum aliis ædificiis, pomerium I. de terra arabili hobas VI. de pratis carradas LXX. de ſilva jugera CXX. Unde & duas commutationes &c.

NUM. DCCCLX.

Commutatio inter Arnoldum Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Heimperht.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque prædictus venerabilis Epiſcopus unà cum Advocato ſuo Heimberto eidem nobili viro in proprietatem habendum in loco, qui dicitur Munninpah de arabili terra jugera XXV. de pratis carradas V. Et econtra in reconpenſatione harum rerum dedit præſcriptus nobilis vir laudabili Epiſcopo ad Eccleſiam retinendum ex parte proprietatis ſuæ in loco, qui dicitur Unoringa domum, curtem, horreum, humularium, de arabili terra jugera XLIII. excepto, quod commune eſt cum aliisque numerum computare non poſſumus. Eodem modo fit de ſilva, in qua partem cum viris nobilibus domo Dei in ævum poſſidendum dedit. Unde & duas &c.

NUM. DCCCLXI.

Commutatio inter Arnoldum Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Kepahart.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque prædictus venerabilis Epiſcopus eidem nobili viro unà cum Advocato ſuo Heimberto in proprietatem habendum in loco, qui dicitur Kermaresvvanc, curtem, domum cum aliis ædificiis, de terra arabili hobas III. de pratis carradas XXXII. unà cum conſenſu, & cohibentia Canonicorum ſeu Monachorum, etiam & per licentiam Domni Hludovvici Regis. Et econtra in reconpenſatione harum rerum dedit prætitulatus nobilis vir venerabili Epiſcopo ad Eccleſiam retinendum ex parte proprietatis ſuæ in loco, qui dicitur Ilmina curtem, domum, horreum, de terra arabili hobas III. & jugera X. de inculta terra, quam adhuc opprimit parva ſilva jugera LV. ſilvámque communem cum ceteris viris nobilibus. Unde & duas commutationes &c.

NUM.

Digitized by Google

NUM. DCCCLXII.

Commutatio inter Arnoldum Epiſcopum, & Kerbohum nobilem virum.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque præfatus Sanctæ Dei Eccleſiæ Epiſcopus eidem nobili viro in loco, qui vocatur Ahaloh curtiferum I. cum conſenſu, & conſilio omnium fidelium ſuorum, etiam & per licentiam Karlomanni Regis. Econtra vero in reconpenſatione hujus rei dedit præſcriptus nobilis vir eidem Epiſcopo in eodem loco jugera III. ad Sedem ſuam retinendum. Unde & duas &c.

NUM. DCCCLXIII.

Commutatio inter Arnoldum Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Emicho.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque prædictus Sanctæ Dei Eccleſiæ Epiſcopus eidem nobili viro in loco nuncupato ad Moresfurt jugerum dimidium cum conſenſu fidelium ſuorum, etiam & per licentiam Domni Karlomanni Regis. Econtra verò in reconpenſatione hujus rei dedit prætitulatus nobilis vir proprietatis ſuæ eidem Epiſcopo in eodem loco jugerum I. & dimidium. Unde & duas &c.

NUM. DCCCLXIV.

Commutatio inter Arnoldum Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Alprih.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque prædictus venerabilis Epiſcopus eidem nobili viro in proprietatem habendum in loco, qui dicitur Hrammespah curtiferum, de arabili terra jugera LXI. de pratis carradas XVIIII. de ſilva jugera X. Et hoc fuit actum in præſentia laudabilis Epiſcopi Arnoldi, Heimberto Advocato ſuo hanc commutationem faciente una cum conſenſu, & coniventia Canonicorum ſeu Monachorum, etiam & per licentiam Karlomanni Regis. Et econtra in reconpenſatione harum rerum dedit præſcriptus nobilis vir venerabili Epiſcopo ex parte proprietatis ſuæ ad Eccleſiam retinendum in loco, qui dicitur ad Aſinhuſon domum, curtem, horreum, de arabili terra jugera LXII. de pratis carradas XXVII. de ſilva jugera XXVII. Unde & duas commutationes &c.

NUM. DCCCLXV.

Commutatio inter Arnoldum Epiſcopum, & quosdam nobiles viros Sigibertum Presbyterum, & fratrem ejus Fridaricum.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque prædictus venerabilis Epiſcopus eisdem præſcriptis nobilibus viris mancipia VI. quorum nomina Wanhilt, Doltiga, Deotpurc, Engilhart, Pazrih in proprietatem habendum unà cum conſenſu, & coiventia Canonicorum, ſeu Monachorum, etiam & per licentiam Karlomanni Regis. Econtra in reconpenſatione horum mancipiorum dederunt præſcripti nobiles viri laudabili Epiſcopo ad Eccleſiam retinendum ex parte proprietatis ſuæ in loco, qui dicitur Ahaloh domum, curtem, curti-

Digitized by Google

curtiferum, horreum, mancipia II. nomina eorum Ellanmot, & Willipald, de arabili terra jugera XXX. de pratis carradas XL. lucos III. paſcua, vias, & omnia ad hunc locum pertinentia. Unde & duas commutationes &c.

NOTA.

In hoc Inſtrumento fit ultima Monachorum Friſingenſium mentio. Deinceps abſolutè vocantur Canonici, omiſsô Monachi tituló.

NUM. DCCCLXVI.

Commutatio inter Arnoldum Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Meginheri.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c: Dedit namque prætitulatus Epiſcopus ex parte præfatæ Eccleſiæ curtiferum I. eidem nobili viro ſupra ſcripto in proprietatem habendum. Et econtra isdem nobilis vir in reconpenſatione alterius eidem nominato Epiſcopo dedit ad præfatam Eccleſiam in proprietatem habendum jugera II. Unde & duas commutationes &c. Iſtud placitum fuit peractum ad Ehingon. Et iſti ſunt teſtes tracti per aures: Managolt, Helmperht, Eparhart, Nordloh, Arno, Kepahart, Liuto. Anno Incarnationis Domini DCCCLXXXIII. Indictione XV. regnante Imperatore Karolo anno I.

NUM. DCCCLXVII.

Comutatio inter Arnoldum Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Wicdarp.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque prædictus venerabilis Epiſcopus eidem nobili viro, & Uxori ejus ex parte Eccleſiæ ſuæ in proprietatem habendum unà cum Advocato ſuo Heimberto in loco, qui dicitur Erphinprunno curtiferum I. de arabili terra hobas II. de pratis carradas XXIIII. de parva ſilvuncula jugera II. & hoc adactum fuit cum conſenſu Canonicorum, totiúsque ceteræ familiæ, etiam per licentiam piiſſimi Karoli Imperatoris. Et econtra in reconpenſatione hujus rei dedit prænominatus nobilis vir cum Uxore ſua laudabili Epiſcopo ex parte proprietatis ſuæ ad Eccleſiam retinendum in loco, qui dicitur ad cellam curtem cum domo, ceteríſque ædificiis, de arabili terra hobam I. de ſilva optima proprie jacenti hobas III. de pratis carradas IIII. Unde & duas &c. Actum eſt ad Frigiſingam ſedem epiſcopalem, anno Incarnationis Domini DCCCLXXXIII. regnante Domno Karolo piiſſimo Imperatore, anno imperij ejus tertio. Indictione I. Paldricus Cancellarius præcepto Arnoldi Epiſcopi ſcripſit. Iſti præſentes fuerunt: Meginhardus palatinus Comes, Koteſcalcus Comes, Wetti Comes, Iring, & Erkanfrid Sculdhaizo.

NUM. DCCCLXVIII.

Commutatio inter Arnoldum Epiſcopum, & quendam Comitem nomine Aripo.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque prædictus venerabilis Epiſcopus eidem prætitulato Comiti ex parte Eccleſiæ ſuæ in proprietatem habendum in loco, qui dicitur Lantpertescella curtem cum domo, aliíſque edificiis de arabili terra hobas III. de ſilva jugera CI. de pratis carradas XXXVI. Et econtra in reconpenſatione illius rei dedit præſcriptus laudabilis Comes venerabili Epiſcopo ex parte proprietatis ſuæ ad Eccleſiam retinendum loco Moſaha nominato, curtem, domum, pomerium, hobas X. de pratis carra-

carradas LX. In alio namque loco, qui vocatur Purinloh isdem Comes dedit de ſilva jugera XLIIII. ac locum oportunum molinam faciendum. In tertio nempe loco, qui dicitur Pritilinpah dedit curtiferum I. de arabili terra jugera XC. de pratis carradas XL. Unde & duas &c.

NUM. DCCCLXIX.

Commutatio inter Arnoldum Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Kundhart.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque ſupra dictus venerabilis Epiſcopus eidem nobili viro in proprietatem habendum ex parte Eccleſiæ ſuæ in loco, qui dicitur Strazpah de arabili terra jugera III & partem curtiferi in latitudine habens perticam I. & in longitudine perticas VIII. Et econtra in reconpenſatione hujus rei dedit præſcriptus nobilis vir laudabili Epiſcopo ad Eccleſiam retinendum ex parte proprietatis ſuæ in loco, qui dicitur Wilpah de arabili terra jugera IIII. Unde & duas &c.

NUM. DCCCLXX.

Commutatio inter Arnoldum Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Iſanperht.

IN Dei nomine. Placuit atque convenit &c. Dedit itaque prædictus venerabilis Epiſcopus eidem nobili viro ex parte Eccleſiæ ſuæ in proprietatem habendum in loco, qui dicitur ad Petinmos de arabili terra jugera XVIII. Et econtra in reconpenſatione hujus rei dedit præſcriptus nobilis vir laudabili Epiſcopo ex parte hereditatis ſuæ ad Eccleſiam retinendum in loco, qui dicitur ad Wangun curtem cum domo, de arabili terra jugera VIIII. de pratis jugera II. de ſilva communem partem cum aliis. Unde & duas &c.

NUM. DCCCLXXI.

Commutatio inter Arnoldum Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Hantuni.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque prædictus venerabilis Epiſcopus eidem nobili viro in proprietatem habendum ex parte Eccleſiæ ſuæ in loco, qui dicitur Pritilinpah de arabili terra jugera V. & dimidium. Et econtra in reconpenſatione hujus rei dedit præſcriptus nobilis vir laudabili Epiſcopo ad Eccleſiam retinendum ex parte proprietatis ſuæ in loco, qui dicitur Aruzapah de arabili terra jugera X. & in alio loco, qui vocatur Pritilinpah de arabili terra jugera II. & dimidium. Unde & duas &c.

NUM. DCCCLXXII.

Commutatio inter Arnoldum Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Lantolt.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque prædictus Sanctæ Dei Eccleſiæ Epiſcopus eidem nobili viro in loco nuncupato ad Sekkipah ex parte Eccleſiæ ſuæ jugera IIII. in proprietatem habendum. Et econtra in reconpenſatione harum rerum dedit præfatus nobilis vir eidem Epiſcopo proprietatis ſuæ in eodem loco jugera totidem. Unde & duas commutationes &c.

Digitized by Google

NUM. DCCCLXXIII.

Commutatio inter Arnoldum Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Heimperht.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque prædictus venerabilis Epiſcopus eidem nobili viro in proprietatem habendum ſervum I. Odalheri. Et econtra in reconpenſatione hujus ſervi dedit præſcriptus nobilis vir laudabili Epiſcopo ad Eccleſiam retinendum ſervum alterum, nomine Wolfram. Unde & duas &c.

NUM. DCCCLXXIV.

Commutatio inter Arnoldum Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Odalman.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque prædictus venerabilis Epiſcopus eidem nobili viro unà cum Advocato ſuo Heimberto in proprietatem habendum in loco, qui dicitur Froolfesdorf curtiferum I. de arabili terra jugera XV. de pratis carradas VII. Et econtra in reconpenſatione harum rerum dedit præſcriptus nobilis vir Epiſcopo ad Eccleſiam retinendum in loco, qui dicitur Puotilinpah curtiferum I. de arabili terra jugera XVII. de pratis carradas X. Unde & duas &c.

NUM. DCCCLXXV.

Comutatio inter Arnoldum Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Coteſcalc.

IN Dei nomine placuit, atque convenit &c. Dedit itaque prædictus venerabilis Epiſcopus eidem nobili viro ex parte Eccleſiæ ſuæ in proprietatem habendum in loco, qui dicitur ad Weride hobam I. Et econtra in reconpenſatione hujus rei dedit prætitulatus nobilis vir eidem Epiſcopo ad Eccleſiam retinendum ex parte proprietatis ſuæ in loco, qui dicitur Raſa hobam I. Unde & duas &c.

NUM. DCCCLXXVI.

Commutatio inter Arnoldum Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Hunolt.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque prædictus venerabilis Epiſcopus eidem nobili viro in proprietatem habendum in loco, qui dicitur Stroga curtiferum I. de terra arabili jugera LXVII. de pratis carradas XXII. Et econtra in reconpenſatione harum rerum dedit prætitulatus nobilis vir eidem venerabili Epiſcopo ad Eccleſiam retinendum in loco, qui dicitur Lera curtifera II. de terra arabili jugera LXXVII. de pratis carradas XXX. excepto quod commune eſt cum aliis, quem numerum non poſſumus computare. Unde & duas &c.

NUM. DCCCLXXVII.

Commutatio inter Arnoldum Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Luitfrid.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque prædictus venerabilis Epiſcopus eidem nobili viro ex parte Ecleſiæ ſuæ in proprietatem habendum in

Digitized by Google

in loco, qui dicitur Chazpah de arabili terra jugera XVIII. de pratis carradas VII. Et econtra in reconpenſatione harum rerum dedit præſcriptus nobilis vir laudabili Epiſcopo ad Eccleſiam retinendum ex parte proprietatis ſuæ de arabili terra jugera XVIII. de pratis carradas VII. Unde & duas commutationes &c.

NUM. DCCCLXXVIII.

Commutatio inter Arnoldum Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Sindperht.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque prædictus venerabilis Epiſcopus ex parte Eccleſiæ ſuæ eidem nobili viro in proprietatem habendum de arabili terra jugerum I. & dimidium, de ſilva ſimiliter. Et econtra in reconpenſatione iſtius rei dedit præſcriptus nobilis vir laudabili Epiſcopo ex parte proprietatis ſuæ ad Eccleſiam retinendum jugera II. & de pratis carradas III. Unde & duas &c.

NUM. DCCCLXXIX.

Commutatio inter Arnoldum Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Altvvart.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque prædictus Epiſcopus eidem nobili viro in proprietatem habendum ancillam I. nomine Zezipurc. Et econtra in reconpenſatione mancipii hujus dedit idem nobilis vir laudabili Epiſcopo ſua propria mancipia ad Eccleſiam retinendum; quorum nomina Erkanpold, & Elana. Unde & duas &c.

NUM. DCCCLXXX.

Commutatio inter Arnoldum Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Fridarih.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque prædictus Epiſcopus eidem nobili viro in proprietatem habendum in loco, qui dicitur Rotinpah de arabili terra tertiam partem unius jugeri. Et econtra in reconpenſatione hujus rei dedit præſcriptus nobilis vir Epiſcopo ad Eccleſiam retinendum de arabili terra jugerum I. Unde & duas &c.

NUM. DCCCLXXXI.

Commutatio inter Arnoldum Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Alphart.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque prædictus venerabilis Epiſcopus eidem nobili viro in proprietatem habendum ſervum I. nomine Alphart. Et econtra in reconpenſatione hujus rei dedit præſcriptus nobilis vir laudabili Epiſcopo ad Eccleſiam habendum mancipia II. Unde & duas &c.

NUM. DCCCLXXXII.

Commutatio inter Arnoldum Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Ellanhart.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque prædictus Epiſcopus eidem nobili viro in proprietatem habendum in loco, qui dicitur ad Humplun curtiferum I. Et econtra in reconpenſatione hujus curtiferi dedit præſcriptus nobilis vir venerabili Epiſcopo ad Eccleſiam retinendum de arabili terra equales partes tres. Unde & duas &c.

NUM. DCCCLXXXIII.

Commutatio inter Arnoldum Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Talamot.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque prædictus venerabilis Epiſcopus eidem nobili viro ex parte Eccleſiæ ſuæ in proprietatem habendum unà cum Advocato ſuo Heimberto de ſilva jugera VIII. in loco, qui dicitur Ilmina. Et econtra in reconpenſatione hujus rei dedit præſcriptus nobilis vir laudabili Epiſcopo ex parte proprietatis ſuæ ad Eccleſiam retinendum de ſilva jugera X. in eodem loco. Unde & duas &c.

NUM. DCCCLXXXIV.

Commutatio inter Arnoldum Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Lantpold.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque prædictus venerabilis Epiſcopus eidem nobili viro ex parte Eccleſiæ ſuæ in proprietatem habendum in loco, qui dicitur Erphinprunno de arabili terra jugera CXXII. de ſilva jugerum I. domum, curtem cum aliis edificiis. Et econtra in reconpenſatione hujus rei dedit præſcriptus nobilis vir laudabili Epiſcopo ad Eccleſiam retinendum ex in loco, qui dicitur Mochinhard curtem cum domo, aliíſque edificiis, curtifera II. de arabili terra jugera CXXIIII. de ſilva jugerum I. Unde & duas commutationes &c.

NUM. DCCCLXXXV.

Commutatio inter Arnoldum Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Deotrih.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque prædictus Epiſcopus cum Heimberto Advocato ſuo eidem nobili viro partem viæ unius in proprietatem habendum. Et econtrà in reconpenſatione hujus rei dedit præſcriptus nobilis vir eidem Epiſcopo, & Advocato ſuo Heimberto de pratis duplum ad Eccleſiam retinendum. Unde & duas &c.

NUM. DCCCLXXXVI.

Commutatio inter Arnoldum Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Eparlant.

IN Dei nomine, Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque prædictus venerabilis Epiſcopus eidem nobili viro ex parte Eccleſiæ ſuæ in proprietatem habendum in loco, qui dicitur Rorpah jugera II. Et econtra in reconpenſatione

tione hujus rei dedit præſcriptus nobilis vir laudabili Epiſcopo ad Eccleſiam retinendum in eodem loco de arabili terra jugera III. Unde & duas commutationes &c.

NUM. DCCCLXXXVII.

Commutatio inter Arnoldum Epiſcopum, & Megilonem Abbatem.

IN Dei nomine Summi. Placuit, atque convenit &c. Deditque prædictus venerabilis Epiſcopus ex parte epiſcopii ſui eidem Abbati mancipia V. quorum nomina: Waltpurc, Sigimunt, Baldunch, Sniumrat, Liutprat, & hoc fecit cum conſenſu totius familiæ ſuæ, & Heimberti Advocati ſui. Econtra in reconpenſatione horum mancipiorum dedit prætitulatus venerabilis Abba cum Advocato ſuo Cundbaldo ex parte Eccleſiæ ſibi commiſſæ duo mancipia noncupata Hiltipald, & Wolfram. Unde & duas &c.

NUM. DCCCLXXXVIII.

Commutatio inter Arnoldum Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Humperht.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque prædictus venerabilis Epiſcopus cum Advocato ſuo eidem nobili viro in proprietatem habendum ex parte Eccleſiæ ſuæ mancipium I. nomine Hartmodus. Et econtra in reconpenſatione ipſius mancipij dedit prætitulatus nobilis vir laudabili Epiſcopo propria ſua mancipia II. quorum nomina Luiphilt, & Frovihilt. Unde & duas &c.

NUM. DCCCLXXXIX.

Commutatio inter Arnoldum Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Nothart.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque prædictus venerabilis Epiſcopus unà cum Advocato ſuo Heimberto eidem nobili viro in proprietatem habendum in loco, qui dicitur Muninpah de arabili terra jugera XXV. de pratis carradas V. Et econtra in reconpenſatione harum rerum dedit præſcriptus nobilis vir laudabili Epiſcopo ad Eccleſiam retinendum ex parte proprietatis ſuæ in loco, qui dicitur Unoringa domum, curtem, horreum, humulatium, de arabili terra jugera XLIII. excepto quod commune eſt, cum aliiſque numerum computare non poſſumus. Eodem modo fit de ſilva, in qua partem cum viris nobilibus domo Dei in ævum poſſidendum dedit. Unde & duas &c.

NUM. DCCCXC.

Commutatio inter Arnoldum Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Heimperht.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque prædictus venerabilis Epiſcopus eidem nobili viro in proprietatem habendum ſervum I. nomine Poran. Et econtra in reconpenſatione hujus mancipij dedit præſcriptus nobilis vir Epiſcopo ad Eccleſiam retinendum ſervum alterum nomine Sigihart. Unde & duas &c.

NUM.

Digitized by Google

NUM. DCCCXCI.

Commutatio inter Arnoldum Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Nordloh.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit verò prædictus venerabilis Epiſcopus eidem nobili viro in proprietatem habendum in loco, qui dicitur Viliſa de arabili terra jugera VIII. Et econtra in reconpenſatione hujus rei dedit præſcriptus nobilis vir Epiſcopo ad Eccleſiam retinendum in loco, qui dicitur ad Gruckilaheimmun de arabili terra jugera VIIII. Unde & duas &c.

NUM. DCCCXCII.

Commutatio inter Arnoldum Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Deotpald.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque prædictus venerabilis Epiſcopus eidem nobili viro unà cum Advocato ſuo nomine Manno mancipium I. nomine Kundlid in proprietatem habendum. Et econtra in reconpenſatione hujus mancipij tradidit præſcriptus nobilis vir in præſentia laudabilis Epiſcopi, ceterúmque primatum alium nomine Hrudpurc, ac de pratis carradas X. Unde & duas &c.

NUM. DCCCXCIII.

Commutatio inter Arnoldum Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Utto.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque prædictus venerabilis Epiſcopus eidem nobili viro in proprietatem habendum ex parte Eccleſiæ ſuæ in loco, qui dicitur Rehpah partem unius curtiferi. Et econtra in reconpenſatione hujus rei dedit prætitulatus nobilis vir eidem venerabili Epiſcopo ex parte proprietatis ſuæ ad Eccleſiam retinendum in eodem loco de arabili terra duplum, & viam de ſuo proprio unam. Unde & duas &c.

NUM. DCCCXCIV.

Commutatio inter Arnoldum Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Lantperht.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque prædictus venerabilis Epiſcopus eidem nobili viro ex parte Eccleſiæ ſuæ in proprietatem habendum in loco, qui dicitur Kiſalheringa curtiferum I. Et econtra in reconpenſatione hujus curtiferi dedit præſcriptus nobilis vir laudabili Epiſcopo ad Eccleſiam retinendum ex parte proprietatis ſuæ in eodem loco jugera II. & dimidium. Unde & duas commutationes &c.

NUM. DCCCXCV.

Commutatio inter Arnoldum Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Egino.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque prænominatus laudabilis Epiſcopus eidem nobili viro, Matrique ſuæ ſervum I. nomine Saluchonem in proprietatem habendum. Et econtra in reconpenſatione hujus ſervi dedit præfatus nobilis vir cum Matre ſua alium ſervum nomine Hiltibertum eidem Epiſcopo ad Sedem ſuam firmiter retinendum. Unde & geminas commutationes &c.

NUM.

Digitized by Google

NUM. DCCCXCVI.

Commutatio inter Arnoldum Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Helmperht.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque prædictus venerabilis Epiſcopus eidem nobili viro in proprietatem habendum in loco, qui dicitur Sechipah jugera II. Et econtra in reconpenſatione hujus rei dedit præſcriptus nobilis vir laudabili Epiſcopo ad Eccleſiam retinendum jugera II. ex parte proprietatis ſuæ. Unde & duas commutationes &c.

NUM. DCCCXCVII.

Commutatio inter Arnoldum Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Nothart.

IN Dei nomine. Placuit atque convenit &c. Dedit itaque prædictus venerabilis Epiſcopus eidem nobili viro in proprietatem habendum in loco, qui dicitur Glana curtiferum I. ac molendinam I. & de pratis carradam dimidiam. Et econtra in reconpenſatione harum rerum dedit præſcriptus nobilis vir laudabili Epiſcopo ad Eccleſiam retinendum ex parte proprietatis ſuæ in eodem loco de arabili terra jugera II. de pratis carradas II. Unde & duas &c.

NUM. DCCCXCVIII.

Commutatio inter Arnoldum Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Rihperht.

IN Dei nomine. Placuit atque convenit &c. Dedit itaque prædictus venerabilis Epiſcopus ex ratione præticulatæ Eccleſiæ eidem nobili viro ex parte Eccleſiæ ſuæ in proprietatem habendum curtiferum I. in loco, qui dicitur ad Kisalheringon. Et econtra in reconpenſatione hujus curtiferi dedit præſcriptus nobilis vir laudabili Epiſcopo ex parte proprietatis ſuæ in eodem loco ad Eccleſiam retinendum de arabili terra jugera III. Unde & duas commutationes &c.

NUM. DCCCXCIX.

Commutatio inter Arnoldum Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Paldrih.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque prædictus Epiſcopus eidem nobili viro cum Advocato ſuo Pettoni in proprietatem habendum in loco, qui dicitur ad Truhheringon curtiferum I. Et econtra in reconpenſatione hujus curtiferi dedit præſcriptus nobilis vir Epiſcopo ad Eccleſiam retinendum ex parte proprietatis ſuæ in eodem loco de arabili terra jugera II. Unde & duas &c.

Inſtrumenta ſub Waldone
Epiſcopo X.
NUM. DCCCC.

Commutatio inter Waldonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Adalperht.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit inter venerabilem Waldonem Frigiſigenſis Eccleſiæ Epiſcopum, nec non & quendam nobilem virum nomine Adalperht quandam commutationem facere, ſicut & fecerunt. Dedit namque prædictus venerandæ Sedis Epiſcopus eidem nobili viro ex parte Eccleſiæ ſuæ in proprietatem habendum in loco, qui dicitur ad Hrotam curtiferum I. cum pomerio, de arabili terra jugera XXV. Et hoc actum fuit cum conſilio, ac conſenſu Canonicorum, etiam & per licentiam Domni Karoli piiſſimi Imperatoris. Et econtra in reconpenſatione harum rerum dedit prætitulatus nobilis vir laudabili Epiſcopo ex parte proprietatis ſuæ ad Eccleſiam retinendum curtiferum I. cum pomerio, de arabili terra jugera XXV. Unde & duas commutationes inter ſe fieri rogaverunt pari tenore conſcriptas, ut uterque, quod ab altero accepit teneat, atque poſſideat ævis temporibus in Domino feliciter.

NUM. DCCCCI.

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Arnolfus Divina auxiliante Clementia Rex. Omnibus Epiſcopis, Comitibus, ſive cunctis Junioribus, & miniſterialibus noſtris in regno noſtro conſiſtentibus, ſive etiam actoribus noſtris tam in Hallo, quam etiam in cæteris villis noſtris notum ſit, quia nos in elemoſyna noſtra conceſſimus monaſterio, quod dicitur Campidona, ubi præſenti tempore venerabilis vir Vualdo Epiſcopus præeſſe videtur, ut ſex carra liceat ei dirrigere ad Hallum propter ſal accipiendum, & ad neceſſariá fratrum in eodem Monaſterio degentium deducendum. Propterea hanc noſtram auctoritatem circa ipſum Monaſterium fieri decrevimus, per quam præcipimus, atque jubemus, ut quandocunque prædicta ſex carra ad præfatum locum ſal accipiendum venerint, nullum theloneum Miniſtri ejuſdem loci ab eis exigere præſumant. & ubicunque tam illuc eundo, quam illinc redeundo tranſitum ſive acceſſum habuerint, nullum theloneum, neque quod lingua Theodiſca Muta vocatur aut portaticum, aut pontaticum, aut rotaticum, aut pulveraticum, aut ſalutaticum, aut ullum cenſum, vel ullam redibitionem ab eis exigere aut exactare præſumant, ſed liceat ea ut diximus, & homines, qui cum ipſis perrexerint, liberè & ſecurè ire & redire, & neceſſitates præfati Monaſterij perficere, & ut hæc auctoritas noſtra firma ſtabiliſque conſiſtat, manu propria eam ſigillari juſſimus.

Signum Domni Arnolfi invictiſſimi Regis.

Aſpertus Cancellarius ad vicem Theotmari Archicapellani recognovi.

Data III. Nonas Junij Anno Dominicæ Incarnationis DCCCLXXXVIIII. Indictione VII. Anno II. regni piiſſimi Regis Arnulfi. Actum in Forahheim Curte Regia in Dei nomine feliciter amen.

NUM.

Digitized by Google

NUM. DCCCCII.

Traditiò Liburna.

IN nomine Sanctæ, & individuæ Trinitatis. Arnolfus divina favente clementia Rex. Si erga loca divinis cultibus mancipata curam gerimus, & aliqua poteſtatis noſtræ eis inpenderimus ſubſidia, pro æterna adipiſcenda ſalute hoc nobis non ambigimus eſſe profuturum. Quapropter omnium Chriſticolorum pateſcat agnitioni, quomodo nos pro divinæ remunerationis emolimento, nec non ob interventum Waldonis Sanctæ Friſingenſis Eccleſiæ Præſulis quandam juris noſtri capellam in Sclaviniæ partibus ad curtem noſtram, quæ Liburna vocatur, conſiſtentem, quamque Waningus Capellanus noſter in beneficium tenuit, cum appenditiis ſuis ad præfatam Sanctæ Dei Genetricis, ſemperque Virginis Mariæ Eccleſiam, electúmque Chriſti Confeſſorem Corbinianum, qui ibidem corporaliter requieſcit, nec non ad Sanctos Dei Martyres Primum videlicet, & Felicianum, quorum in eis partibus in loco, qui vulgo Wert vocatur, conſervata micat Eccleſia perpetualiter conſiſtenda, tradidimus cum curtibus, & ædificiis, familiis, ac mancipiis, decimis, cenſibus, terris cultis, & incultis, agris, pratis, paſcuis, ſilvis, aquis, aquarúmque decurſibus, molinis, piſcationibus, viis, & inviis, exitibus & reditibus, queſitis, & inquirendis, univerſis, quæ legaliter ad ipſam capellam pertinere cenſentur. Et juſſimus hunc præſentem muniminis noſtri titulum inde conſcribi, firmiter imperantes, ut eadem capella cum univerſa integritate ſua ad prælibatam principalem Diœceſis ſuæ Sedem noſtris, futuríſque temporibus pertineat, atque conſiſtat, ita ut Rectores ejuſdem Eccleſiæ perenni veluti de ceteris Epiſcopii ſui rebus ſemper utantur arbitrio, quicquid inde facere voluerint, ſine ullius obſtaculo. Et ut hoc veriùs credatur, diligentiúſque ab omnibus conſervetur, manu noſtra ſubtus hoc idem roborantes præceptum anulo noſtro juſſimus inſigniri. Signum Arnolfi piiſſimi Regis. Egilperht Notarius ad vicem Teomari Archicapellani recognovi. Data XII. Kalendas Auguſti anno Domini Incarnationis DCCCXCI. Actum ad Matahhove curte regia in Dei nomine feliciter amen.

NUM. DCCCCIII.

Commutatio Jacobi.

IN nomine Sanctæ, & individuæ Trinitatis. Arnolfus divina favente clementia Rex. Sciant omnes fidelium noſtrorum turmæ, quia Waldo venerabilis, ac dilectus Epiſcopus noſter, & Jacobus vaſallus ſuus precati ſunt clementiam noſtram, ut quandam commutationem cum noſtro conſenſu inter ſe cauſa conpendii factam noſtræ auctoritatis ſcripto corroboraremus, quod & ita fieri decrevimus. Dedit itaque ſupra dictus venerabilis Epiſcopus per manum Advocati ſui de rebus epiſcopij ſui ſupra dicto Jacobo, quicquid in loco Incinmos habuit, hoc eſt dimidiam partem Eccleſiæ, curtem cum domo, & hobas VIII. de pratis carradas CLXIII. cum bonis, & malis III. mancipia XXX. & VIII. cum ſenibus & juvenibus. Econtra vero accepit idem Epiſcopus ad ipſam ſedem epiſcopalem Friſingenſem loca Muotrichinga, & Fidalesdorf nominata, & inter illa loca de arabili terra hobas X. de pratis CCVI. & mancipia XLIII. cum ſenibus, & juvenibus. Unde per hoc præceptum, quod inde juſſimus conſcribi, firmiter jubemus, ut quod pars parti contulit, firmum, & ſtabile perſeveret, hæcque commutatio nullo unquam tempore violetur, ſed perpetim inconvulſa perduret. Et ut hæc auctoritas noſtra in ſui roboris vigore permaneat, noſtrâ * eam firmavimus, anulóque noſtro eam ſignare præcepimus. *manu
Signum Domni Arnolfi piiſſimi Regis. Ernuſtus Notarius ad vicem Theotmari

Digitized by Google

mari Archicapellani recognovi. Data XII. Kalendas Septembris, anno Incarnationis Domini DCCCXCIII. Indictione XI. Anno regni Arnolfi Regis VI. Actum ad Eberesburc in Dei nomine amen.

NUM. DCCCCIV.

IN Dei nomine omnipotentis. Placuit, atque convenit inter venerabilem Waldonem Frigiſingenſis Eccleſiæ Epiſcopum, nec non & quendam Comitem nomine Jezo quandam commutationem facere pro communi utilitate amborum. Inde etiam in unum collecti cum cetera multitudine non modica honorabilium ipſius patriæ virorum eandem peragere commutationem, ſicut & ſtatim fecerunt. Tradidit igitur prædictus Jezo Comes venerabili Præſuli ad Sanctam Frigiſingicæ Sedis Eccleſiam ipſo Epiſcopo traditionem accipienti cum manu Jacobi Advocati ſui quicquid ad Ilminam loco Jezendorf nominato ipſo die proprietatis viſus fuit habere, nihil prætermittens, niſi tantúm mancipia, ſed totum, & integrum domo Dei, ac prætitulato Epiſcopo, Succeſſoribusque ſuis tradidit perpetim poſſidendum, hoc eſt Eccleſiam cum omni ornatu ſuo, curtem, domum, horreum cum omnibus cæteris ædificiis, terris cultis, & incultis, pratis, paſcuis, ſilvis, aquis, aquarúmve decurſibus, molendinis, piſcationibus, viis, & inviis, exitibus, & reditibus. Et econtra in reconpenſatione ipſius traditionis dedit prænominatus laudabilis Epiſcopus ipſo Comiti Jezoni cum Advocato ſuo Jacobo unà cum conſenſu Canonicorum, etiam & per licentiam Sereniſſimi Regis Arnolfi jure hereditario perpetualiter poſſidendum, quicquid ad Scrupinhuſun de rebus domûs Dei habuit nil prætermittens niſi tantùm mancipia, hoc eſt æccleſiam cum omni ornatu ſuo, curtem, domum, horreum cum cæteris cunctis ædificiis, terris cultis, & incultis, pratis, paſcuis, ſilvis, aquarúmve decurſibus, molendinis, viis, & inviis, exitibus, & reditibus. Unde & duas commutationes &c.

NOTÆ.

Jezendorf. hodie Yezendorf, caſtrum in territorio Cranzſpergenſi ad Ilmum Amnem: quod veroſimiliter nomen obtinuit ab Jezone Comite, de quo in hoc Inſtrumento agitur.

Scrupinhuſun. haud dubiè Schrobenhauſen ad Barium Amnem, vulgò die Par.

NUM. DCCCCV.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit inter venerabilem Waldonem Frigiſigenſis Eccleſiæ Epiſcopum, nec non & quendam Diaconem nomine Kiſalperht quandam commutationem facere, ſicut & fecerunt. Dedit namque prædictus venerabilis Epiſcopus eidem Diacono, & Advocato ſuo Adaloni unà cum Advocato ſuo nomine Jacob cum conſenſu Canonicorum videlicet, & per licentiam Sereniſſimi Regis Arnolfi in loco, qui dicitur ad Puotilinpah curtem, domum, horreum, de arabili terra jugera XXXI. de pratis carradas IIII. Econtra verò in reconpenſatione harum rerum dedit præſcriptus Diaconus cum Advocato ſuo Adaloni ad Eccleſiam jure hereditario poſſidendum laudabili Epiſcopo in loco Filiſa noncupato curtem, domum, horreum, de arabili terra jugera XXXI. de pratis carradas VIIII. de ſilva jugera V. Unde & duas commutationes &c.

NUM. DCCCDVI.

Traditio Arnolfi Regis de terra paſcuali.

IN nomine Sanctæ, & individuæ Trinitatis. Arnolfus divina favente clementia Romanorum Imperator Auguſtus. Cùm vel Orphanorum, aut Eccleſiarum omnium egentium inopiam, prout poſſumus, divinis, vel terrenis ditare

Digitized by Google

ditare cupimus, quia inde inmarceſcibilem coronam à Deo adipiſci credimus, & bonis præmia, malíſque penas cumulamus, inde in extremo examine æterna præmia ſperamus. Idcirco noverint omnes Chriſti, noſtrique fideles, tam futuri, quàm præſentes, qualiter nos prò remedio animæ noſtræ, omniumque parentum noſtrorum in Chriſto dormientium requie ad Monaſterium in honore Sanctæ, & individuæ Trinitatis, atque intemeratæ Virginis Mariæ, nec non beati Caſtuli Martyris in loco Moſeburch conſtructo ad altare, ubi prædictus Martyr requieſcit, terram paſcualem tradidimus in ſeptentrionali plaga ejusdem loci ſitam, ſcilicet à paſſo, & chuoro uſque dum Ambara cadit in flumen, qui dicitur Iſara. Ea verò conditione, ut quicunque, aut de familia beatæ Mariæ, aut beati Caſtuli precioſi Martyris in præfato loco manſionem habuerit, omnem utilitatem, quam ſive in agris, ſive in pratis, ſive in ſilvulis inde habere poterit noſtræ clementia miſericordiæ ſibi omníque poſteritati ſuæ de præfata familia exiſtenti hereditario jure conceſſimus. Nolumus autem, ut nullus Epiſcopus, ſive patronus, ſive magnus, ſive parvus ullam poteſtatem habeat inde aliquid faciendi. Et ut hæc noſtræ imperialis traditionis auctoritas ſtabilis, & inconvulſa per ſuccedendium momenta temporum permaneat, hanc cartam inde conſcriptam manu propria, ut infra videtur corroborantes, Sigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri. Signum Domni Arnolfi Regis Romanorum Imperatoris Auguſti. Adalgerus Cancellarius vice Bardonis Archicancellarij recognovi Data VI. Nonas Octobris, anno Dominicæ Incarnationis DCCCXCVI. Indict. XI. anno autem Domini Arnolfi Ordinationis XVI. Regni verò V. Actum Ratispone in Dei nomine feliciter amen.

NUM. DCCCCVII.
Ad Murren.

IN nomine Dei, & Salvatoris noſtri. Agnoſcant omnes Chriſtianæ Religionis cultores, qualiter nobilis quædam vidua Irmeburch nominata, cogitans, quia unicuique incertus eſt dies * ſui, & quia, qui in Chriſto dat iſta tranſitoria, ſecundùm Evangelium æterna recipiet præmia. Hujus evangelici promiſſi memor, & etiam præſentis vitæ cauta inſpectatrix, venit cum aliquibus amicis ſuis in Friſingam ad Waldonem ejusdem Sedis venerabilem Rectorem, implorans, ut ejus conſultu, & adjutorio & æternæ, & præſentis vitæ ſubſidium poſſidere mereretur. Cujus etiam petitioni piè annuens, & conſultu fidelium ſuorum conſilium dedit, & ſicut ſecum de domo Dei conplacitare voluit, ritè & legaliter implevit. Tradidit namque eadem præfata vidua cum Advocato ſuo Erphhario, nec non aſtante Clericorum, & nobilium Laicorum non modica turba, quicquid ad Murun proprietatis habuit in altare Sanctæ Dei Genetricis Mariæ, & Sancti Corbiniani Confeſſoris, atque deinde ad Moſaburch in aram Sancti Caſtuli Martyris Chriſti eandem Eccleſiam cum omnibus eccleſiaſticis rebus, & omnem decimationem, atque curtem cum domo, & horreo, atque edificiis, & etiam terram, prata, ſilvas, aquas, aquarùmve decurſus, vias, & invias, cum exitibus, & reditibus, & unum litus ſuper Iſaramfluvium, & quicquid ad eundem locum pertinuit in aquiſitis, & aquirendis, totum, & integrum tradidit, & nichil prætermiſit. Mancipia verò tantùm XX. tradidit, quorum nomina, ſive teſtium in libro traditionum habentur. Econtra vero prout voluit, & conplacitare libuit eadem præfata vidua tradente Epiſcopo, & Advocato ſuo Erphhario coram altari Sanctæ Mariæ cum Advocato ſuo Rachholfo in proprietatem accepit quendam locum ad Moſaburc pertinentem, qui dicitur Perchovan, & quicquid in eundem locum jure pertinere videbatur, exceptis pratis, de quibus tantum C. carradas accepit. Nomina mancipiorum ad eundem locumpertinentia in libro traditionum habentur. Atque molas duas in una

* *Supple.* exitus.

Digitized by Google

una domo, & unum molinarium. Inſuper vero ad Grantovva manſos II. accepit, & in eiſdem mancipia VIII. Hæc omnia de domo Dei ita accepit, ut uſque in finem vitæ ſuæ eadem Irmpurch easdem res, idem & quas tradidit, & quas accepit teneat, poſſideat, & quamdiu vivat rite in eis faciat. Poſt tranſitum verò, & finem dierum ſuorum ambæ res ad domum Dei, & coram Rectore ejusdem Eccleſiæ redeant, & ſtabili nutu perenniter fixé permaneant. Actum ad Friſingam in Eccleſia beatæ Mariæ anno Incarnationis Domini DCCCXCVIIII.

NUM. DCCCCVIII.

IN nomine Sanctæ, & individuæ Trinitatis. Agnoſcant omnes, tam ſublimioris, quàm & inferioris utriuſque ſexûs ordines, qualiter quidam nobilis vir Wicdarp nuncupatus tractans, quia unicuique incertus eſt dies exitûs ſui, & cogitans, quia, qui Chriſto dat iſta tranſitoria, centuplicata ſecundùm Evangelium in æterna vita recipiet præmia. Hujus evangelici promiſſi non immemor, & etiam præſentis vitæ cautus inſpector venit cum Uxore ſua Alpſuinda, aliiſque propinquis, & amicis ſuis in Frigiſinga ad Waldonem venerabilem ejusdem Sanctæ Sedis Rectorem, ut ejus conſultu, & æternæ, & præſentis vitæ ſubſidium ſortiri mereretur. Cujus etiam petitioni piè annuens, & conſilium dedit, & ſicut ſecum de domo Dei conplacitare voluit, rite, & laudabiliter implevit. Tradidit namque præfatus nobilis vir, & Uxor ejus prædicta præſente, & accipiente eodem Epiſcopo, & Advocato ſuo Jacobo, nec non aſſtante Coteſcalco Comite, & cetera plebis non modica turba nullo contradicente, quicquid ad Humplun proprietatis habuit, & in pago Iſanahcouui nuncupato totum, & integrum, atque in eisdem locis XV. mancipia in altare Sanctæ Dei Genetricis, & Sancti Corbiniani Confeſſoris. Econtra verò prout voluit, & conplacitare libuit, ipſe, & Uxor ejus tradente Epiſcopo, & Advocato ſuo Jacobo coram altari acceperunt in proprietatem, quicquid illo die idem Wicdarp de domo Dei in beneficium habere viſus eſt, & in ſuo, quod Heribaldus Diaconus in Iſanachouuo habuit, quatenus ipſe, & Uxor ejus Alpſuinda uſque in finem vitæ ſuæ easdem res, id eſt & proprietatem, quod tradidit, & beneficium, quod de domo Dei habuit, teneant, poſſideant, & quod libent, faciant quaſi parentum ſucceſſione conlata, & cui vita longior, longiùs utatur nullo inquietante, ſed Deo auxiliante hac eadem conplacitatione ſtabili permanente. Poſt amborum tranſitum, & finem dierum ſuorum ambæ res, id eſt, & traditio, & beneficium ad domum Dei, & curam Epiſcoporum ejusdem loci redeant, & ſtabili nutu perenniter fixa permaneant. Actum ad Frigiſingam in Eccleſia beatæ Mariæ anno Incarnationis Domini noſtri Jheſu Chriſti DCCCXCVIIII. Iſti ſunt teſtes ſicut mos eſt per aures tracti: Coteſcalh Comes, Ratolt, Wetti, Cotehelm, Adalo &c.

NUM. DCCCCIX.

IN Dei nomine omnipotentis. Notum ſit cunctis in provincia Bavariorum conſtitutis, qualiter quidam Alamannus nomine Hiltini veniens ad venerabilem Waldonem Frigiſigenſis æccleſiæ Epiſcopum quandam cum eo ſuæ utilitatis cauſa conplacitationem peragere, ſicut ſtatim peregit. Tradidit namque ad domum Sanctæ Mariæ, Sanctique Corbiniani Confeſſoris Chriſti in manum Domini Epiſcopi, & Advocati ſui Engilhardi hereditatem ſuæ adquiſitionis, ac negotiationis nullo hominum contradicente in loco, qui dicitur ad Kiſalheringun, curtiferum I. de arabili terra jugera XII. de pratis carradas VIII. ac lucum I. de ſilva, unde agros V. fieri poſſunt, ſi aliquando excolitur, & maximam partem de ſilva optima communem in eodem loco cum ceteris nobilibus

ſibus viris, & in alio loco ad Kiſingun tradidit de arabili terra jugera XXII. de pratis carradas V. Et econtra Dominus Epiſcopus, & Advocatus ejus Ruodbertus tradiderunt prædicto Alamanno de domo Dei in loco Kiſinga nominato curtem, domum, horreum, hobam I. & dimidiam, de arabili terra, & de pratis carradas XII. ceteràque omnia ad eandem rem pertinentia, nihil prætermittentes, ſed totum ſibi, ac tribus filiis ſuis, quorum nomina Adalhelm, Reginperht, Ita, uſque ad obitum vitæ ſuæ tradiderunt poſſidendum. Ipſi namque filij ſui ex parte Matris ſuæ de ſervili genere erant procreati, & ob hoc prædictus Pater illorum traditionem proprietatis ſuæ peregit, ut ipſi filij ſui uſque ad exitum vitæ illorum firmiter ac ſtabiliter poſſederunt ipſas res, ac honorabili in curte Epiſcoporum obſequio deſervirent. Actum eſt iſta traditio ad Kiſingun anno Incarnationis DCCCXCVIIII. die Kalendarum Juniarum XVI.

NUM. DCCCCX.

Epiſtola Theotmari Juvavenſis Eccleſiæ Archiepiſcopi, et aliorum Epiſcoporum, ad Joannem IX. Queruntur unum Archiepiſcopum, & Epiſcopos tres, in Slavorum terris, prius Patavienſi Epiſcopo ſubjectis, creatos eſſe.

SUmmo Pontifici, & univerſali Papæ non unius urbis, ſed totius orbis, domino Joanni, Romanæ Sedis Gubernatori magnifico, humillimi paternitatis veſtræ filij. Theotmarus Juvavenſis eccleſiæ Archiepiſcopus, Waldo Friſingenſis, Erchenpaldus Eyſtatenſis, Zacharias Sæbonenſis, Tutto Ratisponenſis, Richarius Patavienſis eccleſiæ Epiſcopus. Nec non & univerſus Clerus, populùſque Chriſtianus per totam Noricam, quæ & Bavvaria vocatur; proſperum in Salvatore noſtro profectum, Catholicæ pacis augmentum, & regnum optamus æternum. Anteceſſorum veſtrorum decretis, & catholicorum Patrum inſtitutis pleniſſimè inſtruimur in omnibus noſtro miniſterio ſacerdotali obſtantibus & averſantibus Romanum appellare Pontificem: ut quod ad unitatem concordiæ, & ad cuſtodiam pertinet diſciplinæ, nulla diſſenſione violetur, ſed ab ipſo ſumma proviſione decernatur.

Nequaquam enim credimus, quod coacti quotidie audimus, ut de illa Sancta & Apoſtolica Sede, quæ nobis ſacerdotalis mater eſt dignitatis, & origo Chriſtianæ religionis, profluxerit quippiam perverſitatis, ſed doctrina, & auctoritas eccleſiaſticæ rationis.

Sed venerunt, ut ipſi promulgaverunt, de latere veſtro tres Epiſcopi, videlicet Joannes Archiepiſcopus, Benedictus & Daniel epiſcopi, in terram Slavinorum, qui Moravi dicuntur: quæ regibus noſtris, & populo noſtro, nobis quoque cum habitatoribus ſuis ſubacta fuerat, tam in cultu Chriſtianæ religionis, quàm in tributo ſubſtantiæ ſæcularis; quia exinde primum imbuti, & ex paganis Chriſtiani ſunt facti. Et idcircò Patavienſis epiſcopus civitatis, in cujus diæceſi ſunt illius populi ab exordio Chriſtianitatis eorum, quando voluit & debuit, illuc nullo obſtante intravit; & ſynodalem cum ſuis, & etiam ibi inventis, conventum frequentavit, & omnia, quæ agenda ſunt, potenter egit, & nullus ei in faciem reſtitit. Etiam & noſtri Comites, illi terræ confines, placita ſæcularia illic continuaverunt, & quæ corrigenda ſunt, correxerunt, tributa tulerunt, & nulli eis reſtiterunt; uſque dum inceſſente corda eorum diabolo Chriſtianitatem abhorrere, & omnem juſtitiam detrectare, bellóque laceſſere, & obſiſtere ſæviſſimè cæperunt: adeò, ut via epiſcopo & prædicatoribus illuc non eſſet, ſed libitu ſuo egerunt, quæ voluerunt. Nunc verò, quod grave nobis videtur & incredibile, in augmentum injuriæ jactitant ſe magnitudine pecuniæ id egiſſe: qualia de illa Apoſtolica Sede numquam audi-

Digitized by Google

audivimus exiſſe, neque Canonum decreta ſanxiſſe, ut tantum Schiſma una pateretur eccleſia. Eſt enim unus Epiſcopatus in quinque diviſus. Intrantes enim prædicti epiſcopi in nomine veſtro, ut ipſi dixerunt, ordinaverunt in uno eodémque epiſcopatu, unum Archiepiſcopum (ſi tamen in alterius epiſcopatu Archiepiſcopium eſſe poteſt) & tres ſuffragneos ejus epiſcopos, abſque ſcientia Archiepiſcopi, & conſenſu epiſcopi, in cujus fuerunt diæceſi, cùm in Concilio Africano, cap. XX. decretum ſit, ut plebes, qui in diæceſibus ab epiſcopis retinentur, quæ numquam epiſcopos habuerunt, nonniſi cum voluntate ejus Epiſcopi, à quo tenentur, proprios accipiant rectores, vel Epiſcopos. Et item in eodem concilio cap. LXV. ut plebes, quæ numquam habuerunt proprios epiſcopos, niſi ex Concilio plenario uniuſcujuſque provinciæ, & primatis, atque conſenſu ejus ad cujus diæceſin eadem plebs pertinebat, epiſcopos minimè accipiant. In decretis Papæ Leonis capite XV. ſcriptum eſt, Nulla ratio ſinit, ut inter epiſcopos habeantur, qui à provincialibus epiſcopis, cum Metropolitani judicio non conſecrantur. Item, capite XLIX. Si indignis quibuſque, & longè extra ſacerdotale meritum conſtitutis, paſtorale faſtigium, & gubernatio Eccleſiæ detur: non eſt hoc conſulere populis, ſed nocere; nec præſtare regimen, ſed augere diſcrimen. Et in eodem capite poſt pauca: Difficile eſt, ut bono peragantur exitu, quæ malo ſunt inchoata principio. Et in decreto Papæ Cæleſtini Anteceſſoris veſtri, cap. XVII. continetur, ne alicui locus concedatur Sacerdoti in alterius injuriam. Anteceſſor veſter Zuentibaldo duce impetrante, Wichingum conſecravit epiſcopum: & nequaquam in illum antiquum Patavienſem epiſcopatum eum tranſmiſit, ſed in quamdam Neophytam gentem, quam ipſe Dux domuit bello, & ex paganis Chriſtianos eſſe patravit. Cùm autem eiſdem Schlavis locus familiaritatis apud legatos veſtros dabatur, accuſabant nos & diffamabant nos in multis, & verbis mendacibus inſtabant; quia nemo eis vera reſpondebat: dicentes nos, & cum Francis, & Alemannis ſcandulum & diſcordiam habuiſſe: Cum hoc falſum eſſe ex hòc convincitur, quia amiciſſimi noſtri ſunt & caritative cooperantes. Et etiam cum ipſis impacatos eſſe accuſabant, quod non noſtra culpa exigente, ſed ſua protervia faciente, ita fatemur eſſe. Quia quando Chriſtianitas illis cæpit vileſcere, & inſuper debitum tributum ſenioribus noſtris Regibus, & Principibus eorum ſolvere reſpuerunt, bellòque reſiſtere, & gentem noſtram cæperunt laceſſere: orta eſt ſeditio inter illos. Et quoniam armis ſi eos defenderint, in ſervitium redegerint: idcirco jure proprio tributarios habere debuerunt, & debent, & ſive velint, ſive nolint, regno noſtro ſubacti erunt. Quapropter oportet vos ab alto ſpeculari, & moderaminis temperiem præ omnibus tenere, ne peior pars confortetur, & melior infirmetur. Progenitores namque ſereniſſimi ſenioris noſtri Hludovvici videlicet, Imperatores & Reges ex Chriſtianiſſima Francorum gente prodierunt. Moravij vero Schlavi, à paganis & Ethnicis venerunt. Illi potentia imperiali Romanam Rempublicam ſublimaverunt, iſti damnaverunt. Illi Chriſtianum Regem confortaverunt, iſti infirmaverunt. Illi toti mundo ſpectabiles apparuerunt, iſti latibulis & urbibus occultati fuerunt. Illorum conſilio Apoſtolica ſedes pollebat, iſtorum perſecutione Chriſtianitas dolebat. In omnibus his juvenculus Rex noſter, nulli prædeceſſorum ſuorum ſecundus, nulli & inferior, ſed ſecundum virtutem à Deo ſibi datam, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, & vobis ſummo Pontifici, cum omnibus regni ſui Principibus adjutor optat eſſe fortiſſimus. Omne namque regnum divinitus ſibi commiſſum, ad Dei ſervitium, ſuumque adjutorium, unum vult, & operatur. Unde & pace viget, & concordia gratulatur, atque ad veſtram Paternitatem, ſicut patres ſui, ſe pertinere lætatur. Quod nos præfati Schlavi criminabantur, cum Ungaris fidem Catholicam violâſſe, & per canem, ſeu lupum, aliaſque nefandiſſimas & ethnicas

res

res, Sacramenta, & pacem egiſſe, atque ut in Italiam tranſirent, pecuniam dediſſe: ſi vobis coram poſito ratio inter nos agitaretur ante Deum, qui cuncta novit, antequam fiant, & coram vobis qui vicem ejus Apoſtolicam tenetis: eorum falſitas manifeſtaretur, & innocentia noſtra probaretur. Quia enim Chriſtianis noſtris longe à nobis poſitis ſemper imminebant, & perſecutione nimia affligebant, donavimus illis nullius pretioſæ pecuniam ſubſtantiæ, ſed tantum noſtra linea veſtimenta: quatenus aliquatenus eorum feritatem molliremus, & ab eorum perſecutione quieſceremus.

Talia nempe, ut præſcripſimus, juxta malitiam cordis ſui argumentantes, & Pontifices veſtros ad injuriam noſtram incitantes; adeò, ut directa nobis epiſtola, quaſi ab Apoſtolica ſede, hæc omnia improperabant, & diverſas injurias ingerebant, atque inter alia divino gladio feriendos dignos dicebant. Impletur enim in nobis, quod quidam ſapiens ait: Juſtus tulit crimen iniqui. Ipſi enim crimen quod nobis falsò ſemel factum impoſuerunt, multis annis peregerunt. Ipſi Ungarorum non modicam multitudinem ad ſe ſumpſerunt, & more eorum capita ſuorum pſeudochriſtianorum penitus detonderunt, & ſuper nos Chriſtianos immiſſerunt: atque ipſi ſupervenerunt, & alios captivos duxerunt, alios occiderunt, alios ferina carcerum fame & ſiti perdiderunt, innumeros verò exſilio deputârunt, & nobiles viros, ac honeſtas mulieres in ſervitium redegerunt, eccleſias Dei incenderunt, & omnia ædificia deleverunt: ita ut in tota Pannonia noſtra maximá provincia, tantum una non appareat eccleſia, prout epiſcopi à vobis deſtinati, ſi fateri velint, enarrare poſſunt, quantos dies tranſierint, & totam terram deſolatam viderint. Quando vero Ungaros Italiam intrâſſe comperimus, pacificare cum eiſdem Schlavis teſte Deo multum deſideravimus, promittentes eis propter Deum omnipotentem: ad perfectum indulgere omnia mala contra nos noſtroſque acta, & omnia reddere, quæ de ſuis noſtros conſtaret habere; quatenus ex illis ſecuros nos redderent, & tamdiu ſpatium darent, quamdiu Longobardiam nobis intrare, & res Sancti Petri defendere, populumque Chriſtianum divino adjutorio redimere liceret. Et nec ipſum ab eis obtinere potuimus, ut poſt tanta maleficia haberent beneficia: & ſunt falſi accuſatores, qui ſemper fuere Chriſtianorum perſecutores. Si quis in toto mundo alioſum nos oberrâſſe, & juſtitiæ reſtitiſſe probare conetur, veniat præſens & eum ludificaſſe, noſque de hac re ſentietis puriſſimos eſſe. Idcirco ſinguli omneſque admonendo precamur, ne ullo modo alicui falſo de nobis aliquam ſuſpicionem referenti creduli ſitis, antequam opportunitas exigat, ut hujus rei gratia miſſus de veſtra celſitudine nobis, aut à noſtra parvitate directus appareat vobis. Communis gemitus & generalis dolor anguſtat, quos Germania & tota tenet Norica, quod unitas eccleſiæ dividitur ſciſſura. Eſt enim, ut præmiſimus unus epiſcopatus in quinque diviſus. Ideo ſi quid fraus maligni Schlavorum calliditate adduxerit, juſtitia avertat. Voſque virtute ex alto induti, & Apoſtolica poteſtate armati, juxta Prophetam: quod fractum eſt alligate, quod infirmum conſolidate, quod abjectum reducite; ut deinceps populus, & fidei integritate gratuletur, & Sancta eccleſia tranquilla devotione lætetur.

Theotmarus indignus Archiepiſcopus, & Apoſtolicarum rerum procurator promptiſſimus. Pecuniam veſtro juri debitam propter infeſtam paganorum ſævitiam, nec per me poteram, nec per alios tranſmittere? ſed quia Dei gratia liberata eſt Italia quantocius potero, vobis tranſmittam. Precatur noſtra humilitas, ut dignetur veſtra ſublimitas reſpondere per ſingula tranſmiſſa cum epiſtola.

Alme Pater mundi, dignus prænomine Petri:
Nomine quem ſequeris, utinam virtute ſequaris.
Síſque tuis famulis protector verus, & ipſos
Commendes Domino, cælo qui præſidet alto.

NOTA.

Hanc Epiſtolam exſcripſimus ex *Tom. VI. Conciliorum editionis Harduin. Part. II. col. 483. & ſeqq.*

NUM. DCCCCXI.

PAteat cunctis in provincia Bajoariorum conſiſtentibus, qualiter quidam Diaconus nomine Willibertus adiens clementiam venerabilis Waldonis Epiſcopi Frigiſigenſis Eccleſiæ deprecans, ut ſibi cum eo licuiſſet pro Domo Dei, ac ſua utilitate quandam conplacitationem peragere. Hoc etiam Domino Epiſcopo, prout ipſe voluit, per omnia conſenſit. Conſtat, quòd omnis homo iſta tranſitoria poſſidens, cum his deſiderat poſſidere gaudia ſine fine manſura. Hoc etiam conſolamine conpunctus præfatus Willibertus Diaconus perveniens ante altare Sanctæ Mariæ Genetricis Dei, Sanctique Corbiniani Confeſſoris Chriſti præſente Domno Epiſcopo, & maxima turba fidelium ſuorum tradidit in capſam Sanctæ Mariæ, & in manus præſcripti laudabilis Epiſcopi, & Advocati ſui Jacobi poteſtativa manu, nullo contradicente domo Dei, & Rectoribus Sanctæ Dei Eccleſiæ perpetualiter fruendum, quicquid ipſo die negotio, & adquiſitionis ſuæ juſtè, & legaliter ad Dorfacrun viſus fuit habere, hoc eſt, curtem, domum, horreum, cum ceteris ædificiis, pomerium, mancipia III. terris cultis, & incultis, pratis, ſilvis, paſcuis, aquis, aquarúmve decurſibus, exitibus, & reditibus, mobilibus, & inmobilibus, queſitis, & inquiſitis, totum & integrum, nihil prætermittens domo Dei tradidit, & Rectoribus Eccleſiæ poſſidendum. Econtra verò in reconpenſatione hujus conplacitationis, ac ſupra titulatæ peractæ traditionis tradidit venerabilis Epiſcopus, ſuúſque Advocatus nomine Jacob eidem ſupra fato Williberto Diacono, & Advocato ſuo Rihholfo prope fluvium, qui dicitur Glana in villa, quæ dicitur Adalhareshuſa, quicquid illo die, & tempore ibi in beneficium habere à domo Dei ac Epiſcopo videbatur, hoc eſt, curta, domo, horreo, mancipiis. Inſuper etiam conceſſit ad eandem rem retinendum, atque fruendum, jure hereditario hobam I. molinam I. ceteriſque rebus omnibus rite, ac legabiliter ad ſupra dictas res pertinentibus, ac juſtè aſpicientibus, hoc eſt terris cultis, & incultis, pratis, ſilvis, paſcuis, aquis, aquarúmve decurſibus, exitibus, & reditibus, mobilibus, & inmobilibus, queſitis, & inquiſitis, totum & integrum nihil prætermittens præfato dedit Williberto Diacono tenendum, & quicquid inde libuerit faciendum ſine ullius contradictionis moleſtia, eo tenore, ac firmitate iſta peracta eſt traditio, ut fideliſſimus Wilibertus Diaconus ambæ res, hoc eſt ſuæ proprietatis, ac beneficij uſque ad obitum vitæ ſuæ de hoc ſeculo anniverſarium, & diem ſuam peragere memoriam habeat licentiam proximo ſuo, ſeu ſuo amico commendare. Poſt hoc tempus impletum ambæ res beneficium, ac proprietas ad domum Dei, & ad Rectores Eccleſiæ ſine omnium contradictione pertinerent. Actum eſt ad Frigiſingam in Dei nomine feliciter. Anno Incarnationis DCCCCII. Teſtes Aſperht, Ruodperht, Sigimot, Alprih, Erchanfrid, Liutfrid & alij.

NUM. DCCCCXII.

Commutatio inter Waldonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Odolt.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit inter venerabilem Waldonem Frigiſingenſis Eccleſiæ Epiſcopum, nec non & quendam nobilem virum nomine Odolt quandam commutationem facere, ſicut & fecerunt. Dedit itaque venerabilis Epiſcopus eidem nobili viro Odoldi curtiferum I. in proprietatem haben-

Digitized by Google

habendum in loco, qui vocatur ad Pahbe. Et econtra in reconpenſatione hujus curtiferi dedit præfatus nobilis vir laudabili Epiſcopo in eodem loco duplum de arabili terra ad Eccleſiam retinendum. Unde & duas commutationes &c.

NUM. DCCCCXIII.

Commutatio inter Waldonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Riholf.

IN Chriſti omnipotentis nomine. Placuit atque convenit &c. Dedit itaque prætitulatus laudabilis Epiſcopus eidem nobili viro unà cum Advocato ſuo nomine Jacob, & cum conſenſu totius familiæ ſuæ ex parte Eccleſiæ ſuæ in proprietatem retinendum jugera VIIII. in loco noncupato Kerhiltahuſon. Econtra vero in reconpenſatione hujus rei dedit prænominatus nobilis vir eidem Epiſcopo ad Sedem ſuam jugera VIIII. ad Altinhuſon. Unde & duas &c.

NUM. DCCCCXIII.

Commutatio inter Waldonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Grimhert.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque venerabilis præfatus Epiſcopus eidem nobili viro ex parte Eccleſiæ ſuæ in proprietatem habendum unà cum Advocato ſuo nomine Jacob in loco nuncupato Laginpah inter curtiferum, & terram arabilem jugerum I. Econtra vero in reconpenſatione hujus rei dedit prætitulatus nobilis vir eidem præfato Epiſcopo ad ſedem ſuam retinendum de pratis menſuratis in ripa fluminis, qui dicitur Ampra tantundem. Unde & duas &c.

NUM. DCCCCXIV.

Commutatio inter Waldonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Deotolf.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque præfatus venerabilis Epiſcopus ex parte Eccleſiæ ſuæ eidem nobili viro in proprietatem habendum in loco, qui dicitur Deotolfesdorf de terra arabili jugera XXX. & I. domum, curtem. Et econtra in reconpenſatione harum rerum dedit eidem nobilis vir præfato venerabili Epiſcopo ad Eccleſiam habendum in loco, qui dicitur Rupindorf, domum, curtem, horreum, de terra arabili jugera XXX. pomerium I. de pratis carradas V. Unde & duas commutationes &c.

NUM. DCCCCXV.

Commutatio inter Waldonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Wolfhard.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque venerabilis Epiſcopus eidem nobili viro Wolfhardo curtiferum I. de terra arabili jugera XXV. de pratis carradas XIII. in proprietatem habendum in loco, qui dicitur Mazpah. Et econtra in reconpenſatione hujus rei dedit præſcriptus nobilis vir Epiſcopo ad Eccleſiam retinendum in loco, qui dicitur Ipah curtiferum I. de arabili terra jugera XXV. de pratis carradas XIII. Unde & duas commutationes.

Digitized by Google

NUM. DCCCCXVI.

Comutatio inter Waldonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Francho.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque prædictus venerabilis Epiſcopus in eo loco, qui dicitur Viliſa eidem nobili viro in proprietatem habendum jugera V. Et econtra in reconpenſatione hujus rei dedit prætitulatus nobilis vir in eodem loco jugera V. laudabili Epiſcopo ad Eccleſiam retinendum. Unde & duas &c.

NUM. DCCCCXVII.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit inter venerabilem Waldonem Frigiſigenſis Eccleſiæ Epiſcopum, nec non & quendam nobilem virum nomine Meginhart quandam commutationem facere, ſicut & fecerunt. Dedit itaque prætitulatus Epiſcopus laudabilis eidem nobili viro unà cum Advocato ſuo nomine Jacob de epiſcopatu ſuo ad beneficium ſuum retinendum mancipia IIII. id eſt, nomine Adalſuind cum tribus filiis. Econtra verò in reconpenſatione hujus rei dedit præfatus nobilis vir de beneficio ſuo eidem Epiſcopo ad Sedem ſuam habendum ſimiliter mancipia, id eſt nomine Cundpurc cum tribus filiis. Unde & duas &c.

NUM. DCCCCXVIII.

Commutatio inter Waldonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Ribker.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque prædictus venerabilis Epiſcopus eidem nobili viro ex parte Eccleſiæ ſuæ in proprietatem habendum unà cum Advocato ſuo nomine Jacob in loco, qui dicitur Heidolfinga partem unius agri, hoc ſunt in longitudinem perticas XXIIII. & in latitudine perticas VII. & pedes VII. Et econtra verò in reconpenſatione hujus rei dedit præſcriptus nobilis vir venerabili Epiſcopo ad Eccleſiam retinendum ex parte proprietatis ſuæ in eodem loco ſimiliter, & inſuper in longitudine perticam I. in latitudine ſimiliter. Unde & duas &c.

NUM. DCCCCXIX.

Commutatio inter Waldonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Hadarih.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque prædictus venerabilis Epiſcopus eidem nobili viro ex parte Eccleſiæ ſuæ in proprietatem habendum in loco, qui dicitur Phetarah de arabili terra jugera XXVIIII. de pratis carradas IIII. & pro curtifero de pratis carradas VI. Et econtra in reconpenſatione harum rerum dedit præſcriptus nobilis vir laudabili Epiſcopo ex parte proprietatis ſuæ ad Eccleſiam retinendum in loco, qui dicitur Chadalesdorf, curtem, domum, pomerium, de arabili terra jugera XXVIIII. de pratis carradas IIII. Unde & duas &c. Iſti ſunt teſtes: Meginhardus Comes, Irinc, Kejo, Adalrih, Heimperht.

NUM.

Digitized by Google

NUM. DCCCCXX.

Commutatio inter Waldonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Irmfrid.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit namque prædictus venerabilis Epiſcopus eidem nobili viro ex parte Eccleſiæ ſuæ, quicquid ad Holzhuſon habuit jure hereditario poſſidendum de terra culta, & inculta, curtem cum domo, ac horreo, pratis, ſilvis, aquis, aquarùmve decurſibus, paſcuis, nil prætermittens de his, quæ ad prædictum pertinebant locum, quod totum ei non tradidiſſet. Econtra in reconpenſatione harum rerum dedit præſcriptus nobilis vir laudabili Epiſcopo ad ſuam Eccleſiam retinendum proprietatem ſuam ad Kiſingon, curtem, domum, horreum, & quicquid ibi viſus fuit habere, de terra culta, & inculta, ſilvis, & in ipſis ſilvis de pratis carradas L. ac in alio loco de optimis pratis carradas XL. paſcuis, aquis, aquarúmve decurſibus, nil de ceteris prætermittens, quod totum domo Dei non tradidiſſet in manum Domni Epiſcopi, & Jacobi Advocati ſui. Unde & duas commutationes &c.

NUM. DCCCCXXI.

Commutatio inter Waldonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Wicperht.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque prætitulatus laudabilis Epiſcopus eidem nobili viro de beneficio Kepahardi ex parte Eccleſiæ ſuæ in proprietatem retinendum in loco noncupato, qui dicitur Hamaraginpah jugera IIII. Econtra verò in reconpenſatione hujus rei dedit præfatus nobilis vir eidem Epiſcopo ad Sedem ſuam habendum in eodem loco jugera V. Unde & duas &c.

NUM. DCCCCXXII.

Commutatio inter VValdonem Epiſcopum, & quendam Diaconum nomine Adalhart.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque prætitulatus laudabilis Epiſcopus unà cum Advocato ſuo nomine Heimperht in loco noncupato, qui dicitur Gutinhuſon curtiferum I. ex parte Eccleſiæ ſuæ in proprietatem retinendum. Econtra in reconpenſatione hujus rei dedit præfatus nobilis vir eidem Epiſcopo ad Sedem ſuam habendum in eodem loco dupliciter. Unde & duas &c.

NUM. DCCCCXXIII.

Commutatio inter Waldonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Madalgoz.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque prætitulatus laudabilis Epiſcopus eidem nobili viro unà cum Advocato ſuo nomine Jacob ex parte Eccleſiæ ſuæ in proprietatem retinendum in loco noncupato Sentilinga tertiam partem unius jugeri. Econtra verò in reconpenſatione hujus rei dedit præfatus nobilis vir eidem Epiſcopo ad Sedem ſuam retinendum in eodem loco jugera II. Unde & duas &c.

Digitized by Google

NUM. DCCCCXXIV.

Comutatio inter VValdonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Aſperht.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit namque prætitulatus laudabilis Epiſcopus eidem nobili viro ex parte Eccleſiæ ſuæ una cum Advocato ſuo nomine Rihhart in proprietatem retinendum in loco nominato Machindorf curtiferum I. de terra arabili jugera XX. de pratis carradas VIII. de ſilvula jugera III. & dimidium. Econtra verò in reconpenſatione hujus rei dedit præfatus nobilis vir eidem Epiſcopo ex parte hereditatis ſuæ loco noncupato Huovviſta ad ſedem ſuam habendum curtiferos II. de arabili terra jugera XXVI. de pratis carradas X. Unde & duas &c.

NUM. DCCCCXXV.

Commutatio inter Waldonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Aripo.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit namque prædictus venerabilis Epiſcopus eidem Comiti ex parte Eccleſiæ ſuæ in proprietatem habendum in loco, qui dicitur ad Holzhuſon curtem, cum domo, ceteríſque ædificiis, curtifera II. de arabili terra hobas III. de pratis carradas X. ac ſilvam ad eundem locum pertinentem. Et econtra in reconpenſatione harum rerum dedit prætitulatus Comes venerabili Epiſcopo ad ſuam retinere Eccleſiam partem proprietatis ſuæ in tribus videlicet locis ad Pleeningon, & ad Piuvvingon curtifera II. ad Adalhareshuſon namque curtem cum domo, ceteriſque ædificiis in his ſupra dictis locis, de arabili terra hobas III. de pratis carradas L. de ſilva jugera XIIII. Unde & duas &c.

NUM. DCCCCXXVI.

Commutatio inter VValdonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Rihhart.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit namque prædictus venerabilis Epiſcopus unà cum Advocato ſuo nomine Wirondo eidem nobili viro ex parte Eccleſiæ ſuæ in proprietatem habendum in loco, qui dicitur ad Stunzinpah curtiferum I. ac de arabili terra jugerum dimidium. Et econtra in reconpenſatione hujus rei dedit præſcriptus nobilis vir venerabili Epiſcopo ad ſuam retinere Eccleſiam in eodem loco ex parte proprietatis ſuæ curtiferum I. jugerum I. & dimidium de arabili terra. Unde & duas &c.

NUM. DCCCCXXVII.

Commutatio inter Waldonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Liutfrid.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit namque prædictus venerabilis Epiſcopus unà cum Advocato ſuo nomine Jacob eidem nobili viro ex parte Eccleſiæ ſuæ in proprietatem habendum ſervum unum nomine Deotmar. Econtra verò in reconpenſatione hujus rei dedit præſcriptus nobilis vir eidem venerabili Epiſcopo alium ſervum ad Eccleſiam retinendum nomine Perhtolt. Unde & duas &c.

NUM.

NUM. DCCCCXXVIII.

Commutatio inter VValdonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Lantolt.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit namque prædictus venerabilis Epiſcopus unà cum Advocato ſuo nomine Jacob eidem nobili viro ex parte Eccleſiæ ſuæ in proprietatem retínendum curtiferum I. in loco, qui dicitur Pettinpah. Econtra verò in reconpenſatione hujus rei dedit præfatus nobilis vir eidem venerabilj Epiſcopo in eodem loco curtiferum I. de pratis carradam I. & dimidiam, jugerum I. Unde & duas &c.

NUM. DCCCCXXIX.

Commutatio inter Waldonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Altrih.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit namque præſcriptus venerabilis Epiſcopus eidem nobili viro ex parte Eccleſiæ ſuæ in proprietatem habendum in loco, qui dicitur Lozespah jugera II. & perticas VIIII. Econtra vero in reconpenſatione hujus rei dedit præfatus nobilis vir eidem venerabili Epiſcopo ad Eccleſiam retinendum ex parte hereditatis ſuæ in loco qui dicitur Mohhinga jugera III. Unde & duas &c.

NUM. DCCCCXXX.

Commutatio inter Waldonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Adalunc.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit namque præſcriptus laudabilis Epiſcopus unà cum Advocato ſuo nomine Jacob eidem nobili viro ex parte Eccleſiæ ſuæ in proprietatem habendum in loco, qui dicitur Sulzreini jugerum I. Econtra verò in reconpenſatione hujus rei dedit prætitulatus nobilis vir ex parte hereditatis ſuæ in eodem loco jugera II. Unde & duas &c.

NUM. DCCCCXXXI.

Commutatio inter Waldonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Epucho.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit namque præfatus laudabilis Epiſcopus unà cum Advocato ſuo nomine Jacob eidem nobili viro ex parte Eccleſiæ ſuæ in proprietatem habendum in loco, qui dicitur Pettinpah jugerum dimidium. Econtra verò in reconpenſatione hujus rei dedit prætitulatus nobilis vir ex parte hereditatis ſuæ eidem Epiſcopo ad Sedem ſuam retinendum in eodem loco dupliciter. Unde & duas &c.

NUM. DCCCCXXXII.

Commutatio inter Waldonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Aſpertum.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque præſcriptus venerabilis Epiſcopus eidem nobili viro ex parte Eccleſiæ ſuæ, unà cum Advocato ſuo nomine Jacob in proprietatem habendum in loco, qui dicitur Echinhouun de terra arabili jugera LXX. de ſilva jugera XIIII. de pratis carradas X. Econtra

Digitized by Google

tra verò in reconpenſatione hujus rei dedit prætitulatus nobilis vir eidem Epiſcopo ad Sedem ſuam retinendum in loco, qui dicitur Kislinga jugera LXXXIII. de pratis carradas XX. Unde & duas &c.

NUM. DCCCCXXXIII.

Commutatio inter Waldonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Egilperht.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque venerabilis Epiſcopus unà cum Advocato ſuo nomine Heimperto eidem nobili viro in loco, qui dicitur Aſahuſir curtiferum I. Econtra in reconpenſatione hujus rei dedit præfatus nobilis vir eidem Epiſcopo ad Sedem retinendum dupliciter, & perticas IIII. Unde & duas &c.

NUM. DCCCCXXXIV.

Commutatio inter Waldonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Hruodperht.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque prædictus venerabilis Epiſcopus eidem nobili viro ex parte Eccleſiæ ſuæ unà cum Advocato ſuo nomine Riholf in proprietatem habendum in loco, qui dicitur ad Maſſinhuſon jugerum dimidium. Econtra verò in reconpenſatione hujus rei dedit præſcriptus nobilis vir eidem laudabili Epiſcopo ad ſuam retinere Eccleſiam partem hereditatis ſuæ in eodem loco de pratis carradas VII. Unde & duas &c.

NUM. DCCCCXXXV.

Commutatio inter Waldonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Ruodhart.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque prætitulatus Epiſcopus eidem nobili viro unà cum Advocato ſuo nomine Jacob ex parte Eccleſiæ ſuæ in proprietatem habendum in loco nuncupato Inzimos curtiferum. Econtra vero in reconpenſatione hujus rei dedit præfatus nobilis vir eidem Epiſcopo ad Sedem ſuam retinendum in eodem loco curtiferum I. & quartam partem unius jugeri. Unde & duas &c.

NUM. DCCCCXXXVI.

Commutatio inter Waldonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Marchonem

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque præfatus laudabilis Epiſcopus eidem nobili viro ex parte Eccleſiæ ſuæ unà cum Advocato ſuo nomine Ruodperht in loco nominato Kiſalheringa curtiferum I. in proprietatem habendum. Econtra verò in reconpenſatione hujus curtiferi dedit præſcriptus nobilis vir eidem Epiſcopo ex parte hereditatis ſuæ triplum ad Eccleſiam retinendum. Unde & duas &c.

NUM.

Digitized by Google

NUM. DCCCCXXXVI.

Commutatio inter Waldonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Reginheri.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit namque prædictus venerabilis Epiſcopus eidem nobili viro ex parte Eccleſiæ ſuæ unà cum Advocato ſuo nomine Mahtuni in proprietatem habendum in loco, qui dicitur ad Riodun Eccleſiam, & quam ille ſuam decimam dat, ceteríque nobiles viri III. curtem, domum, horreum, de arabili terra jugera L. de pratis carradas XII. de ſilva jugera IIII. Econtra verò in reconpenſatione harum rerum dedit prætitulatus nobilis vir laudabili Epiſcopo proprietatem videlicet ſuam in loco, qui dicitur ad Hamareshuſun curtem, domum, horreum, pomerium, de arabili terra jugera LXXII. & in alio loco ad Riode nominato jugera X. de pratis XL. de ſilva jugera X. Unde & duas &c.

NUM. DCCCCXXXVII.

Commutatio inter Waldonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Attonem.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque prædictus laudabilis Epiſcopus unà cum Advocato ſuo nomine Jacob eidem nobili viro ex parte Eccleſiæ ſuæ in proprietatem retinendum agrum I. & dimidium in loco, qui dicitur Suapinga. Econtra verò in reconpenſatione hujus rei dedit præfatus nobilis vir eidem Epiſcopo ad Sedem ſuam retinendum in eodem loco jugera IIII. Unde & duas &c.

NUM. DCCCCXXXVIII.

Commutatio inter Waldonem Epiſcopum, & Heimbertum Laicum.

IN nomine Dei æterni. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque præfatus Epiſcopus cum Advocato ſuo Jacobo in proprietatem habendum eidem nobili viro in loco, qui dicitur Lotespah curtiferum unum, & jugera decem, & novem. Econtra verò in reconpenſatione earum rerum dedit eidem nobilis vir ad Mohingun eidem Epiſcopo ad Sedem ſuam retinendum curtiferum unum, & jugera XXII. Unde & duas &c.

NUM. DCCCCXXXIX.

Commutatio inter Waldonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Ratpot.

IN Dei nomine. Placuit atque convenit &c. Dedit itaque prædictus venerabilis Epiſcopus eidem nobili viro unà cum Advocato ſuo nomine Jacobo in proprietatem habendum in loco, qui dicitur ad Sindeoshuſun jugera III. de arabili terra. Et econtra in reconpenſatione hujus rei dedit præſcriptus nobilis vir laudabili Epiſcopo ex parte proprietatis ſuæ in eodem campo de terra equaliter menſurata jugera III. ad ſuam perpetualiter retinere Eccleſiam. Unde & duas &c.

Digitized by Google

NUM. DCCCCXL.

IN Dei nomine. Notum ſit omnibus Deo credentibus, quòd convenit, atque conplacuit inter venerabilem Waldonem Frigiſigenſis Eccleſiæ Epiſcopum, nec non & quendam nobilem virum nomine Job quandam commutationem facere, ſicut & fecerunt. Dedit itaque præſcriptus laudabilis Epiſcopus eidem nobili viro unà cum Advocato ſuo Jacobo, & Sigihardi vaſalli ſui ex parte proprietatis Frigiſingicæ Eccleſiæ in loco, qui dicitur Puopinhova totum, & integrum, quicquid ibi poſſidebat ad eundem locum jure pertinentem. Econtra vero in reconpenſatione hujus rei tradidit prædictus nobilis vir venerabili Epiſcopo, & eidem Advocato ſuo Jacobo, & Sigivvardo vaſalli ſuo proprietatem ſuam in loco, qui dicitur Steinininchiricha curtem cum domo, pratis, ſilvis, aquis, & omnibus ad ipſum locum pertinentibus ad ſedem ſuam retinendum. Unde & duas &c.

NUM. DCCCCXLI.

Commutatio inter Waldonem Epiſcopum, & Adalfridum Laicum.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque prædictus venerabilis Epiſcopus unà cum Advocato ſuo Rodberto eidem nobili viro ex parte Eccleſiæ ſuæ in proprietatem habendum in loco, qui dicitur ad Holce curtem, domum, horreum, de arabili terra jugera XXII. de pratis carradas XXV. Et econtra in reconpenſatione harum rerum dedit prætitulatus nobilis vir venerabili Epiſcopo ad ſuam retinere Eccleſiam in eodem loco proprietatem ſuam curtes II. domos II. horrea II. pomeria II. vineam I. humularium I. de arabili terra jugera XXII. de pratis carradas XXV. Unde & duas &c.

NUM. DCCCCXLII.

Commutatio inter Waldonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Sindbertum.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit namque prædictus venerabilis Epiſcopus unà cum Advocato ſuo Jacobo eidem nobili Diacono ex parte Eccleſiæ ſuæ jure hereditario poſſidendum in loco, qui dicitur Albharesdorf curtam, domum, horreum, de arabili terra hobam I. Et econtra in reconpenſatione harum rerum dedit prætitulatus nobilis Diaconus laudabili Epiſcopo ad ſuam retinere Eccleſiam unà cum Advocato ſuo Helmberto in loco, qui dicitur Marzilinga curtam, domum, horreum, fontem, pomerium, de terra arabili jugera XXXIIII. de inculta terra jugera VIIII. de pratis carradas LXX. de ſilva jugera VII. Unde &duas &c.

NUM. DCCCCXLIII.

Commutatio inter Waldonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Cundpald.

IN nomine Dei æterni. Placuit &c. Dedit itaque prænominatus Epiſcopus eidem nobili viro cum Advocato ſuo Jacobo ad Chiemperc ex miniſterio Engilharij de arabili terra, & de ſilvula, de pratis carradas IIII. & de miniſterio Williperti de pratis jugera IIII. Econtra verò in reconpenſatione ſupra dictarum rerum dedit idem nobilis vir eidem Epiſcopo ad Nertingun de pratis jugera VIII. Unde & duas &c.

NUM.

Digitized by Google

NUM. DCCCCXLIV.

Commutatio inter Waldonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Wolvold.

IN Dei nomine. Placuit atque convenit &c. Dedit itaque venerabilis Epiſcopus cum Advocato ſuo Jacobo eidem nobili viro ex parte Eccleſiæ ſuæ ad Piparpah curtiferum I. de arabili terra jugera XXX. de ſilvula jugera V. de pratis carradas V. mancipia III. &c. Econtra vero in reconpenſatione ſupra dictarum rerum dedit idem nobilis vir eidem Epiſcopo ex proprietate ſua ad Tellanhuſun curtiferum, domum, horreum, de arabili terra jugera XXXIII. de ſilvula jugera VII. de pratis carradas V. mancipia V. Unde & duas commutationes &c.

NUM. DCCCCXLV.

Commutatio inter VValdonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Heimbert.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque venerabilis Epiſcopus eidem nobili viro Heimberto cum Advocato ſuo unam ancillam nomine Ermanhildam in proprietatem habendam. Econtra vero in reconpenſatione ſupra dictæ ancillæ dedit idem nobilis vir eidem Epiſcopo duas ancillas Adalmodam, & filiam ejus ad Sedem ſuam firmiter retinendum. Unde & duas &c.

NOTA.

Unam ancillam... duas ancillas &c. nempe fœminas in ſtatu ſervitutis conſtitutas.

NUM. DCCCCXLVI.

Commutatio inter Waldonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Deotmund.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque venerabilis Epiſcopus cum Advocato ſuo nomine Jacobo eidem nobili viro ex parte Eccleſiæ ſuæ ad Furiholce in proprietatem habendum de arabili terra jugera XIIII. de ſilvula jugera II. de pratis jugera II. Econtra verò in reconpenſatione harum rerum dedit idem nobilis vir eidem Epiſcopo ex proprietate ſua ad Mardrinpah de arabili terra jugera XIIII. de ſilvula jugera VI. de pratis jugera VI. Unde & duas &c.

NUM. DCCCCXLVII.

Cōmutatio inter VValdonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Urolf.

IN Dei nomine. Placuit &c. Dedit verò venerabilis Epiſcopus unà cum Advocato ſuo Fatone eidem nobili viro in loco, qui dicitur Ciſilingunc, de arabili terra jugera XX. Et econtra in reconpenſatione hujus rei dedit præfatus nobilis vir eidem Epiſcopo ad Sedem ſuam retinendum jugera XXII. Unde & duas &c.

Digitized by Google

NUM. DCCCCXLVIII.

Commutatio inter Waldonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Egilbert.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque prædictus Epiſcopus cum Advocato ſuo Jacobo eidem nobili viro ex parte Eccleſiæ ſuæ ad Heridioshuſun de arabili terra tertiam partem unius jugeri. Econtra vero in reconpenſatione hujus rei dedit idem nobilis vir eidem Epiſcopo in eodem loco ex proprietate ſua dupliciter.

NUM. DCCCCXLIX.

Commutatio Waldonis Epiſcopi, & Altrici.

IN nomine Dei æterni. Placuit &c. Dedit itaque præfatus Epiſcopus cum Advocato ſuo eidem nobili viro ad Feldmohingun curtiferum unum. Econtra vero in reconpenſatione ſupra dictæ rei dedit idem nobilis vir eidem Epiſcopo in eodem loco jugerum I. Unde & duas &c.

NUM. DCCCCL.

Commutatio Waldonis Epiſcopi, & Erchanfridi.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque præfatus Epiſcopus cum Advocato ſuo Jacobo eidem nobili viro ad Holanpah tertiam partem Eccleſiæ, curtifera II. hobas III. & jugera XXII. de pratis carradas X. de palude ſufficienter.

Ad Wengun curtiferum I. hobas II. & jugera XVII. de pratis carradas VII.

Ad Heriteshuſun curtiferum I. hobam I. de pratis carradas XII.

Ad Ilihdorf jugera VIII. & quicquid eodem die ad ſupra nominatas cauſas pertinebat cum queſitis, & inquiſitis. Inſuper verò mancipia VIIII. Econtra verò in reconpenſatione harum rerum dedit idem nobilis vir eidem Epiſcopo ad Sedem ſuam retinendum ad Phetarah curtifera II. cum duobus domibus, horrea II. hobas IIII. de arabili terra & jugera VII. de ſilva hobas V. de pratis carradas L. & quicquid eodem die ibi proprietatis habuit. Inſuper verò mancipia VIIII. Unde & duas &c.

NUM. DCCCCLI.

Commutatio Waldonis Epiſcopi, & nobilis viri nomine Hiti.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque præfatus laudabilis Epiſcopus eidem nobili viro cum manu Helmberti ex parte Eccleſiæ ſuæ de beneficio eidem Helmberti in loco nominato Wolmoteshaha curtiferum I. in proprietatem habendum. Econtra verò dedit prætitulatus nobilis vir eidem laudabili Epiſcopo cum manu Helmberti ex parte proprietatis ſuæ in eidem loco curtiferum I. Unde & duas &c.

NUM. DCCCCLII.

Commutatio Waldonis Epiſcopi, & nobilis viri nomine Cundalperht.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque præfatus laudabilis Epiſcopus eidem nobili viro cum manu Jacobi Advocati ſui in Wolfpach domum

domum cum curte, cæteriſque ædificiis, & LXII. jugera in proprietatem habendum. Econtra verò dedit prætitulatus vir nobilis eidem laudabili Epiſcopo poteſtativa manu ex parte proprietatis ſuæ in loco, qui dicitur Heginhuſa domum cum curte, cæteriſque ædificiis & LXVI. jugera, & X. de ſilva. Unde mutuum concambium inter ſe fieri voluerunt. &c. Iſti ſunt teſtes: Wetti Comes, Wolfdregil Comes, Uodalhoh &c.

NUM. DCCCCLIII.

Commutatio inter Waldonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Heimpertum.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque prædictus venerabilis Epiſcopus eidem nobili viro ex parte Eccleſiæ ſuæ unà cum Advocato ſuo nomine Jacob in proprietatem retinendum in loco, qui dicitur Locespah curtiferum I. de arabili terra jugera XXXIII. Econtra verò in reconpenſatione hujus rei dedit prædictus nobilis vir eidem Epiſcopo ad Sedem ſuam habendum ad Mohingun curtiferum I. de arabili terra jugera XXXV. & dimidium. Unde & duas &c.

NUM. DCCCCLIV.

Commutatio venerabilis Waldoni Epiſcopi, & Heimperti nobilis viri.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque præfatus Epiſcopus eidem nobili viro ex parte Eccleſiæ ſuæ unà cum Advocato ſuo nomine Jacob in proprietatem retinendum ad Locespah de arabili terra jugera VI. Econtra verò in reconpenſatione hujus rei dedit recapitulatus nobilis vir eidem Epiſcopo ad Sedem ſuam poſſidendum in loco, qui dicitur Marcilinga jugera VII. & in eodem loco partem curtiferi unius, hoc eſt in longitudine perticarum IIII. & dimidiæ, in latitudine III. & dimidiæ. Unde & duas &c.

NUM. DCCCCLV.

Item commutatio venerabilis Waldoni Epiſcopi, & Heimperti nobilis viri.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque prædictus venerabilis Epiſcopus eidem nobili viro ex parte Eccleſiæ ſuæ unà cum Advocato ſuo nomine Jacob in proprietatem habendum ancillam I. nomine Eliſuind. Econtra vero in reconpenſatione hujus ancillæ dedit præfatus nobilis vir eidem Epiſcopo ad Sedem ſuam retinendum mancipia II. Unde & duas &c.

NUM. DCCCCLVI.

PLacuit ex Deifica verò caritate inter venerabilem Waldonem Frigiſigenſis Eccleſiæ Epiſcopum, nec non & quendam Comitem nomine Cundpaldum quandam commutationem mancipiorum facere, ſicut & fecerunt. Tradidit namque idem Comes in manum Epiſcopi, & Advocati ſui Erpharij quædam mancipia nominata Purcrun, Adaltac, Hiltigart, Adalsuind, Adalrih, Ellanrat, Rathilt, Cotapurc, alia Hiltigart, alia Adalsuind. Econtra verò tradidit idem Epiſcopus cum Advocato ſuo Erphario eidem Comiti de Moſapurc monaſterio mancipia nominata Sigipurc, Meginpurc, Ruodhart, Luitpold, Adalpold, Engildrud, Sigipurc, Mahtvvin, Irmina, Diotsvvind.

Digitized by Google

NOTA.

Ex Deifica verò caritate. Ne aſperè accipe hanc vocem, Lector: memento ejus, quod diſcipulus charitatis Joannes Apoſtolus in ſua Epiſtola prima ℣. 16. ſcribit: *Deus charitas eſt: & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo.*

NUM. DCCCCLVII.

Commutatio inter Waldonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Heilbert.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque præſcriptus venerabilis Epiſcopus eidem nobili viro ex parte Eccleſiæ ſuæ unà cum Advocato ſuo nomine Ruodperht in loco nominato Kiſalheringa curtiferum I. in proprietatem retinendum. Econtra verò in reconpenſatione hujus rei dedit prænominatus nobilis vir eidem Epiſcopo ex parte hereditatis ſuæ in eodem loco jugerum I. & dimidium ad Sedem ſuam retinendum. Unde & duas &c.

NUM. DCCCCLVIII.

Commutatio inter VValdonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum Heilbertum.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit nempe prædictus venerabilis Epiſcopus eidem nobili viro ex Eccleſia ſua ſervum I. nomine Seliperht in proprietatem habendum unà cum Advocato ſuo nomine Ruodperht. Econtra verò in reconpenſatione hujus mancipij dedit prædictus nobilis vir venerabili Epiſcopo ad ſuam retinere Eccleſiam ex proprietate ejus mancipia II. quorum nomina Reginfrid, & Wiholf. Unde & duas &c.

NUM. DCCCCLIX.

Commutatio inter Waldonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Mahtuni.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit namque prædictus venerabilis Epiſcopus eidem nobili viro ex parte Eccleſiæ ſuæ in proprietatem habendum in loco, qui dicitur ad Puohhe curtiferum I. de arabili terra jugera XLIIII. de pratis carradas XIIII. Et econtra in reconpenſatione harum rerum dedit prætitulatus nobilis vir Epiſcopo ad Eccleſiam retinendum ex parte proprietatis ſuæ in loco, qui dicitur ad Adolteshuſun curtem, domum, horreum, de arabili terra jugera LXXII. de pratis carradas X. de ſilva jugera VI. Unde & duas &c.

NUM. DCCCCLX.

Commutatio inter Waldonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Helmperht.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque prædictus venerabilis Epiſcopus eidem nobili viro ex parte Eccleſiæ ſuæ in proprietatem habendum unà cum Advocato ſuo nomine Jacob in loco, qui dicitur ad Cundalinchouun curtiferum I. domum I. de arabili terra jugera XLV. ac dimidium, de pratis carradas XXXII. Et econtra in reconpenſatione harum rerum dedit prænominatus nobilis vir laudabili Epiſcopo ad ſuam perpetim retinere Eccleſiam, quic-

quicquid proprietatis ad Tuolpah viſus fuit habere, hoc ſunt curtifera II. in uno domum, horreum, ac pomerium I. ſilvam I. de arabili terra jugera XLV. de pratis carradas XXX. Unde & duas &c.

NUM. DCCCCLXI.

Comutatio inter Waldonem Epiſcopum, & quendam nobilem Clericum nomine Manno.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque præfatus Epiſcopus cum Advocato ſuo Adalberto eidem Clerico ancillam I. quæ dicitur Diotsvvind in proprietatem habendam. Econtra vero in reconpenſatione hujus ancillæ dedit præſcriptus Clericus, & Advocatus ſuus Willihelm præfato Epiſcopo unum molendinarium locum, atque unam ancillam, quæ vocatur Wolfhilt ad ſuam ſedem jure proprio retinendam. Unde & duas &c.

NUM. DCCCCLXI.

Commutatio inter Waldonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Vogonem.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque prætitulatus Epiſcopus eidem nobili viro ex parte Eccleſiæ ſuæ unà cum Advocato ſuo nomine Helmberto ad Phetarah hobam I. præter unum jugerum, & de pratis carradam I. in proprietatem habendum. Econtra verò in reconpenſatione harum rerum dedit præſcriptus nobilis vir eidem Epiſcopo ad Rihcozesdorf hobam I. & jugera XI. atque ad Tuolpah jugera II. de pratis carradas V. ad ſedem ſuam habendum. Unde & duas &c.

NUM. DCCCCLXII.

Commutatio inter Waldonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Ribharium.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque idem Epiſcopus eidem nobili viro Ribhario in loco, qui dicitur Haſalpah ex parte Eccleſiæ ſuæ cum Advocato ſuo nomine Jacob curtiferum I. in proprietatem habendum. Econtra verò idem nobilis vir in reconpenſatione hujus curtiferi dedit eidem Epiſcopo in eodem loco proprietatis ſuæ duplum ad ſedem ſuam perpetualiter poſſidendum. Unde & duas &c.

NUM. DCCCCLXIII.

Commutatio inter Waldonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Heimbertum

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque prædictus venerabilis Epiſcopus eidem prænominato nobili viro ex parte Eccleſiæ ſuæ in proprietatem habendum in loco, qui dicitur ad Pettinpah curtiferum I. de arabili terra jugera LVI. de pratis carradas XX. de ſilva jugera VII. & in alio loco, qui Mohhinga vocitatur, de culta terra jugera VII. Iſtam firmitatis commutationem Dominus peregit Epiſcopus cum manu Jacobi Advocatus ſui. Et econtra in reconpenſatione harum rerum dedit prænominatus nobilis vir laudabili Epiſcopo ex parte proprietatis ſuæ ad ſuam retinere Eccleſiam in loco, qui dicitur Tupti-

Tuotilindorf, curtiferum I. de arabili terra jugera LIII. de pratis carradas XXX. de ſilva jugera L. Unde & duas commutationes &c.

NUM. DCCCCLXIV.

Commutatio inter Waldonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Heimbertum.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque prædictus venerabilis Epiſcopus eidem nobili viro ex parte Eccleſiæ ſuæ unà cum Advocato ſuo nomine Jacob in proprietatem habendum in loco, qui dicitur Penninpruna de ſilva jugerum I. de pratis carradam I. Econtra verò in reconpenſatione harum rerum dedit præfatus nobilis vir eidem Epiſcopo ad ſedem ſuam poſſidendum in loco, qui dicitur ad Piparpah de arabili terra jugera II. lucum I. & de pratis carradas III. Unde & duas &c.

NUM. DCCCCLXV.

Commutatio inter Waldonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Otker.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque prætitulatus Epiſcopus unà cum Advocato ſuo nomine Jacob eidem nobili viro ex parte Eccleſiæ ſuæ in proprietatem habendum in loco, qui dicitur Tutinhuſa de pratis carradam I. Econtra vero in reconpenſatione hujus rei dedit præfatus nobilis vir eidem Epiſcopo ex parte hereditatis ſuæ ad Sedem ſuam habendum in eodem loco dupliciter. Unde & duas &c.

NUM. DCCCCLXVI.

Commutatio inter Waldonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Hantvvinum.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque præſcriptus venerabilis Epiſcopus eidem nobili viro in loco noncupato Pritilinpah ad curtiferum duas partes unius jugeri, & pratis carradas V. in proprietatem firmiter poſſidendum nullo inpediente. Econtra vero in reconpenſatione talis rei remenſuravit idem Hantvvinus eidem Epiſcopo in eodem loco pro curtifero duplum, pro pratis equaliter. Unde & duas &c.

NUM. DCCCCLXVII.

Commutatio inter Waldonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Nothardum.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque præſcriptus laudabilis Epiſcopus eidem nobili viro unà cum Advocato ſuo nomine Jacob ex parte Eccleſiæ ſuæ in proprietatem habendum ad Puopinhouun de pratis carradas II. Econtra verò in reconpenſatione hujus rei dedit præfatus nobilis vir eidem Epiſcopo ad Sedem ſuam habendum in loco nominato Pettinpah de pratis carradas III. Unde & duas &c.

NUM.

Digitized by Google

NUM. DCCCCLXVIII.

Commutatio inter Waldonem Epiſcopum, & quendam Archipresbyterum ſuum nomine Kundpato.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque prædictus venerabilis Epiſcopus unè cum Advocato ſuo Jacobo eidem Archipresbytero ex parte Eccleſiæ ſuæ in proprietatem habendum in loco, qui dicitur Zollinga curtiferum I. ac de arabili terra hobam I. & de pratis carradas V. Et econtra in reconpenſatione harum rerum dedit præſcriptus Archipresbyter cum Advocato ſuo nomine Riholf ex parte proprietatis ſuæ venerabili Epiſcopo ad ſuam retinere Eccleſiam in eodem loco Zollinga nominato curtiferum I. ac de arabili terra hobam I. & de pratis carradas V. Unde & duas &c.

NUM. DCCCCLXIX.

Commutatio inter Waldonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Hantuni.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque præfatus Epiſcopus eidem nobili viro ex parte Eccleſiæ ſuæ unà cum Advocato ſuo nomine Jacob ad Pritilinpah dimidium jugerum, de pratis carradas V. Econtra vero in reconpenſatione hujus rei dedit præſcriptus nobilis vir eidem Epiſcopo in eodem loco jugerum I. de pratis carradas V. Unde & duas &c.

NUM. DCCCCLXX.

Commutatio inter Waldonem Epiſcopum, & quendam Abbatem nomine Johannem.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque laudabilis Epiſcopus cum ſuo Advocato nomine Jacobo eidem Abbati de parte Eccleſiæ ſuæ in proprietatem habendum jugerum I. in loco, qui dicitur Ruodolveshuſir. Et econtra in reconpenſatione hujus jugeri dedit ſupra vocatus Abba, & Advocatus ſuus Alpolfus eodem Epiſcopo jugerum I. in loco, qui dicitur ad Walde. Unde & duas &c.

NUM. DCCCCLXXI.

Commutatio inter Waldonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Irminheri.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque prætitulatus Epiſcopus eidem nobili viro ex parte Eccleſiæ ſuæ unà cum Advocato ſuo nomine Reginheri ad Strazloh curtiferum dimidium in proprietatem habendum. Econtra vero in reconpenſatione hujus rei dedit prætitulatus nobilis vir eidem Epiſcopo ad Eccleſiam retinendum in eodem loco curtiferum I. & jugerum I. Unde & duas &c.

Digitized by Google

NUM. DCCCCLXXII.

Commutatio inter VValdonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Heimbertum.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque prætitulatus Epiſcopus eidem nobili viro mancipium I. nomine Adalsuind. Econtra verò in reconpenſatione hujus ancillæ mancipia II. nomine Frovvini, Adalhart. Unde & duas &c.

NUM. DCCCCLXXIII.

Commutatio inter Waldonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Heimbertum.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque prædictus Epiſcopus eidem nobili viro ex parte Eccleſiæ ſuæ unà cum Advocato ſuo nomine Jacob in loco nuncupato Penninprunna de pratis carradas III. de ſilvula jugerum I. Econtra vero in reconpenſatione hujus rei dedit præſcriptus nobilis vir eidem Epiſcopo ad Piparpah jugera II. de pratis carradas V. Unde & duas &c.

NUM. DCCCCLXXIV.

Comutatio inter VValdonem Epiſcopum, & quendam nobilem Diaconum nomine Willibertum.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque prædictus venerabilis Epiſcopus eidem nobili Diacono unà cum Advocato ſuo nomine Jacob ex parte Eccleſiæ ſuæ in proprietatem habendum in loco, qui dicitur Chemperc jugera III. ad Rihpoldeschirihon jugera III. ad Eika ſimiliter, ad Chuninhuſon jugera II. Econtra verò in reconpenſatione harum rerum dedit prædictus Diaconus eidem venerabili Epiſcopo unà cum Advocato ſuo nomine Job ad Eccleſiam retinendum in loco, qui dicitur Marcilinga curtiferum dimidium, & jugera XI. Unde & duas&c.

NUM. DCCCCLXXV.

Commutatio inter VValdonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Dietrih.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque prædictus laudabilis Epiſcopus eidem nobili viro ex parte Eccleſiæ ſuæ in proprietatem habendum in loco, qui dicitur ad Puohhe curtiferum I. de arabili terra jugera XXX. de pratis carradas X. de ſilva jugera VIII. Econtra verò in reconpenſatione harum rerum dedit preſcriptus vir nobilis ad Eccleſiam retinendum in loco, qui dicitur ad Urinhuſum curtem, pomerium I. de arabili terra jugera XXX. de pratis, & de ſilva, quicquid ibi habuit. Unde & duas &c.

NUM. DCCCCLXXVI.

Commutatio inter Waldonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Ratolt.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque prædictus venerabilis Epiſcopus eidem nobili viro ex parte Eccleſiæ ſuæ unà cum Advocato ſuo Jacobo in proprietatem habendum in loco, qui dicitur Rincbah partem unius

Digitized by Google

unius curtiferi, ac de arabili terra jugera XIIII. & de pratis jugerum I. & in alio loco de beneficio Kerhardi Presbyteri, qui dicitur ad Bellinhuſun partem quandam unius curtiferi, de arabili terra jugera VI. Et econtra in reconpenſatione harum rerum dedit prænominatus nobilis vir venerabili Epiſcopo, & Advocato ſuo Jacobo ad ſuam retinere Eccleſiam, & jure hereditario poſſidendum in duobus locis de arabili terra, ac pratis equali modo menſuratis. Unde & duas &c.

NUM. DCCCCLXXVII.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit inter venerabilem Waldonem Frigiſingenſis Eccleſiæ Epiſcopum, nec non & Zachariam Epiſcopum quandam commutationem facere, ſicut & fecerunt. Dedit itaque prædictus Waldo Epiſcopus cum Advocato ſuo Jacobo eidem Epiſcopo Zachariæ, & vocato ſuo Pettone de beneficio Ratoldi Diaconi loco ad Sindeoëshuſun nominato de arabili terra jugera VI. Et econtra in reconpenſatione hujus rei dedit prædictus Zacharias Epiſcopus uná cum Advocato ſuo Pettone laudabili Epiſcopo Waldoni, & Advocato ſuo præſcripto ad Talahuſun de arabili terra jugera VI. Unde & duas &c.

NOTA.

Zachariam Epiſcopum. fortè Sabionenſem ſeu Brixinenſem. Certè ejus nominis Sabionenſem Epiſcopum convixiſſe Waldoni noſtro diſcimus ex *Metropoli* Hundij *Tom. I.* in *Catalogo Epiſcoporum Brixinenſium &c.* vide ſupra *N. 910.*

NUM. DCCCCLXXVIII.

Commutatio inter Waldonem Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Cotaſcalcum.

IN nomine Dei æterni. Placuit, &c. Dedit itaque laudabilis Epiſcopus cum Advocato ſuo Jacobo, & cum conſilio Canonicorum Laicorùmque ſuorum eidem nobili viro ad Unninhuſun Eccleſiam unam, & decimam de Unninhuſun ad Heminhuſun pertinentem in proprietatem habendum. Econtra verò in reconpenſatione ſupra dictarum rerum dedit idem nobilis vir eidem Epiſcopo ad Sedem ſuam retinendum ad Sulzreinne curtiferum unum. Unde & duas &c.

NUM. DCCCCLXXIX.

NOtum ſit omnibus hujus Sedis Præſulibus, ceteríſque fidelibus, quòd Waldo venerabilis Epiſcopus, & Einhart nobilis Laicus quandam conplacitationem nullo contradicente potenti manu pro ſe, ſuiſque parentibus, quicquid proprietatis ad Prunnun habuit, & ſtatim domo Dei & Epiſcopo, ſuoque Advocato Jacobo dimiſit, ea videlicet ratione, & tenore, quatenus beneficium quod de domo Dei ad Munirinchingun habuit, uſque in finem vitæ ſuæ ei habere nullo inrumpente inconcuſsè licuiſſet. Poſt obitum verò ſuum & proprium, quod domo Dei tradidit, & beneficium, quod econtra accepit, ad domum Dei, & ad Rectores illius Eccleſiæ ævo tempore pertineant, & inſuper merces æterna ſuccreſcat. Iſti ſunt, qui hoc coram requiem Sanctæ Mariæ, Sanctíque Corbiniani & audierunt, & viderunt, & per aures tracti ſunt: Cotahelm, Ruodperht, Engilhart &c.

NOTA.

Coram requiem. nempe coram altari S. Mariæ, juxta modum loquendi Boijs ſimplicioribus etiamnum uſitatum. Hier raſſtet St. Martin, St. Jörg ꝛc.

NUM. DCCCCLXXX.

NOtum ſit omnibus præſentibus ſcilicet, & futuris partibus Carantaniæ conſtitutis, qualiter quidam nobilis vir nomine Georgius perveniens ad venerabilem Waldonem Frigiſigenſis Eccleſiæ Epiſcopum ad Weride loco nominato, cogitans aliquid evangelici implere præcepti, dicente Domino: date terrena, ut mercatis æterna. Inde divina Chriſti conpunctus clementia perveniens ad locum prætitulatum, qui proprio nomine ad Weride vocitatur, ubi Sanctorum Martyrum Chriſti Primi & Feliciani corpora requieſcunt, tradidit jure hereditario in capſam ſupra ſcriptorum electorum Dei ipſo videlicet venerabili Epiſcopo traditionem accipiente, quicquid in ſummitate loci ipſius Heimo filius Witagovonis ſuæ ſorori nomine Tunza tradidit in proprietatem, quæ & ipſa ipſius Georgij Uxor legitima fuit, ut ſtatim deinceps præſcriptus Rector Sanctæ Dei Eccleſiæ ad utilitatem domus Dei poteſtatem habuiſſet poſſidendum cum omnibus ad eundem locum legitimè pertinentibus, hoc eſt territoriis cultis, & incultis, curtiferis, pratis, ſilvis, paſcuis, aquis, aquarúmve decurſibus, mobilibus, & inmobilibus, egreſſibus, & regreſſibus, queſitis, & inquirendis, nil pretermittens, ſed totum, & integrum domo Dei tradidit nullo contradicente, ſed ut perenniter iſta inconvulſa permanſiſſet traditio Rectoribus loci ipſius feliciter poſſidendum, ea itaque firmitate, ac ratione iſta fuit peracta traditio, ut ipſe prædictus vir Georgius, ac Tunza Uxor ipſius poteſtatem habuiſſent ibi Sacro in loco eligendi ſuorum ſepulturam corporum, quandoque Deo viſitante de hoc ſeculo eſſent receſſuri, & ut ibi à Clericis Deo ſervientibus jamborum perpetualiter memoria ſacris in orationibus permanſiſſet. Iſtius traditionis iſti ſunt teſtes: Lantolt, Herilant, Sigivvart, Paldachar, Heimperht, Urolf.

NUM. DCCCCLXXXI.

NOtum ſit omnibus præſentibus ſcilicet ac futuris, qualiter quidam venerabilis vir, cui nomen erat Joſeph divina conpunctus clementia cogitans pro remedio animæ ſuæ domo Dei Frigiſigenſis æccleſiæ quaſdam res tradere, quæ in honore Sanctæ Mariæ eſt conſecrata, ubi Confeſſor Chriſti Corbinianus corpore quieſcit. Inde præſcriptus vir Joſeph perveniens ad dominum Waldonem Epiſcopum ad Stivinna, qui tum temporis Rector iſtius Eccleſiæ fuit, tradidit in manus prætitulati Epiſcopi Waldonis, & Advocati ſui nomine Engilhart indubitanter jure perpetuo nullo contradicente ad domum Dei retinendum quaſdam res proprietatis ſuæ in eodem loco, quas ipſe Joſeph Dominum Epiſcopum hominéſque illorum cavallicando* circumduxit, hoc eſt in ipſa marca de ſuperiori via, quæ ipſa via vadit in duos rivolos, ac deinde uſque ipſi rivuli cadunt in flumen, qui dicitur Stivinna, quicquid ibi intereſt nil prætermittens, quod totum & integrum domo Dei ſucceſſoribus Epiſcoporum tradidiſſet.

* *equitando.*

Denique veró alteram peregit traditionem in eodem loco res proprietatis ſuæ tradidit in manum Domini Epiſcopi, ac præſcripti Advocati ſui Engilhardi, quæ ipſæ res jam olim ab anteceſſoribus ſuis domo Dei tradita fuerunt annuatim illis cenſum perſolvendi de domo Dei eo modo venerabilis vir Joſephi eaſdem tradidit res laudabili Epiſcopo, & Advocato ſuo ad domum Dei, ſuíſque Succeſſoribus retinendum in omni anno illi perſolverent denarium I. ſeu de cera pretium valentis denarij, & ut orationis aſſiduitas, & fidei amicitia talis inter eos fuiſſet, qualis antea manſit inter anteceſſores eorum. Iſti ſunt teſtes per aures tracti: Rathcis, Rihperht, Heiſtolf, Arnolt, Ruodperht, Selprat, Vadillant, Helmrih, Suvidperht. Iſtique homines ſui iſtius traditionis teſtes fecerunt: Abraham, Pezilo, Petto, Seman, Tribagos, alter Abraham, Pretimir, Prozila, Joſeph.

IN-

Inſtrumenta ſub Dracholſo Epiſcopo XII.

NUM. DCCCCLXXXII.

COnſultum enim, & rationabile videtur, ut quicquid eccleſiaſticis, vel ſecularibus negotiis, aut judiciis agatur, ſerie literarum, & teſtimonio nobilium, & veracium virorum ita ligetur, & confirmetur, ne in poſterum ullo modo poſſint diſſolvi, vel corrumpi.

Notum ſit enim Sanctæ Dei Eccleſiæ fidelibus veracibùſque viris, qualiter Dracholſus Frigiſingenſis Eccleſiæ venerabilis Epiſcopus, & Couuo ejusdem Eccleſiæ humilis Chorepiſcopus inter ſe conplacitaverunt, & communi traditione, teſtiúmque conductione, ſicut mos eſt firmaverunt. Remiſit enim idem Chorepiſcopus, & Advocatus ſuus Comes Sigihardus propriam Abbatiolam ſuam, quam coram Rege, & Epiſcopis, atque Comitibus, & ceteris Principibus ſuis, ſicut in cartula exinde præcepto Regis facta ſcriptum eſt, conplacitavit Moſapurg nuncupatam ad Eccleſiam Beatæ Mariæ ſemper virginis, & Sancti Corbiniani Confeſſoris in manus præfati Epiſcopi, & Advocati ſui Kepolfi, ex ratione, & tenore, quatenus ille, quicquid eodem die, vel tempore de Epiſcopatu in beneficium haberet, deinceps uſque in finem mortalis vitæ ſine ulla contradictione, & moleſtia poſſideret. Inſuper verò in eadem Frigiſingenſi villa ejusdem rei cauſa colonias duas cum habitatoribus ſuis, ceterisque appendiciis ad easdem pertinentibus ab eodem Epiſcopo idem Chorepiſcopus in proprietatem accepit. Simili verò modo de eadem Abbatiola Moſapurg dicta curtam unam Humbala vocatam cum omnibus ad illam pertinentibus mobilibus, & inmobilibus, adquiſitis, & adquirendis, nec non & beneficiolum unum pene deſertatum Svvanahiltadorf nominatum. Præterea verò fabrum unum Heironem, & ſcutarium unum Perhtkozum, atque piſtorem unum Linguni dictum, nec non & piſcatorem unum Artheri nominatum, atque de genetio ancillas XII. de orientali verò vino Bauzano illic dato carradas III. Hæc verò conplacitatio facta eſt in Eccleſia Frigiſingenſi in publica ſynodo coram Clero, & aſſtanti populo. Anno verò Domini DCCCCVIII. Idibus Septembris, anno præfati Epiſcopi ſecundo incipiente, Chorepiſcopi verò VI. & incipiente VII. Iſti ſunt teſtes ejusdem conplacitationis, ſicut mos eſt Bajoariorum per aures tracti: Arbo Comes, Sigihard Comes, Wetti Comes, Wolfdregil Comes, & ceteri vaſalli &c.

NUM. DCCCCLXXXIII.

IN nomine Sanctæ, & individuæ Trinitatis. Arnolfus divina ordinante providentia Dux Bajoariorum, & etiam adjacentium Regionum omnibus Epiſcopis, Comitibus, & regni hujus Principibus. Quicquid enim benivolentiæ, & gratiæ erga Dei cultores, noſtróſque, & regni Oratores oſtendimus, totum hoc nobis ad æternæ vitæ augmentum, & præſentis regni adminiculum liquidò credimus eſſe profuturum. Quapropter ſcire vos volumus, quod Chuono fidelis, & aſſiduus Orator noſter videlicet Friſingenſis Eccleſiæ ChorEpiſcopus noſtram interpellavit clementiam, quatenus conplacitationem inter Dracolfum Epiſcopum, & inter ſe factam noſtra auctoritate, & conſcriptione, atque Sigilli concluſione firmaremus. Cujus petitioni, & voluntati ob ejus fidem, & continuam orationem aurem accomodavimus, & viſcera pietatis oſtendimus, & quæ precatus eſt, implere curavimus.

Remiſit enim Chorepiſcopus & Advocatus ſuus Sigihardus propriam Abbatiolam ſuam Moſeburch nuncupatam &c.

Nos verò, ut præfati ſumus, ejus precibus annuentes, juſſimus ei hoc præceptum auctoritatis noſtræ conſcribi, & ut nunc per futura tempora meliùs credatur, & firmiùs obſervetur, Sigilli noſtri impreſſione inſigniri fecimus. Unde volumus, & firmiter ſtatuimus, ut idem Corepiſcopus usque in finem inſtantis vitæ nullo inquietante, vel contradicente, quod conplacuit, feliciter poſſideat, & quod libet ordinabiliter faciat.

NUM. DCCCCLXXXIV.
Commutatio Dracholfi Epiſcopi, & Arnolti nobilis viri.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque prædictus venerabilis Epiſcopus unà cum Advocato ſuo nomine Hartnid ex parte Eccleſiæ ſuæ eidem Arnolfo nobili viro in jus, & hereditatem perpetualiter poſſidendum res domûs Dei in loco Aſinchova nominato, curtam jugera II. & dimidium in menſura habentem, domum, horreum, de arabili terra hobas IIII. & jugera XVIIII. de pratis carradas XXX. de ſilvula jugera XX. Et econtra in reconpenſatione harum videlicet rerum dedit prætitulatus Arnolfus nobilis vir venerabili Epiſcopo, & Advocato ſuo Hartnido ſuam proprietatem in villa, quæ ad Pacharun nominatur perpetualiter poſſidendum Sanctæ Dei Eccleſiæ Rectoribus, hoc eſt curtam jugeribus V. menſuratam, de arabili terra hobas VI. de pratis carradas C. de ſilvula jugera XLIIII. Unde & duas commutationes &c.

NUM. DCCCCLXXXV.

SCiant itaque omnes Eccleſiæ fideles, qualiter Dracholfus Frigiſigenſis Sedis Præſul, & quidam vir nobilis nomine Piligrimus quandam commutationem inter ſe fieri decreverunt, ſicut & fecerunt. Tradidit itaque præfatus nobilis vir ad Eccleſiam Beatæ Mariæ ſemper Virginis, Sanctíque Corbiniani Confeſſoris Chriſti jn manus prædicti Epiſcopi, & Advocati ſui Udalgeri propriam ſuam ancillam Orpurc nominatam cum duobus filiis ſuis. Econtra verò in reconpenſatione eorumdem mancipiorum tradidit idem prætitulatus laudabilis Epiſcopus unà cum Advocato ſuo de parte Eccleſiæ ſupra dicto nobili viro in proprietatem habendam ancillam unam Zeizliup nominatam cum duobus filiis ſuis. Unde & duas &c.

NUM. DCCCCLXXXVI.
Commutatio Dracolfi Epiſcopi, & Adalhochi nobilis viri.

IN nomine Dei æterni. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque prædictus nobilis vir ad Eccleſiam Sanctæ Mariæ, Sanctíque Corbiniani Confeſſoris in manus præfati Epiſcopi, & Advocati ſui Reginberti, quicquid proprietatis habuit ad Artinchirihun, hoc eſt curtiferum I. in longitudine, & in latitudine jugerum II. de arabili terra jugera LXII. de pratis jugera X. de ſilvula jugera XXXV. Ad Studinhuſun verò curtiferum I. jugerum duarum partium, de arabili terra jugera XXX. de pratis jugera III. Inſuper verò ad Rihheresdorf de arabili terra jugera VIII. Econtra autem in reconpenſatione ſupra dictarum rerum tradidit prætitulatus laudabilis Epiſcopus unà cum Advocato ſuo Reginberto eidem nobili viro in loco Milindorf nominato curtiferum cum exitibus, & re-

Digitized by Google

& reditibus in longitudine, & in latitudine jugerum II. de arabili terra jugera C. & I. de pratis jugera XII. de ſilvula XXI. Unde & duas &c.

Statim namque in præſentia ejusdem Epiſcopi, & aliorum, qui aderant ipſe Adalhoh tradidit eandem proprietatem, quam de Epiſcopo redimerat, cuidam fabro Onpold nominato, & cum ejusdem teſtibus confirmavit. Iſti ſunt teſtes ejusdem conplacitationis ſcilicet, & traditionis, ſicut mos eſt, per aures tracti: Reginperht, Arnolt, Crimperht, Helmperht, Udalger, Pernvvini, Iſſo, Pernhart, Folcmar, Otolt.

NUM. DCCCCLXXXVII.
Commutatio Liutheri ſervi Eccleſiæ.

NOtum ſit omnibus Eccleſiæ fidelibus, quomodo Drahcholfus Frigiſingenſis Eccleſiæ Epiſcopus, & quidam legitimus ejusdem Eccleſiæ ſervus, quem Hiltiſcalh dicunt, nomine Liutharius quandam commutationem inter ſe fieri voluerunt. Dedit itaque præfatus venerabilis Epiſcopus eidem Liuthario in loco, qui dicitur Chienperg ex parte Eccleſiæ ſuæ cum Advocato ſuo Kepolfo coloniam unam, hoc ſunt jugera XXVI. & de pratis carradas X. atque curtiferum unum cum pomario, & ſilvulam ritè ad eundem curtiferum pertinentem. Deinde viſum eſt eidem Epiſcopo, ſuiſque fidelibus, eandem commutationem ſine peccato ita conſtare non poſſe, & ſuper priorem commutationem auxit illi curtiferum unum cum pomario, & in unaquaque aratura jugera X. & de pratis carradas X. & veſtire eum per ſuos Miſſos juſſit. Econtra verò in reconpenſatione earundem rerum dedit idem Liutharius eidem Seniori ſuo Epiſcopo, & Advocato ſuo Kepolfo in loco, qui dicitur Ehinga proprietatem ſuam, quam illi anteceſſores ſui nullo contradicente relinquerunt, hoc eſt curtiferum unum ſepe circumdatum, atque domum, & horreum, & fontem ſalientem, & cetera utenſilia, atque etiam colonias V. ad unamquamque jugera XC. pertinentia, & de pratis carradas L. Unde & duas commutationes &c. Iſti ſunt teſtes hujus traditionis: Couuo chorepiſcopus, Froimunt, Kerperht, Kerhart, Erhart, Altman, Eparmunt, Lantperht, Eparuni, Ruodker, Frieſo, Marchuni, & ceteri Clerici. Arnolf, Pervvin, Herilo, Waninc, Witichi, Waldman, Otmar, Aripo, Diotolt, Faſtheri, Fridolt, Kerhart, atque tota ſimul familia.

NUM. DCCCCLXXXVIII.
Commutatio Draholfi Epiſcopi, & Teutoni nobilis viri.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque præfatus venerabilis Epiſcopus eidem nobili viro de rebus Eccleſiæ unà cum Advocato ſuo Kepolfo in loco, qui dicitur Hac de pratis jugerem I. Econtra vero in reconpenſatione ejusdem rei dedit præſcriptus nobilis vir eidem venerabili Epiſcopo in eodem loco de proprietate ſua de pratis jugeres III. Et ut hæc commutatio firma permaneat, teſtes per aures traximus, quorum nomina ſunt Cotaſcalc, Krimperht, Uto, Peratolt.

NUM.

NUM. DCCCCLXXXIX.

Commutatio Dracholfi Epiſcopi, & Engilſcalchi Archipresbyteri.

AGnoſcant igitur omnes Eccleſiæ fideles, natúque principes, qualiter Dracholfus Frigiſingicæ Sedis venerabilis Epiſcopus, & Engilſcalh ejusdem Eccleſiæ ArchiPresbyter quandam commutationem inter ſe fieri decreverunt, ſicut & fecerunt. Tradidit itaque prædictus Engilſcalh unà cum Advocato ſuo Iſangrim nominato ad Eccleſiam Beatæ Mariæ ſemper Virginis, Sanctíque Corbiniani Confeſſoris in manus præfati Epiſcopi, Advocatíque ſui Reginperti in loco, qui dicitur Rumaneshuſun de parte ſuæ proprietatis cum exitibus, & reditibus curtiferum unum, & jugerum I. Econtra verò tradidit idem prætitulatus laudabilis Epiſcopus cum ſupra dicto Advocato ſuo de parte Eccleſiæ ſuæ in villa, quæ dicitur Rota eidem Engilſcalcho in manus prænominati Advocati ſui curtiferum I. cum exitibus, & reditibus in proprietatem habendum, & exinde quicquid libuerit faciendum. Idcirco & duas commutationes &c.

Inſtrumenta ſub Wolframo

Epiſcopo XIII.

NUM. DCCCCXC.

Traditio Perchuſen.

AD noticiam, & exemplum Chriſti fidelium certum ſit omnibus, quod felicis memoriæ Wolframus hujus Sedis Epiſcopus prædium ſuum apud Perchuſen, ſcilicet curtiferum cum hoba I. tradidit ad altare Sancti Pancratij in cripta, tali conditione, ut aliquis de fratribus in obedientia illud ſuſcipiens, Miſſas, prout ſit poſſibiliter, celebret, vel celebrari faciat ad idem altare, nec non in anniverſario præfati Pontificis die congruum fratribus exhibeat ſervitium.

NUM. DCCCCXCI.

INter omnes hujus mundi varietates magna eſt neceſſitas, atque cautio, ut quicquid de eccleſiaſticis vel ſecularibus negotiis agatur, ſerie literarum, & firmitate veracium teſtium ita ligetur, & firmetur, ne in poſtmodum ab ullo poſſit diſſolvi, vel mutari. Quapropter noverint omnes in Chriſto fideles, qualiter Wolfhrammus venerabilis Frigiſigenſis Eccleſiæ Epiſcopus, & quidam nobilis vir nomine Diothram quandam inter ſe commutationem fieri voluerunt, ſicut & fecerunt. Tradidit itaque prædictus nobilis vir ad Eccleſiam beatæ Mariæ ſemper Virginis, Sanctíque Corbiniani Confeſſoris in manus præfati Epiſcopi accipiente una Advocato ſuo Kepolfo ad Kerhiltihuſun curtifera III. hobas II. jugera XXXI. de pratis carradas XXIIII. Inſuper ad Adalhereshuſun curtiferum I. jugera X. de pratis carradas IIII. Econtra verò in reconpenſatione ejusdem proprietatis tradidit idem laudabilis Epiſcopus cum prædicto ſuo Advocato eidem nobili viro de parte Eccleſiæ ſuæ ad Rehpach curtifera II. hobas II. jugera XXXI. de pratis carradas XXIIII. in proprietatem habendum, & exinde quicquid libuerit faciendum. Et ut hæc commutatio firmior habeatur; & per futura tempora veriùs credatur teſtes, qui infra ſcripti ſunt, ſicut mos eſt, per aures traxerunt. Arnolf, Krimperht, Atto, Kotaſcalc &c.

Digitized by Google

NUM. DCCCCXCII.

Commutatio Wolfbrammi Epiſcopi, & Marahwarti nobilis viri.

INter omnes hujus mundi varietates &c. Tradidit itaque prædictus nobilis vir ad Eccleſiam Beatæ Mariæ ſemper Virginis, Sanctíque Corbiniani Confeſſoris in manus præfati Epiſcopi accipiente unà Advocato ſuo Kepolfo, quicquid proprietatis habuit ad Izeilingun cum queſitis, & inquirendis. Inſuper verò ad Terremareſchirichun hobas II. & quicquid ibi habuit. Econtra verò in reconpenſatione ejuſdem proprietatis tradidit idem laudabilis Epiſcopus cum prædicto ſuo Advocato eidem nobili viro de parte ſuæ Eccleſiæ, quicquid habuit ad Helmunesdorf excepta una ſilva in ſeptentrionali flumis parte jacenti in proprietatem habendum, & exinde quicquid libuerit faciendum. Et ut hæc commutatio &c.

NUM. DCCCCXCIII.

Commutatio inter Wolframum Epiſcopum, & Arnoldum Laicum.

NOverit igitur cunctorum induſtria nobilium, qualiter Wolframus Epiſcopus, & quidam nobilis vir nomine Arnolt quandam fieri inter ſe commutationem decreverunt. Tradidit itaque prædictus nobilis vir ad Eccleſiam Sanctæ Mariæ, Sanctíque Corbiniani Confeſſoris in manus præfati Epiſcopi, & ſui Advocati Ratolti unam ancillam nomine Sundarhilt. Econtra verò prædictus Epiſcopus ejusque Advocatus eidem nobili viro de parte Eccleſlæ ſervum I. nomine Kerhart natum de beneficio, quod vocatur Ruodineshova in proprietatem tradiderunt. Et ut hæc commutatio firmior habeatur, & veriùs credatur, teſtes, qui infra ſcripti ſunt, ficut mos eſt, per aures traxerunt: Adahoh, Meginhart, Koteſchalh, Helmperht, Peranher, Wolcmar, Reginheri.

NUM. DCCCCXCIV.

Commutatio inter Wolframum Epiſcopum, & Herilonem ſervum.

JUſtum namque, & rationabile videtur, ut quicquid de æccleſiaſticis, vel ſecularibus negociis agatur, ſerie litterarum, & firmitate veracium teſtium ita ligetur, & firmetur, ne in poſtmodum ab ullo poſſit diſſolvi, vel mutari. Noverint igitur omnes in Chriſto fideles, qualiter Uvlframus Frigiſigenſis æccleſiæ Epiſcopus, & quidam ejusdem æccleſiæ proprius ſervus, nomine Herilo, quandam inter ſe commutationem facere decreverunt, ſicut & fecerunt. Tradidit itaque prædictus Herilo ad Eccleſiam beatæ Mariæ ſemper Virginis, Sanctíque Corbiniani Confeſſoris in manus præfati Epiſcopi, & Advocati ſui Kepolfi talem proprietatem, qualem illi quidam Comes nomine Waltilo in proprietatem tradidit in villa, quæ dicitur Nuivara, id eſt curtifera novem, & tres colonias, & ad unamquamque de terra arabili jugera LX. Inſuper de fructifera ſilva jugera LX. & de pratis ad C. carradas. Econtra verò in reconpenſatione ejusdem proprietatis idem laudabilis Epiſcopus unà cum predicto ſuo Advocato cum conſilio ſuorum fidelium de parte ſuæ Eccleſiæ tradidit Heriloni eidem ad Haſalpah curtifera duo, colonias duas ejusdem menſuræ id eſt ad utramque de arabili terra jugera LX. præterea de ſylvula jugera XL. & de pratis ad LXX. carradas. Unde & duas commutationes &c.

Digitized by Google

NUM. DCCCCXCV.

Commutatio Wolframi Epiſcopi, & Kerimi nobilis viri.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque laudabilis Epiſcopus ex parte Eccleſiæ ſuæ unà cum Advocato ſuo Ratoldo eidem nobili viro quandam partem curtiferi, hoc eſt dimidium agrum in proprium habendum cum exitibus, & reditibus, paſcuis. Econtra vero tradidit præſcriptus nobilis vir in manus præfati Epiſcopi plenum agrum ex proprietate ſua jacente in campo ad Eccleſiam retinendum. Unde & duas &c.

NUM. DCCCCXCVI.

Commutatio Wolframi Epiſcopi, & Meginhardi nobilis viri.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Tradidit itaque prædictus nobilis vir ad Eccleſiam Sanctæ Mariæ in manus Epiſcopi, & Advocati ſui Ratoldi mancipia tria ſic nominata: Redvih, Sigimar, Adalhart. Econtra vero in reconpenſatione eorundem mancipiorum laudabilis Epiſcopus cum manu preſcripti ſui Advocati de parte Eccleſiæ cum conſenſu ſuorum fidelium tradidit prefato nobili viro in proprium duo mancipia ita nominata: Ellanhart, Herolf. Unde & duas commutationes &c.

NUM. DCCCCXCVII.

NOverit igitur cunctorum induſtria nobilium præſentium ſcilicet, & futurorum, qualive Vulframus Epiſcopus cum ſuo vaſallo Heriperht nominato cujusdam commutationis ſe coadunavit, quam & perpetravit. Tradidit itaque prænominatus nobilis vir ad Eccleſiam Sanctæ Mariæ, Sanctíque Corbiniani Confeſſoris Chriſti accipiente præfato Epiſcopo, & ejusdem Eccleſiæ Defenſori Ratolt IIII. mancipia ita nominata: Rihpold, Cundheri, Zeizila, Zambilt. Dum verò idem laudabilis Epiſcopus cum conſenſu fidelium Clericorum ſcilicet, atque Laicorum, qui tunc fuerant in præſentia de parte Eccleſiæ cum prædicti manu Defenſoris in prædictorum vice mancipiorum eidem nobili viro tria tradidit mancipia ſic nominata: Herilo, Helmrih, Rihni in proprietatem habendum. Et ut hæc commutatio veriùs ab omnibus credatur, teſtes, ſicut mos noſtrorum fuit anteceſſorum per aures traxerunt. Reginperht, Amalgoz, Kotaſcalh &c.

NUM. DCCCCXCVIII.

Commutatio Wolframi Epiſcopi, & Willihelm nobilis viri.

NOtum ſit cunctis fidelibus, quod Vulframus Epiſcopus, & quidam nobilis vir Willihelm quandam commutationem fecerunt. Willihelm ad Eccleſiam tradidit mancipia II. Perahtuni, & Irminsvvind, Econtra accepit ancillam nomine Cozlind. Iſti ſunt teſtes: Reginperht, Papo, Hartvvic, Othalm, & alij multi.

NUM.

Digitized by Google

NUM. DCCCCXCIX.

Commutatio Wolframi Epiſcopi, & Iſangrimi nobilis viri.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque idem prædictus nobilis vir in manus præfati Epiſcopi, & Advocati ſui Ratolti pratam unam prope locum, qui Wihſa dicitur ſitam ad Eccleſiam Dei retinendam. Econtra namque in reconpenſatione prædictæ rei idem laudabilis Epiſcopus cum Advocato ſuo Radoldo eidem præſcripto nobili viro alteram pratam æquali modo menſuratum in ipſo campo in proprietatem tradidit habendum. Unde & duas commutationes &c. Iſti ſunt teſtes ejuſdem commutationis: Zacco, Engilperht Comes, Erchanfrid, Papo &c.

NUM. M.

VOlumus enim dinoſcere cunctarum nobilium Perſonarum, & ignobilium præſentium ſcilicet, & futurorum prudentiam, quia Vulframus Frigiſingenſis æccleſiæ Epiſcopus quandam conplacitationem cum conſilio, & conſenſu omnium Clericorum, atque Laicorum ad eandem Sedem pertinentium cum cuidam nobili viro Adalhoch nominato, & Uxore ejus definivit facere, ſicut & perpetravit. Tradidit igitur prædictus nobilis vir, quicquid propriæ hereditatis habuit ad Rechpach ad altare beatiſſimæ Virginis Mariæ in manus præfati Epiſcopi, & Advocati ſui Ratolfi ævis temporibus habendum in proprietatem cum mancipiis XII. id eſt Heripold, Heindio, Merigis, Adalger, Froigis, Hugipold, Dancholf, Lantfrid, Richpolt, Hiltigart, Plidmuot, Sindhilt, & quicquid deinceps genuerunt, omnibúsque rebus juſtè legitiméque ad eas pertinentibus. Econtra namque præſcriptus Epiſcopus unà cum ſuo Advocato Ratolfo de rebus Sanctæ Mariæ, atque de beneficio prædicti Adalhohi tria loca, id eſt Priſinga, Nidirindorf, Kerhaltahuſa ipſo prænominato nobili viro, atque Uxori ejus cum omnibus rebus juſtè, atque legitimè ad eas pertinentibus in proprietatem tradidit uſque in finem vitæ amborum, eo modo, ut poſt obitum illorum nullus de domo Sanctæ Mariæ abſtrahere ipſas prædictas res poteſtatem habeat. Atque exinde teſtes traxerunt per aures. Adalperht, Crimperht, Meginhart &c.

NUM. MI.

Commutatio Wolframi & Kotahelmi nobilis viri.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque prædictus venerabilis Epiſcopus unà cum Advocato ſuo Ratolt nuncupato in loco, qui dicitur Perachircha de arabili terra jugera X. eidem nobili viro in proprietatem habendum. Econtra verò in reconpenſatione ejuſdem commutationis dedit idem nobilis vir in manus præfati Epiſcopi, & Advocati ſui Ratoldi in loco, qui dicitur Pachara de arabili terra jugera XII. ad eandem prædictam Eccleſiam retinendum. Unde & duas &c.

NUM. MII.

NOverit igitur cunctorum induſtria nobilium, qualiter venerabilis Wolframus Epiſcopus, & nobilis quidam vir Meginhart nomine communis ſe coadonaverunt commutationis. Tradidit itaque prædictus nobilis vir ad Eccleſiam Sanctæ Mariæ, Sanctique Corbiniani Confeſſoris in manus præfati Epiſcopi, & ſui Advocati Attonis ad Hammareshuſun duæ ſorores Alasuind, & Erchan-

Digitized by Google

Erchanhilt cum pratis, & curtiferis, ſilvis coloniam I. & jugera VII. talem proprietatem, qualem illi tradiderunt. Econtra verò pro ejuſdem proprietatis mercede laudabilis Epiſcopus cum præſcripto Advocato eidem nobili viro hobam I. in proprietatem habendum ad Hangentinpurun tradidit ſcilicet ad Sliorte pertinentem, & exinde quicquid libuerit faciendum. Et ut hæc commutatio &c.

NUM. MIIII.

NOtum ſit omnibus in tempore præſenti conſiſtentibus, & in futuro ſupervenientibus commutatio, quæ inter Epiſcopum Frigiſingenſem, & quendam liberum hominem facta. Prænominatus ergo vir tulit IIII. mancipia proprij ſui juris iſtis nominibus dicta: Reginperht, Zelabo, Adalhart, Imuza, & tradidit in manus præſcripti Præſulis & Advocati ſui nomine Ratolti. Econtra autem præfatus Antiſtes Advocati ſui cum conſenſu, aliorúmque fidelium ſuorum tradidit eidem homini ingenuo duo mancipia Job, & Anthalm, qui pertinebant ad locum, qui dicitur Intiha &c.

NUM. MIV.

Commutatio Wolframi Epiſcopi, & Hirmanhardi nobilis viri.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque prætitulatus Epiſcopus eidem prænominato nobili viro mancipia IIII. cum manu Advocati ſui Attonis nomine Kerlindam cum filiis ſuis tribus in proprietatem habendum. Econtra vero in reconpenſatione hujus rei tradidit præſcriptus nobilis vir prænominato venerabili Epiſcopo Ellanhildam unà cum tribus filiis ſuis ad Sedem ſuam in proprietatem poſſidendum &c.

NUM. MV.

IN nomine Domini noſtri Jheſu Chriſti ſciant omnes Eccleſiæ fideles, qualiter Wolframus Frigiſingenſis Eccleſiæ glorioſus Epiſcopus, & quidam nobilis vir Waltrich nominatus quandam conplacitationem inter ſe fieri voluerunt, ſicut & fecerunt. Tradidit itaque prædictus nobilis vir ad Eccleſiam Sanctæ Mariæ, Sanctíque Corbiniani in manus præfati Epiſcopi, & Advocati ſui Ratoldi ſervum I. Adalger nominatum pro quadam conplacitatione, ut hic ſubſertur. Econtra verò prædictus laudabilis Epiſcopus cum manu jam dicti ſui Advocati ſimul cum conſilio ſuorum fidelium de parte Eccleſiæ tradidit eidem nobili viro in loco, qui dicitur minor Pahchara, & tunc beneficium fuit eiſdem nobilis viri curtiferum cum omnibus ædificiis, & medietatem ejuſdem beneficij. Inſuper vero mancipia tria, quorum nomina ſunt, Engilrih, Engilmuot, Ellinfrit, hæc omnia tradidit Epiſcopus nobili viro, ea duntaxat coadunatione, ut ſervum, quem dedit, & cuncta, que accepit, abſque ulla contradictione uſque ad finem exitûs ſui in proprietatem habeat; poſt exitum verò ejus prædictæ res, & cuncta, quæ idem nobilis vir in prædicto loco poſſideat, ad æccleſiam redeant. Et ut hæc conplacitatio firmior habeatur, & veriús credatur, cum cartis, & teſtibus, qui infra ſcripti ſunt, ſicut mos eſt confirmaverunt. Iſti ſunt teſtes: Folrat, Kotahelm, Erchanpold, Managolt, Uuodalrih & alij multi.

Digitized by Google

NUM. MVI.

SCiant omnes nobiles viri, qualiter Frigiſingenſis æccleſiæ Præſul cum uno nobili viro unam commutationem facere decrevit, & ſic fecit. Tradidit namque prædictus Præſul unà cum ſuo Advocato de rebus Eccleſiæ II. mancipia Kerſlat, & Ruodlind dicta Iſanhardo in proprietatem habere. Econtra verò prænominatus nobilis vir Iſanhart ad Eccleſiam Sancti Corbiniani II. mancipia Peratheri, Frauvilo tradidit æternaliter ibi ſerviendum, eo tenore, ut futuris temporibus iſta commutatio firma, & ſtabilita permaneat &c.

NUM. MVII.

Commutatio Wolframi Epiſcopi, & Adalhochi nobilis viri.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque idem nobilis vir in loco Fiot nominato, quicquid Petto ibi proprietatis habere videbatur præſcripto venerabili Epiſcopo ad Sedem ſuam retinendum. Econtra verò in reconpenſatione earumdem rerum dedit prætitulatus venerabilis Epiſcopus cum Advocato ſuo Reginperto ad Lerun tantum de arabili terra, quantum hîc acceperunt. Unde & duas &c.

NUM. MVIII.

Commutatio VVolframi Epiſcopi, & Sigimuot nobilis viri.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque prædictus venerabilis Epiſcopus uná cum ſuo Advocato videlicet Ratolto eidem nobili viro in loco, qui dicitur Eccinperc, quantum cum ſepe, & in poteſtate de domo Dei haberet circumſeptum eidem vir. Econtra in reconpenſatione idem nobilis vir ſuæ proprietatis dupliciter in illo loco tradidit in manus præfati Epiſcopi, & Advocati ſui præſcripti. Unde & duas &c.

NUM. MIX.

Commutatio VVolframi Epiſcopi, & Meginhardi cujusdam militis.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Tradidit itaque eidem nobilis vir ad requiem Sanctæ Mariæ in manus præfati Epiſcopi, & Advocati ſui Ratolti, hoc eſt inter Paccharum, & Smidaheimum colonias II. & ancillam unam Richilt nominatam perpetualiter utendum. Econtra verò præſcriptus Epiſcopus uuà cum Advocato ſuo eidem nobili viro de parte Epiſcopij ſui, hoc eſt de Yſana coloniam I. ancillàmque I. Ellinſuind nominatam dedit habendum, eo modo, ut uterque, quod ab altero accepit, teneat &c.

NUM. MX.

Commutatio Kepolfi, & VVolframi Epiſcopi.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque prædictus laudabilis Epiſcopus ex parte æccleſiæ ſuæ unà cum Advocato ſuo nomine Erchanperht eidem nobili viro quandam ancillam Tagini cum filia ſua noncupatam in proprium habendum. Econtra verò tradidit præſcriptus nobilis vir in

Digitized by Google

manus præfati Epiſcopi, & jam dicti ſui Advocati propriam ſuam ancillam Engilsuint nominatam cum filio ſuo ad Eccleſiam retinendam. Unde & duas &c.

NUM. MXI.

Commutatio VVolframi Epiſcopi, & Rapoti nobilis viri.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque prædictus venerabilis Epiſcopus unà cum Advocato ſuo Adalhoh nominato de parte Eccleſiæ ſuæ prædicto nobili viro IIII. mancipia ſic nominata: Otrud, Ruodmunt, Sigipero, Otperht in proprietatem habendum, & quicquid libuerit exinde faciendum. Econtra vero in reconpenſatione earundem mancipiorum dedit præticulatus nobilis vir in manus præfati Epiſcopi, & Advocati ſui totidem mancipia ſic nominata: Kerhilt, Adalperht, Herivvart, Sigini ad Eccleſiam Sanctæ Mariæ, Sanctíque Corbiniani perpetualiter retinendum. Unde & duas &c.

NUM. MXII.

VOlumus enim dinoſcere cunctarum nobilium perſonarum, & ignobilium, præſentium ſcilicet ſeu futurorum prudentiam, quia Wolframus Frigiſingenſis Eccleſiæ Epiſcopus quandam conplacitationem cum conſilio, & conſenſu ſuorum fidelium ad eandem ſedem pertinentium cum quodam nobili viro Wolfolt nominato, & Uxore ejus Regini nuncupate facere definivit, ſicut & perpetravit. Tradidit itaque prædictus nobilis vir, quicquid proprietatis habuit ad Pipurc ad altare beatiſſimæ Virginis Mariæ in manus præfati Epiſcopi, & Advocati ſui, videlicet Ratolti poſt amborum exitum in proprietatem habendum cum duobus mancipiis Waltperht, & Cundrat nominatis. Econtra verò præſcriptus Epiſcopus cum Advocato ſuo Ratolfo de rebus Sanctæ Mariæ, quicquid Engilhart quondam hujus Eccleſiæ vaſallus in prædicto loco in beneficium habuit præfato nobili viro, & Uxori ſuæ in proprietatem habendum cum IIII. mancipiis Zeizheri, Cliſnot, Golni, Amalhilt nominatis cum exitibus, & reditibus, queſitis, & inquirendis, pratis, ac ſilvulis, omnes verò, ut poſt obitum illorum, & ſi fortè in illorum poteſtate IIII. boves inventæ fuerint, & ſus cum IIII. porculis, aut ſi plus eorum poſterus licentiam haberet, id ipſum pro eorum requie, ſicut vellet inpendiſſe. Iſti ſunt teſtes ejusdem permutationis: Aripo, Wolftregil, Erchanpold, Meginhart, Wolfolt, Waltfrid & alij multi.

NUM. MXIII.

Commutatio V Volframi Epiſcopi, & Odolti ſervi Eccleſiæ.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Tradidit itaque prædictus Otolt ad Eccleſiam Frigiſingam in manus præſcripti Epiſcopi, & Advocati ſui Kepolfi in loco, qui dicitur Rincpach de arabili terra hobas II. de pratis jugera X. de ſilva jugera V. & curtiferum ad eundem locum jure pertinentem, quam proprietatem idem Otolt cum permiſſu Epiſcopi propriis ſuis rebus emerat à duobus nobilibus fratribus Iſangrim & Kepolf nuncupatis. Econtra verò in reconpenſatione ejusdem proprietatis tradidit præfatus Epiſcopus cum manu ſui prædicti Advocati cum conſenſu, & conſilio ſuorum fidelium præticulato Otoldo de parte Eccleſiæ in loco Tanhuſa nominato in proprietatem habendum, & quicquid libuerit exinde faciendum ſimiliter de arabili terra hobas II. de pratis jugera X. & de ſilva jugera V. ac curtiferum jugerum duorum in modum. Unde & duas &c.

NUM.

Digitized by Google

NUM. MXIV.

Commutatio Wolframmi Epiſcopi, & Jacobi patris Aribonis de Dachovva, & Sikereshuſun, & Lutrinpah, atque Fidalesdorf.

COnſultum namque, & juſtum videtur, ut quicquid eccleſiaſticis, vel ſecularibus negotiis agitur &c. Tradidit namque prædictus Jacob ad altare Sanctæ Mariæ ſemper Virginis, Sanctíque Corbiniani Confeſſoris in manus præfati Epiſcopi, & Advocati ſui Reginberti, quicquid proprietatis habuit ad Sikereshuſun, & ad Lutrinpah, atque ad Fidalesdorf, & in his tribus locis de arabili terra hobas X. & jugera XVI. cum pratis, & ſilvis jure illo pertinentibus. Econtra verò in reconpenſatione ejuſdem traditionis laudabilis prædictus Epiſcopus cum conſilio, & conſenſu ſuorum fidelium, & cum manu prædicti ſui Advocati tradidit eidem Jacobo de parte æccleſiæ ſuæ in loco Dahovva dicto curtiferum I. æccleſiam I. molam I. de arabili terra colonias VI. & jugera XVI. cum pratis, & ſilvulis omnibus illuc jure pertinentibus.

Inſuper vero tradidit idem Jacob de parte proprietatis ſuæ in loco Wirmopuge dicto pratum I. ad XXV. Karradas in manus ejuſdem Epiſcopi, & Advocati ſui. Atque econtra idem Epiſcopus, & Advocatus ſuus de parte Eccleſiæ de loco Pritilinpah nominato de beneficio Engilſchalchi tradiderunt idem Jacobo pratum I. ad XII. Karradas in loco Viovveida dicto. Iſti ſunt fidejuſſores prædictæ traditionis de parte Epiſcopi Koteſcalch, de parte Jacobi Ratolt. Unde & duas commutationes &c.

NUM. MXV.

VOlumus enim dinoſcere cunctarum nobilium perſonarum, & ignobilium, præſentium ſcilicet ſeu futurorum prudentiam, quia Wolframus Frigiſingenſis Eccleſiæ Epiſcopus quandam commutationem cum conſilio, & conſenſu omnium Clericorum, atque Laicorum ad eandem ſedem pertinentium cum cuidam Archipresbytero ſuo Engilſcalh nominato facere definivit, ſicut & perpetravit. Tradidit itaque prædictus Engilſcalh ad Eccleſiam Sanctæ Mariæ in manus præfati Epiſcopi, & Advocati ſui Ratolti in loco Fiot nominato hopam I. & XIIII. jugera cum curta, & pratis, ac ſilvulis ritè ad eam pertinentibus, & in alio loco Paſinga dicto hopas II. cum curta, & pratis, ac ſilvulis ritè ad eam continentibus, ſimul & decimam de curta inferiori Iſanpach dicta, & ad Strazpach de arabili terra jugera ſex. Econtra prædictus laudabilis Epiſcopus cum præſcripto ſuo Advocato de parte Eccleſiæ tradidit jam dicto Engilſcalcho ſimul accipiente ipſius Advocato, nomine Meginhardo, quicquid habuit ad modicam, id eſt, minorem Rotam, quod idem Engilſcalch eodem die in beneficium habuit cum curtiferis, & edificiis, viis, & inviis, queſitis, & inquiſitis, terris, pratis, ſilvulis, aquis, aquarúmque decurſibus, & cunctis utenſilibus ad eam jure pertinentibus ævis temporibus nullo contradicente, ſed Deo auxiliante in proprietatem habendum, & exinde quicquid libuerit faciendum. Unde & duas &c.

NUM. MXVI.

NOtum ſit omnibus Eccleſiæ fidelibus, qualiter Wolframmus Frigiſingenſis Eccleſiæ Epiſcopus, & quidam nobilis vir ejuſdem Eccleſiæ miles Meginhart nomine quandam conplacitationem inter ſe fieri voluerunt, ſicut & fecerunt. Tradidit itaque prædictus nobilis vir ad Eccleſiam Sanctæ Mariæ in manus præfati Epiſcopi, & Advocati ſui Ratolti in villa, quæ dicitur Smidaheimma

in

in comitatu Piligrimi de arabili terra colonias V. cum pratis, & ſilvulis, & cunctis jure ad easdem colonias pertinentibus, cum mancipiis his nominibus nominatis: Perahgoz, Purchart, Uodalman, Rihker, Rumpurc, Anſtrat, Uaoppo, Krimperht, Cundperht, Puopa, ea videlicet coadunatione, ut ſtatim ſubinfertur, & continuò prædictam proprietatem cum III. mancipiis prædictis Krimperht, & Puopo, & Rihhilt nuncupatis in poteſtatem Eccleſiæ, & Epiſcopi perpetualiter utendum permiſit, & ut cetera mancipia in conplacitatione permaneant, firmiter condixit. Econtra verò in reconpenſatione prædictarum rerum præſcriptus Epiſcopus, unà cum prædicto Advocato ſuo cum conſenſu, & conſilio ſuorum fidelium in manus præfati nobilis viri tradidit Uxori ejusdem nobilis viri nomine Rihhilta, & duobus filiis ejus Anno, & Dietrih nominatis, quicquid prædictus Meginhart eodem die ad Piparpah in beneficium habuit quæſitis, & inquirendis & cum XXX. mancipiis &c. Ea duntaxat conplacitatione, ut prædicta Rihhilt, & unus ex prædictis ejus filiis, quem pater elegerit, & qui patri plus placebit prædictam curtam uſque in exitum vitæ illorum firmiter teneant, poſt iſtorum exitum ad Eccleſiam perpetualiter redeant &c.

NUM. MXVII.

Commutatio Wolframi Epiſcopi, & Adalhohi nobilis viri.

IN nomine Domini noſtri Jheſu Chriſti &c. Tradidit itaque prædictus nobilis vir Adalhoh ad Eccleſiam beatæ Mariæ, & Sancti Corbiniani Confeſſoris in manus præfati Epiſcopi, & Advocati ſui Ratolti duo mancipia ſua propria Wolſpero, & Diotſuid nominata, redimans quendam Eccleſiæ proprium ſervum Irphinc nominatum liberum faciendum. Econtra verò tradidit prædictus Epiſcopus, & prætitulatus Advocatus de parte Eccleſiæ præſcripto nobili viro ſervum I. Irphinc nuncupatum, ea coadunatione, ut idem Adahoh eundem ſervum liberum perpetraret. Et ut hæc commutatio &c.

NUM. MXVIII.

Commutatio Wolframi Epiſcopi, & Engilratæ nobilis feminæ.

ÆQuum enim, & rationabile videtur, ut quicquid eccleſiaſticis, vel ſecularibus negotiis agitur &c.

Tradidit itaque prædicta mulier cum filio ſimul & Advocato ſuo Aripone ad Eccleſiam Sanctæ Mariæ in manus præfati Epiſcopi, & Advocati ſui Ratolti, quicquid proprietatis ipſa, & filius ejus ad Cundperhtesdorf habuerunt, id eſt curtam cum edificiis, & cum tertia parte Eccleſiæ, hobas quatuor cum pratis, & propriis ſilvulis, ſimùlque cum omnibus ad illum locum jure pertinentibus & cum mancipiis ſic nominatis: Amalrih, Ruodloh, Waldgoz, Cundperht, Wito, Heimo, Cotadrud, Winnihilt, Dionot, Amalpiric, Piligart, ea duntaxat conplacitatione, ut mox ſubinfertur. Econtra prætitulatus Epiſcopus cum manu præſcripti ſui Advocati de parte Eccleſiæ eidem mulieri, & filio ejus prædicto tradidit curtam unam Alprihchescella nominatam, & quicquid ad eundem locum jura pertinere videtur cum exitibus, & reditibus, queſitis, & inquirendis, atque mancipiis ita nominatis: Perhtker, Kerolt, Reginvvart, Rudilo, Luipker, Moimar, Einhart, Erchanfrid, Ruodmort, Amalrih, Otolf, Kermunt, Tiſo, Kundhalm, Uodalheri, Perhthalm, Aza, Muotliup, Kundpiric, Luitpurc, Engillind, Adalpiric, Luitpurc, Golram, Irm-

Digitized by Google

Irmpurc, Ratman, Irmandrud, Engilmunt, Perahtrih, Uodalrih, Adalſuind, Chunipiric, Ellanger, Herimuot, Einhilt, Engilrat. ea ſcilicet coadunatione, ut prædicta mulier, & filius ejus uſque ad exitum mortalis vitæ, & quod tradiderunt, & quod acceperunt in proprietatem habeant.

NUM. MXIX.

JUſtum namque, & rationabile videtur &c. Tradidit namque nobilis vir Ratolt in altare Sanctæ Mariæ ſemper Virginis, Sanctique Corbiniani Confeſſoris in manus Epiſcopi Wolframi, & Advocati ſui Reginperti in villa, quæ vocatur Mohinga curtiferum I. & de arabili terra jugera XXXVIII. de pratis verò carradas X. & VIIII. Econtra verò in reconpenſatione ejusdem proprietatis tradidit præſcriptus venerabilis Epiſcopus cum prædicto ſuo Advocato in manus prætitulati nobilis viri de parte ſuæ Eccleſiæ tertiam partem decimæ de Pelaheim ad Mochinga pertinentis.

Inſuper verò tradidit idem nobilis vir in loco Puohslaga nominato de arabili terra in manus præfati Epiſcopi, & Advocati ſui ad eandem Eccleſiam jugera XVIIII. & de pratis ad carradas III. atque in eadem villa idem Ratolt de manu ejusdem Epiſcopi, & Advocati ſui in proprietatem acceperat de parte Eccleſiæ curtiferum I. & de arabili terra jugera XVI. atque de pratis ad carradas III. Præterea item prænominatus nobilis vir tradidit in manus Epiſcopi, & Advocati ſui in loco Hohinſtraza nominato de pratis ad XX. carradas. Et ab eodem Epiſcopo de loco Arizipahc nominato acceperat de parte Eccleſiæ in pratis ad X. carradas. Et ut hæc omnia prætitulatus uterque, quod ab altero accepit, teneat, atque perpetualiter nullo inquietante, ſed Deo auxiliante poſſideat.

NUM. MXX.

Commutatio inter Wolframum Epiſcopum, & quendam Presbyterum nomine Engilſcalc.

JUſtum namque & rationabile videtur &c. Tradidit itaque præfatus Engil unà cum Advocatis ſuis Koteſſalc, & Vogo nominatis in altare Sanctæ Mariæ, Sanctique Corbiniani Confeſſoris in manus præfati Epiſcopi, & Advocati ſui Reginperti in villa, quæ dicitur Pullinhuſa, curtifera II. & de arabili terra jugera XXXV. & de pratis ad carradas XXXIII. & de ſilvula jugera II. Econtra verò in reconpenſatione ejusdem proprietatis tradidit præſcriptus venerabilis Epiſcopus cum prædicto Advocato ſuo de parte Eccleſiæ ſuæ in loco Pritilinpach nominato curtifera duo, & de arabili terra hobam I. & de ſilvula jugerum I. ac de pratis ad carradas XXXIII. in manus præfati Engilſcalchi, & prædictorum virorum in proprietatem habendum, & exinde, quicquid libuerit faciendum. Unde & duas commutationes &c,

NUM. MXXI.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit inter venerabilem Wolframum Epiſcopum, nec non & quosdam nobiles viros Waldbertum, & Snellonem filium ejus quandam commutationem facere, ſicut & fecerunt. Tradiderunt namque prædicti nobiles viri in manus præfati Epiſcopi, & Advocati ſui Kepolfi, quicquid proprietatis habuerunt in locis, quorum vocabula ſunt Iſaninga, & Strupinga ad Eccleſiam retinendum. Econtra verò in reconpenſatione prædictæ proprietatis idem Epiſcopus & Advocatus ſuus de parte Eccleſiæ tradiderunt in manus prædictorum nobilium virorum, quicquid habuerunt in loco, qui dicitur Vilzheim perpetualiter in proprietatem habendum, & deinde quicquid libuerit faciendum. Unde & duas &c.

NUM. MXXII.

Commutatio VVolframmi Epiſcopi, & Cotahelm nobilis viri.

IN nomine omnipotentis Domini. Placuit &c. Tradidit itaque prædictus nobilis vir ad Eccleſiam beate Marie, Sanctique Corbiniani Confeſſoris in manus præfati Epiſcopi, & Advocati ſui Adalhardi, quicquid proprietatis habuit ad Strazloh, & ad Peraloh colonias IIII. Econtra verò in reconpenſatione ejusdem proprietatis tradidit idem laudabilis Epiſcopus cum præſcripto Advocato ſuo eidem nobili viro de parte ſue Eccleſie, quicquid ad Piupinperc habuit, coloniam I. in proprietatem habendum, & exinde quicquid libuerit faciendum. Et ut hæc conplacitatio &c.

NUM. MXXIII.

Commutatio VVolframmi Epiſcopi, & Gaganhart nobilis viri.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Tradidit itaque prædictus nobilis vir ad Eccleſiam Sanctæ Mariæ in manus præfati Epiſcopi, & Advocati ſui Reginperti, quicquid proprietatis habuit ad Humbalum, hoc eſt curtiferum cum domo, aliisque ædificiis cum adquiſitis, & inquirendis. Econtra veró in reconpenſatione ejusdem proprietatis dedit præſcriptus Epiſcopus cum manu prædicti Advocati ſui eidem nobili viro de parte Eccleſiæ in loco, qui dicitur Dorfachra curtiferum I. & jugera XL. & quicquid in eodem loco jam olim Willipertus Diaconus in beneficium habuit in proprietatem habendum, & exinde quicquid libuerit faciendum. Unde & duas commutationes &c.

NUM. MXXIV.

Commutatio VVolframmi Epiſcopi, & Kepolfi nobilis viri.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque prædictus laudabilis Epiſcopus ex parte Eccleſiæ ſuæ unà cum ſuo Advocato nomine Jacobo eidem nobili viro quendam ſervum nomine Perahtram nuncupatum in proprium habendum. Econtra verò tradidit præſcriptus nobilis vir in manus præfati Epiſcopi, & jam dicti ſui Advocati propriam ſuam ancillam Lantsuind nominatam ad Eccleſiam retinendam. Unde & duas &c.

NUM. MXXV.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit inter venerabilem Wolframmum Frigiſingenſis Eccleſiæ Epiſcopum, & quendam nobilem virum nomine Cotaſcalh quandam conpactionem facere, ſicut & fecerunt. Tradidit itaque Cotaſcalc in manus præfati Epiſcopi, & Advocati ſui Kepolfi proprietatem ſuam ad Scachinhova Iam. dimidiam Eccleſiam, & dimidiam partem decimæ, & quicquid ibi proprietatis habuit, & ad Heriolteshuſun dimidiam Eccleſiam, & quicquid ibi habuit, & in his duobus locis XII. mancipia & IIII. juga boum, & XL. capita pecorum in quandam pactionem. Econtra verò tradidit idem Epiſcopus eidem Coteſcalcho, & Uxori ejus Ellinburgæ usque ad obitum vitæ illorum, quicquid in illo die in beneficium habuit in comitatu Wettini ad Pachiu, & Arginsuenti, & in comitatu Kamanolfi Goldara, & Zeinchira, & Rammincheima

cheima cum omnibus mancipiis ad eadem loca pertinentibus. Et iterum remiſit eis Epiſcopus prædictas proprietates uſque ad exitum vitæ illorum, ut poſt obitum amborum ambe res ad Eccleſiam redeant.

NUM. MXXVI.

Commutatio Wolframi Epiſcopi, & Einharti nobilis viri.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Tradidit itaque prædictus nobilis vir ad Eccleſiam beatæ Mariæ, Sanctique Corbiniani Confeſſoris in manus præfati Epiſcopi & Advocati ſui Kepolfi, quicquid proprietatis habuit ad Pillungesdorf, & II. mancipia Wolfroch, & Ruodvvart. Econtra verò tradidit idem laudabilis Epiſcopus cum præſcripto ſuo Advocato eidem nobili viro de parte ſuæ Eccleſiæ, quicquid ad Hadrihesdorf habuit in proprietatem habendum usque ad exitum vite ſue; poſt exitum verò vite illius prædicta res ad Eccleſiam redeat cum prædictis mancipiis; & cum omnibus rebus, que in illo die in prædicto peneficio fuerint.

NUM. MXXVII.

Commutatio Wolframi Epiſcopi, & Adalhoh nobilis viri.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque eidem nobilis vir in loco Perchuſa nominato hobas III. cum curtiferis, & pratis, & ſilvis præſcripto venerabili Epiſcopo, & Advocato ſuo Kepolfo perpetualiter, firmiterque ad ſedem ſuam retinendam. Econtra verò in reconpenſatione earumdem rerum dedit prætitulatus venerabilis Epiſcopus cum Advocato ſuo Kepolfo in loco Titinhova nominato hobas II. cum curtiferis, & pratis. Unde & duas commutationes &c.

NUM. MXXVIII.

Commutatio Wolframi Epiſcopi, & Ratpoti nobilis viri.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Tradidit itaque prædictus nobilis vir in manus præfati Epiſcopi, & Advocati ſui Adalhardi poteſtativa manu ad Eccleſiam beatæ Mariæ ſemper Virginis, Sanctique Corbiniani Confeſſoris, quicquid proprietatis habuit in loco, qui dicitur Mazpah, & quod idem Ratpodus nuncios Epiſcopi circumduxit. Econtra verò in reconpenſatione ejusdem proprietatis tradidit præſcriptus laudabilis Epiſcopus unà cum jam dicto ſuo Advocato eidem nobili viro de parte ſuæ Eccleſiæ, quicquid habuit in loco, qui vocatur Priſinga in proprietatem habendum, & exinde quicquid libuerit faciendum. Unde & duas commutationes &c.

NUM. MXXIX.

Commutatio Wolframmi Epiſcopi, & Engilſcalci Archipresbyteri.

JUſtum namque, & rationabile videtur &c. Tradidit itaque prædictus Engilſcalch unà cum Advocato ſuo Meginhardo ad Eccleſiam beatæ Mariæ, Sanctique Corbiniani Confeſſoris in manus præfati Epiſcopi & Advocati ſui

ſui Kepolfi in loco, qui dicitur Ahaloh colonias II. & dimidiam, & ad Strazpah jugera V. Econtra verò tradidit prætitulatus laudabilis Præſul cum prædicto ſuo Advocato de parte ſuæ Eccleſiæ, quicquid habuit in villa, quæ dicitur Pritilinpach, hoc eſt partem unius curtiferi, & jugere XXX. cum omnibus ad eandem rem pertinentibus. Et ad Rumanesbuſun talem curtiferum, qualem ibi habuit. Ad Rotam coloniam I. & jugera XXIIII. cum pratis, & ſilvulis jacentes juxta curtiferum ſuum, & lucum I. pratámque I. & omne, quicquid ad prædictis curtiferis pertinet in proprietatem habendum, habendi, donandi, vendendi, & exinde, quicquid libuerit faciendum. Idcirco & duas commutationes &c.

Inſtrumenta ſub S. Lantperto Epiſcopo XIV.

NUM. MXXX.

Commutatio Lantperti Epiſcopi, & nobilis viri nomine Liutprant.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit inter venerabilem Lantbertum Frigiſingenſis æccleſiæ Epiſcopum, nec non & quendam nobilem virum nomine Liutprant, quandam commutationem facere, ſicut & fecerunt. Dedit igitur prædictus venerabilis Epiſcopus eidem nobili viro præfato ex parte pertinentis loci ad æccleſiam beatæ Mariæ ſemper Virginis, Sanctíque Corbiniani Confeſſoris Chriſti, qui dicitur Geinga in proprietatem habendum jugera XXXVII. & dimidium cum manu Advocati ſui Ratolti, & cum conſenſu præſentis familiæ. Econtra in reconpenſatione illa tradidit prætitulatus nobilis vir prænominato laudabili Epiſcopo, & in manus Advocati ſui Ratolti ad æccleſiam beatæ Mariæ, Sanctique Corbiniani, qualem proprietatem habuit in loco, qui dicitur Dienga I. curtem I. cum edificiis & jugera XXVI. & dimidium, pratiſque I. jugera VIII. cum paſcuis, viis, & inviis, quæſitis, & inquirendis, communionem in ſilvis, & ſaginationem porcorum, & fontium, cum exitibus & reditibus, ſingulariter etiam communionem in marchis de loco Utinga dicto uſque ad Urinleo fœnum ſecandum, & paſcua habenda. Unde & duas commutationes inter ſe fieri rogaverunt pari tenore conſcriptas, ut quod uterque ab altero accepit, teneat, atque poſſideat evis temporibus. Actum in Frigiſinga, anno Incarnationis Domini DCCCCXLVIII. Indictione VI. anno X. Regis Ottonis, ſub Duce Peraltoldo, & Comite Adalperto. Ego Adallioz conſcripſi, & notavi diem Jovis. &c.

NUM. MXXXI.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit inter venerabilem Lantbertum Frigiſingenſis Eccleſiæ Epiſcopum, nec non & quendam nobilem virum nomine Wolfcheri quandam commutationem facere, ſicut & fecerunt. Tradidit igitur prædictus nobilis vir prænominato venerabili Epiſcopo in manus Advocati ſui Ratoldi, quicquid proprietatis habuit in loco, qui dicitur Moſaha, id eſt hobas X. & jugera XXX. cum curtiferis, & ædificiis, pratis, paſcuis, fontibus, aquis, aquarúmque decurſibus, viis, & inviis, quæſitis, & inquirendis omnibúſque rebus ad eum locum pertinentibus, & in hoc loco, & in aliis locis mancipia XXXIII. Ratkoz &c. ſine ullius contradictione. Econtra verò in reconpenſatione ejuſdem proprietatis præfatus laudabilis Epiſcopus cum manu præ-

præſcripti Advocati ſui Ratoldi dedit eidem nobili viro in duobus locis Pritilinpah, & Titinhova hobas VII. cum decima domorum VIIII. & jugera XXXVIIII. cum curtiferis, & ædificiis, pratis, paſcuis, fontibus, aquis, aquarùmque decurſibus, viis, & inviis, queſitis & inquirendis, & omnibus ad ea loca pertinentibus, & in his locis, & in aliis mancipia X. & VI. Ratolt, Erphuni &c. cum conſilio, & conprobatione Cleri, & familiæ, & cum teſtibus firmaverunt, ut uterque, quod ab altero accepit firmiter teneat, atque poſſideat, atque inconvulſum permaneat ævis temporibus. Actum eſt Frigiſingam. Ego Adallioz ſcripſi, & notavi diem veneris anno Incarnationis Domini DCCCCLV. ſnb Duce Heinrico, & Comite Aribone. Iſti ſunt teſtes: Aribo, Engildio, Wolftregil, Adalhoe, Erinperht, Chuonrat, Kundpold, Papo, Irmanheri, Iſanhart, Sigimuot, Kozperht, Adalfrid, Anzo, Willipato, Wolamunt, Reginloh, Erchanperht, Aribo, Helpfrih, Adalperht, Hartnid, Lantperht, Kerhoh, Heimperht, Ratkis, Heimo, Engilperht, Sigimot, Ruodperht, Kepahart.

NUM. MXXXII.

Commutatio Lantperti Epiſcopi, & Paponis nobilis viri.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Tradidit igitur prædictus nobilis vir prænominato venerabili Epiſcopo in manus Advocati ſui Ratoldi partem ſuæ proprietatis in loco, qui dicitur Moſaha, idem hobas V. curtem cum ædificiis, pratis, paſcuis, fontibus, aquis, viis, & inviis, queſitis, & inquirendis, & omnibus ad eam pertinentibus ad Eccleſiam Sanctæ Mariæ, Sanctíque Corbiniani Confeſſoris Chriſti perpetualiter retinendam. Econtra verò in reconpenſatione ejusdem proprietatis præfatus laudabilis Epiſcopus unà cum manu præſcripti Advocati ſui Ratoldi dedit eidem nobili viro in loco, qui dicitur Plidmuotesvvanc curtem cum ædificiis, hobas IIII. & jugera XX. pratis, paſcuis, aquis, viis, & inviis, quæſitis, & inquirendis, & omnibus ad eam pertinentibus cum conſilio, & conprobatione fidelium Clericorum, ſeu Laicorum, & cum teſtibus confirmaverunt, ut uterque, quod ab altero accepit, firmiter teneat, atque poſſideat, atque inconvulſum permaneat ævis temporibus. Actum eſt Frigiſingam. Ego Adallioz ſcripſi, & notavi diem veneris. Anno Incarnationis Domini DCCCCLV. ſub Duce Heirico, & Comite Aribone. Iſti ſunt teſtes, ſicut mos eſt per aures tracti: Aribo, Engildio, Wolftregil, Adalhoh &c.

NUM. MXXXIII.

Commutatio Engilſcalchi, & Lantberti Epiſcopi.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Tradidit igitur prædictus nobilis vir, qualem proprietatem habuit in loco, qui dicitur Seiſtinhuſa curtiferum I. & arabilis terræ jugera CVIIII. & de pratis jugera XXV. cum paſcuis, exitibus, & reditibus, aquis, aquarumque decurſibus, viis, & inviis, quæſitis, & inquirendis, fontibus, in manus prænominati Epiſcopi, & Advocati ſui Ratoldi ad Eccleſiam Sanctæ Mariæ, Sanctíque Corbiniani Confeſſoris Chriſti, & Canonicis in alimoniam perpetualiter exiſtendum· Econtra vero in reconpenſatione ejusdem concambi idem Epiſcopus unà cum manu Advocati ſui præſcripti de rebus prætitulatæ Eccleſiæ, & Canonicorum in loco Hadirihhesdorf nominato curtiferum I. & arabilis terræ jugera CVIII. & de pratis jugera X. eidem ante dicto nobili viro ævis temporibus in proprietatem tradidit habendum, &

Digitized by Google

exinde quicquid libuerit faciendum. Unde & duas commutationes &c. Iſti ſunt teſtes, ſicut mos eſt Bajoariorum per aures tracti: Eparhart Comes, Wolfaregil, Huch, Erimperht, Ruodperht, Sigimuot, Papo, Reginloch, Adalfrid, Salahho, Peranger, Kerhoh. Anno Incarnationis Domini noſtri Jheſu Chriſti DCCCCLVI. Actum Friſingam in presbiterio coram ſynodo in die Sancto cænæ Domini.

NUM. MXXXIV.

Commutatio Lantberti Epiſcopi, & Kozberti.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Tradidit itaque prædictus Epiſcopus cum Advocato ſuo Ratoldo de parte æccleſiæ ſuæ eidem nobili viro in loco Piparpach dicto curtiferum I. & de arabili terra jugera III. Econtra verò in reconpenſatione hujus rei dedit prænominatus nobilis vir eidem Epiſcopo ad ſedem ſuam retinendum in eodem loco jugera III. & contra curtiferum duplum agri. Unde & duas &c.

NUM. MXXXV.

Commutatio Lantberti Epiſcopi, & Adalperti nobilis viri.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Tradidit itaque prædictus nobilis vir in manus præfati Epiſcopi & Advocati ſui Ratolti, quicquid proprietatis habuit in loco, qui Tellanhuſa dicitur ad Eccleſiam Dei retinendam. Econtra namque in reconpenſatione prædictæ proprietatis idem laudabilis Epiſcopus unà cum Advocato ante dicto eidem nobili viro Uxorem ſuam Haſapurc nominatam, atque filium ſuum Wodarhart nominatum uſque in finem vitæ ſuæ liberos dimiſit. Ita igitur ſe coadonaverunt, ut poſt obitum ſuum idem præſcriptus filius ejus ad Eccleſiam Dei cum præfata proprietate rediret, & talem cenſum redderet, ſicuti ſtatim ſubinfertur. De avena modios V. & unam ovem una Saiga valentem, & poſt exitum filij ad domum Dei jure prædicta proprietas habeatur, Iſti ſunt teſtes: Ratolt, Iſangrim &c.

NUM. MXXXVI.

Commutatio Lantberti Epiſcopi, & Kepahart nobilis viri.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Tradidit itaque nobilis vir prædictus in manus præfati Epiſcopi, & Advocati ſui Ratolti IIII. mancipia Antres, Uodalperht, & Cotahilt cum filio ad Eccleſiam Dei retinendum. Econtra namque idem laudabilis Epiſcopus unà cum manu prædicti ſui Advocati eidem nobili viro tria mancipia Sahho, Wolfuni, Heripurch nuncupata in proprietatem ævis temporibus habendum &c.

NUM. MXXXVII.

Commutatio Lantberti Epiſcopi, & Eramperti nobilis viri.

NOverint igitur omnes Chriſti fideles nobiles, & ignobiles, preſentes ſcilicet, & futuri, qualiter venerabilis Lantbertus Frigiſingenſis Eccleſiæ Epiſcopus, & quidam nobilis vir Eramperht nominatus quandam commutationem inter ſe facere voluerunt, ſicut & fecerunt. Dedit itaque idem Erambertus

Digitized by Google

tus ſuæ proprietatis in tribus locis Marcilinga, Zellinhuſa, Puosinga nominatis tria curtifera, & arabilis terræ hobas II. & jugera XX. atque de pratis ad carradas L. inſuper verò X. jugera arabilis terræ dedit contra X. jugera ſilvæ in manus præfati Epiſcopi, & Advocati ſui Ratolti ad altare Sanctæ Mariæ, Sanctíque Corbiniani Confeſſoris Chriſti perpetualiter exiſtenda. Econtra verò in reconpenſatione ejusdem commutationis idem ante dictus laudabilis Epiſcopus unà cum manu præſcripti ſui Advocati de rebus Eccleſiæ Dei in loco Ouviheim dicto curtiferum I. & arabilis terræ hobas II. & jugera XX. atque ſilvæ X. jugera contra X. jugera terræ, pratorum ad carradas L. cum exitibus, & reditibus, viis, & inviis, aquis, aquarúmque decurſibus, quæſitis, & inquirendis, omnibùsque rebus juſtè, legitiméque ad præfatum locum Ouviheim pertinentibus ejusdem Eramberto ſuo vaſallo ævis temporibus in proprietatem tradidit habendum. Unde & duas commutationes inter ſe fieri voluerunt pari tenore conſcriptas, ut uterque, quod ab altero accepit firmiter teneat, atque per multa annorum curricula feliciter in Dei nomine poſſideat. Hæc namque commutatio facta eſt ad Frigiſingam cum conſilio, & conſultu omnium principalium vaſallorum, & totius principalitatis familiæ Clericorum, atque Laicorum. Iſti ſunt teſtes ejusdem commutationis ſicut mos eſt per aures tracti: Papo, Kotaſcalh, Wetti, Dietrih, Irmanheri, Ratkis, Jagob, item Ratkis, & alter Wetti, Willipato, & alij multi.

NUM. MXXXVIII.

Commutatio Lantberti Epiſcopi, & Iſanharti nobilis viri.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Tradidit namque prædictus nobilis vir ad Eccleſiam Sanctæ Mariæ, Sanctique Corbiniani Confeſſoris Chriſti in manus præfati Epiſcopi, & Advocati ſui nomine Ratolt II. ſeruuos ſic nominatos Chotperht, Alprih, & I. ancillam nomine Ellindrut. Econtra verò tradidit præfatus laudabilis Epiſcopus II. mancipia nomine Cundhram, & Otker, eo tenore, ut uterque quod ab altero accepit teneat, atque ævis temporibus firmitérque, atque feliciter poſſideat. &c.

NUM. MXXXIX.

Commutatio Lantberti Epiſcopi, & Paponis.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Tradidit itaque prædictus nobilis vir in manus præfati Epiſcopi, & Advocati ſui Ratolti talem proprietatem, qualem ſuus pater Piligrim nomine in poteſtate, & tutamine habuit in loco Omaras dicto cum curtiferis, & ædificiis, pratis, paſcuis, atque nemoribus, & cum I. ſervo, qui diſpenſationi præerat, cum exitibus, & reditibus, quæſitis, & inquirendis, omnibúsque rebus juſtè legitiméque ad eundem locum pertinentibus. Et in alio ſuo loco Piparpah dicto coloniam I. excepto curtifera ad Eccleſiam Sanctæ Mariæ, Sanctíque Corbiniani Confeſſoris Chriſti æternaliter perſiſtendum. Econtra verò in reconpenſatione ejusdem commutationis idem præfatus laudabilis Epiſcopus unà cum manu ſui Advocati prædicti eidem præfato nobili viro de rebus præfatæ Eccleſiæ locum I. Waltkereshova dictum cum Eccleſia I. & omnibus cauſis jure ad eundem locum pertinentibus ævis temporibus in proprietatem tradidit habendum.
Unde & duas &c.

NUM.

Digitized by Google

NUM. MXL.

Commutatio Lantberti Epiſcopi, & Kepaharti.

NOverint itaque omnes æccleſiæ fideles &c. Tradidit itaque idem prædictus nobilis vir ad Eccleſiam Sanctæ Mariæ, Sanctíque Corbinianí Confeſſoris Chriſti in manus præfati Epiſcopi, & Advocati ſui Ratold dictus talem proprietatem, qualem habere viſus eſt in loco Holzhuſa dicto id eſt arabilis terræ colonias V. cum IIII. curtiferis, & ſilvam cum lignorum inciſione, & porcorum ſaginatione ad ipſa tria curtifera pertinentem cum pratis, & paſcuis, viis, & inviis, quæſitis, & inquirendis, cum exitibus, & reditibus, omnibusque rebus juſtè, legitiméque ad eundem locum pertinentibus. Econtra verò in conpenſatione ejuſdem commutationis idem laudabilis Epiſcopus unà cum manu jam ante præſcripti ſui Advocati de re rebus Eccleſiæ præfatæ in loco Fluechilinga nominato arabilis terræ hobas III. & curtiferarum I. atque Eccleſiam ſine decima, & locum molinæ, ac V. jugera fructiferæ ſilvæ, pratis, paſcuis, viis, & inviis, quæſitis & inquirendis, cum exitibus, & reditibus, omnibusque rebus jure, ac legaliter ad præticulatum locum exiſtentibus eidem prædicto nobili viro ævis temporibus in proprietatem tradidit habendum, & exinde, quicquid libuerit faciendum. Unde & duas commutationes &c.

NUM. MXLI.

Commutatio Lantberti Epiſcopi, & Ecchonis Presbyteri.

AGnoſcant omnium notitia fidelium Chriſti præſentium, & futurorum, qualiter Lantbertus Epiſcopus, & quidam proprius Frigiſingenſis Eccleſiæ Clericus, & Presbyter Echo inter ſe commutaverunt. Tradidit ille Presbyter cum manu Advocati ſui Waltonis in manus Epiſcopi, & Archiadvocati ſui Ratoldi, quicquid proprietatis habuit ad Hunperhteshuſun curtiferum I. ſpacio jugerum II. arabilis terræ jugera XXXVII. ſilvæ XII. pratorum VI. ad Eccleſiam Frigiſingenſem perpetuò exiſtentem. Econtra accepit inter duo loca Johannesdorf, & Pillungesdorf tantumdem jugerum, & arabilis terræ jugera L. ſilvæ II. pratorum III. Ea ſcilicet ratione, ut uterque, quod ab altero accepit firmiter teneat, atque poſſideat ævis temporibus nullo contradicente, & cui voluerit relinquere in proprietatem Presbyter prænominatus, liberum habeat arbitrium & exinde quicquid libuerit faciendum. Actum eſt Frigiſingam palam Domno Abraham poſtea Epiſcopum, & in præſentia primorum Canonicorum id confirmantium, ac cum conſilio ſummorum familiæ Dei. Ego Adallioz Archipresbyter ſcripſi & confirmavi. Iſti ſunt teſtes &c.

NOTA.

Palàm Domno Abraham poſtea Epiſcopum. Ex his verbis colligimus, commutationem iſtam contigiſſe ultimo vitæ S. Lantperti tempore: ſcriptis verò fuiſſe conſignatum primùm ſub Abrahamo Succeſſore.

NUM. MXLII.

Commutatio Lantberti Epiſcopi, & Uodalrici nobilis viri.

NOtum ſit omnibus Chriſti fidelibus nobilibus, & ignobilibus, preſentibus ſcilicet & futuris, qualiter venerabilis Lantbertus Frigiſingenſis æccleſiæ Epiſcopus, & quidam nobilis vir nomine Uodalrih quandam commutationem mancipiorum inter ſe facere voluerunt, ſicut & fecerunt. Dedit itaque

que idem prænominatus Uodalrih ſuam propriam ancillam Rihkart nominatam in manus præfati Epiſcopi, & Advocati ſui Annonis ad altare Sanctæ Mariæ, Sanctíque Corbiniani Confeſſoris Chriſti in perpetuum exiſtendam ipſam, & totam progeniem ſuam. Econtra verò in reconpenſatione ejusdem commutationis idem prædictus laudabilis Epiſcopus unà cum manu Advocati ſui præſcripti Annonis de mancipiis prænuncupatæ Dei Eccleſiæ unum ſervum Diotpold nominatum eidem præfato Uodalrico ævis temporibus in proprietatem tradidit habendum, & exinde quicquid libuerit faciendum. Unde & duas &c. Hæc namque commutatio facta eſt in monte Sancti Stephani cum conſenſu, & conſilio præſcriptorum nobilium virorum, & totius principalitatis familia Clericorum, atque Laicorum in die Jovis, in V. feria.

NUM. MXLIII.
Commutatio Lantberti Epiſcopi, & Fridaharti.

NOverit igitur cunctorum induſtria &c. Tradidit namque prædictus Laicus ad Eccleſiam Sanctæ Mariæ ſemper Virginis, Sanctíque Corbiniani Confeſſoris Chriſti in manus præfati Præſulis, & ſui Advocati nomine Ratolt in loco, qui dicitur Zurinhuſa curtiferum I. & quicquid ibi proprietatis de arabili terra preter I. agrum habere videbatur. Econtra vero pro remuneratione ejusdem proprietatis tradidit memoratus Præſul cum ſuo Defenſore eidem libero viro de rebus ſuæ Eccleſiæ in locis, qui dicuntur Zezinhuſa, & Pullinhuſa jugera XXIIII. ea duntaxat ratione, ut uterque quod ab altero accepit deinceps inconvulſum, & inviolabile perennibus temporibus abſque illius inquietudine, vel repetitione poſſideat. &c.

NUM. MXLIV.
Commutatio Frigiſingenſis Præſulis, & Iſanharti.

SCiant omnes nobiles viri, qualiter Frigiſigenſis Eccleſiæ Præſul cum uno nobili viro unam commutationem facere decrevit, ſicut & fecit. Tradidit namque prædictus Præſul unà cum ſuo Advocato de rebus æccleſiæ II. mancipia Kerflat, & Ruotlind dicta Iſanharto in proprietatem habere. Econtra verò prænominatus nobilis vir Iſanhart ad Eccleſiam Sancti Corbiniani II. mancipia tradidit, & æternaliter ibi ſerviendum &c.

NUM. MXLV.
Commutatio Lantberti Epiſcopi, & Diotkeri.

NOverit igitur cunctorum induſtria &c. Tradidit itaque prædictus vir in manus Epiſcopi, & Sigimoti Advocati ſui, quicquid proprietatis Sigihart pater, & Diothart patruus illi in hereditatem reliquerunt ad Huſun. Econtra in reconpenſatione ejusdem proprietatis idem Epiſcopus & Advocatus ſuus ad Egilesvvanc hobam I. tradiderunt. Unde & duas commutationes &c.

NUM. MXLVI.
Commutatio Lantberti Epiſcopi, & Engildionis.

NOverint igitur omnes Chriſti fideles &c. Tradidit itaque idem præfatus nobilis vir in loco Piparpah dicto ſuæ proprietatis arabilis terræ colonias IV. cum uno curtifero ſine ædificio, & unum mancipium, atque duo jugera ſilvæ, pratis, paſcuis, viis, & inviis, cum exitibus, & reditibus, quæ-

Digitized by Google

ſitis, & inquirendis, omnibúsque rebus juſtè, legitiméque ad eandem proprietatem pertinentibus in manus præfati Epiſcopi, & Advocati ſui Ratoldi perpetualiter ad Eccleſiam Sanctæ Mariæ Dei Genitricis, Sanctíque Corbiniani Confeſſoris Chriſti perſiſtendum. Econtra verò in reconpenſatione ejuſdem commutationis idem præfatus Epiſcopus laudabilis unà cum manu ſui Advocati prænominati eidem prædicto nobili viro ſuo vaſallo de rebus præſcriptæ Eccleſiæ in loco Eckiprehtesbova nuncupato arabilis terræ coloniam I. & jugera VIIII. cum curtifero ædificato, & I. Eccleſiam ſine decima, pratis, paſcuis, viis, & inviis, cum exitibus, & reditibus, quæſitis, & inquirendis, & omnibus rebus jure ad eundem locum pertinentibus ævis temporibus cum conſilio, & conſenſu ſuorum fidelium principalium Clericorum, atque Laicorum in proprietatem tradidit habendum, & exinde quicquid libuerit faciendum. Unde & duas &c.

NUM. MXLVII.

Commutatio Lantberti, & nobilis viri Frieſo nomine.

AGnoſcant itaque omnes Eccleſiæ fideles &c. Tradidit itaque idem prænominatus nobilis vir, quicquid proprietatis habuit in loco Humpla dicto, id eſt arabilis terræ colonias III. & jugera VIII. cum tribus curtiferis, & ædificiis, pratis, paſcuis, ſilvulis, viis, & inviis, cum exitibus, & reditibus, quæſitis, & inquirendis, atque unam molinam correctam, omnibusque rebus juſtè, legitiméque ad eundem locum pertinentibus in manus præfati Epiſcopi, & Advocati ſui Ratoldi ad Eccleſiam Sanctæ Mariæ, Sanctíque Corbiniani Confeſſoris Chriſti perpetualiter nullo contradicente exiſtendum. Econtra verò in reconpenſatione ejuſdem commutationis idem jam ſupra dictus laudabilis Epiſcopus unà cum manu prædicti ſui Advocati, atque cum conſilio, & conſenſu ſuorum fidelium Clericorum, atque Laicorum de rebus prætitulatæ ſuæ Eccleſiæ in loco Abbatinga nuncupato Eccleſiam I. ſine decima, atque arabilis terræ hobas III. cum curtiferis, & ædificiis, pratis, paſcuis, ſilvulis, viis, & inviis, cum exitibus & reditibus, quæſitis, & inquirendis, omnibùsque rebus jure, & legabiliter ad prædictum locum pertinentibus eidem jam ante memorato nobili viro ævis temporibus in proprietatem tradidit habendum, & exinde quicquid libuerit faciendum. Ea videlicet ratione, & tenore jam præfatus nobilis vir ſuam molinam, & illa VIII. jugera ante numerata tradidit, ut decimam de curia prædicti loci adquireret & ad eandem Eccleſiam converteret. Unde & duas commutationes &c.

NUM. MXLVIII.

Commutatio Lantberti Epiſcopi, & Isanharti.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Tradidit igitur prædictus nobilis vir ad Eccleſiam Sanctæ Mariæ, Sanctíque Corbiniani Confeſſoris Chriſti in manus præfati Epiſcopi, & Advocati ſui Ratoldi nomine ſervos V. Econtra verò dedit præfatus Epiſcopus eidem nobili viro ſervos II. & ancillas III. æternaliter in proprietatem poſſidendum, ea conditione, ut uterque, quod ab altero accepit inconvulſum permaneat. Iſti ſunt teſtes: Eparhart Comes, Aripo, Uogo &c.

Digitized by Google

NUM. MXLIX.

Commutatio Lantberti Epiſcopi, & nobilis viri nomine Ratkis.

NOtum ſit omnibus Sanctæ Dei Eccleſiæ &c. Dedit itaque idem prænominatus nobilis vir Ratkis nominatus in loco Woluoltesdorf dicto arabilis terræ jugera IIII. in manus præfati Epiſcopi, & Advocati ſui Ratoldi ad altare Sanctæ Mariæ, Sanctíque Corbiniani Confeſſoris Chriſti perpetualiter exiſtenda. Econtra verò in reconpenſatione ejusdem commutationis idem jam ante dictus laudabilis Epiſcopus unà cum manu ſui Advocati præſcripti eidem præfato Ratkis de rebus Eccleſiæ in adjacente campo ejusdem prænominati loci ſimiliter arabilis terræ jugera III. ævis temporibus in proprietatem tradidit habendum. Unde & duas &c.

NUM. ML.

Commutatio Lantberti Epiſcopi, & nobilis viri Rathoh nomine.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque idem præfatus nobilis vir ſuæ proprietatis in loco Menzinga dicto arabilis terræ jugera III. in manus prænominati Epiſcopi, & Advocati ſui Ratoldi ad Eccleſiam Sanctæ Mariæ, Sanctíque Corbiniani Confeſſoris Chriſti perpetualiter exiſtenda. Econtra verò in reconpenſatione ejusdem commutationis idem jam præſcriptus laudabilis Epiſcopus unà cum manu ſui Advocati præſcripti de rebus præfatæ Dei Eccleſiæ in ipſo Menzinga arabilis terræ jugera II. eidem nobili viro prænuncupato ævis temporibus in proprietatem tradidit habendum. Unde & duas &c.

NUM. MLI.

Commutatio Lantberti Epiſcopi, & Salahhonis nobilis viri.

JUſtum namque, & rationabile videtur &c. Tradidit itaque idem nobilis vir in altare Sanctæ Mariæ ſemper Virginis, Sanctíque Corbiniani Confeſſoris Chriſti accipiente Epiſcopo unà cum Advocato ſuo Ratolt cum agris, pratis, ſilvulis jugera XXXVI. ad Dietrihesdorof. Econtra verò idem laudabilis Epiſcopus cum conſenſu, & conſilio ſuorum fidelium in reconpenſatione ejusdem proprietatis de parte Eccleſiæ ſuæ eidem nobili viro tradidit ad Wanihinpah cum agris, pratis, ſilvulis jugera XXVI. ea duntaxat ratione, ut utraque pars acceptæ commutationis deinceps inconvulſum, & inviolabile perennibus temporibus absque inquietudine, vel repetitione poſſideat &c.

NUM. MLII.

Commutatio Lantberti Epiſcopi, & Ariponis nobilis viri.

NOtum ſit omnibus Sanctæ Eccleſiæ fidelibus &c. Tradidit itaque idem præſcriptus nobilis vir in manus præfati Epiſcopi, & Advocati ſui Ratolti ſuum proprium ſervum Wolfrat nominatum ad æccleſiam Sanctæ Mariæ, Sanctíque Corbiniani Confeſſoris Chriſti perpetualiter exiſtendum. Econtra verò idem jam ante dictus laudabilis Epiſcopus unà cum manu ſui Advocati prædicti

dicti eidem nobili viro tres ſervos æccleſiæ ævis temporibus in proprietatem tradidit habendum, his ſermonibus, ut iſte præfatus Aripo eadem mancipia uſque in finem vitæ ſuæ, ſuæque Uxoris Liutpurgæ in propria ſervitute poteſtativa manu habeat; poſt obitum igitur amborum omnia hæc mancipia ad præfatam Dei Eccleſiam ſine obſtaculo ullius perſonæ redeant &c.

NUM. MLIII.

Commutatio Lantberti Epiſcopi, & nobilis viri Adalman.

AGnoſcant omnes fideles Sanctæ Eccleſiæ &c. Tradidit itaque præfatus vir ad Eccleſiam beatæ Mariæ ſemper Virginis, Sanctique Corbiniani, atque in manus præfati Epiſcopi, & Advocati ſui Ratoldi, quicquid proprietatis habuit ad Wahinhouun. Econtra verò laudabilis Epiſcopus unà cum prædicto ſuo Advocato, atque cum conſenſu ſuorum fidelium tradidit de parte æccleſiæ ſuæ, quicquid habuit in loco, qui dicitur Peihhinhuſa, & in aliis tribus locis hoc eſt Strazpah, Pupinhuſa, Luttrinpah jugera XIIII. Unde & duas &c.

NUM. MLIV.

Commutatio Lantberti Epiſcopi, & Ariponis nobilis viri.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Tradidit itaque prædictus nobilis vir in manus præfati Epiſcopi, & Advocati ſui Ratoldi mancipia VII. ſic nominata: Diotperht, Engilperht, Folcpurch, Alpker, Diotheri, Irmanhilt, Wolfran ad Eccleſiam Sanctæ Mariæ, Sanctique Corbiniani perpetualiter exiſtendum. Econtra verò in reconpenſatione eorumdem mancipiorum idem præfatus Epiſcopus laudabilis unà cum manu præſcripti ſui Advocati de mancipiis præfatæ Eccleſiæ mancipia V, taliter nuncupata: Diotpirich Atta, Ruodpold, Ellinpurch, Adalsuind jam ante nominato nobili viro, ſuoque vaſallo ævis temporibus in proprietatem habendum, & exinde quicquid libuerit faciendum. Unde & duas &c.

NUM. MLV.

Commutatio Lantberti Epiſcopi, & Ariponis nobilis viri.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Tradidit itaque prædictus nobilis vir in manus præfati Epiſcopi, & Advocati ſui Ratoldi in loco Wihſa dicto de arabili terra jugera XL. ſuæ proprietatis, & de prato jugera II. & de ſilva jugera III. cum duobus curtiferis uno ædificato, alio ſine edificiis perpetualiter ad æccleſiam Sanctæ Mariæ, Sanctique Corbiniani Confeſſoris Chriſti perſiſtendum. Econtra verò in reconpenſatione ejuſdem commutationis idem præfatus laudabilis Epiſcopus unà cum manu jam ante dicti Advocati præſcripto ſuo vaſallo de rebus prædictæ æccleſiæ in loco, qui dicitur Fiehtchirihha arabilis terræ jugera XLIIII. & de prato jugera III. ævis temporibus in proprietatem tradidit habendum &c.

NUM.

Digitized by Google

NUM. MLVI.

Commutatio Lantberti Epiſcopi, & nobilis viri nomine Willipato.

IN Dei nomine. Placuit &c. Tradidit itaque prædictus nobilis vir, quicquid proprietatis habuit in locis Hemminhuſa, & Pruningesdorf nominatis id eſt cum duobus curtiferis, & ædificiis, atque arabilis terræ colonias II. & jugera VIIII. & XII. Karradia pratorum cum exitibus, & reditibus, viis, & inviis, omnibúsque rebus ad præfata loca pertinentibus in manus præſcripti Epiſcopi, & Advocati ſui Ratoldi ad Eccleſiam Sanctæ Mariæ, Sanctíque Corbiniani Confeſſoris Chriſti perpetualiter conſiſtendum. Econtra verò in reconpenſatione ejusdem commutationis idem jam ante nominatus Epiſcopus unà cum manu Advocati ſui prædicti de rebus prætitulatæ Eccleſiæ in loco Liutprehtesdorf nominato id eſt curtiferum I. & arabilis terræ colonias II. & jugera IIII. & ad X. Karradas pratorum cum paſcuis, viis, & inviis, cum exitibus, & reditibus, omnibusque rebus juſtè, legitiméque ad præfatum locum pertinentibus eidem nobili viro ævis temporibus in proprietatem tradidit habendum. &c.

NUM. MLVII.

Retributio Lantberti Epiſcopi, quam dedit cuidam Clerico nomine Johan.

COntigit igitur, ut quidam de familia, quæ Frigiſigenſi ſervit æccleſiæ cuidam Clerico, qui Johan vocatur, ſuam propriam interimerant ancillam. Tunc verò prænotatæ Præſul æccleſiæ nomine Lantbertus tulit de eadem familia ancillam Diethilt dictam, & ſui manu Advocati Ratoldi tradidit eidem Clerico, & ſuo Advocato Iſanhardo ad reſtitúendam ſibi ſuam ancillam. Iſti ſunt teſtes: Managolt, Diotpold, Iſangrim, Iſanhart, Kepahart, Lantperht, Perahtolt.

NOTA.

Ancillam. nempè fœminam propriam, id eſt, Servitutis vinculó ei Clerico ſubjectam: vel potiùs curatricem villæ. de qua ſignificatione vide notas ad Inſtrumentum 1284. Cæterùm hîc monendus eſt Lector, veteri Germanorum inſtituto homicidia fuiſſe mulctata ea ratione, ut parti læſæ ſatisfieret; quod in noſtro caſu vides fuiſſe obſervatum. Vide Struvium ſub vocabulo *Werigeldum.*

NUM. MLVIII.

Commutatio Lantberti Epiſcopi, & Engildionis nobilis viri.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Tradidit itaque prædictus nobilis vir ad æccleſiam Sanctæ Mariæ in manus præfati Epiſcopi, & Advocati ſui Ratoldi ſervum I. nomine Crimperht. Econtra verò in reconpenſatione ejusdem traditionis dedit præſcriptus Epiſcopus cum manu prædicti Advocati ſui eidem nobili viro de parte æccleſiæ ſervum I. nomine Martinus in proprietatem habendum, & exinde quicquid libuerit faciendum.

Unde & duas &c.

Digitized by Google

NUM. MLIX.

Commutatio Lantberti Epiſcopi, & Engildionis Sanctæ Mariæ ſervi.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Tradidit itaque prædictus ſervus in manus præfati Epiſcopi, & Advocati ſui Ratoldi, quicquid proprietatis habuit ad Frienmannun, id eſt, tria curtifera, & arabilis terræ hobas IIII. & de pratis carradas C. omnibusque rebus juſtè legitiméque ad eundem locum pertinentibus ævis temporibus perpetualiter ad æccleſiam Sanctæ Mariæ, Sanctique Corbiniani Confeſſoris Chriſti exiſtendum. Econtra verò in reconpenſationem ejusdem commutationis idem præfatus laudabilis Epiſcopus unà cum manu ante dicti ſui Advocati idem præſcripto ſervo de rebus præfatæ æccleſiæ in loco, qui dicitur Steininunchiricha dicto arabilis terræ hobas III. & pratis carradas VI. & quod in iſto loco deſit, id juſſimus ad Gotzingun implere, atque omnibus rebus juſtè, legitiméque ad iſta loca exiſtentibus in proprietatem tradidit habendum. Unde & duas &c.

NUM. MLX.

Commutatio Lantberti Epiſcopi, & Arnolti nobilis viri.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Tradidit itaque idem prædictus nobilis vir in manus præfati Epiſcopi, & Advocati ſui Radolti ſuæ proprietatis in loco Puirra dicto de arabili terra jugera XXV. cum curtiferis, & ædificiis, pratis, ſilvulis, omnibúſque rebus juſtè legitiméque ad eundem locum pertinentibus ævis temporibus perpetualiter ad Eccleſiam Sanctæ Mariæ, Sanctiqúe Corbiniani Chriſti Confeſſoris exiſtendum. Econtra verò in reconpenſatione ejusdem commutationis idem præfatus laudabilis Epiſcopus uná cum manu ante dicti ſui Advocati eidem præſcripto nobili viro de rebus præfatæ æccleſiæ in loco Hengentinpuirra nuncupato arabilis terræ jugera XXI. cum curtiferis, & ſine ædificiis, pratis, paſcuis, ſilvulis, viis, & inviis, omnibus rebus juſtè, legitiméque ad ipſum locum exiſtentibus in proprietatem tradidit habendum &c.

NUM. MLXI.

Commutatio Lantberti Epiſcopi, & Snelharti nobilis viri.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque præfatus venerabilis Epiſcopus eidem nobili viro de rebus æccleſiæ unà cum Advocato ſuo Ratoldo in loco, qui vocatur Fiehchiriha jugera X. Econtra verò in reconpenſatione ejusdem rei dedit præſcriptus nobilis vir eidem venerabili Epiſcopo in loco Alpolteshova de proprietate ſua jugera XII. &c.

NUM. MLXII.

Commutatio Lantberti Epiſcopi, et Meginradi.

TRadidit itaque prædictus Meginradus Epiſcopo, & Ratoldo Advocato ejus in loco, qui dicitur Goteſtal in pratis, & agris duo jugera, in quibus pars molendinæ eſt, quæ ad Sconinovva pertinet. Econtrario verò prædictus Epiſcopus cum manu Advocati ſui tradidit eidem Meginrado duo jugera de agris inter Pollincheimun, & Goteſtale in proprietatem habendum. &c.

Digitized by Google

NUM. MLXIII.

Commutatio Meginrati, & Lantberti Epiſcopi.

NOtum ſit omnibus fidelibus &c. Tradidit itaque prædictus nobilis vir ad Frigiſingam æccleſiam, quicquid proprietatis habuit in loco, qui dicitur Wangapah curtiferum I. cum ædificiis, agris, pratis, paſcuis, ſilvis, & in omnibus illuc legitimè pertinentibus. Econtra verò in reconpenſationem ejusdem rei tradidit præfatus Antiſtes cum manu Advocati ſui Ratoldi, & cum conſilio ſuorum fidelium Clericorum, ac Laicorum prædicto nobili viro curtiferum I. in villa, quæ dicitur Frumara, cum ædificiis, agris, pratis, paſchuis, ſilvis, & in omnibus illuc legitimè pertinentibus in poteſtatem habendum. &c.

NUM. MLXIV.

Commutatio Lantberti Epiſcopi, & Wolfdregil nobilis viri.

IN Chriſti nomine. &c. Dedit itaque ante dictus vir præfato Pontifici V. hobas in loco, qui dicitur Sentilinga ad æccleſiam Sanctæ Mariæ Sanctique Corbiniani perpetuò poſſidendum. Econtra verò prælibatus Præſul cum manu ſui Advocati Ratoldi tradidit eidem nobili viro locum, qui dicitur Perec cum æccleſia, terris, & pratis hoc ſunt II. hobæ & tertia non plena. Unam ergo prædictarum hobarum præſcriptus nobilis vir dederat pro æccleſia, & decima, & pro pomario, alteram pro pratis, alias III. pro equalitate agrorum ſibi datorum. Ea igitur ratione, ut hæc commutatio utrinque firma ſit, & ſtabilis in perpetuo &c.

NUM. MLXV.

Commutatio Lantberti Epiſcopi, & Kozberti.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque prædictus nobilis vir, quicquid proprietatis habuit in loco Heidhuſa nominato id eſt arabilis terræ colonias III. & jugera XX. cum curtiferis, & ædificiis pratis, paſcuis, ſilvulis, aquis, aquarúmque decurſibus, & locum molinæ, viis, & inviis, cum exitibus, & reditibus, quæſitis, & inquirendis, omnibúsque rebus juſtè, legitimèque ad præfatum locum pertinentibus in manus præfati Epiſcopi, & Advocati ſui Ratoldi ad Eccleſiam Sanctæ Mariæ, Sanctíque Corbiniani Chriſti perpetualiter exiſtendum. Econtra veró in reconpenſatione ejusdem commutationis id eſt jam ante præſcriptus laudabilis Epiſcopus unà cum manu prænominati Advocati ſui de rebus prætitulatæ Æccleſiæ in loco Perage nuncupato arabilis terræ hobas II. cum curtiferis, & ædificiis, pratis, paſcuis, ſilvulis, aquis, aquarùmque decurſibus, viis, & inviis, cum exitibus & reditibus, quæſitis, & inquirendis, cunctíſque cauſis ad ipſum locum Perage pertinentibus ejusdem Kosperto ævis temporibus in proprietatem tradidit habendum, & exinde, quicquid libuerit faciendum. Unde & duas &c.

NUM. MLXVI.

Commutatio Lantberti Epiſcopi, & Isangrimi nobilis viri.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Tradidit laudabilis Epiſcopus itaque præfatus unà cum Advocato ſuo Ratolfo jugera II. in loco, qui dicitur Vuhiſa eidem nobili viro tunc militi ſuo in proprietatem habendum. Econtra namque in reconpenſatione prædictæ nobilis vir ſimili modo II. jugera in loco, qui dicitur Eginhova tradidit in manus prætitulati Epiſcopi, & Advocati ſui jam dicti ad Eccleſiam Dei ævis temporibus in proprietatem retinendum. Unde & duas &c.

NUM.

Digitized by Google

NUM. MLXVII.
Commutatio Lantberti Epiſcopi, & Albrici.

AGnoſcant omnes æccleſiæ fideles &c. Dedit itaque prædictus nobilis Clericus ad altare Sanctæ Mariæ, Sanctíque Corbiniani Confeſſoris Chriſti in manus prædicti Præſulis, & ſui Advocati Ratoldi partem proprietatis ſuæ ad Adalhereshuſun, & ad Chienperech jugera XXIII. de ſilva jugera V. & de pratis carradas VII. Econtra verò in reconpenſatione harum rerum tradidit præfatus Epiſcopus cum prænominato Defenſore ſuo, in loco, qui dicitur Eitarpach curtiferum I. & tantundem de arabili terra, & de ſylva, & de pratis. Unde & duas &c.

NUM. MLXVIII.
Commutatio Lantberti Epiſcopi, & Racholfi.

VOlumus enim dinoſcere &c. Tradidit itaque idem prædictus nobilis vir in manus præfati Epiſcopi, & Advocati ſui Ratolt dicti, talem proprietatem, qualem in tribus locis Waldi, & Wolpach, atque Adalprehtescella nominatis habere videbatur, cum tribus curtiferis, uno ſuperædificato, & duobus ſine ædificiis, cum paſcuis, & pratis, viis, & inviis, cum exitibus, & reditibus, cum fructiferis ſilvis, & infecundis, ſingulari termino, & communi, aquis, aquarúmque decurſibus, quæſitis, & inquirendis, omnibúſque rebus juſtè, legitiméque ad prædicta loca pertinentibus perpetualiter ad Eccleſiam Sanctæ Mariæ, Sanctíque Corbiniani Confeſſoris Chriſti exiſtendum. Econtra vero in reconpenſatione ejusdem commutationis idem præfatus laudabilis Epiſcopus unà cum manu jam ante dicti ſui Advocati eidem præſcripto nobili viro de rebus prætitulatæ æccleſiæ in loco Sickereshova nuncupato arabilis terræ colonias IIII. & tria jugera cum pratis, cum paſcuis, & tribus curtiferis, uno ſuperædificato, & duobus ſine ædificiis, ſilvis, aquis, aquarúmque decurſibus, viis, & inviis, cum exitibus, & reditibus, quæſitis, & inquirendis, omnibùſque rebus jure ad præfatum locum pertinentibus ævis temporibus in proprietatem tradidit habendum, & exinde, quicquid libuerit faciendum. Unde & duas &c.

NUM. MLXIX.
Commutatio Lantberti Epiſcopi, & Jagobonis.

NOtum ſit omnibus Sanctæ Dei æccleſiæ fidelibus &c. Dedit itaque idem prænominatus nobilis vir, quicquid proprietatis habuit in loco Cubidunes dicto, id eſt curtifera duo, & arabilis terræ jugera XXX. pratorum Karradia XL. & in alio loco Stilves nominato in valle Wibitina arabilis terræ jugera IIII. pratorum Karradia V. cum omnibus rebus jure ad prædictam proprietatem pertinentibus in manus præfati Epiſcopi, & Advocati ſui Ratoldi ad æccleſiam Sanctæ Mariæ, Sanctíque Corbiniani Confeſſoris Chriſti perpetualiter exiſtendum. Econtra verò in reconpenſatione ejusdem commutationis idem jam prænominatus laudabilis Epiſcopus unà cum manu ſui Advocati præſcripti de rebus præfatæ Dei æccleſiæ in loco Toura dicto, id eſt, curtiferum I. & arabilis terræ jugera XXXVI. pratorum Karradia XX. cum omnibus rebus juſtè legitiméque ad eundem Toura pertinentibus eidem prætitulato nobili viro ævis temporibus in proprietatem tradidit habendum. Prædictus igitur Jacob trium jugerorum, & pratorum Karradia XX. in illo loco Cubidunes plus dedit, quàm ſibi ad Touro daretur. Unde & duas &c.

Ita

Digitized by Google

Ita namque commutatio facta eſt ad Frigiſingam cum conſilio principalium vaſallorum Aribonis, Wolftregili, Eramberti, & ceterorum omnium, atque de familia Clericorum Adalliozzes Magiſtri, Kerhandi, Liutberti, & Fritilonis, ac Laicorum Rihfridi, Waldmanni, Otmari, & Wolfkozzes, & alij valde plurimorum principalium. &c.

NUM. MLXX.

Commutatio Lantberti Epiſcopi, & Iſanhardi.

RAtionabile namque videtur, ut quicquid &c. Tradidit itaque prædictus Iſanhardus ad altare Sanctæ Mariæ Genitricis Dei, Sanctíque Corbiniani Confeſſoris Chriſti in manus præfati Epiſcopi, & Defenſoris ſui nomine Ratoldi, in loco, qui dicitur ad Alinperge æccleſiam I. cum decima, & ad Hortolveshuſun curtem I. cum pomario, aliiſque ædificiis, inſuper aliud curtiferum I. ad Sindiohuſun, ſimiliter ad Rupindorf, & in his prædictis locis, & in aliis duobus ad Pahha, & Perechuſun de arabili terra colonias V. & inter Uotinhouvn, & Apolteshouvn jugera II. & ad Rupindorf de ſilva jugera XV. Econtra verò in reconpenſatione ejusdem traditionis prædictus Epiſcopus cum conſilio, & conſenſu ſuorum fidelium, ac cum prædicto Defenſore eidem nobili viro Iſanhardo de parte æccleſiæ ſuæ in loco, qui dicitur Srazpah dedit curtem I. æccleſiam I. cum decima, aliáque ædificia magna, parváque, ac de arabili terra hobas IIII. pratiſque quod ſemper cum ſepe clauditur, & de aliis pratis in eodem campo jacentibus jugera XXI. & de ſilva jugera XV. Unde & duas &c.

NUM. MLXXI.

Commutatio Lantberti Epiſcopi, & Meginhardi.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque præfatus nobilis vir partem ſuæ proprietatis in loco Holzhuſa dicto, ſicut fideles Epiſcopi laudaverunt, in manus præfati Epiſcopi, & Advocati ſui Papin, ad æccleſiam Sanctæ Mariæ, Sanctíque Corbiniani Confeſſoris Chriſti perpetualiter exiſtendum. Econtra verò in reconpenſatione ejusdem commutationis idem jam prædictus laudabilis Epiſcopus unà cum manu ſui Advocati prædicti de rebus præfatæ Dei æccleſiæ in loco, qui dicitur Wiſa equali menſura ævis temporibus in proprietatem tradidit habendum. Unde & duas &c.

NUM. MLXXII.

Commutatio Lantberti Epiſcopi, & ſervi nomine Rihfrid.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Tradidit itaque prædictus ſervus Sancti Stephani in manus præfati Epiſcopi, & Advocati ſui Ratoldi, quicquid proprietatis habuit in loco Heidolvinga nominato de arabili terra hobas III. & jugera XVIII. cum curtiferis, & ædificiis, pratis, omnibúsque rebus juſtè, legitiméque ad eundem locum pertinentibus perpetualiter ad æccleſiam Sanctæ Mariæ, Sanctíque Corbiniani Chriſti Confeſſoris exiſtendum. Econtra verò in reconpenſatione ejusdem commutationis idem præfatus laudabilis Epiſcopus unà cum manu ante dicti ſui Advocati eidem præſcripto ſervo de rebus præfatæ æccleſiæ in loco Hortolfeshuſa nuncupato arabilis terræ hobas III. cum curtiferis, & ædificiis, pratis, paſcuis, ſilvulis omnibuſque rebus juſtè, legitiméque ad ipſum locum exiſtentibus in proprietatem tradidit habendum. Unde &c.

NUM. MLXXIII.

Commutatio Lantberti Epiſcopi, & Irmanheri.

NOtum ſit omnibus Sanctæ Dei æccleſiæ fidelibus, qualiter &c. Dedit itaque prædictus nobilis vir ſua propria mancipia ſic nominata: Reginheri, Erchanperht, Kundpold, Dietric, Koltrun in manus præfati Epiſcopi, & Advocati ſui Ratoldi ad altare Sanctæ Mariæ, Sanctíque Corbiniani Confeſſoris Chriſti perpetualiter exiſtenda. Econtra vero prænominatus laudabilis Epiſcopus uná cum manu ſui Advocati prædicti de mancipiis præfatæ Eccleſiæ iſta mancipia ſic nominata: Engilpold, Kerſuind, Frehholf, Luiphilt, Diothart, Diotrat, Luitpold, Kundolt, Engilfrid, Ellindrud, Heriperht Einheri eidem Irminhario in proprietatem conceſſit his ſermonibus, ut uſque in finem vitæ ſuæ, & uſque in finem vitæ illius filiæ Waltradæ illa mancipia, quæ dedit, & quæ de Epiſcopo accepit ſine obſtaculo ullius perſonæ firmiter teneat, atque poſſideat; poſt obitum verò amborum omnia mancipia data, & accepta cum toto partu ſuo ad prænominatam Dei æccleſiam nemini inquietante redeant, & æternaliter ſtabilita fiant. Hæc namque conplacitatio facta eſt ad Frigiſingam civitatem cum conſilio, & conſultu principum vaſallorum, & totius principalitatis familiæ Clericorum, atque Laicorum.

NUM. MLXXIV.

Commutatio Kotaſcalhi nobilis viri, & Lantperti Epiſcopi.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Tradidit itaque prædictus nobilis vir ad æccleſiam Sanctæ Mariæ in manus præfati Epiſcopi, & Advocati ſui Kotoſcalhi, quicquid proprietatis habuit ad Kermaringun præter pratas, hoc eſt, curtiferum cum domo, aliiſque ædificiis. Econtra verò in reconpenſatione ejuſdem proprietatis dedit præſcriptus Epiſcopus cum manu prædicti Advocati ſui eidem nobili viro de parte æccleſiæ in loco, qui dicitur Puohheim curtiferum I. & jugera XXIIII. & quicquid in eodem loco habuit præter pratas, & exinde quicquid libuerit faciendum. Unde & duas &c.

NUM. MLXXV.

Commutatio Lantberti Epiſcopi, & nobilis viri Prillunc

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Tradidit itaque idem prædictus nobilis vir ſuæ proprietatis duo jugera pratorum, & terni jugeri duas partes in campo juxta fluvium, quæ dicitur Ampra jacentia in manus præfati Epiſcopi, & Advocati ſui Ratoldi ad æccleſiam Dei perpetualiter exiſtenda. Econtra verò idem jam prænominatus Epiſcopus unà cum manu præſcripti ſui Advocati de rebus Dej æccleſiæ unum jugerum pratorum, & ſecundi duas partes in campo juxta amnem Wirma nuncupata ſub prata virentia eidem præfato nobili viro ævis temporibus in proprietatem tradidit habendum. &c.

NUM.

Digitized by Google

NUM. MLXXVI.

Commutatio Lantberti Epiſcopi, & Adalperonis Comitis.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Tradidit itaque prænominatus Comes partem ſuæ proprietatis id eſt arabilis terræ IIII. jugera in loco Riſa dicto in manus præfati Epiſcopi, & Advocati ſui Ratoldi perpetualiter ad æccleſiam Sanctæ Mariæ, Sanctíque Corbiniani Confeſſoris Chriſti exiſtenda. Econtra verò in reconpenſatione ejuſdem commutationis de rebus prædictæ æccleſiæ in loco Hohinpurc nuncupato partem illam Urbiſtatij ad aquilonem poſitam vallóque circumſeptam idem jam præſcriptus laudabilis Epiſcopus unà cum manu ſui Advocati prædicti eidem Comiti ævis temporibus in proprietatem tradidit habendum. Iſti ſunt teſtes per aures tracti: Eparhart Comes, Adalhoh &c.

NUM. MLXXVII.

Commutatio Lantberti Epiſcopi, & Paponis nobilis viri.

NOtum ſit omnibus in Chriſto fidelibus &c. Dedit itaque idem prædictus Epiſcopus cum manu Advocati ſui Ratolti cum conſilio Cleri, & familiæ Sancti Corbiniani Confeſſoris Chriſti eidem nobili viro in loco, qui dicitur Pritilinpah hobam I. cum curtifero, & pratis ad eam pertinentibus. Similiter & in loco, qui dicitur Pirapalzinga hobam I. cum curtifero, & pratis ad eam pertinentibus in proprietatem habere, & facere, quicquid libuerit. Econtra verò idem nobilis vir tradidit eidem prænominato Epiſcopo in manus præfati Advocati in proprietatem retinendum in loco, qui dicitur Alamuntinga hobam I. cum curtifero, & pratis ad eam pertinentibus. Et inſuper in loco, qui dicitur Dienga juxta placitum Epiſcopi jugera XI. in confinio curtis ſuæ jacentia. Et in ſilva, quæ dicitur Haginiginpuoh tertiam partem Saginationis porcorum, & inciſionem lignorum cum probatione prædicti Cleri, & familiæ, & firmaverunt, quod alter ab altero accepit, firmiter teneat, atque poſſideat, atque inconvulſum perpetuò permaneat. Hoc factum eſt in urbe Frigiſinga. Ego itaque Adallioz ſcripſi, & notavi diem Lunæ, &c.

NUM. MLXXVIII.

Commutatio Lantberti Epiſcopi, & Irmanheri nobilis viri.

NOtum ſit omnibus in Chriſto fidelibus &c. Dedit itaque idem prædictus Epiſcopus de Slehdorf cum manu Advocati ſui Ratolti, cum conſilio Cleri, & familiæ Sancti Corbiniani Confeſſoris Chriſti eidem nobili viro in proprietatem habere locum, qui dicitur Liupincheima, quicquid habuit in illo. Econtra verò idem nobilis vir tradidit prænominato Epiſcopo in manus præfati Advocati ad Slehdorf in proprietatem retinendum locum, qui dicitur Paſinga, totum, quicquid ibi habuit cum probatione prædicti Cleri, & familiæ, & firmaverunt, ut quod alter ab altero acceperat, firmiter teneat, atque poſſideat, atque inconvulſum perpetuò permaneat. Hoc factum eſt in Urbe Frigiſinga. Ego itaque Adallioz ſcripſi, & notavi diem Lunæ. &c.

NUM. MLXXIX.

Commutatio Lantberti Epiſcopi, & Adalberti nobilis viri.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque prædictus venerabilis Epiſcopus eidem nobili viro in proprietatem retinendum jugera II. de agro, & prato in loco, qui dicitur Herineshuſa cum manu Advocati ſui Ratoldi, & unà cum conſenſu fidelium ſuorum præſentium. Econtra verò in reconpenſatione harum rerum tradidit idem nobilis vir in eodem prænominato loco curtiferum I. arboribus conſitum longitudine, & latitudine unius jugeri in manum præfati Epiſcopi, & Advocati perpetualiter poſſidendum ad curtem, quæ jacet in eodem loco. Unde & duas &c.

NUM. MLXXX.

Commutatio Lantberti Epiſcopi, & Eparharti.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque prædictus Epiſcopus eidem nobili viro cum manu Advocati ſui Ratoldi in loco, qui dicitur Steinesdorf curtiferum I. jugera XXIIII. molendinum I. & quicquid ad eundem locum pertinere videbatur quæſitis, & inquirendis, & de pratis Karradas X. cum paſcuis, viis, & inviis, exitibus, & reditibus, & cum omni veſtitura tali, ſicut ad ipſam villam pertinere dinoſcitur, ſingulariter in peccunia talentum unum, & dimidium I. ſolidos XII. Econtra in reconpenſatione illa tradidit ante memoratus nobilis vir prænominato laudabili Epiſcopo proprietatem ſuam in loco, qui dicitur Eliſindorf, id eſt, curtiferum I. & hobam I. ac jugera XV. & de pratis Karradas XXIIII. viis, & inviis, & exitibus, & reditibus, paſcuis, aquis, aquarúmque decurſibus, quæſitis, & inquirendis, & inculto rubo omne, quod excole poteſt ad Eccleſiam Sanctæ pertinendum. Unde & duas &c.

NUM. MLXXXI.

Commutatio Lantberti Epiſcopi, & Engilharti nobilis viri.

NOtum ſit omnibus Chriſti fidelibus &c. Tradidit itaque idem prædictus nobilis vir talem proprietatem, qualem ſibi ſuus Senior Aripo in proprium donavit, id eſt, locum Wickinhuſa nominatum, quem Otto Rex ei in proprietatem conceſſit cum mancipiis LXVI. curtiferis, & edificiis, terris cultis, & incultis, pratis, paſcuis, ſilvulis, aquis, aquarúmque decurſibus, viis, & inviis, cum exitibus, & reditibus, quæſitis, & inquirendis, omnibúsque rebus juſtè, & legitime ad nominatum locum pertinentibus in manus præfati Epiſcopi, & Advocati ſui Ratoldi ad Eccleſiam Sanctæ Mariæ, Sanctíque Corbiniani Confeſſoris Chriſti perpetualiter exiſtendum. Econtra verò in reconpenſatione ejusdem commutationis idem jam ante nominatus laudabilis Epiſcopus unà cum manu ſui Advocati præſcripti de rebus prætitulatæ æccleſiæ id eſt locum Mahaleihhinga dictum una cum Eccleſia, & cum XVIII. mancipiis. Alium verò locum Lohhuſa nominatum, & XVIIII. mancipiis, cum curtiferis, & edificiis, terris cultis, & incultis, pratis, paſcuis, ſilvulis, cum exitibus, & reditibus, quæſitis, & inquirendis, omnibúsque rebus jure ad præfata loca pertinentibus prædicto nobili viro ævis temporibus in proprietatem tradidit habendum. Unde & duas commutationes &c,

NUM.

Digitized by Google

NUM. MLXXXII.

Commutatio Lantberti Epiſcopi, & Erchanberti nobilis viri.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque idem prædictus nobilis vir ſuæ proprietatis in loco Tannara dicto, id eſt, curtiferum I. & arabilis terræ coloniam I. in manus prænominati Epiſcopi, & Advocati ſui Annonis ad æccleſiam Sanctæ Mariæ, Sanctíque Corbiniani Confeſſoris Chriſti perpetualiter exiſtendum. Econtra verò in reconpenſatione ejusdem commutationis idem jam ante nominatus Epiſcopus unà cum manu ſui Advocati præſcripti de rebus prætitulatæ Dei æccleſiæ in loco Wihſa nominato curtiferum I. equali menſura, & arabilis terræ hobam I. eidem præfato nobili viro ævis temporibus in proprietatem tradidit habendum, & exinde quicquid libuerit faciendum. Unde & duas &c.

NUM. MLXXXIII.

Commutatio Lantberti Epiſcopi, & Otmari ſervi familiæ.

IN Dei nomine &c. Tradidit itaque prænominatus Miniſter talem proprietatem, qualem habuit in loco, qui dicitur Chinzinpah, id eſt hobas II. cultas, edificiis, pratis, paſcuis, aquis, viis, exitibus, & reditibus. Et in alio loco Fagana dicto ſimiliter hobas II. & jugera XII. cum prenominatis omnibus rebus jure ad eas pertinentibus, etiam & ſilvulis in manus præfati Epiſcopi, & Advocati ſui Ratoldi perpetualiter poſſidendum. Econtra verò in reconpenſatione ejusdem proprietatis prædictus laudabilis Epiſcopus unà cum manu Advocati ſui præſcripti de rebus æccleſiæ ſuæ, id eſt, in loco Zornhuſa hobas II. & dimidiam cum prenominatis omnibus rebus jure ad eas pertinentibus, ſingulariter pratis, & ſilvulis, & ad Arprehtesdorf hobam I. ſimiliter etiam & ſilvulis, & ad Perchhuſun jugera XXX. culta etiam cum pratis illuc pertinentibus predicto miniſtro ævis temporibus in proprietatem tradidit poſſidendum. Unde & duas &c.

NUM. MLXXXIV.

Commutatio Lantberti Epiſcopi, & Ratoldi nobilis Clerici.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit namque idem præfatus Diaconus unà manu ſui Advocati Papo nominati ſua propria, ac hereditaria mancipia VI. in manus prædicti Epiſcopi, & Advocati ſui Ratoldi ad æccleſiam Sanctæ Mariæ, SanctíqueCorbiniani Confeſſoris Chriſti exiſtenda. Econtra vero in reconpenſatione ejusdem complacitationis idem jam præſcriptus laudabilis Epiſcopus unà cum manu ſui Advocati prædicti, ac cum conſilio ſuorum fidelium Clericorum, atque Laicorum de mancipiis præfatæ Dei æccleſiæ XVIIII. eidem jam prænominato Clerico uſque in finem vitæ ſuæ poteſtativa manu tradidit habendum. Ea videlicet conplacitatione, & tenore, ut ſi pater ejus illum ſupervixiſſet, ipſe omnia hæc mancipia uſque ad exitum vitæ ſuæ firmiter habeat. Poſt obitum verò amborum cuncta mancipia data, & accepta ſine obſtaculo ullius perſonæ ad prædictam Dei Eccleſiam cum partu ſuo perpetualiter exiſtenda redeant. &c.

NUM. MLXXXV.

Commutatio Lantberti Epiſcopi, & Jagob nobilis viri.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit namque idem jam præfatus nobilis vir ſua propria mancipia ſic nominata: Adalrih, Dietpirich, Snelrat in manus prænominati Epiſcopi, & Advocati ſui Ratoldi ad æccleſiam Sanctæ Mariæ, Sanctique Corbiniani Confeſſoris Chriſti perpetualiter exiſtenda. Econtra verò in reconpenſatione ejusdem commutationis idem jam præſcriptus laudabilis Epiſcopus unà cum manu ſui Advocati Ratoldi de mancipiis prædictæ Dei æccleſiæ iſta duo mancipia ſic appellata: Amalrih, Irmangart eidem prænominato nobili viro ævis temporibus in proprietatem tradidit habendum. Unde & duas &c.

NUM. MLXXXVI.

NOtum ſit omnibus Chriſti fidelibus, nobilibus, & ignobilibus, præſentibus ſcilicet, & futuris, qualiter Lantpertus venerabilis Frigiſingenſis æccleſiæ Epiſcopus, & quidam nobilis ejusdem æccleſiæ Archidiaconus nomine Helmperht quandam complacitationem inter ſe fieri decreverunt, ſicut & fecerunt. Dedit itaque idem prænominatus Clericus unà cum manu ſui Advocati Adalfrid nominati ſuæ hereditariæ proprietatis in loco Diotfridesdorf dicto arabilis terræ hobam I. & tria ſua propria mancipia ſic nominata Wihkoz, Azabeo, Reginfrit in manus præſcripti Epiſcopi, & Advocati ſui Ratoldi ad altare Sanctæ Mariæ, Sanctique Corbiniani Confeſſoris Chriſti ævis temporibus poſt exitum vitæ ſuæ exiſtenda. Econtra verò in reconpenſatione ejusdem conplacitationis idem jam ante nominatus laudabilis Epiſcopus unà cum manu prædicti ſui Advocati in eodem præfato loco æccleſiam I. decimatam, & arabilis terræ hobam I. & inſuper VII. jugera, & hæc mancipia ita appellata: Perhtolt cum filiis ſuis, Reginperht, Willolf cum filiis ſuis, Reginpirich, Willihilt, Diotpurch, Irmanhilt eidem Helmperhto in proprietatem tradidit habendum, ea videlicet ratione, & tenore, ut poſt obitum illius ambæ coloniæ cum præſcriptis mancipiis, & cum toto partu ſuo ſine obſtaculo illius perſonæ ad præfatam Dei æccleſiam redeant, & ibi æternaliter ſtabilitate permaneant. Hæc namque conplacitatio facta eſt in epiſcopali loco Frigiſinga cum conſilio, & conſenſu totius principalis familiæ Clericorum, atque Laicorum, ut per futura tempora firmius habeatur, & ſtabilietur &c.

NUM. MLXXXVII.

Commutatio Lantberti Epiſcopi, & cujusdam nobilis vaſalli nomine Jagob.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque idem prænominatus Jagob talem proprietatem, qualem habere viſus eſt in loco Fietchiricha dicto, id eſt, curtiferum I. & arabilis terræ jugera L. & ſilvæ jugera XX. atque pratorum jugera XX. in manus præfati Epiſcopi, & Advocati ſui Ratoldi ad altare Sanctæ Mariæ, Sanctique Corbiniani Confeſſoris Chriſti perpetualiter exiſtendum. Econtra verò in reconpenſatione ejusdem commutationis idem jam prædictus Epiſcopus unà cum manu ſui Advocati prænominati eidem præfato nobili viro de rebus prædictæ Dei æccleſiæ in loco Kiſinga dicto ſimiliter curtiferum I. in occidentali parte villæ ſitum, & arabilis terræ jugera LX. pratorum jugera XX. ævis temporibus in proprietatem tradidit habendum, & exinde, quicquid libuerit faciendum. Unde & duas &c.

Digitized by Google

NUM. MLXXXVIII.

Commutatio inter Lantbertum Epiſcopum, & Kozbertum nobilem vaſallum.

NOverint igitur omnes Chriſti fideles &c. Dedit itaque idem prædictus nobilis vir, quicquid proprietatis habuit ad Rammespah, id eſt curtiferum I. & arabilis terræ jugera LVIIII. pratorum jugera XVIII. & totidem ſilvæ cum omnibus rebus juſtè, legitiméque ad eandem proprietatem pertinentibus in manus præfati Epiſcopi, & Advocati ſui Ratolti ad æccleſiam Sanctæ Mariæ, Sanctíque Corbiniani Confeſſoris Chriſti perpetualiter exiſtendum. Econtra verò in reconpenſatione ejusdem commutationis idem jam prænominatus laudabilis Epiſcopus unà cum manu Advocati ſui præſcripti de rebus prædictæ Dei æccleſiæ in loco Rotinpah nominato curtiferum I. & arabilis terræ jugera XVIIII. pratorum jugera XVIII. & totidem ſilvæ, atque in alio loco Piparpah dicto arabilis terræ jugera X. eidem Kozperto evis temporibus in proprietatem tradidit habendum. Unde duas commutationes &c.

NUM. MLXXXIX.

SCiant itaque omnes fideles præſentes, & futuri, quo pacto Wolframmus Frigiſingicæ Sedis Paſtor cum Engilſcalho Archipresbytero quoddam concambium perfecerat. Tradidit verò prædictus Epiſcopus Wolframmus cum manu ſui Advocati Ratoldi locum, qui dicitur minora Rota in manus Engilſcalhi, & ſui Advocati perpetualiter poſſidendum. Econtra namque Engilſcalhus, & Advocatus ſuus Koteſcalhc vocitatus tradiderunt in poteſtatem præfati Præſulis, & Advocati ſui prius nominati in quibusdam locis, qui dicuntur Phioht, & Paſinga, & Strazpah æternaliter retinendum. Poſt ipſius verò Præſulis Wolframmi vitam Rex Otto cunctis Epiſcopis ſibi ſubjectis præcipiens, ut inlegales, injuſtásque commutationes, quæ de æccleſiaſticis rebus factæ fuiſſent, redire feciſſent. Tunc Lantpertus ipſius cathedræ Procurator, ejusque Succeſſor prædictum concambium mutare volens, ſed eam utiliter æccleſiæ conpletam inveniens, ad uſum Sanctæ Mariæ, Sanctíque Corbiniani firmiter ſtabilivit, & ulterius pro eodem concambio præfatum Engilſcalhum ſe inquietare denegavit, firmiter, ac valde legaliter in conſpectu idoneorum teſtium iſtam commutationem ita firmavit, quorum nomina infra ſcripta ſunt. Anzo Comes, Arnolf, Reginperht, Iſangrim, Papo &c.

Inſtrumenta ſub Abrahamo Epiſcopo XV.

NUM. MXC.

Traditio Ratoldi cujusdam nobilis Presbyteri.

IN nomine Sanctæ, & individuæ Trinitatis. Noverint omnes Chriſti, & Sanctæ æcccleſiæ fideles, qualiter quidam nobilis Presbyter Ratolt nominatus Frigiſingenſis æccleſiæ Cuſtos, & æditŭus, quicquid proprietatis habuit in loco Puosinga dicto cum curtiferis, ædificiis, exitibus, & reditibus, fontibus, viis, & inviis, paſcuis, pratis, ſilvis, omnibúsque rebus juſté, legitiméque ad eundem locum pertinentibus in manus venerabilliimi Præſulis Abraham, & Advocati ipſius Uodalſcalchi absque omnium contradictione hominum poteſtative tra-

tradidit ad altare Sanctæ Mariæ, Sanctíque Corbiniani ob remedium animæ ſuæ perpetualiter exiſtendum, eo videlicet tenore, eáque ratione, ut poſt vitæ ipſius terminum ſui Succeſſores, ſcilicet æccleſiæ cuſtodes ad ſui ſacrarij utilitatem ſingulariter eundem locum cum omnibus commoditatibus firmiter teneant, æternalitérque poſſideant. Ut ſiquis Epiſcopus, vel quælibet alia potens perſona quicquam exinde id eſt ex Sacrarij ſervitute, & eorundem cuſtodum utilitate præſumpſerit diſtrahere, proximus ipſius hæres totum ex integro repetat, potentérque recipiat, quo Advocatus ejusdem Sacrarij, & Cuſtodum legali jure requirat. Teſtes ejusdem traditionis: Aripo Comes, Arnis Comes, Uogo Comes, Piligrim, Wiſili, Papo, Uodalſcalch, Dietrih, item Uodalſcalch, Uozi, Uodalrih, Albrih, Kiſalolt, Altuom, Dietpato, Ratkis, Heimperht, Atto, Arnolt, Jacob, Perahtolt. Actum autem Frigiſingæ VI. Idus Septembris in Nativitate Sanctæ Mariæ, in Dedicatione ejusdem Frigiſingenſis æccleſiæ præfato Epiſcopo per omnia laudando Abraham juxta altare Sanctæ Mariæ, Sanctiſque Corbiniani ſolio ſuo reſidente, toto Clero, cunctóque populo circumſtante in Dei nomine feliciter amen.

NUM. MXCI.
Item traditio ejusdem Ratolti Presbyteri.

NOtum ſit omnibus Chriſti, & Sanctæ æccleſiæ fidelibus, qualiter quidam nobilis Presbyter Ratolt appellatus, quicquid proprietatis in loco Runna habuit, una hoba excepta, quæ etiam tum in ſeditione erat, quam ſibi quidam nobilis Diaconus Willihalm ob ſuæ remedium animæ potenti manu dedit in manus venerabilis Epiſcopi Abraham, & Advocati ipſius Uodalſcalchi cum omnibus rebus juſtè, legitiméque ad eundem locum aſpicientibus absque omnium contradictione hominum tradidit ad altare Sanctæ Mariæ, Sanctíque Corbiniani, & ad providendam fratrum ſingulariter perpetuo exiſtendum eo ſcilicet tenore, & ea ratione &c. ut ſupra.

NUM. MXCII.
Concambium inter Abraham, & Humbertum.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit inter venerabilem Abraham Frigiſingenſis æccleſiæ Epiſcopum, nec non & quendam proprium ejusdem æccleſiæ ſervum Humperht nominatum quandam inter ſe commutationem facere, ſicut & fecerunt. Tradidit itaque idem prænominatus ſervus in manum præfati venerabilis Epiſcopi, & Advocati ſui Paponis, quicquid proprietatis habuit in loco, qui dicitur Herivvartesdorf, id eſt curtifera II. & arabilis terræ hobas III. & jugera X. de pratis carradas XXIIII. & ſilvulam I. & quicquid juſtè ad eadem curtifera pertinet. Econtra verò in reconpenſationem ejusdem commutationis prælibatus Præſul uná cum manu prædicti Advocati ſui prænominato ſervo in loco, qui Heridioshuſa dicitur curtifera II. & tantundem arabilis terræ, id eſt, hobas III. & jugera X. & de pratis carradas XXIIII. & ſilvulam I. & hoc illi ævis in proprietatem temporibus tradidit habendum. Unde & duas commutationes fieri voluerunt pari tenore conſcriptas, ut uterque, quod ab altero accepit firmiter poſſideat, atque indiſſolubiliter, ac perpetualiter teneat. Iſti ſunt ejusdem commutationis, ſicut mos eſt, per aurem attracti, id eſt, inprimis Lantperht Comes, Anno, Jacob, Dietrih, Timo, Cotaſcalh, Iſangrim, Ratkis &c.

NUM.

NUM. MXCIII.
Conplacitatio Abrahæ, & Iſangrimi.

NOtum ſit omnibus Sanctæ Dei æccleſiæ fidelibus, nobilibus, & ignobilibus, præſentibus ſcilicet, & futuris, qualiter Abraham venerabilis Frigiſingenſis Sedis Paſtor, nec non quidam nobilis vir nomine Iſangrim quandam conplacitationem facere inter ſe voluerunt, ſicut & fecerunt. Dedit itaque idem prænominatus Iſangrim in loco Pipurch dictæ ſuæ proprietatis curtiferum I. & arabilis terræ hobam I. & inſuper jugera XII. quam de Rumoldo emit; & hec cum omnibus rebus juſtè; legitiméque ad eandem coloniam pertinentibus in manus præfati Epiſcopi, & Advocati ſui Paponis. Econtra vero in reconpenſatione ejuſdem conplacitationis idem prænominatus laudabilis Epiſcopus unà cum manu Advocati ſui præfati in ipſo prænominato loco curtifera II. & arabilis terræ hobas IIII. atque hæc mancipia ita nominata: Waltperht, Adalhard, Rihpold, Helphrih, item Waltperht, Adalgis, Engilſuind. Amaldrud, Ercanfrit, & cum omnibus cauſis jure ad easdem colonias exiſtentibus eidem Iſangrimo usque in finem Uxoris ejus Reginni nuncupatæ, illiusque filij Iſangrim nominati in proprietatem habendum tradidit; poſt obitum verò amborum hoc, quod dedit, & accepit ſine ullius perſonæ obſtaculo ad domum Dei redeant. &c.

NUM. MXCIV.
Conplacitatio inter Abraham Epiſcopum, & Ariponem.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Dedit itaque idem præfatus Comes ſuam proprietatem, qualem habuit in loco Keroltesdorf nominato curtem cum edificiis, & omnibus rebus ad eundem locum pertinentibus, atque molinam I. ſitam circa aquam Wirmam nominatam, & mancipia XXVII. in manus prælibati Epiſcopi, & Advocati ſui Paponis ad Eccleſiam Sanctæ Mariæ, Sanctíque Corbiniani Confeſſoris Chriſti perpetualiter exiſtenda. Econtra vero in reconpenſationem ejuſdem conplacitationis idem jam præſcriptus laudabilis Epiſcopus unà cum manu ſui Advocati prædicti, ac cum conſilio ſuorum fidelium Clericorum, atque Laicorum de rebus præfatæ Eccleſiæ iſta loca ſic nominata: Pritilinpah, Titinhova, & hobam I. intra montana ad Riod, & mancipia LI. uſque ad finem vitæ ſuæ, filiique ejus Perahtoldi Clerici poteſtativa manu tradidit habendum; poſt obitum verò amborum eadem loca data, & accepta ſine obſtaculo ullius perſonæ ad prædictam Dei Eccleſiam perpetualiter exiſtenda redeant. Iſti ſunt teſtes ejuſdem conplacitationis, ſicut mos eſt, per aurem attracti: Eparhart Comes, Ratolt, Anno, Ruodperht, Frieſo. Timo &c.

NUM. MXCV.
Concambium inter Abraham, & Reginoldum.

PLacuit, atque convenit &c. Tradidit itaque idem prænominatus vir in manum præfati venerabilis Epiſcopi, & Advocati ſui Paponis curtiferum I. in loco, qui dicitur Fioht, & arabilis terræ jugera XXXI. Econtra verò in reconpenſationem ejuſdem commutationis præfatus Præſul dedit unà cum manu ſui Advocati prædicti prænominato nobili viro in eodem loco curtiferum I. & arabilis terræ jugera XXXIIII. & hoc illi ævis in proprietatem temporibus retinendum, & deinde quicquid libuerit faciendum. Iſti ſunt teſtes ejuſdem commutationis: Adalpero Comes, Cundpold, Papo, Meginrat, Dietrih, Timo &c.

NUM. MXCVI.

Concambium inter Abraham, & Pettonem.

NOtum ſit omnibus Chriſti fidelibus &c. Dedit itaque idem prænominatus nobilis vir, quicquid proprietatis habuit in loco Prunna dicto, id eſt, æccleſiam dimidiam cum decima, & unum curtiferum, atque arabilis terræ hobam unam, & jugera X. pratorum jugera II. ſilvámque ad eundem locum pertinentem, cum exitibus, & reditibus, pratis, paſcuis, viis, & inviis, aquis, aquarùmque decurſibus, quæſitis, & inquirendis, omnibúsque rebus juſtè, legitiméque ad prædictum locum pertinentibus. Et in alio ſuo loco Altolveſteti nominato dedit curtiferum I. & arabilis terræ hobas II. jugeráque X. pratorum jugera V. Et in tertio loco Zollinga dicto dedit curtiferum I. & arabilis terræ hobam I. jugeráque XVII. cum omnibus cauſis ad illa loca pertinentibus in manus præfati Epiſcopi, & Advocati ſui Paponis ad altare Sanctæ Mariæ, Sanctíque Corbiniani Confeſſoris Chriſti perpetualiter exiſtendum. Econtra verò in reconpenſatione ejuſdem commutationis idem prænominatus laudabilis Epiſcopus uná cum manu ſui Advocati præſcripti cum conſilio ſuorum fidelium eidem Pettoni de rebus præfatæ Dei æccleſiæ in loco Cruonilinga nominato legalem æccleſiæ locum cum decima ad eam pertinente, & curtiferum I. atque arabilis terræ hobas III. & jugera XX. pratorum jugera VII. & ſilvam ad illum locum pertinentem cum exitibus, & reditibus, paſcuis, viis, & inviis, aquis, aquarumque decurſibus, queſitis, & inquirendis, omnibusque rebus jure ad prædictum locum pertinentibus ævis temporibus in proprietatem tradidit habendum, & exinde quicquid libuerit faciendum. Unde & duas &c.

NUM. MXCVII.

Concambium inter Mihahelem, & Abraham Epiſcopos.

NOverint igitur omnium fidelium induſtria, qualiter utilis effectus eſt conventus inter Michahelem Rateſponenſem, & Abraham Frigiſingenſem Epiſcopos pro utrarumque partium commoditate de mancipiis ex utraque familia conjugatis, quódque tali tenore peractum eſt. Tradidit namque idem Epiſcopus Abraham cum manu Advocati ſui Paponis ad Sanctum Petrum, Sanctúmque Emmeramum mancipia de loco Yſana nativa XXI in manum videlicet Epiſcopi Michahelis & Advocati ſui Willihelmi in proprium. Econtra verò retradente eodem Advocato cum juſſu, & manu ejuſdem Epiſcopi accepit memoratus Epiſcopus Abraham cum prædicto Advocato ſuo totidem mancipia de curte Helphindorf nata &c. Simili modo ad ſervitium Sancti Corbiniani in proprium. Et iſti ſunt teſtes: Engilperht, Anno, Perahtolt, Othalm, Aſcrih, Uoto, Meginrat, Aripo, Wicco, Uodalſcalch, Altrih, Ratpot, Adalperht. Actum eſt inter medietatem Helphindorf, & Yſinæ in loco Louppach nuncupato in Dei nomine amen.

NUM. MXCVII.

NOtum ſit omnibus Dei æccleſiæ fidelibus, qualiter quidam nobilis vir nomine Wolftregil tradidit in manus Abrahæ venerabilis Epiſcopi, & Advocati ſui Paponis molam unam cum omnibus appenditiis correctam, ea ratione, ut talem commutationem, qualem antea cum Lantperto laudabili Epiſcopo, & Advocato ſuo Ratoldo, ſuíſque fidelibus conſentientibus iterum renovaret, ſicut & perfecit. Iſti ſunt teſtes confirmationis ejuſdem traditionis: Liutpold, Wetti, Kotaſcalch, Erchanger &c.

NUM.

Digitized by Google

NUM. MXCVIII.

Concambium Abrahami, & Mahtunes.

NOtum ſit omnibus Chriſti fidelibus &c. Dedit itaque idem prænominatus Mahtuni talem proprietatem, qualem habuit in loco Puohhe dicto, id eſt arabilis terræ hobam I. legalem cum curtiferis, pratis, ſilvulis, omnibúsque rebus ad prædictam proprietatem pertinentibus in manus præfati Epiſcopi, & Advocati ſui Paponis ad altare Sanctæ Mariæ perpetualiter exiſtendum. Econtra vero in reconpenſatione ejusdem commutationis idem prædictus Epiſcopus unà cum manu prædicti ſui Advocati eidem nobili viro de rebus præticulatæ æccleſiæ in loco Rumaneshuſa dicto arabili terræ hobam I. legalem cum curtiferis, pratis, ſilvulis, omnibúsque rebus ad prædictum locum pertinentibus ævis temporibus in proprietatem habendum. Iſti ſunt teſtes: Uodalrih, Ruodperht, Anno &c.

NUM. MXCIX.

Conplacitatio Abrahæ Epiſcopi, & Altuomi.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Tradidit itaque Altuom in manus Epiſcopi, & Advocati ſui Paponis ad æccleſiam Frigiſingenſem hobas VIIII. & jugera X. inter loca Pouſtettin, & Wazilingun cum curtiferis, omnibúsque appenditiis, queſitis, & inquirendis, ſilvulam quoque unam Dahſovua, atque mancipia XXII. ita nominata: Williperht &c. Econtra verò Epiſcopus, & Advocatus ejus prædictus retradidit eidem nobili viro præſcripto, & Uxori ejus Hittæ, filióque eorum Othlohe usque ad finem vitæ præſentis eorum curtem Tegirinvvach poſſidendum, eo tenore, ut XV. hobæ, & duæ partes unius præfatis hobis V. & X. jugeris, & æccleſia cum decima X. domorum, hoba I. & ſaltus cum III. hobis, & ſilvula prænominata Dahſouva conparentur, & in eadem reconpenſatione mancipia LX. ſic dicta: Liutheri, Engilrih &c. cetera XXII. quæ ſupra data, ut firmius habeatur, ea duntaxat ratione, ut poſt obitum eorum omnia ad Epiſcopium Frigiſingenſe redintegrentur, tantùm una hoba, & dimidia ad Wazilingun ſtatim dimiſſa. Et iſti ſunt teſtes: Orendil, Jacob &c.

NUM. MC.

Commutatio Abrahæ Epiſcopi, & Adallioz ſervi Eccleſiæ.

NOverint omnes Chriſti fideles &c. Tradidit isdem ſervus Adallioz in manum ejusdem Epiſcopi, & Advocati ipſius Uodalſcalchi, quicquid proprietatis habuit in loco Meninpah, curtiferi terciam partem jugeri, & arabilis terræ jugera XII. & pratorum jugera IIII. cum exitibus, & reditibus, aliísque rebus ad eundem locum legitimè pertinentibus ad ſervicium Sancti Zenonis perpetualiter exiſtendum. Econtra præfatus venerabilis Epiſcopus cum manu Advocati ipſius tradidit eidem præticulato ſervo in loco Stallinchirichun curtiferi duas partes jugeri & arabilis terræ jugera XIIII. & duas partes jugera, & pratorum jugerum I. ſibi habendum, dandum, vendendum, filiis relinquendum, ſeu quicquid libuerit exinde faciendum &c.

NUM. MCI.

Concambium Abrahæ, & Ugoni.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Tradidit namque Ugo in ma-nus Epiſcopi, & Advocati ſui Paponis ad Truhtheringun hobas III. cum omnibus rebus illuc juſtè, legitiméque pertinentibus. Econtra verò Epi-ſcopus, & Advocatus ejus prædictus ad Chadalesdorf, & Rumenhuſun arabilis terræ hobas III. omnibúsque rebus ad prædicta loca juſtè, legitiméque pertinen-tibus ſine obſtaculo ullius perſonæ perpetualiter in proprietatem poſſidendum. Iſti ſunt teſtes: Hartvvich Comes, Lantperht Comes, Liutpold, Jacob, Ki-ſalolt, Wolvolt, Adalvvih, Dietrih, Heimperht, Morhart, Piligrim.

NUM. MCII.

Conplacitatio Abrahæ Epiſcopi, & Selpradi.

IN Dei nomine. Agnoſcat &c. Tradidit igitur prædictus nobilis vir in manus Epiſcopi, & Advocati ſui Paponis hobas II. Parscalchorum in loco, qui di-citur Ellingrimesdorf omnibus rebus ad eas jure pertinentibus, & mancipia III.. Econtra verò accepit ab his hobas III. in loco, qui dicitur Moſaha, æccle-ſiam I. cum domibus VII. decimaçam, & mancipia VI. eo tenore conplacitatio-nis, ut uſque ad exitum vitæ ſuæ poſſideat, & Uxoris ſuæ Windigæ, & filij ejus Ellinrici ſine ullius obſtaculo, & in eodem loco molam I. correctam; poſt finem verò dictorum trium ad æccleſiam Frigiſingenſem redeat &c.

NUM. MCIII.

Concambinm Abrahæ Epiſcopi, & Almanni Clerici.

PLacuit, atque convenit &c. Tradidit namque idem prædictus Clericus in manus Epiſcopi, & Advocati ſui Paponis ad Paſingun arabilis terræ ju-gera XXIII. pratarum jugera III. Econtra verò idem prælibatus Epiſcopus cum manu ejusdem Advocati Paponis in reconpenſationem ejusdem commuta-tionis ad Sinidieshuſa arabilis terræ jugera XXIII. pratarum jugera III. retradidit; ea ſcilicet ratione, ut uterque, quod ab altero accepit nullo contradicente ævis temporibus inconvulsè firmiter teneat, atque poſſideat. Iſti ſunt teſtes: Ar-nolt Comes, Engildio, Jacob &c.

NUM. MCIV.

Commutatio Abrahæ Epiſcopi, & Iſangrimi.

PLacuit, atque convenit &c. Tradidit namque præfatus Iſangrim ſuam pro-prietatem in loco Roſſapach nominato hobas II. jugera XXVI. & ad Pera-chirihhun jugera XIII. & dimidium in manus Epiſcopi, & Advocati ſui Paponis ad æccleſiam Frigiſingenſem exiſtendam.

Econtra prælibatus Epiſcopus cum manu ſui Advocati prædicti in loco Pi-purch nominato hobas III. jugera III. & dimidium ſine obſtaculo ullius Perſonæ ævis temporibus in proprietatem habendum. Iſti ſunt teſtes: Jacob, Anno &c.

Tradidit idem Iſangrim in conplacitationem ancillam unam Epiſcopo præ-fato nomine Uotila. Econtra Epiſcopus ſervum unum Adalhart nominatum, ancillas duas Amaldrut, Erchanfrit retradidit; ea ratione, ut poſt obitum illius, & Uxoris ejus, & filij ejus Iſangrim nominati ad Epiſcopium data, & accepta redeant. &c.

NUM.

NUM. MCV.

Concambium Abrahami Epiſcopi, & trium fratrum Meginhardi, Frieſonis, Uodalſcalchi.

PLacuit, atque convenit &c. Dederunt itaque idem prædicti nobiles viri, quicquid proprietatis habuerunt in loco Ruodrihhesdorf nominato in manus præfati Epiſcopi. & Advocati ſui Paponis poteſtativa manu nullo contradicente ad æccleſiam Frigiſingenſem perpetualiter exiſtendum. Econtra veró prælibatus Epiſcopus unà cum manu ſui Advocati prædicti in loco Ontichara nominato, quicquid præfata domus Dei in illo uno loco habere videbatur, cum loco oratorij ſine decima illis tribus confratribus ſine obſtaculo ullius Perſonæ ævis temporibus in proprietatem tradidit habendum, & exinde, quicquid libuerit, faciendum. &c.

NUM. MCVI.

Commutatio Abrahæ Epiſcopi, & Engilhardi.

NOtum ſit omnibus Sanctæ Dei æccleſiæ fidelibus &c. Dedit itaque idem prænominatus Engilhart, quicquid proprietatis habuit in loco Mencinga dicto, id eſt, curtiferum I. & arabilis terræ jugera XLV. cum omnibus rebus ad illum jure locum pertinentibus in manus præfati Epiſcopi, & Advocati ſui Paponis ad altare Sanctæ Mariæ perpetualiter exiſtendum. Econtra verò idem prædictus laudabilis Epiſcopus cum conſilio ſuorum fidelium, & cum manu ſui Advocati prædicti de rebus præfatæ æccleſiæ Dei in loco Peraloh dicto curtiferum I. & arabilis terræ jugera XLV. cum omnibus rebus juſtè, legitimèque ad illum locum pertinentibus eidem Engilhardo ævis temporibus in proprietatem tradidit habendum &c.

NUM. MCVII.

Conplacitatio Abraham, & Ruodharij Clerici.

NOtum ſit omnibus Sanctæ Dei æccleſiæ fidelibus &c. Dedit itaque idem prænominatus Ruodharius, & Advocatus ejus Jacob ſua propria mancipia ſic nominata: Anzo, & Uxor ejus Uoza, Liuphilt, & filius ejus Reginvvart in manus Epiſcopi, & Advocati ſui Paponis ad altare Sanctæ Mariæ, Sanctíque Corbiniani poſt vitam illius perpetualiter exiſtenda. Econtra vero Epiſcopus unà cum manu ſui Advocati prædicti in reconpenſationem ejusdem complacitationis de mancipiis ejusdem æccleſiæ iſta mancipia ſic nominata: Wertkis, Wolfker, Werinperht, Diotfrit, Ruodheri, Pero, Uota, Fridapiric, Otlint, Liutni, Genia, Ermanlint, ea ſcilicet ratione, ut poſt obitum illius data, & accepta ad prædictam Dei æccleſiam redeant. Iſti ſunt teſtes, ſicut mos eſt Bajoariorum per aures tracti: Adalpero Comes, Uodalſcalc, Peranhart &c.

NUM. MCVIII.

Conplacitatio Abrahæ, & Adalharti.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Tradidit namque idem prædictus nobilis vir in loco Altrateshuſa nominato arabilis terræ hobas III. jugera XI. ſiluuam I. pratum I. & mancipia II. ſic nominata: Padrihc, Amalpirch in manus Epiſcopi, & Advocati ſui Paponis, ea videlicet ratione, ut poſt obitum illius, & Uxoris ejus Perathiniæ, & filij eorum Ruodperti ad altare Sanctæ Mariæ, Sanctíque Corbiniani Confeſſoris Chriſti ſine obſtaculo ullius Perſonæ redeat.

Digitized by Google

redeat. Econtra verò præfatus laudabilis Epiſcopus cum manu ejusdem Advocati de rebus æccleſiæ in loco Heidoluinga nominato in reconpenſationem ejusdem conplacitationis retradidit hobas III. jugera V. pratum I. æccleſiam unam cum XXVI. domibus decimatam, & mancipia IIII. ſic nominata: Marti, Ruodhilt, Einihilt, Hadamar, omnibusque rebus jure, legitiméque ad eundem locum pertinentibus; ea videlicet conplacitatione, ut poſt obitum illorum trium, hoc, quod dedit, & quod accepit, ad eandem præfatam Dei æccleſiam ſalva integritate perpetualiter exiſtat. &c.

NUM. MCIX.

Commutatio Abrahæ, & Adalberti Clerici æccleſiæ Friſingenſis.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Tradidit verò idem prædictus Clericus cum manu ſui Advocati Hirirat nominati in manus Epiſcopi, & Advocati ſui Paponis ad Truhtiringun hobas II. & in loco Sentilinga nominato hobas II. jugera XI. ad æccleſiam Dei prædictam perpetualiter exiſtendum. Econtra verò præfatus venerabilis Epiſcopus unà cum manu ſui Advocati in reconpenſationem ejusdem commutationis retradidit ad Uotinhuni hobas IIII. jugera XI. omnibúsque rebus legaliter ad eundem locum pertinentibus excepta Eccleſia, tali tenore, ut uterque, quod ab altero accepit indiſſolubiliter ſine obſtaculo ullius perſonæ ævis temporibus firmiter teneat, atque poſſideat. &c.

NUM. MCX.

Concambium Abrahæ, & Altuomi.

NOtum ſit omnibus Chriſti fidelibus &c. Tradidit igitur prædictus Altuom in manus Epiſcopi, & Advocati ſui Paponis, quicquid proprietatis habuit in loco, qui dicitur Ipah, id eſt, legales hobas II. cum curtifero I. & jugera VII. prata per totum, de ſilva rubos II. ad æccleſiam Sancti Corbiniani perpetualiter exiſtendum. Econtra verò Epiſcopus, & prænotatus Advocatus retradiderunt præfato nobili viro in loco, qui dicitur Pouſtetti, legalem hobam I. & jugera XLI. & tantumdem de pratis cum quæſitis, & inquirendis ex utraque parte ævis temporibus poſſidendum; eo ſcilicet tenore, ut uterque, quod ab altero accepit firmiter teneat, & quicquid libuerit faciat. Unde & duas &c.

NUM. MCXI.

Conplacitatio amborum eorum.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Tradidit itaque prædictus nobilis vir in loco, qui dicitur Wazilinga hobam I. poſſeſſam in manus Epiſcopi, & Advocati ſui Paponis ad ad æccleſiam Sancti Corbiniani perpetualiter exiſtendum. Econtra Epiſcopus, & Advocatus conceſſerunt hobam primitiarum in loco, qui dicitur Simanneſſtetti, æccleſiam, & decimam de Pouſtetti, id ſunt domus XI. ea ſcilicet conplacitatione, ut idem præfatus Altuom, & Uxor ejus Hitta, filiúsque ejus Adalhart uſque in finem vitæ eorum teneant, atque poſſideant ſine ullius contradictione, & poſt obitum eorum trium per totum datum, & acceptum redeat ad præfatam æccleſiam Sancti Corbiniani Frigiſingam. &c.

NUM.

Digitized by Google

NUM. MCXII.

Commutatio Abrahæ, & Uogonis.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Tradidit igitur prædictus nobilis vir in manus Epiſcopi, & Advocati ſui Papponis ad Tuhhing molinam I. & quicquid pratorum habuit inter fluvios Moſaha, & Iſara ad æccleſiam Sancti Corbiniani perpetualiter exiſtendum. Econtra verò Epiſcopus cum manu Advocati eidem nobili viro ad Puehhe hobam I. legalem, id eſt, in tribus plagis jugera XV. cum curtifero edificato, & de pratis carradas XV. in reconpenſatione ejuſdem commutationis retradidit, tali tenore, ut uterque, quod ab altero accepit firmiter teneat, atque poſſideat ævis temporibus, & communionem in ſilva de illa hoba, ſicut mos eſt illorum civium. Iſti ſunt teſtes: Sigihart Comes, Uogo, Ediram &c.

Inſtrumenta ſub Goteſcalco

Epiſcopo Eriſingenſi XVI.

NUM. MCXIII.

Epiſtolæ Tegernſeenſes ad Goteſcalcum Friſingenſem Epiſcopum.

I.

ANtiſtiti G. meritis virtutum admodum decorato, Gozpertus, Abbatis vocabulo minimè dignus, ſeduli precaminis devotum pignus. Quia ſæpè ſæpiús hujus petitionis noſtræ cauſam iteramus, valde timeremus, quód vos offenderemus, ſi fidiſſimam pietatem veſtram interventricem non haberemus. Solotenus inclinati rogamus, ut iſti Presbytero licentiam concedatis Sacerdotalis officij ob elemoſynam veſtri uſque ad proximum capitulum aut Synodum veſtram, ne Eccleſia Dei vel populus ſibi commiſſus penitus careant divino miniſterio, & ſi ſe pro tali neglectu interim emendare non ſtuduerit, alium cum veſtro conſilio in locum illius ſubrogamus, valete.

II.

DOmino G. Pontificali ſolio, dignitate meritorum ſublimato, Gozpertus, Abbatis nomine minimè dignus, ſervitor veſtri devotiſſimus. Memor ſponſionis noſtræ, quam uterque noſtrûm alterutri promiſit ſecreta thalami veſtri conlocutione, Deo cordium inſpectori cottidiano precatu cordetenus non deſiſto præſentare, quod vobis etiam, ut ſpero nunquam excidit memoria. Tres anni jam ſunt tranſacti, quod fingere fecimus formam ad campanam fundendam, totàque materies metalli æqua lance penes eandem formam jacet appenſa: ſed nullo modo poſſumus perficere, quod cœpimus, quia nullum hominem arte fuſoria inſtructum habemus.

Quocirca petimus hoc ipſum opus modulandum perficiendúmque; ut nobis concedatis Clericum veſtrum Adalricum ob amorem Dei ac S. Quirini. Scimus enim percertè quidquid Deus exinde proſperum facit, veſtræ elemoſynæ, futuræque mercedi adſcribendum. Valete.

Digitized by Google

III.

DOmno Antiſtiti G. beatorum Pontificum ſede ſublimato, G. Abbas indignus, cum ſedulitate precum veſtri ſervitij tam devotus, ùt meritò famulus. Quamvis variis ſæcularium perturbationum tumultibus hinc inde cottidie quatiamur, veſtri tamen in fide coadunationis memoria, quam inter vos fieri decrevimus, nunquam obliviſcimur. Hiſtoriæ tripertitæ duas partes conſcriptas habemus: tertia nobis adhuc deeſt, eo quod exemplar nuſquam reperimus. Quam quia in veſtris archivis minimè deeſſe novimus, petimus, non multum tempus nobis præſtari præcipiatis, ut tertiam partem ejusdem libri perſcribamus. Valete.

IV.

FRatres Monaſterij S. Quirini, Dominis dilectíſque fratribus Friſingenſis Eccleſiæ devoti precaminis ſedulitatem in Chriſto. Mœrenti corde, ut eventus cogit, trementibus digitis, lacrimantibus oculis ſcribimus vobis de obitu venerandi Abbatis noſtri Gozperti, qui vos multum dilexit in Domino, XII. Kal: Febr: ingreſſus eſt viam univerſæ carnis: pro quo petimus, ut pro Dei amore ſolitum officium compleatis.

V.

THeodulo, Pontificali ſolio cœlico nutu ſublimato, Monachica Congregatio ſervulorum S. Quirini, nihil audentes de ſe, ſed ſummam ſalutem in Deo Salvatore. Triſte nuntium, quod nuperrimè nobis à vobis eſt delatum, nimiùm contriſtaverat mentes cunctorum confratrum.

In hoc verbo dolemus omnes, quòd nobis demandâſtis, ne Abbatem noſtrum, ſub quo nunc degimus, ſtrangulemus, quod nulli anteceſſorum ejus feceramus. Si mendax fama tale crimen divulgaverat per orbem, & illi, qui nobis invidioſe inimicantur, propter infamiam noſtri, ſanctíque loci hyperbolicè paſſim ſpargere non ceſſant, firmiſſime tamen ſummæ veritati confiſi non trepidamus vos poſſe certiſſimè certificare, nos inculpabiles eſſe internecionis, pro qua mendaciter criminati ſumus à falſidicis. Hujus examinationis ſpeculatricem, cupimus eſſe cunctorum fidelium plebem, deliberata ſatisfactione digni judicij ab Eccleſia Catholica. Valete.

VI.

DOmno Pontifici G. ultimus ſervorum Dei E: devotum ſervitium. cùm proximè colloquebamur, oblitus ſum vobiſcum tractare de fratre defuncto, qui profeſſionem Regularem dimiſit, & ad ſeculum publicè rediit, ſi nobis liceat, aut ſi jubere velitis, ut pro eo faciamus orationes, ſicut pro cæteris ſolitum eſt fratribus, celebrare? Valete.

VII.

DOmino G. honore Pontificali dignè ſublimato. P: veſter ſervitor per omnia devotiſſimus.

Domne dilectiſſime. Multum nos pudet, ſimúlque pœnitet, quòd dignitati veſtræ non poſſumus dignum ſervitium præbere. Ducentas tantùm tabellas vitri præparamus, quas jubete à nobis accipere nuntios veſtros tertia hebdomate poſt Paſcha, vid. XV. Kal: Maij. Ideo tam parvum vobis mittimus, quia totum opus perficere non potuimus, inopia præpediti. Non poſſumus vos celare, quòd multum laboramus præ fame. Nos fratréſque noſtri tale periculum fortè poſſemus evadere. ſed propter famelicam familiam & moribun-

Digitized by Google

bundam, quæ cottidie confluit ad nos undique, omnes periclitamur. ut hoc periculo poſſimus eripi, manum miſericordiæ veſtræ precamur ad nos extendi. Quia ſi nunc evadimus, in omnibus, quæcunque jubetis, ſemper deinceps veſtri erimus. Valete.

NOTA.

Exiſtimamus, hanc ultimam epiſtolam ſcriptam fuiſſe anno Chriſti 1005. quo, teſte antiquo Kalendario Weihen-Stephanenſi, *magna fames facta eſt*.

VIII.

Fromundi Monachi Tegernſeenſis epiſtola ad Theodulum Epiſcopum.

DOmno Pontifici Theodulo Seniori noſtro Frovimundus ſolo veſtitu monachicâ vitâ intitulatus, quicquid venerando Domino ſervus. Portarius Monaſterj Sancti patris noſtris Quirini conſtitutus, cauſor pietati veſtræ Sanctæque Synodo vobiſcum congregatæ, in hoc officio quo fungor minime me poſſe aliquid perficere, niſi Sanctæ manus veſtræ juvamine. Multum namque timeo, quod plures reprehendere debeo, ſed de talibus tacere nequaquam audeo. In decimatione, quam Chriſti pauperibus pro Dei Eccleſia beatorumque animabus eleemoſinaria manu diſpenſare debuimus, undique euge euge fraudem ſentimus. Pauperiores quidem quædam ſubtrahunt penuriâ coacti; potentes publicè tollunt impune ſecuri; & unusquisque quo ſe redimere debet, in hoc ſe perdere non timet. Quocirca precamur pro amore Dei ac lege totius juſtitiæ, ut tales providendo coërceatis pontificali auctoritate veſtra, ut iſti ſibi non audeant vindicare quod non debent, & illi ab Archipresbyteris veſtris ceteriſque Sacerdotibus compulſi reddant, quæ debiti ſunt; & cum juramento retribuant, quæ ab eis injuſtè, ſibique periculoſe adhuc retenta ſunt. Valete.

NUM. MCXIV.

Commutatio Koteſcalchi Epiſcopi, & Eparharij nobilis viri.

NOverint omnes Chriſti fideles, qualiter placuit, atque convenit inter venerabilem Frigiſingenſis æccleſiæ Epiſcopum Goteſcalchum, & quendam nobilem virum Eparhart nuncupatum commutationem facere, quam & fecerunt. Tradidit namque idem nobilis vir in loco Tetindorf dicto hobam ſervilem cum curtifero ſuperædificato, cum exitibus, & reditibus, omnibúſque rebus jure, legitiméque ad eundem locum pertinentibus in manus Epiſcopi, & Advocati ejus Helmperht nominati ad æccleſiam Sanctæ Mariæ, Sanctíque Corbiniani perpetualiter exiſtendum. Econtra verò in reconpenſationem Epiſcopus jam dictus per manum Advocati prælibati cum conſenſu fidelium ſuorum nobilium ſcilicet, atque ignobilium perſonarum in loco Tanpach vocato æquam menſuram in proprium habendum ſibi retradidit. Teſtes Uogo, Arnis, Aripo, Uodalrih, Perahtolt, Uodalſcalh, Dietrih, iterum Uodalſcalh.

NUM. MCXV.

Commutatio Kotescalchi, & Ratoldi ſimulque Adalliozi.

NOtum ſit omnibus Chriſti fidelibus &c. Tradiderunt namque idem ſervi jam dicti talem proprietatem, qualem habuerunt in loco Meninpach nuncupato, id eſt jugera XXIIII. cum curtifero duarum partium unius jugeri, pra-

pratorum jugera VIII. cum exitibus, & reditibus, omnibusque rebus jure ad eundem locum pertinentibus in manus Epiſcopi, & ejus Advocati Uodalſcah nominati ad æccleſiam Sanctæ Mariæ, Sanctique Corbiniani perpetualiter retinendum. Econtra Epiſcopus jam dictus cum manu Advocati prætitulati in loco Seccipach vocitato æqualem menſuram eisdem ſervis cum conſilio omnium ſui fidelium retradidit &c.

NUM. MCXVI.

Commutatio Koteſcalchi Epiſcopi, & Piligrimi, unáque Kuntperti.

NOverint omnes Chriſti fideles, qualiter &c. Tradiderunt quidem ipſi prædicti confratres, quicquid proprietatis habuerunt in loco Liubuncheim dicto curtifera II. ac cultæ terræ, & incultæ, nec non pratorum jugera CXXX. in manus prætitulati Epiſcopi G. & ejus Advocati U. ad ſervicium Sanctæ Mariæ, Sanctique Corbiniani perpetualiter exiſtendum. Econtra verò jam nominatus Epiſcopus cum manu Advocati ſui U. retradidit eisdem confratribus in loco Habohperch dicto cultæ, & incultæ, pratorúmque æqualem menſuram ſibi habendum, dandum, vendendum, poſteris ſuis relinquendum, ſeu quod libet faciendum exinde. Teſtes Adalpero Comes, Erchanger, Erchanpolt, Eginolf, & ceteri.

NUM. MCXVII.

Commutatio Koteſcalchi Epiſcopi, & Gotaperti nobilis viri.

NOverint omnes Chriſti fideles &c. Tradidit enim jam dictus Gotapertus in locis Erilapah, & Mutilingun vocatis hobas nobiles VII. curtiferis, pratis, paſcuis, ſilvis, cultis, & incultis, molendino I. aquis, aquarúmque decurſibus, exitibus, & reditibus, viis, & inviis omnibúsque rebus jure ad eadem loca pertinentibus in manum Epiſcopi, & Advocati ſui Helmperti ad æccleſiam Sanctæ Mariæ, Sanctique Corbiniani perpetualiter exiſtendum. Econtra verò idem prælibatus Epiſcopus per manum Advocati ſui ſupra notati cum conſenſu, conſilióque fidelium ſuorum nobilium videlicet, atque ignobilium perſonarum, quicquid de rebus æccleſiæ habuit in loco Priſinperac dicto, id eſt æccleſiam unam dotatam, decimatam, & decimam ad eandem æccleſiam pertingentem integram, excepta tertia parte, quæ perveniret Presbytero eidem altari deſervienti, & hobas nobilium III. unà cum dote ipſius æccleſiæ, cum curtiferis, pratis, paſcuis, ſilvis, aquis, aquarúmve decurſibus, exitibus, & reditibus, viis, & inviis, cultis, & incultis, omnibùsque rebus juſtè, legitiméque ad eundem locum pertinentibus eidem prædicto Gotaperto in proprium ſibi habendum, commutandum, poſteris ſuis relinquendum, ſeu quicquid exinde libuerit faciendum retradidit. &c.

NUM. MCXVII.

Traditio Kotescalchi Epiſcopi, & Gerolti nobilis viri.

NOverint omnes Chriſtianæ fidei cultores &c. Tradidit enim prænominatus Gerolt in loco ad Zueinchirichun appellato ſervilem hobam I. ad Notzingun hobam dimidiam cum curtiferis, omnibúsque rebus ad utrasque hobas legitime pertinentibus in manus prælibati Epiſcopi, & Advocati ſui Helmperti

perti ad altare Sanctæ Mariæ, Sanctique Corbiniani perpetim exiſtendum. Econtra verò prædictus Epiſcopus per manum ejusdem Advocati ſui prænotati, cum conſilio fidelium ſuorum nobilium, ignobiliumque perſonarum de rebus æccleſiæ in loco Piparpah nominato, quicquid ibi habuit, eidem nobili viro Geroldo in proprium habendum, ſeu quicquid exinde libuerit faciendum retradidit &c.

NUM. MCXVIII.

Commutatio Goteſcalchi Epiſcopi, & Heririch Clerici.

NOverint cuncti &c. Tradidit namque prædictus Clericus per manum Advocati ſui Dietperti in loco Tintinhuſa vocato in manum Epiſcopi, & Advocati ſui Helmperti arabilis terræ jugerum I. ad altare Sanctæ Mariæ, Sanctique Corbiniani perenniter exiſtendum. Econtra verò idem Epiſcopus cum manu Advocati ſui præſcripti cum conſilio fidelium ſuorum nobilium, & ignobilium perſonarum in eodem loco curtiferum I. jugerum dimidium eidem Clerico in proprium habendum, ſeu quicquid voluerit faciendum redonavit &c.

NUM. MCXIX.

Commutatio Koteſcalchi Epiſcopi, & Wolfhalmi illius ſervi.

NOverint omnes Chriſti fideles &c. Dedit itaque idem W. in loco Cruekinga jugera XLV. cum curtifero I. in manum Epiſcopi, & Advocati ſui Helmperti ad altare Sanctæ Mariæ, Sancti Corbiniani perpetim perſiſtendum. Econtra præfatus Epiſcopus dedit eidem W. in loco Ipach jugera XII. cum omni lege perpetualiter retinendum, aut quicquid inde placuerit, faciendum. Teſtes Ito, Wicher, Luitperht, Reginheri, Manno, & alij.

NUM. MCXX.

Commutatio Goteſcalchi Epiſcopi, & cujusdam Liberti Aripo nominati.

NOverint omnes Chriſti fideles &c. Tradidit namque idem libertus jam dictus talem proprietatem, qualem habuit in locis Kuntheresdorf, & Tellenhuſa, id eſt, arabilis terræ jugera XLII. & pratorum jugera VI. & tertiam partem jugeri, curtiferum etiam I. cum exitibus, & reditibus, quæſitis, & inquirendis, omnibúsque rebus jure, legitiméque ad eadem loca pertinentibus in manus prætitulati Epiſcopi, & ejus Advocati Uodalſcalchi vocitati ad æccleſiam Sanctæ Mariæ, Sanctique Corbiniani perpetualiter exiſtendum. Econtra prædictus Antiſtes, & ejus jam nominatus Advocatus cum conſenſu, conſilióque omnium ſui fidelium Clericorum ſcilicet, totiúsque familiæ, ac etiam militum ſuorum eidem prætitulato liberto in loco Haſalpah nuncupato æqualem menſuram in proprium habendum, & Uxori poſterisque ejus relinquendum, ſeu quicquid exinde libuerit faciendum retradidit.

NOTA.

Militum ſuorum, id eſt, Nobilium, veluti vox *miles* ſæpiſſimè interpretanda eſt, ut nôrunt eruditi.

Digitized by Google

NUM. MCXXI.

Item Commutatio ejusdem Ariponis, & Epiſcopi Goteſcalchi.

PLacuit etiam, atque convenit &c. Tradidit namque idem Libertus prætitulatus talem proprietatem, qualem habuit in locis Sindieshuſa, & Kuntheresdorf, vel curtifera II. & arabilis terræ jugera XXVIII. pratorum jugera IIII. cum exitibus, & reditibus, quæſitis, & inquirendis, omnibùsque rebus jure legaliterque ad eadem loca pertinentibus in manus prælibati Epiſcopi, ejusque Advocati Helmperht nominati ad æccleſiam Sanctæ Mariæ, Sanctíque Corbiniani perpetualiter exiſtendum. Econtra prædictus Epiſcopus cum conſenſu, conſilioque ſui fidelium nobilium ſcilicet, atque ignobilium perſonarum eidem prænotato liberto in loco Haſalpah dicto in manum Advocati ſui prætitulati æqualem menſuram in proprium habendum retradidit. &c.

NUM. MCXXII.

Commutatio Koteſcalhi Epiſcopi, & Luitsuindis Eccleſiæ propriæ ancillæ.

NOverint omnes Chriſti fideles &c. Dedit namque eadem mulier jam dicta cum manu Advocati ſui Rihharij talem proprietatem, qualem habuit in locis Strupinga, & Rotinmanna dictis, id eſt, curtiferum I. jugeri unius, & dimidij, & arabilis terræ, pratorúmque jugera LXXI. in manus Epiſcopi ejusque Advocati Uodalſcalch nominati cum exitibus: & reditibus, omnibúsque rebus jure ad eadem loca pertinentibus ad altare Sanctæ Mariæ Sanctíque Corbiniani perpetualiter exiſtendum. Econtra prius nuncupatus Antiſtes cum manu prædicti Advocati eidem feminæ, ejusque Advocato Rihario cum conſilio ſui fidelium in loco Diomuotinga vocitato æqualem menſuram ſibi uſque ad finem vitæ retinendum, liberíſque ſuis poteſtativa manu relinquendum retradidit. &c.

NUM. MCXXIII.

Commutatio Kotescalhi Epiſcopi, & Liutperti proprij æccleſiæ ſervi.

NOverint omnes Chriſti fideles &c. Tradidit namque idem ſervus jam dictus talem proprietatem, qualem habuit in duobus locis, id eſt, in loco Puotilinpach nominato, & Meninpach dicto id eſt jugera XII. in manum Epiſcopi, & ejus Advocati Helmperht nuncupati ad æccleſiam Sanctæ Mariæ, Sanctíque Corbiniani perpetim abſque omnium contradictione exiſtendum. Econtra prædictus Antiſtes cum prænominato Advocato cum conſilio, & conſenſu omnium tunc inibi præſentium ſui fidelium Clericorum, Laicorúmque eidem prætitulato ſervo in loco Slapadiengun dicto æqualem menſuram in proprium habendum, & quidquid exinde libuerit faciendum retradidit. Teſtes Uodalſcalh Comes, Perahtolt, item Perahtolt, Cralolf, Maganus &c.

NUM.

Digitized by Google

NUM. MCXXIV.

Commutatio Domni Gotescalchi Friſingenſis Æccleſiæ Epiſcopi, & Archicappellani ejus Zacharias nuncupati.

NOverint omnes Chriſti fideles &c. Tradidit namque prælibatus Dominus Zacharias proprietatis ſuæ libros duos, unum, in quo ſimul Martyrologium, Graduale, Miſſale, libèrque Comitis continentur, alium quoque, qui inſcribitur XL. Omelia Gregorij Papæ in manus prænotati Præſulis ad altare beati Thomæ Apoſtoli, ubi corpus felicis memoriæ Abrahæ Epiſcopi requieſcit perpetualiter exiſtendum, & ut hæc faciliús impetraret, firmiúſque ſtabiliret, eidem Epiſcopo argenti libram dimidiam ſuperadjecit. E veſtigio igitur prænominatus Antiſtes cum conſenſu, conſilióque fratrum ibidem in choro Sanctæ Mariæ, Sanctíque Corbiniani canonicé deſervientium eidem Archicappellano ſuo libellos etiam duos, id eſt Miſſale & Lectionarium in proprium ſibi habendum, ſeu quicquid exinde libuerit faciendum poteſtativa manu retradidit.

NUM. MCXXV.

Commutatio Gotescalhi Epiſcopi, & Willibalmi Clerici.

TRadidit idem Clericus in manum Goteſcalhi Epiſcopi, & Sigipoldi Advocati fratrum in loco Maſſinhuſa ſilvæ pratorumque jugera XIII. Econtra Sigipoldus cum conſenſu, & conſilio fratrum in loco Salamanneſchiriha dicto jugera VIIII. arabilis terræ, quo firmior eſſet, retradidit. Teſtes Gotapolt, Rihheri, Erchanperht &c.

NUM. MCXXVI.

Commutatio inter Goteſcalhum Epiſcopum, & Reganfridum Presbyterum.

NOverint omnes Chriſti fideles &c. Tradidit namque idem Presbyter per manum Advocati ſui Erchanperti, quicquid proprietatis habuit in locis duobus, id eſt ad Pueſingun jugera X. ad Laginpah curtiferum I. ſuperædificatum, & arabilis terræ jugera XX. pratorum jugera VI. cum exitibus, & reditibus, omnibúſque ad eadem loca jure pertinentibus in manus Epiſcopi, & Advocati ſui Helmperti ad altare Sanctæ Mariæ, Sanctíque Corbiniani perpetualiter exiſtendum. Econtra verò prædictus Epiſcopus per manum Advocati ſui prælibati eidem Presbytero in loco Eckinperaga dicto arabilis terræ jugera XXX. in proprim ſibi habendum, ſeu quicquid libuerit faciendum retradidit. Teſtes Uogo, Uodalſcalh, Coteſcalh &c.

NUM. MCXXVII.

Commutatio Gotescalhi Epiſcopi, & Simonis Clerici.

PLacuit, atque convenit &c. Tradidit namque idem Presbyter jam dictus cum manu ſui Advocati Adalhardi in manus Epiſcopi, & ejus Advocati Erchankeri arabilis terræ jugera XXXI. in locis his Attinheim, Enilhuſa, Ichanhuſa, Altkiriha, Kervventeleshuſa ad altare Sanctæ Mariæ, Sanctíque Corbiniani perpetualiter exiſtendum. Econtra verò Epiſcopus conſenſu, & conſilio ſuorum fidelium per manum Advocati ſui præticulati eidem Clerico in loco Ennil-

Digitized by Google

Ennilhuſa dicto jugera II. curtiferum, & arabilis terræ XXVII. jugera in proprium redonavit. hujus rei teſtes ſunt III. nobilis viri Helmperht, Erchanpolt, Peranhart &c.

NUM. MCXXVIII.

Commutatio Gotescalchi Epiſcopi, & cujusdam ſervi Sanctæ Mariæ, Sanctique Corbiniani Aripo nuncupati.

NOtum ſit omnibus Chriſti fidelibus &c. Tradidit namque idem ſervus jam dictus in loco Sindeöeshuſa dicto curtiferum I. & arabilis terræ hobam I. ſervilem, ſilvæ jugera V. alio quoque loco Hemminhuſa nuncupato iterum curtiferum I, cum exitibus. & reditibus, quomodo & prius, paſcuis quoque, aquarumque decurſibus, viis, & inviis, & omnibus ad ea loca legaliter pertinentibus, terræ etiam arabilis jugera XVI. pratorum jugerum I. in manus Epiſcopi prætitulati, & Advocati ſui Uodalſcalchi ad æccleſiam Sanctæ Mariæ, Sanctíque Corbiniani perenniter exiſtendum. Econtra veró Epiſcopus unà cum manu ejusdem Advocati jam dicti æquam menſuram eidem ſervo redonavit ad Horchinhouun ea lege, ut ille ipſe poſteríque ejus absque omnium contradictione ſemper haberent in proprietatem &c.

NUM. MCXXIX.

NOverint omnes Chriſti fideles, qualiter Helmpertus Friſingenſis æccleſiæ Advocatus quandam ejusdem æccleſiæ ancillam nomine Waltrat cum filiis ſuis IIII. Arnolt, Gundila, Ratvvich, Benedicta cum conſenſu totius familiæ ad Eccleſiam Sancti Quirini Tegaranſeo in manum ejusdem æccleſiæ Advocati Uogo nominati ad eandem Eccleſiam perpetualiter exiſtendum tradidit, atque econtra ab eodem jam dicto Uogone mancipia IIII. id eſt, Hirizpirin, Adalhilt, Gerni, Heririh, Uodalſcalch ad altare Sanctæ Mariæ Frigiſingun exiſtendum recepit. Teſtes Lipolf, Viſunc, Iſangrim, Liuto &c.

NUM. MCXXX.

Commutatio inter Goteſcalchum Epiſcopum, & quendam nobilem virum Ernuſt nominatum.

NOverint omnes Dei fideles, qualiter placuit &c. Tradidit namque idem nobilis vir, quicquid proprietatis habuit in loco Goldarun dicto cum mancipiis XVIII. utriusque ſexûs, queſitis, inquirendis, cultis & incultis, agris, pratis, paſcuis, ſilvis, viis, inviis, omnibusque rebus jure legitiméque ad eundem locum pertinentibus in manus prædicti Epiſcopi, ejúsque Advocati Helmperht appellati ad altare Sanctæ Mariæ, Sancti Corbiniani perenniter exiſtendum. Econtra veró Epiſcopus per manus Advocati ſui prælibati cum conſenſu, conſilióque omnium ſui fidelium eidem nobili viro in tribus locis, id eſt Herivvartesdorf, Heripirgachiriha, Hemminhuſun quatuor hobas nobiles cum curtiferis, ſilvis, pratis prope fluvium Iſara jacentibus, queſitis, & inquirendis, omnibúsque juſtè legalitérque ad easdem IIII. hobas nobiles pertinentibus, cum mancipiis XI. in proprium ſibi habendum, ſeu quicquid exinde libuerit faciendum retradidit. Teſtes Piligrim, Uodalſcalch, Lantfrit, Magnus Tiemo &c.

NUM.

Digitized by Google

NUM. MCXXXI.

Commutatio Gotescalhi Epiſcopi, & Reginfridi Presbyteri.

NOtum ſit omnibus fidelibus &c. Dedit itaque idem prænominatus Reginfridus cum manu Advocati ſui Dietperti, quicquid proprietatis habuit in loco Horapahc dicto, id eſt, jug. curtiferum cum edificiis inibi poſitis, & arabilis terræ hobam I. & jugera X. pratorum. Econtra vero in reconpenſatione ejusdem commutationis idem ante nominatus Epiſcopus cum manu Advocati ſui Helmperti æqualem menſuram in loco Dorfa cum omnibus rebus legitimis eidem Clerico retradidit. Hi ſunt teſtes: Luodolf, Albrihc, Podalunc &c.

NUM. MCXXXII.

Commutatio Gotescalchi Epiſcopi, & cujusdam ſervi Engildeo dicti.

NOtum ſit Chriſti fidelibus &c. Tradidit namque idem prætitulatus E. & ſervus æcclefiæ prædictæ prædium, quale habuit apud locum, qui dicitur Heripirgachiricha, id eſt, arabilis terræ hobam I. nobilis hominis, & jugera III. ſilvæ autem jugera XVIII. pratæ quoque jugera IIII. in manus Epiſcopi, & Advocati ſui Helmperti. Econtrario ante dictus Epiſcopus & Advocatus ipſius retradiderunt eidem E. equali menſura in loco, qui dictus eſt Heridieshuſa. hujus rei teſtes: Alparich, Primiſclauvo, Maganus &c.

NUM. MCXXXIII.

Conplacitatio inter Goteſcalchum Epiſcopum, & quandam nobilem feminam Perachsuint nominatam.

COnſultum namque videtur, ut quicquid &c. Dedit enim prædicta nobilis femina per manum Advocati ſui Herirant nominati in præſentia etiam mariti ſui Helmperti, quicquid habuit proprietatis in loco Herisvindohuſa dicto, id eſt æccleſiam unam dotatam, decimatam, & hobas nobiles VI. ac jugera XV. pratorum jugera XXIIII. cum exitibus, & reditibus, viis, inviis, aquis, aquarumve decurſibus, paſcuis, omnibusque rebus ad eundem locum jure pertinentibus, & mancipia utriusque ſexûs XXII. ſic nominata Waltheri, Ratolt &c. in manum Epiſcopi, & Advocati ſui Helmperti ad altare Sanctæ Mariæ, Sanctíque Corbiniani poſt obitum vitæ ſuæ, & filiorum ejus Goteſcalchi, & Helmperti æternaliter exiſtendum. Econtra verò prælibatus G. Epiſcopus per manum Advocati ſui ſupra quoque ſcripti cum conſenſu, conſilióque fidelium ſuorum Clericorum, atque Laicorum, nobilium ſcilicet, & ignobilium perſonarum, & eorum, qui utrumque & datum, & acceptum, quicquid id erat, certa menſura conprehenderunt, eandem conplacitationem collaudantium, quorum hæc ſunt nomina: de Clericis Heririh, Reganfrit, item Reganfrit, Otolt, Rihker, item Heririh, Willipolt. de Laicis: Aripo, Riheri, Diotperht, Epatheri, Kerhoh, Walto, Peranger de rebus prædictæ Dei Eccleſiæ in loco Sindoshuſa dicto æccleſiam unam dotatam, decimatam cum omnibus rebus juſtè ad hanc reſpicientibus, & in reconpenſatione hobæ unius molam I. & ſilvæ hobas II. cetera omnia in agris, & pratis tripliciter reconpenſando, id eſt per totum nobiles hobas XVIII. cum omnibus legitimè ad easdem pertinentibus & mancipia LXVI. infra ſcripta: Dietperht, Paldmot &c. Hæc omnia

Digitized by Google

omnia eidem nobili feminæ Perahsuint nominatæ, & filiis ejus Gotescalcho, & Helmperto usque ad finem vitæ habenda redonavit, eo ſcilicet tenore, ut ipſa & filius ejus Gotascalchus, & data, & accepta uſque ad finem vitæ ſuæ integra poſſiderent. Si autem alter filius ejus Helmpertus vocatus ſupervixiſſet eos, ipſe etiam hæc eadem ſimiliter integra usque ad finem vitæ ejus retineret. Poſt obitum verò illorum trium cuncta data, acceptaque ſine ullius Perſonæ obſtaculo ad præfatam Sanctæ Dei Genitricis Eccleſiam perpetim exiſtenda redirent, & ſi Epiſcopus, aut quelibet perſona potens conplacitationem eandem diſſolveret, ipſa femina, filiíque ejus proprietatem ſuam totam, atque integram haberent. Teſtes Herirant, Uodalrih, Walah &c.

NUM. MCXXXIV.

Commutatio inter Gotescalchum Friſingenſis Æccleſiæ Epiſcopum, & quendam ejusdem æccleſiæ Clericum Magnus nominatum.

NOtum eſſe volumus omnibus &c. Tradidit namque prædictus Clericus per manum Advocati ſui Erchanperti, quicquid proprietatis habuit in loco Sindioshuſa curtiferum unum jugeri dimidij, arabilis terræ jugera XXII. pratorum, & ſilvulæ jugerum I. & dimidium, & circa fluvium Moſaha pratorum jugera VI. in manum Epiſcopi, & Advocati ſui Helmperht nominati ad altare Sanctæ Mariæ, Sanctíque Corbiniani æternaliter exiſtendum. Econtra verò prætitulatus Epiſcopus cum manu Advocati ſui Helmperti eidem Clerico cum conſilio fidelium ſuorum æqualem menſuram in loco Gartuneshuſa in proprium ſibi habendum, ſeu quicquid exinde faciendum libuerit retradidit. Teſtes: Alprih, Reganperht &c.

NUM. MCXXXV.

PLacuit namque inter Gotesalchum Epiſcopum, & Utonem quendam nobilem virum commutationem quandam inter ſe facere, ſicut & fecerunt. Dedit enim prædictus Epiſcopus per manum Advocati ſui Helmperti in loco Guginhuſa curtiferum I. dimidij jugeri, arabilis terræ jugera XVIIII. & dimidium ad Eccleſiam Sancti Quirini Tegarnſeo perpetim exiſtendum. Econtra prænominatus Uto in loco Zellanhuſa dicto æqualem menſuram ad Eccleſiam Sanctæ Mariæ, Sanctíque Corbiniani retradidit. Teſtes Dietrih, Lantolt &c.

NUM. MCXXXVI.

Commutatio Gotescalchi Epiſcopi, & Uodalſcalchi.

NOverint omnes Chriſti fideles &c. Dedit namque idem ſervus in loco Eretmaringa curtiferum ſuperædificatum jugeri I. & dimidij, arabilis terræ jugera XL. in manus Epiſcopi, & Advocati ſui Helmperti ad Eccleſiam Sanctæ Mariæ, Sanctíque Corbiniani æternaliter exiſtendum. Econtra verò prælibatus Epiſcopus cum conſenſu fidelium ſuorum in loco Zellanhuſa curtiferum I. & arabilis terræ jugera XXIII. per manum Advocati ſui prædicti eidem Uodalſcalcho in proprium habendum, ſeu quicquid exinde libuerit faciendum retradidit. Teſtes Erchanpolt, Helmperht &c.

NUM.

Digitized by Google

NUM. MCXXXVII.

Commutatio inter Gotescalchum Epiſcopum, & Geroldum.

NOverint omnes Chriſtianæ fidei cultores &c. Tradidit enim prænominatus Geroldus in loco ad Zueinchirichun appellato ſervilem hobam I. ad Notzingun hobam dimidiam cum curtiferis, omnibúsque rebus ad utrasque hobas legitimè pertinentibus in manus prælibati Epiſcopi, & Advocati ſui Helmperti ad altare Sanctæ Mariæ, Sanctíque Corbiniani perpetim exiſtendum. Econtra prædictus Epiſcopus per manum ejusdem Advocati ſui Helmperti cum conſilio fidelium ſuorum, nobilium, ignobiliúmque perſonarum de rebus æccleſiæ in loco Piparpah nominato, quicquid ibi habuit eidem nobili viro Geroldo in proprium habendum, ſeu quicquid exinde libuerit faciendum retradidit, & uterque ſtatim commutationis ejusdem poſſeſſionem in poteſtatem alterius donavit. Teſtes Uodalſcalch, Alprih, Magnus &c.

NUM. MCXXXVIII.

Commutatio inter Gotescalcum Epiſcopum & Altmannum Vaſallum.

NOtum eſſe volumus &c. Tradidit namque prædictus nobilis vir in loco Guntperhtesdorf vocato quartam partem æccleſiæ decimatæ cum curtiferis, terris cultis, & incultis, pratis, ſilvulis per totam ſummam jugera CLXVI. in manus Epiſcopi, & Advocati ſui Helmperti ad Eccleſiam Sanctæ Mariæ, Sanctíque Corbiniani perpetim exiſtendum. Econtra autem Epiſcopus cum conſenſu, conſilióque fidelium ſuorum nobilium, ignobiliùmque perſonarum per manum Advocati ſui ſupra ſcripti eidem nobili viro in loco Michaheliscella dicto Eccleſiam unam decimatam, & in eodem loco, atque in proximo jacentibus de rebus æccleſiæ prædictæ æqualem menſuram in proprium habendum, vel quicquid placuerit exinde faciendum retradidit Teſtes Tagini, Iſangrim, Papo &c.

NUM. MCXXXIX.

Commutatio inter Gotescalchum Epiſcopum, & Uodalſcalchum Comitem.

NOverint cuncti Chriſtianæ fidei cultores &c. Dedit namque prædictus Comes in loco Gartherisriot nuncupato, quicquid proprietatis habuit, id eſt, cum curtiferis, agris cultis, pratis per totum jugera CLX. in manus Epiſcopi, & Advocati ſui Helmperti ad altare Sanctæ Mariæ, Sanctíque Corbiniani æternaliter exiſtendum. Econtra verò Epiſcopus cum conſilio fidelium ſuorum nobilium, & ignobilium perſonarum, ac per manum Advocati ſui ſupra aſſignati eidem nobili viro Uodalſcalcho de rebus æccleſiæ in loco Satanaſinga dicto, atque in proximo jacentibus locis, ad Helidgereshuſun pertingentibus ſub ejusdem Comitis poteſtate tunc temporis in beneficium detentis æquam menſuram in proprium retradidit. Teſtes Tagini, Iſangrim, Papo, Etih &c.

NUM. MCXL.

Commutatio Goteſchalchi Epiſcopi, & Germanorum Edirammi, Wolchardi.

IN Dei nomine. Placuit, atque convenit &c. Tradiderunt verò idem Germani in manus Epiſcopi, & Advocati ſui Erchangeri in loco Altrateshuſa hobas V. ad æccleſiam Dei prædictam perpetualiter exiſtendas. Econtra etiam præfatus venerabilis Epiſcopus cum manu ſui Advocati Erchangeri tradidit in loco Hartchiricha deſerto, ubi quondam æccleſia fuerat dedicata incultæ locum æccleſiæ, ac decimas duas, unam de villula Chemphinhuſa, alteram de eodem inculto loco, eas quoque, ſi æccleſia fuerit ibi conſtructa jure ad eam pertinentes, & agri hobam unam, atque ſilvæ, & paludis hobas duas cum omnibus rebus legaliter ad eundem locum pertinentibus, ea ratione, ut indiſſolubiliter teneant, atque poſſideant. Iſti ſunt teſtes: Erchanpolt, Rihheri, Aripo, Ratolt &c.

NUM. MCXLI.

Commutatio inter Gotſcalcum Epiſcopum, & Ariponem proprium ſervum.

NOtum ſit omnibus &c. Tradidit namque idem prædictus ſervus in loco Dorfachorun nominatum unum curtiferum, & arabilis terræ quindecim jugera in manum ejusdem Epiſcopi ſupra dicti ad æccleſiam Sanctæ Mariæ, Sanctíque Corbiniani perpetualiter exiſtendum. Econtra verò Epiſcopus Goteſcalchus cum manu ejusdem ſupra dicti Advocati in loco Wippinhuſun curtiferum, & arabilis terræ equam menſuram eidem jam dicto ſervo retradidit, cum exitibus, & reditibus, omnibúsque rebus jure legitiméque ad eundem locum pertinentibus. Iſti ſunt teſtes: Uodalſcalch, Isangrim &c.

NUM. MCXLII.

Commutatio inter Gotescalcum Epiſcopum, & Richilonem Eccleſiæ ſervum.

NOverint omnes Chriſti fideles &c. Tradidit prædictus Richilo in manus Epiſcopi, & Advocati ſui Helmperti in loco Sentilinga XXIIII. jugera, & quartam partem areæ. Et in loco Rafolteſſtat X. jugera. Et in loco Hunphrehteshuſa accepit jugera XXX. & VIIII. cum omnibus utenſilibus accepit. Teſtes Gerolt, Chazili, Richeri, Eccho, Eparheri, Petto.

NUM. MCXLIII.

Commutatio Gotescalchi Epiſcopi, & Diotricis nobilis viri.

NOverint omnes Chriſti fideles, qualiter &c. Tradidit itaque idem nobilis vir propria mancipia ſua, quorum hæc ſunt nomina: Luitrat, Chuonrat, Sigiram, Chunipurc, Adalhilt, Luitsuind in manum Epiſcopi præſcripti, & Advocati ſui Helmperht nomine ad æccleſiam Sanctæ Mariæ perpetualiter exiſtendum. Econtra jam dictus Epiſcopus per manum Advocati ſui prætitulati cum conſenſu fidelium ſuorum mancipia infra ſcripta, id eſt Adallioz, Adalperht, Haza, Sigihart, Pernhilt, Waltperht in proprium ſibi retradidit. Teſtes ſunt Uodalſcalh, Alprih, Egiz. De familia Aripo, Wolfheri, Peranger.

NUM.

Digitized by Google

NUM. MCXLIV.

Commutatio Kotescalchi Epiſcopi, & Heimperti illius Presbyteri.

NOtum ſit omnibus Chriſti fidelibus, qualiter &c. Tradidit idem jam dictus Presbyter in loco Ehinga nominato curtiferum I. in manus Epiſcopi, & ejus Advocati ad altare Sanctæ Mariæ, Sanctíque Corbiniani perpetualiter retinendum. Econtra prætitulatus Antiſtes cum manu Advocati ſui eidem prædicto Clerico locum molæ in reconpenſationem dati retradidit. Teſtes Walto, Diothoh, Reginhalm, Hitto, Wolfolt, Trutolt.

NUM. MCXLV.

Commutatio Kotescalchi Epiſcopi, & illius ſervi nomine Ernuſt.

NOtum eſſe cupimus omnibus fidelibus &c. Tradidit namque idem Ernuſt in manum Epiſcopi, & Advocati ejus Uodalſcalhi in loco, qui dicitur Pettindorf arabilis terræ, & pratorum jugera II. ad altare Sanctæ Mariæ, Sanctíque Corbiniani perpetualiter exiſtendum. Econtra verò prætitulatus Epiſcopus per manum ejusdem Advocati cum conſilio, atque conſenſu fidelium ſuorum nobilium ſcilicet, atque ignobilium perſonarum eidem Ernuſto in eodem loco curtiferi, & prati jugerum I. & dimidium retradidit absque omni contradictionis moleſtia perpetim poſſidendum. Iſti ſunt teſtes: Ratkis, Eccho, Iſangrim, Willipolt, Armar, Aripo, iterum Aripo.

NUM. MCXLVI.

Commutatio Kotescalchi Epiſcopi, & Waldmannonis ejus ſervi.

NOverint omnes Chriſti fideles &c. Dedit ille prædictus Waldman in manum Epiſcopi, & Advocati ſui Helmperti in loco Herivvartesdorf inter prata, & arabilem, utiléque lignum LXIII. & juſſu ejusdem præſignati Epiſcopi accepit cum manu Advocati ſui Pezilini in loco Inticha, & in alio loco Nidrindorf arabilis terræ jugera XXX. & areæ jugerum I. & pratorum jugera X. & ut firmior teneat firmitatem, teſtes iſti tracti ſunt per aures: Herivvart, Walto, Diothoh, Pero, Richeri, Liutheri, Reginhart.

NUM. MCXLVII.

Commutatio Kotescalchi Epiſcopi, & Isanperti ipſius ſervi.

NOtum ſit omnibus Chriſti fidelibus &c. Tradidit namque idem ſervus jam dictus in loco Tanhuſa dicto curtiferum I. & arabilis terræ jugera XVIII. cum exitibus, & reditibus in manus Epiſcopi jam dicti ad altare Sanctæ Mariæ perpetim retinendum. Econtra prænominatus Epiſcopus, & prædictus Advocatus in loco Altolfesdorf eidem ſervo æqualem menſuram retradidit. Teſtes ſunt Marchuvart, Arnolf &c.

Digitized by Google

NUM. MCXLVIII.

Commutatio Kotescalchi Epiſcopi, & Fridarati illius Clerici.

NOtum ſit omnibus Chriſti fidelibus &c. Tradidit namque idem Clericus Fridarat cum manu Advocati ſui Aſperti talem proprietatem, qualem habuit in loco Svvidmuotachiricha nuncupato, id eſt, curtiferum jugeris dimidij, & arabilis terræ jugera XVIII. cum exitibus, & reditibus, omnibúsque jure, legitiméque ad eundem locum pertinentibus in manum prætitulati Epiſcopi, & ejus Advocati Helmperti ad æccleſiam Sanctæ Mariæ, Sanctíque Corbiniani perpetim exiſtendum. Econtra Epiſcopus cum Advocato ſuo prædicto in loco Asc nominato cum conſilio fidelium ſuorum eidem Clerico curtiferum jugeri dimidii, & arabilis terræ jugera XV. cum omnibus rebus jure ad eundem locum pertinentibus in proprium habendum, & quicquid libuerit faciendum. Teſtes ſunt iſti: Uodalſcalh Comes, Iſangrim, Dietrih &c.

NUM. MCXLIX.

Commutatio Kotescalchi Epiſcopi, & ſervi illius nomine Ernuſt.

NOverint omnes Chriſti fideles, qualiter &c. Tradidit ipſe prænominatus ſervus in duobus locis Cella, & Tiorneshuſa dictis dimidiam hobam arabilis terræ. Tradidit ipſe prænominatus Epiſcopus cum manu Advocati ſui Helmperti æquam menſuram in loco, quæ dicitur Gundolfeshuſa cum conſilio omnium fidelium ſuorum Clericorum, & Laicorum. Iſti ſunt teſtes: Lanzo Comes, Lantfrid, Erih, Hoholt, Tiomo &c.

NUM. MCL.

Commutatio Kotescalchi Epiſcopi, et Sigihardi hujus æccleſiæ ſervi.

NOverint omnes Chriſtianæ fidei cultores &c. Tradidit namque prædictus Sigihart proprietatem ſuam in loco Haſalpah nuncupato curtiferum unum, id eſt, duas partes jugeri, arabilis terræ jugera VIIII. ſilvulæ jugerum I. pratorum jugera II. & in loco Hetinchiricha vocato arabilis terræ jugera VII. in manus prælibati Epiſcopi, & Advocati ſui Helmperti ad altare Sanctæ Mariæ, Sanctíque Corbiniani perpetuò exiſtendum. Econtra quoque Epiſcopus cum conſenſu fidelium ſuorum, & per manum Advocati ſui præſcripti eidem Sigihardo in loco Suanahiltidorf æqualem menſuram retradidit in proprium habendum, vel quicquid placuerit exinde faciendum &c.

NUM. MCLI.

Commutatio Kotſcalchi Epiſcopi, et illius ſervi Luitberti.

DOverint omnes Chriſti fideles, qualiter &c. Tradidit namque idem ſervus jam dictus talem proprietatem, qualem habuit in loco Mataglappha dicto, id eſt curtiferum I. & jugera XVIIII. in manum Epiſcopi, & ejus Advocati Uodalſcalhi ad æccleſiam Sanctæ Mariæ, Sanctíque Corbiniani perpetualiter exiſtendum. Econtra Epiſcopus jam dictus cum manu Advocati ſui prænominati eidem ſervo æqualem menſuram in loco Snelratingun vocato cum conſenſu omnium ſui fidelium retradidit. Teſtes Adalpero Comes, Uodalſcalh Comes, Aripo, Dietrih &c.

NUM.

NUM. MCLII.

Commutatio Koteſcalchi Epiſcopi, & illius ſervi Diotperti.

OMnibus igitur Chriſti fidelibus, præſentibus videlicet, atque futuris notum eſſe volumus, qualiter placuit, atque convenit inter venerandum Frigiſingenſis æccleſiæ Epiſcopum Goteſcalchum ejusdèmque æccleſiæ proprium ſervum Diotperht nominatum concambium quoddam facere, ſicut & fecerunt. Tradidit namque idem prædictus ſervus, quicquid proprietatis habuit in loco Prezzun appellato, id eſt, curtiferum I. ſuperædificatum, arabilis terræ jùgera XXXVIIII. pratorum jugera XVII. ſilvulæ jugera VIIII. & dimidium, & in aliis locis tribus, id eſt, Dietolfesdorf, Patindorf, Pellanhuſun curtiferum I. arabilis terræ jugera XLI. cum exitibus, & reditibus, viis, & inviis, paſcuis, aquis, omnibúsque rebus jure, legitiméque ad eadem loca reſpicientibus in manum Epiſcopi, & Advocati ejus Helmperti nuncupati ad altare Sanctæ Mariæ, Sanctíque Corbiniani perpetualiter exiſtendum. Econtra verò Epiſcopus per manum Advocati ſui prælibati cum conſenſu, conſiliòque fidelium ſuorum nobilium ſcilicet atque ignobilium perſonarum in loco Petinprunnun vocato de rebus æccleſiæ curtiferum I. tantum, quantum ſuis duobus idem reconpenſavit, arabilis terræ jugera LXXX. pratorum jugera XVII. ſilvulæ jugera VIIII. cum exitibus, & reditibus, viis, paſcuis, omnibusque ad eundem locum jure pertinentibus eidem jam dicto Dietperto in proprium ſibi poſſidendum, poſteris ſuis relinquendum, ſeu quicquid exinde libuerit faciendum retradidit. Teſtes Alprih, Guntpold, Erchanfrid &c.

NUM. MCLIII.

COnſultum namque, & juſtum videtur, ut quicquid æccleſiaſticis, aut ſecularibus negotiis agitur, ſeriè litterarum, & teſtimonio nobilium perſonarum ita roboretur, ne inpoſterum poſſit diſſolvi, vel mutari. Quapropter notum ſit cunctis Chriſti fidelibus, quòd quidam Comes Otto nuncupatus tradidit potenti manu, & abſque omnium contradictione in manus venerandi Goteſcalchi Frigiſingenſis Epiſcopi, & fratrum inibi canonicè Deo famulantium loca ſic nominata: Uſkiricha cum omnibus, quæ illuc pertinent, & quæ ſui juris erant, inter alpes & Stupeja, & in monte Torento hobas IIII. & in Pauzano vineam I. cum omnibus juſté ad ea loca pertinentibus ad altare videlicet Sanctæ Mariæ, Sanctíque Corbiniani in uſum fratrum pro remedio animæ ſuæ perpetualiter exiſtendum, ea tamen maxime ratione, ut liceret ſibi á ſupra dicto Epiſcopo Goteſcalcho & ſuis Canonicis curtem quandam Geroltespach dictam cum aliis ſuis locis, & poſſeſſionibus, quarum nomina ſubſcripta ſunt conplacitare. Hanc ejus petitionem venerabili Goteſcalcho Epiſcopo annuente idem præfatus Comes Otto tradidit in manus ejusdem Antiſtitis, & fratrum ſepe nominatorum hæc loca. Eparanashuſa, Legian, Parpian, Sutsis, Tieres, Albiun, Tanurcis, Tsevis, Segies, ad Gredine foreſtum I. cum omnibus rebus ad eadem loca pertinentibus ad altare Sanctæ Mariæ in uſum fratrum evo perpetuo exiſtendum. Econtra ſupra dictus Pontifex cum conſilio ſuorum tam Clericorum, quàm Laicorum tradidit eidem Comiti curtem, quæ Geroltespach dicitur uſque ad finem vitæ ſuæ poſſidendam. ut poſtea & datum, & acceptum in jus, & poteſtatem æccleſiæ ſuæ ad ſervitium Canonicorum rediret. Teſtes Otto, Chuonraht, Iſangrim, Immo, item Immo, Arnis, Helmperht, Aripo, Uodalrih, Etich, Meginrat, Richeri, Papo, Tagini, Piligrim, Goteſcalch, Purachart, Gerolt, Uodalſcalh, Petto, Lipolf, Hoholt, Ruotperht, Piligrim.

Inſtrumenta ſub Egilberto Epiſcopo Friſingenſi XVII.

NUM. MCLIV.

IN nomine Sanctæ, & individuæ Trinitatis. Henricus divina favente clementia Rex. Si Eccleſiarum Dei loca alicujus doni incrementô meliorare vel ditare ſtuduerimus, nobis id profuturum eſſe minimè dubitamus, quapropter omnium Chriſti fidelium præſentium ſcilicet ac futurorum noverit univerſitas, qualiter nos divini amoris inſtinctu, ac remedio animæ noſtræ, ſive interventu, atque petitione Egilberti Friſingenſis Eccleſiæ Epiſcopi tale prædium, quale in villis Pollinga, Wilhaim, Ubingen, Rieden, Annſtetin, Aſcheringen, Hunenvvanc, Pfaffenhouen nominatis, Monaſterio in honore Ssti. Salvatoris Domini noſtri Jeſu Chriſti in eadem villa Pollinga conſtructo prius pertinere videbatur, ſitum in comitatu Adalberonis Comitis, in pago verò Houſi, & poſtea in beneficium multis datum fuit, nunc etiam cum omnibus ejus pertinentiis, ſive appenditiis, areis, ædificiis, pratis, paſcuis, ſilvis, venationibus, aquis, aquarúmve decurſibus, molendinis, piſcationibus, exitibus & redditibus, viis vel inviis, quæſitis ſeu inquirendis, atque cum familiis utriusque ſexûs, ſive cum omnibus, quæ quolibet modo dici, aut nominari poſſunt, utilitatibus, atque cum cortalibus decimationibus in illis duabus villis Ubingun & Aſhryringun dictis per hanc noſtram Regalem paginam corroborando & confirmando eidem monaſterio ad uſum, & ſtipendia fratrum inibi Deo famulantium integrè concedimus, atque largimur, & de noſtro jure ac dominio in ejus jus & dominium omnino transfundimus, ea quippe ratione, ut præſcripti Monaſterij proviſores & fratres ibi Chriſto ſervientes de jam nominato prædio & decimationibus, ſive eorum utenſilibus dehinc liberam habeant poteſtatem, ad utilitatem tamen Eccleſiæ, quicquid eis placuerit faciendi, omnium hominum contradictione remota. Et ut hæc noſtræ corroborationis ſeu confirmationis auctoritas ſtabilis & inconvulſa omni permaneat tempore, hoc præceptum inde conſcriptum manu propria corroborantes atque confirmantes Sigilli noſtri impreſſione inſigniri juſſimus. Signum Domni Heinrici (L.S.) Regis invictiſſimi.

Guntherius Cancellarius vice Willegiſi Archicapellani notavit. Dat. XVI. Kalend. Maij. Indictione octava. Anno Dominicæ Incarnationis Milleſimo X. Anno verò Domni Secundi Henirici regnantis VIII. Actum Regenspurg feliciter. Amen.

NUM. MCLV.

HEnricus Dei gratiâ Romanorum Rex Auguſtus. Neceſſe eſt, ut, cùm res bona agitur, prius elatio in corde vincatur, ne ſi à radice miſeræ intentionis prodeat, amaros nequitiæ fructus producat. Eapropter non ſurdi auditores Evangelicæ Marthæ, cujus more Meinvvercus Epiſcopus nobis frequenti Miniſterio ſatagit deſervire, ob interventum Chunigundæ Imperatricis Auguſtæ, contectalis videlicet noſtræ, nec non Everhardi Sanctæ Babenbergenſis Sedis Epiſcopi, ſed & Egilberti Friſingenſis Eccleſiæ Pontificis, Sacroſanctæ Patherbrunnenſis Eccleſiæ in honore Sanctæ Mariæ mundi Dominæ, Sanctíque Kiliani Martyris, atque Liboris Confeſſoris Domini conſecratæ, curtem Honſtade dictam cum omnibus pertinentiis, terris videlicet cultis & incultis, ſilvis, mancipiis utriusque ſexus, molendinis, piſcationibus, aquis, aquarúmque decur-

Digitized by Google

decurſibus; quibus ſcilicet Archiepiſcopus Unvvan eam poſſedit, nobisque legaliter tradidit in paga Rittiga, in Comitatu Brihardi Comitis, perpetuo jure poſſidendam tradidimus. Et ut hæc noſtræ Imperialis traditionis auctoritas firma & inconvulſa permaneat, Sigilli noſtri impreſſione hanc paginam manu propria corroborando ſubter bullari juſſimus. Guntharius Cancellarius vice Erkenbaldi Archicappellani notavit. Data. XVIII. Kal. Febr. Anno Dominicæ Incarnationis MXIII. Indict. XI. anno autem Domni Henrici ſecundi regnantis XII. Actum Mulinhuſun feliciter. Amen.

NUM. MCLVI.

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Heinricus Divina favente clementia Romanorum Imperator Auguſtus. Saluberrimis Sacri eloquij inſtitutionibus erudimur exempliſque Religioſorum excellentiſſimis admonemur, ut temporalia & æterna pro Dei amore donantes, commoda æterna, & ſine fine manentia ſtudeamus adipiſci bona. Quapropter noverint omnes Chriſti fideles, præſentes ſcilicet atque futuri, qualiter nos per interventum ſpiritalis patris noſtri Domni videlicet Papæ Benedicti, dilectiſſimæque Conjugis Chunigundæ, nec non venerabilis Mogontienſis Eccleſiæ Archiepiſcopi Erkanbaldi, dilectiſſimíque noſtri Babenbergenſis Epiſcopi Eberhardi, Friſingenſis quoque Epiſcopi Egilberti, maximéque ob juge & indefeſſum ſervitium venerandi Meginvverchi Epiſcopi, ut ille nullius æmuli oppropriis ſubjaceat, quin plus omnibus nobis ſerviens &c.

Data VIIII. Calendas Maii in feſtivitate S. Georgij Martyris. Indict. II. Anno Dominicæ Incarnationis MXIX. Anno vero Domni Heinrici ſecundi regnantis XIIX. Imperii autem VI. actum Babenberc.

NOTA.

Hoc fragmentum excerpſimus ex Annalibus Paderbornenſibus ad demonſtrandum, precibus Egilberti Epiſcopi Friſingenſis Meginvverco Paderbornenſi Epiſcopo plura prædia ab Imperatore fuiſſe conceſſa.

NUM. MCLVII.

QUidam vir nobilis Wichman nomine tradidit ad altare Sanctæ Crucis in Eccleſia Sanctæ Mariæ prædium ſuum, quod habuit ad Richanpach, & Hohinſteina, ea condicione, ut Clerico, qui ad idem altare ſerviet in uſum tribuatur. Teſtes Gerolt Advocatus, Maganus, Harvvich. De familia: Wiſo Lutpolt.

NUM. MCLVIII.

Traditio Aribonis cujusdam viri ad Kienas.

AD notitiam cunctorum Chriſti fidelium pervenire decrevimus, quòd quidam nobilis vir Aribo nomine venit ad civitatem Frigiſingam, & tradidit pro animæ ſuæ, & ejusdem civitatis Epiſcopi remedio in loco Kiehna nuncupato aream I. juxta curtiferum cujusdam viri, qui dicitur Migino ſuam cum hoba I. ad eandem aream pertinente ad altare Sancti Urbani in ſervitium ſcilicet ejusdem altaris Clerico perpetualiter exiſtendum, nec non etiam pollicens, ut ſi de præfata hoba aliquid deeſſet, ex aliis ſuis locis reſtitueret in integrum. Ad hanc rem teſtes prænotantur:

Altman Comes, Ruotperht.

NUM.

Digitized by Google

NUM. MCLIX.

ITem altera die Comes Altman ſimiliter cogitans de remedio Senioris ſui ſcilicet jam nominati Pontificis Egilberti, tale prædium, quale habuit ad Skeftularun donavit in manus Advocati modo prælibati Geroldi cum mancipiis, omnibúsque ad hoc rite pertinentibus ad idem altare perpetualiter ſerviendum nuper commemorato Clerico. Hujus rei ſunt teſtes, ſicut mos eſt tracti per aures: Perahtolt, Eckihart, Penno, Heriman.

NUM. MCLX.

NOſcant Chriſti fideles præſentes ſcilicet, & futuri, quód quidam iſtius æccleſiæ ſervus Presbytérque indignus Walto nominatus tale prædium, quale ipſe habebat in villa Heberespah, areis, ædificiis, agris, pratis, omnibusque ad hoc prædium utenſilibus juſtè pertinentibus, & cum tribus mancipiis Giſala cum filio ſuo, Uodalperht, Manegolt hîc ad altare Sanctæ Crucis poſt ſui vitam, ſuique nepotis Luitperti pro ſui anima, neptisque ſuæ Hiltipurge, ceterorumque ſuorum parentum redemptione conplacitavit, & in proprium mancipavit. Eo ſcilicet tenore, ut iſtius æccleſiæ cuſtodibus, Clericis, ac Laicis perpetualiter eſſet in paſtum, & in famulatum. Et ſi aliqua perſona illis præſumſerit auferre quicquam inde, ante thronum Chriſti in ultima examinacione reus, atque culpandus conſtituatur &c.

NUM. MCLXI.

NOverint omnes hujus rei inquiſitores, qualiter quidam vir nobilis nomine Altman delegavit ad oblationem fratrum prædium ſuum in loco Arizpach ſitum ita confirmans, ut ſi quislibet illud auferret de fratrum ſtipendio, proximus in ſua cognatione biſantio ſibi vendicaret. De nobilibus ſunt teſtes Perachtolt, Jagob, Weriant, Walaman, Izo. De familia Mahtuni, Gerhalm, Sinzo, Meginhart.

NUM. MCLXII.
Traditio Wicconis.

NOtum ſit omnibus Chriſti fidelibus, qualiter quidam nobilis vir Wicco dictus hobam I. cum omnibus juſtè ad hanc pertinentibus in loco Jagobinga vocato ad altare Sanctæ Mariæ, Sanctique Corbiniani pro animæ ipſius, ac parentum ſuorum requie Clericis ibidem in choro canonicè deſervientibus ad oblationem illorum tradidit. Teſtes Uogo: Uodalſcalch, Euch, Magnus &c.

NUM. MCLXIII.
Traditio Purchardi, nobilis viri.

TRadidit Purchardus quidam nobilis vir in manus Guntpoldi nobilis viri in loco Aſinhuſa dicto, quicquid inibi ſui juris erat. Inſuper in Bauzona vineam jugerum trium in loco campilli dicto, ut ſi quid ibi menſuræ ſupra dictæ defuerit, in loco proximo ſuppleatur, ut videlicet juxta arbitrium venerandi Antiſtitis Egilberti traditio, ut veſtitura illa, quocunque ei libitum fuerit, in totum, & integrum tradatur. Teſtes Uodalſcalch, Gerolt, Ekkihart &c.

NUM.

Digitized by Google

NUM. MCLXIV.
Traditio Friderici Comitis.

COmes Friderich tradidit proprietatem ſuam in loco Gerhartunga dicto in manus Geroldi nobilis viri, ut juxta arbitrium venerandi Antiſtitis Egilberti traditio, & veſtitura illa, quocunque ei libitum fuerit, in totum, & integrum tradatur. Teſtes Uodalſcalc Comes, Guntpolt, Ekkihart, Heinrih &c.

Cuntpirc quedam nobilis femina tradidit hobam I. ad Cholapach in manus Uodalſcalchi Comitis ad fratrum oblationem. Teſtes: Perahtolt, Gerolt, Papo, item Papo, Eigil, Maganus, Heinperht.

NUM. MCLXV.
Traditionis notitia Adalberonis Comitis.

NOtum ſit omnibus hujus ſæculi fidelibus, Qualiter Adalbero Comes Divino Numine inſtinctus ob remedium ſuæ, ſuorumque propinquorum animarum tradidit, penitusque delegavit ad altare Sanctæ Mariæ, Sanctique Corbiniani in manum Uodalſchalchi Advocati, quicquid proprietatis habuit in loco Lenginvuélt dicto probabilibus ex utroque ordine aſſtantibus perſonis. Hanc ſcilicet traditionem ea fecit ratione, ut Clerus venerabilium fratrum inibi ſervientium poſt vitæ illius exceſſum, ſuæque comparis Domnæ Richildæ in proprium haberet. Nullis legalibus exinde ſumptis rebus, ſed ut eo die erat poſſeſſum, dico mancipiis, pratis, lignorumque inciſionibus, aliisque multifariis utilitatibus. Hujus rei teſtes ſunt Eparhart Comes, Maganus, Ruotperht, Diemar, Altman Comes, Guntpold Comes, Gotapold, Tiemo, Tuto.

NUM. MCLXVI.
Traditio Sahſonis nobilis viri.

NOtum ſit univerſis Chriſti cultoribus, qualiter quidam nobilis vir Sahſo nomine ob cæleſtis vitæ deſiderium proprietatem ſuam, Pura dictam venerabili Pontifici Egilberto firma allegatione in poteſtatem tradidit ad altare Sanctæ Mariæ, Sanctique Corbiniani ad uſum fratrum canonicé in urbe Friſinga Chriſto ſervientium abſque perſonæ ullius contradictione ob remedium animæ amborum ſerviret, atque conſtaret. Teſtes: Uodalſcalhc Comes, Aſcuvin Comes, Cuntpolt, Altman, Otzi, Durinchart, Papo, Sigihart, Heinrich.

NUM. MCLXVII.
Traditio Wezilonis Presbyteri.

SCiat pia devotio fidelium, qualiter quidam Presbyter Wezil tradidit ad altare Sanctæ Mariæ mancipia quedam, que ipſe Antrico bonæ memoriæ Presbytero tradente accepit, id eſt, Uoſpirin ſingulis annis pro uno denario. Rihhart ſimiliter, Lantrat ſimiliter, Albuvinus, & Pero cum filiis ſuis, poſtquam adepti fuerunt ad opera facienda, pro III. denariis libertate donati ſunt. Teſtes: Gerolt, Meginhart, Azili, iterum Meginhart, Heilrih, Wiſrih, Armar.

Digitized by Google

NUM. MCLXVIII.

Traditio Lanzonis ſervi hujus æccleſiæ.

NOtum ſit omnibus Chriſti fidelibus, qualiter quidam ſervus Sanctæ Mariæ, Sanctíque Corbiniani nomine Lanzo tradidit ſuam propriam ancillam Rihpirin cum filio ſuo Adalhart, & filia Engilpirin dicta ad altare Sancti Johannis Baptiſtæ ab Epiſcopo Egilberto conſtructum in villa, quæ dicitur Rotago, in manus videlicet Advocati Oracheres, ea ratione, ut ipſi, & omnis poſteritas eorum præfatæ æccleſiæ, & eidem altari per ſingulas perſonas cenſum V. denariorum in Nativitate ejuſdem Sancti Johannis Baptiſtæ omnibus annis deinceps perſolvant, poſtquam fuerint conjugio copulati, & remota contradictione omnium hominum lege cenſualium liberi exiſtant. Si autem forte evenerit, ut anno uno, vel duobus cenſum debitum prætermittant in tertio anno redimendi ſe poteſtatem habeant, & ſi illa æccleſia, & altare fortè fuerit deſtructum, eundem cenſum ſub eodem debito ad altare Sanctæ Mariæ, Sanctíque Corbiniani, quod ſitum eſt in civitate Frigiſinga nihilominus perſolvant. Teſtes Altman Comes, Sarhilo, Etzo, Sizo, Hartvinc &c.

NUM. MCLXIX.

Traditio Meginhardi, & illius Matris.

SUmma traditionis, quam Heiza & filius ejus Meginhart fecerunt. Tradiderunt namque ambo, quicquid proprietatis in poſſeſſione habebant in loco, Glana dicto in manus videlicet Uodalſcalchi Comitis, & Arponis Advocati, eo ſcilicet rationis tenore, ut ſecundúm peticionem amborum Meginhardi ſcilicet, & Matris illius ſupra dicti illuſtres viri res prænotatas traderent, atque transfunderent, vel ſi ambo ambos petiſſent, vel ſi ſolus Meginhart abſque matre ambos, aut alterum e duobus rogaviſſet. Mater verò ejus quoad viveret filius ſola abſque illo petenti nullum haberet effectum. Poſtea rogaverunt ambo, ut in loco ſepe dicto Glana curtile cum ædificiis melioribus, in quibus ipſi comanebant, & V. hobis nobilibus ad id ſpecialiter pertinentibus in poteſtatem Guntpoldi, & fratrum ejus Hartvvigi, & Meginhardi traderent, ea ratione, ut ſi ipſe Meginhart infra legitimas nuptias obieret, ipſi fratres firmiter poſſideant, ſin verò ad legitimas uſque nuptias pervenerit, ipſe & ſui poſteri ſibi retineant, & ſi eo loci hobis nobilibus V. quicquam defuerit, in loco proximo ſuppleatur. Deinde venerant, ut in loco eodem venerando Epiſcopo Egilberto curtile, in quo Walto habitat, & duas hobas nobiles illuc pertinentes cum omnium utenſilium integritate in proprietatem traderent. Quicquid enim ſupererit his hobis VII. in poteſtate matris, filiique ſit, quemcunque voluerint eligere, cui pêr ſupra dictos viros illuſtres jus veſtituræ tradatur. Teſtes Sigihart, Guntpolt, Otzi, Helmpreht &c.

NUM. MCLXX.

Item conplacitatio, quæ facta eſt inter Egilbertum Frigiſingenſem, & Gebehardum Radasponenſem Pontificem.

POſtea item longo temporis intervallo placuit, atque convenit inter duos Sanctæ æccleſiæ venerandos Pontifices Egilbertum videlicet, & Gebehardum quandam conplacitationem facere, ſicut & fecerunt. Prædictus itaque Antiſtes Radasponenſis Gebehardus cupiens ex rebus terrenis, & caducis æterna

æterna animæ ſuæ commoda præparare, tradidit cum manu Advocati ſui Wilipatonis in manus Reverendi Egilberti Frigiſingenſis Epiſcopi, & Advocati ſui Helmberti ad altare Sanctæ Mariæ Virginis, Sanctique Corbiniani Confeſſoris Chriſti, quicquid jure hereditario in loco Legian dicto habuit in uſum videlicet Canonicorum Deo inibi jugiter famulantium abſque omni contradictione poſt finem vitæ ſuæ perpetuò exiſtendum cum mancipiis utriusque ſexûs, edificiis, ſilvis, venationibus omnibus ad locum prædictum pertinentibus. Econtra pius Paſtor Egilbertus cum conſilio, & conſenſu ſuorum fidelium retradidit Gebehardo Coëpiſcopo ſuo ex rebus æccleſiæ ſuæ loca ſic dicta: Legian, Parpian, Sutſis, Tieres, Albiun, Tanurcis, Tsevis, Tsusis, Adſeges foreſtum ad Gredine cum omnibus utilitatibus, quæ in poteſtatem Canonicorum ſupra dictorum ab Ottone Comite bonæ memoriæ in eisdem locis tradita videbantur, ut ſicut dictum eſt idem Epiſcopus Gebehardus & datum, & acceptum usque ad finem vitæ ſuæ poteſtativè poſſideret, poſtea verò in jus Frigiſingenſis æccleſiæ, & Canonicorum ſæpe dictorum & datum, & acceptum in integrum refundetur. Poſthæc Antiſtes Gebehardus divino conpunctus amore, & ne aliquis locus inimicorum pateret inſidiis die eodem omnem hanc, quæ ſupra continetur traditionem ſponte remiſit, & veſtituram dati, & accepti pio Epiſcopo Egilberto contradidit in tantùm, ut proprio Advocato ſuo excluſo, quemcunque Epiſcopus ex ſuis vellet, ſuper easdem res Advocatum conſtitueret, quod & factum eſt. Nam ad ultimum Gebehardus Epiſcopus res ſupra dictas ab Epiſcopo Sedis Frigiſingenſis Egilberto in beneficium accepit. Teſtes Uodalſcalh Comes, Etih, Gerolt, Uodalrich, Engildio, Magnus, Hoholt, Guntpolt, Altman, Ruotperht, Lieparto, Ekkihart, Aripo, Otzi.

NUM. MCLXXI.

Commutatio inter Egilbertum, & Udalricum.

IN nomine Domini noſtri Jheſu Chriſti incipit commutacio bonæ fidei venerabilium virorum, & Epiſcoporum Egilberti, & Udalrici. Pateſcat liquidò cunctorum Chriſti fidelium agnicioni pariter & omnibus inquiſitoribus hujus rei, qualiter apud venerabilem Friſingenſis Eccleſiæ Egilbertum Præſulem, & Dominum Udalricum Tridentinæ Sedis Epiſcopum dignum jam viſum eſt, & utile quoddam inter ſe pactum commutacionis agere, quam & fecerunt utraque ex parte communi deliberatione, & concordi unanimitate. Ille verò Deo dignus Antiſtes Egilbertus, cujus ſupra mentionem fecimus, cum manu Advocati ſui Udaſcalci quamdam ſui juris curtem Gudago vocatam ob remotiſſimam patriæ illius longinquitatem haut aptè ſuis uſibus ſitam cum totis rebus juſtè ac legitimè præter mancipia ad hanc reſpicientia adhibito fidelium ſuorum conſilio in manum prælibati Præſulis Udalrici, ejusque Advocati Uſcalci omnino tradidit, eo rationis tenore, ut juxta condictum utriusque partis de rebus ſuæ Eccleſiæ in decimis, vineis, ac terris cultis, & incultis ab inlocis ſibi propinquis nullatenus dubitare accipere. Econtra ille memoratus Pontifex U. cum in ceteris eidem concambio ſecundùm placitum ſupra memoratum ſufficienter reſponderet, ac libenti animo ſatisfaceret, mancipiis, quæ in eadem curte inveniebantur, nulla firma ratione ad hanc commutationem connexis, ſed ſola promiſſione eotenus alligatis, ut ſi paribus paria reſtituerentur, & numerus congrueret numero firma quoque mancipiorum reſtituere non potuit. Ob hoc contigit, quòd poſtea revolutis quorumdam annorum curriculis defuncto eodem Tridentino Epiſcopo ab ejus ſucceſſore Præſule ſcil: Udalrico, nec non a venerando Antiſtite Egilberto utrimque conſencientibus, ac in idipſum aſpirantibus eorum Advocatis cum ceteris fidelibus digne collaudatum eſt, ut illa prorſus commutacio ex utra-

utraque parte benigne remitteretur, & uterque eorum ſua, ſicut & antea reſervarentur, quod & ita amborum conſenſu initi factum eſſe probatur. Hujus rei gratia ne in poſterum ulla inquietatis deveniat exin moleſtia, ſub omni circumſtantium præſentia amborum Præſulum certé hac de re dudum conſcriptæ in partes ſectæ ſunt, & utrique eorum non partes, quæ ſuæ fuerunt, ſed quæ alterius pro teſtimonio reſumaverunt, & ut hoc veriùs credatur, omnisque ſuſpicionis difficultas penitus abſcindatur, placuit hujus rei teſtes haberi, & nomina eorum ſcribi. Goti, Wichart, Etich, Azili, Chadolt, Wolfttegil, Grimolt, Johannes, Gozpreht, Altman, Dietrich, Jacob, Percholt, Hilpolt, Cholo.

NOTA.

Ejus ſucceſſore Præſule, ſcil: Udalrico. Nam Udalricus I. inter Tridentinos Epiſcopos quinquageſimus nonus, habuit immediatum Succeſſorem ejusdem nominis, ſcilicet Udalricum ſecundum, ordine ſexageſimum Tridentinorum Præſulem, Egilberti Synchronum, ut tradit Ferd. Ughellus *in Italia Sacra Tom. V. mihi col. 591. & ſeqq.*

NUM. MCLXXII.

Commutatio Uodalſcalchi Advocati hujus æccleſiæ, & Gebehardi Epiſcopi.

NOtum ſit omnibus in Chriſto fidelibus, qualiter Uodalſcalch Advocatus Sanctæ Frigiſingenſis æccleſiæ in loco, qui ruſticè vocatur Gruoba, quo Sanctus Emmerammus Spiritum ad cælos miſit V. jugera Epiſcopo Gebehardo in proprium tradidit. Econtra venerabilis prædictus Epiſcopus cum manu ſui Advocati Hartvvici duo curtilia ſupra dicto Advocato U. contradidit, unum ſcilicet jacens in Radaspona, quod Gezo Clericus poſſidet, alterum curul. foras murum ejusdem urbis poſitum equiparantia I. jugerum. Et ſi quid deeſſet in alio loco quocunque vellet ſibi adimplere. Eo verò pacto, ut ſi quis hoc concambium diſrumpere & interdicere voluerit, ipſe Advocatus Uodalſcalch, vel alius Advocatus in loco ipſius poſitus legaliter, & poteſtativè ſtabiliat. Iſti ſunt teſtes per aures tracti: Hadamar, Chadalhoch, Hartvvich, iterum Hartvvich, Adalhart, Penno, Moimar, Altman, Petto, Meginhart, Uodalperht, Gerolt, Adalmunt, Richeri, Magnus, Peranhart, Atperht, Liuzo, Liepolf, Nizo, Hezaman, Sintperht, Egilolf.

NUM. MCLXXIII.

NOverint, quos talia curare pertingit, Qualiter quædam femina Monialis nomine Himildrud in cenobio Sancti Caſtuli Moſapurch dicto jam poſita quoddam precarium cum venerabili Egilberto eodem in tempore Frigiſingenſis æccleſiæ Præſuli digniſſimo iniit agere, ea ſcilicet ratione, ut ipſa & à ſe datum, & ab eo acceptum uſque ad obitum ſuum inconvulsè teneat, & poſtea Neptis ejus ſimiliter femina monialis, Helanpirich dicta, tantùm acceptum teneat, & datum ad Epiſcopum, & ad æccleſiam ejus pertineat. Ejus autem poſt mortem ambo, & datum, & acceptum ſimili modo ad Epiſcopatum propriè ſpectent. Quod & fidelibus amborum honeſtum, & utile eſſe ajentibus cum conſenſu omnium, qui aderant, ita, quemadmodum illa poſtulat adimpletum eſt.

Tradidit namque eadem femina cum manu Advocati ſui ſcilicet Gotabaldi in manus nuper dicti Epiſcopi, & Advocati ejus Uodalſcalchi hobam I. apud Peroloch ſitam in omni totius plenitudinis lege nobilitatam ad altare Sanctæ Mariæ, Sanctíque Corbiniani poſt vitam ſtatim ſuam perpetualiter exiſtendam. Econtra verò idem Epiſcopus cum manu Advocati ſui jam nominati retra-

Digitized by Google

retradidit illi apud Tuolpach mancipia duo, & curtiferum I. cum VI. arabilis terræ jugeribus, & cum omni ejusdem fisci portam tamen reſpiciente decimatione, eo ſcilicet tenore, ut totum illud poſt obitum ejusdem feminæ, & neptis ſuæ Helinpirc dictæ, vel ad ſe, & ad Epiſcopatum ejus, vel ad Succeſſorem ſuum firmiter reſpiciat. Teſtes Megigoz, Kepolf, Gotapold, Liutheri, Wolfheri, Mahalgoz, Mahtuni.

NUM. MCLXXIV.

Commutatio Egilberti Epiſcopi, illiúsque ſervi Reginhalmi.

NOverint omnes hujus rei inquiſitores &c. Tradidit namque idem Reginhalmus forte tunc temporis Camerarius eidem Seniori ſuo Præſuli ſcilicet in manum Advocati ſui Comitis Uodalſcalchi, quicquid proprietatis habere viſus eſt in villa AhaTuhhinga, quod ſunt per totum computatis pariter areis, agris, & pratis unde minus XX. jugera. Hæc traditio publicè facta eſt, & à nemine contradicta. Hujus rei nobiles habentur teſtes iſti: Altman Comes, Hezil, Gotapolt, Tuto. Hi autem de familia: Pezili, item Pezili ambo Præpoſiti, Sinzo, Wolfkoz, Heririch, Wolfhart, Waldman, Gerolt. Econtra prælibatus Pontifex per manum Advocati ſui Uodalſcalchi Comitis, cum conſultu fidelium ſuorum tam nobilium, quàm ignobilium equalem menſuram debens eidem Reginhalmo retradidit in Bottenovua pratorum decem jugera contra pontem Moſaburch reſpicientia. Inſuper ex altera parte Iſaræ fluminis dedit illi ſilvulæ novem jugera, quæ ad curtem Wanga pertinebant antea. Teſtes qui & ſupra.

NUM. MCLXXV.

Commutatio Egilberti Epiſcopi, & Ramperti ejus ſervi.

NOverint omnes Chriſti fideles &c. Tradidit namque idem ſervus talem proprietatem, qualem habuit in loco Aſca dicto, quam hereditario jure poſſidebat, id eſt jugera XII. cum area, exitibus, & reditibus in manum Epiſcopi, & Advocati ejus Uodalſcalchi ad altare Sanctæ Mariæ, Sanctíque Corbiniani perpetim abſque omni contradictione exiſtendum. Econtra prædictus Antiſtes cum prænominato Advocato, & cum conſilio Vicedomni Altmanni, & conſenſu cæterorum ſui fidelium eidem ſervo in loco Gozoltesdorf dicto æqualem menſuram in proprium habendum, & quicquid exinde libuerit faciendum retradidit. Hujus rei teſtes ſunt Liutheri, item Liutheri, Wolfhart &c.

NUM. MCLXXVI.

NOverint omnis turba Chriſti fidelium, qualiter Domna Richkart prædium ſuum apud Allingan tradidit ad altare Sanctæ Mariæ, Sanctíque Corbiniani ad oblationem fratrum, tali conditione, ut ſi quis de communi fratrum ſervicio eandem proprietatem diſtraheret, proximus ejus heres uno biſantico ſibi manciparet. Hujus rei teſtes ſunt nobiles Altman Comes, Gerolt, Gotapolt, Aripo, Wolftregil. De familia Reginhalm, Sigapolt, Luitheri, Engildeo, Dietperht, Askirich, Sinlo, Geruvich.

NUM. MCLXXVII.

Commutatio Egilberti Epiſcopi, & Mahtuni illius ſervi.

JUſtum namque & rationabile videtur, &c. Tradidit itaque idem Mahtuni ſuo Seniori Epiſcopo E. cum manu Advocati ſui ſcilicet Uodalſcalchi, & cum conſilio principalium ſuorum fidelium tale prædium, quale in tribus locis ſic nominatis habuit, Nertingun, Eitirpach, Veringun ad altare Sanctæ Mariæ, Sanctíque Corbiniani curtiferis, ædificiis, agris, cultis, & incultis, pratis, ſilvulis, paſcuis, aquis, quæſitis, & inquirendis, omnibus jure, legitiméque ad eadem loca pertinentibus perpetualiter exiſtendum. Econtra verò ſepe prænotatus M. æqualem menſuram per manum Advocati Uodalſcalchi accepit in quodam loco Gerin nuncupato ſcilicet in proprium habendum, filiis ſuis relinquendum, ſeu quicquid inde libuerit faciendum dicto ſuo Seniori Epiſcopo tradente, atque Werinhario ſapido Canonicorum Proviſori annuente, ac ne uno quidem ex tota Congregatione contradicente; nam tunc temporis prædictum prædium Canonici retinebant præbendæ in uſum. Iſti ſunt teſtes, ſicut mos eſt, tracti per aures: Inprimis Altman Comes, Gotapald, Hezil viri nobiles. De familia Liutheri, Pezili, item Pezili, Heririch, Wolfkoz, Gervvich. De famulis Clericorum: Liutpolt, Wolfheri, Wolfram. Hoc concambium publicè in Frigiſinga factum eſt civitate abſque omni contradictione, ut uterque, quod ab altero accepit, firmiter teneat, atque ævis temporibus poſſideat.

NUM. MCLXXVIII.

Commutatio Egilberti Epiſcopi, & Aſmari ſervi ejus.

NOverint omnes Chriſti fideles &c. Tradidit namque idem Aſmar in manum Epiſcopi, & Advocati ejus Helmperti in loco, qui dicitur Helmunaſtetti curtiferum I. cum ædificiis, & arabilis terræ, ac prati, & ſilvulæ jugera XC. ad altare Sanctæ Mariæ, Sanctíque Corbiniani perpetualiter exiſtendum. Econtra verò idem Epiſcopus cum manu Advocati ſui eidem Aſmaro in loco Stallanchiricha dicto retradidit cum conſilio, atque conſenſu fidelium ſuorum nobilium ſcilicet, ac ignobilium perſonarum curtiferum I. cum exitibus, & reditibus, arabilis terræ, & ſilvulæ jugera LXX. & prati, quantum ab eiſdem nuntiis ſibi ibidem præmonſtrabatur in perpetuum poſſidendum &c.

NUM. MCLXXIX.

Commutatio Egilberti Epiſcopi, & Pezilini illius ſervi.

AGnoſcat omnium fidelium conventus &c. Tradidit namque idem Pezili in loco Rotinpach dicto, nec non & in alio loco Diemuotinga nominato arabilis terræ, pratorúmque, nec non & ligni hobam nobilem I. in manum prædicti Præſulis E. & Advocati ſui Uodalſcalchi ad altare Sanctæ Mariæ, Sanctíque Corbiniani perpetualiter exiſtendum. Econtra verò prædictus Epiſcopus cum manu prædicti Advocati ſui in villa Purchartinga dicta tantundem terræ retradidit &c. Teſtes hujus rei nobiles Altman Comes, Erchanpolt, Ekkihart &c.

Digitized by Google

NUM. MCLXXX.

Commutatio Egilberti Epiſcopi, & Otoldi illius ſervi.

NOtum ſit omnibus Chriſti fidelibus &c. Tradidit namque idem jam dictus Otolt tale prædium, quale habuit in loco Dietrichesdorf dicto in manus Egilberti Epiſcopi, & Advocati ſui Uodalſcalchi ad æccleſiam Sanctæ Mariæ, Sanctique Corbiniani perpetualiter exiſtendum. Econtra verò idem Epiſcopus, & Advocatus ejus cum conſilio fidelium ſuorum, tam Clericorum, quám Laicorum ſupra nominato Otoldo de rebus æccleſiæ, quicquid antea in beneficium habuit in loco, qui dicitur Ermarichingarun in proprietatem abſque omni contradictionis moleſtia poſſidendum retradidit, eo rationis tenore, ut ſi in eodem beneficio æqualis menſura ſibi dari non poſſet, in proximo adjacenti abſque dubio emendaretur loco. Teſtes: Gervvic, Warmunt &c.

NUM. MCLXXXI.

Commutatio Egilberti Epiſcopi, & Hezilonis, filiique ejus Wezil.

NOverint omnes Chriſti fideles &c. Tradidit namque idem jam dictus Hezil ſimul cum filio ſuo talem proprietatem, qualem habuit in locis Litapach, & Gozoltasdorf dicti in manus Epiſcopi Egilberti, & Advocati ſui Uodalſcalchi ad æccleſiam Sanctæ Mariæ, Sanctique Corbiniani perpetualiter exiſtendam. Econtra verò idem Epiſcopus, & Advocatus ejus cum conſilio ſuorum fidelium tam Clericorum, quam Laicorum retradidit ſupra nominato Heziloni, filióque ejus de rebus æccleſiæ ad Tobrochotasfeld III. hobas, ad Leizniza hobam I. abſque omni contradictionis moleſtia poſſidendum. Teſtes Altman, Hartvvich, Perahtolt, Penno &c.

NUM. MCLXXXII.

Conplacitatio inter Egilbertum Epiſcopum, & quendam nobilem virum Wolfstregil nominatum.

COnſultum namque videtur, ut quicquid &c. Tradidit enim prænominatus nobilis vir cum manu filij ſui jam ad præſens, quicquid habuit proprietatis in loco Prunna dicto in curtiferis, & in vineis, agris cultis, & incultis, ſilvulis, pratis, paſcuis, queſitis, & inquirendis, exitibus, & reditibus, omnibúsque rebus ad eundem locum jure pertinentibus in famulis III. ſimulque cum illis eorum feſtituram in manum præfati Epiſcopi, & Advocati ſui Geroldi ad altare Sanctæ Mariæ, Sanctique Corbiniani æternaliter exiſtendum. Econtra verò prælibatus Epiſcopus per manum Advocati ſui ſupra quoque ſcripti retradidit eidem prædicto viro cum conſenſu, conſilióque fidelium ſuorum, Clericorum, atque Laicorum nobilium ſcilicet, atque ignobilium perſonarum in reconpenſatione, quicquid habuit in villa Chamara vocitata abſque Clerico illic æccleſiam tenenti, ſuáque poſſeſſione, & inſuper una ſilvula. Nec non dedit ei, quicquid habuit in loco Perga nuncupato, excepto quodam ſerviente, ſuaque poſſeſſione, eo ſcilicet tenore, ut ea omnia poſt obitum vitæ ſuæ, & filij ſui ad præfatam Sanctæ Genetricis Dei, Sanctique Corbiniani æccleſiam perpetim exiſtenda redeant. Hujus rei ſunt teſtes, ſicut mos eſt per aures tracti: Altman Comes, Perahtolt, Gerold, Maganus &c.

Digitized by Google

NUM. MCLXXXII.

Commutatio Egilberti Epiſcopi, illiusque ſervi Richilonis.

NOverint omnes Chriſti, æccleſiæque fideles qualiter placuit &c. Tradidit namque prædictus Richilo in manus Epiſcopi ad altare Sanctæ Mariæ in locis, quæ dicuntur Hunprechteshuſun, Dietrichesdorf, Guntheridorf, Guoginhuſum, Laginpah VIIII. hobas, & LXII. jugera, ad Pirhee in pratis jugera VII. Econtra retradidit ei prælibatus Epiſcopus cum conſilio, & conſenſu Clericorum Zachariæ, Utonis, Gervvini. & Laicorum Altmanni Comitis, Alprici, Perahtoldi, Adalperti, Izonis &c. hobas VIIII. in loco, qui dicitur Harthuſun. Hanc ipſam commutationem Epiſcopus in ſuam tradidit poteſtatem, donec Advocatus veniret, & legitimo jure illam confirmaret cum conſilio, & conſenſu prænominatorum Clericorum, & Laicorum. Illud ergo concambium prædictus Epiſcopus ſupra nominato Richiloni idcirco conceſſit, quia in legali placito comprobavit, quod absque omni juſticia ſuo ſocero ablatum fuit. Teſtes hujus rei nobiles Altmant Comes, Hartvvicus, Adalperht, Perahtolt. Izo &c.

Commutatio inter Egilbertum, & liberum hominem Cundhardum.

NOtum ſit omnibus Chriſti fidelibus &c. Tradidit namque idem Cundhart juſſu Epiſcopi Egilberti, & cum laude conſilióque totius familiæ jugera IIII. Waldoni Clerico in loco Luzilinpach dicto ſibi in proprium retinendum. Econtra verò idem Waldo cum manu Advocati ſui Otperti eidem Gunthardo æqualem menſuram, id eſt jugera IIII. in loco Germpach nuncupato absque omni contradictionis moleſtia ſibi, poſterisque ſuis poteſtativè habendum retradidit. Teſtes ſunt Pillunc, Ermperht, Erchanperht &c.

Poſtea verò filij eorum cum conſenſu omnium, qui aderant commutationem fecerunt alteram. Dedit itaque filius Gunthardi nomine Adalperht filio Waldonis Meginhart dicto jugera III. in loco Luzilinpah ſibi in proprium habendum, accepítque æqualem menſuram, id eſt, jugera III. ab eodem Meginhardo cum manu Otperti ſupra dicti in eodem loco Germpach vocato, ut liberè habeat, vel poſſideat.

Item alteram commutationem idem Gunthart cum Otperto Advocato fecit, ſed primitus, ut commutationum, quæ in ſequentibus ſubſcriptæ ſunt, id eſt, quam ipſe cum Otperto fecit ad Iſanam in placito publico, & quas eidem Gunthardo duo nobiles viri Ratpot, & Peranger cum eodem Otperto fecerunt, occaſio daretur, molam I. & jugera III. ad æccleſiam Frigiſingenſem dedit. Tradidit namque prædictus Gunthart juſſione ejusdem venerabilis Epiſcopi Egilberti cum laude, & conſenſu totius videlicet familiæ proprietatis ſuæ jugera V. in manum Otperti Advocati ad æccleſiam Sanctæ Mariæ, Sanctíque Corbiniani perpetim exiſtendum. Econtra verò ipſe de eodem Otperto æqualem menſuram, id eſt, jugera V. terræ ad præſcriptam æccleſiam pertinentis accepit. Poſtea autem, quia Advocatus non ampliús, quàm jugera V. commutandi poteſtatem habuit, vir quidam nobilis Ratpolt nuncupatus ſibi prius commutandi poteſtate eidem Gunthardo cum prælibato Otperto jugera V. dando, & accipiendo commutavit.

Digitized by Google

De eadem re.

ITerum propter præſcriptam cauſam alter quidam vir nobilis Peranger nominatus prædicto Gunthardo jugera V. de terra ad eandem æccleſiam pertinente apud ſupra memoratum Otpertum commutaverat, eo ſcilicet tenore, ut prædium, quod traditum eſt id eſt jugera XV. jure perpetuo ad æccleſiam Sanctæ Mariæ, Sanctíque Corbiniani pertineant, & illud prædium, quod retraditum eſt, id eſt, jugera ejusdem numeri præſcriptus Gunthardus, & poſteritas ipſius absque ullo contradictionis ſcrupulo usque in finem vitæ ſuæ poſſideant, & quicquid ſibi inde libitum fuerit, libere faciant. Teſtes nobiles: Ratpot, Peranger, Chuonrat, Liedro, Chadalhoch. de familia Wolfheri, Heilrich, Peranger, Aripo, Engilperht, & alij.

NUM. MCLXXXIII.

Commutatio Egilberti Epiſcopi, & Meginhardi ſervi.

OPortunum namque, & laudabile videtur, ut quicquid &c. Tradidit verò idem Meginhardus in loco Paninperc dicto inter agros, ſilvas, & prata jugera quinquaginta tria eidem venerando Præſuli in manum videlicet Uodalſcalchi ſui Advocati ſine contradictione omnium ad altare Sanctæ Mariæ, Sanctíque Corbiniani perpetualiter exiſtendum. Econtra prælibatus Pontifex per manum ſupra nominati Uodalſcalchi Advocati cum conſilio fidelium ſuorum Clericorum, ac Laicorum eidem Meginhardo in loco Strubinga nuncupato de agris, ſilvis, & pratis cum omni lege tantundem per menſuram æqualem retradidit, quantum & ipſe recepit ab illo, eo ſcilicet tenore, ut idem Meginhardus liberam deinceps poteſtatem habeat hanc traditionem poſſidendi, commutandi, vendendi, ſeu poſteris relinquendi, vel quicquid ſibi libitum fuerit inde faciendi. Teſtes verò per aures tracti utriusque traditionis hi ſunt: Altman Comes, Chuono, Gotapold, Wetti. De familia Gerhart, Mahtuni, Iſangrim, Pezili &c.

NUM. MCLXXXIV.

Commutatio Egilberti Epiſcopi & Wolvoldi illius ſervi.

NOverint omnes Chriſti fideles &c. Tradidit namque idem Wolvolt in manum Epiſcopi, & Advocati ſui Alprih nominati in loco Loupach dicto arabilis terræ & pratorum hobam I. ad altare Sanctæ Mariæ, Sanctique Corbiniani perpetualiter exiſtendum. Econtra prælibatus Epiſcopus cum manu prædicti Advocati eidem viro retradidit cum conſilio, & conſenſu fidelium ſuorum nobilium ſcilicet, atque ignobilium perſonarum in loco Holzhuſa nominato hobam I. cum omnibus juſtè, legitimèque ad eandem hobam pertinentibus &c.

NUM. MCLXXXV.

Commutatio Egilberti Epiſcopi, & Gvntherij illius ſervi.

NOverint omnes Chriſti fideles &c. Tradidit namque idem Guntheri in manum Epiſcopi, & Advocati ſui Helmperti in loco, qui dicitur Milindorf curtiferum I. & terræ cultæ, & incultæ jugera XXX. cum exitibus & re-

& reditibus, quæſitis, & inquirendis, cum paſcuis, pratis, aquis, & omnibus appendiciis ad altare Sanctæ Mariæ, Sanctique Corbiniani perpetualiter exiſtendum. Econtra præſcriptus Epiſcopus cum manu Advocati ſui jam dicti, cum conſilio, & conſenſu fidelium ſuorum, nobilium ſcilicet, & ignobilium eidem viro retradidit in loco, qui dicitur Scakinhova curtiferum I. & terræ cultæ, & incultæ jugera XXX. cum exitibus, & reditibus, quæſitis, & inquirendis, cum pratis, paſcuis, aquis, & omnibus appendiciis &c.

NUM. MCLXXXVI.

Commutatio ſepe dicti Gunthardi, quæ facta eſt in publico placito ad Iſanam.

POſtquam commutationes prætitulatæ legitimè perpetratæ ſunt, in publico placito ad Iſanam ſæpe dictus Gunthardus aliam adhuc commutationem facere ſtuduit. Tradidit itaque idem Cunthart de proprietate ſua jugera IIII. in loco competenti cuidam homini de familia Pernhart vocato cum manu Otperti Advocati ſibi in proprium perpetualiter habendum. Econtra autem jam dictus Pernhart cum manu prædicti Advocati æqualem menſuram, id eſt, jugera IIII. in loco Germpach dicto eidem Gunthardo retradidit, ea ratione, ut ipſe, poſterique ejuſdem ſine contradictione poteſtativè utendo retineant. Teſtes nobiles: Ratpot, Willihart, Erchanperht, Sigihart, Reginolt &c.

NUM. MCLXXXVII.

Commutatio Egilberti Epiſcopi, & Aribonis nobilis viri.

NOtum ſit omnibus &c. Tradidit namque idem libertus talem proprietatem, qualem habuit in loco Sila, id eſt jugera XVI. cum manu Advocati ſui Helmperti eidem Epiſcopo ad æccleſiam Sanctæ Mariæ, Sanctique Corbiniani perpetim exiſtendum. Econtra prædictus Epiſcopus retradidit eidem liberto per manum præfati Advocati ejus Helmperti in reconpenſationem proprietatis ſuæ jugera XII. in locis Haſalpach, atque Fiheta dictis abſque ulla contradictione æternaliter poſſidendum. Teſtes Meginhart, Wolfolt &c.

NUM. MCLXXXVIII.

Commutatio Egilberti Epiſcopi, & Orendilis nobilis viri.

NOverint omnes Chriſti fideles, qualiter &c. Tradidit namque idem Orendil, quicquid jure proprio habuit in loco Ichinhuſa cum omnibus ad eundem locum pertinentibus ædificiis videlicet, & mancipiis utriusque ſexûs, pratis, paſcuis, exitibus, & reditibus, quæſitis, & quirendis, cæterisque utenſilibus in manus reverentiſſimi Pontificis Egilberti, & Advocati ſui Uodalſcalhi ad altare Sanctæ Mariæ ſemper Virginis, Sanctique Corbiniani Confeſſoris Chriſti Friſingæ corporaliter quieſcentis perpetualiter exiſtendum. Econtra verò laudabilis Epiſcopus Egilbertus cum manu Advocati ſui U. retradidit prænominato ſuo Militi O. de rebus Eccleſiæ Pretinpach Worango VIII. Aragartunt, apud Gieſingun molendinum I. quod & idem tunc temporis in beneficium tenuit cum omnibus ad eundem loca pertinentibus utenſilibus, ea ratione, ut idem O. & datum, & acceptum donec viveret poſſideret, poſtea verò in jus Sanctæ Mariæ, Sanctique Corbiniani & datum, & acceptum in integrum rediret. Iſti ſunt teſtes: Penno, Gerolt, Maganus, Megingoz, Erchanpolt, Uozi, Guntpolt, Razo.

NUM.

Digitized by Google

NUM. MCLXXXIX.

Commutatio Engilberti Epiſcopi, & Gerrati Clerici.

NOtum eſſe omnibus Chriſti fidelibus cupimus &c. Tradidit namque idem Kerrat in manum Epiſcopi, & Advocati ſui Helmperti curtiferum I. cum exitibus, & reditibus, arabilis terræ jugera XL. pratorum jugera III. & dimidium, ſilvulæ jugera VIII. & dimidium in loco, qui dicitur Lanthardasdorf ad altare Sanctæ Mariæ, Sanctíque Corbiniani perpetualiter exiſtendum. Econtra verò prælibatus Epiſcopus cum manu Advocati ſui eidem Kerrado retradidit in loco Svvanihiltodorf dicto curtiferum I. cum exitibus, & reditibus, arabilis terræ jugera XL. pratorum jugera III & dimidium ſilvulæ jugera VIII & dimidium cum omnibus ad ea ritè pertinentibus in perpetuum poſſidendum &c.

NUM. MCXC.

Conplacitatio Egilberti Epiſcopi, & Sahſonis.

NOverit induſtria omnium Chriſticolarum &c. Tradidit namque idem Sahſo in manus cujusdam Comitis Uodalſcalchi proprietatem ſuam Frimida dictam, ea ratione, ut ab eo in jus, & poteſtatem traderetur, & tranſunderetur, quocunque prælibatus venerandus Epiſcopus poſtulâſſet. Econtra verò inſignis Pontifex tanti beneficij non immemor eidem Sahſoni retradidit de rebus æccleſiæ ſuæ locum, qui dicitur Chamara cum omnibus utenſilibus eò pertinentibus, ut idem Sahſo, & dato, & accepto uſu fructuario, donec viveret, frueretur, & poſtea in jus rediret Epiſcopi. Teſtes Etho, Sigihart &c.

NUM. MCXCI.

Commutatio Egilberti Epiſcopi, & Meginhardi liberi hominis.

NOverint omnes Chriſti fideles &c. Tradidit itaque idem Meginhardus in manus Epiſcopi prædicti, & Advocati ejus Helmberti in loco Ehinga dicto prata jugera XX. ad altare Sanctæ Mariæ, Sanctíque Corbiniani perpetualiter exiſtendum. Econtra prædictus Epiſcopus cum manu Advocati ſui præſcripti retradidit eidem Meginhardo cum conſenſu tam Laicorum, quàm Clericorum in loco Tutilindorf arabilis terræ jugera XI. prati jugera IIII. curtiferum I. cum omnibus utenſilibus ad locum eundem pertinentibus. Teſtes Arnis, Walthcri Timo &c.

NUM. MCXCII.

Commutatio Egilberti Epiſcopi, & Heilrici.

NOtum ſit omnibus tam præſentibus, quàm futuris, qualiter Domnus Egilbertus Frigiſingenſis æccleſiæ Præſul eximius cuidam ejusdem ſervo Heilrich dicto duas hobas ſerviles ſuperabundantibus V. jugeribus apud Termareschirichon à quodam nobili viro per conceptionem ſibi acquiſitas per manus Altmanni Comitis in proprietatem donavit cum omnibus utenſilibus ad eundem locum legitimè pertinentibus ob præmium videlicet multiplicis ſerviminis, eo tenore, ut quicquid inde vellet, jus facere haberet. Hujus rei teſtes ſunt de nobilibus Aripo, Kerolt, Gotapolt, Heimpreht, Cholo. De familia Liutheri, Sinzo, Pezili, Wichart, Izo. Idem vero Heilricus poſtquam tali donatione eſt auctus, cogitavit ſibi, & poſteris ſuis commodum eſſe, & utile,

ſi eandem proprietatem cum propitio ſibi Domino commutatione facta ad alia, quæ tunc in beneficium retinuit transferret loca, quod & temptavit, & absque difficultate impetravit. Tradidit namque ipſe inprimis de nuper dicto prædio ſcilicet Termareschirichon inter ſilvam, & inter arabilem ſimul cum pratis, & curtifero uno nonaginta VII. jugera cum omnibus jure huic loco adhærentibus utilitatibus in manus præfati Epiſcopi, & Advocati ejus Uodalſcalchi ad altare Sanctæ Mariæ, Sanctique Corbiniani perenniter exiſtendum. Econtra prænominatus Epiſcopus de rebus æcclesiæ cum conſenſu ſuorum fidelium in loco Humbola dicto, proin rogatus eſt, per manus Advocati ſui jam dicti U. arabilis terræ ſimul cum curtifero jugera XLII. pratorum XXV. redonavit cum omnibus appendiciis, & pertinentiis, eâ gratiâ, ut ipſe, & poſteri ejus poteſtativè tenerent. Hujus rei teſtes ſunt de nobilibus Altman Comes, Heizil. De familia Diotperht, Liutheri &c.

NUM. MCXCIII.

Commutatio Egilberti Epiſcopi, & Reginnoldi nobilis viri.

NOverint omnes hujus rei inquiſitores, qualiter inter venerabilem Frigiſingenſis Sedis Præſulem Egilbertum, & quendam nobilem ſuæ Diœceſis virum nomine Reginoldum convenit, atque placuit quasdam proprietatis ejus partes alternatim inter ſe commutare, ſicut modo conſtat, utrimque finitum eſt. Miles ergo prælibatus tale ſui juris prædium, quale ei erat apud Mammindorf vicum, utriusque ſexûs mancipiis octo, cum agris, pratis, cum ſilvulis, & compaſcuis, cum cultis, & incultis, quæſitis, & inquirendis, exitibus, & reditibus, cum privatis, & communibus uſibus pariterque cum omnibus utenſilibus ad eundem locum pertinentibus, prout ipſe poſſeſſor erat eorum his temporibus, nec non & Baſilicam, quæ ibi eſt dimidiam partèmque totius decimæ dimidiam, ſeu etiam dimidium dotis, qua dotata eſt æcclesia tunc temporis, additis quoque oblationibus dimidiis per fideles, quos eò oblatis, & offerendis, cum ceteris rebus omnibus jure, legalitèrque ad hanc reſpicientibus prænotato Præſuli, & ejus æcclesiæ uſui in manus videlicet Advocati ſui Comitis Uodalſcalchi jure perpetuo ſubſiſtendum ſine ullo contradictionis ſcrupulo contradidit. Econtra verò memorabilis ille Pontifex eidem retradidit per manum Advocati ſupra dicti in Carinthiæ partibus hobas Sclavaniſcas octo, quarum quinque juxta Tra fluvium in villa, quam dicunt ad Stallun: ſexta viſum per ripam ejusdem fluvii apud villam Lescah. Septima verò, & octava penes vicum, qui vocatur Goriah ſitæ ſunt in valle Lurna, & ſub his omnibus totidem mancipia, quot & ipſe recepit in ſua cum pratis, paſcuis, lignis, & cum totis legibus ac juſticiis, quibus illi ſerviebant perpetualiter ſibi retinendum, poſſidendum, & quicquid inde libitum fuerit faciendum condonatum. Hæc ſunt nomina illorum, qui hujus rei teſtes ſiunt: Altman Comes, Perahtolt, Heizil, Dietrich, Otzi, Hiltipolt, Eizo. Hæc autem nomina mancipiorum, quæ cum prædio dabantur Epiſcopo: Gerperht & filius ejus, Ceizrih & Uxor ejus cum filiis IIII. quorum ſimul octo ſunt.

NUM. MCXCIV.

Commutatio inter Arnoldum Abbatem, & Eparmundum.

NOtum ſit omnibus Chriſti fidelibus præſentibus ſcilicet atque futuris, qualiter placuit, atque convenit inter venerabilem Abbatem Monaſterij Sancti Stephani Arnolt dictum, & quendam Frigiſingenſis æcclesiæ ſervum nomi-

nomine Eparmunt quandam commutationem facere, quod & fecerunt. Tradidit namque idem Eparmunt cum manu Advocati ſui Uodalſcalchi de quodam ſui juris prædio in villa Sindishuſa dicta ſito cum curtifero, & arabili terra, pratisque, nec non cum lignorum copia jugera XL. in manum prædicto Abbati, & Advocati ſui Isangrim ad altare Sancti Stephani perpetuò exiſtendum. Econtra prædictus Abbas cum manu prænominati Advocati ſui in loco Stoga dicto cum curtifero, & arabili terra jugera XL. eidem ſervo in proprietatem retradidit. Et id actum eſt cum conſilio, & conſenſu Egilberti Frigiſingenſis æcclesiæ Epiſcopi, & Advocati ſui U. nec non Abbatis Sancti Stephani, Advocatique ſui, cum utriusque æcclesiæ pæne tota familia. Teſtes hujus rei nobiles: Gerolt, iterum Gerolt, iterum Gerolt, Gotapolt &c.

NUM. MCXCV.

Commutatio Egilberti Epiſcopi, & Uodalberti ſervi.

NOverint omnes Chriſtianæ fidei cultores &c. Tradidit namque prædictus Uodalperht tale prædium, quale habuit in loco Gundalashuſun dicto, id eſt curtiferum I. cum ædificiis, & arabilis terræ ſimul cum pratis jugera XVII. in manus Epiſcopi prælibati, & Advocati ſui Uodalſcalchi ad altare Sanctæ Mariæ, Sanctique Corbiniani perpetualiter exiſtendum. Econtra vero Epiſcopus cum conſenſu fidelium ſuorum per manum Advocati ſui Uodalſcalchi jam dicti eidem Uodalperto in loco Rubendorf nominato curtiferum I. absque ædificiis, & arabilis terræ ſimul cum pratis jugera XIII. retradidit in proprium habendum &c. hujus rei teſtes ſunt: Guntpolt Comes, Cholo, Ernuſt &c.

NUM. MCXCVI.

Commutatio Egilberti Epiſcopi, & Liutpoldi illius ſervi.

NOtum ſit omnibus Chriſti fidelibus &c. Tradidit namque prædictus Liutpoldus in manum Epiſcopi, & Advocati ſui Uodalſcalchi, quicquid proprietatis habuit in loco Haſalpach nuncupato jugera CXLVI. ad altare Sanctæ Mariæ, Sanctique Corbiniani perpetualiter exiſtendum. Econtra verò præticulatus Antiſtes cum manu ejusdem Advocati U. cum conſilio nobilium virorum, conibentiaque totius familiæ æqualem menſuram eidem L. in loco Petinbrunnun dicto retradidit in proprium habendum &c. Ejusdem commutationis teſtes ſunt nobiles Comites Altman, & Chadalhoc. De familia: Pezili, Liutheri &c.

NUM. MCXCVII.

Commutatio Egilberti Epiſcopi, & Hartwici.

NOverint omnes hujus rei inquiſitores &c. Miles verò prælibatus, tale ſui juris prædium, quale ei erat apud vicum Gozpoldasdorf dictum, cum privatis, & communibus uſibus legaliter ad eundem locum pertinentibus, prout ipſe poſſeſſor erat horum his temporibus prænotato Præſuli, ejúsque æcclesiæ uſui in manum videlicet Advocati ſui Uodalſcalchi jure perpetuo exiſtendum ſine ulla contradictione tradidit. Econtra verò memorabilis ille Pontifex eidem per manum ſupra dicti Advocati de rebus æcclesiæ ſibi commiſſæ in loco Piparbach equiparando retradidit, niſi XII. jugera, quæ manſerunt ſine retributione. At verò ille Hartvvicus ſuæ adhuc cupiens ſatisfacere voluntati, hoc totum, quod tunc temporis commutavit, & quidquid antea in eodem poſſederat in proprietatem loco in manus venerandi Antiſtitis E. ejusque Advocati U. dele-

delegavit, actutum perbonæ memoriæ Antiſtes aſſidua ſui Militis coactus ſervitute item de rebus ſuæ poteſtatis per manum ante dicti Advocati ex ſuorùmque conſilio fidelium in loco Brunnan dicto pleniter reconpenſavit. Teſtes nobiles Guntpold, Uodalſchalc, Otto, Wolfolt, Gotapolt, Alamar. De familia Liutheri, Reginhelm, Mahetuni, Wolfkoz, Waldman, Richolf, Meginhart, Managold, Lanzo.

NUM. MCXCVIII.

Commutatio Egilberti Epiſcopi, & Williporti Imperatoris ſervi.

NOverint omnes hujus rei inquiſitores &c. Tradidit namque idem ipſe Williport cum aſſtantis filij ſui conſenſu, & laude omnino nullo contradicente, quicquid Dietpirges vir habuit, quod à beatæ memoriæ Heinrico Imperatore per regalem cartam obtinuit, in manum videlicet prælibati Præſulis Advocati ſui Uodalſcalchi Comitis, cum exitibus, & reditibus, viis, & inviis, cultis, & incultis, quæſitis, & inquirendis, cum pratis, ſilvis, & paſcuis, omnibúſque pertinentiis, eo tenore, ut tota illa proprietas ad altare Sanctæ Mariæ, Sanctíque Corbiniani perenniter, potentérque pertineret ad uſum ſpecialem loci illius Epiſcopi ſerviret. Hujus rei nobiles teſtes ſunt hi: Altman Comes, Ruotperht, Gotapold, Hezil, Cholo, Uto. Hi quoque de familia: Pezili, Liutheri, item Liutheri, Reginhalm &c. Econtra verò prælibatus ille Pontifex cum manu Advocati ſui U. Comitis, & conſilio ſuorum fidelium tam nobilium, quàm ignobilium eidem firma allegatione retradidit, quicquid proprietatis à Liutherio æcclesiæ ſuæ ſervo in loco Haſalpach dicto accepit cum exitibus, & reditibus, quæſitis, & inquirendis, cum omni lege, omníque juſticia ea ſcilicet cauſa, ut idem Williport omnino potens eſſet, facere inde quod vellet, & quicquid illi placeret. Item ipſe Præſul venerabilis, quem nihil libuit habere cum peccatis, eidem inſuper tantùm dedit peccuniæ, ut ſua ſibi traderet ille prompta voluntate.

Ad NUM. MCXCVIII.

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Chunradus divina favente clementia Romanorum Imperator Auguſtus. Si bona, quæ ad Eccleſias Dei ab Anteceſſoribus noſtris Regibus vel Imperatoribus, & ab Epiſcopis, Abbatibus, vel aliquibus beatæ memoriæ viris data invenimus, ea ibidem Imperialis noſtri præcepti diſtrictu ſtabilire ſtuduerimus, pro hoc ſtudio Regnum noſtrum ſtabilius fieri, & nos æternam requiem promereri minimè ambigimus. Unde Dei noſtríque fidelium præſentium ſcilicet & futurorum univerſitati notum eſſe volumus, qualiter fidelis noſter Agilbertus Friſingenſis Epiſcopus cum filio noſtro Heinrico Serenitatis noſtræ clementiam adiit, humiliter obſecrans, ut concambium, quod ipſe cum Williborto in prædio & in certa utilitate habet factum ad Eccleſiam ſuam Friſingam in honore Sanctæ Dei Genetricis Mariæ, Sanctíque Corbiniani Confeſſoris, atque Pontificis conſtructa per Imperiale noſtrum præceptum confirmaremus. Ut ab omnibus autem Chriſti fidelibus hoc concambium quid ſit cognoſcatur, breviter in ſubjecta deſcriptione demonſtratur. Idem verò prædictus Willibortus tale prædium, quale ipſe habebat ſitum in loco Dietbirgiriut in Comitatu cum omnibus ad idem aſpicientibus villis, & cum omni ſua integritate ad præſcriptam Eccleſiam in perpetuum delegavit. Econtra verò ſibi Epiſcopus cum conſenſu & laudatione fidelium, & cum manu ſui nominatiſſimi Uscalci Comitis curtem unam Haſelpach nominatam cum omnibus ad eandem pertinentibus in proprium tradidit. Quorum petitioni pium, ſicut

ſicut erat, aſſenſum præbentes, ob interventum dilectæ Conjugis noſtræ Giſilæ Imperatricis Auguſtæ idipſum à præfato fideli noſtro Egilberto Epiſcopo per commutationem, quæ ad Monaſterium ſuum per hujus noſtri Imperialis ſcripti tenorem ſtabilivimus atque confirmavimus, ea videlicet ratione, ut ipſe ſuíque Succeſſores omnium hominum contradictione remota de eodem prædio liberam habeat poteſtatem deinceps tenendi, tradendi, vendendi, commutandi, vel quicquid placuerit ſibi, faciendi, ad uſum tamen prænominatæ Eccleſiæ. Et ut hæc noſtræ Confirmationis auctoritas ſtabilis & inconvulſa per futura annorum curricula perſeveret, hoc præceptum inde conſcriptum ſubtusque manu noſtra confirmantes, atque corroborantes Sigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri. Dat. Indict. XIIII. anno Dominicæ Incarnationis MXXXI. anno autem Domini C. Regni VII. Imperij verò V. Actum Goſlari feliciter Amen.

NUM. MCXCIX.

Commutatio Egilberti Epiſcopi, & Gotapoldi nobilis viri.

NOtum ſit omnibus Chriſti fidelibus &c. Tradidit namque idem Gotapolt tale prædium, quale habuit in loco, qui dicitur Tala id eſt arabilis terræ, pratorúmque hobas ſerviles II. & dimidiam partem æccleſiæ in manum prædicti Epiſcopi, & Advocati ſui Uodalſcalchi ad altare Sanctæ Mariæ, Sanctíque Corbiniani perpetualiter exiſtendum. Econtra verò prædictus Epiſcopus cum manu ejusdem Advocati ſui U. in quodam loco Egiliſdorf dicto arabilis terræ, pratorúmque jugera LVIII. nec non & in alio loco Milindorf nominato jugera XXVII. in manum prædicti viri G. retradidit &c. Teſtes nobiles Altman Comes, Alprih, Iſangrim, Erchanpolt, Ekkihart, Otzi. De familia Reginhalm, Pezili, Wolfolt.

NUM. MCC.

Commutatio Egilberti Epiſcopi, & Sigihardi nobilis viri.

PRecariam, quæ inter venerabilem Egilbertum Frigiſingenſis Eccleſiæ Antiſtitem, & quendam nobilem virum nomine Sigihardum conplacita eſt, omnibus in Chriſto fidelibus notam eſſe volumus. Tradidit namque idem prælibatus Antiſtes eidem Sigihardo, quicquid proprietatis in loco Linto dicto habuit cum mancipiis XXII. utriusque ſexûs ad eundem locum pertinentibus ad ſpacium vitæ ſuæ, uxoríſque ejus, & filij eorum, ſi fortè filium genuerint, retinendum. Talem precariam ad optinendam tradidit idem præfatus Sigihardus eidem jam dicto venerando Epiſcopo, quicquid proprietatis viſus eſt habere in loco Suvelich dicto emenſo ſpacio vitæ horum trium prælibatorum ad poſſidendum cum mancipiis ejusdem pertinentiæ XXII. Hujus rei teſtes ſunt: Uodalſcalch, Ruotperht, Aripo, Altman, Durinhart, Petto, Hartnid, Pillunc.

NUM. MCCI.

IN nomine Sanctæ, & individuæ Trinitatis. Placuit, atque convenit inter venerabilem Egilbertum, Frigiſingenſis æccleſiæ Epiſcopum, & quendam ejus Clericum nomine Aribonem quandam conplacitationem inter ſe facere, quam & fecerunt. Dedit namque idem Clericus Aripo jam ad præſens tale, & tantum prædium, quale, & quantum in loco Tiginga habuit, in curtiferis, ædificiis, pratis, paſcuis, aquis, aquarúmve decurſibus, exitibus, & reditibus, viis,

viis, & inviis, queſitis, & inquirendis, mancipiis duobus, & omnibus rebus juſtè, & legitimè ad eundem locum pertinentibus unà cum manu Erchanfridi cujusdam nobilis viri, cujus in poteſtate idem prædium tunc temporis ſitum erat traditione veterum poſſeſſorum in manus nuper dicti venerabilis Epiſcopi, & Advocati ſui Geroldi ad æccleſiam Sanctæ Mariæ, Sanctíque Corbiniani perpetualiter exiſtendum. Hujus rei nobiles teſtes ſunt: Uodalrih, Reginheri, Gotapolt, Sigihart. De familia autem, Isangrim, Aribo, Wolfkoz. Econtra verò modò dictus laudabilis Antiſtes E. cum conſilio fidelium ſuorum, tam Laicorum, quàm Clericorum unà cum manu Advocati ſui jam dicti Geroldi in loco Nivvinhova dicto ſito quidem juxta fluvium Stragan curtiferum I. & tantùm terræ arabilis, ac pratorum, quantùm ibi habuit ſimul cum duobus manſis, & mancipiis illuc ad ſervicium ſubjunctis, ceteríſque omnibus jure ad eundem locum pertinentibus commodis. Nec non in loco Scahcha dicto Parscalhos VII. quos Albvvin in beneficium tenuit pridem tali cum ſervicio, quali ille eos poſſederat, eidem Ariboni retradidit, eo ſcilicet tenore, ut idem Aribo, & ſuus frater Hadarich eadem hæc, ut dicta ſunt, usque ad obitum ſui firmiter poſſideant.

NUM. MCCII.

Commutatio Egilberti Epiſcopi, & Engilgeri ejus ſervi.

NOverint omnes Chriſti fideles &c. Tradidit namque idem dictus Engilger in manum Epiſcopi prælibati, & Advocati ejus Helmperti in loco Helmuneaſteti dicto curtiferum I. cum ædificiis, terræ arabilis, ac prati, nec non ſilvulæ per totum jugera L. ad altare Sanctæ Mariæ, Sanctíque Corbiniani perpetualiter exiſtendum. Econtra verò præfatus Epiſcopus cum manu jam dicti ſui Advocati retradidit eidem Engilgero in proprietatem in loco Sciltarun dicto curtiferum I. & item arabilis terræ, ac prati nec non ſilvulæ per totum jugera XL. cum omnibus utenſilibus ad eundem locum pertinentibus. Teſtes Uodalſcalch Comes, Otperht, Meginrat, Luitperht &c.

NUM. MCCIII.

Commutatio Egilberti Epiſcopi, & Uodalſcalchi hujus æccleſiæ ſervi.

NOtum ſit omnibus Chriſti fidelibus &c. Tradidit namque prætitulatus Uodalſcalch in manum Epiſcopi, & Advocati ſui Helmperti in loco Zellanhuſa dicto curtiferum I. & arabilis terræ XXIIII. ad altare Sanctæ Mariæ, Sanctíque Corbiniani perpetualiter exiſtendum. Econtra verò idem Epiſcopus, & Advocatus ejus cum conſilio, conſensúque fideliorum ſuorum tam Clericorum, quàm Laicorum nobilium, atque ignobilium perſonarum retradidit ſupra dicto Uodalſcalcho in loco Uoſta nuncupato æqualem menſuram, ea ratione, ut liberam poteſtatem habeat, & quicquid libitum fuerit inde faciendum. Hi ſunt teſtes: Gerhoh, Dietperht, Hunolt &c.

NUM.

Digitized by Google

NUM. MCCIV.

Commutatio Egilberti Epiſcopi, & Meginhardi cum Matre ejus.

PLacuit, atque convenit &c. Tradiderunt namque ambo pari conſenſu in manus Pontificis Egilberti, & Advocati ejus Ariponis in loco Paſinpach hobam I. cum mancipiis infra numeratis, id eſt Petto, & Uxor ejus Guntbilt cum V. filiis ſuis ad æccleſiam Sanctæ Mariæ, Sanctique Corbiniani perpetualiter exiſtendum. Econtra verò in reconpenſatione inſignis Antiſtes ſupra dictis Perſonis de rebus æccleſiæ in loco Wildmos, quicquid ibi videbatur habere cum mancipiis XXX. infra poſitis filij Waltonis VIIII. &c. Ea ratione, ut eadem Heiza, & filius ejus Meginhart, & datum, & acceptum usque ad finem vitæ ſuæ abſque omni contradictione poſſideant. Poſtea verò & datum, & acceptum in jus, & poteſtatem æccleſiæ redeat. Teſtes: Sigihart, Guntpolt, Otzi, Helmperht &c.

NUM. MCCV.

Commutatio Egilberti Epiſcopi, & Uodalſcalchi Comitis.

JUſtum & rationabile videtur, ut quicquid &c. Tradidit namque idem Uodalſcalch Comes in manus Epiſcopi, & Advocati ſui Ariponis de ſua proprietate in locis videlicet ſic dictis ad Sancti Miheleſchirichun æccleſiam unam decimatam, & hobas nobiles VI. ac jugera XVIIII. Inſuper etiam ad Sanatingun, & Cartheresriot, & Fretmaringun, & Wacreina, & Tetinhuſa inter arabilem terram, & prata jugera CCV. partem quoque decimæ, quam ipſe in æccleſia ad Fretmaringa retinebat cum omnibus rebus, & utenſilibus ad loca ſupra dicta legitimè pertinentibus, ad altare Sanctæ Mariæ, Sanctique Corbiniani perpetualiter exiſtendum. Econtra venerabilis Antiſtes cum conſenſu, & conſilio Clericorum, & Laicorum, tam nobilium, quàm ignobilium retradidit eidem Uodalſcalcho Comiti cum manu Advocati ſui Ariponis de rebus æccleſiæ ſuæ in reconpenſationem rerum prædictarum, id eſt, in loco Moſaha dicto æccleſiam decimatam, & molendinum I. Inſuper etiam, quicquid inibi prius ad Epiſcopatum pertinere videbatur, in agris videlicet, & curtiferis, pratis, & ſilvis, & omnibus utenſilibus, ea videlicet ratione, ut Comes Uodalſcalchus abſque ulla contradictione res ſupra dictas firmiter poſſideat, ac liberam habeat poteſtatem, tam ipſe, quàm poſteri ejus vel dandi, vel ſibi retinendi, ſeu quicquid libitum fuerit inde faciendi. Teſtes Gerolt, Aripo, item Gerolt, Perahtolt &c.

NUM. MCCVI.

Commutatio Egilberti Epiſcopi, & Alpricis nobilis viri.

AGnoſcat omnium fidelium conventus &c. Tradidit namque idem Alprich ex quodam ſui juris prædio in loco, qui dicitur Wanga habito duas partes unius jugeris in manum prædicti Præſulis Egilberti, & Advocati ſui Uodalſcalchi ad altare Sanctæ Mariæ, Sanctique Corbiniani perpetualiter exiſtendum. Econtra prædictus Epiſcopus cum manu prælibati Advocati ſui U. in loco Frimuntaspach dicto tantundem terræ retradidit in manum jam dicti A. ea ratione, ut liberam inde habeat poteſtatem &c. Teſtes hujus rei nobiles Altman Comes, Guntpolt Comes.

Digitized by Google

NUM. MCCVII.

Commutatio Egilberti Epiſcopi, & Ariponis nobilis viri.

NOtum ſit omnibus Chriſti fidelibus, qualiter &c. Tradidit namque idem Aripo in manus præfati Epiſcopi, & Advocati ſui Helmperti ad Harthuſa arabilis terræ hobas X. prati jugera C. cum ædificiis, & ceteris utenſilibus, & mancipiis X. ſic nominatis: Wolfhart &c. Econtra retradidit ſupra dictus Epiſcopus eidem Ariponi, & Uxori ſuæ Guntpirgæ, & filio ſuo Egilolfo pari conſenſu tam Clericorum, quam & Laicorum nobilium, atque ignobilium cum manu Advocati ſui jam dicti Helmperti ad Peraloh æccleſiam I. decimatam, & hobam dotalem I. & arabilis terræ hobas VIII. & ad Rumoltesdorf æccleſiam I. & quicquid in eodem loco ad Frigiſingam pertinebat cum curtiferis, & ædificiis, & mancipiis XXX. utriusque ſexûs ſic nominatis Engilperht &c. omnibúsque utenſilibus ad loca eadem pertinentibus, eo videlicet tenore, ut idem Aripo & datum, & acceptum poteſtativè usque in finem vitæ ſuæ absque omni contradictione poſſideat, & poſtea prædicta Uxor ſua jam dicta Guntpirich ad terminum vitæ ſuæ nihilominus retineat, ac deinceps filius eorum Egilolf usque ad obitum ſuum ſine omni moleſtia, & contradictione poſſideat, & ut quisquis illorum trium ſupervixerit ratione ſupra dicta ad finem vitæ ſuæ, ut ſupra dictum eſt poſſideat, & poſtea & datum, & acceptum ad altare Sanctæ Mariæ, Sanctíque Corbiniani perenniter exiſtat. Teſtes Uodalſcalch, item Uodalſcalch, Arnis, Hoholt &c.

NUM. MCCVIII.

Commutatio Egilberti Epiſcopi, & Heilrici hujus æccleſiæ ſervi.

NOverint omnes Chriſti fideles &c. Tradidit namque idem Heilrih in manus Epiſcopi, & Advocati ejus Ariponis in loco Albherisdorf dicto cum curtifero, & arabili terra de pratis jugera XXVIII. ad altare Sanctæ Mariæ, Sanctíque Corbiniani perpetualiter exiſtendum. Econtra verò prætitulatus Epiſcopus cum manu Advocati ſui jam dicti cum conſenſu, & conſilio fidelium ſuorum nobilium ſcilicet atque ignobilium eidem Heilrico in loco Humbala dicto cum curtifero, & arabili terra æqualem menſuram retradidit. Eo rationis tenore, ut exinde liberam &c. Teſtes Erchanpolt, Tiemo, Uodalrich &c.

NUM. MCCIX.

Commutatio Egilberti Epiſcopi, & Luitfridonis ſervi ejus.

NOverint omnes Chriſti fideles, qualiter &c. Tradidit namque idem prædictus Luitfrid in loco, qui dicitur Lonesdorf curtiferum I. XXIIII. jugera arabilis terræ juſſu Epiſcopi in manus Advocati ſui Albrici ad altare Sanctæ Mariæ, Sanctíque Corbiniani perpetualiter exiſtendum. Econtra quidem Epiſcopus, & Advocatus jam dictus in loco, qui dicitur Mouvntal curtiferum I. XXIIII. jugera arabilis terræ, & ſilvæ ſimul jacentis redonavit, eo rationis tenore, ut liberam in poſterum faciendi; quicquid hinc ſibi ſit libitum, poteſtatem habeat. Hujus rei teſtes ſunt: Pezili, item Pezili, Aripo, Asmar &c.

NUM.

Digitized by Google

NUM. MCCX.

COncambium, quod Uodalſcalchus Frigiſingenſis Eccleſiæ Advocatus, & Wolfolt, & Uodalrih quidam nobilis viri fecerunt. Tradidit namque Wolfolt tale prædium, quale habuit in locis, quæ dicta ſunt Rota, & Uodalhalminga, & Rintpach, & Rorpach ſcilicet VIII. hobas ſerviles, & IIII. loca molendinarum in eiſdem locis ſita cum omni uſus capione, ſicuti ipſe in proprietatem poſſedit excepta directione ipſius nobilitatis, ſi neceſſe ſit, in manum Uodalſcalchi Advocati Frigiſingenſis æccleſiæ ad altare Sanctæ Mariæ, Sanctique Corbiniani in proprietatem perpetualiter exiſtendum. Econtra tradidit idem Uodalſcalch cum conſenſu, & conſilio familiæ prædicto Wolfoldo ad Prenta in loco, qui dicitur Odindorf VIII. hobas ſerviles, ſcilicet æqualem menſuram cum una legitima molendina, & cum omni uſus capione, quæ in pratis, & in ſilvis, & in aquis, & paſcuis ad eundem locum pertinuit ſibi in proprietatem firmiter tenendum. Teſtes de nobilibus Altman Comes, Iſangrim, Uodalrich, Dietrich &c. De familia Ribhilo, Pezili, Liutheri, Gervvich, Wolfkoz, Eparraro.

Tradidit Uodalrich tale prædium, quale habuit in loco, qui dicitur Uminheim ſcilicet II. hobas, & VIII. jugera in agris, & in pratis, & in ſilvis, in manus Uodalſcalhi Advocati Frigiſingenſis æccleſiæ ad altare Sanctæ Mariæ, Sanctique Corbiniani in proprietatem perpetualiter exiſtendum. Econtra tradidit idem Uodalſcalch, & laude, & conſilio familiæ prædictæ Uodalricho in loco, qui dicitur Odindorf æqualem menſuram ſcilicet II. hobas VIII. jugera, ſi ſupra id, quod Wolfoldo datum eſt, ſufficiat, & ſi non ſufficiat in proximis locis, ubi ſibi commodum ſit in pratis, & ſilvis, & in agris, & aquis in proprietatem perpetuò habendum. Teſtes ſupra dicti.

NUM. MCCXI.

NOtum ſit omnibus Chriſti fidelibus, qualiter placuit, atque convenit inter venerabilem Frigiſingenſis æccleſiæ Egilbertum Epiſcopum, ac proprium ejusdem æccleſiæ ſervum nomine Pruninch in manus prælibati Præſulis, & Advocati ſui Uodalſcalhi nuncupati ad altare Sanctæ Mariæ, Sanctique Corbiniani in loco Cella dicto IIII. & ſemis jugera perpetualiter exiſtenda. Econtra verò à jam dicto Egilberto Pontifice, & prænominato ejus Advocato eodem in loco Cella cum licentia Albuini, qui & eundem locum tunc temporis ſimul cum eodem ſervo in beneficio retinuit, curtiferum I. cui II. fuerunt jugera recepit, ea ratione, ut liberam inpoſterum poteſtatem habeat, quicquid ſibi inde facere libeat. Hujus rei nobiles teſtes ſunt Pecil de Neninpah, Gotapolt, Iſangrim. De familia Liutheri, item Liutheri Pecili, Heririch, Aripo, Aſmar, Gerhalm, Geruni.

NUM. MCCXII.

Commutatio inter Egilbertum, & Popponem.

NOverint omnes Chriſti fideles, tam præſentes, quàm futuri, qualiter placuit, atque convenit inter venerabilem Friſingenſis Sedis Epiſcopum Egilbertum, & quendam nobilem hominem Poppo nuncupatum commutationem quandam facere, quam & fecerunt. Tradidit namque prætitulatus Popo in manum Egilberti Epiſcopi, & Advocati ſui Uſcalci tale prædium, quale in locis infra ſcriptis Starchando, & aliis nunciis cum eo illuc datis cum menſura, & oſtenſione præſentavit. Inprimis in villa Rouckeraſtorf dicta Eccleſiæ partem, & dotales hobas Sclavanicas III. & jugera III. fiſcal. & cenſualis ruris hubas XI. ad Stallum hubæ IIII ad Leſniza hubæ duæ, ad Debrozvelt hubæ IIII. ad

ad Trahim hubas III. cum pratis, paſcuis, alpibus, ſilvis, viis, & inviis, exitibus, & reditibus, queſitis, & inquirendis, omnibus rebus juſtè ad loca eadem pertinentibus ad altare videlicet beatæ Mariæ, Sanctíque Corbiniani perpetualiter exiſtendum. Econtra verò prælibatus Epiſcopus, & Advocatus ejus ſupra memoratus cum conſilio fidelium ſuorum tam Clericorum, quàm Laicorum nobilium, atque ignobilium perſonarum, retradidit ſupra nominato Poponi, quicquid ipſe in loco Malantina dicto à quodam nobili Yrinch vocitato conplacitavit idem Eccleſiæ decimatæ partem quartam dotal. & fiſcal. ac cenſualis ruris hobas XX. cum omnibus utenſilibus ad prædium idem pertinentibus abſque omnis contradictionis moleſtia in proprietatem poſſidendum. Item per manum Altmanni Comitis eidem Poponi ad Eich duas hubas tradidit. Teſtes per aures tracti Altman Comes, Gunpolt, Hartvvic, Pertolt, Dietrich &c. Item Popo prænominato Epiſcopo ad Trahun tradidit II. hubas. Teſtes Uſchalch, Altman Comes, Guntpolt, Sinzo, Pertolt, Reginhalm.

NUM. MCCXIII.

NOtum ſit omnibus Chriſti fidelibus, qualiter quædam nobilis femina Hazacha vocata Piligrimi vidua tale prædium, quale habuit ad Sceftilarun id eſt cum curtiferis, ædificiis, agris, cultis, & incultis, pratis, ſilvulis, queſitis, & inquirendis, & omnibus rebus jure, legitiméque ad idem prædium pertinentibus, & mancipiis utriusque ſexûs VIIII. cum manu Advocati ſui Paponis tradidit Altmanno Comiti, eo rationis tenore, quòd ipſe prædium idem traderet, quocunque Senior ſuus Frigiſingenſis æccleſiæ Epiſcopus Egilbertus rogaret. Traditio autem iſta propterea eſt facta, quòd Epiſcopus jam dictus filiabus ejusdem feminæ duabus utrique illarum in quocunque trium monaſteriorum ſubterſcriptorum facillimè, & optimè potuiſſet præbendam unam impetraret, id eſt, in civitate Ratiſponenſi ſive ad Oparimuniſturi, vel ad Nidaranmuniſturi, ſive ad Nivanburch, ea rationis cauſa, ſi Epiſcopus idem hoc factum ante, vel circa proximam venturam Domini Nativitatem ad perfectionem usque perduceret, etiamſi feminæ ipſæ á voto ſuo aliqua dubitatione ceſſarent, ſive aliquo impedimento ab hujus facti prohiberentur perfectione. Ipſe tamen prædium teneret poteſtativè. Econtra autem, ſi illis in voto ſuo perſeverantibus ex Epiſcopi parte illud imperfectum fieret, ipſa, quæ dedit, datum reciperet, ac ſicut antea habuit, prædium ſuum retineret. Hujus rei teſtes: Heimo, Papo, Engildieo ejusdem feminæ filij. Inſuper Papo, & Ugo filij Dietrici, Megingoz, Wezil, Adalvvart. De familia Aripo, Pero, Askrih, Ellinhart. Traditione autem iſta peracta, & teſtibus iſtis per aures tractis illi tres fratres ejusdem feminæ filij legitimam abdicationem illius prædij, id eſt, Firzihunga in manus Altmanni Comitis fecerunt, ac propter hoc Paponem vitricum illorum, id eſt, Stiufatar, teſtesque omnes ſuperiores, exceptis tantùm iſtis tribus fratribus per aures iterum traxerunt. Hisque ita peractis femina eadem cum manibus filiorum ſuorum veſtituram ejusdem prædij Comiti tradidit Altmanno, ac ſtatim prædium ipſum illa dimiſit, Altmannóque poſſidendum reliquid.

NUM. MCCXIV.

Epiſtola Peringeri Abbatis Tegernſeenſis ad Egilbertum Epiſcopum.

SEniori ſuo E. Pontificali dignitate ſublimato, P. & grex fratrum ſibi ſubjectus, quidquid filij Patri Spirituali. Iſte frater venit ad nos pœnitens, & aliquod ſolatium à nobis petens. Cui conſiliati ſumus, ut ad vos confugeret, ac ſui reatus qualitatem per totum patefaceret. Cum quo provolvimur veſtigiis veſtræ piæ

piæ paternitatis, veniam rogantes. Recordamini, quæſumus, exemplum pij paſtoris, qui perditæ oviculæ in tantum compaſſus eſt, ut eam in humeris reportaret ad gregem. Quid aliud poſſumus? libenter cum eo, ſi dignamini, pœnitemus, & hoc ſolum petimus, ut digna pœnitentia miſericorditer caſtigetur, eáque auctoritate, qua poteſtatem habetis ligandi, atque ſolvendi ſubveniatur lapſo, ne degradetur ordine Sacerdotali, & deinceps quaſi abortivum ab omnibus habeatur. Valete in Chriſto.

NUM. MCCXV.

Epiſtola Ellingeri Abbatis Tegernſeenſis ad Egilbertum Epiſcopum.

DOmino E. Pontifici ſummo, ſummæ bonitatis alumno, E. ſuus, quidquid poteſt os vel manus. Condignas inæſtimabili benignitati veſtræ pro innumeris parvitati meæ impenſis beneficiis gratias agere nequaquam ſufficio: quia ſcilicet in ipſa meditatione cogitationis deficio. Nam ipſa innumeroſitas beneficiorum cunctas exſuperat adinventiones eloquiorum. Proinde Pater amande, licet me ſciam omni hora lacrimis gaudij Omnipotenti Deo inceſſabiliter dicere: Benedictus Dominus, quoniam mirificavit miſericordiam ſuam mihi: vincunt fateor, vincunt lacrimæ doloris, quæ ne parvo quidem momento patiuntur me ab intimo cordis ſuſpirio ceſſare, & quæ cogunt Deo & veſtræ Paternitati inclamare: Tribulatio & anguſtia nimis invenerunt me undique. In adventu meo pia & jocunda fratrum me occurrens ſuſcepit Dominum magnificè laudans Congregatio. Ex quo par mihi fuit & eſt mentis exultatio. Poſtea in omnibus Monaſterij officinis in integrum præparata ſedebat omnium rerum penuria, & cum grandi ac inæſtimabili me ubique ſuſcepit injuria. Nam nullius generis ad tantam Congregationem ſuſtentandam pulmentaria inveni, exceptis XV. parvis caſeolis, ad ſervitia hoſpitum ad portam reſervatis. Tres vini carradas ad totius anni diſpenſationem habemus: quam ſcilicet quantitatem ad Mandati novi caritatem Sabbatis omnibus conſuetudinaliter celebrandam ſufficere credimus. Quam miſerabilem calamitatem Deo & veſtræ benignitati conqueror. Si quid poteſtis apud Imperatorem, adjuvetis deprecor. Litterarum iſtarum portitori ſpatium & locum dari obſecro, quò alia, quæ vobis de me habet narrare, opportunè poſſit edicere.

NOTA.

Exiſtimamus, hanc Epiſtolam fuiſſe ſcriptam, poſtquam Monaſterium Tegernſeenſe Anno 1053. incendium, & anno ſequenti gravem direptionem à prædonibus paſſum fuit, quod idem dicendum videtur de epiſtola ſequenti.

NUM. MCCXVI.

Ejusdem ad eundem.

DOmno ✠.* Apoſtolorum digniſſimo ſucceſſori, ſed meritis Pontificum ductori, ✠. famulus Chriſti, ſervorum cunctorum plenitudinem gaudiorum. Quia veſtram non ignoramus Sanctitatem in omni noſtra neceſſitate nobis patriſſare: indubitanter conſtat ſupra noſtram cervicem pondus peccatorum nos accumulare, ſi tardamus munimen in utroque nobis adeſſe homine Divinum efflagitare. Qua de re ejus invocamus teſtimonium, qui intima cordium rimatur, quòd penes nos omnem ſcilicet Congregationem S. Quirini die noctúque veſtri memoria aſſiduitate precum nunquam oblitteratur. Ob nimiam coacti, ut notitiæ patet veſtræ, noſtram paupertatem loco nobis commiſſo aſſidua ſollicitudine aliquam conferre commoditatem, cujusdam ſtudui-

* ita Cod.

 mus

mus pontis fieri conſtructionem noſtræ quamvis non magnam inopiæ ad ſublevationem. Verùm quidam, cui vix credidimus, veſtram, Pater Sancte, attulit legationem, eundem veſtri fore telonei diminutionem, cùm plus duobus diſtet miliariis ab utriſque pontibus, creditis veſtræ Dominationis teloneariis. Veſtræ quidem in conſpectu Sanctimoniæ ſcimus linguam adulantium invidentiumque locum haud reperire, forſitan dicentem, nos veſtris velle imperiis in hac re contraire. Sicut autem liquidò apparet, quia nobis non adjacet poſſibilitas vobis reſiſtendi, ita adeſt velle veſtris, quoad vixerimus, inſtitutionibus in cunctis obediendi. Veſtrum denique per adminiculum, Dominorum dilectiſſime, atque munimentum ſemper devitavimus hujus mundi omne detrimentum; quatenùs pro certò credamus, vos huic loco, quem procuramus, non minùs patrocinari quàm veſtræ Sedi Pontificali. Hoc veſtrum quippe patrocinium ſi noſtra ex hoc loco inobedientia abduxiſſemus, profectu intellectu caruiſſemus. Nunc ergò precamur obnixè de prædicto ponte, quidquid decerni in mente teneatis, interim procraſtinando uti differatis, donec ad loca nobilis contigua veniatis, ibíque de hoc veſtri votum negotio viva voce noſtræ præſentiæ proferatis. Namque ſi voluiſſemus penuriam viatici effugare, nequaquam ad veſtram tardàſſemus almitatem in præſentiarum properare.

Inſtrumenta ſub Nitkero
Epiſcopo XVIII.
NUM. MCCXVII.

DUm in Dei nomine in Laubia Monaſterij Sancti Petri, quod dicitur cælo aureo quod eſt conſtructum foris & prope Ticinenſem Civitatem per datam licentiam Domini Paldvvini Abbatis iſt' morum in judicio reſidebat Dominus Nitkerus Epiſcopus & miſſus Domini Imperatoris ad Juſtitiam faciendam ac deliberandam, Reſidentibus cum eo Dominus Rainaldus Epiſcopus ipſius Civitatis bonus filius Gerolinus quidam Albertus Otto. Vibertus, Ubertus, & Arialdus Judices ſacri palatij, Ubertus filius cujusdam Armanni. O. filius Ardingi, Ardericus de Binaſco. Waltherus filius cujusdam Alberici, Albertus. Oprandus filiolam franci Bernardus & Al: de Brenbio. Alboricus Graso. Al: & Sifridus Jermanius & reliqui plures, ibíque in eodem judicio cæpit dicere Dominus Epiſcopus & Miſſus Š omẽs in iſto placito, qui ſe lamentantur ſuper Albertum filium cujusdam, item Al: de p꞉da, & Schaho, unde ipſe Dominus Epiſcopus & miſſus per ſuos nuntios ammoniti, ut ad ſuum palcitum veniſſent, & exinde juſtitiam feciſſet, ſed nequaquam ipſum ad ſuum placitum habere potuit. Cum ipſe Dominus Epiſcopus & Miſſus taliter retuliſſent, tunc per fuſtem & Watonem, quem ſua tenebat manu, miſit in Bannum omnes res ipſius Al: proprietatis, & hanc notitiam, qualiter acta eſt jam fieri ammonuerunt. quidem & ego Wundo Notarius ſacri palatii ex juſſione Epiſcopo & Miſſo & judicum ammonitione ſcripſi anno ab Incarnatione Domini MXLI. die menſis quinta Julii. Indictione IIII. Ego Nitkerus Friſingenſis Epiſcopus interfui & Miſſus Imperatoris. Bonus filius Judex ſacri palatii interfuit, Ego Viupertus ſacri Judex palatii interfui. Ego O: Judex ſacri palatii interfui.
Geronimus Judex ſacri palatii interfuit.

NUM.

Digitized by Google

NUM. MCCXVIII.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Hainricus divina favente Clementia Romanorum Imperator Auguſtus. Si loca Eccleſiarum Dei, & bona divinis obſequiis mancipata Anteceſſorum noſtrorum more confirmamus, id profectò ad ſtatum regni noſtri, & ad ſalutem animæ noſtræ liquidò non modo ſperamus, ſed & incunctanter cognoſcimus. proinde omnium Chriſti, noſtrorúmque fidelium præſentium ſcilicet & futurorum cognoſcat induſtria qualiter ego Hainricus Dono Dei Imperator Auguſtus ob divinæ talionis reſpectum, & propter dilectionem, imò ſervitium Nitkeri Friſingenſis Eccleſiæ venerabilis Epiſcopi Eccleſiam unam cum decimis & duabus hubis, & utriusque ſexûs mancipiis in loco Baumkyrchen dicto, alteram vero in loco Biubingun nominato ſimiliter cum decimis & duabus hubis, & utriusque ſexus mancipiis: tertiam quoque Eccleſiam in loco Hæchingen vocato cum decimis & dote legittime confirmatam, & cum una huba, Inſuper etiam, quicquid antedictus Præſul, & Anteceſſor ejus Egilbertus Epiſcopus ad altare Sancti Viti Martyris tradidit & delegavit, hoc ego eidem altari & fratribus ibidem Deo ſervientibus propriè retinendum perpetuo meæ Imperialis Auctoritatis confirmavi privilegio. Et ut hæc noſtra Imperialis confirmatio ſtabilis & inconvulſa omni permaneat ævo, hanc cartam inde conſcriptam manu propria ut ſubtus videtur corroborantes ſigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri.

Dat: V. Kl: Junii anno dominicæ Incarnationis MLII. Indict: anno autem Domini Hainrici tertii Regis, ſecundi Imperatoris Ordinatione ejus XIIII. Regni quidem XIII. Imperii autem ſexto. Actum Baſila feliciter. Amen.

NUM. MCCXIX.

CUnctis Chriſti fidelibus tam futuris, quàm præſentibus pateat, qualiter felicis memoriæ Comes Razo de Diezen tradidit, & penitus delegatum absque omni contradictione fideli, atque propinquo ſuo Heriberto venerabili Presbytero in proprium habendum, & quicquid exinde libuerit faciendum, quicquid proprietatis habuit in loco Nandesheim nuncupato in areis, edificiis, agris cultis, & incultis, pratis, paſcuis, ruris, molendinis, queſitis, & inquirendis, exitibus, & reditibus, omnibúsque utilitatibus ad prædictum prædium jure pertinentibus. Hujus rei teſtes ſunt per aures tracti: Chuno, Guntpolt, Helmperht, Etzo, Chadolt, Perichtolt, Gerolt, Jacob, Hartvvich, Poto, Magnus, Kebolf, Ruotperht.

His ita teſtibus confirmatis mox idem Presbyter æccleſiam, quæ nec dum hoc in loco erat ſub omni feſtinatione novam conſtruxit, & conſtructam, atque à Domno Nitkero hujus Sedis Epiſcopo conſecratam cum omnibus ſibi traditis pro ſalute animæ ſuæ, ſuique Domini Razonis Comitis ad altare Sanctæ Mariæ, Sanctíque Corbiniani Canonicis inibi Deo ſervientibus devotè contradidit, ea conditione, ut ſub illorum providentia gubernetur, & poſt finem vitæ ſuæ Clerico de ſua progenie illorum peticione ad regendum ab Epiſcopo committatur. Hujus traditionis facti ſunt teſtes de nobilibus Gebolf, Poto, Yſangrim, Berenger, Chadalhoh, Heriman. De familia Geruvich, Razo, Penno, Mazo, Pezili, Ebraro, Herrich, Mahtuni.

NUM. MCCXX.

COnſultum namque videtur, ut quicquid ſæcularibus agitur negociis, ita probabilium teſtimonio virorum, ac ſerie confirmetur litterarum, ne ab aliquo poſtmodum temerè diſſolvi, nec temporum prolixitate oblivioni valeat tradi. Proinde cunctorum Chriſti fidelium cognoſcat induſtria, qualiter

inter

Digitized by Google

inter venerabiles Epiſcopos Ebarhardum Auovſtenſem Epiſcopum, & Nitkerum Frigiſingenſem Epiſcopum placuit quandam conplacitationem facere, quam & fecerunt. Contigit quædam altercatio inter eoſdem Epiſcopos pro decimatione de Giſinhuſir, quam litem diſſolvendam tradidit prædictus Auguſtenſis Præſul Ebarhardus cum conſilio, & conſenſu fidelium ſuorum tam Clericorum, quam Laicorum nobilium, & ceterorum de familia & cum manu Advocati ſui Engilberti VI. hobas ſerviles cum omnibus ad eaſdem legitimè pertinentibus in locis nominatis ad Wolfpah hobas II. ad Alblinchoua hobas II. & dimidiam, ad Termareskiriha hobam I. ad Guntvvihehus hobam dimidiam. Econtra Frigiſingenſis Epiſcopus Nitkerus omnem inquiſitionem, vel appellationem ejuſdem decimationis penitus remiſit pariter, & in perpetuum à ſe, ſuiſque poſteris ab*ſolvit* cum manu Advocati ſui Sigihardi, & cum conſilio, & conſenſu tam Clericorum, quàm Laicorum nobilium, & ceterorum de familia. Teſtes ſunt utrinque, ex parte Augenſtis Epiſcopi Piligrim Comes, Wolftregil, Helmperht, Sefrit, Altman. De familia, Salaman, Ascrih, Adalperht, Rihfrit, Ratheri. Ex parte Frigiſingenſis Epiſcopi, Nobiles Otto Comes, Maganus, Ekihart, Adalram, Lacco, Gerolt, Perhtolt, Altman, Etzo. De familia Liutheri, Ebararo, Gervvihc, Pezili, Wolfheri &c.

NUM. MCCXXI.

NEquaquam videri debet abſurdum, immo rationabile atque conſultum, uti ſecularibus quicquid agitur negotiis ita litterarum probabiliúmque perſonarum roboretur teſtimoniis, ne poſtmodum infringi à quoquam valeat, vel diſſolvi, ſeu prolixa ſeries temporum tradat oblivioni. Proinde pateſcat liquidò cunctis fidelibus, atque credentibus in Chriſto tam inquam præſentibus, quàm forſitan poſtmodum convenientibus, quibúsve ſuper hoc negotio ulla debeat eſſe inquiſitio, qualiter in Dei nomine placuit atque convenit Domno Nitkero venerandi nominis Epiſcopo conſenſu, paritérque conſilio Advocati ſui Ottonis, cæterorumque fidelium tam Clericorum, quàm Laicorum adhibito quoddam cum Adalberto ſuo laudabili Archidiacono inire concambium, quod & ita erat finitum, atque pro communi commodo utrinque firmiter ſtabilitum.

Tradidit namque idem Archidiaconus nullius abſque dubio interveniente contradictionis ſcrupulo per manum Advocati ſui ad altare Sancti Viti Martyris Chriſti, paritérque in uſum canonicè ibidem Domino famulantium in manum videlicet Domni ſui Antiſtitis prænominati, nec non Gepoldi ſuper idem Monaſterium Advocati tale, inquam, tradidit prædium, quale tunc temporis jure hereditario in loco poſſederat Seli nuncupato II. hobas cum omnibus utenſilibus ad eundem locum pertinentibus curtiferis, dico, ædificiis, paſcuis, exitibus, & reditibus, viis, & inviis, cultis, & incultis, quæſitis & inquirendis, cæteriſque utilitatibus perpetualiter ibidem exiſtendum, & abſque omni controverſia in proprietate retinendum. E regione autem prælibatus Antiſtes per manum ejuſdem Monaſterij Defenſoris conſentiente loci illius Præpoſito, cunctæque fraternitatis collegio, pariterque adhibito cæterorum fidelium conſilio in manum ſui Archidiaconi, ejuſque Advocati quendam locum de rebus ejuſdem æccleſiæ fratrum Hamarashuſun dictum tantundem, id eſt, duas hobas continentem cum omni utilitate eò reſpiciente tam in curtiferis, quàm ædificiis, & paſcuis, viis, & inviis, quæſitis, ac inquirendis, cæteriſque rebus ad eundem locum jure pertinentibus retradidit, eo tenore ſcilicet, quo ſibi in proprietate perpetualiter extiterit, vel quicquid ſuper hoc libitum foret, licitè faceret. Hujus rei teſtes ſunt per aures tracti: Kamanolt, Perahtolt, Dietrich, Ernoſt, Ekihart, Ezo, Gotapolt. De familia noſtra Aripo, Reginhart, Penno, Ederam, Mahtuni, Wiſo, Waldman, Guntperht, Hangrim, Wolfheri.

NUM.

Digitized by Google

NUM. MCCXXII.

NOtum ſit omnibus Chriſti fidelibus, qualiter quædam nobilis mulier nomine Diothilt, & quædam fidelis femina ex familia Sanctæ Mariæ, Sanctique Corbiniani Dietrath nominata quandam commutationem inter ſe fieri decreverunt, ſicut & fecerunt. Tradidit itaque prædicta nobilis mulier manu Advocati ſui nomine Othonis ſuæ proprietatis prædium ad Eperolteſtein ſitum hobam unam, & dimidiam eidem prænominatæ feminæ nomine Diotrath ſuóque Archiadvocato nomine Othoni ſine ulla contradictione in proprietatem habendum. Econtra Diotrath, & prædictus Archi Advocatus tradiderunt nobili mulieri in reconpenſatione ſuæ proprietatis prædium ad Richarteshouun ſitum hobam unam, & dimidiam abſque omni contradictione. Hoc concambium præcepto Heimrici Imperatoris, & Nitkeri Epiſcopi teſtibus fidelibus inter ſe ſtabilièrunt. Iſti ſunt teſtes tracti per aures de nobilibus Otto, Etzo, Werinharth. Kerolt. De familia Ebararo, Luitheri, Meginhalm, Guntperht, Pruninch, Machthuni, Meginhart, & Meginharth, Engilchach, Wolfkoz, Radapoto.

NUM. MCCXXIII.

COgnoſcat præſentium ſcilicet, & futurorum induſtria, qualiter Nitkerus Frigiſingenſis æccleſiæ venerabilis Epiſcopus cum Rihkero ejusdem æccleſiæ famulo quoddam faciebat concambium. Præfatus etenim Rihker inprimis tradidit penes loca Pericheim, & Fateresdorf dicta jugera XX. cum omni lege. Econtra antedictus Præſul cum manu Advocati Sigihardi ejusdem æccleſiæ, atque per manum Artolfi vice domini, & Adalberti Advocati fidelium ſuorum conſilio Clericorum, atque Laicorum ſimiliter jugera XX. apud Albheriſtorf ſæpedicto reddidit Rihkero. Hujuſce commutationis teſtes ſunt nobilium Adalphret, Kaminolf, Alamar, Reginmar. De familia Wolfhart, Poro, & frater ejus Iſangrim, Meginhart, Reginhalm, Kerolt, Pezili pictor, Kerhoh, Hermpreht &c.

NUM. MCCXXIV.

NOtum ſit præſentibus, & futuris, qualiter placuit, atque convenit inter Nitkerum Frigiſigenſis æccleſiæ venerabilem Epiſcopum, & ejusdem æccleſiæ famulum nomine Lantbertum quoddam concambium facere, quod & fecerunt. Tradidit inprimis præfatus Lantbertus in manus ante dicti Epiſcopi ad altare Sanctæ Mariæ, Sanctique Corbiniani in loco Strupingun dicto L. jugera. Econtra memoratus Præſul cum conſilio, & conſenſu fidelium ſuorum, & cum manu Advocati ſui Sigihardi in loco Litpah nominato tradidit eidem Lantberto æqualem menſuram in proprium habendum, ſeu quicquid inde libuerit faciendum. Teſtes ſunt nobiles Caminolf, Kepolf, Ruotperht, Poto, Herirant, Peringer. De familia Luitheri, Geruvihc, Wolfkeri, Kerhalm, Ratzo &c.

NUM. MCCXXV.

OMnium memoriæ commiſſum eſſe volumus congambium, quod Sighardus Advocatus fecerat cum Fruœmundo quodam Eccleſiæ famulo apud Hangentinheim. Traditum quippe eſt eidem Frovvemundo curtiferum unum in eodem loco in proprietatem, quod prius in beneficio habebat, pro quo de proprietate ſua idem Frovvemundus in eodem loco duplum arabilis terræ tradidit. Et factum eſt hoc ex permiſſione Domni Nitkeri Epiſcopi conprobante familia. Teſtes nobiles Penno de Pacha, famuli Eberaro, Aribo, Altman, Wolfkoz, Penno filius ſuus, niger Liutheri cum filio ſuo Liuthero, Pezili de Pallanhuſun, Herrich, Pezili de Purchartingun, Wizo, Mazo, Waltman de Hiſandorf

Digitized by Google

NUM. MCCXXVI.

NOtum ſit omnibus Chriſti, & æccleſiæ fidelibus, qualiter quidam Friſigienſis æccleſiæ famulus nomine Meginhalm, & quidam nobilis vir nomine Ruotperht concambium facere voluerunt, ſicut & fecerunt. Tradidit itaque prædictus Meginhalm ſuæ proprietatis prædium apud Hemmanhuſan ſitum hobam dimidiam in manus Rutperti nobilis viri conſilio, & manu Advocati ſui nomine Sigihardi. Retradidit autem ſupra dictus nobilis vir hobam dimidiam in loco Cella dicto ſibi in beneficium adcommodatam de æccleſia Sanctæ Mariæ, Sanctique Corbiniani. Et hoc factum eſt præcepto Nitkeri ejuſdem æccleſiæ tunc temporis Pontificis, conſilio & conſenſu familiæ. Iſti ſunt teſtes tracti per aures de nobilibus Diemar, Uodilchach, Gotopolt &c.

NUM. MCCXXVII.

NOtum ſit omnibus Chriſti fidelibus, qualiter placuit inter venerabilem Friſingenſis æccleſiæ Nitkerum Epiſcopum, & interquendam nobilem virum Sigihart nominatum quoddam concambium facere, quod & fecerunt. Tradidit inprimis præfatus Sigihart ad altare Sanctæ Mariæ, Sanctique Corbiniani in loco Chochinheim dicto jugera XXX. absque ligno, & pratis. Econtra ante dictus Præſul cum conſilio ſuorum Clericorum nobilium de familia, & cum manu principalis Advocati ſui Ottonis in loco Filiſa nominato eidem Sigihardo dedit arabilis terræ ſervilem hobam dimidiam cum ligno, & pratis, & ceteris ad eandem hobam legitimè pertinentibus. Teſtes ſunt: Engilperht Comes, Caminolf, Aribo, Adalram, Adalperht, Hartvvic Comes, Etzo &c.

NUM. MCCXXVIII.

NOtum ſit omnibus Chriſti fidelibus, qualiter inter venerabilem Frigiſingenſis æccleſiæ Epiſcopum Nitkerum, & inter nobilem virum Uozi dictum quoddam concambium placuit facere, quod & fecerunt. Tradidit inprimis prædictus Uozi in manus ejuſdem Epiſcopi, & Advocati ejus Sigihardi ad altare Sanctæ Mariæ, Sanctique Corbiniani apud locum Perandorf nominatum curtiferum I. cum ædificiis, & jugera LXII. cum omnibus quæſitis, & inquirendis cum omnibus ad hæc legitimè pertinentibus. Econtra prædictus Præſul cum conſilio fidelium ſuorum ante dicto Uozino tradidit in loco Chuonrateshus nominato æqualem menſuram cum communione pratorum, & ſilvarum, & cunctis ad hæc legitimè pertinentibus. Teſtes ſunt Diotrich, Magnus, Aribo, Gerunc, Kamanolf, Penno &c.

NUM. MCCXXIX.

NOverint omnes in Chriſto fideles tam futuri, quàm & præſentes, qualiter quidam Friſingenſis Eccleſiæ ſerviens Yedigoz nomine Nitkero venerabili ejuſdem Eccleſiæ Epiſcopo, & in manum Advocati ſui Sigihardi tale prædium tradidit, quale tunc temporis ad Echingan habuit ad altare Sancti Viti tradendum, eo rationis tenore, ut tres ſuæ filiæ hiſce vocabulis prænotatæ Waldrat, Unna, Himicila, earumque filiæ ab omni ſervitio Domini ſui liberatæ ſuum ſecurè peragerent vivere. Hujus rei teſtes ſunt: Reginperht, Luitheri, Penno, Gervvich &c.

NUM.

Digitized by Google

NUM. MCCXXX.

Epiſtola Albini Abbatis Tegernſeenſis ad Nitkerum Epiſcopum.

INcomparabili meritorum privilegio N: honori Pontificum collegio. A. infimus Chriſticolarum, gaudia cœlicolarum. Imperium Regis noſtri, ſcilicet Senioris, in ſcribendo libro cum omni, ut par fuit, ſuſcepimus devotione. Sed quò id ipſum valeamus proſequi condigna perfectione, nos adjuvari ſummopere obſecramus in hac re, ceu promiſiſtis veſtræ ſagacitatis ordinatione. Nobiſcum quidem quam plures Sanctorum ſollemnitates annualiter celebrantur, quæ apud veſtram mentionem oblitterantur. & multæ penes vos anniverſariæ recoluntur gloria, quæ in noſtra non ſunt memoria. Quam ob rem á Pentecoſte uſque ad Adventum Domini omnes feſtivitates Sanctorum ſine dilatione efflagitamus nobis ſcribendo notari, quæ cum pleno officio: vid: novem Lectionibus, aut cum tribus debeant celebrari, quatenus juxta hoc exemplar librum poſſimus perficere Nocturnalem, in omnibus his voluntatem ſectantes regalem.

Inſtrumenta ſub Ellenhardo

Epiſcopo Friſingenſi XIX.

NUM. MCCXXXI.

De ſtabilitate Friſingenſis Eccleſiæ.

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Heinricus Divina favente clementia Rex. Si erga domos Dei noſtræ liberalitatis munificentiam piis incitati ſtudiis oſtenderimus, & oportuna terreni commodi more Imperiali ſeu Regali eis conferimus ſuffragia, non ſolùm ad temporalem Regni divinitùs nobis collati profectum, verúm & ad æternitatis gloriam optinendam hoc nobis multum prodeſſe liquidò credimus, ſimúlque patrociniis Sanctorum nos ideò beari atque tueri non ambigimus. Idcircò omnibus Chriſtianæ Religionis fidelibus, præſentibus ſcilicet pateſcat ac futuris, quoniam reverendus Hellenhardus Sanctæ Friſingenſis Eccleſiæ Præſul noſtram adiit celſitudinem obnixè ſupplicans, ut pro ſtabilitate ejuſdem SacroSanctæ Eccleſiæ univerſas res liberalitate piæ memoriæ Anteceſſorum noſtrorum Imperatorum ſcilicet ſive Regum à primo conſecrationis ſuæ tempore uſque modo conceſſas, & quicquid religioſa nobilium perſonarum vel ignobilium traditione ſeu commutatione ſive coemptione aliqua in jus & inveſtituram ejuſdem Eccleſiæ in præſenti collocatum dinoſcitur, per noſtræ Regalis renovationis præceptum ſibi roborare atque confirmare dignaremur, totámque facultatem in tutelæ noſtræ ſingulare patrocinium, mundiburdium, atque defenſionem habuiſſemus commendatam. At nos gratuita benignitate religioſis ejus peticionibus pro Chriſti honore & Sanctæ Genetricis ſuæ ſemper Virginis Mariæ veneratione aſſenſum præbentes, nec non Genetricis noſtræ Imperatricis Agnetis, nobiſque dilecti Balduini Salburgenſis Eccleſiæ Archiepiſcopi & aliorum tam venerabilium Epiſcoporum, quàm reliquorum conſpectui noſtro aſſiſtentium Procerum interceſſioni piè annuentes jure auctoritatis noſtræ ad præfatam Eccleſiam nomine Sanctæ Genitricis Dei dedicatam, ubi electus Dei Confeſſor Corbinianus corpore quieſcit pro Anteceſſorum noſtrorum & animæ noſtræ remedio, ac diuturna profectûs noſtri felicitate æternaliter in

proprium donamus, roboramus, ac renovando confirmamus, quidquid ad prædictam Sanctam & Matricem Eccleſiam hactenùs pertinebat, & moderno tempore eadem Eccleſia in veſtitura retinet in quacunque videlicet Provincia Regni noſtri, ſive quocunque Pago, aut Marchia vel Comitatu ſitum ſit, cum Monaſteriis, Eccleſiis decimatis, ſive abſque decima, cum Caſtellis, vel vicis, cum curtis, caſis, aliiſque ædificiis, familiis, & utriusque ſexûs mancipiis, Parchalcis, Sindmannis, Hengiſtvotris, cenſibus, & capiticenſibus, agris, campis, vineis, terris cultis & incultis, novalibus ac ſilvis ad novalia exſtirpandis, pratis, paludibus, paſcuis, conpaſcuis, montibus, ſilvis, materiæ ac lignorum inciſionibus, foreſtis, venationibus, mercatis, theloneis, & percuſſura proprij nomiſmatis, Salinis & Sartaginibus ac locis Sartaginum, aquis aquarúmque decurſibus, piſcationibus, ſtationibus, id eſt giſtellis piſcium, quos huſones dicimus, molis, molendinarúmque locis, pontibus, vectigalibus, viis & inviis, exitibus & reditibus, & quæſitis & inquirendis. Hæc omnia in omnibus ad ipſum Friſingenſe Epiſcopium legaliter pertinentia per hoc auctoritatis noſtræ præceptum in jus & poteſtatem Sacroſanctæ Chriſti Matris æccleſiæ præfatæ donamus, tradimus, & confirmando renovamus, eo rationis tenore, ut jam dictus honorabilis Epiſcopus Ellenhardus, ejúsque Succeſſores liberam pro utilitate ejusdem Sanctæ Dei Eccleſiæ perenniter habeant poteſtatem, quicquid inde voluerint faciendi abſque ullius moleſtia. Et ut auctoritas noſtra per cuncta mundi labentis curricula firmiore ſolidetur ſtabilitate manu noſtra ſubtùs eam roborantes Sigilli noſtri inpreſſimus inſigniri. Signum Domini Hainrici quarti Regis invictiſſimi. Wintherus Cancellarius vice Luitpoldi Archicapellani recognovi. Data V. Idus Februarij. Indictione X. Anno Dominicæ incarnationis MLVII. anno autem Domini Heinrici IIII. reg. ordinat. tertio, regni primo. Actum Nivvenburch in Dei nomine feliciter amen.

NUM. MCCXXXII.

Tradicio cujusdam feminæ nomine Enzawip de Halla.

NOverint omnes Chriſti Eccleſiæque fideles, qualiter quedam femina nomine Enzavvip ſpontanea voluntate ſeipſam ad altare Sanctæ Mariæ Sanctíque Corbiniani ex libera condicione in tributariam in manus Domni Elenhardi ejusdem Sedis venerabilis Epiſcopi ea lege tradidit, ut à ſe ipſa & a filiis ejus V. Permanno, Gèrloho, Ederammo, Willipoldo, Chadalhoho, nec non & ab omni ejus poſteritate ſingulis annis V. denarij ad idem altare perſolvantur. Adjecit etiam hanc condicionem, ut ſi eidem Epiſcopo vel Succeſſori ejus opus fuerit aliquem vel aliquos ex eadem ſui poſteritate in Miniſteriales ſumere arbitrium habeat, & ipſi aſſumpti legalis Miniſtri jure & condicione utantur. Actum eſt Friſinge IIII. Nonas Marcias anno ab Incarnatione Domini MLXIIII. Indict. II. anno ejusdem prædicti venerabilis Epiſcopi Ellenhardi XII. præſentibus & in teſtimonium ductis compluribus viris nobilibus, Adalberto, Ruotperht, Tagonone, Heinrico, Ekkado, & aliquantis de familia, Pennone, Heimone, Reginharto, Guntberto, Heppando, Richoldo, Eppone.

NUM. MCCXXXIII.

Conganbium mancipiorum inter Ottonem Ratisponenſem Epiſcopum & Ellenhardum Frigiſingenſem.

ID eſt, de familia Radasponenſi Ruozila nupta famuli Frigiſingenſi Mahtuni Coco & duo filij ipſorum Wolfheri & Richart. De Frigiſingenſi verò Liutpurc Uxor Uodalrici Ratisponenſis famuli de At... cum duobus etiam filiis eorum

Digitized by Google

eorum . . . . Factum eſt hoc per ambarum familiarum Advocatos Fridericum & Eckehardum in præſentia amborum Epiſcoporum Ratisponæ anno Dominicæ Incarnationis MLXXV. IIII. Idus Septembris feriâ V. Teſtes de familia Frigiſingenſi Penno, Reginmar, Uogo, Zizo & frater ejus Sigibart, Lanzo, Ranvolt, Engilſcalch. Ex altera parte Prun, Goteſcalch, Ascrich, Adalperht & frater ejus Cuono.

NUM. MCCXXXIV.

COncambium inter Ellenhardum Epiſcopum & Wintherium ſervum Eccleſiæ. Tradidit idem Wintherius proprietatis ſuæ hobam unam in loco qui dicitur Loupach juxta lignum Domini ad altare Sanctæ Mariæ & in manus Ottonis Advocati præſente & comprobante Epiſcopo Ellenhardo. Pro hac traditione ex proprietate Eccleſiæ & ex beneficio Ottonis filij Perhtoldi Comitis ipſo permittente atque petente per manus etiam Ottonis Advocati eidem Wintherio tradita eſt ab Epiſcopo hoba una in proprietatem in loco, qui dicitur Alarun. Actum eſt iſtud concambium aput Udimaresphelt anno Domini MLX. VII. Kal. Junij, feria III. in Pentecoſtes.

NUM. MCCXXXV.

NOtum ſit omnibus præſentibus ſcilicet & futuris, qualiter quedam femina nomine Azala fecit quoddam concambium cum Arnoldo Præpoſito de Monaſterio Sancti Viti, ac cum aliis fratribus ibi ſervientibus, & cum manu Advocati Ottonis, ac cum conſenſu Clericorum vel Leicorum ſibi in proprietatem, quod & perfecerunt. Predicta namque femina tradidit tale prædium, quale habuit apud Richdiesdorf ad prædictum Monaſterium, & illi reſtituta eſt equali menſura apud Tintinhuſan perpetualiter exiſtendum. Hujus rei teſtes ſunt per aures tracti. De nobilibus Aribo, Goteſcalch, Ozi. De familia Aribo, item Aribo, Uogo, Heimo, Penno, Pezili, Mazo, Waldman, Mahtuni, Gerhart, Wolfcoz. De familia S. Viti, Pero, Lantperht. Hoc concambium factum eſt anno MLXII. Ellenhardo Epiſcopo annuente.

NUM. MCCXXXVI.

COnſultum namque videtur, ut quicquid ſecularibus agitur negotiis ita probabilium teſtimonio virorum, ac ſerie confirmetur literarum, ne ab aliquo poſtmodum tempore diſſolvi, nec temporum prolixitate oblivioni valeat tradi. Quapropter cunctorum Chriſti fidelium præſentium ſcilicet & futurorum agnoſcat induſtria, qualiter placuit atque convenit inter Canonicos Sanctæ Friſingenſis Eccleſiæ & quendam Clericum nomine Wolfhardum præcipiente pio ac venerabili Antiſtite Ellenhardo, una cum Domno Udalrico ac fratrum Magiſtro eorundem tam illo quam ceteris Clericis nobilibus & ignobilibus conſentientibus & conlaudantibus quoddam concampium facere, quod & fecerunt. Tradidit namque prælibatus Clericus Wolfhart jam ad præſens, quicquid proprietatis habuit in loco Sachlin . . . . . . & dimidiam hobam apud Eschilinpach, contra decimationem Waltchunispach in curtiferis, agris cultis & incultis, pratis, paſcuis, queſitis & inquirendis, exitibus & reditibus, omnibusque rebus jure ad hæc loca pertinentibus per manus Advocati ſui Aribonis in manus fratrum ac Ottonis Advocati. Econtra in reconpenſationem præfatus Magiſter Uodalricus unà cum fratribus ac Ottone Advocato ſuo tradidit Waltchunispach & decimationem eidem Clerico in manus Advocati ſui Aribonis in proprietatem perpetualiter ſibi exiſtendum, & quicquid ſibi in præſens, & inpoſterum libitum eſt, licitum habeat faciendum. Hujus rei teſtes ſicut mos eſt

Digitized by Google

tracti ſunt per aures: Helmperht, Gamanolf, Gerolt, & frater ejus Jacob. De familia: Epararo, Aribo, Altman, Mahtuni, juniórque Mahtuni, Reginhart, fratérque ejus Waldman, Gerhart, ... Luitheri, Wezil, Wolfkoz, Ruodolf.

NUM. MCCXXXVII.

NOverint omnes Chriſti fideles præſentes & futuri, qualiter placuit Domino Ellinhardo Epiſcopo conſenſu & conſilio Ottonis Advocati ſui ceterorúmque fidelium ſuorum tam Clericorum, quàm Laicorum adhibito quoddam concambium facere cum Eppone laudabili confratrum Miniſtro, quod & ita factum eſt. Tradidit namque ſupra dictus Epiſcopus eidem Epponi per manum Ottonis ſui & confratrum ſuorum Advocati de bonis confratrum cum ipſorum conſenſu & peticione in loco Pipurc dicto XX. jugera ſibi & poſteris ſuis perenniter in proprium habendum. Retradidit autem prædictus Eppo in loco Ebichanhovan dicto LX. jugera ad altare Sanctæ Mariæ & Sancti Corbiniani ad ſervicium confratrum ibidem Chriſto ſervientium. Hujus rei teſtes ſunt, ſicut mos eſt, tracti per aures: Ernuſt &c.

NUM. MCCXXXVIII.

SImiliter etiam Dominus Ellenhardus hujus Sedis Epiſcopus curtiferum apud Sigihoſtetin delegavit ad altare S. Petri in cripta, tali videlicet tenore, ut alicui de fratribus commiſſo Miſſæ celebrentur ad prædictum altare, pariter fratribus inde ſervicium exhibeatur in anniverſario Epiſcopi die. Teſtes de nobilibus Otto, Ernuſt, Waltheri Comites. De familia Aribo, Geruvich.

NUM. MCCXXXIX.
Traditio.

QUidam nobilis vir Adalperht pro anima fratris ſui Erchangeri Præpoſiti tradidit ad altare Sanctæ Mariæ Hobam ſervilem unam, ad . . . . . . in oblationem fratrum. Teſtes Eberaro, Liutheri, Lutpolt.

NUM. MCCXL.

TRaditio prædij Muchun, quod Piligrimus Comes in manus militis ſui Ruodolfi ea delegavit condicione, ut illud ad altare Sanctæ Mariæ in oblationem fratrum pro ſe ſuíſque ab eodem traderetur Ruodolfo, quæ etiam traditio ab eodem peracta eſt Ruodolfo præſentibus & hoc conlaudantibus ſcilicet Cuonone fratre Piligrimi & ejus filio Cuonone, qui etiam eandem traditionem ſub hac faciebant, & confirmabant conditione, quatinùs ſi illud prædium à communi fratrum oblatione auferatur ab aliquo, idem Cuono vel filius ejus, vel quilibet proximus heres jus habeat in ſuam id redigere poteſtatem appenſis ad idem Altare tribus aureis. Et hi teſtes nobiles: Chuono, Hartman, Heinrich, Welf. De familia Penno, Pezili, Lanzo, Iſinger.

NUM. MCCXLI.
Traditio Avasia.

NOticia prædiorum & mancipiorum, quæ quidam Latinus nomine Turiſindus ad altare S. Mariæ in manu ejuſdem Sedis Epiſcopi Ellenhardi, nec non Advocati ſui Ottonis tradidit. In Avaſia Maſſilicam I. quam tunc Presbyter Johannes de Alpago habuit. In Glaoene Maſſilicam I. quæ inhabitabatur

Digitized by Google

tur per Wangerium. In monte S. Petri Maſilicam I. quæ inhabitabatur per Negottinum ſervum ejusdem Eccleſiæ, & ſextam partem Caſtelli, quod vocatur Petra in Gloſſone Maſſilicas III. in Beibe Maſſilicam I. In valle Zenedenſi in loco, qui dicitur Caſtheodorici Maſſilicas II. In Runco frontulo Maſſilicas IIII. In Camino Maſſilicas II. In Caſtingola Maſſilicam I. & ſervum I. cum Uxore & filiis. In Valado Maſſilicas IIII. In Reſio Maſſilicas III. juxta Muſonem curtim dominicatam cum Maſſilica I. In Liſeria Maſſilicas IIII. In Belluna Urbe ſextam partem æccleſiæ Sancti Longini. In Celentino ſextam partem æccleſiæ S. Bartholomei. in Choro ſextam partem æccleſiæ S. Benedicti. In Runconfrontulo integram æccleſiam. Nomina mancipiorum: Pizala cum VI. filiis ſuis. Albiza cum filio. Radalda cum fratre ſuo & filiis II.

NUM. MCCXLII.

Commutatio Ellinhardi Epiſcopi & Waldmanni Clerici.

PLacuit igitur inter venerabilem Friſingenſis Eccleſiæ Epiſcopum nomine Ellinhardum, & inter quendam ejusdem Eccleſiæ Clericum nomine Waldmannum quandam commutationem facere. Tradidit itaque prædictus Clericus in loco, qui dicitur Sindioshuſa curtiferum I. jugera XXXVI. arabilis terræ in manus prædicti Epiſcopi & Advocati ſui Ottonis ad altare Sancte Marie, Sanctique Corbiniani perenniter exiſtendum. Econtra verò idem Epiſcopus cum manu Advocati ſui ſupra ſcripti eidem Clerico cum conſilio fidelium ſuorum æqualem menſuram in loco Ellinhartesprunno in proprium ſibi habendum, ſeu quicquid exinde faciendum libuerit redonavit. Teſtes Ebararo, Altman, Aripo, de Horschinhova Mazili, Penno & iterum Aripo, Mahtuni, Liczi, Richeri.

NUM. MCCXLIII.

COmmutatio inter Ellenhardum Epiſcopum & Albericum ſervum Eccleſiæ. Tradidit idem Albrich ad altare Sanctæ Mariæ in manus Epiſcopi Ellenhardi, & Ottonis Advocati apud Triſnicha ſervilem hobam & vineam I. apud Mitterbach jugera XLV. apud Kaizſtechen jugera III. Retraditum eſt eidem Albrico ab Epiſcopo prænominato per manus Ottonis Advocati ex proprietate Eccleſiæ apud Pittrichesdorf æqua menſura in proprietatem. Teſtes Ger. Heinrich &c.

NUM. MCCXLIV.

Traditio Cappella.

NOtum ſit omnibus Chriſti fidelibus & noſtris, qualiter quædam nobilis femina nomine Ita & filius ejus Griph prædium, quod habuerunt in loco Cappella dicto cum mancipiis, molendinis, portubus, agris cultis & incultis, queſitis & inquirendis & omnibus pertinentiis & utilitatibus, quibus poſſederunt ad altare Sanctæ Mariæ, S. Corbiniani in manus Domni Ellenhardi Friſingenſis Sedis venerabilis Epiſcopi Advocati Ottonis delegaverunt, & inveſtituram ejusdem boni ab eis eodem die ſibi traditam prænominatus Epiſcopus & Advocatus poſſiderunt. Econtra ſepe dictus Epiſcopus cum manu ejusdem ſui Advocati Ottonis retradidit eis quoddam curtiferum in loco Vaniecha cum omni jure & ſervitio, quo ipſe ad manus ſuas eo die ipſum habuit, & utilitatem ſibi ab eis delegati prædij vitæ eorum reconceſſit, ut poſt obitum eorum utraque ad jus S. Mariæ & Domni Epiſcopi redeant. Si autem idem Epiſcopus, vel violen-

Digitized by Google

violentia alicujus Succeſſoris ejus idem pactum violent, & rumpant, ipſa Domna & filius ejus de prædio ſuo faciendi quicquid voluerint, liberum jus & arbitrium habeant. Teſtes Eckehart & frater ejus Otto, Udelschalch, Goteſcalch, Otto, Sigemar, Uodelrich, Adelperht, Amelrich, Walchuon, Immo. De familia. Wolfheri, Eppo, Gervvich, Arnolt, Uodelſcalc, Wecil, Luither, Sigehart, Engilſcalc, Mazil, Eppo.

NUM. MCCXLV.

AD memorialem notitiam præſentium ac futurorum ſubſcriptum eſt, qualiter placuit atque convenit inter Hamidionem Archidiaconum & quendam nobilem virum Giſaloldum quandam commutationem facere, quam & fecerunt. Tradidit namque præfatus H. cum manu Advocati ſui Ottonis & conſenſu Epiſcopi Ellenhardi tale prædium, quale habuit in loco, qui dicitur Menipahc in manum Giſaloldi perpetualiter exiſtendum. Econtra idem G. cum conſenſu & laudatu magnæ multitudinis familiæ retradidit in manum Hamidionis & Advocati ſui Ottonis, quicquid proprietatis habuit apud Scalpahc cum omni utilitate perpetualiter exiſtendum. Teſtes ſunt de nobilibus Gotaſcalc, Altman, Adalram, Adalperht, Engilperht, Aribo.

NUM. MCCXLVI.

NOverint omnes concambij hujus inquiſitores, quod placuit atque convenit inter venerabilem Epiſcopum Ellenhardum & Hamidionem ejus æccleſiæ Archidiaconum quoddam concambium facere, quod & fecerunt. Tradidit namque idem H. prædicto Epiſcopo, quicquid proprietatis habuit in loco Richkeraspuoc dicto, & in alio loco Stroga vocato in manum Advocati ſui Ottonis ad altare Sancti Zenonis in ſervitutem Canonicorum. Econtra præfatus Epiſcopus cum manu ejusdem Ottonis retradidit prælibato H. tale prædium, quale Sigapolt libertus & ejus Uxor Azila de familia pro anima ſua ad altare Sancti Zenonis delegaverunt. Sed ne hoc concambium poſtmodum ab ullo poſſit diſſolvi teſtes ſunt per aures tracti de nobilibus Adalperht, Jacob &c. De familia Heimo, Mahtuni, Penno, Wiſo, Reginhart, Ruotheri, Meginhart, Ramuo, Izo, Waltman.

NUM. MCCXLVII.

Concambium Ellenhardi Epiſcopi cum confratribus Friſingenſis Cenobij.

COnſultum igitur & rationabile videtur &c. Tradidit namque ſupra dictus venerandus Epiſcopus quandam feminam Memuot dictam cum gemina prole per manum Advocati ſui Ottonis in miniſterium Confratrum ea lege, & eo tenore, ut ipſa & liberi ejus liberali miniſterio conſiſtant, quo & hactinús conſiſtebant, & in omni ejusdem mulieris poſteritate viri legales miniſtri, & feminæ ipſius tunc temporis Pontificis legales habeantur pediſſequæ eadem lege & eodem jure. Econtra in reconpenſatione Confratres per manum Advocati ſui Geroldi conſentiente Domno Præpoſito Erchankero quandam matronam Hiltigart nominatam cum gemina prole ſua, videlicet filio ſuo Luitpoldo, & filia ſua Giſila in miniſterium præticulati venerabilis Epiſcopi tradiderunt, illa quippe lege, quatinùs ipſa ſicut & ante fuit, ab omni ſervitio ſit libera, niſi herilis ſit pediſſequa, & totius poſteritatis ſuæ viri, ipſius eo tempore Præſulis legitimi ſint Miniſtri, & feminæ, ſicut illarum reciprocæ prout beneficium habeant, ipſi tunc temporis Epiſcopo conſiſtant pediſſequæ. Scripſimus hic teſtes

tractos

Digitized by Google

tractos & more per aures. Otto, Ruotperht, Reginmar, Gerolt, Gotaſcalh, Wolfheri, & Wolfheri, Turinc, Wolfker, Charilman, Aripo, Wichart, Eppo, Penno, Waltheri. Anno Dominicæ Incarnationis milleſimo LVIII. Indictione XI. feria IIII. die VII. ante Kalendas Septembrias, & in Luna IIII. facta eſt hæc commutatio ſuper altare S. Mariæ & Sancti Corbiniani propria & juſta petitione Doni Luitradi Archipresbyteri.

NOTA.

Pediſſequæ. nempe famulæ, nulla ſervitutis lege adſtrictæ, ſed liberæ, veluti ex contextu apparet. Certè Hofmannus in Lexico Pediſſequorum & Pediſſequarum nomine famulos ac famulas intelligit. Porrò nomine *Miniſtrorum Legalium* rectè intelligere videmur Miniſtros ingenuos, à mancipiis diſtinctos. Vide plura in Nota ad ſequens Inſtrumentum.

NUM. MCCXLVIII. a.

Conventio inter Ellenhardum Friſingenſem Epiſcopum & Sigehardum Aquilegienſium Epiſcopum.

NOtum ſit omnibus Chriſti fidelibus, qualiter Ellenhardus Epiſcopus recognovit omnem decimam de univerſis bonis, quæ Eccleſia ſua tunc temporis habuit in comitatu Carniolæ Aquilegienſi Eccleſiæ per manum Advocati ſui Ekkehardi ad altare Sanctæ Mariæ in manum Sigehardi Patriarchæ ſuique Advocati Marquardi. Poſt hæc vero idem Epiſcopus traditis duabus Sclavonicis maſſaritiis cum omni jure ac proprietate, quibus ipſe eas habuit, in pertinentia curtis ſuæ Lonca dictæ ſitis, una ſervo altera libero poſſeſſa, ac plenaria decimatione IIII. arearum ibidem poſitarum, nec non & delegatis X. Sclavonicis maſſariciis aput Winperch ſitis cum integra trium ejuſdem curtis arearum ibidem poſitarum cunctorúmque tunc temporis inibi degentium ſervorum decimatione eandem decimam redemit. Præterea inter eos conventum eſt, ut ſi quos Patriarcha vellet ad Eccleſias in Lonka conſtructas determinare, Clerici, qui ibi ſunt, ita illos, ſicuti qui determinati ſunt, ad Chriſtianitatis jura legitimè conpellant, ac inde & de ceteris ad jus Patriarchæ pertinentibus ſibi vel Archidiacono ſuo reſpondeant. Collaudatum eſt quoque, ut Friſingenſis Epiſcopus in ſupra dictis à ſe datis Winperch Maſſariciis, vel ubicunque Patriarcha poſtularet, Eccleſiam faceret fabricari, ea ratione, ut Patriarcha eam conſecrans incolas earundem maſſiriciarum, & ſi quos alios pariter ad Epiſcopum pertinentes vellet ad eam determinaret, idem etiam Epiſcopus in ſuis bonis juxta utriusque partis voluntatem, ubi opus eſſet, unam vel duas Eccleſias conſtrueret, & Patriarcha vel Epiſcopus ipſius licentia conſecraret, ita tamen, ut omnes ad Epiſcopum pertinentes, & ſi quos alios Patriarcha vellet, ad eas determinaret. Ut autem hujus concambii, & conventionis firmitas ſtabilis, & inconvulſa permaneat, Cleri ac populi ex utroque aſſenſu roboratum eſt. Hujus rei teſtes de militibus Aquilegienſis Eccleſiæ Ratpot, Marquart, Johannes, Gozpreht, Heinrich, Altman, Durinc, Adelpert. De familia Novol, Ermenharht, Johannes, Egilfrit. De Militibus Friſingenſis Eccleſiæ Wignant, Erchinbreht, Reginmar, Heimo. De familia Vietrich, Pezile. Actum in civitate Aquilegia XVII. Kal. Julij, Anno Dominicæ Incarnationis M̊. VII. IIII. Indict. XI.

NOTÆ.

Sigehardi Patriarchæ. Hic fuit Patriarcha Aquilejenſis ab anno 1068. uſque ad annum 1077. vide *Tom. V. Italiæ Sacræ. col. mihi 55.* fuit Cancellarius Henrici IV. uti ibidem habetur.

Maſſaritiis. nempe villis. nam Petro Galeſino in ſuo Dictionario *Maſſaro* idem eſt, ac *curator villæ. Maſſara* idem ac *pediſſequa*, ac fortè curatrix villæ. *Maſſeritia.* ſuppellex.

Anno M. VII. IIII. fortè 1074. In quem annum aliàs incidit Indictio XII. Convixiſſe eo tempore Sigehardum Patriarcham, & Ellenhardum Epiſcopum, in confeſſo eſt.

Digitized by Google

NUM. MCCXLVIII. b.

ADDITAMENTA

Ad res Ellenhardi Epiſcopi, ex ejusdem vetuſta Liturgia, excerpta.

Miſſa S. Scholaſticæ Virginis.

DEUS, qui beatæ Virginis tuæ Scolaſticæ animam ad oſtendendam innocentiæ viam in columbæ ſpecie cælum penetrare feciſti, concede nobis ipſius meritis innocentes vivere, ut ad eandem mereamur gaudia pervenire. per

Super oblatam.

SUſcipe, quæſumus Domine ob honorem Sanctæ Virginis tuæ Scolaſticæ munus oblatum, & quod noſtris aſſequi meritis non valemus, ejusdem ſuffragantibus meritis largire propitius, per

Poſt Communionem.

QUos cæleſti Domine refectione ſaginâſti, beatæ, quæſumus Scolaſticæ Virginis tuæ meritis à cunctis erue propitiatus adverſis. per Dominum noſtrum.

XII. Kal. Aprilis. Natal. S. Benedicti Abbatis.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui hodierna luce carnis eductum ergaſtulo beatiſſimum Confeſſorem tuum Benedictum ſublevâſti ad cælum, concede quæſumus, hæc feſta tuis famulis celebrantibus cunctorum veniam delictorum, ut qui exultantibus animis ejus claritati congaudent, ipſo apud te interveniente conſocientur & meritis. per.

Secreta.

MUnera Domine, quæ tibi fideliter immolamus, quæſumus, ut interveniente Sancto Benedicto, cujus normam in terra regulariter degendi cognovimus, placatus ac propitius recipere digneris. per Dominum.

Ad complendum.

SUmtis Domine Sacramentis cæleſtibus quæſumus, ut per interceſſionem Sancti Benedicti, cujus hunc diem celebramus anniverſarium, à cunctis noxiis liberemur inſidiis. per Dominum.

V. Id. Iul. Translatio S. Benedicti Abbatis.

INterceſſio nos quæſumus Domine Beati Benedicti Abbatis tibi commendet, ut quod noſtris meritis non valemus, ejus patrocinio aſſequamur &c.

VII. Idus Decembris Octava S. Andreæ Apoſtoli.

PRotegat nos Domine ſæpiùs beati Andreæ Apoſtoli tui repetita ſolemnitas, ut, cujus merita debita veneratione recolimus, perpetuam defenſionem ſentiamus. per.

Secreta

Digitized by Google

Secreta.

INdulgentiam nobis præbeant hæc munera, quæſumus Domine, largiorem, quæ venerabilis Andreæ ſuffragiis tibi offeruntur. per.

Poſtcommunio.

ADjuvet familiam tuam tibi, Domine, ſupplicando venerandus Andreas Apoſtolus, & pius interventor efficiatur, qui tui nominis extitit predicator. pe r Dominum noſtrum.

NOTÆ.

Has in miſſis Ss. Benedicti & Scholaſticæ precandi formulas è Liturgia Ellenhardi extraximus, ut oſtenderemus, ſæculo adhuc XI. easdem Orationes in iis Feſtis fuiſſe Friſingæ adhibitas, quibûs ferè hodieque utimur Benedictini, ut in Liturgiis ac Breviariis noſtris videri poteſt.

De formula Orationum, in Octava S. Andreæ Apoſtoli dici olim ſolitarum, jam alibi egimus.

Inſtrumenta ſub Meginwardo

Epiſcopo Friſingenſi XX.

NUM. MCCXLIX.

Traditio de Aſca.

SCiant omnes Chriſti fideles, qualiter Gotifridus paraliticus ille Canonicus tamen & Presbyter licèt indignus S. Mariæ prædiolum ſuum apud Aſca delegavit per manum fratris ſui Fridarardi ad ſepulchrum beati Lamberti pro animæ ſuæ omniúmque fidelium requie, quatinùs Chriſti pauperibus, qui ſunt apuc portam perpetualiter ſerviat. Ita quidem, ut quicunque vel frater, vel aliquis cògnatorum ejus ipſum prædiolum poſſideat, ſemper in anniverſario prædicti Gotifridi die XXX. panes ſpeltinos & XXX. Sigalinos, & inſuper XXX. denarios ad prædictum ſepulchrum inpt. Miſſe offerat, & unicuique prædictorum pauperum duos panes & unum denarium in nomine Domini diſpenſet. At ſi fortè vel ipſi cognati vel quilibet ejusdem prædioli poſſeſſor aliquid inde inminuat, quicunque tunc temporis diſpenſator ſit pauperum, juri ſuo vendicet, & ad priorem uſum eorumdem pauperum redigat. Actum eſt autem anno Incarnationis Domini MLXXXIIII. Indictione VII. aſtantibus infra ſubſcriptis teſtibus. De familia Dietrich, Lanzo, Eppo, Kerhart, & aſtantibus quàm plurimis S. Mariæ Canonicis.

NUM. MCCL.

COgnoſcant omnes Chriſti fideles tam futuri quàm præſentes, quia quedam nobilis mulier, Helica nomine, viam, quam ad Riede habuit ad altare S. Mariæ Sanctíque Corbiniani in uſum Confratrum cum omni jure marito Pennone, filióque ſuo Meginhardo præſentibus & conlaudantibus delegatum. Hujus traditionis teſtes ſunt de nobilibus Ruotperht de Frichandorf & tres milites ſui Grim, Rapholt, Rivvin, Ruodolf de Rieda. De familia Adalperht, Herrant, Liutpolt, Luitheri, Eppo, Wirant. Anno Domini MLXXXV. Indictione VIII. tempore Meginvvardi Pontificis actum eſt.

Digitized by Google

NUM. MCCLI.

NOtum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quòd quidam de familia Sanctæ Frigiſingenſis Eccleſiæ nomine Wolvoldus ſuæ proprietatis XXXVIII. jugera tradidit ad altare Sanctæ Mariæ, Sanctíque Corbiniani in loco Ridingin, pro XXXIIII. qui ſibi reſtituebantur apud Lochechirichun, collaudantibus, & accipientibus Meginvvardo Epiſcopo, Perinhardo Advocato, Hamidieo vicedomino. Hujus commutationis ſunt teſtes de nobilibus Richeri de Hattincheim, Perinhart de Moſun. de familia Mahtuni de Haſalpach, Fritilo de Suanihiltorf, Reginmar de Harthuſan, Pezili de Iſindorf, Adalperht de Petinprunnan, Herrant, & Ricker de Alpheriſtorf, Pezili de Iſemannign.

NUM. MCCLII.

AGnoſcant omnes Chriſti fideles, qualiter placuit atque convenit inter venerabilem Megenvvardum Friſingenſis Sedis Epiſcopum, & Comitiſſam quandam nomine Hazacham de Skiran commutationem quandam facere, quam & perfecerunt. Tradidit enim præfata Comitiſſa cum conſenſu & manu filiorum ſuorum Ekkahardi & Peranhardi Com. Ottonis prædia ſua apud Chitanreinishovva, & apud Arnoltisovva, & apud Wenga ad altare S. Mariæ, Sanctíque Corbiniani collaudante Epiſcopo M. & accipiente Advocato ſuo Ottone. Econtra prælibatus Pontifex cum manu ejuſdem Advocati ſui retradidit eidem Comitiſſæ terminationem, quam habuit Friſingenſis Eccleſia apud Viſchpachiſovva infra Rotinpach, & Chlaffintinpach, & inter Lucinaha, & Albivvega cum omnibus rebus ad eandem terminationem pertinentibus cultis & incultis, pratis, paſcuis, queſitis & inquirendis, & ut hæc commutatio ſtabilis permaneat, literarum ſerie, veraciúmque teſtium firmatum eſt aſſcriptione. Teſtes nobiles Otto, Goteſcalch, Waltechun, Poppo, Chuonrat, Eppo, Werinheri, Tiemar, Goteſcalch, Adalperht, Eppo, Ugo. De familia Hartuvich, Uodalrich, Egino, Penno, Chuono & frater ejus Penno, Eppo, Durinc, Adalhart.

NUM. MCCLIII.

POſtea non elapſo parvo tempore prædicta Comitiſſa aliud quoque fecit concambium cum eodem Epiſcopo Meginvvardo. Dedit namque cum conſenſu & manu filiorum ſuorum Bernardi & Othonis Comitum decimationes de Chitinreinis Huvva, & Arnoltschovva, quæ ſui juris erant pro decimis de Viſpachan, quæ ſui juris erant ad Eccleſiam Elichpach pertinentibus, collaudante & ſuſcipiente Advocato Eckhardo de Schyren, præſentibus & collaudantibus, &, ut moris eſt in commutatione Decimarum, atteſtantibus de Clericis Adelberone Archidiacono: Eppone Slierſenſi Præpoſito, Wezilone Parochianorum Decano: Adelberto Plebano de Ellpach: Wilibaldo Capellano. De Nobilibus Sigbotone de Wiare: Gotschalcho de Tiecha. De familia Hartvvico de Richolfesdorf: Udalrico de Harthuſen: Eppone de Prunne: Pennone de Iſendorf & fratribus ejus de Chunone & Erchenberto. Pennone de Perichpach &c.

NUM. MCCLIV.

COgnoſcant omnes Chriſti fideles concambium, quod inter Perenhardum Advocatum Sanctæ Mariæ Sanctíque Corbiniani Domno Meginvvardo Epiſcopo præſente, & inter Perinhardum Advocatum S. Quirini factum eſt. Tradidit namque Perenhardus S. Quirini Advocatus ejuſdem Monaſterij Abbate conlaudante ad altare Sanctæ Mariæ in manus Perenhardi ejuſdem altaris Advocati de familia S. Quirini Reginvvich, Hazacham, Helicam & Adalbertum filium

Digitized by Google

filium ejus. Econtra prædictus Friſingenſis Advocatus Perenhardus tradidit de familia S. Mariæ in manus Perenhardi Tegrenſeenſis Advocati Himildrutam, item Himildrutam & Reginvvigam filias ſuas. Hujus legitimæ commutationis teſtes ſunt Hoholt de Winchilſaza, Diemar de Huſan, Werinheri de Prunnen. De ſervientibus Wolvolt, Rihker, Asmar, Wolvolt, item Wolvolt, Liutpolt, Isangrim, Uodalrich, Sigahart, Hitto, Luitheri, Perichtolt, Altman, Mazili.

NUM. MCCLV.

BOnorum pio more parentum in fide Chriſti feliciter nos præcedentium noticiæ poſterorum ſubſcripſimus, qualiter Clericus quidam de familia Frigiſingenſi nomine Herrich partem allodij ſui, quod apud Svvidmotekirichun eidem pertinuit, tradidit & delegavit in manum Pernhardi Advocati in legitimum concambium, præſente, & ut id fieret præcipiente Epiſcopo Meginvvardo. Et recepit idem prænominatus Clericus ab eodem Advocato in proprietatem, quicquid beneficii tunc temporis habuit de Epiſcopo in loco, qui dicitur Smidenhuſen, vidente ac id collaudante probabilium perſonarum non parva multitudine. Eadem autem commutatio de familia juramento dicta & conlaudata eſt. Hujus rei teſtes ſunt nobiles. Otto Skirenſis, Heinrich, Hoholt, Wicnant, Pabo, Goteſcalc, Ebarhart, Eppo, Chuonrat. De familia. Pecili, Fritilo, Adalbreht, Willibolt, Wolfcoz, Bruno, Cholo, Wolvolt, Waldman, Einvvic, Gerolt, Heinrich & frater ejus Hartvvich, Goteſcalc, Ruodland, Adalhart, Ekkibreht, Marcvvart. Actum eſt hoc Friſingie coram magna probabilium Clericorum ac Laicorum multitudine. Anno Dominicæ Incarnationis MXCVI. XVII. Kalendas Auguſti.

NUM. MCCLVI.

EGo Meginvvardus Dei gratiâ Epiſcopus cum Ottone Advocato meo præſidens legitimo placito ejusdem Ottonis feci inquiri damna æccleſiæ meæ in ſua Advocatione apud Piencinovva. Chuno, Durinc, Hartvvich, Waltman, & iterum Waltman, Isingrim, Liutràt, Wezil, Engildie, & iterum Engildie, Otachar, Adalhart, Gozili, Purchart, Liuzili, Meginhalm, Reginperht, Meginhart, Liutuni, Lantpolt, Waltrich, Chuniperht, Adaluni, Engilheri, Purchart, Muothart, Azili, Reginhart. Iſti & alij ſervientes, & æccleſiæ ſervi terminationem ſubſcriptam condixerunt æccleſiæ meæ ad curtim Pienzenoua pertinentem, & juxta præceptum meum ſupra dicti ſervi juramento conſtricti eandem terminationem peragrantes, & ut hic ſcripſimus denotantes, demonſtraverunt. Hajenperch totum in circuitu, inde inter flumina Manachfialta & Slieraha usque ad Heſilintal. Deinde iterum idem peragrantes demonſtraverunt de Heſilintal ſurſum juxta Slieraha usque ad Rotenpach, inde uſque ad cacumen Citolfesecca, inde uſque ad medietatem Manachvalte, inde viſum juxta Manachvalta uſque ad Heſilental, inde retrorſum uſque in Slieraha. Iterum idem æccleſiæ ſervi denotantes peragrati ſunt veterem terminationem ſilvæ & montium ad Slierſie & ad Weſtenhovan pertinentem. Atenperch, Ramperch, Hohenperhc uſque in Luizenah. Inde ſurſum in Uraha, inde uſque ad alpes, quæ dicuntur Veldalpe, inde Hajenperhc totum, inde in Waldeppe, inde ſupra montem Spizzinch, inde viſum juxta Slierſie uſque ad alpes, quæ dicuntur Garten, inde ſupra montem, qui dicitur Hohenperch, & ſupra Suarzinperch uſque ad Ahivvinchla. Iterum idem peragrantes denotaverunt ad curtim Elhpach ſurſum ſupra Suarzenperch uſque in Elhpachesoua, inde ſupra Praitenſtein uſque ad Chitenpreina, inde uſque ad Linzenaha, inde viſum juxta Luizenaha uſque ad Marhſteina, inde ſurſum uſque ad Otliubesmarhſtaina.

Digitized by Google

Quicquid infra præſcriptas terminationes æccleſiæ meæ ſervi juramento ammoniti peragrantes demonſtraverunt, & ut mos eſt denotantes aſſignaverunt, Ego M. licèt indignus Epiſcopus æccleſiæ meæ Epiſcopali banno ita confirmavi, ut ſi aliqua major vel minor perſona quicquam de his ſine Epiſcopali conceſſione ſibi uſurpaverit, culpæ inmunitatis Epiſcopali banno, niſi reſipiſcat, ſubjaceat.

NUM. MCCLVII.

COgnoſcant omnes Chriſti fideles tam futuri quam præſentes, qualiter quedam nobilis femina nomine Engila de Sandolteshuſen confugit ſub tutelam Sanctæ Mariæ & tradidit ſe ad altare ejus ea condicione, ut ipſa omníſque poſteritas illius legitimorum æccleſiæ ſervientium jure & lege vivant, Meginvvardo Epiſcopo præſente, & Advocato ejus Ekkihardo ſuſcipiente. Hujus rei teſtes ſunt Heinrich de Enpfenpah, Ruodolf de Nozenhuſen, Grif de Halesperga, Gerolt de Wolfoltesdorf. De familia: Willipolt & Sigiboto de Zieleshuſen, Regenmar & filius ejus Uodalrich de Harthuſen, Wolfkoz de Rinchpah, Rihker de Rubendorf, Gerolt de Wippenhuſen, Adalperht de Petenprunnen.

NUM. MCCLVIII.

OPortet ad plurimorum venire noticiam, quicquid inter Religioſas agitur Perſonas, ne idem ab aliquibus minùs Dominum diligentibus diſcindi valeat in poſterum. Proinde concambium inter Ratisponenſem Epiſcopum Ottonem, Friſingenſemque Præſulem Meginvvardum factum literis commendavimus, ne ejusdem aliqua poſſit unquam fieri diſſolutio. Tradidit itaque Friſingenſis Epiſcopus per manum æccleſiæ Advocati Perenhardi ſuum ſervientem Uttonem ſuper altare Sancti Petri Ratispone, & recepit Friſingenſis Epiſcopus, ſuusque Advocatus prædictus à Ratisponenſi Epiſcopo, ſuóque Advocato Fridarico Ratisponenſis æccleſiæ ſervientem Liutfridum. Et eadem commutatio juxta utriusque æccleſiæ ſervientium per Sacramenta interrogatorum facta eſt judicium. Hujus rei teſtes adhibiti ſunt inferiores. De nobilibus Richeri de Heitincheim, Werinheri de Chaphingen. De familia Ratisponenſi Adalpert de Palterishuſan Oru.... de Ruodenchofan. De familia Friſingenſi Altman de Grintheim, Dietrich de Petin..... Pezili de Issandorf, Arnolt de Pupphesdorf, Uodalrich, Gerolt, Herirant, Hartvic, Chuono.

NUM. MCCLIX.

NOtum ſit cunctis Chriſti fidelibus tam futuris quàm præſentibus, qualiter ego Enzevvib de nobili parentela genita tradidi me cum filia mea Dieza, & cum omni poſteritate mea ad altare Sanctæ Mariæ, Sanctíque Corbiniani ſine omni contradictione pro V. nummis annuatim fratribus inibi Deo famulantibus perſolvendis. Hanc verò tradicionem ſuſcepit Epiſcopus Meginvvardus. Teſtes autem ſunt Otto filius Ekkehardi, & Liutprant de Matelinesperge, Uodalrich de Uſten, Dietmar de Huſan, Uodalric de Tollingen, Gebino de Uſalde, Wernhere de Sallend. De familia Sigihart & Fritilo, Gervvih de Miltaha, Pezilo de Isandorf.

NUM.

Digitized by Google

NUM. MCCLX.

CHriſti fidelium cognoſcat univerſitas quarti Heinrici Regis victorioſiſſimi traditionem, quam Æccleſiæ Friſingenſi propter Præſulis Megavvardi fecit interceſſionem. Quendam ſuum ſervientem nomine Fridericum in Pernhardi cujusdam nobilis ſui familiaris tradidit manum, ut eundem Sanctæ Mariæ, Sanctòque Corbiniano delegaret in obſequium ſumma ſummorum ſervientium legitima cum ſua poſteritate penitus habiturum. Quæ traditio juxta Regis præceptum prædicto eſt ordine, & tenore à Pernhardo peracta, a Præſule Megivvardo, Advocatóque Ekihardo ſuſcepta præcipuis æccleſiæ ſervientibus in ſuæ ſocietatis æqualitatem prædictum Fridericum collaudantibus. Hujus ergo traditionis adhibiti ſunt teſtes ex nobilibus Comes Sigipoto, Otker, Piligrim, Adalperht, Waltchoun, Hartvvich, Ernuſt, Eppo. de familia Reginvvar, Sizo, Arnolt, Udalſcalh, Theotrich, Udalrich, Wecil, Ramvolt.

NUM. MCCLXI.

CErtum ſit omnibus, tam poſteris quàm præſentibus Chriſti fidelibus, qualiter ego Piligrimus Canonicus & Presbyter Sanctæ Mariæ, quamvis indignus prædium meum apud Urpach ſcilicet curtiferum unum exceptis tribus jugeribus agrorum & tribus pratorum & luco excepto tradidi ad Altare Sanctæ Mariæ Sanctíque Corbiniani in oblationem fratrum, tali videlicet conditione, ut alicui de fratribus in obedientia committatur, qui ſingulis annis in Anniverſario meo convenientibus inde Fratribus exhibeat ſervitium, & prout erit poſſibile Miſſas vel ipſe celebret, vel celebrari faciat ad Altare Sancti Michaelis in Turre. Cujus ſunt teſtes de nobilibus Perinhart Comes, Heinrich de Otmarisheim, Meginhart de Matſaha, Piligrim de Slivvingen & frater ejus Sigihart, Perinhart de Moſan. De familia Pecili, Adalperht, Aribo, Sigihart, Udalrich.

NUM. MCCLXII.

NOtum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quòd Domnus Engilſcalch Canonicus & Presbyter S. Mariæ prædium ſuum apud Wolvisdorf delegavit ad altare S. Johannis in ſiniſtro latere Monaſterij, tali conditione, ut Reginhalmus conſanguineus ejus poſt obitum ipſius illud prædium habens ad prædictum altare Miſſas vel ipſe celebret, vel celebrari faciat, paritérque Fratribus in anniverſario die illius congruum exhibeat ſervicium, & poſt obitum Reginhalmi, quicunque proximus heres ſit in cognatione, Canonicus videlicet in Congregatione prædictum prædium ſub eadem conditione habeat. Quam traditionem ſi quis velit infringere, proximus heres de Laicis V. denariis argenteis ſibi redimat. Hujus rei teſtes ſunt de nobilibus Otto de Skiren, Adalpero de Uttnhouen, Waltchon de Ovenſteti, Adalbero de Ebaraspach, Tagino. De familia Pecili de Ihſendorf, Fritilo, Adalperht, Udalſcalch de Wilpach, Eppo & frater ejus Sigihart de Hangantenheim, Udalſcalch de Goldenishuſen, Goteſcalch de Pechingen, Isingrim de Mammendorf.

NUM. MCCLXIII.

NOticiæ & memoriæ tam futurorum, quam præſentium litteris mandavimus, qualiter quidam de familia S. Mariæ nomine Albricus tradidit prædium ſuum, quod habuit Mammandorf, videlicet hobam unam ad altare S. Mariæ, Sanctíque Corbiniani, ea condicione, quatenús frater ejus Heinricus in anniverſario obitûs ſui die confratribus congruum exhibeat ſervicium,

Digitized by Google

cium, & poſt mortem Heinrici proximus cognatorum ſuorum, qui ſit in numero Confratrum ibidem miniſtrancium ſingulis annis idem perſolvat. Hoc peractum ſi à quoquam corrumpatur, quilibet heres eis cum aureo denario idem redimendi poteſtatem habeat. Hujus rei teſtes ſunt Herrant de Leron, Engilmar de Heidolvingin, Arnolt & filius ejus Arnolt, Richer de Horskinhoven, Heinrich de Mammandorf, Rutheri de Marzilingan, Udalrich de Custo, Richer de Tuchhingin.

NUM. MCCLXIV.

NOtum ſit Chriſti fidelibus, qualiter Friderich de familia S. Mariæ tradidit ad Lectum S. Lantberti aream, quam habuit Kiſilingin cum adjacentibus agris, ſcilicet in unoquoque campo jugerum unum & dimidium poſt obitum ſuum & filiæ ſuæ Benedictæ ad utilitatem pauperum Chriſti. Hujus rei teſtes ſunt Pernhart, Kernat de Altenhuſan. De urbanis, Willahalm, Werinheri.

NUM. MCCLXV.

NOtum ſit omnibus Chriſti fidelibus, qualiter unus confratrum Friſingenſis Canonicæ Penno nomine concambiavit Curtiferum apud Flizingen cum biſſe jugeris pro alio curtifero in eadem villa, & Legati interrogati Fratres Reginhalm Preſpiter & Otolt, & Altman per obedientiam, Laici verò Lanzo, Imizo de Tintenhuſin & frater ejus Gnanno & Liezo, & Liupolt per juramentum, illud æquè ac magis fratribus prodeſſe aſſeverant. Teſtes ſunt Pero, Udalrich, Udalſcalch, Meginhart, Diotprehr.

NUM. MCCLXVI.

COncambium quod factum eſt inter Meginvvardum Epiſcopum, & inter Heinricum de Sikilingin. Tradidit namque Heinricus prædium ſuum, quod ſitum eſt apud Phetrach Sanctæ Mariæ, Sanctoque Corbiniano. Perinhardus autem Advocatus tradidit ſibi prædium, quod ſitum eſt apud Pipurh. Hujus concambii teſtes ſunt Otto filius Ekihardi, & Liutprant de Macilinispergie, & Uodalrich de Uishn, & Diemar de Huſan, & Urlioch de Tollingin, & Gebini de Walda, & Werinheri de Sallandorf. De familia Fritilo, & Sigihart de Haidolvingin, Gervvich de Miltaha, Pezili de Ihsindorf, Arnolt de Pupphisdorf, Uodalſcalch de Wilpach, Goteſcalc de Pechingin, Gozperht de Pacha.

NUM. MCCLXVII.

COgnoſcant omnes Chriſti fideles commutationem quæ eſt facta inter Pernhardum Friſingenſem Advocatum, & inter Domnam Perhtam de Walda præſente Meginvvardo Friſingenſis Sedis Epiſcopo præſentibus etiam pluribus nobilibus, præſentibus quoque nonnullis æccleſiæ ſervientibus, qui utraque conſideraverunt bona, quique ſub juramenti teſtificatione, quo aſtricti & interrogati erant ab Advocato, auditi dixerunt, commutationem Eccleſiæ eſſe utiliorem. Tradidit eadem Perhta, quicquid prædij apud Hettincheim, & Uncinhoven habuit, & quantum de prædio ejus in vico Diubesdorf demonſtratum eſt determinatè ſervientibus Eccleſiæ, pro duobus manſis, quos Friſingenſis habuit Eccleſia in villa Ambara, & pro quodam vimineto Uova teutonicè nominato. Hujus rei facti ſunt teſtes nobiles & ſervientes, qui ejuſdem etiam commutationis probatores erant & conlaudatores. De nobilibus Adalperht & frater ejus Otto prædictæ Perhtæ filij, Dietrich de Wazarpurch, Pernhart de Moſan, Ruotperht de Sandoltishuſan & Privignus ejus Sigipolt, Goteſcalch de Haga,

Haga, Heinrich de Uadiesdorf, Askuvvin de Fritilink, Otto de Emphinpach. De familia Pecili de Iſandorf, Heinrich de Humutingan, Fritilo de Svvanihiltdorf, Herrant & Riehker de Alpherisdorf, Egilolf & Eppo de Puran, Reginmar de Harthuſan, Adalperht de Pettinprunnan, Askuvin de Isminninkan, Dietmar & Dietmar, Heinrich & Pezili de Chreina, Gerolt de Udamaresuelt, Sigahart & Wiso de Haidoluinga.

NUM. MCCLXVIII.
Traditio Asinchouuen.

NOtum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quòd quedam nobilis matrona nomine Perichta ſuum prædium quod in loco Asinchoven dicto habuit in Friſingenſi Sede ſuper altare S. Mariæ, Sanctique Corbiniani delegavit impetrante hoc erga illam Friſingenſi Præſule Meginvvardo, ſuſcipiente autem ejusdem altaris Advocato Perinhardo. Delegavit ergo idem prædium ad prædictum altare cum omnibus illuc jure pertinentibus, queſitis & inquirendis absque omni videlicet contradictione Domno Epiſcopo cum ſuis fidelibus præſente. Hujus tradicionis teſtes ſunt de nobilibus Arnolt Comes de Diezan, Arnolt de Sciren & filius ejus Chuonrat, Waltheri Comes de Wiviningin & IIII. ejus Milites de Eskilpach, Dietrich de Erlinchoven, Wolftrigil de Cella, Willihalm de Riſan, Altman filius Ernuſti Comitis, Goteſcalch de Marachpach, item Goteſcalch de Diechin, Werinheri de Prunnan, item Werinheri de Huſan, & Adalgoz, Guntpolt de Haganovva, Ezzo de Utinhoven, Uzo de Hattanhoven, Gotepolt de Leran. De familia Adalperht, Dietrich, Sizo, & frater ejus Eppo, Liutpolt, Uodalrich, Wecil, Sigihart.

Tradidit quoque eadem Matrona prædicto Epiſcopo præſente, prædictóque Advocato ſuſcipiente ſuper altare prædictum ſuum ſervientem Herimannum, ea ratione, ut ipſe cum omni ſua poſteritate legitimorum ſervientium uteretur jure. Et huic tradicioni præſcripti ſunt teſtes adhibiti. Tradidit quoque prædictus Epiſcopus eidem Matronæ Villicationem unam in loco .... dicto, etiam prioribus adhibitis teſtibus.

NOTA.

Legitimorum ſervientium. nempe ingenuorum, & nulli ſervituti addictorum. Itaque Herimannus videtur fuiſſe curator prædij ſeu villæ à Perichta donatæ.

NUM. MCCLXIX.
De Puttanperic.

NOtum ſit Chriſti fidelibus, quod Domnus Meginvvardus Epiſcopus Oppidum Puttenperich nominatum XXX. libris comparavit à quodam nobili viro Adalrammo de Smiteshuſan, qui & idem Adalrammus juxta prædicti Pontificis rogatum delegavit idem prædium in manum cujusdam nobilis viri Otkeri de Brucke. Poſtea idem Otker juxta peticionem ejusdem Pontificis delegatum ad altare S. Mariæ, Sanctique Corbiniani in proprietatem idem Caſtrum Buttenperch cum omnibus ad id pertinentibus ſine omni contradictione in manum Eckihardi Advocati multis nobilibus præſentibus, qui & omnes ejusdem tradicionis facti ſunt teſtes. Comes Ernuſt, Arnolt de Skiren, Uodalſcalch de Elſendorf, Adalram de Meninpach, Goteſcalch de Marachpach. De familia Mathtuni & frater ejus Fritilo, Adalperht & Dietrich de Pettenprunnan, Sigihart de Heidolvingun.

Inſtrumenta ſub Henrico I.
Epiſcopo Friſingenſi XXI.
NUM. MCCLXX.

HÆc pia traditio cunctis pateat documento, quòd nobilis quædam mulier nomine Perhta Uxor Goteſcalchi de Priſinperch decimam frumenti apud Niuchingan cum tribus jugeribus & curtifero delegavit cum manu & conſenſu filij ſui Aribonis ad altare Sanctæ Mariæ, Sanctíque Corbiniani fratribus ad oblationem, tali videlicet conditione, quatinús poſt obitum ſuum aliquis de fratribus in cognatione illud ſuſcipiens ſemper in anniverſario prædictæ Matronæ debitum copioſè fratribus exhibeat ſervitium. Quòd ſi quis infringat, proximus heres prædium ſibi V. denariis redimat. Teſtes de nobilibus, Goteſcalch de Prinſinperch, Sigihart de Slivingen, Pilegrim de Holzhuſan, Dietmar de Waltperhtesdorf. De familia: Geruvich, Fritilo, Wolvolt, Uodalrich & frater ejus Tiemo, Iſanhart & frater ejus Adalperht, Reginhart, Engilſcalch, Herrich.

Eadem Matrona poſt vitam ſuam prædium ipſum in Conventu fratrum Uodalrico Presbytero deſignavit procurandum. Anno Domini MC. Indict. VII. anno II. Heinrici Epiſcopi.

NOTA.

Niuchingan. Neuching in Præfectura Svvabenſi.

NUM. MCCLXXI.

POſtea verò anno Dominicæ Incarnationis MCIII. VII. Kal. Julij Heinricus Epiſcopus juxta conſilium & peticionem fidelium ſuorum recepit ab eodem Presbytero Herrico tale beneficium, quale tunc temporis habuit apud Svvidmotechirichun curtiferum I. cum una decima, & mancipiis ad id pertinentibus, & tradidit ad altare S. Dei Genetricis, quod eſt in Chripta verſus occidentem poſitum in augmentum illius dotis, quæ priùs ad idem altare pertinebat, & ſuſcepit idem prænominatus Presbyter eandem dotem ab Epiſcopali manu, ea condicione, ut quoad usque viveret, idem altare congruo ſervitio procuraret, & annuatim in feſto S. Nicolai fratribus majoris Eccleſiæ ſervitium unum inde adhiberet. Eandem ergo pactionem ad idem ſervitium eadem hora ſuſcepit Herricus prioris H. fratruelis ejusdem Congregationis Canonicus. Et quia idem altare ab eorundem progenitoribus tali ab inicio conditione erat dotatum, ut quilibet eorum proximus heres majoris ſcilicet æccleſiæ Canonicus eandem dotem poſſidendo Deo & Sanctæ ejus Genetrici ad idem altare ſerviret, ſtatuta & confirmata eſt à prænominato venerabili Patre eadem condicio præſentibus & id unanimi voto conlaudantibus pene omnibus æccleſiæ majoribus Clericis & Laicis. Hujus rei teſtes ſunt Heinrich & Miles ejus Adalpero, Eberhart de Gozzisheim, Waltman, Willipolt, Iſinrich & frater ejus Heinrich &c.

NUM. MCCLXXII.

EX *Concilio Africano.* Viſum eſt univerſis ab Imperatoribus poſtulandum propter afflictionem pauperum, quorum moleſtiis ſine intermiſſione fatigatur Eccleſia, ut Defenſores eis adverſus potentias divitum cum Epiſcoporum proviſione delegarentur. *Ex Concilio Ratisponenſi*, cui interfuit Heinricus III. Imperator cum plurimis Regni Obtimatibus iſta laudantibus & confirmantibus. Statutum eſt, ut ad placitum cujuslibet Advocati pertinentes ſemel in anno, quando præceptum fuerit, omnes cunctis in locis conveniant, ibíque in ſervitium ſuum plùs non exigat niſi II. modios tritici, & II. porcos,

Digitized by Google

tres cados vini & medonis, X cados cerviſiæ & V. modios avenæ. Ut autem ea, quæ in uſus fratrum pertinent minùs diſtrahantur, hæc ſubſcripta in uſus Advocatiæ ſunt debutata, videlicet III. pars bannorum & ſatisfactio temeritatum, ita tamen, ut ſiqua diſpendia res fratrum patiuntur, primò eis reſtituantur ſua Werigelda fratrum, ſicut & mancipium pro mancipio. Præterea ſi Prælati æccleſiæ aliqua neceſſitate cogente dampnum ſibi vel rebus ſuis illatum ſalvo ordine ſuo recuperare non valuerint, ipſos Advocatos in competentem locum advocent, ubi cauſas querimoniæ diligenter diſcutiant, nihílque ab eis vel ab eorum colonis quaſi ſub juſtitia exigant, ſed cum caritate hoc, quod eis inpenſum fuerit accipiant. Hæc acta ſunt anno Incarnationis MCIIII. Indict. XII. præſidente Papa Paſcali II. Regnante autem Heinrico Imperatore III. multis hæc tam Eccleſiæ quam Regni Principibus conlaudantibus & confirmantibus, quorum nomina in libro traditionum continentur.

NOTA.

Heinricus III. Imperator. Rectè hoc. nam licèt inter Reges fuerit eo nomine Quartus, inter coronatos tamen Imperatores cenſebatur Tertius.

NUM. MCCLXXIII.

PAteat cunctis Chriſti fidelibus tam futuris quàm præſentibus, quendam de familia Sanctæ Mariæ Friſingenſis æccleſiæ nomine Adalhardum quoddam concambium annuente & conſentiente Heinrico ejuſdem æccleſiæ Epiſcopo per manum Ottonis ejuſdem æccleſiæ Advocati coram Duce Welfone cæteríſque quàm pluribus tam nobilibus quàm miniſterialibus in idem conſentientibus peregiſſe. Tradidit namque præfatus idem Adalhardus prædium ſuum numero LIIII. jugerum cum VIII. reditibus apud Hoerginou ſitum, pro LIIII. jugeribus & IIII. tantum areis apud Marcilingun ſitis, VII. de familia præfatæ æccleſiæ ſcilicet Eberhardo de Hangenheim, Uodalſcalcho de Iſſindorf, Uodalſcalcho de Altinhuſen, Uodalrico de Cuſten, Waltmanno de Diemodtingen, Ruodigero de Diemodtingen, Hartvvico de Strubingen, ut mos eſt, juramento ad meliorem uſum ejuſdem Eccleſiæ perveniſſe confirmantibus, cunctíſque præſentibus idem conteſtantibus, quod concambium factum eſt MCXX. Indict. XIII. III. Kal. Januarij.

NUM. MCCLXXIV. a.

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Lotharius Divina favente Clementia tertius Romanorum Imperator Auguſtus. Cúm omnibus debitores ſimus, ſpecialiùs tamen exauditionis aures illis accommodare debemus, quorum orationibus & hîc, & in futuro adjuvari confidimus. Cupientes itaque Sanctæ converſationis viros, & præcipuè Monaſticæ profeſſionis, Divinæ contemplationi ſolummodo operam dare, Eccleſiam, nomine Burin, ſua quondam ingenuitate deſtitutam, & Auguſtenſis Eccleſiæ dominio incompetenter ancillatam, ab ipſius & totius ſervitutis jugo omninò deinceps immunem & liberam eſſe decernimus, ſciens tum Principum noſtrorum, tam Religioſorum virorum teſtimoniô illam nulli quidquam debere, ſed tantummodo Imperiali tuitioni ſubjacere. Quam decreti noſtri ſententiam ratam & auctorabilem eſſe volentes, à Domino Papa Innocentio commoniti, ac unanimi Conjugis noſtræ Richinſe, & Principum voto interpellati, eandem Eccleſiam unà cum rebus & perſonis, cùmque univerſis indeterminatè pertinenciis ab omni, ſicut diximus, ſubjectionis obligatione alienam eſſe debere tam futuris quàm præſentibus notificamus, idque Imperiali noſtra auctoritate confirmantes, Succeſſores noſtros tam Reges quam Imperatores hujus confirmationis cooperatores & coadjutores eſſe deſideramus. Præcipientes itaque jubemus, ut nullus Archiepiſcopus, Epiſcopus, Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, nulla denique magna parváque perſona præfatam Eccleſiam vel res ejus in aliquo moleſtare, diveſtire, inquietare præſumat. Siquis verò con-

Digitized by Google

tra hoc, quod non opinamur, conatus fuerit, & hujus Confirmationis præſumptuoſus violator extiterit, centum libras auri puriſſimi, medietatem Imperatoriæ Cameræ, & medietatem ſupra memoratæ Eccleſiæ Fratribus componat. Quod ut verius credatur & ab omnibus diligentius cuſtodiatur, præſentis Decreti paginam Sigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri.

Signum Domini Lotharij III. Romanorum Imperatoris Inviſtiſſimi


Ego Ekkehardus vice Adelberti Archicancellarij & Moguntini Archiepiſcopi recognovi.

Data anno Incarnationis Dominicæ MCXXXIII. X. Kal. Septembris Indict. XI. anno verò Regis Lotharij VIII. Imperij primo. Actum in Friſingenſi Eccleſia feliciter. Amen.

NOTA.

A Domino Papa Innocentio commoniti. Recenter enim coronatus fuerat Lotharius Romæ Imperator ab Innocentio II. P.P. vide Pagium & alios.

Cæterùm ex hoc Inſtrumento demonſtramus, Lotharium anno 1133. die 23. Auguſti Friſingæ fuiſſe moratum. Monogramma & Sigillum ſunt ſequentis figuræ.





NUM.

Digitized by Google

NUM. MCCLXXIV. b.

NOtum ſit omnibus Chriſti fidelibus futuris & præſentibus, quòd quidam de familia Sigifrith de Vaterſteten per manum fidejuſſoris ſui Isanrici tradidit & delegavit ad altare Sanctæ Mariæ Sanctíque Corbiniani ſex mancipia utriusque generis, ea conditione, ut Uxor ſua Chriſtina ejúsque poſteritas ab omni ſervili opere libera in perpetuum maneret præſente & annuente Herico Epiſcopo, patrante Ottone Advocato, taléque peractum his teſtibus eſt confirmatum. De nobilibus Willehalm de Hoba, Perichtolth & Wolfheri de Tegriuvach, Uodalrich de Uoſte, Adalhart & frater ejus Isingrim, & Mahtuni, & Hartuvich de Marcilingen, Aribo de Guotichinhuſen, Weilanth de Iſana, Wolfheri filius Lanzonis, & Deginhart de Friſing. ipſe Sigifrith de Vaterſteten. Et ut hujus rei pactio & confirmatio ſtabilis & rata in perpetuo maneret, traditum eſt & delegatum ad prædictum altare Sanctæ Mariæ Sanctíque Corbiniani à Friderico nepote prædicti Sigefridi prædium, quod in proprietatem poſſederat ad Uodalharteſteten præſente & conſentiente Domino Hainrico Epiſcopo patrante & favente Ottone Advocato, aſtantibus & conlaudantibus Miniſtris Eccleſiæ, qui ejusdem rei teſtes ſunt. Isenrihc de Lohcirchen & filius ejus Hainrihc, Pabo de Prunnen, Ruotlant de Pubenhuſen, Ruodolf de Alpherisdorf, Ebarhart de Hangentenhaim, Perhtolt de Walchuonſpahc.

NUM. MCCLXXV.

NOtum ſit omnibus Chriſti fidelibus, qualiter ego Heinricus Friſingenſis Epiſcopus tradidi in oblationem fratrum quandam ancillam meam Pertham cum quinque filiis ſuis Ellinpurga, Sigila, Richiltla, Liutpurga, Aziman, ea conditione, ut ſingulis annis fratribus ibidem Chriſto ſervientibus perſolvant quinque denarios. Hujus rei teſtes ſunt ipſi fratres. Et de familiâ, Willibolt, & filius ejus Gervvic de Rubendorpt, Heinvvic, Wolvolt, Rehinvin, Wilant, Meginhart, Ludovvic, Sinzo, Ozizo.

NOTA.

Ancillæ nomine intelligi fœminam in Servitutis ſtatu poſitam, ſeu mancipium, alibi jam monuimus.

NUM. MCCLXXVI.
De Tegerenbach.

NOverint omnes Chriſti fideles tam futuri quàm præſentes, qualiter Wolfgoh de Zollingen prædium in Tegerenbach ad altare Sancte Marie in uſum fratrum ſine contradictione contradidit Heinrico hujus Sedis Epiſcopo præſente & ſuſcipiente. Hujus rei teſtes ſunt tam nobiles quàm miniſteriales ſubſcripti: Adalbero de Tanneren, Perenhart de Erpſenprunnen, Guntpolt de Hagenuoa, Liutolt & frater ejus Goteſchalch de Luuanenesdorf, Wezil & filius ejus Egilolf de Tuobencheim. Yſenrich Camerarius & frater ejus Rachevin, Uodalrich de Harthuſen &c.

NUM. MCCLXXVII.
De Tegrinpach.

NOverint omnes tam futuri quàm præſentes, qualiter quidam Clericus de familia Friſingenſi nomine Wolfheri cum conſenſu filii ſui Burchardi ſuæ proprietatis æccleſiam apud Tegrinpach cum omnibus prædiis ſuis queſitis & inquirendis abſque omni contradictione delegavit ad altare Sanctæ Mariæ San-

Sanctíque Corbiniani fratribus in oblationem Domino Epiſcopo H. cum ſuis fidelibus præſente, tali videlicet conditione, quatinus poſt obitum ſuum filiique ſui Burchardi aliquis è fratribus in obedientia illico ſuſcipiens ſemper in anniverſario prædicti Sacerdotis debitum copioſè fratribus exhibeat ſervitium. Teſtes de nobilibus Willibalm de Huoben. De familia Engilſcalch de Pietend, Ruotlant de Pubenh̄, Otto & frater ejus Sigihart de Tengilingen, Ugo & frater ejus Geruvich de Pacharen, Engilbero de Abbatisdorf, & Hartvvich, Gerolt & filius ejus Dietpolt de Wippenhuſen.

His ita geſtis, non poſt longi temporis intervallum communi conſilio fratrum & æccleſiæ ſervientium factum eſt concambium eorundem bonorum inter Epiſcopum videlicet & æccleſiæ Canonicos. Tradidit namque Domnus H. hujus Sedis Epiſcopus ſupra dictis Canonicis in commutationem pro eisdem bonis hobam in Marzilingen ſitam præſentibus ſubſcriptis teſtibus: Purchart & filius ejus de Moſapurch, Aribo de Pruole, Isinrih & filius ejus Heinrich ac ejus fratres Rahivvin, Werinheri de Vieht, Adalhart & filius ejus Sigiboto de Marzilingen, Eberhart & frater ejus Sigihart de Hagentenheim.

NUM. MCCLXXVIII.
De Veringen & Pubenhuſen.

COgnoſcant quilibet Chriſti fideles tam futuri quàm præſentes, qualiter quedam mulier Mahthilt duo prædia apud Veringen & Pubenhuſen ſita cum manu mariti ſui Humberti ad altare Sanctæ Mariæ Sanctíque Corbiniani tali tradidit conditione, ut poſt obitum ſuum idem Humbreht eadem in oblationem confratribus annuatim exhibendam obtineat, & poſt obitum ipſius proximus conſanguineus ejuſdem Mahthilde Canonicus videlicet in Congregatione ſub eadem habeat conditione. Hanc ergo traditionem nullam habentem contradictionem Domnus Heinricus hujus Sedis Epiſcopus cum Præpoſito Adalberone & cum ceteris fratribus ſuſcepit, & pro Chriſti amore aream cum agris & mancipiis, quæ prædicta Mahthild in beneficium habuerat ad prædictum altare in uſum fratrum & prædicti prædij ſupplementum communi petitione tam Clericorum, quàm Laicorum contradidit. Teſtes Wolfrigil vir nobilis de Trune. De familia Uodalrich de Harthuſen, Ruotlant de Put. Meginhart de Haga, Eberhart de Hagenheim, Adalhart de Marcilingen, Waltman de Dietperhtesheim, Perhtolt de Diethoheshuſen, Werinheri de hac villa, de oriente Engildeo, Sigifrit, Ugo.

NOTA.

De Veringen & Pubenhuſen. nempe Pogenhauſen, prope Monachium, uti ex hoc Inſtrumento clarum fit.

NUM. MCCLXXIX.

CUnctorum Chriſti fidelium tam futurorum quàm præſentium agnoſcat induſtria, qualiter felicis memoriæ vir nobilis nomine Gotebolt de Leren delegavit ad altare Sanctæ Mariæ Sanctíque Corbiniani proprium filium ſuum Iſengrimum ea conditione, ut legitimorum æccleſiæ ſervientium jure & lege vivat, Heinrico hujus Sedis Epiſcopo præſente & collaudante, Perinhardo autem æccleſiæ Advocato ſuſcipiente, præſente etiam Ellenhardo Præpoſito & Engilſcalcho Decano, præſentibus etiam multis aliis Canonicis & æccleſiæ ſervientibus, omnibus in idipſum conſentientibus. Hujus rei teſtes ſunt de nobilibus Altman Gomes de Chregilingen, Herrant de Leren frater prædicti Goteboldi, Werinheri de Frichendorf, Diemar de Huſen, Tagino & frater ejus Einvvich de Paſtperch, Regenmar & filius ejus Uodalrich de Harthuſen, Adalperht de Petenprunnen, Pezili de Ihſendorf, Wolfkoz de Rincpah, Willipolt de Rubendorf, Ruotland de Pubenhuſen.

Digitized by Google

NUM. MCCLXXX.
De Hangenhaim.

NOverint omnes Sanctæ Matris æccleſiæ filij, qualiter ego Yſengrim Presbyter indignus Sanctæ Mariæ Canonicus Hieroſolimam proficiſcens tradidi ad altare Sanctæ Mariæ, Sanctíque Corbiniani pro negligentia & remedio animæ meæ parentùmque meorum prædium Hangentenheim ſitum in oblationem fratrum ſub tali conditione, ut Officialis, qui & diſpenſator oblationum reditus vel fructum ejusdem prædij ſingulis annis in communem uſum ſecundum placitum fratrum adminiſtret. Teſtes Sigihart frater ejusdem Yſengrim, Geruvich de Rubendorf, Sigihart de Miltaha, Piligrim de Thuhing, Uodalrih de Uoſte, Adalperht de Wihſe, Wolfkoz & Eppo de Hangenheim.

NUM. MCCLXXXI.

NOtum ſit cunctis fidelibus Chriſti tam modernis quàm poſteris quendam ex familia Sanctæ Mariæ nomine Adalhardum de dote æccleſiæ apud Muren aream novies tantundem de prædio ſuo in eodem loco ſito apud ejusdem æccleſiæ Epiſcopum Hainricum concambio in proprium redemiſſe, & per manum Ottonis ejusdem æccleſiæ Advocati, ſimúlque juramento miniſterialium ceterorúmque nobilium conſenſu ſtabilitum eſſe. Hujus rei teſtes ſunt de nobilibus Eberhart de Pertrishuſen, & Marchuvarch & frater ejus Otachar de Mochingen. De Miniſtris: Iſenrich de Lochchirchin, Chonrat & frater ejus Fritilo de Heidolvingen, Pero de Muren & frater ejus Wichnant Eberhart de Moſiburch, Heinrich de Unzichoven & filij ejus Reginmar, Ortolf, Gerolt de Veltchirchen.

NUM. MCCLXXXII.

NOverint omnes tam futuri quàm præſentes, qualiter Heinricus hujus Sedis Epiſcopus ob ſuam ſuorúmque memoriam prædium in Eberesdorf, & quicquid in Grie habuit, per manum Gergoldi de Paingen ad altare S. Mariæ in communem uſum Fratrum ibidem Deo militantium ſine contradictione contradidit exceptis XX. hobis, quas in communi fidelium ſuorum conſilio Sancti Leonhardi ſervitio ſe demonſtrare deſtinavit. Tradidit quoque prædictus venerandus Pater Heinricus hujus Sedis Epiſcopus easdem ſupra dictas XX. hobas pro ſua parentúmque & omnium debitorum ſuorum animabus per manum ejusdem Geroldi ad altare S. Leonhardi in uſum Fratrum ibidem Deo militantium & in ſtipendium Chriſti pauperum ad idem altare pertinentium. Quasdam ſtatim demonſtrando nominavit, quasdam communi fidelium ſuorum conſilio demonſtrando ſubpleri debere affirmavit, hubam ſcilicet in Meginboldesberch cum vineis in eadem hoba plantatis, prædium in Harda juxta Treunize & duo Svvarzaha, novale, quod armentarius ſuus Enziman poſſederat juxta Grieſtig ſitum.

Ad NUM. MCCLXXXII. a.

SCiant omnes Chriſti fideles, qualiter convenit inter Heinricum Friſingenſis Eccleſiæ venerabilem Epiſcopum & fratrem ejus Fridericum Comitem de Pilſtein quandam commmutationem facere ſicut & fecerunt. Tradidit enim & poteſtativa manu delegavit præfatus Antiſtes memorato Comiti tres villas videlicet *Tale* & utrumque *Rureſe* ea juſticia & pertinentiis, quo ipſe proprietario jure poſſidebat. Econtra Fridericus Comes retradidit & legitimè delegavit prædium ſuum ſuum, ſcilicet utrumque Suuarzhah cum omnibus eò pertinentibus in

in manum cujuſdam nobilis viri Geroldi de Paingen, eo pacto, quòd ipſe illud delegaret, quocumque Epiſcopus petiſſet. Hujus rei teſtes ſunt Leopaldus Marchio, Otacher Marchio, Heinrih & Gebehart Comites de Burchhuſen, Chunrat Comes de Pilſtein, Ekkeperht Comes de Putene, Friderih de Loutesdorf & filij ejus Berhtolt & Otto, Rapoto de Chuleup, Otto de Burchſtall, Meginhart Euhſil & multi alij.. Acta ſunt hæc in monte Medelicenſi. Non multò poſt tempore prætaxatus Geroldus monitu Heinrici Epiſcopi prædium, quod fidelitati ſuæ commiſſum & delegatum fuerat, ad altare Beati Leonhardi Friſingæ, quod Epiſcopus conſtruxerat & dedicaverat I. Tale & utrumque Suarzahe legitimè delegavit. Teſtes hujus rei ſunt Chunrat Comes de Dachovve, Marchvvart de Moching & frater ejus Otacher, Aribo de Pruole, Iſinrich Camerarius, Chunrat de Heidolving. Udalrich de Harthuſen, Willibolt de Rubend. & filius ejus Gervvich & alij plures.

Ad NUM. MCCLXXXII. b.

OMnibus viventibus fixum ſit in memoria, quòd Heinricus Friſingenſis Epiſcopus comparavit duo prædia unum apud Meginbolteſperge, aliud apud Eberesdorf in ſuburbio I. in pedemontis à duobus fratribus viris nobilibus Goteſcalco & Wichardo. Tradiderunt enim illi præfata prædia rogatu Epiſcopi & delegaverunt in manum cujusdam nobilis de Uuſtrize, eo pacto, quòd ipſe delegaret, quocunque Epiſcopus petiſſet. Teſtes hujus rei ſunt Gerolt & frater ejus Eberhart de Bocheſrukke, Luitolt de Laſach & Dietrich & Ratherus, Wiulant & alij plures. Eandem traditionem præfatus Waltricus peticione Epiſcopi delegavit in manus Geroldi de Paingen. Ipſe autem ad altare S. Leonhardi Friſing. contradidit. Teſtes hujus rei ſunt Comes Chunradus de Dachovve & filius ejus Chunradus, Aribo de Pruole &c.

NUM. MCCLXXXIII.

NOtum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quia Dominus Otto de Sciran duo curtifera apud Ippinhovin cum tribus mancipiis Hemma & filiis ejus ad altare Sanctæ Mariæ Sanctíque Corbiniani in oblationem Fratrum tradidit, ea conditione, quatenus eadem poſt finem vitæ ſuæ alicui de Fratribus communi conſilio omnium committantur, qui in Anniverſario ejusdem Ottonis Fratribus competens inde exhibeat ſervitium. Si quis hoc infringat, proximus heres ipſius uno Biſuntico ſuper altare poſito eadem inde auferat, & ſuo juri vendicet. Hujus traditionis teſtes ſunt: Diemar & Uzi de Huſan & Dietrihc de Holzi, Tagino de Peroltisheim, Reginpoto & Nithart de Egvvile, Hebirhart de Neninpahc, Meginhart de Meiſaha. De familia Wolvolt de Lochchirichin, Fritilo de Heidolvingen, & Adalperht de Pettinprunno, Willipolt de Zelliſhuſin.

NOTA.

Uno Biſuntico. Moneta ſcilicet Biſontina, ſeu Veſontione, vulgò *Beſançon*, cuſa. Nummos olim, inquit Hofmannus, Veſontione percuti conſueviſſe ex auro, argento & ære conſtat, & fortè hinc *Chryſopolis* dicta, hæc & plura alia ille in ſuo *Lexico univerſali*. Hujus Monetæ mentio in ſequentibus ſæpiùs occurret.

NUM. MCCLXXXIII.

Traditio Prunichuſan.

QUidam nobilis vir Rudolf nomine cum Uxore ſua prædium ſuum Prunichuſan hobas III. ad Altare Sanctæ Mariæ in oblationem Fratrum tradidit. Teſtes nobiles Hoholt de Preittanprunnan, Anno de Paripingan, Udalrich de Wanichanpach, Heriman de Gamanolfisdorf. De familia Pezili de Pallanhuſan, Razo de Phehita, Aribo de Holtolfishuſan.

NUM.

Digitized by Google

NUM. MCCLXXXIV.

TRaditio prædij Kemnatun, quod quidam de familia Fratrum Cunradus nomine ad altare Sanctæ Mariæ & in oblationem Fratrum ea tradidit condicione, ne quisquam filiorum ſuorum, quos tunc habuit, vel poſtea habuerit de Uxore ſua Outa tollatur ab eo ad vitam ſuam, nevè poſt vitam ſuam cuiquam in beneficium vel pro commutatione tradantur extra Fratrum commune ſervicium. Summa prædij jugera XXIII. curtiferum I. totum quippe, quod aput eandem habuerat villam. Teſtes Iſangrim de Gieſinbach, Penno Cellenarius, Adalperht de Petinprunna, Pezili de Pallanhuſan, Lanzo Camerarius, Adalperht de Anherihuſan.

NUM. MCCLXXXV.

OMnibus hæc geſta ſit nota traditio. Nobilis quidam nomine Megingoz de Pocha delegavit prædium ſuum apud Dorfacharan ad altare Sanctæ Mariæ Sanctíque Corbiniani ad oblationem Fratrum tali condicione, quatinùs alicui de Fratribus illud omnium conſilio committatur, qui in anniverſario die ejuſdem Megingozi Fratribus in plenum ſervicium exhibeat. Quam traditionem, ſiquis infringat, proximus heres prædicti Megingozi prædium ſibi aureo nummo redimat. Teſtes de nobilibus Udalrich de Uſtin, Gerhart filius Hartmanni de Pucha, Rutperht de Steinheringan, Piligrim de Suabingan, Gozperht de Guntherisdorf. De familia Udalrich de Dorfacharan, Heriman de Sikkanhuſan, Hartuic de Winchilheim, Richilo, Engilrich.

NUM. MCCLXXXVI.

OMnibus hoc votum per ſecula ſit bene notum, quòd nobilis quædam femina nomine Truta prædium ſuum apud Iſſindorf delegavit Fratri noſtro Reginhalmo Presbytero tali condicione, quatinùs utens ipſe prædio in vita ſua poſt obitum ſuum pro animabus utriusque omnium parentum ſuorum delegaret ad altare S. Mariæ in oblationem Fratrum, tali videlicet tenore, ut alicui de Fratribus commiſſo ſingulis annis in anniverſario die debitum inde Fratribus exhiberet ſervitium, quam traditionem perſolvet Frater Reginhalm. Et teſtes ſunt de nobilibus Otto, Waltchon, Tiemar &c.

NUM. MCCLXXXVII.

HOc pateat cunctis præſentibus atque futuris, qualiter nobilis quædam matrona nomine Heilica prædium filij ſui Fratris noſtri Altmanni apud Alboltishovan ſitum delegavit pro ſua petitione poſt obitum ejusdem Fratris ad altare S. Mariæ Fratribus in oblationem, tali confirmans hoc intentione, quatinùs alicui de fraternitate commendatum ſemper in anniverſario filij ſui die congruum Fratribus exhibeatur ſervitium. Si verò talis conditio quolibet modo diſſiparetur ab ullo, proximus heres prædium redimat I. biſantio. Teſtes de nobilibus Tiemar, Werinheri, Uzi &c.

NUM. MCCLXXXVIII.

ATtendant memores præſentes atque ſequentes, qualiter Juvenis quidam nomine Altman de ſervientibus æccleſiæ prædium Fratris ſui Adalperonis Subdiaconi Fratris noſtri apud Ebingan pro ſua petitione poſt obitum ejusdem delegavit ad altare Sancti Martini in dextro latere Monaſterij, tali conditione, quatinùs proximus heres in cognatione Canonicus videlicet in Congregatione prædium illud ſemper habens in obedientia, Miſſas in omnibus feſtivis

Digitized by Google

diebus celebret vel celebrari faciat ad prædictum altare, paritèrque Fratribus in anniverſario die prædicti Fratris A. congruum exhibeat ſervitium. Quam traditionem ſi quis velit infringere, proximus heres de Laicis uno aureo denario ſibi redimat. Hujus rei teſtes ſunt de familia Fritilo de Haidolvingen, Iſinhart de Miltaha, Liutperht de Pacha. Suburbani: Chunrat, iterum Chunrat, Perichtolt &c.

NOTA.

In obedientia. Hinc *obedientialis* idem eſt ac *Chori diſtributor.* Unde Innocentius Papa III. apud Macros Fratres: *Singuli Canonici, qui ad matutinas ſurrexerint, accipiant per manus obedientialium, qui ad hoc fuerunt inſtituti, duos denarios.*

NUM. MCCLXXXIX.

PErcipiant dociles Domini quicunque fideles, quòd tres Germani ſervientes hujus æccleſiæ Waltman, Albrich, Einvvich de Paſtperch prædium Fratris ſui Geroldi apud Diaperhtiſchirichan ſitum V. videlicet hobas culti & inculti delegaverunt ad altare S. Mariæ Sanctíque Corbiniani pro anima ejusdem Fratris ſui G. qui ante introitum hujus Monaſterij III. Idus Julij die Dominica innocens occiſus eſt, fratribus ad oblationem, tali videlicet condicione, quatinùs ejusdem æccleſiæ Canonicus præfatæ cognationi proximus ſemper idem prædium in obedientia recipiens à Fratribus in anniverſario prædicti Geroldi die Fratribus oportunum adminiſtret ſervitium. Si quis autem Prælatus vel quisquis violenter prædium velit Fratribus alienare, proximus heres poteſtatem habeat redimendi biſancio. Teſtes de nobilibus: Udalrich. De familia: Adalperht, Odalrich frater ejus, Tiemo &c.

NUM. MCCXC.

IStius quivis memor extet traditionis, quia nobilis quidam Adalperht de Alboltiſhovan delegavit molendinum & pontem ſuum apud Crebin ad altare Sanctæ Mariæ Sanctíque Corbiniani poſt obitum ſuum Fratribus in oblationem, quatinùs aliquis de Fratribus in anniverſario ſuo congruum inde Fratribus adminiſtret ſervitium. Siquis hanc infringat conditionem, proximus heres V. denariis prædium redimat. Teſtes nobiles Sigifrit de Aſpach, Werinheri de Holzan. De familia, Hartuvvich, Fritilo, Willepolt, Otto, Rudolf, Wiſo, Ludovvich, Engilmar, Hezil.

NUM. MCCXCI.

AD noticiam Fratrum tam futurorum, quàm præſentium ſcriptis confirmavimus, qualiter Comes Otto de Sciran tradidit hobam unam Leron ad altare Sanctæ Mariæ Sanctíque Corbiniani in uſum Fratrum in illa die, qua de Sede Friſingenſis æccleſiæ perrexit Hieroſolimam, Abbate Prunone de Sciran adſtante, & capſellam ſignum peregrinationis illi dante, ea lege, ut ſingulis annis eisdem Fratribus congruum exhibeatur ſervitium. Hujus rei teſtes ſunt Hocholt de Wolmuteſaha & filius ejus Hohol, Wernher de Frichndorf & filius ejus Rutperht, Diemar de Ahloh, Marchvvart de Mochingen & frater ejus Otacher, Heberhart de Perichtriſh. Adalher de Walde. De familia, Gerolt de Wipinhuſan, Piligrim de Moſeburch, Heberhart de Hanginteheim, Sigihart de Hedalvingen, Prun de Wolvolteſtorf, Sinzo, Arnolt &c.

NOTA.

pag. 27. 28. *Abbate Prunone de Sciran.*, nempe Schyrenſi. De hoc Conradus in Chronico domeſtico hæc habet. *Anno Domini MCXI. Erchinboldus primus Abbas moritur, & Bruno à B. Wilhelmo Hirſaugienſi adhuc ſuperſtite tranſmittitur, Vir egregia nobilitatis, quippe qui filius mater-*

Digitized by Google

Matertera Henrici Imperatoris fuit. Hic rexit in Eiſenhoven per octo annos (ſub quo iterum cœnobij hujus facta eſt mutatio.) officioſiſſimè acceptus & charus tam Deo quàm hominibus. Qui inſuper præfuit in hoc loco Scheirn octo annos. Ita Conradus. Supereſt etiamnum prope vicum Eiſenhoven in colle adjacente pervetuſta S. Petri Eccleſia, in cujus ædificio veneramur veram & ſinceram antiquitatis monaſticæ ſpeciem. Is locus hodie appellatur Petersberg.

NUM. MCCXCII.

NOtum ſit omnibus tam futuris quàm præſentibus Chriſti fidelibus, qualiter quidam nobilis Herinmannus nomine prædium, quod apud Stritperch habuit, ſcilicet duas hubas ad altare Sanctæ Mariæ, Sanctíque Corbiniani delegavit, ea videlicet condicione, ut in anniverſario ejus confratribus ibidem miniſtrantibus congruum ſervicium exhibeatur. Et ſi hoc pactum irritum fiat, quilibet proximus ejus cum denario aureo ſibi hoc redimendi poteſtatem habeat. Hujus rei teſtes ſunt Hoholt de Wolmutesaha, Odalſcalch de Minigenhuſen, Ugo de Ruthmarſtorf, Rudeger de Gebeharteshuſen, Rachivvin de Gozzoltestorf, Cunrat & filius ejus Cunrat de Gampach, Dietmar de Welfingen, Cunrath de Velvven, Pabo de Chagalſtorf, Werinheri de Strazpach, Perichtolt de Eskilinpach. De familia, Wolfkoz de Rintpach, Engilmar de Haidolvingen, Cholo & frater ejus Otto de Peringen, Ruodolf de Svvindenhuſen.

NUM. MCCXCIII.

AD memoriam & noticiam tam futurorum quàm præſentium literis mandavimus, qualiter Reginhalm Presbyter & Frater noſter delegavit prædium ſuum, quod habuit Uroltishuſin ad altare Sanctæ Mariæ, Sanctique Corbiniani, eo tenore, quatinus in ſingulis annis in die anniverſarii ejus Confratribus congruum exhibeatur ſervicium. Hanc tradicionem legitimè confirmavit teſtibus præſcriptis: Udalrich de Harthuſin, Etich de Apatſtorf, Sigahart & Ludovvich de Haidolvingen, Cunrat de Suanhiltisdorf, Willibolt & Gervvich de Richandorf, Pabo de Prunnun, Chuoni de Taliham.

NUM. MCCXCIV.

NOtum ſit omnibus Chriſti fidelibus præſentibus & futuris, quòd Hoholt de Wolmutſaha tradidit duo curtifera, & ſecundam dimidiam hubam de Hunlinhuſin ad altare S. Mariæ Sanctíque Corbiniani, ea lege, quatinus unus ex Clero ejuſdem æccleſiæ in anniverſarii ſui die Confratribus ibidem miniſtrantibus dignum exhibeat ſervitium. Et ſi quis Prælatorum hanc legem mutando violaverit, proximus heres ejus cum aureo denario ſibi ſubjugandi poteſtatem habeat. Hujus rei teſtes ſunt, Otto Advocatus, Purchart Advocatus de Moſipurch, Heinrich & Udalrich de Sovinpurch, Adelpero & filius ejus Henrich de Waldo, Marchvvart & frater ejus Goteſcalch de Maripach, Herrant de Leron, Otto de Moſina, Henrich de Uadiesdorf, Sigoboto de Hartchirichin Engildio de Pacha, Willibolt de Rubandorf.

NUM. MCCXCV.

COgnoſcant Chriſti fideles, qualiter Egilolf de Iſmanningen tradidit duas nobiles hubas apud Rieman ad altare S. Mariæ Sanctíque Corbiniani, ea videlicet condicione, quatinus in ſingulis annis in Anniverſarij ſui die Confratribus congruum inde exhibeatur ſervitium. Hanc traditionem ſi quis mutaverit, proximus heres ejus cum aureo denario ſibi ſubjugandi poteſtatem habeat.

beat. Hujus rei teſtes ſunt, Sigihart & Cqunrat de Haidolfingin, Henrich de Iſmanningan, Eppo de Prunni, Hartvich de Hakshuſin, Udalſcalch de Altinhuſin, Immino & Pernhart.

NUM. MCCXCVI.

SCiant omnes Chriſti fideles, qualiter Egilolf de Buiren per manum fratris ſui Reginmari delegavit ad altare Sanctæ Mariæ Sanctique Corbiniani tale prædium, quale ei dederat Uxor ſua Hadamuot apud Zielashuſan pro anima ſua & pro anima Willihardi, qui, cùm prior maritus eſſet ejuſdem Hatmuodæ, illud idem prædium ei reliquerat, & etiam in extremis ſuis illam poſtulaverat, ſi orbata liberis ex hac vita migraret, illam eandem proprietatem ad altare *Sanctæ* Mariæ Sanctique Corbiniani traderet. Hanc traditionem ut ſupra notatum eſt, Egilolf per manum fratris ſui Reginmari perſolvebat præſente & ſuſcipiente ſine omni contradictione piiſſimo atque dulciſſimo Advocato Udalrico multis nobilibus, multisque ejuſdem æccleſiæ ſervientibus coram aſtantibus, qui omnes ejuſdem traditionis facti ſunt teſtes. Hoholt de Wolmuteſaha, Werinheri de Huſan, Diemar de Ahaloch, Guntpolt de Haganovva, Herrant de Leran, Tegano de Leran. De familia, Willipolt & filius ejus Gervvic, Udalrich de Harthuſan, Walchun de Haſilpach, Altman de Heidolvingen, Wolfgoz de Zollingan, Meginhart de Haga, Piligrim de Moſaburch, Godeſcalch de Pedinprunnen, Chunrat & frater ejus Fritilo de Suanihiltorf.

NUM. MCCXCVII.

NOverit omnium tam futurorum quàm præſentium ſollertia. qualiter Eppo de Sevvon prædium, quod in Ridingen habuit, ad altare Sancti Corbiniani fratribus ibidem Deo militantibus in uſum ſtipendij pro ſuo ſuorúmque remedio devote contradidit. Hujus rei ſunt teſtes. Werinheri de Frichendorf, Walrich de Walde, & filius ejus Kunrat de Suvanih̄. Iſinhart & filius de Miltahe, Goteſcalch de Petenbrunnen Engilſcalc de Pietendorf. Eberhart filius prædicti Epponis de Sevvon, Altman de Riſen, Gerolt de Wippenhuſen & filius ejus Diepolt, Eberhart de hanginten.

NUM. MCCXCVIII.

NOtum ſit omnibus Chriſti fidelibus, qualiter Marquardus devotus Sanctæ Mariæ Canonicus eccleſiam in Gundacherſtorf cum dote & decimatione per manum Kunradi de Dachove ad altare Sanctæ Mariæ legitimo jure contradidit. hoc pacto videlicet quantenus unus ex fratribus, qui eandem Eccleſiam conformi beneficio & bonæ vitæ teſtimonio poſſideat, congruum eiſdem ſervitium pro rerum copia & ſuo ſemper anniverſario quot annis exhibeat. Hujus rei teſtes ſunt. De nobilibus Comes Altmannus de Chregilingen, Volcholt de Frigilinḡ. & filius ejus Kunrad, Perinhart de Rorienm̄. Eberhart de Ehtirigeshuſ̄. & filius ejus Poto, Tagino de Leren, Reginbreht de Puriepach, Udalrich de Chrumbinpach Marquart de Orochingen. De familia Piligrim de Moſeburg, Gervvic de Rubend̄. Gebehart de Vureholzen, Wolfhart Horſcenḡ. Herrich de Mochingen. Sub eiſdem teſtibus tradidit & hobam dimidiam in Pabinhoven in ſubplementum prædicti ſervitij.

NUM. MCCXCIX.

NOverint omnes Sanctæ Matris æccleſiæ filij, quod Fridirich Presbyter familiaris æccleſiæ tale prædium, quale aput Khirichdorf & Nertingen habuit, abſque omni contradictione tradidit ad altare Sanctæ Mariæ, Sanctique

ctíque Corbiniani poſt vitam ſuam filijque ſui Fridirici Fratribus ibidem ſervientibus ad communem uſum ſtipendij, eo tenore, ut ſi quis illud infringat, proximus heres ipſius denario redimat. Hujus rei teſtes ſunt, Cuntpolt de Haginou, Sigihart de Heidolfingen & frater ejus Altman &c.

NUM. MCCC.

COgnoſcant omnes Chriſti fideles tam futuri quàm præſentes, qualiter ego Suitker indignus Sancti Andreæ Canonicus tradidi potenti manu & absque omni contradictione ad altare Sauctæ Mariæ Sanctíque Corbiniani in oblationem Fratrum duo mancipia Pezilinum & Heilvigam. Pezilinum quidem à Sorore mea Perhta emptum ea conditione in proprietatem ſuſceperam, ut poſt obitum meum ad prædictum altare Confratribus ibidem Deo militantibus V. nummos annuatim perſolvat. Heilvigam verò eisdem Confratribus annuum cenſum reddituram à Conſobrino meo Sigihardo juſta & beneplacita commutatione cum ancilla mea Wezala commutaveram. Teſtes de nobilibus Liutolt & frater ejus Goteſcalch &c.

NOTA.

Ancillæ nomine in ejusmodi Inſtrumentis intelligi mancipium, ſeu perſonam alterius ſervituti adſtrictam, jam ſæpiùs monuimus, & ex hoc Inſtrumento confirmamus.

NUM. MCCCI.

CErtum ſit omnibus tam præſentibus quàm futuris, quòd Comes Hartvvic prædium, quod habuit apud Perchoven ad altare S. Mariæ Sanctíque Corbiniani pro anima fratris ſui videlicet Altmanni Comitis per manum Ottonis de Moſene delegavit Fratribus ad oblationem tali videlicet conditione, quatenús Herrandus Canonicus & ejus Cognatus Herrandus & proximus eorum idem prædium in obedientia recipiens à Fratribus in anniverſario prædicti Altmanni die Fratribus oportunum amminiſtret ſervitium. Hujus rei teſtes ſunt de nobilibus, Eberhart de Pericheshuſen & filius ejus Poto. De familia Isinrich de Lochechirchen, Isinhart de Miltahe, Hainrich de Ismanningen, Sigehart de Haidelvingen, Gerolt de Wippenhuſen & filij ejus Detpolt & Horvvin &c.

NUM. MCCCII.

NOſcant cuncti, quòd Domnus Geroldus S. Viti Decanus tradidit ad altare S. Mariæ præſente Ottone ejusdem Eccleſiæ Advocato ancillam ſuam Wernburgam pro V. denariis in uſum Confratrum annuatim ſolvendis. Teſtes de nobilibus Wernheri de Frichndorf, Charl de Attirpach. De Miniſtris Isinrich Camerarius, Chunrat de Svvanibiltdorf, Eberhart de Humbilin, Chunrat & Piligrim de Paisingen, Gervvich de Rubindorf, Otto & frater ejus Sigihart.

Eadem condicione Fridirich de Humbilin ad prædictum altare quendam virum nomine Teotricum delegavit, ut poſt obitum ſuum eisdem Confratribus V. denarios annuatim perſolvat. Teſtes Hunger & Sororij ſui Hunger & Udalſcalch, Ebirhart, Engilmar, Wolfkoz.

NUM. MCCCIII.

NOtitia prædij Tierneshuſan, quod quidam Bero Friſingenſis Canonicus tradidit ad altare S. M. S. q. C. in oblationem Fratribus ibidem Deo ſervientibus pro ſua, parentúmque, & omnium debitorum ſuorum animabus, Teſtes ſunt Walchun de Haſalbach & filius ejus Walchun, Eberhart de Hangentinn. Hoholt & frater ejus Eberhart, Goteſcalch, Gerunch de Richtiſtorf.

Poſtea idem Pero in ſupplementum prænominati ad ſupra memoratum altare contradidit prædium apud Perchuſan adhibita & manu Herrici Presbyteri, ea lege, ut ex his duobus Turneshuſan videlicet & Perchuſan annuatim in feſto S. Thomæ Fratrum convictui ſervitium exhibeatur. Quæ allodia tali tenore Deo & Sanctis potenti manu delegata ipſe hoc pacto ſibi, præfatoque Herrico, & Ugoni conſanguineo, ac deinceps proximo inter Canonicam heredi præſtandum in beneficium recepit, quatinùs Fratrum ſervitium feſto jam dicto poſt obitum alterius alter amminiſtraturus ea poſſideat. Teſtes ſunt Goteſcalch de Petinprunnan, Heinrich de Iſmanningen & miles ejus Sefrit, Cunrat de Heidelvingen, Sighart de Miltaha. Huius villæ cives Arnolt, Sinzo &c. Udelſcalch de Uſinhoven, Cunrat de Imeſpahc. Tradidit quoque ſua & jam ſæpe dicti Herrici manu ad altare S. Thomæ prædium Wiholteſtorf eisdem teſtibus, & aſſumpto Erchanpoldo, hac tantúm conditione, ut Fratribus & pauperibus inibi Chriſti militantibus in prælibato ejusdem Sancti Patroni feſto à ſe, ſuisque præfatis ſtipendium, quod ipſe diſpoſuit, ſingulis annis perſolvatur, hoc eſt fratribus ſingulis panis I. Spelt. alter Silig. pulmenta II. de cerviſa emine II. pauperibus autem ſingulis panis I. pulmentum I. emina I. poſt mortem verò ipſorum prædictorum communi eorundem Fratrum & pauperum nihilominus uſui decrevit mancipandum.

NOTA.

Ad altare S.M.S.q.C. nempe ad altare Sanctæ Mariæ Sanctique Corbiniani.

Eminæ II. Quid ſit Emina, ſeu Hemina, fusè deducit Hæfftenus noſter in Diſquiſitionibus Monaſticis: ex quo tamen nullam certam menſuram noſtratem determinare poſſumus. Sunt, qui dicant, Heminam eſſe menſuram quandam, quæ contineat unam libram cum quarta parte alicujus liquoris. Cæterùm Vocabulum Hemina adhibitum fuit à S. P. Benedicto *cap. 40. v. 3.* ubi ait: *credimus, heminam vini per ſingulos ſufficere per diem.* Ex quo alij deducunt, heminam debere eſſe vaſculum, quod plus quàm unam libram cum quarta parte liquoris capere poſſit.

NUM. MCCCIV.

NOverint omnes tam futuri quàm præſentes, qualiter quidam Udalrich de familia Friſingenſi tradidit ad altare Sanctæ Mariæ, S. q. C. prædiolum apud Ottenhoven, quinque videlicet jugera in oblationem Fratrum. Teſtes ſunt Udalscalch de Altenhuſan, Udalrich de Uſten, Piligrim de Tuhingen, Richeri, Mazili de hac villa.

NUM. MCCCV.

COgnoſcant omnes Chriſti fideles tam futuri quám præſentes, qualiter quædam nobilis femina nomine Hizivvib de Pillenhoua tradidit ad altare S. Mariæ, Sanctíque Corbiniani cum manu viri ſui Richfridi ejusdem æccleſiæ famuli, quicquid proprietatis in eodem loco habuit ad communem uſum Fratrum inibi Deo famulantium præſente ejusdem æccleſiæ Advocato Perinhardo. Hujus rei teſtes ſunt Guntpolt de Hagenoua, Werinheri de Frichenđ. Hoholt de Wolemoteſaha, Walchun de Ovenſteten. De familia Geruvich de Miltaha, Pezili de Ihſendorf, Fritilo & Mahtuni de Heidolf, Penno & filius ejus Sigihart.

NUM. MCCCVI.

NOverint omnes, qualiter Ribheri de Horskenhoven & filius ejus Heinrih tradiderunt ad altare Sanctæ Mariæ Sanctíque Corbiniani prædium ſuum in Eberſpach ſitum poſt vitam Adalberti Canonici ad communem uſum Fratrum, Ottone Advocato præſente & ſuſcipiente. Teſtes Udalſcalch de Walhesħ. Ruodolf de Notzesh. Iſenrih & Rahivvin de Loocħ. Eberhart & Sigihart de Hanḡ. Sigiboto & Einvvich de Hittenfurt, Heinrih & filius ejus Heinrih de Iſenm̄.

NUM.

Digitized by Google

NUM. MCCCVII.

NOtitiæ poſterorum per ſcripta mandavimus, qualiter Luetolt & Gotſcalh de Levvaneſtorf delegaverunt ad altare Sanctæ Mariæ Huobam unam aput Heitungesperc cum tribus mancipiis videlicet Reginberto, Judita & Giſila poſt obitum eorum in communem uſum Fratrum cedentia. Hujus rei teſtes ſunt, Chunrat & Sigihart, Udalſcalch, Udalrich de Euſtin, Wiſo, Piligrim de Cellenſ̄. Egilvvart &c.

NUM. MCCCVIII.

NOverint omnes, qualiter Otto de Riholfesdorf prædium Geroldi, quod habuit in Harthuſen rogatu ejusdem ad altare Sanctæ Mariæ in oblationem Fratribus ibidem Deo ſervientibus potenter contradidit, ut videlicet Hartvvicus Canonicus, & poſt eum proximus in eadem Congregatione conſanguineus Fratrum inde diſpenſator exiſteret. Hujus rei teſtes ſunt Pabo de Prunnen, Walman de Paſtperch, Sigiboto & frater ejus Volchart de Harth̄. Geruvich de Rubend̄. Ruodolf de Pubenſ̄. Rantvvich de Aungen, Dietmar de Wintpozing. Otto.

NUM. MCCCIX.

NOverint omnes Chriſti fideles tam futuri, quàm præſentes, qualiter quidam nobilis nomine Gerhart de Winchilheim prædium, quod in Veltmochingen habuit pro anima ſua ac Patris ac Matris ſuæ Fratribus in oblationem ad altare Sanctæ Mariæ contradidit. Hujus rei teſtes ſunt Chadalhoh & Hartlieb milites. De miniſtris æcclesiæ Wolfhere de Pacheren, Heinrica de Iſenmanningen, Walchun de Zolling̃. Degenhart de valle. Guntperht & Hartlieb de Riſen.

Sub eodem tempore quidam Adalperht cæcus de Truhtheringen tradidit ad prædictum altare eisdem Fratribus in oblationem prædium, quod in eodem loco habuit. Teſtes de familia æccleſiæ Wolfhere de Pach̄. Mahtuni de Marzil̄. De Suburbanis Arnolt longus, Riheri & frater ejus Mazili, Wolfolt Skillinch.

NUM. MCCCX.

CErtum ſit omnibus Chriſti fidelibus futuris & præſentibus, qualiter quædam nobilis femina Adellint prædium quod in ſua poteſtate habuit apud Viehte ſine omni contradictione ad altare Sanctæ Mariæ, Sanctique Corbiniani ad ſervitium Fratrum delegavit, & ſe poſſe hoc poteſtativè facere ſubterſcriptis teſtibus & omni jure confirmavit. Berenhardus Comes de Scirin, Purchardus Mosburgenſis Advocatus, Chuno junior de Megelingen, Gerolt de Odmarshart, Werenhere de Geppenhaim. Miniſtri ejusdem Eccleſiæ Gervvic de Rubendorf, Wolfger de Pertniche, Dietrich de Herdieshuſen. Miniſtri Palatini Comitis, Heinrich Sibinhar, Ortolf de Holzhuſen, Gotefrit Miterſtain, Hartvvic de Herdieshuſen, & quidam miniſter Patavienſis Eccleſiæ Dietrich de Werde.

NUM. MCCCXI.

NOverint omnes Sanctæ Matris æccleſiæ filij, qualiter Fritilo de Altenhuſen delegavit ad altare Sanctæ Mariæ Sanctique Corbiniani prædium apud Itzilingen ſitum in communem uſum fratrum inibi Deo ſervientium, Ottone Palatino Comite præſente & ſuſcipiente. Teſtes Udalſcalch de Walheshoven, Rihheri de Horſch̄. &c. Heriman Fuoz, Werinhart de Metenpah, Gervvich & fratres

Digitized by Google

fratres ejus Adalolt, & Udalrich de Chamara, Arnolt de Paharen, Sigifrit Atterſtein & frater ejus Werinheri, Adalbero de Briſing̃.

NUM. MCCCXII.

AD commendandam poſteris hujus rei noticiam literis ſubnotavimus commutationem prædij in domo Sanctæ Mariæ altaris videlicet S. Crucis. Communi itaque conſilio Clericorum & Laicorum ac Domno Ottone æccleſiæ Advocato in idipſum conſentiente venerabilis Presbyter ac Parrochianus Chuno in omnibus utilitati æccleſiæ conſulens prædictum prædium Rihenpach ſitum vendidit, & accepto pretio ex ſua parte adaucto comparatum a Domno Abbate Madalhartesdorf aliud prædium in loco Nivenhuſen dicto. Tradidit namque prædictus Abbas cum manu Advocati ſui Ducis Heinrici idem prædium in manum nobilis viri Aribonis ſcilicet de Pruoli ea condicione, ut ipſe delegaret, quo Domnus Chuono peteret. Et hoc iſtis teſtibus confirmavit. Purchart de Moſapurch, Adalpero de Pochesperch, Friderich de Pruccaperhc, Megingoz de Altdorf, Dietmar de Ergolting.

Poſtea idem Aribo commonitus & rogatus à Domno Chuonone tradidit prædictum prædium ad altare Sanctæ Crucis Matricis æccleſiæ Friſingenſis, ea videlicet ratione, ut quamdiu viveret Domnus Chuono reditus ex eo acciperet, ac poſt ipſum quilibet ſuccedens Parrochianus. Hujus rei teſtes ſunt ſæpe dictus Aribo de Pruoli, Udalſcalch de Walteshoven, Otto de Iringespurg, Adalhart de Priſingen, Geruvich de Rubendorf, Heinrich de Wofesdorf.

NOTA.

A Domno Abbate Madalhartesdorf, nempe Mallerſtorffenſi. Præfuêre autem tempore Henrici Friſingenſis Epiſcopi ei Monaſterio Burkhardus & Eppo, de quibus agit Gevvoldus in *Addit. ad Hund. Metrop. Tom. 2. pag. 463.* ad utrum horum hoc Inſtrumentum pertineat, non definimus.

NUM. MCCCXIII.

NOtum ſit omnibus Chriſti fidelibus tam futuris quàm præſentibus, qualiter domnus Hodalricus Advocatus æccleſiæ noſtræ tradidit ad altare S. Mariæ Sanctíque Corbiniani Imichinhovin cum adjacentibus bonis in oblationem Fratrum ibidem Deo ſervientium, ea conditione, ut fructus ille dividatur fratribus ad placitum. Iterum idem Advocatus Hodalricus tradidit ad prædictum altare eiſdem Fratribus munitionem, quæ vocatur Zimuvaſin, vel Werda cum adjacentibus bonis I. curtiferum unum aput Ridigan cum mancipiis curtiferum unum & dimidiam hobam aput Cuntheringen cum mancipiis & molendinum unum poſt obitum Piligrimi curtiferum unum & hobam apud Ebroltiſtetin cum mancipiis, quatinùs in anniverſario præfati Udalrici competens ſervitium prædictis Fratribus tribuatur. Hoc autem totum factum eſt in præſentia fratris ſui Ottonis laudante & conſentiente hanc eandem fieri traditionem: & ipſe primus teſtis. Hi ſunt teſtes, Otto frater Advocati, iterum Comes Otto de Sciren, Comes Ekkiperht, Werinheri de Friechendorf, Herrant de Leran, Meginhart de Adilungiſtorf, Guntpolt & filius ejus Guntpolt de Haginoua, Otachar de Marchpach, Adalperht de Tanna, Magnus de Lochuſin, Aribo de Pruolt, Diemar & filius ejus Diemar de Huſin, Ansfrit & Wezil de Tuopencheim, Altuom de Reginhartisdorf, Pernger de Grazza, Engilperht de Haimperhtishoven, Purchart de Purchſtal, Eberloc de Sentilingen, Pernhart de Erpfenprunnen, Tagino de Leren, Sigihart. De familia, Udalric de Harthuſin, Piligrim de Moſaburc, Willihelm de Rubindorf, Engildieo de Pacha, Ruotlant de Pubenhuſin.
Eppo, Wolfkoz de Zollingan.

Digitized by Google

Inſtrumenta ſub Ottone I.
Epiſcopo Friſingenſi XXII.
NUM. MCCCXIV.

OTto Dei gratia Friſingenſis æccleſiæ miniſter indignus omnibus ad quos pervenerint litteræ iſtæ notificamus, qualiter quidam Presbyter nomine Ernoſt cum germanis ſuis Laicis à quibusdam æccleſiæ noſtræ invaſoribus tyrannica dominatione contra fas oppreſſus, & injuſta ſubactione ſervituti violenter addictus ad conprobandam conditionis ſuæ juſtitiam Sedem noſtram adire compulſus eſt, ubi indiciis ſatis evidentibus, & compluribus cognationis ſuæ teſtibus, ſe eſſe ex eorum ordine, qui Miniſtri vocantur æccleſiæ coram nobis legitimè comprobavit. Nos itaque pro jure noſtro eidem Clerico, ſuisque fratribus, ac duobus amitæ ſuæ filiis ſui juris integritatem banno firmavimus, & ne quis ulteriùs illis jus ſuum aliquo modo præſumat infringere ſub anathemate interdiximus. Quapropter ad commendandam poſteris hujus rei noticiam litteris mandari, & easdem Sigillo noſtro ſignari præcepimus. Quod quidem Friſingæ factum eſt anno dominicæ Incarnationis MCXXXVIIII. ſub Papa Innocentio & Romanorum Rege ſecundo Chonrado. Hujus rei ſunt teſtes Domnus Hoholdus Præpoſitus, Adalbertus Decanus, Herricus Archidiaconus, Chuno Parrochianus, Heinricus Theſaurarius, Pernhardus Skirenſis. De nobilibus Eberhardus de Herrenhuſen, Pernhardus de Riuthe, Aribo de Prule. De Miniſterialibus Vicedominus Rudolfus, & Dapifer Waldmannus, Isanrich Camerarius & filius ejus Heinricus, Chonradus & Altmannus de Heidolfingen, Sigihardus de Bacharn, Wolfheri de Packarn, Eberhart de Hangeheim, Geruvich de Pubendorf & frater ejus Heinrich.

NUM. MCCCXV.

NOverit omnis fidelium populus, qualiter Domnus Wichmannus Præpoſitus de S. Andrea egritudinis moleſtia devictus, profeſſionémque monaſticam in hoc Monaſterio faciens ad altare Sancti Stephani ſecum obtulerit tale prædium, quale habuit in loco Holzen delegans id ſub horum teſtimonio, quorum hæc ſunt nomina: Kuonradus de Haidolphingen frater ipſius, Fritilo de Unzinchoven, Gotpolt & Ekkeharth de Lengindorf, Willibolth de Giſilbach, Sifrith de Walde, Elbvvin de Fehach, & alij quam plures.

NOTA.

Hoc Inſtrumentum deſumptum eſt ex Libro Traditionum Weihenſtephanenſium, ubi habetur *fol. 58. b.*

NUM. MCCCXVI.

DOmino venerabili O. Sancte Friſingenſis Eccleſie Antiſtiti, C. Salzburgenſis Eccleſie qualiscunque Miniſter cum oratione ſervitium devotum. Petitio veſtra durè in auribus noſtris ſonuit, dum ad perfectum intellecta non fuit; ſed poſtea conſiderantes rei veritatem, verborùmque virtutem, quàm integra & rationis plena fuerit, ſatis enituit, Acceſſit quoque verbis noſtris ſtudium fidelium noſtrorum, quorum conſultu didicimus in hac repetitione nichil Eccleſiæ noſtræ deperire, nichil decreſcere, maximè, cùm juſtitiam, quam repoſitis, nobis in Eccleſia veſtra inviolabiliter ſervetis. Ne ergò exemplô noſtrô alii peccent, & per hoc Eccleſia diſtracta detrimentum patiatur, concedimus vobis auctoritatem inveniendi, ac mittendi Presbyteros, ut inveſtiantur à nobis, & quicquid in æccle-

ſiis de jure feudi legittimè poſſidere debetis, vobis benignè remittimus, harum integritatem ſic perfectè reformamus, ut nobis de juſtitia veſtra nichil reſervemus, ſed in eo ſtatu eas manere permittimus, in quo illas ab Anteceſſoribus noſtris & veſtris locatas eſſe didicimus. Decernimus quoque, ut Eccleſia, quæ prius Mater fuit, ac plebem habuit, adhuc materno jure potiatur, illa verò, quæ legittimis caruit, denuò conſecretur, vel quòd violata non ſit, legittimè comprobetur.

NUM. MCCCXVII.

NOtum ſit omnibus Chriſti fidelibus tam futuris, quàm præſentibus, qualiter quidam Miniſterialis Sanctæ Mariæ Willibolt nomine de Wippenhuſen tradidit ad altare Sancti Stephani protomartyris Chriſti curtiferum apud Rihkerespach, eo tenore, quod ipſe curtiferum in beneficiali jure poſſideret. Obeunte autem illo filius ejus Gerolt aliud curtiferum in Liutperhteshuſen ſuper idem altare contradidit, ea conplacitatione, quòd ipſe cum duobus Succeſſoribus ſuis filio ſcilicet ſuo ac nepote prædictum curtiferum in Wippenhuſen abſque omni ſervitio poſſideret. Defuncto verò Geroldo filius ejus Dietpolt tradidit ad prædictum altare duo proprietatis ſuæ curtifera, unum apud Isenmaningen, & alterum apud Truhtheringen, & molendinum unum apud Vetingen, quod ipſe ab Epiſcopo in beneficium habebat, & ab ipſo donari ad prænominatum altare impetravit, & ſic tandem maximo labore prætexatum curtiferum apud Wippenhuſen in proprietatem ſibi commutavit. Hæc conplacitatio facta eſt anno Incarnationis Dominicæ MCXLI. præſente & hanc complacitationem confirmante Domno Ottoni venerabili hujus Sedis Epiſcopo, & Sigimaro prædicti protomartyris Abbate. Hujus rei teſtes ſunt de nobilibus Heinricus Comes de Wolfratehuſen, Berichtolt Comes de Tieroles, Perinhart de Wilheim, Marachuvart & frater ejus Otacher de Mohingen, Berihtolt de Yffelendorf, Rutperht de Frichendorf, Wolftrigil de Heimperhteshuſen. De familia Sanctæ Mariæ Yſenrich Camerarius & filius ejus Heinrich, Waltman & frater ejus Rudolf de Paſtperch, Chunrat & Ludouvich de Heidolfingen, Geruvich de Rubendorf, Rudolf & frater ejus Rutlant de Pub. Regenmar, & Ortolf, & Fritilo de Unzinch. Altman de Haſelpah, Wolfheri & Sigifrit de Wolfoltesdorf, Goteſcalh de Petenprunn, Lieder & filius ejus Engiluvan de Ahidorf, Engildio & filius ejus Aribo de Paha, Eberhart & filius ejus Heribort de Hang. Wolfhart de Pahen, Einuvich & frater ejus Heinrich de Hittenſ. Chuonrat de Veringpah, Fritilo de Gugenb. Chuonrat de Pub. Aribo & filius ejus Werinh. de Humperhtesh. Dietmar, & Uodalſcalch, & Sigiboto de Zielesh. Dietpolt de Sindesh. Sigiboto de Marzilingen, Adalperht, Rorſpato, Yſengrim de Pub.

NUM. MCCCXVIII.

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Ego Otto Dei gratia Friſingenſis Eccleſiæ Præſul. Utilitati & commoditati Religioſorum conſulere volens quoddam concambium cum Sigmaro Abbate Sancti Stephani feci, noſtris quidem Succeſſoribus futurum utilius, ejusdem verò Monaſterij Fratribus pro locorum munitate commodius, tribuens ejusdem Monaſterij Fratribus, quicquid in Vetting ad Epiſcopales redditus pertinuerit cum nemoribus & pratis ad eandem villam pertinentibus, omnibus cultis & incultis, quæſitis & inquirendis. Præterea tradidi curtem pontis, quæ dicitur Heychor cum omnibus ad eandem curtem pertinentibus, excepto ponte, quam curtem prius eisdem Fratribus in beneficium conceſſeram. Tradidi etiam prata ultra pontem ſita, omnia videlicet, quæ non inbeneficiata erant. Econtra præfatus Abbas cum ejusdem Fratribus in reconpenſationem tradiderunt in Geysilingen quatuor cur-

tes

Digitized by Google

tes cum duobus manſis & dimidio cum omnibus ad hæc jure ſpectantibus. Inſuper curtem in Marcelingen & molendinum & pratum juxta nemus Pircha dictum, & in Moſpurg domum cum fundo. Poſtea ut Scandalum tolleretur imposterum, propter ſtabilitatem concambij remiſerunt prædicti Fratres prata ultra Yſram ſita, quæ vulgariter Widerlon dicuntur, præter ſupra dicta prædia tradiderunt idem Fratres curtem Aschinhauſen dictam juxta ſtagnum Wirmſe cum pratis & nemoribus ad hanc ſpectantibus. Ego verò eisdem Fratribus remiſi pratum, quod ante dederant juxta nemus Pircha ſitum. Hæc autem commutatio legittimè confirmata eſt præſentibus & aſſenſum præbentibus de Clero Nonhaldo Præpoſito & Chunnone Decano, Herrando Archidiacono, Heinrico Præpoſito, Wichmanno Præpoſito, Engelſcalcho Scolaſtico cum ceteris Matricis Eccleſiæ Canonicis. De Laycis nobilibus Arnoldo Comite de Dachavve, Ottone de Irrengſpurg & ceteris in brivilegio ſcriptis. Anno autem Incarnationis Dominicæ MCXLIII. Anno autem Domini Ottonis venerandi Epiſcopi IIII. acta ſunt &c.

NOTA.

Hoc, & ſequens Inſtrumentum ex Membranis Weihenſtephanenſibus exſcripſimus.

NUM. MCCCXIX.

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Conradus Divina favente clementia Romanorum Rex ſecundus. Religioſorum petitionibus aures accommodare pietatis, & quæ ad Dei cultum pertinent ſummô benivolentiæ ſtudiô promovere, regiæ liberalitatis eſt, cujus honor judicium diligit, unde in æterna vita condignam bonæ mercedis retributionem, & in temporalis regni adminiſtrationem, gloriam nobis accreſcere confidimus. Ea propter omnis tam futurorum quàm præſentium noverit induſtria, quòd Vir venerabilis Otto Friſingenſis Eccleſiæ Epiſcopus noſter Germanus Celſitudinem noſtram adiens humiliter petiit, quatenus concambium, quod inter ipſum & Sigmarum venerabilem Abbatem Eccleſiæ S. Stephani Protomartyris de quibusdam poſſeſſionibus eorum factum eſt noſtra Regia auctoritate confirmaremus. Dedit autem idem venerabilis Epiſcopus Otto præfato Abbati ejúsque Succeſſoribus villam, quæ dicitur Vettingen cum omnibus ſuis pertinentiis, & curtem unam, quæ apud Hutechar, pro quibus à prædicto Abbate recepit poſſeſſiones ſubſcriptas, id eſt, Giſelingen, Marcellingen unà cum molendino, & unam curiam Werenſe, & dimidium manſum apud Humblen, & curtem unam Moſpurch. Nos igitur petitioni utriusque aſſenſum præbentes decernimus, quatenùs præfatas poſſeſſiones inmobili ſtabilitate Friſingenſis Epiſcopus, qui pro tempore fuerit, teneat, utatur ac diſpónat, nihilominus Abbas Eccleſiæ Sancti Stephani præſcripta bona & poſſeſſiones ſub ſuæ dominationis jure obtineat, quomodo de his omnibus legitima transactio coram nobis facta eſt. Ut autem hujus noſtræ confirmationis pagina firma & inconvulſa omni deinceps tempore permaneat, Sigilli noſtri impreſſione eam inſigniri juſſimus manúque propria corroborantes idoneos teſtes ſubnotari fecimus, quorum nomina hæc ſunt, Fridericus Magdeburgenſis Archiepiſcopus, Eilbertus Babenbergenſis, Embrico Wirzeburgenſis, Heinricus Ratisponenſis Otto Warmul. Sifridus Spirenſis, Chunradus Marchio, Albertus Marchio, Otto Palatinus Comes de Witeleinespach, Fridricus Ratisponenſis Advocatus, Geverhardus Comes de Sulzpach, Fridericus Dux Svvevorum, Gotfridus Præfectus de Nurinberch. Signum Domini Cunradi Romanorum Regis ſecundi, Anno Dominicæ Incarnationis MCXLIIII. Indict. VI. regnante Cunrado Romanorum Rege II. anno verò Regni ejus VII. data Babenberg in Chriſto feliciter amen.

Digitized by Google

NUM. MCCCXX.

Privilegium Eugenij Pape.

EUgenius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis Sigimaro Abbati Monaſterij Sancti Stephani Friſinge, ejusque Fratribus tam præſentibus, quàm futuris regularem vitam profeſſis in perpetuum. Quoniam ſine vere cultu religionis nec caritatis unitas poteſt ſubſiſtere, nec Deo gratum exhiberi ſervicium, expedit Appoſtolice Auctoritati religioſas perſonas diligere, & earum quieti auxiliante Domino providere. Ea propter dilecti in Domino filii veſtris juſtis poſtulacionibus annuimus, & prefatum Sancti Stephani Monaſterium, in quo divino mancipati eſtis obſequio ſub Beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti Privilegio communimus, ſtatuentes, ut quascunque poſſeſſiones, quecunque bona inpreſenciarum juſtè & canonicè poſſidetis, aut in futurum conceſſione Pontificum, liberalitate Regum, largicione Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis preſtante Domino poteritis adipiſci, firma vobis veſtríſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant, Monaſterium Beati Stephani cum poſſeſſionibus, in quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis, & omnibus appendiciis ſuis, Eccleſias, decimas, poſſeſſiones, beneficia miniſterialium, que vobis à Venerabili Fratre noſtro Ottone Friſingenſi Epiſcopo, & Predeceſſoribus ejus racionabiliter conceſſa & data ſunt, concambia, que inter vos & eundem Epiſcopum veſtrum de Vettingen & aliis, que racionabiliter conceſſa & facta ſunt. Prohibemus inſuper, ut nullus poſt factam profeſſionem absque Abbatis & Fratrum ſuorum licencia ab eodem Monaſterio præſumat recedere. Sepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe concedimus, ut illorum, qui ſe illic ſepeliri deliberaverint, devocioni & extreme voluntati, niſi fortè excommunicati ſint, nullus obſiſtat, ſalva juſticia Matricis Eccleſie. Sané laborum veſtrorum, quos propriis manibus colitis, ſive de nutrimentis animalium veſtrorum, nullus Clericus, vel Laycus à vobis decimas exigere preſumat. Obeunte vero te nunc ejusdem loci Abbate, vel quolibet tuorum Succeſſorum, nullus ibi qualibet ſurreptionis aſtucia ſeu violencia preponatur, niſi quem Fratres communi conſenſu vel Fratrum pars conſilij ſanioris ſecundùm Dei timorem & Beati Benedicti regulam providerint eligendum. Decernimus ergo, ut nulli omninò hominum liceat locum temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones aufferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur, eorum, pro quorum gubernatione & ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura, ſalva Sedis Apoſtolice auctoritate, & Dyoceſani Epiſcopi canonica juſticia & reverencia. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſecularíſve perſona hujus noſtre conſtitutionis paginam ſcienter contra eam temerè, ſecundò, terciòve commonita, ſi non reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis honoríſque ſui dignitate careat, reamque ſe Divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à Sacratiſſimo corpore & ſanguine Dei & Domini Redemptoris noſtri Jheſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtricte ultioni ſubjaceat; cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jheſu Chriſti, quatenùs & hîc fructum bone actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem premiâ eterne pacis inveniant. Amen.

Ego Eugenius Katholice Eccleſie Epiſcopus ſſ.
Ego Humbaldus Presb. Card. SS. Johannis & Pauli ſſ.
Ego Otto Card. Diac. S. Georij ad velum aureum ſſ.
Ego Wido Presb. Card. S. Laurentij & Damaſi ſſ.
Ego Octavianus Diac. & Card. S. Nicolai ſſ.
Ego Jacintus Diac. Card. S. Marie in Cosmidin ſſ.
Ego Cinthius Diac. SS. Sergi & Bachi ſſ.

Data

Data Verville per manum Roberti Sanƈte Romane Eccleſie Presb. Card. & Cancell. VII. Idus Decembris Indiƈt. VIIII. Anno Incarnationis Dominice M. C. XV. Pontificatus verò Domini Eugenij Pape in anno primo. amen.

NOTA.

Anno .... MCXV. Legendum eſt: Anno MCXLV. qui fuit Eugenij III. Papæ primus, & poſt menſem Septembrem cum Indiƈtione VIIII. concurrebat. Videatur Pagius. Itaque librarius lapſus eſt.

NUM. MCCCXXI.

Commutatio Mancipiorum.

IN Dei nomine. Placuit atque convenit inter magnificum Friſingenſis Eccleſiæ Antiſtitem Dominum Ottonem, & venerabilem Abbatiſſam Patavienſis Cenobij Dominam Adelheidem quandam commutationem facere, ſicut & fecerunt. Tradidit enim Epiſcopus & per manum Advocati ſui Walthuni de Machlande ſine contradiƈtione delegavit ad præfatum Cenobium quædam mancipia, videlicet Liutkardam de Enſe & Sororem ejus Methildem cum filiis & filiabus omníque poſteritate earum, eo tenore & jure, ut ſicut Epiſcopo ad cameram ſuam ſervierunt, ita exinde cameræ jam diƈtæ Dominæ A. ſibique regulariter ſuccedentium deſerviant. Econtra præfata Matrona tradidit ac per manum Advocati ſui Gebehardi Comitis de Sulzpach legitimè Epiſcopo delegavit quandam feminam Richkardam nomine cum filiis & filiabus omníque Poſteritate earum, ea conditione, ut ſicut antea Capellæ ſuæ Houechirichen cenſum quinque denariorum ſingulis annis perſolvebant, ita de cetero eundem tantummodò cenſum Epiſcopô Friſingenſi in Cena Domini ad Mandatum & miniſterium pauperum ſine querula perſolvant. Hæc aut commutatio ſive concambium aſſenſu Cleri, Sanƈtimonialium, & favore familiæ utriusque partis perfeƈta eſt, & præſente ac annuente Sereniſſimo Romanorum Rege Chunrado ſecundo in conſpeƈtu Principum ac totius Curiæ apud Ratiſponam privilegiis confirmata & conſcripta, ut uterque, quod accepit, teneat atque irrefragabiliter in perpetuum poſſideat. Teſtes de Curia ſunt iſti: Heinricus Ratiſponenſis Epiſcopus, Reginbertus Patavienſis Epiſcopus, Eberhardus Pabinbergenſis, Gebehardus Eiſtetenſis, Altmannus Tridentinenſis. De Laicis Principibus, Fridericus Ratiſponenſis Advocatus, Heinricus Urbis Præfeƈtus & frater ejus, Poppo & Berhtolt Comites de Andehs, Hartvvicus Comes de Pogine, Dietpaldus Junior Marchio de Voheburch, Otto filius Ottonis Palatini Comitis & multi alij Principes, & nobiles, quorũm nomina longum eſt enarrare. Porro eorum teſtium, qui huic negotio familiariter interfuerunt, hæc nomina ſunt: Junior D. Marchio de Voheburch, Chunrat de Piburch, Waltchun de Grieſpach, Wernher de Meminchoven, Berhtolt de Scam͠m. Erchanperht de Hanenpah. Hi omnes milites Gebehardi Comitis. De noſtris, Albertus de Moſeburch & frater ejus Burchart, Iſinricus Camerarius, Friderich de Haga, Chunrat de Heidolvingen, Geruvich de Rubendorf, Rudolf & frater ejus Rutlant de Pubenh. Eberhart de Werde, Gotefrit Pincerna, Hereuvich, Friderich, Rudiger. De familia Patavienſi, Robertus, Marchvvart, Adelperht, Piligrim, Marchvvart, Eckihart, Enziman & plures alij. Aƈtum Ratiſponæ & in celebri curia terminatum. Anno Dominicæ Incarnationis M. C. XL. VII.


NOTA.

Patavienſis Cenobij. nempe Nidernburg, ubi moniales Ord. S. B. hodiéque Deo ſerviunt.

NUM. MCCCXXII.

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. *Otto* Dei gratia *Friſingenſis* Epiſcopus Venerabili Sorori *Walpurg Chyemenſis* Cœnobij Abbatiſſæ, ſibíque ſuccedentibus regulariter ſubſtituendis in perpetuum. Quæcunque pietatis & religionis intuitu Sacris locis ſubſidia conferuntur, pium eſt, ut ea illis ſtabilitate confirmentur, ne in poſterum aliqua tergiverſatione valeant perſtringi aut in irritum revocari. Ea propter dilecta in Domino ſoror *Walpurgis*, decimas quas bonæ memoriæ *Mathilde* Abbatiſſæ, quæ cœnobium cui tu in præſentiarum præſides ante te regebat, recognovimus & conceſſimus duas videlicet partes in Eccleſia *Buech*, duaſque in Eccleſia *Palding* tibi quoque poſſidendas, ob amorem beatiſſimæ Dei genitricis & Virginis. Cujus obſequio tu tibíque commiſſa jugiter invigilare debetis. Recognoſcimus & concedimus præſentíſque ſcripti privilegio communimus, ſtatuentes ut nemo deinceps vobis eas auferat aut diminuat, ſed integrè vobis, illibatéque, veſtris veſtrorùmque idoneis uſibus jugiter profuturæ. Præterea quod de rebus tui Monaſterij noſtræ Eccleſiæ devote contraditum eſt, videlicet unus cruciferus apud Häching cum molendino, aliiſque pertinentiis, & alius apud *Pergaren*, nos benignè ac ſine venalitatis cujuſpiam vitio aut commertio ſuſcipimus. id præſenti ſcripto poſteri innuentes, quod ſolo timore Dei & intuitu Religionis *Chyemenſis* Monaſterij iſtam hinc inde donationem potius quàm concambium fieri conceſſimus. Ut autem hujus noſtræ benignitatis conceſſio futuris ſemper temporibus firma & inviolata permaneat, literis eam notari & Sigilli noſtri impenſione ſignari fecimus, teſtibus qui præſentibus aderant ſubnotatis: quorum hæc nomina ſunt Ulricus Decanus Magiſter Scholarum, Engilſcalcus, Hoholdus Præpoſitus de Yſine, Albinus Præpoſitus Moſeburch, Otto Præpoſitus Sancti Andreæ, Hermannus Præpoſitus de nova Cella, Hugo Præpoſitus de Garze, Albertus Sacriſta, Rudolfus Diaconus, Dietmarus Decanus Sancti Andreæ. De Laicis iſti: Chunradus de Dachavve Dux Croacie Dalmatiéque. De Miniſterialibus Heinrich de Lothrich, Waldman de Paſtlem, Chonrat de Heidolfing, Rudolf de Puchenhavvien & frater ejus Gervvich, Engilvvan de Achdorff, Gottefridus Herevvitus, & multi alij, Guntherus Abbas de Minſter, Lotharius Abbas de Rothe.

Signum Domini *Ottonis Friſingenſis* Epiſcopi.



Datum *Friſingæ* per manum Rathunic Notarij, Anno ab Incarnatione Domini MCLIV. Indictione II. Anno Domini *Ottonis* Friſingenſis Epiſcopi XVI. feliciter amen.

NOTA.

Hoc Inſtrumentum nobis exhibet Gevvoldus in *Additionibus ad Hund. T. 2. pag. 243.*

NUM.

Digitized by Google

NUM. MCCCXXIII.

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Notum fieri cupimus cunctis fidelibus quoddam prædium apud Nivuarn poſitum ſub antiquitate temporis ad altare SS. Marini & Aniani traditum, hoc ipſum prædium Fratres Rotenſes Deo, atque ſupra dictis Sanctis ſervientes per multa tempora poſſederunt, & fructum ex eo acceperunt. Abbas verò Lotharius ad peticionem Domni Ottonis Palatini Comitis ex conſilio quorundam ipſum prædium cum omni familia ibi poſita ei vendidit, ſed precium non recepit. Hoc ſic peracto Fratres absque ſui conſilio durè tulerunt aſſerentes: minimè fieri poſſe aut debere, & ſuper omnia Romanam Sedem, niſi Friſingenſis Epiſcopus interveniſſet, appellâſſent. Aſſiduis autem peticionibus ipſe Dominus Epiſcopus cum Abbate Lothario prætaxatum Palatinum Comitem adiit petens, ut causâ juſtitiæ, quæ eſt reddere unicuique, quod ſuum eſt, nihilominus causâ animæ ſuæ dictum prædium Rotenſibus Fratribus ſineret ſervire. Tandem peticionibus ejus emollitus, illud cum omni familia ipſius prædij coram eodem venerabili Friſingenſi Epiſcopo in manus Domini Friderici fratris ſui delegavit, ſed ſtatim in beneficium recepit, hoc tamen pacto, ut ſingulis annis in die Epiphaniæ Fratribus talentum argenti offerret. Itaque præfatus Dominus Fridericus prædium jam ſœpius dictum ſuper Reliquias SS. Marini & Aniani Friſingæ tradidit, præſentibus his teſtibus: Otto Præpoſitus S. Andreæ, Ulricus Præpoſitus frater Palatini, Ravvinus Capellanus Ottonis Epiſcopi. De nobilibus viris: Otto de Moſen cum duobus filiis ſuis Dietrico & Bernàrdo, Piligrimus cum filiis ſuis de Wolmotesa, Aribo de Tatendorf, Dietrich de Slivvingen, Fridrich de Pruchoberch, Robertus Wolt. De miniſterialibus: Hainrich de Lohchirchen, Conrad de Haidolfingen, Uolrich Sibenhar, Uolrich de Holzehuſen, Henricus Hunt, Pertolt de Esgelenbach, Rudolt Crebele & frater ejus Adololt, Adelbreht de Lengenovve, Arivich de Hitenvurt, Arnold Salvve, Sigehart de Pacharn, Gervvich de Pubenhuſen, Gotefrid de Friſingen, Albertus & frater ejus Eberhardus, Hainrich Wevogel, & alij quàm plures.

NOTA.

Hoc Inſtrumentum nobiſcum communicârunt Rotenſes noſtri.

NUM. MCCCXXIV.

Commutatio de Esgilbach.

NOtum ſit omnibus Chriſti fidelibus, qualiter placuit Canonicis Sanctæ Mariæ & Perchtoldo de Esgilbach inter ſe quandam facere commutationem, fecerunt ergo ſic. Cononici Eccleſiæ prænotatæ XL. mancipia cum bonis, quæ in Esgilbach habuerunt, exceptâ ejusdem villæ Eccleſiâ & ad eam pertinente decima, Perchtoldo tradiderunt, pro quibus ab eo V. mancipia cum molendino juxta Ilminam fluvium poſito, & prædio apud Tangreben, quod tunc in manu Leutoldi de Haguovven fuit, receperunt. Poſtea idem Perchtoldus dedit eis prædium, quod priùs erat Sigbotonis de Gniſtorf in Ebroltiſteten ſitum, hoc videlicet pacto, quatenùs idem Siboto ipſum prædium de manu fratrum ſusceptum, dum viveret, tantúm ad ſuos uſus haberet, quo defuncto ad manùs Canonicorum absque omni contradictione rediret. Hoc autem concambium ſub Domini Ottonis præfatæ Eccleſiæ Epiſcopi venerabilis, & Ottonis Advocati, & filij ſui Ottonis præſentia, quo oportuit, jure confirmatum & roboratum eſt, hoc ſcilicet pacto interpoſito, ut ſi aliquo caſu prædia ab eodem Perchtoldo Eccleſiæ donata in litem venirent, quam vel ipſe, vel hæredes ejus terminare nollent, vel non poſſent, concambium ab utraque parte factum in irritum duceretur, & prædia hinc inde data ſine omni hæſitatione ad antiquos poſ-

poſſeſſores revocarentur. Hujus rei teſtes ſunt & per aurem, ut mos eſt tracti, ipſe Dominus Otto Advocatus, & Otto ejus filius, Rutperht de Tunneshuſen & frater ejus Pabo, Pilgrim de Wolmutſahe, Leutolth de Hagenovve, Friderich de Baingen, Meginhart de Maiſach. De Miniſterialibus Eccleſiæ Waltman de Paſtperch & Miles ejus Rudiger, Altman de Haſilpach, Chunrath de Heidolv. & Ortolf, Gervvich de Rubendorf, Rudolf de Pubenh. Dietpolt de Wippenh. & filius ejus Dietpolt, Engilmar de Maſſinh. Heriborth de Buren, Folchart de Bachen, Fritilo de Iſmanning. Ludevvich de Haidolving. De Miniſterialibus Advocati Adilhart de Priſingen, Witilo de Warttenberc, & filius ejus Sigifrit, Ulrich, quem vocant Sibenhar. De valle Hartvvich, Mazilo, Richeri & frater ejus Engilvvart, Pe chtolt, Hainrich, Arnolt de Haginovve, Berhart de Vergenpach.

NUM. MCCCXXV.

NOverint omnes Chriſti fideles tam futuri quàm præſentes, qualiter placuit atque convenit inter venerabilem Sancti Stephani Abbatem Sigimarum,& quendam æccleſiæ Miniſterialem nomine Rudolfum de Pubenhuſen quandam commutationem facere, quam & fecerunt, Tradidit namque præfatus Abbas cum manu Epiſcopi Domni Ottonis & Advocati ſui Palatini Ottonis prædicto Rudolfo, quicquid proprietatis habuit in loco Suabingen, exceptâ decima, cum omnibus jure ad id pertinentibus in proprietatem habendum & quicquid inde libuerit faciendum. Econtra verò in reconpenſatione ejuſdem commutationis tradidit Rudolfus Abbati cum manu Epiſcopi & Advocati ſui curtiferum & quicquid proprietatis habuit in loco Hortolteshuſen nuncupato. Hujus rei teſtes ſunt ipſe Advocatus Otto & filius ejus Otto, Chunrat Comes de Valaja, Otto de Moſan, Adalbero de Starhol. Eberhart de Herrenh. Adalperht & filius ejus Heriman de Richheriſh. Rutperht de Dunnesh. Chunrat de Jaubingen. De Miniſterialibus Yſenrih Camerarius & filius ejus Yſenrih, Chunrat de Haid. Rudiger de Lintaha, Willihalm & filius ejus Sigifrit de Gibkenpah, Geruvich de Horsk. Werenhart de Metenpah, Geruvich de Rubendorf, Arnolt de Paharen, Heriman Fuz, Heriman Cheſergrava, Eberhart & Heinrich de Humbilen, Grimolt & Adalhart de Briſing, Wittilo Præpoſitus, Altman & filius ejus Sigihart de Haſelpah, Udalrih de Ennilhuſen, Balduvin de Skiren Dietpolt de Wippenhuſen, Gerolt de Sind. Dietpolt de Wittilinespah, Volchart de Paha.

NUM. MCCCXXVI.

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis: *Otto* Dei gratia *Friſingenſis* Epiſcopus Venerabili fratri *Gerhoho* Præpoſito *Richerſperge* ejusque Succeſſoribus canonice ſubſtituendis in perpetuum. Juſtitiæ ac rationis ordo depoſcit, ut ea quæ Apoſtolicæ Sedis moderatione fuerint ordinata, præciſo totius uſurpationis exceſſu nulla debeant à nobis refragatione turbari. Ea propter dilecte in Domino frater, tuis poſtulationibus benignum præbentes aſſenſum, ſicut à Sancta Romana Eccleſia tibi tuiſque fratribus Privilegio firmatum eſt, ut de terris quas propriis manibus aut ſumptibus colitis, ſeu de animalibus veſtris nullus decimas exigat: ita ut nos quoque tibi ſpecialiter in terris, quas per noſtrum Epiſcopum* poſſides, tuo juſto labore cultis vel excolendis, ſeu de nutritura animalium tuorum decimas concedimus, præſentis ſcripti privilegio communimus, ſtatuentes, ut nulla deinceps Eccleſiaſtica ſæculariſve perſona eas invadere aut imminuere qualibet occaſione præſumat, ſed præſentis ſcripti auctoritate ſemper tibi integré permaneant, tuis, tuorûmque idoneis uſibus jugiter profuturæ. Ut autem hæc noſtra conceſſio firma & inviolata omni tempore

* *fortè. legend. Epiſcopatum.*

pore permaneat, literis eam notari, ac ſigilli noſtri impreſſione ſignari fecimus. Ego *Guntherus* Abbas S. *Stephani* ſubſcripſi. Ego *Vdalricus* Decanus majoris Eccleſiæ. Ego *Otto* Præpoſitus S. *Andreæ.* Ego *Hermannus* Præpoſitus S. *Petri.* Ego *Otmarus* Dec. S. *Andreæ.* Ego *Bertholdus* Can. majoris Eccleſiæ ſubſcripſi. Datæ Friſingæ per manum *Rahevvini.*

NOTA.

Guntherus Abbas S. Stephani, nempe Weihenſtephanenſis, qui teſte manu Synchrona Anno 1148. Sigimaro ſucceſſit. quod addimus, ut intelligat Lector, præſentem conceſſionem ante eum annum non fuiſſe factam.

Cæterum hoc Inſtrumentum depromſimus ex *Metrop. Hund. T. III. pag. 236.*

NUM. MCCCXXVII.

NOverit omnium tam futurorum quàm præſentium Chriſti fidelium induſtria, qualiter devotus iſtius æccleſiæ Miniſter Ludovvicus prædium,quod apud Heidolfing. habuit, excepto eo, quod à Tiemone comparavit, totum pro ſe ſuíſque ad altare Sanctæ Mariæ Sanctíque Corbiniani devotè contradidit, ea videlicet ratione, ut quamdiu vivat, hoc ipſum in beneficium habeat, & ex eo Fratribus inibi Deo ſervientibus V. denarios tributario jure annuatim exhibeat, atque eo defuncto filius ejus Ludovvich ſingulis annis in anniverſario patris dimidium talentum ex eodem beneficio perſolvat, & poſt mortem filij proximus ejus conſanguineus in Congregatione Canonicus ſimiliter in anniverſariis omnibus ſuis integrum Confratribus offerat talentum, & ſic deinceps unus poſt unum idem poſſideat beneficium, & ut iſta traditio ſtabilis in perpetuum maneat ac firma, tali conditione eſt Sancita, ut ſi à filio, vel ab aliquo ejus Succeſſore prædicta pecunia in anniverſario non perſolvatur, ſtatim idem prædium ſit ab hæredibus liberum, ſed in communem uſum Fratribus redigatur, & nulli umquam in beneficium concedatur ratione hæreditatis. Hujus rei teſtes ſunt, Marchuvart & fratres ejus Goteſcalch & Otacher de Moñ. Chunrat de Heidolfing. Regenmar & fratres ejus Ortolf & Fritilo de Unzich. Altman de Haſelpach, Sigihart de Miltaha & ſororius ejus Yſenhart, Geruvic de Rub. Heinrich de Yſenmaning. & duo filij ejus Heinrich & Fritilo, Altman de Riſen, Dietmar de Wintpolzing.

NUM. MCCCXXVIII.

NOverint omnes Sanctæ Matris æccleſiæ filij tam futuri quàm præſentes, qualiter duo nobiles Udalrich & frater ejus Adalbero de Tanneren tradiderunt pro ſe ſuíſque ad altare Sanctæ Mariæ Sanctíque Corbiniani prædium ſuum in Gieſenpah ſitum, ea videlicet ratione, ut quamdiu ipſi vivant reditus ex eodem prædio accipiant, & ad prædictum altare V. numos in communem uſum Fratribus annuatim perſolvant, ac poſt mortem illorum Herrandus Diaconus, & Herrandus Subdiaconus & poſt illos Otto puer, ac deinde quilibet illorum conſanguineus, qui ſit in Congregatione Canonicus idem prædium in beneficium accipiat, & in anniverſario illorum die congruum inde ſervicium Fratribus exhibeat. Et ſi hoc pactum irritum fiat, quilibet illorum proximus cum denario aureo ſibi hoc redimendi poteſtatem habeat. Hanc traditionem ſuſcepit Palatinus Comes Otto, & cum ſubſcriptis teſtibus confirmavit. De nobilibus Otto, Hartman de Steinharte, Liutolt de Hagenoua, Ortolf de Rotenpach & avunculus ejus Heinrich, Wito de Cella, Karolus de Aiterpach, Rutperht. De miniſterialibus Yſenrich Cam̃. Chunrat & frater ejus Fritilo de Heidolf. Geruvich de Rubend. Regenmar & frater ejus Ortolf de Unzinch. Altman, Dietpolt de Wippenh. Mahtuni & Sigiboto de Marziling.

Digitized by Google

NUM. MCCCXXIX.

O. Sanctæ Friſingenſis Eccleſiæ venerando Antiſtiti C. dictus Abbas Tegernſenſis cenobij tam devotiſſima, quàm debita precum obſequia. In multis nobis clementiæ veſtræ experta magnitudo tantam nobis in gratiam veſtram contulit confidentiam, ut nequaquam adeò poſſimus gravari, quin veſtræ ſperemus Paternitate relevari. Unde querimoniam noſtram deponimus ante pedes reverentiæ veſtræ, orantes vos, condeſcendere petitioni noſtræ. Quendam igitur fidelium noſtrum Sib. rebus ſuis latenti noctu ſpoliatum, ipſumque ſuper hoc dolentem, & quoadusque poterat ablata inſequentem, quidam veſtræ procurationis F. Uodal. & A. Clericus, ſi dicitur aut eſt, de Uoſenhoven occiderunt, & ipſa funebria ſpolia ſibi vendicantes viduam & Orphanos absque ſpe conſolationis reliquerunt. De his omnibus Sanctitas veſtra decernat, ut in omnibus, ſalvâ juſtitiâ veſtrâ, & nobis ſatisfiat.

NUM. MCCCXXX.

O. Dei gratiâ Friſingenſis Epiſcopus, venerabili Fratri C. Tegrinſenſi Abbati ſalutem & dilectionem. Sacris Canonibus ſtatutum eſſe liquet, ut quando quis ex gradu eccleſiaſtico deceſſerit inteſtatus, omnis hereditas, omnia utenſilia ſua ad Epiſcopum pertineant diſponere, ita ut ſiquis exinde vel præſumpſiſſe aliquid, vel occultè tuliſſe fuerit convictus, ſecundùm furti tenorem reſtituat univerſa. Hæc dicimus, quia ſignificatum nobis eſt, quòd tua dilectio Abonis Clerici noſtri de Gmunden, qui in ſimili caſu inventus eſt, noſtros officiales removeris, & poſſeſſionem illius ad tuos uſus redigere coneris. Quod quia tibi non licet, ſicut jam oſtenſum eſt, præſentium tibi auctoritate mandamus, quatenùs univerſa, quæ illic inventa ſunt, immobilia ſeu mobilia in grano, animalibus, libris, aliáque ſuppellectile nec tu attingas, nec tuorum quiſpiam, & ſiqua ibi uſurpata & ſurrepta ſunt, cum omni integritate reſtituas Eccleſiæ, quæ illi, qui heredem non habet, in integrum ſuccedere debet, uſibus per noſtram diſpoſitionem ordinandis. Quòd ſi tu vel tuorum quisquam in ea bona quicquam juſtitiæ vos habere confiditis, in noſtra præſentia poteritis obtinere.

NUM. MCCCXXXI.

VEnerabili & incomparabili Sanctæ Friſingenſis Eccleſiæ Epiſcopo O. C. Abbas omnisque Congregatio in Sancti Quirini Cenobio humillimæ devotionis obſequia unà cum intimæ orationis inſtantia. In multis nobis experta magnitudo veſtræ clementiæ tantam nobis in veſtram gratiam ſpem contulit confidentiæ, ut à nullo ita poſſimus aggravari, quin veſtra nos ſperemus pietate relevari. Unde miramur litteras quaſi quadam dedignatione & contemptu prolatas, & ad nos per Fratrem G. ex veſtra perſona delatas, ſperantes à Serenitate veſtra taliter nobis non deſtinatas. Igitur familia S. Q. eidem Fratri commiſſa non paterna pietate, ut ipſi fatentur, nec paſtorali procurata diſciplina, ſed quadam tirannica & indiſcreta afflicta ſevitia nos multimoda & miſerabili querimonia adiêre, conquerentes multa indecentia adverſus ſubjectos illum exercere, nec ſe inportunum furorem ejus ullo modo poſſe ſuſtinere. De ceteris interioribus, quæ ad ipſius & aliorum referuntur pericula animarum, non eſt noſtrûm retexere, quia hæc de veſtris, ad quos hoc pertinet, quando volueritis, poteritis recognoſcere. Nos verò intimè flagitamus pro divina remuneratione & noſtro devotiſſimo oramine, ut veſtra miſericordia plebs noſtra relevetur de tanto gravamine.

NUM.

Digitized by Google

NUM. MCCCXXXII.

O. Dei gratia Friſingenſis Eccleſiæ Epiſcopus venerabili Fratri R. Abbati Tegrinſenſi dilectionem & omne bonum. Calumpniam, qua infeſtatur Clericus noſter O. Patav. ſicut credimus, tua fraternitas audivit, & quia humanum eſt ſubvenire contritis, nec pati debemus, ubi noſtra intereſt cujuslibet, innocentiam deperire, ad purgationem ejus, qua moleſtatur, obvictionis & nos & tuam dilectionem intendere decet. Unde quia Senioribus tui Monaſterij totum illud negotium, quid veritatis habeat, cognitum eſt, rogamus, ut aſſumptis tecum Fratre R. Decano & W. Camerario aliis probabilioribus & neceſſariis proximâ quinta feriâ circa horam nonam apud Veringen nobis occurras, quatenùs ibidem coram religioſis Fratribus cauſa audiatur, & quid terminandum ſuper ea reſtat, quod adhuc movere quæpiam poteſt, canonicè terminetur.

NOTA.

R. Decano. In Monaſteriis, quorum Abbates ſunt Principes, Priores vocari Decanos, hodiéque videmus in Monaſteriis Campidonenſi, S. Galli, Einſidlenſi &c. Tale verò Monaſterium fuiſſe etiam Tegernſeenſe, patet ex pluribus Imperatorum Diplomatis, quorum autographa extant. Videri etiam poſſunt apud Hundium in Metropoli Tom. III. ubi de rebus Tegernſeenſibus agitur.

NUM. MCCCXXXIII.

NOverint omnes Chriſtiani, qualiter concambium factum ſit inter Ottonem Friſingenſium Præſulem & Abbatem S. Stephani Sigmarum coram Advocato ejusdem loci Ottone Palatino Comite, ad quem idem negotium taliter pertinebat. Curtem quippe ad Goldenhuſen isdem Comes à majori Eccleſia beneficiario jure poſſederat, quam ejus peticione receptam prædictus Antiſtes Eccleſiæ S. Stephani cum pratis & ſilva tradidit, retraditámque ſibi à præfato Abbate unam curtem in Leren, & armentarium unum Palatino Comiti in beneficium reſtituit. Hujus commutationis teſtes facti ſunt hij. De nobilibus: Gebehardus de Hittenburch, Altman de Siginburc, Megingoz de Prengungeſtorf. De familia: Hainricus de Lohchirchen & filius ejus Hainrich, Iſanrich, Altman de Haſalpach, Kuonradus de Haidolving. & frater ejus Fritelo, Sigifrit de Wilbach, Sigifrit de Wolvoldeſtorf, Gervvic de Ruobendorf, Rutland de Bubinhuſen. De miniſterialibus Palatini Comitis: Wermhart de Metenbach, Adalhart de Priſingin, Gervvic de Kamera & fratres ejus Adalolt, & Uodalrich, Hainrich de Wolvoldeſtorf & filius ejus Hainricus.

NOTA.

Hoc Inſtrumentum refertur in Libro Traditionum Weihenſtephanenſium *fol. 22. a.*

NUM. MCCCXXXIV.

NOverit religioſa cunctorum fidelium induſtria, qualiter quidam Friſingenſis Eccleſiæ miniſterialis Iſinrich dictus prædia ſua, quæ in quodam loco Pitendorf dicto hereditario jure poſſederat, Eccleſiæ S. Stephani contradidit, nec non & cetera, quæ in eodem loco cum adjacentibus curtiferis beneficiario jure poſſederat, Otto tunc temporis ejusdem Eccleſiæ Præſul rogatu ejusdem eidem Eccleſiæ indulſit cum omnibus mancipiis eisdem poſſeſſionibus attributis, ea conditione, ut clementer, ſicut in ejus dominio fuerat aſſueta, cum eis agatur. Hujus rei teſtes ſunt hi, Iſanricus de Lochchirchen & filius ejus Heinricus, Adelbertus de Hago, Mahtuni de Marcilingen, Palduvvinus de Germaringen, Heinricus de Herdishuſin, Adelbertus de Hirzpach, Gotefridus de Ha-

Digitized by Google

Hago, Arnoldus de Ciegilhuſin, Walchuon de Maginpach, Eppo de Wintpozzingen, Wolvoldus de Friſingen Bernhardus de Leren.

NOTA.

Lib. Tradit. Weihenſteph. f. 25. a.

NUM. MCCCXXXV.

NOverint omnes in Chriſto credentes tam futuri quàm præſentes, qualiter ego Otto Dei gratia Sanctæ Friſingenſis Eccleſiæ Pontifex rogatu Guntheri Abbatis de Wihenſteven & Fratrum ſuorum concambium patravi inter prælibatum Cænobium & Epiſcopatum foreſtis cujuſdam evidenter determinati pro tribus hubis in villa Marcellingen nuncupata, & molendino, & curtili in Hergenouhe, & pro decem & Septem mancipiis. Hujuſmodi verò concambium utrimque recepit & confirmavit Otto Palatinus Comes Senior, & filius ejus Otto, aliis quàm pluribus ingenuis & miniſterialibus prælibatæ rei atteſtantibus, Otto Palatinus Comes & filius ejus Otto, Chunrat de Dahhove, Piligrim de Wolmothſahe, Purchart de Moſeburch, Dieterich de Haitenchaim, Karlo de Atterbach, Eberhart de Frickendorf, Luotolt de Hagenoue, Altan de Sigenburch, Sigfrid do Warttenperch, Hainric de Lohkyrchen, Ainvvich de Hittenvvurte, Dieterich de Dorfen, Kunrat & Ludevvich de Haidolvvingen, Uodalrich de Holcehuſen, Gervvich de Kamere, Gervvich de Horcſenhouen, Heinrich de Wolvoltesdorf, Gotebolt & frater ejus Heinrich de Gieſenbach, Rudolf & frater ejus Gervvich de Pubenhuſen, Purchart de Flihhingen, Aribo & filius Aribo de Humperhteshuſen, Waltrich & Perhtolt de Friſinga.

NUM. MCCCXXXVI.

MEmoriale ſit omnibus Chriſti fidelibus, quòd pie memorie Otto Friſingenſis venerabilis Epiſcopus conparavit prædium apur Pabenrieth ſitum juxta Mamendorf à quodam Presbytero nomine Uodalrico de Miniſterialibus Domini Welfonis ejuſdem Welfonis permiſſione, quod & delegare fecit idem Presbyter fidejuſſorem ſuum Eberhardum de Frichendorf in manu Heinrici de Lochchirchen rogatu prædicti Epiſcopi tradendum ad elemoſinariam domum Wihenſteven in ſuſtentationem & ſolatium pauperum pro remedio animæ ſuæ & parentum ſuorum & omnium fidelium defunctorum, ac perpetua & ſolita firmatione ſtabilivit his teſtibus: Chuonradus de Dachovve Pernhart de Rute, Liutolt de Hagenouvve, Uodalrich de Wicherhoven, Meginhart & frater ejus de Meiſa, Uodalrich de Giebingen, Waltman & filius ejus Waltman & frater ejus Waltman de Paſtperch, Adilbertus de Hage, Ruodolf & Gervvich de Pubenhuſin, Hartvvihc de Richolfesdorf, Piligrim de Ecenhuſin, Amelbertus, Heinricus de Otershuſen, Engilmarus de Meſſinhuſen.

NUM. MCCCXXXVII.

AD cognitionem futurorum & rememorationem præſentium geſta fidelium Chriſti meritò litteris committuntur, ne fortè rationabiliter acta cujuslibet invida laceratione depraventur. Notum ſit ergo omnibus tam futuris quàm præſentibus qualiter Wolfherus de Rindingen Diſpenſator panum Friſingenſis Epiſcopi dimidiam hubam in Haſelpah, quæ ad prædictam diſpenſationem ſuam tenore officij pertinuit, commutavit cum patrimonio ſuo in Gehenesdorf ſito conſenſu & voluntate Domini Ottonis Friſingenſis Epiſcopi & Ducis Ludovvici Advocati. Teſtes ſunt Cunradus de Humbel, Hainricus de Zulsdorf, Ulricus Verdinc, Hainricus de Paetelpach, Meingoz de Welsdorf, Fridericus Sappe, Ludovvicus Judex, Otto Camerarius, Geroldus de Iſemanning,

ning, Rudolf Utinc & ejus frater Ludovvicus. Quo facto idem Wolfherus prædictum prædium in Haſelpach per commutationem prædictam ſibi appropriatum vendidit Haimoni de Haſelpach conſentientibus & permittentibus prædictis Epiſcopo & Advocato. Teſtes ſunt, qui & priùs.

NOTA.

Hoc Inſtrumentum reperimus inter acta Ottonis I. Epiſcopi. ſed veriùs pertinet ad Ottonem II. Epiſcopum, cum quo vixit Bojariæ Dux Ludovicus, in hac membrana allegatus.

NUM. MCCCXXXVIII.

MAhthilt de Ruobendorf & altera ejuſdem nominis filia Wiradis de miniſterialibus impetraverunt cum amicis ſuis ab Epiſcopo Ottone, ut delegarentur ad altare Sanctæ Mariæ in cripta cum omni poſteritate ſua ad cenſum V. denariorum annuatim ſolvendorum. Hæc delegatio facta eſt per manum Iſanrici de Lohchirch. Teſtes autem facti ſunt hi: Iſanricus Camerariùs, qui & delegator & filius ejus Hainricus, Kuonradus de Haidolving. & hujus ſororius Ortolf, Sigifrit de Wilbach, Gerolt de Iſenmann. Kuonrat de Perchoven, Wolfhere &c.

Inſtrumenta ſub Alberto I.

Epiſcopo Friſingenſi XXIII.

NUM. MCCCXXXIX.

Viris prudentiſſimis, pace & militia exercitatis V. & N. ſacri palatii uni Cancellario, alteri Notario, Raudeuicus Sanctæ Friſingen. eccleſia profeſſione Canonicus, ordine Diaconus licet indignus, ſimul cum intellectu, ſpiritu pietatis abundare.

INterrogans generationem priſtinam, & diligenter inueſtigans patrum memoriam, multis experimentis inuenio, humanarum rerum nihil firmum, nihil perpetuum, ſed dies hominis velocius tranſire, quàm à texente tela *Job. 7.* ſuccidìtur, & vitam ejus velocius umbra aut vento declinare. Quod cum multis & màgnis clarum ſit experimentis, etiam præſentis operis pagina ſuum nobis exinde præbeat documentum, quæ ab auctore ſuo fœlicis memoriæ venuſti ſermonis inchoata principio, ipſo prohdolor infauſta morte prævento, noſtræ parvitati velut abortiua, & quaſi de Domini ſui funere rapta, ejus juſſu, paritérque ſereniſſimi & diui Imperatoris Friderici nutu fovenda, & promovenda committitur. Parendum ergo tam magnis præceptoribus deliberavi, malens potius de rudis informitate ſermonis ſubire judicium, quam de perfida deſidia, ſeu deſide perfidia notari, ſi tam clari ac magni viri, mihique chariſſimi Domini, tam præclaræ materiæ cæptum opus & memoriale, pariter cum illo in interitum atque oblivionem paſſus fuiſſem venire &c.

NOTA.

Ab auctore ſuo. nempe Ottone I. Friſingenſi Epiſcopo, qui primos duos libros *de geſtis Friderici primi Aenobarbi* conſcripſerat, & proſecutionem Radevico commiſerat: qui etiam Librum tertium & quartum adjunxit, ut in editis habetur.

Digitized by Google

NUM. MCCCXL.

ANnno Domini MCLX. Indict. VIII. Nonis Martij Breve recordationis pro futuri temporis ſecuritate. Albertus Dei gratiâ Friſingenſis *Eccleſiæ* Epiſcopus cùm cognoviſſet Jacobum Judicem eſſe nuntium *Ezelini* & Johannis ejus filij ex litteris ejusdem Ezelini tam apertis quàm clauſis eique Jacobo à Ezelino ejusque filio eſſe commiſſum, quòd Inveſtituram Caſtri Gudigi & totius curiæ vice ſua & ejus filij acciperet. Ideo prædictus Epiſcopus inveſtitum Jacobum vice Ezelini, & Johannis ejus filij de caſtro Gudigi & de curia ejus cum omnibus pertinentiis curiæ ad rectum feudum, quæ pertinentia Ezilo patruus ejus poſſedit, ſive alius nomine ejus poſſedit, aut quæ Ezelinus vel alius nomine Ezelini poſſedit, vel nunc poſſidet, excepto jure Comitum Tarv. Salvóque jure Ezelini in aliis partibus ad prænominatam curiam, quæ ab aliis poſſidentur, ut jure poſſit adverſus eos experiri. Tali pacto habito, quod Ezelinus, nec ejus filius, nec ejus hæredes ultra montes ſervire cogantur prædicto Epiſcopo vel ejus Succeſſoribus, & quod Ezelino vel hæredibus non noceat, ſi uſque terminum ſteterint, quòd Ezelinus, vel ejus filius, vel heredes maſculi, qui legitimè in feodo ſuccedere poſſunt, inveſtituram non petiêrint à prædicto Epiſcopo, vel ab ejus Succeſſoribus & ſufficiat Ezelino & ejus filio, ejusque hæredibus, ſi per ſe vel per nuntios ſuos inveſtituram à prædicto Epiſcopo, vel ab ejus Succeſſoribus petierint in curia, quæ vocatur Lonca in Chreine, vel in curia vocata Intica in puſtis poſita. Actum feliciter in curia Lonca in Creina, & pro prædicta inveſtitura & pacto dedit prædictus Jacobus vice Ezelini, & ejus filij C. Marcas latinas argenti prædicto Alberto Epiſcopo. Teſtes Waltman & frater ejus R. Hartvvihc, Hainrihc, Gotfrit, Hainr. Eberhart, Eppo, Hervvic, Adelperht, Rudiger, Pero, Frovvin, Wido, Wulfvvin, Siboto, Herman, Clerici: Abbas Rotenſis Lotharius, Otto Præpoſitus S. Andreæ, Rah. Hartvvicus, Pervvinus, Steph. Mag. Eng. cum ceteris, qui audiêrunt & viderunt.

NUM. MCCCXLI.

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Albertus Dei gratiâ Friſingenſis Epiſcopus, dilecto Fratri Hainrico Præpoſito Sancti Dyoniſij de Schefthlarn ejusque Succeſſoribus canonicè ſubſtituendis in perpetuum. Patrum & Anteceſſorum noſtrorum, quantúm valemus, veſtigiis inſiſtentes domibus religioſis providere plantationes, quas ad Sanctum vitæ præpoſitum ſtudioſè plantaverunt, pro poſſe noſtro fovere & rigare nos convenit Dominicæ clementiæ ſupplicantes, ut in eisdem locis, & quæ bona ſunt nutriat, ac pietatis ſtudiô, quæ ſunt nutrita cuſtodiat. Inde eſt, quòd ad petitionem tuam, dilecte & venerabilis Frater Hainrice, decimationem, quæ de prædio apud curtem, quæ vocatur Abungeshof nobis ſeu Presbytero, ad cujus parrochiam pertinet, ſi non propriis eam manibus ac ſumptibus excoleretis, reſignatam in manus noſtras a Fratre Heribordo Decano, qui inpræſentiarum Eccleſiam Veltmochingen dinoſcitur habere, tibi tuæque contradimus Eccleſiæ Fratribus apud Scheftlar ſub regulari profeſſione degentibus ad perpetuos uſus profuturam. Conivencia itaque & aſſenſu omnium noſtrorum tam Clericorum quàm Laicorum omnem decimam ejusdem prædij tam in frugibus quàm in nutrituris animalium veſtrorum, ſeu in ceteris, quæ labore manuum terra gignere ſolet, vobis tradimus, & præſentis ſcripti pagina firmamus, ſtatuenter, ut nullus Succeſſorum noſtrorum vobis eam aufferre, vel quoquo modo imminuere, nullus Presbyter vos propterea inquietare vel interpellare præſumat. Siquis contra hæc agere temptaverit, diſtricto judici in extremo examine redditurus. Ut autem hujus noſtræ conceſſionis ſeu donationis beneficentia nulla poſſit à poſteris oblivione deleri, nulla

Digitized by Google

nulla cujuspiam temeritate infringi, hac vobis exinde cartam conſcribi, & ſigilli noſtri impreſſione ſignari fecimus teſtibûs ſubnotatìs, quorum hæc nomina ſunt: Engelſcalcus majoris Eccleſiæ Præpoſitus, Hainricus Præpoſitus S. Sixti, Hainricus S. Andreæ Præpoſitus, Ravvinus S. Viti Præpoſitus, Leopaldus Archidiaconus, Berhtoldus S. Zenonis Præpoſitus, Ruodolfus Canonicus, Udelſchalcus Canonicus, Fridricus Canonicus, Ortvvinus Canonicus, Conradus Canonicus, & iterum Conradus, Liutvvinus Canonicus, Hainricus Fridericus Canonicus, Hainricus Cuſtos, Herrandus Canonicus, Herbordus Decanus de Veltmochingen, Rapoto Abbas de Weihenſteven cum ſuis Monachis, Engilſcalcus Prior de Nova Cella cum ſuis Fratribus. Laici: Folmarus de Weichershoven. De Miniſterialibus Waltmannus & filius ejus, Fridericus de Holenſtein, Adeloldus de Dornipach, Sibboto de Paccarn, Ruodolfus de Puobenhauſen, Hainricus Felix puer, Gotefridus Pincerna. Milites: Waltmannus de Holenſtein, Helphrich, Siboto, Hainricus, Pernhardus de Veringen, Ortvvinus de Chumizdorf. De Friſinga: Mazelinus & alij quàm plures. de Monechen: Wernherus de Mamminga, Conradus de Sconengou, Conradus Rufus, Albertus & Udalricus & alij quàm plures. Actum Friſingæ, anno ab Incarnatione Domini MCLXVIIII. Anno autem Domini Alberti Friſingenſis Epiſcopi X. Indict.... feliciter Amen.

NUM. MCCCXLII.

ALbertus Dei gratiâ Epiſcopus Friſingenſis. Sacra loca & venerabiles perſonas nos convenit honorare, præſertim quorum ſuffragiô & precibûs juvamur in celis, & devotîs obſequiîs frequentamur in terris. Eapropter notum eſſe volumus hiis, qui litteras has inſpexerint, legerint, vel lectas audièrint, quòd nos venerabili & dilecto Fratri Hainrico Præpoſito de Scheftlarn decimationem in curte ſua apud Cheverloch reſignatam nobis à Parrochiano Conrado de en tam in grano, quàm in nutrituris pecorum conceſſimus, tum quia curtem propriîs ſuîs ſumptibûs excoluit, & excolit, tum etiam, quia in propria perſona noſtro ſervicio ſæpius fideliter inſudavit. Volumus itaque, ut eandem decimationem liberè & abſque cujusquam contradictionem poſſideat, Fratrum ſuorum, & pauperum Chriſti ſemper uſibus profuturam, nec aliquis Sacerdotum, qui poſt Conradum Eccleſiæ ſeu Parochiæ Brunnen præficiendi ſunt, ei de hoc ullam attemptet movere querimoniam, quod noſtra benignitas eidem fruendum conceſſit. Ut autem hoc noſtrum beneficium illi ſtabile maneat, hanc exin cartam ei conſcribi ac Sigilli noſtri impreſſione ſignari fecimus, teſtibûs, qui in celebri Capitulo noſtro fuerant, ſubnotatis. Engilſcalcus Præpoſitus majoris Eccleſiæ, Albuonus Præpoſitus S. Caſtuli, Hainricus Præpoſitus S. Andreæ, Ravvinus Præpoſitus S. Viti, Bertoldus Præpoſitus S. Zenonis, Ulricus Præpoſitus S. Arſacij, Richart Præpoſitus de Undieſtorf, Hainricus quoque de Slierſe Præpoſitus & Archidiaconus in illis locis laudavit & conſenſit. De Abbatibus iſti, Robertus Abbas Tegrinſenſis, Robertus Abbas Aprimontis Raboto Abbas S. Stephani, Lotharius Abbas Rotenſis Cunradus Abbas de Sckyr. Hainricus Abbas de Atile, & plures alij. Actum Friſingæ, anno Domin. Incarn. MCLXX. anno Domini Alberti Friſingenſis Eccleſiæ Venerabilis Epiſcopi XII. feliciter amen.

NOTA.

Abbas Aprimontis. nempe Eberſpergenſis.

NUM.

Digitized by Google

NUM. MCCCXLIII.

NOtum eſſe cupimus cunctis Chriſti fidelibus tam præſentibus, quàm futuris concambium, quod factum eſt inter Dominum Albertum Friſingenſem Epiſcopum & venerabilem Fratrem Chunradum Præpoſitum de Pollingen. Tradidit namque idem Præpoſitus C. cum conniventia cunctorum Fratrum ſuorum & conſenſu Advocati ſui Ducis Heinrici manſum unum, id eſt, hobam in Moſahe ſitam Alberto præfato Epiſcopo, & proin ab eo recepit legitimo concambio omnem decimationem in Vorſtarriete Eccleſiæ Pollingenſi perpetuo jure poſſidendam. Huic concambio interfuit & aſſenſum præbuit Otto Advocatus ejusdem Eccleſiæ Friſingenſis Palatinus Comes major. Factúmque eſt idem concambium anno ab Incarnatione MCLXXVII. quo anno terminatum eſt Schisma, quod fuit inter Imperium, & Romanam Eccleſiam, præſidente eidem Romanæ Eccleſiæ Alexandro ſummo Pontifice & regnante Friderico Romanorum Imperatore feliciter amen. Indict. X. anno Domini Alberti ejusdem Eccleſiæ Friſingenſis Epiſcopi XVIIII. aſſentientibus ei & præſentibus ejusdem Eccleſiæ Canonicis, quorum hæc ſunt nomina. Rudolfus Decanus, Albeno Patavienſis quondam electus, Marquardus Presbyter, Heinricus Præpoſitus de Schlierſe, Liutpoldus Cellarius, Ulſchalchus de Meiſacha, Hartmudus Archipresbyter, Perchtoldus Præpoſitus de Iſene, Chunradus Capellanus, Chunradus Præpoſitus S. Viti cum aliis. Hujus autem concambii teſtes ſunt, Otto Palatinus Comes major & Advocatus, Engilſchalchus de Vrahe, Chunradus de Werd, Heinricus Felix puer, Vritte de Iſmaningen, Meginhart de Hage, Chunrat de Wihſe & filius ejus Chunrat. Wichnant de Tuerdorf, Iſtolf de Haitenhaim, Rapoto de Gundingen, Chunrat de Puchſchlage, Chunrat de Uderſchene & Frater ejus Friderich, Friderich de Paumgarten, Arnolt Saleuve, Peringer de Gartenhuſen, Wolfer Spirare & alii plures. Actum Friſingæ II. Idus April.

NOTA.

Albeno Patavienſis quondam electus. Albenonem, Alb[illegible] Albanum, imò & Albonum à variis vocari videmus Canonicum illum Friſing[illegible], quem Fridericus Imperator Patavienſibus præfecit teſte Gevvoldo in *Additionibus ad Hund. T.1. pag.310.* De eo legimus in Codice Tegernſeenſi ferè coævo (cui Titulus: *Acta Papalia & Imperialia*)
pag. 94. a. eum *à ſuis ab Epiſcopio perturbatum, ſpe tantùm in Epiſcopatu* fuiſſe ab Imperatore *reſtitutum, effectu minimè.* Itaque Friſingam rediit, uti ex præſenti Inſtrumento convincimur.
lib.6.fol. 645. Porrò ſi Aventino credimus, Albeno ex urbe Patavienſi exactus eſt, eò quòd ab Ulrico Patriarcha Aquilegienſi, & non à Chriſtiano Moguntino contra decretum Concilij initiatus eſſet. Alias cauſas Gevvoldus locô citatô adducit.

NUM. MCCCXLIV.

AL. Dei gratia Friſingenſi Epiſcopo A. eâdem gratiâ Tridentinorum quicunque Miniſter orationem & ſervitium. Scire volumus dilectionem veſtram, quòd Rudolfus miniſterialis Eccleſiæ veſtræ communi conſenſu noſtro & miniſterialium Eccleſiæ noſtræ Uxorem de domo noſtra duxit, eo videlicet tenore, ut filij, qui ex eis naſcerentur Eccleſiis mutuò dividerentur, ea conditione, ut veſter apud nos & noſter apud vos juſtitiam feudi obtineat, quod nos ratum habere volentes dilectionem veſtram rogamus, ut ſi quid apud vos obtinere valet noſtra petitio illis proficiat, & cunctis Eccleſiæ veſtræ miniſterialibus liquidò appareat.

NOTA.

A. eâdem gratiâ Tridentinorum quicunque miniſter. nempe Albertus II. Epiſcopus Tridentinus: de quo videri poteſt Ughellus in *Italia Sacra Tom.V. mihi col. 601.*

Digitized by Google

NUM. MCCCXLV.

NOtum ſit omnibus fidelibus, quòd Conradus Junior Dux de Dachovve rogatu Fritilonis de Iſimanningen filium ejusdem Fritilonis Arnoldum, quem ipſe habuit ex Chunigunda miniſteriale Ducis delegavit in manum Comitis Conradi de Valeje per manum patrui ſui Arnoldi Comitis tunc Advocati & Tutoris prænominati Ducis, eo tenore, quòd ipſe eum delegaret ad altare Sanctæ Mariæ Sanctíque Corbiniani apud Friſingam ſub jure & conditione Miniſterialium ibidem perpetualiter permanendum. Hujus rei teſtes ſunt nobiles: Ulrih de Lochuſen, Deginhart de Seuelt, Ortolf & frater ejus Frederich de Sigmaresh. De miniſterialibus Wato & Witiliep, Grim, Berhtolt de Mutgeresbah, Heinrih de Heimenh. & frater ejus Hartmut, Piligrim & filius ejus Chunrat. Dein Comes Conradus Friſingam veniens fidem ſuam abſolvit, delegans præfatum adoleſcentem Arnoldum ad Corpus Beati Corbiniani in manum venerabilis Alberti Epiſcopi, ſupra dicto tenore, ſicut in manum ejus legatus fuerat, præſente Duce Welfone cum teſtibus, quorum hæc nomina ſunt: Friderich Palatinus Comes, & frater ejus Otto Junior, Comes Bertholdus, Heinricus Ratisponenſis urbis Præfectus, Eberhard de Frichendorf, Liutolt de Hagenovve & filius ejus Liutolt. De miniſterialibus Eccleſiæ, Rudolf de Muſpach & filius ejus Rudolf, Engilvvan, Engilmar & filius ejus Engilmar, Chunrat de Heidolvingen, Dietpolt Fortlieb de Suanhiltdorf, Ulrih de Chelheim, Ulrih de Holzhuſen, Oſrih, Sifrit, Witiliep, Berhtold, Grim, Heinrih, Hartmut, qui & ſupra, & præter eos plures alij.

NUM. MCCCXLVI.

EPiſcopus & Comes Otto de Valeja hoc modo inter ſe conjuraverunt. Comes Otto pro beneficio Comitis Arnoldi laudavit Epiſcopo ſe daturum ſexaginta talenta, quorum debet XX. perſolvere in proximo Paſcha. In Aſſumptione Sanctæ Mariæ XX. In feſto Sancti Martini XX. Ex his debet Epiſcopus curiæ ſuæ X. Ut autem ſine dolo hæc pecunia ſolvatur, Comes acceptum beneficium ſtatim conditionaliter reſignavit, ſcilicet, ut redeat Epiſcopo, niſi hoc laudamentum Comes perſolverit. Inſuper quando commonitus fuerit ab Epiſcopo, ab ea die ad quatuordecim dies Comes cum manu fratris ſui ponet de prædio ſuo vel beneficio in manum Uſcalci de Uſelendorf, & Folmari tantum, quantum viſum fuerit de fidelibus Epiſcopi prænominatis duobus & Waltmanno, & Rudolfo, & de Clericis Engelſcalco Decano, Harmudo & Rachvvino, ut idem prædium delegetur Epiſcopo, quocunque voluerit, niſi laudamentum compleatur. Quod ſi frater Comitis renuerit hoc facere, laudavit Comes à fratre ſuo dividere tantùm, quantùm ſatis eſt ad hoc perſolvendum. Præterea debet Comes aliud pignus ponere de prædio vel beneficio ſuo juxta prædictum tenorem Epiſcopo, quòd in Advocatia illa non opprimet populum ſuum, nec injuſtis vexationibus vexabit. Et ſi fecerit, conventus & commonitus ab Epiſcopo, ſi non emendaverit intra ſex ebdomades, pignus debet ad jus Epiſcopi pertinere. Si verò aliqua inevitabili neceſſitate Comes impeditus fuerit, ut ſupra dicta perſolvere non poſſit, expeditus ab illa neceſſitate iterum ſolvere debet. Ut autem ſine fraude, malo ingenio, omnia hæc fiant, Comes jurare fecit miniſterialem ſuum Bertoldum, qui liber erit juramentò, ſi pignora ſupra dicto Epiſcopo poſita fuerint. Hujus rei teſtes ſunt. Comes Arnoldus, Fridericus & frater ejus, Folmarus, Sighart. De Friſinga Eberhart de Werde, Engelvvan, Gotfrit, Albrecht, Rudiger, Eberhart de Motrichingen & alij.

Digitized by Google

NUM. MCCCXLVII.

Abrenuntiatio vini in X. vase.

COmes H. de Scalah exfeſtucavit & renunciavit omni juri, quod ſe dixerat habere in decimo vaſe vini Epiſcopi Friſingenſis per totam Auſtriam, & de vino, quod uno anno abſtulerat, ſatisfecit & reddidit & compoſuit. Hujus rei teſtes ſunt, H. Burchgravius Ratiſpon. Com. C. de Pilſtein, Otto de Rechperch, Rupertus Dup'. Walchun de Stein, Volchmarus, Albero de Chunring.

NOTA.

Exfeſtucavit. id eſt: dimiſit. oritur verbum illud à *feſtuca*, quæ erat antiquis baculus, virga, fuſtis, arundo, aut calamus, quem tradendo dominium transferebatur. Vide Gotthelfſum Struvium in Gloſſario ad Freherum.

NUM. MCCCXLVIII.

OTto juravit & interrogatus dixit: Ego ſcio & vidi, quòd totum novale, quod erat inter curias illas, ſcilicet Manni & Engilmanni dedit decimationem Eccleſiæ de Cella, & benè per XXX. annos quietè habuit eam, ut mihi videtur, & Ermeſtain poſſedit eam dum vixit. Ripoldus juravit & interrogatus dixit: Ego recordor, quòd Ermeſtain accipiebat decimationem de Sancto Georio ex iſta parte aquæ. Aſconius juravit & interrogatus dixit: Ego recordor, quòd Ermeſtain accipiebat decimationem de grano novalium, quæ erant inter Mannum & Engilmannum, & audivi dici, quod Uſcalcus fugavit eum in Eccleſiam pro decimatione iſta, & de decimatione S. Georij idem dixit, quod Ripoldus. Simperus juravit, & interrogatus dixit: Ego ſcio & vidi Rouceretum, quod erat inter curiam Manni & Engilmanni, & vidi eum revocari, & vidi Ermeſtain plebanum de Cella accipientem decimam per tres annos, & poſtea vidi Uſcalcum expellentem eum de poſſeſſione; dicebat enim, quòd ſua eſſet, quia decima utriusque ſupra dictæ curiæ ad eum pertinebat, & dicit, decimationem Criſpiani, & Canceai, & Sancti Georij, & Pradaci, & Feriani vidiſſe eundem plebanum accipere, & ut mihi videtur, jam ſunt triginta anni, quòd hoc vidi. Penzo juravit & interrogatus dixit idem, quod Iſimperus, & addidit, quòd communitas illorum de Cella, illud quod non erat roncatum, tenebat pro communi. Sifridus juravit, & interrogatus dixit: Ego vidi plebanum Ermeſtain accipientem decimationem novalium de Roſſano, & tenentem, uſquedum Uſcalcus vi eum expulit, & ſunt bene XXX. anni, quod hoc recordor. Teatmarus juravit & interrogatus dixit idem, quod Penzo Wecilis juravit, & interrogatus dixit idem, quod Simperus & Penzo, excepto, quod ignorat, qui fecit violentiam. Stecianus juravit, & interrogatus dixit idem, quod Penzo. Adelpertus juravit, & interrogatus dixit idem, quod Penzo, & addidit, quòd interfuit.

Viſis & auditis ſupra ſcriptis allegationibus & diligenter inſpectis. Al. Dei gratiâ venerabilis Tridentinæ Epiſcopus ſuper hoc negotio talem dedit ſententiam in ſcriptis ita pronuntiando dicens: In nomine B. & F. & S. Sa. Ego Alb. Sanctæ Tridentinæ Eccleſiæ Epiſcopus, viſis & auditis allegationibûs Domini Alberti Friſingenſis Epiſcopi ſuper lite, quæ vertebatur inter eum, & Comitem Pertoldum de Tyrole, & Comitem Arnoldum de Grifenſtain de poſſeſſione decimationum novalium, quæ jacent inter curiam Manni & Engilmanni, & Criſpiani, & Cancenai, & Sancti Georij, & Pradaci, & Feriani. Et cùm ſæpe interrogati non contradicerent, & per plures teſtes cognoviſſem, Eccleſiam de Cella horum novalium decimationem poſſediſſe. Comites ad reſtituendam eam partem poſſeſſionis decimationum iſtorum novalium, quam ipſi tenent, con-

Digitized by Google

condempno. Interfuerunt teſtes. Lotharius Abbas Rotenſis, Richerus Præpoſitus Inticinenſis, Hartmut, Rehvvinus, Wirinto Canonici Friſingenſes. Dominus C. Magiſter Romanus Canonici Sancti Virgilij. De Friſingen. Waltman & Rudolfus frater ejus, Iſenricus Camerarius, Engilvvan, Eber. & alij. Ego Malvvarnitus Notarius Domini F. invictiſſimi Imperatoris interfui, & iſtas allegationes, & ſententiam ſcripſi & ſubſcripſi in die ſupra dicta.

NUM. MCCCXLIX.

NOverit omnis fidelium Eccleſia, qualiter Dominus Rapoto Abbas S. Stephani commutavit quoddam prædium Holaren dictum à venerabili Friſingenſis Eccleſiæ Epiſcopo Adilberto cum prædio alio ſitum in vico, qui dicitur Timenhuſin. Erat autem hoc prædium in Holaren Domino Ottoni Palatino Comiti à Friſingenſi Epiſcopo beneficiali jure conceſſum, itémque illud Dominus Otto homini ſuo cuidam Eberhardo de Frikendorf, ſimiliter autem Eberhardus pro hominio præſtito cuidam Dietpoldo de Sindeshuſin idem conceſſerat, ex quibus duorum in fine nominatorum aſſenſum de commutatione mediante non modici pretij quantitate prædictus Abbas optinuit. Tandem in præſentia tam Adilperti Epiſcopi, quàm Ottonis Palatini Comitis utriusque Eccleſiæ Advocati & aſſenſu utriusque ſupra nominati hominis concambium peractum eſt, & teſtimonio plurimorum confirmatum. Teſtes Otto Palatinus Comes, Henricus Comes de Scuoenburch, Konrat Comes de Roningen, Piligrim de Wölmuotſahe, Aribo de Biburch, Uodalſcalch de Uſilndorf, Dietricus Pernhart, Otto de Moſen, Liutolt & filius ejus Liutolt de Haginovve, Dietricus de Slivvingen, Pertolt de Erphenbrunnen, Uodalrich de Purgibach, Konrat de Heidolvingen, Rudolf & frater ejus Gervvich de Pubinhuſen, Engilmar de Gunzinhuſin, Arnolt Saluvve, Eberhart de Werde, Goteſcalchus de Abrehtesperge, Sigifrit & frater ejus Oſrich de Wartinberch, Adalbart de Priſingen, Heriman Fuez, Heinrich & frater ejus Guntherus de Gieſenbach, Heinricus de Wolfoltesdorf, Dietpolt de Sindeshuſin.

NOTA.

Pro hominio præſtito. Hominium idem eſt ac homagium vel vaſallagium, ut habet Struvius ſupra laudatus. P. Martene *Homagium* idem dicit eſſe, quod clientela aut obſequium. Conſentiunt jurisperiti, qui ſub ea voce intelligunt juramentum fidelitatis.

NUM. MCCCL.

SCire rogamus omnes fideles populos pactionem noſtram, quam fecimus cum Proviſoribus ſilvæ Friſingenſis Eccleſiæ. Illi namque ſingulis annis juſtitiam ſuam I. ſpentam inportunè à nobis exigebant, nec tamen nobis noſtram ſpentam ullatenùs reddere volebant. Tandem ordinante Domino Ottone Palatino Comite, præſente quoque Domino Adilberto Epiſcopo auctoritate utriusque conſtitutio inter nos & illos hujusmodi facta & firmata eſt, ut nos illis annuatim dimidium talentum pro ſpenta in Nat. Domini daremus, & unusquisque nobis ſimiliter omnibus annis VI. arbores de majoribus perſolverent. Teſtes Cuono de Megilingen, Cuonradus de Roningen, Piligrimus de Wolmuoteshah, Aribo de Tatindorf, Otricus de Wartinberc & Sigfridus, Uodalrich de Chelhaim, Heremannus, Uoz, Adilpero de Gieſinpach, Gervvicus de Camera &c.

NOTA.

Unam ſpentam. Nempe ſtipem, ut Struvius eam vocem explicat. In præſenti caſu aliter *ſpenta* non videtur poſſe accipi quàm pro *honorario*, vel potiùs *congiario*.

Digitized by Google

NUM. MCCCLI.

ITem ibi in ipſo molendino cum Domino Adilberto Friſingenſi Epiſcopo Fratres conganbium cujusdam agri fecerunt datô aliô agrô Domno Epiſcopo in loco, qui dicitur Giſilingen. Ipſum agrum, qui datus eſt Domno Epiſcopo Fratres commutaverunt à quadam Sorore Rihzen, dantes ei alium agrum, quem in Giſilingen habuerunt. Teſtes de Giſilingen Leupolt, Adilb. De familia S. Stephani Herman, Chuonrat. De Altheim Eppo, Ulricus &c.

NUM. MCCCLII.

POſteritati fidelium ſcriptô pandimus, qualiter Illuſtris Comes Gerhardus de Kregelingen in celebratione curiæ Wirzeburch acceptis octo talentis & garrada vini, & Conjugi ſuæ duabus aureis armillis à Domino Rapatone loci hujus Abbate reſignaverit in manus Adalperti venerabilis Friſingenſis Eccleſiæ Antiſtitis beneficium decimæ, quale habuit in prædiis noſtris Adlhershove, & Holarn huic loco perpetualiter donandum. Cujus peticioni venerandus idem Præſul ſtatim annuit, & prænominatam decimam hereditario jure nobis contulit. Teſtes Volmarus de Wikershoven, Engelvvanus de Ahdorf, Hainricus Felix Puer, Eberhardus de Werd, Gervvicus de Pubenhuſen, Wolfherus Spiſar, Eppo Dinſtmann, Altmannus Camerarius. Eberhardus Cocus, Hainr. Planch, Fridricus de Puomgart &c.

NOTA.

Ex Codicê Tradit. Weihenſtephan. *fol.71. a.*

NUM. MCCCLIII.

DElegationem, quam ſcribimus notam fieri cupimus omnibus viventibus. Venerabilis Adilbertus Friſingenſis Epiſcopus altare Sancti Benedicti in feſto S. Apoſtolorum Simonis & Judæ conſecravit, & quidam Heinricus cognomine Muzan prædio ſuo, quod in Richolveshuſen habuît, ipſum altare dotavit in ſervicium Fratrum S. Stephani inveſtitura ipſius prædij ex toto data. Teſtes Heinricus Felix puer, Ruodolf & Chuonradus de Hittenuurt, Gervvich de Horſchenouen, Gotefrit Pincerna de Friſinga, Altman Camerarius, Wolferus Annonarius, Mazilinus de Friſinga.

NOTA.

Ex libro Trad. Weihenſtepb. *fol.67. b.*

NUM. MCCCLIV.

SIt in notitia omnium, quòd quidam Werboto hujus Eccleſiæ cenſualis prædium, quod habuit in Teitenhuſen prædium comparatum à quadam Perhta ſimiliter cenſuali hujus Eccleſiæ ad altare Sanctæ Mariæ in officium Cuſtodis ad concinnanda luminaria delegavit, eo tenore, ut ipſe in vita ſua & Uxor ejus habeant. Teſtes Gebehart de Holzhuſen, Sifrit de Tal, Ulrich Stobel, Eberhart Loize, Richker von Utingen, Richker von Dorfen, Merbot von Miltaha, Fridrihc von Rudolteshoven.

NUM. MCCCLV.

DUx C. de Dachavve à Domino Al. Epiſcopo talenta LX. accommodavit, & ille prædia ſua ſcil: Evſte & Rorinmos, & Anteshoven in manus Heinrici Comitis de Plagen delegavit, beneficia quoque in manus Epiſcopi ſub pignore depoſuit, eo tenore, ſi ipſe prædictam pecuniam in Aſſumptione Sanctæ Mariæ Domino Epiſcopo non reddat, Heinricus Comes de Plagen præfata

Digitized by Google

fata prædia ſuper aram S. Mariæ deleget, beneficia in uſus Epiſcopi liberè pro voluntate ſua cedant. Teſtes Arnoldus Comes de Dachavve, Albertus de Marcholtschoven & frater ejus Meinhart, Haitvolch de Velvven. Eb. de Maiſa, Liutolt Junior de Dachavve, Sifrit Comes de Leubenavve, Gopolt de Lochuſen, & alij quàm plures.

NUM. MCCCLVI.

IN nomine Patris, & Filij & Spiritus Sancti, *Welſo* Dux. Si de prædiis & beneficiis noſtris, eis qui divinis laudibus die ac nocte inſiſtunt, temporalia beneficia inpendimus, per hoc & peccatorum remiſſionem, & æternæ vitæ remunerationem nos accepturos confidimus. Noverit itaque omnium tam futurorum quam præſentium ſollers induſtria, quod nos allodium noſtrum in *Amergau* cum omnibus pertinentiis ſuis, videlicet Eccleſia, villa, hominibus, aquis, pratis, paſcuis cultis & incultis, aquis, aquarúmque decurſibus, piſcationibus, præſente & conſentiente *Friderico* Imperatore filio Sororis noſtræ, pariterque conſentiente *Hainrico* tunc Duce *Saxonum*, Monaſterio, quod dicitur *Campidona* tradimus, ac perpetuo habendum hac pactione transfundimus, ut ſingulis annis anniverſarius dilecti filij noſtri Ducis *Welſonis* in eodem Monaſterio agatur, & lumen quod ſine intermiſſione ibi ardeat in ipſo jam ſæpe dicto Monaſterio habeatur. Ut autem hæc firmius credantur, & omni tempore inconuulſa obſerventur, hanc actionem noſtram Sigillo noſtro roborari juſſimus, & ubi, & in quorum præſentia factum ſit ſubſcribi præcepimus. Actum Auguſtæ coram Friderico Imperatore & multis Epiſcopis, ſcilicet *Hainrico* Epiſcopo *Auguſten. Adalberto Friſingen.* Epiſcopo, *Theobaldo Patavienſi* Epiſcopo. *Egilolfo Aiſteten.* Epiſcopo, & aliis Principibus in Dei nomine feliciter Amen.

NOTA.

Inſtrumentum hoc deſumpſimus ex Hundio, vel potiùs Gevvoldo *T. 3. pag. 159.*

NUM. MCCCLVII.

A. Venerabili Domino ſuo Friſingenſi Epiſcopo P. Comes de And. aſſiduam ſervitutis ſuæ inſtantiam. Pro capella, quæ in poſſeſſione noſtra in Diegen ſita eſt, cujus uſus ob nimiam dilectionem veſtram veſtræ indigentiæ hucuſque permiſimus, de cetero noſtra noſtrorúmque neceſſitate urgente veſtri gratia retrahimus. Rogamus itaque Sanctitatem veſtram, quatenus omnem immeritam noxam latori præſentium ignoſcere curetis, quoniam quæ noſtram ſpectat juſtitiam, ipſi abſque dilatione contulimus; quamobrem, ne veſtram ſubtrahatis, humillimè flagitamus. Cùm etiam dicat auctoritas: Divinæ & humanæ leges hoc habent, ut cujus ſit poſſeſſio, ejus etiam ſit inſtitutio, majus enim eſt poſſeſſionem dare, quàm inveſtituram.

NOTA.

Ex Codice Tegernſ. ſæpe laudato pag. 189.
P. Comes de And. fortè Poppo de Andechs. an Pertholdus ejus parens?

NUM. MCCCLVIII.

REverendo in Chriſto Domino & Patri A. Dei gratiâ Friſingenſis Eccleſiæ Epiſcopo, R. de Monaſterio S. Q. dictus Abbas devotas orationes & ſinceræ dilectionis ſervitium. Non ignorat Sanctitas veſtra duas Eccleſias in veſtra Diœceſi conſtitutas, videlicet Walch. & Job. in quibus ad noſtram petitionem & ad noſtrum arbitrium jure fundationis Sacerdos eſt inſtituendus. Unde quia Paſtore deſtitutæ vacare videntur, ad regimen & providentiam earumdem Eccleſiarum venerabilem Fratrem noſtrum Præpoſitum de Cella Domini D. invitandum duximus,

Digitized by Google

quem nos cum litteris noſtris ad veſtram præſentiam direximus, & ut eum ibi præficiatis & curam altaris ei aſſignetis humiliter poſtulamus.

NOTA.

R. de Monaſterio S. Q. dictus Abbas. nempe Rupertus Abbas S. Quirini in Tegernſee, natus ex Comitibus de Nivenburg, virtutibus etiam poſt mortem clarus. Vide *Monum. Tegernſ. apud P. Bern. Pezium T. 3. part. 3. col. 520. & ſeqq.*

NUM. MCCCLIX.

R. De Monaſterio S. Q. Abbati venerando R. Friſingenſis Decanus & totum Friſingenſe Capitulum promptum & affectuoſum ſervitium. Bonæ ac honeſtæ intentionis veſtræ propoſitum de ſtructura Eccleſiæ lapideæ, quam ædificare cepiſtis, laudamus, & vetus diruatis, conſulimus, illud tamen monentes, quòd veteris Eccleſiæ deſtructio adeò cautè fiat, quòd altare inmobile & inviolatum permaneat.

NOTA.

R. Friſingenſis Decanus. nempe Rudolfus Decanus: qui etiam occurrit ſupra N. 1343.

NUM. MCCCLX.

REverentiſſimo & Venerabili Domino A. S. Friſingenſis Eccleſiæ Epiſcopo R. humilis Miniſter Fratrum S. Q. cum omnibus ſibi ſubjectis Orationum ac ſervitij ſinceram devotionem. Quoniam Celſitudinem veſtram patet diligere juſtitiam, fiducialiter pro juſtis cauſis petentes ad thronum gratiæ veſtræ accedimus. Duas noſtri juris Eccleſias apud Wal & Ikchingen nuper vacare contigit, quibus veſtra auctoritate noſtrum Clericum Mein. intronizari petimus, quem in noſtri cauſa clementer ſuſcipiat veſtra Paternitas, & benignè illic inſtituat, cum ipſo nos perpetuò deſervire ſtudebimus. Boni ſiquidem teſtimonij perſona eſt, quæ omnimodis honori veſtro famulari & novit, & inſtanter appetit. Eum namque miſericordiæ veſtræ magnopere commendamus.

NOTA.

Ex eodem Tegernſ. Codice *pag. 185. b.*

NUM. MCCCLXI.

A. Domino & Patri ſuo Sanctæ Friſingenſis Eccleſiæ Epiſcopo R. humilis Miniſter Sancti Q. cum omni Congregatione ſibi credita devotum obſequium cum intimis orationibus. Almitati veſtræ tam devotas, quàm debitas gratias agimus, quia paterno affectu nos uſque modo foviſtis, & peticionibus noſtris pium ſemper aſſenſum præbuiſtis. Hac ergo fiducia Clericum noſtrum H. ſatis honeſtè & laudabiliter apud nos converſatum Sanctitati veſtræ deſtinavimus quàm intimè flagitantes, ut ipſum cauſa noſtrî benignè ſuſcipiatis, & ad Presbyteratûs Ordinem per Sacram benedictionem promovere dignemini.

NOTA.

Ex eodem Codice *pag. 188. a.*

IN-

Digitized by Google

Inſtrumenta ſub Ottone II.
Epiſcopo Friſingenſi XXIV.
NUM. MCCCLXII.

FRidericus Dei gratiâ Romanorum Imperator & ſemper Auguſtus. Decet fidelitati noſtræ tempora generali populorum provinciarum tranquillitati circumſpectionis noſtræ ſtudio provideri, ut dum in ſubjectis dominationis virtute pollemus, reprobos quoslibet ac ſceleroſos à ſubditorum injuriis æquitatis noſtræ correctione compeſcamus. Conſiderantes quippe, quæ damna quantæque deſolationes hominum & provinciarum per ſeditiones & incendia provenerint, & quantos præterita futurorum timores reportent, ea quæ de convenientia & conſilio Principum & aliorum fidelium noſtrorum tam liberorum quàm miniſterialium ad reprimendas incendariorium inſolentias Imperialis noſtra ſanxit auctoritas, univerſis Imperij fidelibus notum fieri volumus, & ſicut in caſtro noſtro Nuornberc ordinata & confirmata ſunt, firmiter indicimus obſervanda.

Primum ſit de Incendiariis dominis generale, ut ſi liber homo, ingenuus, miniſterialis, vel cujuscunque fuerit condicionis incendium commiſerit, provverra propria, pro amico, pro parente, vel cauſæ cujusquam alterius occaſione, de ſententia & judicio Imperiali proſcriptioni ſtatim habeatur ſubjectus. Hîc excipiuntur, ſiquis fortè manifeſta Werra Caſtrum manifeſtè capit, & ſiquis ibi ſuburbia aut ſtabula aliáve tuguria præjacentia igne ſuccendat. Excipiuntur & judices, qui in malefactores incendij pænam juſticia permittente exercere contingint. Quòd ſi aliquis in Ducatu alicujus incendium fecerit, ipſe Dux proſcriptum noſtrum eum pronuntiet ac deinde juſticiæ ſuæ auctoritate eum proſcribat. Idipſum faciant Marchiones, Palatini Comites, Lantgravij & Comites alij, nec alicui eorum liceat talem abſolvere, niſi Domino Imperatori. Quicunque etiam incendiarium in domo ſua ſcienter recipit, & conſilium auxiliúmve ei inpenderit, damnum & injuriam paſſo pro facultate ſua reſtituat. Judici verò X. libras monetæ de illa Dioceſi, in qua commiſſum eſt perſolvat, ac Domino Imperatori pro voluntate & gratia ſua conponat. Si quis autem ſuper hac culpa innocentiam ſuam oſtendere voluerit cum duobus viris veracibus in præſentia judicis ſe expurget. Si quis autem cuiquam inpoſuerit, quòd incendiarium receperit, & hoc ipſum in jure voluerit convenire, hoc nequaquam ei liceat, niſi præſtito primò calumniæ Sacramento. Dominus etiam Imperator proſcriptorum neminem á ſententia proſcriptionis abſolvat, niſi de illicitis damnis primò cum injuriato conponat, & niſi conſenciente judice hoc faciat. Proſcriptum verò, quem pro incendio ſententiam proſcriptionis incurriſſe omnibus notorium fuerit, Dioceſanus Epiſcopus, ſi ad ſatisfactionem inobediens exiſtit, è communione Eccleſiæ Dei & fidelium Chriſti abiciat, & extraneum reddat, nec eum abſolvat, quoad uſque læſo dampnum reſtituat, & è converſo, quem Epiſcopus legitimis induciis citatum juſticia dictante excommunicaverit, & hoc judici inſinuaverit, Judex eum banno proſcriptionis condempnet, nec priús eum abſolvat, quàm coram Epiſcopo de his, pro quibus dampnatus eſt ſatisfaciat. Quòd ſi à proſcriptione illa prædicto modo fuerit abſolutus, & Epiſcopo ſuo voluerit obedire, incendium primùm abjuret, deinde ſit in arbitrio Epiſcopi, qualem ei pænam injungat, viſitandi videlicet ſepulchrum Domini, aut limina Jacobi Apoſtoli. Si autem proſcriptus eo, quo dictum eſt, modo deſideraverit abſolvi, Domino Imperatori fines Imperij ſui per annum & diem abjuret. Si quis autem à proſcriptione & excommunicatione ſimul

ſimul infra annum & diem non fuerit abſolutus, univerſo jure, & honore, & legalitate privatus habeatur, ita ut in ferendo teſtimonio, vel ad cauſandum de cetero nequaquam ſit admittendus. Omni quoque feodali jure perpetuò carebit. Item ſi in reiſa alicujus domini cum ipſo domino, cujus eſt reiſa, aliquis fuerit, qui incendium, ut ſæpiùs contigit faciat, Dominus ipſe, cujus eſt reiſa, jurabit ſuper reliquias, quòd non fecerit conſcientia, voluntate, vel mandato ſuo, reum autem aproiciet à ſe, & nunquam recipiet, quod ſi poſtea illum ante ſatisfactionem receperit, tenetur univerſum damnum, quod commiſit reſtituere. Item ſi contingat Dominum aliquem in villa aliqua hoſpitari, violenter & fortuitu evenerit domum aliquam incendi, & ille, cui ſit dampnum, Dominum inpeciêrit, quòd mandato vel voluntate ipſius ſit factum, primùm præſtet Sacramentum calumpniæ, deinde Dominus expurget ſe ſola manu, quòd voluntate, mandato ſuo, vel conſcientia ſua factum non fuerit, & dampnum damnificato reſtituat. Item ſi incendiarius captus fuerit, & coram Judice negare voluerit incendium ſe commiſiſſe, niſi fortè notorium per provinciam fuerit, Judex, ſi poſſit eum cum VII. idoneis teſtibus convincere, capite plectatur. Sed ſi notorium eſt, nullius requirendum eſt teſtimonium, ſed ſtatim decollandus. Item ſi Caſtellani alicujus Domini deſcendentes à caſtro domini ſui incendium fecerint Domino abſente à provincia, caſtrum Domini propter hoc non erit comburendum, ſed bona incendariorum, quæcunque extra caſtrum reperta fuerint, comburantur. Poſt reverſionem verò Domini, ſi Dominus incendiarium retinere voluerit, & à ſe non pepulerit, caſtrum ejus ſimiliter erit comburendum. Item ſi proſcriptus propter incendium in aliquam domum confugerit, de qua non poſſit haberi, niſi domus incendatur, propter hoc incendium non erit quis pro incendiario reputandus, ſed dampnum pro incendio reſtituere debet. Item ſi incendiarius ſuper caſtrum aliquod agitatus confugerit, & Domini, cujus eſt caſtrum, fortaſſis Dominus vel vaſſaldus, vel conſanguineus fuerit, Dominus ille non debet eum perſequentibus repræſentare, ſed juvabit eum à caſtro in ſilvam, vel aliàs ubi ſecurus ſit judicatus. Quòd ſi nec Dominus, nec vaſſaldus, nec cognatus fuerit, perſequentibus eum ſtatim repræſentet, vel cum eo in eadem culpa ſit, ſtatuimus, quin & eodem edicto firmiter ſancimus, ut quisquis alij damnum facere, aut ipſum lædere intendat, tribus ad minus ante diebus per certum nuntium ſuum diffiduciet eum. Quòd ſi læſus diffiduciatum ſe negare voluerit, nuntius idem, ſi vivus eſt, juret, quòd contradixerit ei ex parte Domini ſui, loco & tempore deſignato. Si mortuus eſt nuntius, juret Dominus junctis ſibi duobus veracibus viris, quod contradixerit ei, ne dolo mediante de fide violata quis poſſit inculpari. His Sancientes adicimus, ut quisquis treugas alicui dederit, niſi ibidem exceptum fuerit, & determinatum, quo tenore ſervet, vel non ſervet, eas contradicere ante terminum ſtatutum nequaquam poſſit. Quòd ſi fecerit, violator fidei judicetur. Item quisquis nuntium aliquem pro eo, quòd contradicturus mittitur, læſerit, fidem ſuam violavit, & de cetero omni honore ſuo carebit, & inpoſterum nullus ei contradicat. De filiis quoque Sacerdotum, Dyaconorum ac ruſticorum ſtatuimus, ne cingulum militare aliquatenus aſſumant, & qui jam aſſumſerunt, per judicem provinciæ à milicia pellantur. Quòd ſi Dominus alicujus eorum in milicia eum contra Judicis interdictum retinere contendit, ipſe Dominus in X. libris Judici condempnetur, ſervus autem omni miliciæ privetur. Item ſi quis Comes poſt Judices ſtatuat, Imperatori XXX. libras ſolvat, poſt Judex X. libras. Statuimus etiam, ut ſiquis vineas aut pomeria exciderit, proſcriptioni & communicationi incendariorum ſubiciatur. Ut autem hæc tam utilis ordinacio omni tempore rata permaneat, & eo, quo edicta eſt, tenore inconvulſa conſiſtat, eam legibus prædeceſſorum noſtrorum Imperatorum, atque Regum juſſimus interſeri, & perpetuo jure ſervari. Cui ſi quis auſu teme-

Digitized by Google

temeritatis contraire præſumſerit, Dei Omnipotentis & noſtræ perpetuò ſit reus indignationis. fiat, fiat, Amen. Actum Nurnberc in præſentia Principum & conſenſu eorum. Anno Domini Incarnationis MCLXXXVII. Indictione VI. IIII. Kalendas Januarij.

NOTA.

Hanc Conſtitutionem exſcripſimus ex Libro quarto ſeu Magno Traditionum Friſingenſium *fol. 128. d.*

Werra. Italicè Guerra, ſeu belli contentio, ut explicat Petrus Galeſinus in ſuo Dictionario, Baſſani impreſſo.

NUM. MCCCLXIII.

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Otto Dei gratia Friſingenſis Eccleſiæ Epiſcopus ſecundus. Ad memoriam futurorum ea, quæ per donationes ſive commutationes Eccleſiis Dei conferuntur, ſcriptò dignum reputamus annotari, ne de facili poſſint iniquô retractari conſiliô, quæ pia devotione propterea fiunt, ut inde Summi Regis honor, ejúsque Sanctorum amplietur. Unde fidelium Chriſti noticiæ commemoramus, qualiter nos ob amorem ac precum inſtanciam dilecti noſtri Hainrici videlicet Præpoſiti Eccleſiæ Scheftlarn quaſdam decimaciones vinearum in ſubſidium Fratrum ibidem Deo famulantium tradidimus apud Sefers reſignante nobis eas quodam Egilolfo, qui longo easdem tempore juſticia poſſederat feodali, cujus eciam laudamento negocium idem tractatum fuit & confirmatum. Preterea de quodam concambio cum memorato Præpoſito & Fratribus ipſius convenimus hoc tenore, quod ipſi pro decimationibus prætaxatis & curte una Haidolfingen aſſignaverunt nobis curtem unam in Dietershaim, propterea quia noſtris vicina fuit dominicalibus. Ne autem memorata tradicio, ſimúlque prætaxata commutacio poſſint impoſterum ab aliquo caſſari præſentem inde paginam conſcribi, & impreſſionis noſtræ ſigillo communiri fecimus cum teſtibus, qui intererant ſubnotatis, quorum hæc ſunt nomina: Ortvvinus Præpoſiſus S. Sixti, Fridericus Sanctorum Primi & Feliciani Præpoſitus, Chunradus S. Viti Præpoſitus, Gebhardus majoris Eccleſiæ Canonicus, Gotfridus Capellanus, Gervvicus Parrochianus de Ottenburch. De nobilibus Bernhardus de Moſen, Chunradus de Riſen, Hainricus & frater ejus Wernherus de Prukke. De miniſterialibus, Waltmannus de Paſtperch, Ruodolfus de Waldekke, Chuonradus de Hittenfurte, Hainricus Felix puer, Hartvvicus de Richolfsdorf, & filius ejus Otto, Adilboldus de Domibach, Eberhardus de Werde, Diepoldus de Wippenhuſen, Engelmarus de Maſſinhuſen, Meginhardus de Hage, Gerolt de Iſmanningen, Bertoldus de Rubelingen, Ulricus Vertinch, Ulricus de Pergen & alij quàm plures. Actum eſt anno Dominicæ Incarnationis MCLXXXVII. Anno verò Domini Ottonis Friſingenſis Epiſcopi III.

NOTA.

Hoc Inſtrumentum deprompſimus ex Libro Traditionum Scheſſtlarienſium, ubi habetur *pag. 6. b.*

NUM. MCCCLXIV.

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Otto Dei gratiâ Friſingenſis Eccleſiæ Epiſcopus II. Cunctorum Chriſti fidelium noticiæ commendamus, qualiter nos inductu atque peticione dilecti noſtri Hainrici Præpoſiti, qui tunc temporis Eccleſiam Scheftlarn gubernabat, quaſdam decimaciones, quas de vineis ejuſdem Eccleſiæ apud Bozan noſtris cedere debebant uſibus, Fratribus ibidem Deo famulantibus contradidimus, ea condicione, ut Sorores memorati loci, quocienscunque minuantur ſanguine, conſolacionem exinde recipiant. Et ut hæc noſtra tradicio à nullo Succeſſorum noſtrorum debeat infringi,

Digitized by Google

ſed rata ſemper Fratribus prætaxatis & inconvulſa permaneat, hanc eis inde paginam conſcribi & impreſſionis noſtræ ſigillô fecimus communiri cum teſtibus ſubnotatis quorum hæc ſunt nomina: Comes Hermannus de Wartſtain, Chunradus de Baierbrunnen, Ruodolfus de Waldekke, Hartvvicus de Richolfesdorf Fridricus filius Waltmanni de Paſtperch, Ruotbertus filius Ruotberti de Zaizmanningen, Hartvvicus de Paſingen, Ruodolfus Cancer, Ruodolfus de Riede, Alban de Elhpach, Chunradus de Hoven, Heinricus de Sindelsdorf, Egelolf de Paſingen & alij quàm plures.

NOTA.

Liber Tradit. Scheftlarienſium pag. 7. a. b.

NUM. MCCCLXV.

OTto Dei gratiâ Friſingenſis Epiſcopus. Si Anteceſſorum noſtrorum ſtatuta noſtræ auctoritatis tuitione ſolidamus, & in his maximè, quæ Divino Zelo compuncti Eccleſiarum locis contulerunt, nos facere dubium non eſt, ut & eorum pia memoria non deficiat, & ea, quæ pià acta ſunt, firma permaneant. Noverit igitur omnium Eccleſiæ tam præſentium, quàm futurorum univerſitas, quòd venerabilis Antiſtes Albertus prædeceſſor noſter Sancto Johanni Baptiſtæ ad capellam noſtram duas areas in civitate ſitas, eas videlicet, in quibus Liebhardus Kaſte, & Ulricus Eſtas ſua locaverunt domicilia donavit tali condicione, ut de utraque ad altare Beati Johannis in ejus Nativitate XV. denarij, qui ipſum p̄cat, perſolvantur. Hanc traditionem nullam habentem contradictionem nos quoque ratihabitione noſtra ſolidamus, & ut deinceps inconvulſa permaneat prædicto Ulrico Eſtati præſentem paginam ſcribi fecimus, quoniam area ſua ad manum Laici Hertvvici videlicet ſuaſione quorumdam miniſterialium noſtrorum, cùm primò ſedem noſtram acceſſimus, devenerat. Igitur Ulricus Eſtas nobis & prænominato Sacerdoti H. Notario & Scholaſtico tribus libris optinuit, ut ipſe & hæredes ſui ſibi ſuccedentes jure hæreditario deinceps poſſiderent, ita tamen, ut præfato Sacerdoti annuatim, ut ſuperiùs dictum eſt, XV. denarios perſolvant, & ne aliquis eos gravet, paginam iſtam ſigillô noſtrô confirmavimus. Hujus rei teſtes ſunt Ortvvinus Decanus, Ch. Felix puer, Fridericus in angulo, Gotfridus in angulo, Ortolfus de Utingen Canonici majoris Eccleſiæ. Miniſteriàles Eccleſiæ: Gervvicus de Pubenhuſen & alij quàm plures. Data per manum Heinrici Notarij, anno Incarnationis Domini MCXCVI.

NOTÆ.

Ch. Felix puer. nempe Chunradus Seeligkind/ quo cognomine certa nobilis familia gaudebat.

Gotfridus in Angulo. nempe in Winckhl/ itidem ex nobili ejus nominis familia.

NUM. MCCCLXVI.

INnocentius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Venerabili fratri * Epiſcopo & dilectis filiis Scholaſtico *Friſingen.* & plebano in Conuen. *Friſingen* Dioc. ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Suam ad nos dilecti filij Præpoſitus & Capitulum *Berthesgatmenſ.* querimoniam deſtinarunt quod Præpoſitus & Capitulum *Salzburgen* eos cenſu cuiusdam foreſti ac rebus aliis cõtra juſtitiam ſpoliarunt. Ad hæc procurator prædictorum Præpoſiti & Capituli *Salzburgẽ.* propoſuit &c. quod minimè eodem cenſu ſpoliarunt eosdem, imo idem Præpoſitus & Capitulum *Berthescamen Salzburgen.* dioc. eis ſuper eodem foreſto ad eos de jure ſpectante injurioſi ſunt plurimum & moleſti illud cõtra juſtitiam uſurpantes. Adjecit præterea procurator prædictus quod præfati Præpoſitus & Capitulum *Berthecamen.* ſuper Archidiaconatu *Salzburgen.* & rebus aliis appellatione contempta

Digitized by Google

tempta quæ ab utraque parte ad Sedem Apoſtolicam fuerat interpoſita contra ipſos apud nobilem virum ducem *Auſtriæ* injuſtam depoſuere querelam ipſosque multipliciter moleſtando fecerunt quod totum vinum eorum de uno anno in ipſius fuit Ducis terra detentum in ipſorum grave diſpendium & gravamen. quia verò nobis non conſtitit de præmiſſis, diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus quatenus evocatis qui fuerint propter hoc euocati & auditi, hic inde propoſitis quod juſtum fuerit, appellatione poſtpoſita decernatis facientes quod decreveritis per cenſuram Eccleſiaſticam firmiter obſervari, nullis litteris veritati & juſtitiæ præjudicantibus à ſede Apoſtolica impetratis. Quod ſi non omnes his exequẽdis potueritis intereſſe, tu frater Epiſcope cum eorum altero ea nihilominus exequaris. Ratum *Romæ* apud S. *Petrum* II. Non. Martii Pontificatus noſtri anno decimo.

NOTA.

Hæc ad annum Chriſti 1207. pertinent. Deſumpſimus hoc Inſtrumentum ex Metrop. Saliſb. *T.2. pag.166.*

NUM. MCCCLXVII.

OTTO Dei Gratia Friſingenſis Epiſcopus ſecundus feliciter. Amen. Notum ſit omnibus tam futuris, quam præſentibus, quòd cum cœnobium Weſſinsbrunnen legitimé & quiete poſſideret quamdam Curiam in Menzingen, decimas verò ejusdem Curiæ à nobis & ab anteceſſoribus noſtris multo tempore ſine lite poſſediſſet, Eberhardus Miles de Svvabingen cæpit Abbatem ejusdem loci impetere, aſſerens, decimas ejusdem curiæ ad ſe pertinere. Quæ contentio pro voluntate & arbitrio noſtro taliter ſopita eſt, quòd dictus E. renunciavit omni juri, quod ſe in decimationibus ejusdem Curiæ profitebatur habere, & Dominus Abbas ſolus obtineat omnes decimationes, quæ dantur de agricultura, quæ antiquitus inſerta eſt ipſi Curiæ. Nec Dominus Eberhardus, vel aliquis impoſterum de ſucceſſione ſua habebit poteſtatem, de his aliquid repetendi, vel querimoniam contra præfatum Cœnobium ſuper his amplius movendi, nec quisquam alius. De reliquis verò agris ad culturam Curiæ non pertinentibus, ſive ſint inſerti ipſi Curiæ, ſive aliàs excolantur, memoratus E. decimationem pro parte ſua recipiet. Hujus rei teſtes ſunt Chunradus majoris Eccleſiæ Decanus. Heinricus Præpoſitus S. Andreæ. Ulricus Præpoſitus S. Viti. Chunradus Præpoſitus de Moſeburch. Tagino Præpoſitus de Slierse. Pabo Præpoſitus de Iſene. Ulricus Vicedominus Ducis. Heinricus de Struzdorff. Fridericus Sappo. Wernhardus Can. Eberhardus de Wilheim. Ortvvinus de Humblen. Geroldus Can. Liupoldus Can. Gotfridus Can. Siboto pulcher panis. Item de Miniſterialibus & aliis. Heinricus liber de Paing. Rudolfus de Waldekke. & frater ſuus Otto. Sigehardus de Hittenfurt. Heinricus Camerarius. Heinricus Pincernarius. Guntherus Marſcalcus. Sigeharous Dapifer. Heinricus de Vagen & frater ſuus Otto. Heinricus Vertingus. Heinricus de Wacheringen. Fridericus de Schvvabingen. Heinricus Cancer. Fridericus de Wippenh. Heinricus de Nivvercingen. Sigehardus de Paſingen, & frater ſuus Otto. Diepoldus de Menzingen. & alij quam plures. Factum eſt hoc anno Domini MCCXII. Menſe Junio. XV. die Kal. Julij.

NOTÆ.

Hoc Inſtrumentum nobiſcum communicárunt noſtri Weſſofontani.
Siboto pulcher panis. nempe Schönbrott.
Henricus Cancer. nempe Krebs.

NUM. MCCCLXVIII.

Donatio XXX. manſorum per Ducem Karinthiæ Eccleſiæ Friſingenſi.

NOtum ſit omnibus Chriſti fidelibus, qualiter Berinhardus Dux Carinthiæ contulit Eccleſiæ Friſingenſi de patrimonio ſuo XXX. manſos, quorum ſiti ſunt in Tunelindorf XII. in Haulach & in Arch VIII. Contulit namque præfatus Dux eosdem manſos Eccleſiæ prætaxatæ pro remedio animæ ſuæ & patris fratrúmque ſuorum nec non in reconpenſationem dampni, quod ipſe intulerat eidem Eccleſiæ in advocatia ſua Lonkk, pro quo eum Dominus Otto Epiſcopus impetebat, qui ipſius Eccleſiæ Epiſcopatui præſidebat. Dominus autem Dux facta tali traditione eosdem manſos ab eodem Ottone Epiſcopo ſtatim in feodo recepit tali interpoſito pacto, quòd hæredes ipſius Ducis, ſive ſint filij ſive filiæ ſibi in hoc feodali jure hæreditario ſuccedant. Hujus rei teſtes ſunt: Poppo Epiſcopus Petinen. Engerb. de Urſperch, Marquart de Valchenburch, & frater ſuus Frid. Gerloch de Hercenberch, Gotfrid Vogel, Otto de Purchſtallo, H. de Gratze & filius ſuus Hort, Gerloch de Steine, Magens de Mengoſpurch, Ortolfus Dapifer Ducis, H. Pincerna, Hartvvic de Ibach, Ch. de Çhareperch, Walther de Stuzperch, Otto de Genspurch, Pilgreimi de Malentin, Otto Uvvoge, Wolrich de Paris. De familia Epiſcopi: H. Camerarius, H. Pincerna, Ch. Camerarius, Syghart de Chinperch, H de Nunſazze, Gerboto, Gozvvin, Linhart, Jannes, Ch. Uulfinch, Sighart frater Leonhardi, Gerloch filius H. & Linhart Kabel &c. Hoc in fine adjungimus, ut ſi de voluntate Ducis fuerit, concedat ipſum feodum Uxori ſuæ.

NOTA.

* *Poppo Epiſcopus Petinenſis.* Petinum ſeu Pitinum eſt civitas Iſtriæ, vulgò dicta Pedena. Poppo cenſetur fuiſſe ſextus illius Epiſcopus. Vide Ughellum in *Italia Sacra T. V.* mihi *col. 471.*

NUM. MCCCLXIX.

ITem querimoniam faciens de Domino Bernhardo Duce Karintiæ, quòd homines ſuos in Advocatia Lonca damnificare præſumſit. Idem Dux pro damno Epiſcopo illato tradidit ad altare Sanctæ Mariæ in Friſinga poteſtativa manu XXX. heubas de ſuo prædio apud Nazzenvvz, & eas ab Epiſcopo in beneficium recepit. Nomina teſtium ſunt ſcripta in privilegio ſuper hoc compacto.

NOTA.

Hæc ex Lib. IV. Tradit. fol. 122. b. exſcripſimus.

NUM. MCCCLXX.

MEmoriæ dignum duximus commendandum, quàm gravi labore prædictus Præſul Otto caſtrum Chunratsheim cum foro in Waidhoun & ſuis attinentiis coram Imperatore Heinrico faciendo querimoniam obtinuerit à Comite Chunrado de Pilenſtain. Quo defuncto filius ejus Fridericus nomine ſibi hæreditario jure uſurpavit. A cujus laqueo dum per graves expenſas & labores obtinuiſſet, eo defuncto aliud iniquum membrum ſubcrevit, videlicet in fratre ſuo, qui hæreditario jure prædictum prædium habere voluit. Poſt cujus diſceſſum filius ejus, qui Sacris literis fuit imbutus, cingulum militare volens aſſumere viam univerſæ carnis ingreſſus eſt. Poſt cujus obitum violenter occupare incepit Comes Fridericus de Morn, eò quòd genealogiam de prædictorum Comitum proſapia duceret, & ipſum Friſingenſem Epiſcopum adeò damnificare præſumſit, quòd caſtrum ſuum fraudulenter & violenter occuparet, quoad uſque per querimoniam prædictus Epiſcopus coram Duce Auſtriæ juſticiam obtinendo liti finem imponeret taliter, ut unum caſtrum in Chunratsheim Epiſcopo Friſingenſi, & aliud Comiti cederet. Verùm æquitatis amator & juſticiæ, qui non derelinquit ſperantes in ſe non paſſus injuriam, quam prædictus Comes exercere ſatagebat, liti finem impoſuit dum eum de hoc ſæculo migrare per-

Digitized by Google

permiſit, & ſic Epiſcopus cum quieta pace prædicta bona poſſedit, nulli advocatiam volens conferre. Præterea defuncto Domino Ottone filio Domini Hadmari conſervavit caſtrum in Ramesperch cum ſuis addinentiis inexorabilis, ut nec per preces fieri poſſet, nec terrore concuti, ut vellet alicui infeudare.

NUM. MCCCLXXI.

NOtum ſit omnibus Chriſti fidelibus, qualiter Friſingenſis Epiſcopus datâ magnâ pecuniâ redemit caſtrum in Wartenberch ſitum in Carniola cum beneficiis ſibi adtinentibus à Comite Ottone de Ortnberch, dum adhuc viveret; & ipſum Caſtrum reſignavit Epiſcopo cum heubis & beneficiis adtinentibus, ne fortè filij fratris ſui Comitis Hainrici poſt obitum ſuum Epiſcopum poſſent inpetere: vel ſibi jure hereditario poſſent uſurpare. Epiſcopus verò poſſeſſor illius caſtri factus totum deſtruxit, veritus, quòd fratrueles prædicti Comitis fraudolenter occuparent, dum eciam, quod in vicino in dominicalibus ſuis in loco, qui dicitur Lonca, Caſtrum haberet firmiſſimum. Hæc omnia determinata ſunt coram Ulrico Duce Karintiæ.

NUM. MCCCLXXII.

NOn latere volumus, quòd Dominus Otto Friſingenſis Epiſcopus redemit quoddam beneficium in villa quæ dicitur Mutrndorf apud Chaths ſitum pro LXXX. marcis, & annuatim perſolvit XVI. marcas absque ſteura.

NUM. MCCCLXXIII.

NOtum eſſe volumus omnibus Chriſti fidelibus, quòd Dominus Otto Friſingenſis Epiſcopus ſolvit à Comite Gebhardo de Chregling quoddam beneficium, quod ipſe jam longo tempore cum ſua progenie poſſederat à Friſingenſi Eccleſia villam videlicet Hehign ſub caſtro Otnburch, & vineas apud Veltens. Dedit ergo pro eodem beneficio CCCL. marcas argenti, quòd reſignavit, & nemo de ſua poſteritate jure beneficij poſſet inpetere.

Nec prætereundem eſt, quòd Otto Friſingenſis Epiſcopus datâ magnâ pecuniâ comparavit villam, quæ dicitur Coſtech.

Item comparavit villam, quæ dicitur Paumgarten pro LXXX. marcis.

NUM. MCCCLXXIV.

ITem ſciendum eſt, quòd idem Dominus Otto Friſingenſis Epiſcopus comparavit à Domino Ottone de Nazzenvvz & Uxore ſua LX. heubas ſitas in Marchia in villa, quæ dicitur Zlab & in alia villa quæ dicitur Lonca citra aquam Gurk ſub caſtro Pershek pro trecentis marcis.

NUM. MCCCLXXV.

PLacuit etiam præſenti pagina ſubnotare, qualiter Dominus Otto Friſingenſis Epiſcopus comparavit prædium in Guntroshuſen pro XXX. libris à quodam nobili viro nomine Ottone de Irensburch, deputavit illud Epiſcopus ad herbergam, ut cùm ipſe vel aliquis Succeſſorum ſuorum Ratisponam iter dirigeret, ibidem pernoctaret.

Item comparavit pro XXX. marcis duas curias & unam heubam in villa Wibſe ſub Caſtro Hollnſtain ſitas à quodam nobili viro nomine Ottone de Rutte, ut in perpetuum deſervirent Domino Epiſcopo & omnibus ſuis Succeſſoribus.

NUM. MCCCLXXVI.

DOminus Otto Friſingenſis Eccleſiæ Epiſcopus in manus Abbatis de Sancto Petro Domini videlicet Symonis ad ſerviendum Domino, & Sancto Petro illſic commorantibus fratribus mulierem quamdam Wilbirgem nomine cum duabus filiabus ſuis omníque eorum poſteritate delegavit. Huic delegationi teſtimonium perhibent Miniſteriales ipſius Epiſcopi Albanus Dapifer. Heinricus Pincerna. Heinricus de Wachteringen. Heinricus de Munichen. Rudolfus

dolfus de Hochenburg. Wicnant de Euldorf. Henricus de Puren. Gervvich camerarius. Fritil de Viehten. Perhtolt de Vilzheim. Wernerus de Chumsdorf. Chunradus de Wolfpach. Præterea Hettvolch de Velvven, Otto de Colſe. Wernhardus de Chapſsberch.

NOTÆ.

Hoc inſtrumentum absque dubio pertinet ad annum Chriſti 1199. quo electus fuit Simon, eo nomine primus Abbas S. Petri Salisburgi, & Otto noſter II. in vivis ſuperſtes qui anno ſequenti ſtatim menſe Martio ad Superos migravit. Deſumpſimus verò illud ex Libro Traditionum ejusdem antiquiſſimi Monaſterij S. Petri, qui cum vetuſtiſſimo libro ſocietatum Petrenſium, ſeu Necrologio compactus eſt.

NUM. MCCCLXXVII.

NOtum ſit omnibus tam præſentibus quàm futuris, quòd ego Ot. Friſingenſis Epiſcopus ſecundus ad inſtantiam petitionis Gundhl. Marscalc officium Marscalli ſui propter ſervicium ejusdem G. tali inſtitutione renovavimus, quod dedit ad officium illud duas curias in Luterbach ita, quòd omnes Succeſſores ſui habeant easdem curias pleno jure. Idem etiam G. dedit ad inſtitutionem ejusdem officij omne prædium, quod habet in Hezenhuſen, & feodum, quod habuit ibidem de manu noſtra, & prædium in Paſenpach, quod habuit ibidem quæſitum & non quæſitum. Teſtes autem ſunt hij: F. major Præpoſitus, Præpoſitus S. Andreæ, Præpoſitus S. Viti, C. Præpoſitus de Mosburch, Tugeno Præpoſitus de Schlierſee, Pabo Præpoſitus de Iſen, C. Decanus, Wn. Or. Fri. Sappo & alij fidedigni,

NUM. MCCCLXXVIII.
De municione civitatis Friſingenſis.

H. Dei gratiâ Romanorum Rex & ſemper Auguſtus, univerſis Imperij fidelibus, quibus præſens ſcriptum oſtenſum fuerit, gratiam ſuam & omne bonum. Ad noticiam univerſorum cupimus pervenire, quòd coram Principibus, nobilibus, & familiaribus curiæ noſtræ ſubſcriptis talis lata ſententia fuit & ab omnibus approbata, quod quilibet Epiſcopus & Princeps Imperij civitatem ſuam debeat & poſſit ad opus & obſequium Imperij & ipſius infoſſatis muris & in omnibus munire. Inde eſt, quòd authoritate præſentium dilecto Principi noſtro venerabili Friſingenſi Epiſcopo liberam authoritatem dedimus ædificandi civitatem, & montem Friſingen. ad commodum & obſequium Imperij & Eccleſiæ ipſius. Et ad majorem evidentiam præſens ſcriptum ſigillo noſtræ Celſitudinis communitum memorato Epiſcopo & Eccleſiæ ſuæ juſſimus exhiberi. Teſtes qui interfuerunt ſunt hi: Ven. Moguntin. Treveren. Magdeburgen. Archiepiſcopi. Wormacen. Erbypolen. Curien. Auguſten. Epiſcopi. Lotaringiæ, de Lempurch, Meraniæ Duces. Walerammus Palatinus Comes, Comes de Oetingen, Burchgravius de Nurenberch & alij quàm plures. Dat. apud Wormaciam, Kal. Maij, Indict. IIII.

NUM. MCCLXXIX.

ANno Incarnationis Dominicæ Milleſimo, centeſimo, nonageſimo ſexto, Indictione tertia, ſub Apoſtolico, ſuo nomine dicto Celeſtino, regnante Cæſare Henrico ſemper Auguſto dedicata eſt hæc Baſilica à Venerabili ac nobili Friſingenſis Eccleſiæ Epiſcopo Ottone, quinto Nonas Maij in honorem Sanctæ & individuæ Trinitatis, victorioſiſſimæque S. Crucis & glorioſæ Genitricis S. Mariæ, Sanctique Georgij, videlicet hic, qui patrocinalibus diebus orare dignè perſeveraverit, lætabitur. Continentur autem hic hæc Sanctorum reliquiæ, Dioniſij, Pangratij, Viti, & S. Georgij Martyris, Sanctorum Martini, Brictij, Leonhardi, Abiæ Confeſſorum, & undecim millium Virginum. Sanctorum Andreæ, Bartholomæi Apoſtolorum, Sanctique Nicolai & aliorum Sanctorum. Quicunque autem causâ devotionis in die victorioſiſſimæ Inventionis S. Crucis Chriſti ipſam

ſam

Digitized by Google

ſam Baſilicam viſitaverint, centum quadraginta criminalium, & octoginta venialium, & de injuncta ipſis pænitentia in Domino ſunt relaxati. Item quicunque in die B. Nicolai causâ devotionis confluxerint, hi quadraginta dies criminalium, & octoginta venialium de injuncta pœnitentia piè habebunt. Dedicatio ejusdem Eccleſiæ in Tatenhauſen annuatim celebrabitur in die inventionis glorioſiſſimæ S. Crucis,

NUM. MCCCLXXX.

OTto Dei gratiâ Friſingenſis Epiſcopus, feliciter. Amen. Pateat auribus omnium fidelium, qualiter nos ob devotionem pij Patris noſtri Corbiniani, qui in Friſinga corporaliter requieſcit, ubi primitus fundavit Eccleſiam, & Sanctum coadunavit collegium Deo famulandum, comparavimus prædium in Palzign à Comite Chuonrado de Valage, & hoc cum Eccleſia in Glan donavimus Canonicis majoris Eccleſiæ tali tenore, ut in Translatione Sancti Corbiniani Conventus Sancti Andreæ & Sancti Viti & omnes Clerici ſupervenientes cum Canonicis majoris Eccleſiæ plenarié refectionem accipiant.

NUM. MCCCLXXXI.

O. Dei gratia Friſingenſis Epiſcopus venerabili Abbati R. à Tegrinſenſi dilectionem & omne bonum. Juxta Canonum Sanctiones, ſicut novit prudentia tua, bis in anno Concilia nobis celebranda forent. Verùm ne Fratres noſtros nimis gravare videremur, ad ſemel tantùm Capitulum tenendum conſuetudinem aſſumpſimus. Quod quia proximâ tertiâ feriâ initium capit, ſicut prius per Fratres noſtros Presbyteros, ita nunc per præſentia ſcripta tuam fraternitatem canonicè citamus, mandantes, quatenùs & Capitulum ritè nobiscum peragas, & proximô quatuor temporum Sabbatô, ſi quos habes ordinandos, noſtro conſpectui præſentes.

NOTA.

Abbati R. nempe Ruperto, qui è vivis diſceſſit A. 1186.

NUM. MCCCLXXXII.

O. Dei gratiâ Friſingenſis Epiſcopus, venerabili Fratri C. Tegrinſenſi Abbati ſalutem & omnem dilectionem. Sicut caritas tua novit multa nobis in Epiſcopatu noſtro deſolatio acceſſit, cui, quantùm poſſumus, libenter ad reſtaurandum manum admovemus. Unde fraternitatem tuam attentè rogamus, ut opera ruſticorum tuorum nobis modo concedas ad frangendos lapides apud Biningen.

NOTA.

Venerab. Fratri C. nempe Conrado, qui Ruperto in Abbatia Tegernſeenſi ſucceſſit.

NUM. MCCCLXXXIII.

VEnerabili Tegrinſenſium Abbati C. ſimúlque univerſo collegio ſibi commiſſo puſillus grex S. M. certitudinem ſerviminis & devotionem orationis. Ut decet filios obedire parentibus, ita ipſos non exaſperare inordinate illos. Quod ideo intulimus cupientes nos haberi pro filiis, ſcientes, vos diligi à nobis ut patres. Provoluti enim pedibus veſtris querimonias in conſpectu veſtro fundimus ſuper transfuga illo inquietiſſimo A. nihil apud nos operante, ſed curiosè agente & diſcordias inter fratres ſeminante, nec non evangelicis dictis contradicente. Obfirmaverat enim ſe coram Juvavienſium Archiepiſcopo probaturum, vanum eſſe, mundum & ea, quæ in eo ſunt relinquere, & Dominum Salvatorem arrepta cruce ſequi. Inſuper multos blaſphemiis obprobriiſque laceſſivit, quibusdam etiam plagas intulit. Pro quibus omnibus non ut percuſſorem & hæreticum, ſed ut fratrem cariſſimum corripuimus, ſed ipſe incorrigibilis exiſtit ac fugam indecentem arripuit. Proinde flebilibus vocibus imploramus, ut ipſum in locum,

Digitized by Google

locum, ad quem conſecratus, & in quò canonicam vitam profeſſus eſt, redire cogatis, & vitam moréſque in melius mutare jubeatis. Quòd ſi renuerit, ſciatis eum Eccleſiaſtica communione indignum, & Divinæ ultioni in extremo ſubiciendum examine. Ad noſtrarum miſeriarum conſolationem per multorum annorum curricula conſervet vos Divina miſericordia.

NOTA.

Puſillus grex S.M. nempe Sancti Martini in Cella Dietrami, quæ ſuam originem Tegernſeenſibus refert in acceptis, veluti etiam ex hoc Inſtrumento elucеſcit.

NUM. MCCCLXXXIV.

O. Dei gratiâ Friſingenſis Epiſcopus, dilectis filiis ſuis Tegrinſenſis Monaſterij Fratribus ſalutem & omne bonum. Venerabilem Fratrem noſtrum Abbatem veſtrum ex hac vita migrâſſe comperimus, deque ſubſtitutione illius laicis negotiis tardari. Quòd ſi divina vobis cooperante gratia per liberam & canonicam electionem in aliquam honeſtam, & loco veſtro decentem perſonam convenire poteritis, gratum nobis eſt, nec placet, ut terrore cujuspiam à juſtitia veſtra & libertate moveamini. Si verò Dominum Imperatorem metuitis, nos pro amore veſtro nuntium noſtrum cum veſtro dirigere parati ſumus, ſperantes, poſtquam ſibi res ad cognitionem devenerit, in nullo ejus ſerenitatem veſtræ juſtitiæ obviaturam. De cetero miſimus ad vos fidelem noſtrum Magiſtrum B. in ejus ore pleniús, quæ in carta non ſunt ſuper his deponentes. Nos ipſos quoque in propria perſona in brevi vobis locuturos æſtimamus.

NOTA.

Exiſtimamus hîc agi de morte Conradi II. Abbatis Tegernſeenſis, qui ſub Ottone II. Epiſcopo deceſſit. Is ſucceſſorem habuit Manigoldum, antehac Abbatem Cremiſanenſem, poſtea Epiſcopum Patavienſem, Ottonis Epiſcopi fratrem, ut conſtat tum ex alibi dictis, tum ex monumentis Tegernſeenſibus apud clariſſ. P. Bern. Pezium *Anecdotorum Tom. III. Parte III. col. 523.*

Inſtrumentum ſub Geroldo Epiſcopo XXV.

NUM. MCCCLXXXV.

HOnorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis filiis Præpoſito & Capitulo *S. Viti Friſingen.* ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Sacroſancta Romana Eccleſia devotos & humiles filios, ex conſueto pietatis officio propenſiùs diligere conſuevit; & ne pravorum hominum moleſtiis agitentur, eos tanquam pia mater ſuæ protectionis munimine confovere. Ea propter dilecti in Domino filij veſtris juſtis precibus inclinati, perſonas veſtras & locum, in quo Divino eſtis obſequio mancipati, cum omnibus bonis, quæ in præſentiarum rationabiliter poſſidetis, aut in futurum præſtante Domino juſtis modis poteritis adipiſci, ſub Beati *Petri*, & noſtra protectione ſuſcipimus. Specialiter autem de *Anzingen*, de *Synzhauſen*, & de *Purckhauſen*, & de *Chynhauſen* Eccleſias, cum earum pertinentiis, quas venerabilis frater noſter Epiſcopus Friſingen. de Capituli ſui conſenſu pia vobis & provida liberalitate conceſſit, nec non alia bona veſtra ſicut ea omnia juſtè ac pacificè poſſidetis, vobis & per vos Eccleſiæ veſtræ auctoritate apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergò omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ permiſſionis & confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum *Petri* & *Pauli* Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum *Anagniæ* II. Kal. April. Pontificatus noſtri anno ſexto.

NOTA.

Honorij III. annus ſextus coincidit cum anno Chriſti 1222. uti apud Odoricum Raynaldum videri poteſt.

In omnibus glorificetur Deus.

INDEX

Digitized by Google

INDEX
PERSONARUM ET RERUM.

Numeri Romani indicant Diſſertationes Prolegomenas. P. 2. partem alteram Inſtrumentariam: cætera ad partem primam hiſtoriçam ſunt referenda.

ABbates præſentes in ſynodo Dingolfingana 70. pactum inter Epiſcopos & eosdem 72. fuêre plerique Presbyteri in Bojaria 73. olim Epiſcopi in uno, & Abbates regulares in alio loco 127. aliqui vocantur nobiles 134.

Abraham Friſingenſis Epiſcopus XV. genus & electio 173. intereſt ſynodo Ravennæ 175. charus Ottoni Magno 177. erga ipſum liberalis Otto II. 179. & ſeqq. an Autor Henrico Rixoſo ut ſe Regem faceret: & quare eundem coronaverit? 181. & ſeq. ejus exilium 183. fundat Eccleſiam Collegiatam in Wertſee ibid. an Hartvvicum Abbatem Tegernſeenſem benedixerit? 184. ab exilio revertitur ibid. In gratiam Ottonis III. rediiſſe probatur. 185. obtinet confirmationem donationis Ottonis Magni 186. turrem Eccleſiæ Cathedrali adjicit, aliáque ornamenta. 187. obitus ibid. veſtes Sacræ ab eodem relictæ. 188. fecit commutationes bonorum ibid. Se & Juditham Duciſſam Bojariæ ab impacta calumnia excuſat. ibid. & ſeq. intereſt examini Clericorum, & Choro 189. Amicus Alexandri Abbatis Campidonenſis. ibid. libri plures ſub eo ſcripti. ibid. in ejus laribus fuit educatus S. Henricus Imper. 206. & ſeq.

S. Adalbero ex Abbate Elvacenſi Epiſcopus Auguſtanus Ludovicum Arnulphi Imper. filium baptizat 145. an ejusdem educator? 149.

Adalbero Nepos S. Udalrici & deſignatus Succeſſor repentè moritur 175.

Adalbero Clericus Benedictoburanus furatur corpus S. Tertullini M. 203.

Adalbero Trevirenſis Sedis invaſor inde ejicitur 208.

Adalbero Comes de Sempta Advocatus Benedictoburanus utilis huic Monaſterio 225. bona commutat cum Egilberto Ep. Friſing. 230. facit eidem donationem 232.

Adalbero Decanus Eccleſ. Cathedr. Friſing. aquis ſuffocatur 284.

Adalbertus I. Archiepiſcopus Salisburg. 138.

Adalbertus II. Archiep. Salisburg. Pontifici fidus è ſede ejicitur 363. exagitatur ab Imperatore ibid. ultrò cedit. 365. reducitur 370. Epiſcopum Ratisbonenſem conſecrat 378. moritur. 386.

Adalbertus Patavienſis Epiſcopus, an Archiepiſcopus Laureacenſis? 169.

S. Adalbertus O. S. B. Bohemorum & Polonorum Apoſtolus Martyrio coronatur 195.

S. Adalbertus O. S. B. primus Archiepiſcopus Magdeburgenſis 176.

Adalbertus Archiepiſcopus Hamburgenſis Henricum Imperat. pervertit, & bona Eccleſiaſtica invadit 259. toti orbi exoſus aulam deſerere cogitur 260. denuò reverſus obit 262.

Adalbertus Fundator Monaſterij Tegernſeenſis vide Albertus.

Adalgarius & Oadalgerus primi conditores Scheffttlarienſis oratorij 78.

Adalrammus Archiepiſcop. & Abbas S. Petri Salisburgi 108. quando mortuus? 122.

Adalunc fundator & Monachus in Schlierſee 78.

Adalvvinus Epiſc. Ratisbon. intereſt ſynodo Reispacenſi 94. Legatus Caroli Magni 95. & ſeqq.

Adalvvinus Archiepiſcop. Salisburg. præſens in ſynodo Wormatienſi 135.

Adelbertus Latro triduo è furca pendulus à S. Corbiniano liberatur 7. fit Monachus. ibid. an Friſingam venerit? ibid.

S. Adelheidis Auguſta Ottonis Magni Conjux fit monialis 177.

Adelheidis Auguſta Henrici IV. Conjux ad Pontificem fugit. 286.

Adjumenta Hiſtoriæ Friſingenſis XXXIV.

Adolphus Archiepiſcopus Colonienſis gradu movetur 388.

Adulterium olim graviter punitum 375.

Advocati Eccleſiis quando primùm dati? 85. ſæpè grandia damna intulerunt ibid. prima mentio Friſingenſium ibid. qui fuerint tempore Waldonis Ep? 155. Ratoldus Friſingenſis, an Comes de Sempt? 172. Anzo 191. qui fuerint tempore Goteſcalci Ep. 204. Geroldus 231. Udalſcalcus 233. Otto & Ekhardus Comites Schyrenſes 275. Otto Comes Schyrenſis 287. eis ſtipendium taxatur 294. inhiant bonis Eccleſiæ Friſing. 324. & ſeq. in Eccleſias injurij 326. Friſingenſis ab eorum importunitate liberatur ibid. & ſeq. Otto Comes Palatinus tranſigit ſuper advocatia. 360. Cum iis cautè agit Albertus Epiſcopus. 370. & ſeq. impugnantur 386. Eccleſiis noxij 394.

Agapitus II. Sum. Pont. 169.

Agilolphingicæ ſtirpis in Bojaria exitus. 86.

Agnes Auguſta 240. coronatur 242. tutelam filij ſuſcipit 253.

Alba Ellenhardi Epiſcopi deſcribitur 257.

Albertus I. Adalbertus, ſeu Adilbertus Ep. Friſing. XXIII. an Comes de Sigmaringen? 349. fuit Decanus & Præpoſitus Eccleſiæ Friſing. ibid. eligitur Epiſcopus 350. Numen placare conatur ibid. combuſta intrepidè reſtaurat 351. non intereſt Conciliabulo Papienſi, & hoc fine offenſa Cæſaris 353. bona ſuæ Eccleſiæ vindicat ibid. feudum concedit. 355. Cathredralem Eccleſiam abſolvit. ibid. ſolicitudo pro Monaſterio Madronenſi 359. Eccleſiam conſecrat 360. tranſigit cum Ottone Advocato ibid. an aliquando Friderico Imper. contra Alexandrum Pontificem adhæſerit? 361. laudatur in Epiſtola ab Alexandro Pontifice. 362. an Romam adierit? ibid. decimas confert Monaſterio Scheffttlarienſi 363. Epiſcopum Patavienſem conſecrat. ibid. liberalis erga Monaſterium Pollinganum 364. eidem via ſalaria propè Veringam adjudicatur 365. Deum & Eccleſiam ſuam hæredes inſtituit 369. commendatur Friderico Imper. 370. intra Miſſam offenſus ibid. cautè cum Advocatis agit ibid. & ſeq. varios tractatus init 372. laudat in epiſtola Auſtriæ Ducem 372. litem habet cum Ruperto Abbate Tegernſeenſi ibid. variæ epiſtolæ ejusdem & ad eundem ibid. & ſeqq. pronunciat pro Archiepiſcopo Salisburg. contra Gurcenſes 374. Abbatem Tegernſeenſem ad Synodos vocat. 375. varia ejus acta ibid. Mors & Synchroni 376. dicitur *Beatus* ibid.

Albertus Fundator Monaſteriorum Tegernſeenſis & Ilmenſis 37. item 41. item Collegij S. Hyppoliti. 41. intereſt ſynodo Dingolfinganæ 70. cum Attone Epiſcopo litem habet, & ea durante obit 96.
Albertus Præpoſitus in Raittenbuech catalogo loci inſerendus 353. & ſeq.
Albertus Abbas Weſſofontanus tractatum init ſuper quibusdam decimis. 390.
Albo ſeu Albero Canonicus Cathedr. Eccleſ. Friſing. Epiſcopus Schiſmaticus Patavienſis 363. inter Canon. Friſing. dicitur Patavienſis quondam electus. 364.
Albuno Abbas intereſt Synodo Dingolfinganæ 70.
Alcuinus ſeu Albinus Caroli M. Præceptor an frater germanus Arnonis Archiep. Salisburg? 90.
S. Alexander I. P. M. Sacræ Exuviæ primò in Weihenſtephan collocantur. 116. item 127. & 133. in Eccleſiam Cathedr. Friſing. transferuntur, ubi etiamnum Patronus 117. inveniuntur 357.
Alexander II. Sum. Pont. Ejus electio confirmatur 258. ergà alios facilis 262. moritur 263.
Alexand. III. fit Sum. Pontifex, contra quem eligitur Antipapa 352. Ei adhærent Epiſcopi Bojariæ 353. defenditur 358. Concilium indicit ibid. item 365. Albertum Epiſc. Friſing. laudat 362. pacem cum Imperatore init. 364. moritur 367. varios Sanctorum albo adſcripſit. ibid. Ejus epiſtola ad Fridericum Imper. pro Alberto Epiſc. Friſing. 370. alia ad Albertum Ep. pro Monaſterio Tegernſeenſi. 374.
Alexander Abbas Campidonenſis amicus Abrahami Ep. Friſing. 189.
Alimus Epiſcopus Sabionenſis teſtis traditionis 64. item 67. intereſt Synodo Dingolfinganæ. 70.
Altmannus Abbas Eberſperg. Adminiſtrator Tegernſeenſis. 239.
B. Altmannus Epiſc. Patavienſ. varia Monaſteria Canonicorum Regularium S. Auguſtini inſtituit 266. non ſubſcripſit Decreto Conciliabuli Wormatienſis. 270. Legatus Pontificius 278. adeſt conſecrationi S. Thiemonis 284. obit. ibid.
S. Alto teſtis traditionis. 60.
Amalarius Diaconus regulam Canonicis ſcribere jubetur. 108.
Ammilonius fit Abbas S. Petri Salisburgi 91. ibidem Archiepiſcopus 108.
Amula pretioſiſſima, ſeu vas aquæ benedictæ cum aſpergillo 356.
S. Anaſtaſiæ M. Reliquiæ Benedictoburum deferuntur. 250.
Anaſtaſius III. Sum. Pont. 159.
Anaſtaſius IV. fit Sum. Pontifex 333.
Anaſtaſius antea dictus Aſtricus Abbas Breunovienſis creatus Coloccenſis Epiſcopus Legatus S. Stephani Hungariæ Regis Romæ coronam impetrat. 195. & ſeq.
Andecenſes Comites dicti Hoſij, ſeu de Huoſi 125. fundatores Monaſterij Attilenſis 281. & ſeq. item Madronenſis 298. Bertholdus Advocatus Monaſterij BenedictoBurani 313.
Andreas Epiſcopus fortè Vicentinus, facit donationem Eccleſiæ Friſingenſi p. 2. 195.
S. Aniani cum S. Marino in Bojariam adventus XIII. tractatus concluditur ſuper ejus reliquiis 336.
Anianus Archidiaconus Socius S. Virgilij. 83.
Anniverſarius fundatur à Wolframo Epiſcopo 167. à Gotescalco Ep. 204. ab Ellenhardo Ep. 274. à Meginvvardo Ep. 290.
Anno Epiſcopus Friſingenſis VIII. Electio 129. ab Attone inſtructus & ad gravia negotia adhibitus ibid. an diverſus ab alio Annone coævo? ibid. fuit nobilis, & an de Hal? 130. prævalet adverſus Udalſcalcum Epiſcop. Trident. in cauſa vinearum 131. & ſeq. hujus ſententiæ confirmationem impetrat 132. præſens comitiis Ratisbonenſibus 133. vigilans œconomus ſuæ Eccleſiæ ibid. præſens Synodo Wormatienſi 135. organum pnevmaticum primus Romam mittit 136. quo ſenſu dicatur ſeptimus Epiſcopus? ibid. obitus. ibid.
S. Anno Archiepiſcopus Colonienſis Confeſſarius Henrici III. Imper. eidem mortem prædicit 252. Abbatiam Malmundarienſem obtinet 259. legatione Cæſaris fungitur 261. in aulam revocatus ſe ſubducit. 262. obitus. 269.
Anſericus Cellarij Præfectus S. Corbiniani 3. nunciat jacturam equi, caſtigat urſum, & Sarcinas imponit 10. piſcem mirabili opera S. Corbiniano defert. 12.
Antonius fundator & Monachus in Schlierſee 78.
Anzo Advocatus Friſingenſis. 191.
Aquæ frigidæ judicium. 225.
Archicancellarius Pippini Regis S. Bonifacius 55.
Archivum Friſingenſe incendiô perit nonnullis ſubtractis 152.
Archidiaconatus Raittenbuechenſis erigitur. 324.
Archiepiſcopatus Salisburgenſis inſtitutio. 90.
Aribo Epiſcopus Friſingenſis IV. author vitæ S. Corbiniani XVIII. an ille puer, qui fluctibus meritis ejusdem Sancti liberatus? 24. teſtis donationis 49. Archipresbyter. 52. ſcriptor traditionis ibid. & 58. 59. primus Abbas in Scarantia vulgò Scharniz. 60. patria 61. fit Epiſcopus 62. varia nomina ibid. numeratur inter ſcriptores Eccleſiaſticos. ibid. fuit doctus ibid. variæ donationes ſub eo factæ. 63. & ſeqq. Eccleſiam S. Valentini in Krainaker conſecrat 64. de reducendo corpore S. Corbiniani agit, & ſynodum convocat 66. novæ donationes ſub eo factæ 68. & ſeq. intereſt Synodo Dingolfinganæ. 70. nova incrementa Eccleſiæ Friſing. ſub eodem 73. auctor migrationis Scarantienſium in Schlechdorf 75. accipit fundationem Scheftlarienſem 78. conſecrat Oratorium in Schlierſee & Abbatem ibidem ordinat. 79. conſecrat Oratorium Friſingæ 80. Mors & merita 82. Synchroni 83.
Aribo Epiſcopus Brixinenſis 113.
Aribo Abbas in Tegernſee privilegium obtinet ab Henrico Ep. Friſing. 299.
Arno germanus Alcuini ex Abbate Elnonenſi fit Abbas & Epiſcopus, demum Archiepiſcopus Salisburgenſis 90. & ſeq. Comes Leoni Sum. Pont. additur 92. intereſt coronationi Caroli Mag. Imper. 93. Synodo Reispacenſi 94. item tanquam Legatus Cæſareus variis placitis 95. & ſeq. litem decidit inter Attonem Ep. Friſing. & Luitfridum Abb. Chiemenſem 96. item alias duas 97. intereſt Concilio Moguntino 107. ſed non Aquisgranenſi 108. obit ibid.
Arnoldus Ep. Friſing. IX. nomen variè ſcribitur, proſapia & quis ex duobus? 137. bona utiliter commutat 138. an ex Benedictinis Epiſcopis Friſingæ ultimus? 139. & ſeq. ejus laudes, obitus, tumulus & Synchroni 140.
Arnoldus Abbas Weihenſteph. II. 212. varia bona cum Egilberto Ep. Friſing. permutat 213. & ſeq.
Arnoldus Arnolfi mali filius. 166.
Arnolfus malus Bojariæ Dux tractatum Friſingenſem confirmat 160. Hungaros cædit ibid. à Conrado Imper. proſcribitur & ad Hungaros fugit ibid. ejus varia fortuna ibid. coronam affectat, & Ducatum recipit cum ampla facultate ibid. irrito conatu Italiæ coronam prenſat. 164. Dingolfingam ſe confert. ibid. an reſtituerit bona Eccleſiæ Friſingenſi, aliſque ablata? ibid. defenſio cujusdam examinatur ibid. & ſeq. obitus: ubi defenduntur ſcriptores ſæculi XI. 166. ejus liberi ibid, Socius Hunnorum 169.
Arnolfus Comes Andecenſis fundator Monaſterij Attilenſis 281. & ſeq. dicitur primus Comes Tyrolenſis. 282.
Arnulphus Carolomanni Regis filius Carinthiæ præficitur 138. fit Rex Germaniæ 143. rixas in Imperio ex parte componit. 144. liberalis ergà Eccleſiam Friſing. 145. varia fortuna ibid. eidem naſcitur filius ibid. Waldoni Ep. Friſing. Abbatiam Moſpurgenſem concedit 145. & ſeq. coronam Imperij accipit. 146. Comitia indicit. 147. beneficus erga Waldonem Ep. Friſ. ibid. obitus & tumulus 148. cur tepidus in ejus laudibus Baronius? 149. liberalitas ergà Monaſterium Moſpurgenſe ibid.
Aſpergillum pretioſum 356.
Atheſina provincia antiquæ Bojariæ pars, an patria S. Corbiniani? XVI.

Atto

Atto Epiſc. Friſing. V. adhuc Presbyter donationem ſcribit. 50. fit Abbas in Scarantia vulgo Scharniz 62. teſtis 64. erigit Monaſterium in Innching, & Sclavanorum converſionem meditatur ibid. & 106. intereſt Synodo Dingolfingauæ 70. migrat in Schlechdorf, ubi facit traditionem 75. S. Tertullinum M. Româ huc defert 76. teſtis in fundatione Monaſterij Cremifanenſis 80. Natales 84. acta ante Epiſcopatum, virtus & merita ibid. fuit Coadjutor Aribonis. 85. cum Taſſilone Duce in fine non benè convenit 87. Eidem fiunt donationes 88. & ſeq. Secutus eſt Carolum Magnum in expeditione adverſus Hunnos 88. præfertur dignitate Geroldo Bojariæ Præfecto. ibid. dicitur glorioſus & illuſtriſſimus 89. Comes Leoni Sum. Pont. additur 92. intereſt diſcuſſioni Cauſæ ejusdem Leonis, & coronationi Caroli Mag. Imper. Romæ factis ibid. & ſeq. item Synodo Reispacenſi, ubi quatuor parochias obtinet. 94. eidem adjudicantur variæ cauſæ 95. Aiblingæ concordiam init cum Abbate Chiemenſi 96. litigat cum Adalberto Abbate Tegernſeenſi ſuper parochiis, & lis terminatur 96. & ſeq. defendit bona Eccleſiarum 97. & ſeq. traditiones ſub eo factæ 98. Dominium in Burkrain Eidem adſcribitur 99. commutat bona ibid. obitus & Synchroni 100.
Avaria hodie Auſtria inferior. 89.
Avaritia in Sacerdotibus ſugillatur 107. item 226.
Aventinus: ejus opinio de origine Monaſterij Scheftlarienſis rejicitur 78. item alia de lite inter Attonem Ep. Friſing. & Adalbertum Abbatem Tegernſeenſem 96. & ſeq. ſibi contradicit. 241.
Aucupium rarum. IV.
Auſtria: inferior olim Avaria dicta 89. ibi obveniunt bona Friſing. Eccleſiæ 191. 193. & ſeq. 226. & ſeq. 238. 243. fit Ducatus 333. varia jura adjudicantur Eccleſiæ Friſing.

B.

Baculus S. Corbiniani furtô ſubducitur. 24.
Balduvvinus Archiep. Salisburg. pauperum amator 239. moritur 253.
S. Bardo O. S. B. Archiep. Mogunt. alter Chryſoſtomus dictus 225. moritur 244. prædixit Victori II. Pontificatum. 250.
B. Batho Ellenhardi Ep. Friſing. Sacellanus: de ejus Sacris Reliquiis & cultu. 274.
Baturicus Ep. Ratisb. 105. venit Friſingam 112. item 122.
Bavaria vide Bojaria.
Bavarica Domus hodierna de Caroli Magni ſanguine participat. 152.
Benefactores Eccleſiæ Friſing. aliqui Monachi facti, alij non 114.
Beatrix Auguſta in Eccleſiam Friſing. regiè munifica 356. an Reliquias S. Sigismundi Reg. & M. eidem donaverit? 357.
Beatus Epiſcopus Patavienſis catalogo Epiſcoporum inferendus 47.
Bellum Sacrum. 287. item 329. ejus infelix exitus 330. item 399.
Benedictini, vide Monachi.
S. Benedictus Patriarcha Monachorum: Eccleſia in ejus honorem Friſingæ à S. Corbiniano I. Epiſcopo cum Monaſterio exſtructa XXVI. Ei donantur bona in Zolling. 201. colitur 202. S. Henricum Imper. à calculi dolore liberat, & donis cumulatur 215. ſpecialiter olim cultus Friſingæ, ubi Sæculo XI. agebatur etiam ejus translatio 256. an erraverit Otto I. Epiſcopus Friſing. circa hujus Eccleſiam? 343.
S. Benedictus Anianæ Abbas omnia Monaſteria viſitare jubetur. 108.
Benedictus III. Sum. Pont. O.S.B. 130. obit 131.
Benedictus IV. Sum. Pont. 150.
Benedictus V. Sum. Pont. in Saxonia exulat, & Sanctè moritur. 175.
Benedictus VI. Sum. Pont. 177. Archiepiſcopos Salisburg. Legatos natos Sed. Apoſtol. conſtituit, & jugulatur 178.
Benedictus VII. Sum. Pont. intruditur 179. Bonifacium æmulum excommunicat. 184. obit ibid.
Benedictus VIII. Sum. Pont. ad S. Henricum Imperatorem fugit. 208. eundem cum S. Conjuge Romæ coronat 209. Caſini dona S. Benedicto offert 215. moritur 217.
Benedictus IX. Sum. Pont. intruditur cum injuria Eccleſiæ 226.
S. Benedictus Monachus & Martyr in Pruſſia. 196.
S. Benno: ejus obitus & vitæ compendium 295. & ſeq. ſignis contra Schiſmaticos poſt mortem certat 301.
Berchtoldus Bojariæ Dux prædia Friſingenſi Eccleſiæ ablata reſtitui jubet 164. & ſeq. Dux Bojariæ conſtituitur. 166. Hungaros cædit. 168. obit ibid.
Berchtoldus Comes Andecenſis fit primus Dux Meraniæ 369.
Berchtoldus Marchio Hiſtriæ Advocatus quorumdam bonorum Eccleſiæ Friſing. 370.
Berengarius Italiæ regnum affectat 144. ſe ſubjicit Ottoni Mag. Imper 172. tumultuatur, & in Bojariam exulatum mittitur 174.
Bernardus Caroli Magni filius Italiæ Rex & Bojariæ Dux 100.
S. Bernardus Abbas Claravallenſis Ord. S. Benedicti ingreditur 299. Lothario Imper. Saniora perſuadet 310. item bellum ſacrum 329. Sanctorum albo inſeritur 367.
Berno Abbas Augiæ divitis defenditur 166.
Bernulphus frater Nitkeri Ep. Friſing. proditionis reus plectitur. 240.
Bernvvardus Ep. Hildesheimenſis Monaſticum habitum ſuſcipit. 215.
Bibliotheca Friſingenſis ornatur ſtudiô Hittonis Epiſcopi 116. dicitur Liberey / ibid. aſſervat plures libros antiquos manuſcriptos 189.
Bohemia Zwentibaldo Moravorum Principi ſubjicitur 144. convertitur 146. item 168. bellô petitur ibid. item 294. hoſtes ejiciuntur ibid.
Bojaria: Superioris Caput Friſinga, & Sedes Ducum V. unde, & à quibus lumen fidei illuxerit? ibid. & ſeqq. conſpectus tempore adventûs S. Corbiniani XXXI. primus in eam S. Corbiniani adventus 9. ab hæreſi Ermwolfi vindicatur 32. à Pſeudo-Epiſcopis liberatur 33. quatuor in ea Epiſcopatus inſtituuntur 34. grata Monaſterio Fuldenſi 39. à Griphone occupatur 41. terræ motu concutitur, aliáque funeſta patitur 86. tranſit in poteſtatem Caroli Magni & in Provinciam deſcribitur 87. Committitur Bernardo filio Caroli Magni 100. item Lathario Ludovici Pij filio 102. item Ludovico poſthac dicto Germanico 108. vocatur Noricana provincia 111. fines antiqui 130. varij illius Rectores. 138. novo peſtilentiæ genere vexatur 140. calamitates patitur. 142. fame affligitur. 147. ab Hungaris devaſtatur 149. 157. 169. an etiam ſuperior? 158. regitur à Saxonibus. 168. ejus ſtatus tempore S. Henrici Imper. 200. turbatur 249. deprædatur 261. Civile bellum ſopitur. ibidem & 310. à duobus expetitur 325. ab eadem Auſtria avellitur 333. miſerè diſcerpitur 369. graviter turbatur 356. peſte & fame conflictatur 390.
Bojarij: eorum leges conditæ XV. in fide dicuntur Noirtij. 9. ab Hungaris cæduntur 156. olim liberè Ducem elegerunt. 190.
Boleslaus Poloniæ Dux corpus S. Adalberti Ep. & M. redimit. 195.
S. Bonifacius Archiepiſcopus Mogunt. & M. conſecrat Erimbertum Epiſc. Friſing. 27. antehac dicitur Winfridus 27. fuit Monachus O. S. B. ibid. ejus ſcientia & virtus. 29. Regia legatione fungitur 30. Converſionem gentium meditatur, & in Friſiam venit nullo ſecuto fructu. ibid. Romam petit ibid. ad Germaniæ converſionem deſtinatur. 31. Romam vocatur & fit Epiſcopus. ibid. Haſſis & Thuringis prædicat. ibid. pallio donatur, ac poteſtate inſtituendi Epiſcopatus ibid. & ſeq. Hæreſes è Bojaria proſcribit 32. tertium Romam venit. ibid. quo anno in Germaniam redierit? 33. Pſeudo-Epiſcopos è Bojaria ejicit. ibid. quatuor in ea Epiſcopatus inſtituit. 34. an concilium

Digitized by Google

anno Chriſti 740. celebraverit? 36. Eiſtettenſem Epiſcopatum Friſingæ erigit. ibid. Monaſteria condit 37. Synodum convocat. 38. fit primus ArchiEpiſcopus Moguntinus. 39. fuit Pippini Regis Archi-Cancellarius. 55. ſcribit ad Sum. Pontif. 56. in Friſiam redit ibid. ab impiis cum ſuis occiditur 57. an objecerit librum? ubi interfectores puniuntur, & Ejus elogium ibid. conſecravit Eccleſiam in Schlechdorf. 77.

S. Bonifacius O. S. B. Archiepiſc. & M. Apoſtolus Pruſſorum 196.

Bonifacius VII. corruptis comitiis fit Sum. Pontif. 178. Vaticanum ſpoliat. 179. excommunicatur. 184.

Borivojus Bohemiæ Rex fratrem & ſocios è regno fugat. 194.

S. Brunno fundator Cartuſianus, an auctor orationis ante oculos tuos &c.? 256.

Bruno Epiſc. Auguſtanus intervenit apud fratrem ſuum S. Henricum Imper. pro Monaſterio Benedictoburano. 208. inducit coloniam Benedictinam in Monaſterium SS. Udalrici & Afræ. ibid. impetitur à Guelphone Sueviæ Duce, & juvatur ab Egilberto Epiſc. Friſing. 209. item 221. de evertendo Epiſcopatu Bambergenſi cogitat & abſterretur 220. educat Henricum Conradi Imper. filium. ibid. & ſeq. moritur 222.

Brunno Tullenſis Epiſc. fit Sum. Pontifex Leo IX. dictus 242. vide Leo IX.

Bullæ cruciatæ initium. 286.

S. Burchardus Wormatienſis Ep. Juris Canonici peritorum Phænix ſanctè moritur 221.

C.

Cadalaus Ep. Parmenſis fit Antipapa Honorius II. dictus. 255. reprobatur 258. item 261.

Calceus pro Epiſcopatu offertur. 169.

Calix Ellenhardi Ep. Friſing. deſcribitur 257.

Callixtus II. O.S.B. Sum. Pont. Henrico V. Imper. propinquitate junctus, eundem excommunicat, & alia acta. 302. cum Regno pacem init 304. obit. 305.

Callixtus III. antehac Abbas Strumienſis fit Pſeudo-Pontifex.

Camerarius Reginhalmus 232. ſæculo XI. Friſingæ adhibitus 246.

Cancellarius Friſingæ primus occurrit Paldricus. 139. Cæſareus fuit Waldo Ep. Friſing. 141. olim viri Eccleſiaſtici, & qualitates neceſſariæ ibid. S. Henrici Imper. Egilbertus Ep. Friſing. 198. & ſeqq. an aliquando Otto I. Ep. Friſing.? 316.

S. Candidus Patronus in Innching. 106.

Canon, an aliquis Friſing. Epiſcopus? 296.

Canones primogenij Synodi Dingolfinganæ exciderunt 70. reſidui quidam examinantur. 71. Synodi Reiſpacenſis. 94. aliquot ex Conciliis Moguntinenſi, Remenſi, & Cabilonenſi 107. nonnulli ex Aquisgranenſi. 108. quot conditi in Wormatienſi? 135.

Canonici: eis regula præſcribitur 108. proprietas ſtabilitur ibid. ſic dicti aliquando Monachi in Cathedralibus. 124. unâ præbendâ olim contenti. 204.

Canonici Cathedralis Eccleſiæ Friſing. prima eorum mentio 123. quænam eorum fuerit Regula Canonica. 203. bona comutant cum Egilberto Epiſcopo 231. habent diverſos reditus ibid. eis donatur Eccleſia in Nansheimb 245. accipiunt donationem àb Henrico III. Imper. 251. an Conradum Archiepiſcopum Friſingâ exegerint? 300. cenſentur omnium Germaniæ doctiſſimi. ibid. literas dant pro Henrico Epiſcopo ſuo ad eundem Conradum Archiep. Salisb. 309. in communi vivunt 338. & ſeq. bona permutant 344. ad eos ſcribit Albertus Epiſcopus ex Auſtria 372. eisdem beneficus Otto II. Ep. 384.

Canonici Regulares Ord. S. Auguſt. an primi habitatores Ebersſpergæ? 159. eandem ultrò deſerunt. 186. an aliquando incolæ Monaſterij Benedictoburani? 204. eorum origo 237. quidam factus Monachus 283. fiunt Canonici Metropolitanæ Eccleſiæ Salisb. 302. ibidem & alibi confirmantur 305. introducuntur in Monaſterium Clauſtro-Neoburgenſe 316. inducuntur in Schlechdorf & Schlierſee 324. Salisburgenſes & Berchtesgadenſes componuntur 389.

Cantus Eccleſiaſticus à primariis viris peragi ſolitus 115.

Capitulum Cathedrale, vide Canonici Cathedralis Eccleſiæ.

Cappa Monachica pro cenſu datur. 106.

Caput argenteum S. Corbiniani Friſing. Eccleſ. oblatum 188.

Carinthia olim Sclavinia dicta, in ea fit donatio Eccleſ. Friſing. 145. item 206.

Carniola ampla ibi bona donantur Eccleſiæ Friſing. 180. & ſeq. item 185. 198.

Carolingorum imperium in Germania deſinit. 159.

Carolomannus filius Caroli Martelli Princeps Franciæ. 40. fit Monachus 41. obit. 58. *Beatus* & *Sanctus* dicitur ibid.

Carolomannus Bojariæ & Italiæ Rex Oetingani Monaſterij fundator, ubi etiam ſepultus 138.

Carolus Martellus Major domûs Franciæ S. Corbinianum ad aulam vocat. 6. Pilitrudem abducit & faſſidit. 20. Hugibertum Bojariæ Ducem præficit 21. cum Ratbodo Friſiæ Duce bellô collíditur 30. obitus 37. ejus filij 40. regnum Carolomanno & Pippino diſtribuit Griphone neglectô. ibid.

Carolus Magnus Imperator, in Francia Patri ſuccedit. 82. confirmat fundationem Monaſterij Cremiſanenſis 80. Bertham Uxorem repudiat 82. Hildegardis Conjugis ob tus. ibid. fundat Epiſcopatum Mindenſem. 85. Taſſilonem in Monaſterium mittit. 86. item Deſiderium Langobardorum Regem. 87. Hunnos impugnat 88. ejus clementia 89. Leonem III. Sum. Pontif. honorificè excipit, & Romam remittit addito magnifico comitatu. 92. Conventum Moguntiæ indicit. ibid. Romæ honorificè excipitur, ubi Leonem Pontificem vindicat. ibid. Imperiali corona decoratur renovato Occidentis Imperio 93. fert leges in favorem Epiſcoporum. 94. Conventum Salisburgi habet, ubi pax cum Legatis Græcis ratihabetur. 95. ærarij ſui hæredes Eccleſias inſtituit & obit 102. item 107. quinque Concilia ante obitum convocat 107.

Carolus Imperator dictus Calvus: naſcitur. 114. Pippino Fratri in Aquitania ſuccedit 120. fratrem Lotharium vincit, ſequitur pax, & provinciarum diviſio. ibid. fit Imperator 137. veneno moritur. ibid.

Carolus Craſſus Imperator. 137. fraternarum Provinciarum hæres à peſte miraculo ſanatur 138. ejus potentia, ſiniſtra fortuna, miſera conditio, & obitus, poſt quem non inglorius 143. quid potiſſimum peccaverit? ibid.

Carolus Lotharij Imper. filius Provinciæ regnum obtinet. 130.

Carolus primus Epiſcopus Seccovienſis. 391.

S. Caſſianus Epiſcopus Sabionenſis & Martyr VIII.

S. Caſtorij Reliquiæ afferuntur in Tegernſee 250.

S. Caſtulo Martyri, Patrono in Moſpurg, commendatur Friſing. Eccleſia. 353.

Catalogus Epiſcoporum Patavienſium emendatur 47. item Abbatum Campidonenſium 119. Præpoſitorum Raittenbuechenſium 383. & ſeq.

Cathedralibus Eccleſiis adjuncta Monaſteria 38.

Cathedralis Eccleſia Friſingenſis, vide Friſingenſis Eccleſia.

Cella vel Cellula quid innuat? XV. S. Corbiniani augetur. 3.

Cenſus annuus in bona conſtitutus 104. dantur pedûles. 60. item Cappa Monachica. 106.

Cerevíſia: fit ejus mentio in antiqua conceſſione 104.

Ceſpes: per eum facta traditio. 111.

Childericus Francorum Rex in Monaſterium truditur. 55.

Chriſtiana Religio in Bojariæ ſuperioris confinia, ac Friſingam introducta, & per quos? V. & ſeqq.

Chriſtophorus invaſor Pontificatûs. 150.

Chriſtus: Ejus S. lacrima Henrico Regi donatur: à quo Monaſterio Vindocinenſi 244. & ſeq.

Chronico Chronicorum inſerendus Anno Epiſc. Friſing. 136.

S. Chry-

S. Chryſogoni Reliquiæ afferuntur in Tegernſee.
Chryſolitus ingens Friſing. Eccleſ. donatus etiamnum ſuperſtes. 356.
S. Chunegundis Auguſta Conjux Virginea S. Henrici Imper. 198. Romæ coronatur 209. permulta prædia donat Eccleſ. Friſing. 219. Eidem ſe gratum exhibet Egilbertus Epiſcopus 220. fit monialis. ibid. quo anno mortua? 237. colitur ſemper cum S. Henrico ibid. Sanctorum albo infertur, & Friſingæ colitur 385.
Chunialdus Socius S. Ruperti & Monachus X.
Chunihohus Epiſcopus incertæ Sedis beneficus erga Eccleſ. Friſing. 124.
Chuno Pater & filius fundatores Monaſterij Rotenſis. 264. filius an in excommunicatione occiſus? 266.
Chuno ex Monacho O.S. B. Epiſc. Ratisbon. B. Gerhohum ſocium laborum adſciſcit. 307. moritur. 308.
Cifrarum arabicarum uſus, unde & quando inductus? 174.
Clemens II. Sum. Pont. antea Suidgerus Epiſc. Bamberg. Henricum nigrum & Agnetem Conjugem coronat. 241. ejus mors optima conſilia abrumpit ibid.
Clemens Antipapa, vide Guibertus.
Clericus: an eorum nomen tribuendum Monachis? 8. 54. 81. 88. 104. eisdem arma interdicuntur 107. avaritia ſugillatur ibid. item 226. color albus & niger improbatur 135. niger per Monachos introducitur 135. an primi Monaſterij Eberſpergenſis incolæ Auguſtiniani? 159. pro iis Benedictoburi Schola erigitur. 178. Simonia & impuri mores impugnantur. 243. Epiſc. Friſing. etiam extra Diœceſin in bonis ſuis eosdem conſtituit 324.
Cluniacenſis Congregatio Ord. S. Benedicti oritur 154.
Cœleſtinus III. Sum. Pont. Henricum VI. & ejus Conjugem coronat. 382. moritur. 385.
Colonienſis Archiepiſcopus Regem Germaniæ coronare prætendit 166.
Color albus & niger in Clericis improbatur, niger per Monachos introducitur 135.
Cometa apparet 393.
Comites Bojariæ præficiuntur. 87.
Comitia vide Conventus.
Commemoratio fidelium defunctorum inſtituitur. 195.
Conciliabulum Wormatienſe ſtudet Gregorium VII. exautorare 269. idem conatur Papienſe. 270. Wirzeburgenſe & Brixinenſe 277. Papienſe 352. Laudenſe. 355.
Concilium an à S. Bonifacio anno 740. celebratum? 36. an anno 742.? 38. quinque à Carolo Magno uno anno ante obitum convocata. 107. Aquisgranenſe. 108. Moguntinum 144. Ravennatenſe 175. Romanum. 176. Tremoninenſe 201. Moguntinum 216. Romanum, Papienſe & Remenſe. 243. Florentinum & Lugdunenſe 251. Romanum. 259. Mantuanum 261. Romanum 277. item 283. Claromontanum. 286. Guaſtallæ 296. Lateranenſe 300. item. 305. Lateranenſe II. Oecumenicum 317. Turonenſe 358. Lateranenſe. 365. vide etiam *Synodus*.
Confeſſio ſpecifica peccatorum S. Corbiniano à latrone facta. 6.
Confirmationis Sacramentum à S. Bonifacio collatum. 56. àb Hittone Ep. Friſing. 102.
Conjuratio in Imperatorem detecta. 250.
Conradus I. fit Imperator. 159. inimico Imperium defert. 160. obitus & ſepultura. ibid.
Conradus II. Salicus è Franconiæ Duce Imperator? 216. curtem ratisbonenſem Friſing. Eccleſ. confirmat. ibid. adjicit eidem nova prædia 218. Romæ coronatur. 221. filium conſortem regni facit. 222. Eundem Egilberto Epiſcopo Friſing. committit ibid. Friſingæ moratur, ubi eidem Eccleſiæ omnia bona confirmat. 223. bellum in Hungaros decernit. 224. tres inſignes donationes facit Egilberto Ep. Friſing. 226. & ſeqq. Imperii provincias viſitat, in Italiam movet, Caſinenſibus ſubvenit, & moritur. 231.
Conradus III. Suevus fit Imperator. 316. panchartam Friſing. Eccleſ. concedit, ubi ſe dicit II. ſicuti etiam alibi. 319. Eccleſ. Friſing. àb Advocatis diplomate liberat. 326. bellum ſacrum cum multis Principibus aggreditur. 329. ob infelicem exitum animi æger redit. 330. ejus varia fata 331. & ſeq. mors 332.
Conradus Henrici IV. Imper. filius ad Pontificem fugit, & Rex Langobardiæ ſalutatur 286. obit. 292.
Conradus Bojariæ Dux Boijs inviſus exauctoratur 249. in Imperatorem conjurat. 251.
B. Conradus I. Archiepiſcopus Salisburg. optimus Præſul. 296. Romæ unus omnium Germanorum Pontifici fidus 297. exulare cogitur. 298. acriter perſtringit Henricum Ep. Friſing. 300. Metropolitanis Canonicis regulam S. Aug. perſuadet. 302. ad ſedem ſuam revertitur. 305. exul in Monaſterio Benedictoburano divertit. ibid. Altaria ab Henrico Ep. Friſing. conſecrata diſſipat, & terretur. 308. & ſeq. non benè convenit cum eodem 309. ad eundem literæ deprecatoriæ Canonicorum Friſing. pro Henrico Ep. ibid. fundationem Weyarenſem acceptat & auget. 311. moritur 331.
Conradus II. Archiep. Salisburg. Pontifici fidus in exilium ejicitur. 359. obitus & elogium 363.
Conradus Wittelspachius è Moguntina in Salisburg. Sedem transfertur, ubi Synodum convocat 365. reducitur Moguntiam 369. & ſeq. Salisburg. Eccleſiæ inſtitutionem Gurcenſis Epiſcopi vindicat. 374. Baſilicam SS. Udalrici & Afræ Auguſtæ conſecrat. 378. item Weihenſtephanenſem. 385. ubi mortuus? 386.
Conradus Ep. Pataviens. Germanus Ottonis I. Ep. Friſing. 315. item 331.
Conradus Ep. Ratisbon. cum Ludovico Bojariæ Duce diſſidet. 386. fuit ultimus ex Comitibus de Frontenhauſen, & Præpoſitus Friſing. 387. conciliatur cum Duce ibid.
Conradus Canonicus & Sacriſta Eccleſ. Cathedr. Friſing. Scriptor Libri quarti Traditionum XXXVI. quando inchoaverit ſcribere? 378.
Conradus Abbas Benedictoburanus cum Henrico Ep. Friſing. dominium fundi propè Lacum vallenſem (Wahlnſee) dividit 312.
Conradus II. Abbas Tegernſeenſis diviſionem Gmundenſis parochiæ impetrat. 379.
Conradus primus Abbas Schyrenſis. 391. teſtis. 392.
Conradus Præpoſitus in Beyharting Frater Geroldi Ep. Friſing. 398.
Conſtantia Auguſta coronatur. 381.
Converſio Sclavanorum ab Attone & Monachis intenditur 64. Bohemiæ. 146.
Corbiniana Mater S. Corbiniani. 1.
S. Corbinianus I. Epiſcopus Friſingenſis, Fundator & Patronus. Patria XVI. & ſeqq. item 1. fuit Monachus Benedictinus. XX. & ſeqq. S. Benedicto ædificat Eccleſiam & Monaſterium XXVI. item Oratorium S. Stephani ibid. numeratur inter viros O. S. B. XXVII. quo anno Friſingæ Sedem Epiſcopalem fixerit? XXVIII. & ſeq. an Synchronus Taſſilonis Ducis XXIX. ordinatur Epiſcopus XXX. parentes 1. baptizatur Waldekiſus, & mutatur nomen. ibid. pia Juventus. 2. ſolitudine delectatur & Cellulam conſtruit. ibid. hæc augetur 3. ſilentium ejus prodigiô coronatur. ibid. furem mulæ rediturum divinitus cognoſcit ibid. eundem benignè dimittit. 4. in patrandis miraculis imitatur S. Benedictum ibid. famam averſatur & Romam petit ibid. ad Gregorium II. Pontif. venit, ordinatur Epiſcopus, & donatur palliô. 5. in Galliam redit & ad aulam vocatur. 6 latronem confeſſione expiatum triduô è furca pendulum liberat 7. Romam ſecundò pergit dignitatem Epiſcopalem deprecaturus & in Bojariam venit 9. à Ducibus honorificè excipitur. ibid. urſo imponit ſarcinas 10. Tridentum venit 11. Papiæ à Luitprando Rege honoratur ibid. Romæ fruſtra Epiſcopale munus à ſe amoliri conatur 12. Papiæ rurſus benignè excipitur. 13. reſtituuntur ablati equi cum fœnore ibid. Majis intercipitur 14. ad S. Valentinum confugit. ibid. invitatur Friſingam, ſed cunctatur coram Grimoaldo Duce comparere ibid.

Digitized by Google

pœnitentem Ducem cum Pilitrude abſolvit 15. in monte S. Stephani ſibi ſuisque domicilium conſtruit ibid. fontem excitat 17. Grimoaldi menſam pede evertit ibid. huic veniam petenti conciliatur ibid. veneficam depalmat & Pilitrudis iras acuit 18. Friſingâ diſcedit ibid. Grimoaldo vindictam Divinam nunciat 19. Friſingam redire renuit ibid. Hugiberto Duce invitante revertitur. 21. an & quas conſecraverit Eccleſias? ibid. impetrat ſuis liberam electionem Epiſcopi ibid. & 152. verus fundator Eccleſiæ Friſing. 22. mortem ſuam prædicit & ſanctè obit. ibid. pluviæ per 30. dies & noctes 23. ſacrum corpus Majas defertur ibid. procax puella punitur. ibid. incorruptum ſanguine è naribus manat. ibid. quidam febri liberatur. ibid. fulgore cœleſti illuſtratur. 24. parvulus fluctibus ſubtrahitur, & quis ille? ibid. quo anno obierit? ibid. non erat grandævus, nec vaſti corporis. 25. Reductio S. Corporis Majis Friſingam, quo anno, & qua occaſione contigerit? 65. Legati in Sacello S. Valentini ingenti fragore terrentur 66. denuò incorruptum invenitur ibid. prodigia in via. 67. Friſingæ obvios habet Epiſcopos & Taſſilonem Ducem. ibid. fons exſiccatur & redit, ſacellum ſuperſtruitur, quod ampliatur ibid. & ſeq. ſocij. 73. ablata prædia Majenſia reſtitui jubentur. 163. Ejus feſtum olim ſimul cum feſto Nativitatis B. V. M. & Dedicatione celebratum 188. 256. item p. 2. 186. Caput argenteum ab Henrico Bojariæ Duce offertur. 188. Patronus ſuæ Eccleſiæ. 245. Translatio 387.

Corpus S. Corbiniani mortuum diu incorruptum bis ſanguine è naribus manat 23. & 24. denuò incorruptum Majis invenitur. 66. Friſingam reducitur 65. & ſeqq. Gregorij VII. Sum. Pont. incorruptum. 279.

Cotesdiu Soror Hittonis Ep. liberalis erga Eccles. Friſing. 103.

Cowo Chorepiſc. Friſing. Monaſt. Moſpurg. permutat. 157.

Cozroh Presbyter & Monachus Cathedr. Eccleſ. Friſing. ſcriptor libri primi traditionum Friſing. XXXVI. fuit diſcipulus Hittonis Ep. 101. vocat ſe Monachum p. 2. 227. & alib. optimè meritus de Eccleſ. Friſing. 115. mors & encomium. 128.

S. Crucis ſignum fronti impreſſum efficax. 6. Hungariæ Regi præfertur 196. aſſumunt multi Principes Imperij expeditionem in terram ſanctam ſuſcepturi 329. ipſa S. Crux Dominica in barbarorum poteſtatem venit. 378.

Cyrinus vide Aribo.

S. Cyprianus, quò translatus? 134.

D.

Damaſiani, ſeu Dieſſenſes Comites, vide Andecenſes.

Damaſus II. Sum. Pont. antea Poppo Epiſcopus Brixinenſis, e Bojaria oriundus 242.

Dapifer Sæc. XI. Friſingæ adhibitus. 246.

Decanus Eccleſiæ Friſing. varia bona accipit ab Ottone II. Ep. ad ſtructuram fontis 384.

Decimæ: convenientia Epiſcoporum & Abbatum ſuper iisdem. 99. dantur à Monaſteriis pauperibus. 197. lis ſuper iis componitur. 272.

Declanus Diaconus Socius S. Virgilij ubi ſepultus? 83. item 323.

Defenſores Eccleſiarum, vide Advocati.

Dedicatio Eccleſiæ: non fit ſine dote. 64. Eccleſiæ Cathedralis olim ſimul cum feſto Nativitatis B. V. M. celebrata 188. 256. item p. 2. 186. Eccleſiæ Cathedr. Bamberg. 208.

Denarius è manu excuſſus in manumiſſione ſervi. 209.

Deotricus Abbas in Tegernbach 135.

Deſiderius Langobardorum Rex beneficus Monaſterio Inticenſi. 65. in Monaſterium truditur. 87.

Deſiderius Abbas Caſſinenſis fidus Gregorio VII. 278. reluctans fit Summus Pontifex, dictus Victor III. ubi vide. 280.

Dialogi S. Gregorij M. græcè verſi, & à quo? 56.

Dietpaldus Comes de Bergen parens Ottonis II. Ep. Friſing. 377.

Dükeri opinio de Synodo Reispacenſi emendatur etiam circa Canones. 94. item circa litem inter Attonem Ep. Friſing. & Abbatem Chiemenſem. 95.

Diœceſium Ratisbon. & Friſing. limites. 334.

S. Dionyſius Areopagita Ep. & M. primus Patronus in Schlechdorff 75. & ſeq. item in Scheffdlarn. 80. ubi ejus ſacrum corpus? 144.

Ditmarus O. S. B. celebris ſcriptor fit Epiſcop. Merſeburgenſis. 208.

Dominicus civis Romanus febri liberatur. 23.

S. Dominicus Ord. Prædicat. inſtituit 391.

Donus I. Sum. Pont. 177.

Donus II. Sum. Pont. 178.

Dracolfus Ep. Friſing. XII. fuit ex nobilibus de Humblen & ex gremio. 157. tractatum init cum Covvone Chorepiſcopo. ibid. ſpoliat Monaſteria. & perit in Danubio. 160. ſimilis Judæ proditori. 161. Eberſpergenſi templo conſecrationem denegat, & tepidus audit. ibid.

Druidæ Sacerdotes Galliæ Virginem parituram prædicunt. 2.

E.

B. Eberhardus ex Abbate Biburgenſi fit Archiepiſcopus Salisburg. 331. litem componit de limitibus Diœceſium Friſing. & Ratisbon. 334. moritur. 352. coram Imperatore cauſam Alexandri III. Pont. defendit 358. præmium ejus in cœlis cuidam revelatur 359.

Eberhardus II. Truchſeſſius ex Brixinenſi Ep. fit Archiep. Salisburg. 386. diſſidet cum Ludovico Bojariæ Duce. ibid. cum eodem in gratiam redit. 387. Synodum convocat. 390. Epiſcopatum Lavantinum erigit. 399.

Eberhardus primus Epiſcopus Bamberg. 207.

Eberhardus Ep. Auguſtanus bonum Monaſterij Benedictoburani promovet. 225. cum Nitkero Ep. Friſing. tranſigit ſuper decimis 246.

Eberhardus Arnolfi mali filius paternum Ducatum obtinere nititur. 166.

S. Eberhardus Opilio ſepultus propè Friſingam agreſtibus beneficus 323.

Eberhardus de Cella Abbas Tegernſeenſis intruſus 197.

Eberhardus Abbas Weihenſtephanenſis 385. teſtis 392.

Eberwinus primus Præpoſitus Berchtoldsgadenſis ex Raittenbuech accerſitus 267.

Ecbertus Epiſcopus Bamberg. inter teſtes 389. proſcribitur ibid.

Eccleſia: S. Benedicti Friſingæ à S. Corbiniano exſtructa XXVI. eidem fit donatio 101. Carnotenſis in Gallia omnium antiquiſſima, & quare? 2. ante dedicationem dotatur. 64. malè habitæ àb Arnolfo malo, & an reſtitutæ? 164. & ſeq. eis favet Otto Mag. Imper. 175.

Eccleſiaſtici olim Archi- & Cancellarij. 141.

Ecclipſis ſolis funeſta Ludovico Pio Imper. 120. inſolita. 312.

Eckhardus S. Galli Monachus Ottonis II. Imper. inſtitutor. 175.

Eckhardus Comes Schyrenſis Advocatus Friſing. 275.

Egilbertus Friſing. Ep. XVI. S. Henrici Imper. Cancellarius. 198. & ſeqq. varia nomina & proſapia. 205. ejus frater interimitur ibid. accipit bona in Carinthia. 206. ſubſcribit erectioni Bambergenſis Epiſcopatûs 207. intervenit apud S. Henricum Imper. pro Monaſterio Pollingano. 208. item pro Eccleſia Paderbornenſi 209. & 226. ſuppetias fert Brunnoni Ep. Auguſtano. 209. ideò arma in ſe concitat. 221. Canonicis in monte S. Stephani ſubſtituit Monachos. 210. idem Monaſterium dotat. 211. ejus laus. 212. impetrat dicto Monaſterio Inſulam Sahſonganc, quam poſtea ex permutatione Friſingenſi Eccleſiæ obtinet 212. & ſeq. alias permutationes facit, & donationem adjicit. 214. ſuffragium confert in electione Imperatoris. 216.

Eidem

Digitized by Google

Eidem confirmantur ædes Ratisbonenſes. 216. nova prædia obtinet. 218. item plura bona à S. Chunegunda Auguſta. 219. ergà eandem ſe gratum exhibet. 220. vindicat Eccleſiæ ſuæ Abbatiam Moſpurgenſem. 221. moderator Henrici nigri Imper. 222. Panchartam impetrat 223. prædia commutat 225. 230. 232. & ſeq. tres inſignes donationes Eidem fiunt ab Imperatore, ubi ejus merita commendantur 226. & ſeqq. moritur. 231. cum Canonicis Cathedr. Eccleſ. Friſing. primam bonorum commutationem facit. 232. varij contractus 233. Sacram Supellectilem auget & exornat. 233. aliæ laudes. 234. annus & dies obitus. 234. Synchroni. 235.

Electio: libera Friſingenſibus à S. Corbin. impetratur. 21. item 152. hujus alia exempla Sæculo VIII. 22. de liberis Electionibus Caroli Mag. & Ludovici Pij Impp. ſtatutum 107. Ludovicus Germanicus concedit Monaſterio Altahæ inferioris. 127. turbida. 129. Libertas electionis Friſingenſibus confirmatur. 152. diſcors. 162. Ducum Bojariæ 190. Gregorij VII. unanimis ab ipſo Henrico IV. Imperat. rata habetur 263. libertas in deligendis Sum. Pontificibus reſtituta 282. Weyarenſis Præpoſiti pertinet ad Capitulum Metropolit. Salisburg. 312. libera non competit Canonicis Gurcenſibus. 374.

Electores S. R. I. inſtituti incertô numerô. 192.

Elilandus Abbas & fundator cum fratribus ſuis Monaſterij Benedictoburani. 37. item Schlechdorffenſis. 76. & ſeq.

Ellanodus Archipresbyter Friſing. intereſt Synodo Reisbacenſi. 94. repetit quatuor Eccleſias à Luitfrido Abbate Chiemenſi. 96.

Ellenhardus XIX. Ep. Friſing. Illuſtres natales 249. dies electionis certus, annus incertus ibid. Panchartam obtinet. 253. præſens conſecrationi B. Gebehardi Archiep. Salisburg. 254. fundator Eccleſiæ Collegiatæ S. Andreæ Friſing. & ejus intentio ibid. liberalitas in recens fundatum collegium, ubi etiam dona deſcribuntur 255. & ſeqq. ejus inſignia 257. Eidem obtinet ab Imperatore quædam bona. 258. Abbatiam Benedictoburanam impetrat. 259. ubi legitimum Abbatem exautorat 260. erga Eundem iterùm magnificè munificus Henricus IV. Imper. 261. item 263. variis actibus præſens 262. Cum Patriarcha Aquilejenſi convenit. 268. an acta Henrici IV. Imper. probaverit? 269. an ſubſcripſerit Decreto Conciliabuli Wormatienſis? 270. an communicaverit cum Pontifice Romano? 272. beneficus Weihenſtephanenſibus. ibid. componitur cum Archiep. Salisb. ibid. & ſeq. fundat anniverſarium & moritur. 274. diſtinguendus ab alio Ellenhardo Miniſtro Friſing. Eccleſiæ. 275. Cauſa de ejus morte diſcutitur 307.

B. Ellingerus Abbas Tegernſeenſis loco movetur. 221. reſtituitur, & in Monaſterium Benedictoburanum Benedictinos denuò inducit. 225. iterùm exauctoratur, & Altaham mittitur. 239. ejus Epitaphium. 9.

Embrico Epiſc. Ratisb. 140. Eidem Abbatia S. Emmerammi conceditur 143.

Embrico Ep. Auguſt. conſecrat Eccleſiam SS. Udalrici & Afræ. 262.

S. Emmerammi Ep. & M. adventus in Bojariam. XIV. Martyrium, Monaſterij & Eccleſiarum erectio ibid. & ſeq.

Engelbertus Waſſerburgi & Halæ Dynaſta reſtaurator Monaſterij Attilenſis. 281. & ſeq. beneficus Friſing. Eccleſiæ. 282.

Engelmarus Ep. Pataviensis 140. Arnulpho Imperatori acceptus. 148. ſeriùs obiit, ac quidam putant. ibid.

Epiſcopatus quatuor in Bojaria inſtituuntur. 4. Eiſtadienſis, Herbipolenſis, Buriburgenſis, & Herefordienſis inſtitutio. 36. & ſeq. item Bambergenſis 207. hic cœlitus ſtabilitur 220. initia Gurcenſis. 262. turpes eorum nundinæ 277. iniqua diſtributio. 284. Chiemenſis & Seccovienſis inſtitutio 390. Lavantinus erigitur 399.

Epiſcopi præſentes in Synodo Dingolfingana 70. pactum inter eosdem & Abbates 72. olim Reges in bellum comitari ſoliti 88. in regno Francorum Sæc. VII. Primates & Principes dicuntur, aliisque præferuntur 88. & ſeq. præſentes Synodo Reiſpacenſi. 94. honorati legibus à Carolo Magno ibid. Lectionem & pauperes ad menſam habere atque ſcholas erigere jubentur 107. hæredes à Carolo Magno inſtituuntur ibid. liberè eligantur. ibid. quidam malè ſentiunt de cultu imaginum. 110. olim ſimul erant in aliis locis Abbates Regulares. 127. Bavariæ Epiſcoporum querelæ ad Joan. IX. Pontif. 150. poſſeſſiones Eccleſiarum in profanos uſus non convertant. 251. Simoniaci puniti. ibid. Decretis Conciliabulorum Wormatienſis & Papienſis ſubſcribentes. 269. & ſeq. quidam Germaniæ reſipiſcunt. 271. eorum triſtia fata. 277. quot Catholici permanſerint in Germania? 283. & ſeq. Bojariæ legitimo Pontifici adhærent 352. iisdem fruſtra commendatur Pſeudo-Pontifex. 354. in fide Alexandri III. Pontif. perſiſtunt. 358. Schiſmatici multi peſte pereunt 362. alij abſolvuntur 364. Bojariæ Epiſcopi an aliquando paruerint Jurisdictioni Ducum? 369.

Epiſtolæ Summorum Pontificum? Gregorij III. ad S. Bonifacium 34. Leonis VII. Regibus, Ducibus, Epiſcopis, Abbatibus, Comitibus &c. 168. Honorij II. ad Conradum Salisburg. Archiep. 309. Alexandri III. ad Albertum I. Ep. Friſing. 362. Ejusdem ad Fridericum I. Imper. 370. item alia Ejusdem ad Albertum Ep. Friſing. 374. ArchiEpiſcoporum & Epiſcoporum: Bojariæ Epiſcoporum ad Joan. IX. Sum. Pont. 150. Conradi I. Archiepiſcopi Salisburg. ad Canonicos Friſing. 20. Ejusdem ad Ottonem I. Ep. Friſing. 325. Ottonis Epiſcopi Friſing. ad Eugenium III. Papam. 331. Ejusdem ad Fridericum I. Imper. 341. Alberti Ep. Friſing. ad ſuos Canonicos 372. ad Rupertum Abbat. Tegernſeenſem tres 373. & 375. Abbatum, Monachorum, & aliorum Eccleſiaſticorum: Gosberti Abbat. & aliorum Tegernſeenſium ad Goteſcalcum Ep. Friſing. octo. p. 2. 471. & ſeq. Eberhardi de Cella & Peringeri Abbatum Tegernſeenſ. ad eundem. 197. Peringeri & Ellangeri Abbatum de Tegernſee ad Egilbert. Ep. Friſing. tres. 134. Albini Abbatis itidem de Tegernſee ad Nitkerum Ep. Friſing. 249. Canonicorum Cathedr. Eccleſ. Friſing. ad Conradum I. Archi-Ep. Salisb. Ruperti Abbatis Tegernſeenſ. ad Albertum Ep. Friſing. 373. Plebani in Gmund. ad eundem. 375. Friderici I. Imper. ad Ottonem I. Ep. Friſing. 342. ad Rupertum Abbatem Tegernſeenſem 372. ad Albertum Ep. Friſing. ibid.

Epitaphium Ellingeri Abbatis in Tegernſee. 9. Udalſcalci Abb. ibid. 294. Ottonis I. Ep. Friſing. 346. & ſeq.

Epocha Pippini Regis Franciæ & Taſſilonis Ducis Bojariæ ſtabilitur. 42. Ludovici II. Imper. 130. Ottonis II. Imper. 177.

Equus S. Corbiniani ab Urſo devoratur 10. alij duo furtô ſubducuntur 11. reſtituuntur cum fœnore. 13.

Erchanbertus Ep. Friſing. VII. mentio cujusdam. 111. quis ex quatuor factus Epiſcopus? 118. & ſeq. fuit etiam Abbas Campidonenſis, ubi etiam Dietenpertus, Adalbertus, Ercanbertus, & Moringer de Hopferpach dicitur. 119. quo anno electus? ibid. intereſt pacificationi Lotharij Imper. cum fratribus 120. 124. ſub eodem augentur res Eccleſiæ Friſing. 121. & ſeqq. quo anno factus Abbas Campidonæ? 122. Ejus nepotes 123. an ipſe fuerit nepos Hittonis Ep. 123. damnum illatum compenſat. 125. probatur clarius, ipſum fuiſſe Abbatem Campidonæ. 125. ſolicitus in luſtranda Diœceſi. 126. aliæ virtutes ibid. quo anno obierit? 127. tumulus, ubi ſignis clareſcit. ibid. inſertus libro Societatum Augienſium. 132.

Erchangerus Sueviæ Dux Hungaros cædit. 160.

Erchangerus Abbas Weihenſtephanenſis exautoratur & reſtituitur. 286. & ſeq.

Erchanpaldus Epiſcop. Eiſtettenſis ſubſcribit Epiſtolæ ad Joann. IX. Pont. 150.

Eremitorium prope Lacum Vallenſem ab Hieronymitanis inhabitatur 313.

Digitized by Google

S. Erhardus inter Sanctos recenſetur 244.
Erimbertus Epiſcopus Friſing. II. Frater S. Corbiniani XV. & 26. S. Emmerammo Eccleſiam ædificat XV. inſidias Pilitrudis Fratri detegit. 18. 16. ad Luitprandum Regem miſſus. ibid. an S. Corbinianum ſepeliverit? ibid. ſuccedit in Sede Epiſcopali & quando? 27. gratitudo ergà Fuldenſes 39. conſecrat Eccleſiam Tegernſeenſem & Illmenſem. 41. donationes ſub eo Eccleſ. Friſing. factæ. 44. & ſeq. conſecrat Eccleſias in Helffendorf & Biberpach 45. obitûs annus & dies 45. invenitur venerabile cadaver & deſcribitur. ibid. & ſeq. Synchroni 47. olim Friſingæ cultus. 73.
Ermwolfus hæreticus à S. Bonifacio è Bojaria proſcribitur. 32.
Erneſtus Abbas ad Quercum ſuperiorem intereſt Synodo Dingolfinganæ. 70.
Erneſtus Comes, Dux exercitûs Ludovici Germanici Judex conſtituitur inter Annonem Epiſcop. Friſing. & Udalſcalcum Tridentinum. 132.
Erneſtus Sueviæ Dux Auguſtanum Epiſcopatum vexat. 221.
Evangeliorum liber Theotiſcè conſcriptus Friſingæ ſuperſtes. 155. ab Ellenhardo Ep. Friſing. Eccleſiæ S. Andreæ oblatus deſcribitur. 256.
Eugenius II. Sum. Pont. 108.
Eugenius III. Sum. Pont. gradus academicos inſtituit. 331. Guicmanni Epiſcopi tranſlationem improbat. 332. moritur. 333.
Euricus Epiſcopus. 97.
S. Euſebius Strigonienſis inſtitutor Eremitarum Divi Pauli 391.
S. Euſtaſius Abbas Luxovienſis de Bojaria benè meritus. XII.
S. Eutropius olim Patronus Friſingæ. 244. & ſeq.
Ezelinus de Baſano cauſâ cadit ſuper terra de Gudaga. 353. eandem ab Eccleſia Friſing. in feudum recipit. 355.

F.

Fagana Familia illuſtris antiquiſſima aliàs dicti de Vagen. benefica Eccleſiæ Friſing. 43.
Fama S. Corbiniani. 4.
Fames in Germania 147. in Bojaria 390. ibid. & in aliis regionibus 393.
Febris pellitur meritis S. Corbiniani. 23. patronus contra eam S. Sigiſmundus Rex & Mart. 357.
SS. Felicianus & Primus MM. Patroni in Wert, ſeu Wertſee in Carinthia. ubi eorum Sacræ Reliquiæ? 183.
Feſta Sanctorum Sæculo XI. Friſingæ ſpecialiter celebrata. 256.
Fœdus pro mortuis. 72.
Fons in monte S. Stephani excitatur à S. Corbiniano 17. exſiccatur & redit. 67. ſuperſtruitur Sacellum modò in auguſtiorem formam redactum ibid. & ſeq.
Formoſus Sum. Pont. 144. Arnulphum Imper. coronat, & paulò poſt moritur. 146.
S. Franciſcus Seraph. ordinem ſuum inſtituit 391. præſens expeditioni ſacræ. 393.
Francorum leges conditæ. XV.
Fridericus I. Barbaroſſa fit Rex Germaniæ 332. coronatur Imperator 333. ejus quædam turpia facta ibid. Pontificem offendit. 334. conciliatur 335. litem componit ob dejectum Pontem in Vering. 337. bellum adversùs Mediolanenſes decernit. 345. item 352. diffidet cum Pontifice. 352. Antipapam fovet ibid. Mediolanenſes vincit. 353. addictus Alberto Ep. Friſing. ibid. Bojariæ Epiſcopis Pſeudo-Pontificem fruſtra commendat. 354. reſtaurationem Eccleſ. Cathedr. Friſing. adjuvat. 355. Mediolanum capit & devaſtat. 358. Bojariæ Epiſcopos fruſtrà tentat ibid. & ſeq. Paſchali Antipapæ ſtudet 361. exercitum contra Pontificem movet infelici ſucceſſu 362. Adelbertum Archiep. Salisburg. è Sede ejicit. 363. eundem mirè exagitat. ibid. rursùs in Italiam movet, ubi profligatur 364. cum Pontifice in gratiam redit. ibid. Henricum Leonem proſcribit & in Bojaria Ottonem Wittelspachium ſubſtituit. 365. viam ſalariam prope Veringam Alberto Ep. Friſing. adjudicat nullo ſecuto effectu ibid. Henricum Leonem inſectari pergit. 367. Bojariam in plures Ducatus dividit. 369. ei commendatur Albert. Ep. Friſing. 370. ejusdem literæ in cauſa DietramCellenſium. 372. conſtitutionem contra incendiarios edit. 379. in Palæſtinam movet ubi aquis hauritur. 379. Eccleſiæ Friſing. varia jura in Auſtria adjudicavit. ibid.
Fridericus II. Imper. ad Sceptrum vocatur 389. & ſeq. in Sede Caroli Magni collocatur & Ottonem Brunſwicenſem exautoratum debellat 390. confirmat privilegia Monaſterio Cremiſanenſi. 391. concedit alia civitati Norimbergenſi 393. coronatur 394. querelæ contra eundem 399. ejus ſocordia. 400.
Fridericus Archiepiſcop. Salisburg. unanimiter electus. 174. conſecrat S. Wolfgangum. 177. fit Legatus Sed. Apoſtol. 178. conſecrat Eccleſiam Eberſpergenſem. 183.
Fridericus an aliquis poſt Gotescalcum Epiſcopus Friſingenſis? 205.
Fridericus dictus Rochus, ſeu Roke Comes Andecenſis Monaſterium Attilenſe diripit. 382.
Friſia aditur à S. Bonifacio nullo fructu. 30. ſecunda vice. 56. ibi cum ſuis occiditur. 57. poſt necem Sancti convertitur. ibid.
Friſingenſis Eccleſia Cathedralis S. Mariæ: primi Miniſtri Monachi. XX. item p. 2. 173. & alibi ſæpè. vocatur Monaſterium, cœnobium, clauſtrum XX. exornatur XXVI. quo anno fundata? XXVIII. & ſeqq. S. Corbiniani curæ pro eadem 15. prima prædia eidem conferuntur 16. olim ſubjecta Metropoli Moguntinæ 39. donationes eidem factas continet pleraſque pars ſecunda, ubi vid. Advocatus quando datus? 85. multæ Eccleſiæ ſubtrahuntur à Taſſilone Duce & Luitburga Conjuge. 96. deſcripta inter hæredes Caroli Magni 102. eidem reſtituitur Monaſterium in Innching. 106. huc transferuntur corpora SS. Alexandri I. Papæ & Mart. Juſtini & Nonnoſi Confeſſorum. 117. prima mentio Canonicorum. 123. incendiò perit & quo anno? 150. & ſeqq. reſtauratur à Waldone Ep. 155. ablata reſtitui jubentur. 163. quando reſtituta? 164. tempore Wolframi Ep. adhuc Monaſterium dicitur & an fruſtra? ibid. cremata Urbe ſervatur. 170. conceduntur regalia jura. 192. ejus poſſeſſiones ſtabiliuntur 223. Patroni tempore Nitkeri Ep. 244. & ſeq. augentur proventus. 274. 280. 282. 288. 314. &c. ejus poſſeſſiones verſus alpes trans Iſaram 287. cum tempore ſubtractæ ibid. alia bona nobilibus conceſſa alia itidem ſubtracta 289. & ſeq. ejus miſer ſtatus tempore Henrici Ep. 300. in protectionem Apoſtolicam ſuſcipitur 324. liberatur ab importunitate Advocatorum 326. & ſeq. horribilis conflagratio & reſtauratio. 350. & ſeq. vindicantur bona 353. hæres inſtituitur ab Alberto Epiſcop. 363. an ſub eodem denuo exuſta ſit? 369. veneratur S. Chunegundam Auguſtam 385.
Fromundus Monachus & Portarius ſcribit ad Goteſcalcum Ep. 197.
Fur mulæ S. Corbiniani à Deo punitur, & à Sancto benignè dimittitur 3. Equorum fures 11. puniti 13.

G.

Gallia patria S. Corbiniani. XVIII. & ſeq. ad fidem Chriſtianam prona & cur? 2. calamitatibus affligitur 111.
Gaubaldus Epiſcop. Ratisbon. inſtituitur. 34.
Gaudentius dictus Kadinus ex Monacho O. S. B. fit primus Archiepiſcop. Gneſnenſis. 195.
S. Gebehardus Archiepiſcop. Salisburg. conſecratur Ratisbonæ 253. & ſeq. pallium accipit. 259. Gurcenſem Epiſcopatum erigit 262. non ſubſcripſit Decreto Conciliabuli Wormatienſis. 270. cum Ellenhardo Ep. Friſing. componitur. 272. laudatur à Pontifice & reprehenditur ibid. & ſeq. ab exilio revertitur 281. ſanctè obit. 283.

Geb-

Digitized by Google

Gebhardus Ep. Ratisbonenſis. 190.
Gebhardus III. Ep. Ratisbon. Conradi Imper. frater donationem Eccleſiæ Friſing. facit, & ampliorem uſumfructum recipit. 232. & ſeq. cum Conrado Bojariæ Duce diffidet. 249. in Imperatorem conjurat. 250. præſens conſecrationi Gebehardi Archiepiſcopi Salisburg. paulò poſt moritur. 254.
Gebhardus Ep. Eiſtettenſis. 240. educator Henrici IV. Imper. tum Bojariæ Ducis eandem egregiè defendit. 249. fit Summus Pontifex. 250.
Gebhardus Ep. Conſtantienſis Legatus Pontificius Clerum reformare ſtudet. 286.
Gebhardus Comes de Hollenſtein quædam bona Ottoni II. Ep. Friſing. vendit. 390.
Gebhardus Comes de Kreglingen oblatô pretiô bona Friſing. Eccleſiæ reſtituit 396.
Gelaſius II. O.S.B. Summus Pontifex iniqua paſſus in Galliam fugit. 301.
Genuflexio trina Summo Pontifici à Ludovico Pio Imper. exhibetur. 107.
S. Georgius: an ejus Eccleſia à S. Corbiniano conſecrata? 21. Patronus Friſingæ. 245.
S. Gerardus Sagredo Ep. & M. O.S.B. auctor expoſitionis ſuper hymnum trium Puerorum, & ejus vitæ compendium. 241.
Gerardus primus Abbas Weihenſtephanenſis 212.
B. Gerhohus Can. Reg. O.S. Auguſt. in Raittenbuech Socius à Chunone Epiſcopo Ratisbon. adſciſcitur. 307. ejus præclarum opus de ædificio Dei. 308. Friſingæ olim literis operam dedit. ibid. factus Præpoſitus Reicherſpergenſis laudatur. 312. ejus judicium de Ottone I. Ep. Friſing. 342. Otto eidem certas decimas donavit, & quando? 344. coram Imperatore Friderico cauſam Alexandri Pontificis defendit 358. moritur 363.
Germani à Carolo Craſſo deficiunt. 143. viam ſibi ſternunt ad Imperatores liberè eligendos 144. profligantur ab Hunnis 159. eorum pietas iniquiſſimo tempore 285.
Germania: in ea celebratur à S. Bonifacio prima Synodus. 39. grata erga eundem. ibid. obtingit Ludovico dicto Germanico 120. vexatur fame 147. miſera conditio. 158. turbæ. 142. 144. 262. 277. 279. acta varia. 283.
S. Germani Eccleſia in vico Caſtrus. 2. ad eam ſibi Cellulam conſtruit S. Corbinianus ibid.
Geroldus Ep. Friſing. XXV. natales, fratres, annus & dies electionis. 398. Monaſterio Beyhartingenſi parochiam in Tuntenhauſen donat ibid. Collegio S. Viti Friſingenſi parochiam in Siuzhauſen cum annexis tradit. 399. electionem Ardacenſenſis Præpoſiti Friſingenſi Epiſcopo aſſerit. 400.
Gibellinorum & Guelforum ſanguis in Friderico Barbaroſſa convenit. 332.
Giſala Childerici Regis Uxor Monialis in Cochl. 55.
Giſilarius Socius S. Ruperti Ep. & Monachus X.
Gosbertus Abbas Tegernſeenſis familiaris Goteſcalci Ep. Friſing. 194. ejus mors nunciatur Collegio Cathedrali Friſingenſi. ibid.
Goswaldus Ep. Würzburgenſis Abbas Altahæ inferioris. 127. impetrat huic Monaſterio liberam electionem ibid.
Goteſcalcus Ep. Friſing. XVI. Natales, electio, & varium nomen 189. & ſeq. Ottoni III. Imperat. prædiolum concedit & plura bona in Auſtria recipit. 191. jus cudendæ monetæ, mercatum, & teloneum impetrat 192. Romæ & alibi cum Imperatore verſatur. 193. eidem familiaris Gosbertus Abbas Tegernſeenſis. 194. S. Gotthardum reprehendit. 196. variæ ad Goteſcalcum Epiſtolæ 194. 196. 197. intereſt electioni S. Henrici Imper. 197. ab Eodem varias donationes accipit. 198. & ſeq. in Comitatu S. Henrici Imper. Pragæ pro Concione dicit, & Hezilonem liberat 200. & ſeq. à Baronio vocatur Sanctus. 201. an præſens Concilio Tremonienſi ibid. Reliquias S. Tertullini in argenteo Sarcophago recondit. 203. annus obitûs, ejus votum, fundatio anniverſarij, merita & Synchroni. 204.
B. Gothelmus Abbas Benedictoburanus 225. & ſeq. Nitkero Epiſcopo Friſing. reſiſtit. 247.
S. Gotthardus Abbas Altahæ inferioris, Tegernſeenſis, & aliorum Monaſteriorum reformator apud Goteſcalcum Ep. Friſing. accuſatur, & reprehenditur, reſcribit Epiſcopo & abit, poſtea factus Epiſcopus Hildesheimenſis 196. & 215. intervenit apud S. Henricum Imper. pro Monaſterio Tegernſeenſi. 208. Moguntino Concilio intereſt & mulierem à dæmonio liberat. 216. moritur. 231. ejus Neocellæ Sacellum 322.
Gradus academici inſtituuntur. 332.
Græci Legati veniunt Salisburgum ad Carolum Magnum. 95. Organi pnevmatici inventores 136.
Granarij Friſing. Præfectus Wolfherus de Rindingen bona permutat 396.
Gratianus Monachus O.S.B. Decretorum auctor gradus academicos ſuggerit. 332.
Gratitudo Germaniæ & in ſpecie Bojariæ erga Fuldenſe Monaſterium 39.
S. Gregorius II. Sum. Pontifex S. Corbinianum Epiſcopum ordinat XXX. item 5. fuit Monachus Ord. S. Bened. & ejus elogium ibid. denuò honorificè S. Corbinianum excipit. 12. Eidem Epiſcopale munus deprecanti convocata Synodo non annuit. ibid.
Gregorius III. Sum. Pont. aditur à S. Bonifacio. 32. Epiſtola ad S. Bonifacium. 34. obit 37.
Gregorius IV. Sum. Pont. 112. pacem inter Ludovicum Pium & filios fruſtra molitur 115. feſtum omnium Sanctorum inſtituit. ibid.
B. Gregorius V. Sum. Pont. coronat Imperat. & firmat Germanis jus modúmque præſcribit eligendi Imperatorem 192. moritur. 195.
Gregorius VI. Sum. Pont. Pontificatum deponit 242.
Gregorius VII. fit Summus Pontifex, ubi de ejus laudibus. 263. agnoſcitur ab Henrico IV. Imper. 263. & ſeq. ejus Zelus 268. Clerum reformat & à populo defenditur. 269. contra eum habentur duo Conciliabula. 269. & ſeq. Henricum Imper. diris devovet. 271. item 277. Concilium Generale indicit & Imperium in Rudolphum Sueviæ Ducem transfert. 277. cura pro Eccleſia. 278. obſeſſus liberatur ibid. moritur & ejus elogium 279. vid. etiam Hildebrandus.
Gregorius VIII. fit Summus Pontifex. 378. Chriſtianos ad bellum Sacrum incitat & moritur. 378.
Grimoaldus Dux Bojariæ honorificè S. Corbinianum excipit. 10. Eundem Româ redeuntem intercipit, & Friſingam invitat 14. inceſtuoſum cum Pilitrude thorum ejurat. 15. corripitur ob panem cani porrectum. 17. veniam petit & reconciliatur. ibid. S. Corbinianum fruſtra Friſingam revocat. 19. interficitur, & à quibus ibid.
Gripho filius Caroli Martelli in cuſtodiam datur 40. in libertatem aſſertus tumultuatur & Bojariam occupat. 41.
Guelpho vid. Welfo.
Guibertus Antipapa atrocia tentare auſus adverſus Gregorium VII. Pontificem 269. excommunicatur 272. 278. 283. Henricum IV. coronat 278. urbe pellitur. 283. eandem denuò invadit. 285.
Guicmanni Epiſcopi translatio ad Archiepiſcopatum Magdeburgenſem improbatur 332.
Guido Aretinus O.S.B. Syllabarum Muſicarum inventor 215.
Guido Cardinalis lapis offenſionis 352.
Guido Cremenſis fit Antipapa Paſchalis III. dictus 359.
B. Guntherus ex Monacho S. Emmerammi Ratisbonenſis Epiſcop. 169. Ottoni Cæſari calceum pro Epiſcopatu offert. ibid.
Guntherus Archiepiſcopus Salisburg. 215. moritur 221.

H.

Habitum mutare dicitur, dum quis Monachus factus. 68.
Hadrianus I. Sum. Pont. Theodonem Taſſilonis Ducis filium baptizat. 63.
Hadrianus II. Sum. Pont. 131.

Digitized by Google

Hadrianus III. Sum. Pont. decretum edit de ſolis Italis ad Imperium aſſumendis. 142.

Hadrianus IV. Sum. Pont. Fridericum I. Imper. coronat 333. offenditur ab Imperatore 334. eidem conciliatur 335. nova ſimultas oritur & morte tollitur 352.

Hæres vide Aribo.

Hæreſis Ermwolfi è Bojaria proſcribitur. 32.

B. Hartmannus ex Præpoſito Clauſtro-Neoburgenſi fit Epiſcopus Brixinenſis 325. non intereſt Conciliabulo Papienſi 353. coram Cæſare cauſam Alexandri III. defendit 358. mors. 359.

Hartmannus e Cænobio S. Nicolai prope Paſſavium fit primus Decanus Canonicorum Regularium Metropolitanæ Salisburgenſis 302.

Hartwicus Ep. Ratisbon. litem componit cum Ottone I. Ep. Friſing. 334. fidus Pontifici 353.

Hartwicus ex Priore SS. Udalrici & Afræ fit Epiſcopus Auguſt. 362.

Hartwicus è S. Maximini Treviris poſt reſtaurationem primus Abbas Tegernſeenſis. 184.

Hartwicus ex Boicæ aulæ Cancellario fit Canon. Regul. in Raittenbuech, & poſtea primus Præpoſitus in Dieſſen 311.

Hartwicus Italiæ invaſor fit Monachus 209. & ſeq.

Hatto ex Abbate Archiepiſcopus Moguntinus Ludovicum Arnulphi Imperat. filium è S. fonte levat. 145. Ejusdem tutor. 149.

Hatto Ep. Patavienſis Miſſus Dominicus 105.

Haziga Comitiſſa Schyrenſis fundatrix Eccleſiæ in Cell. 272. Monachis locum Viſchpachau concedit, qui huc migrant. 281.

Helff dir GOtt: hujus precationis origo. 140.

Helmoinus Comes munificus Eccleſiæ Friſing. 89.

Hemma Conjux Ludovici Bojariæ Regis. 114. moritur 137.

Henricus I. Epiſcop. Friſing. XXI. Natales & intruſio. 291. à Pontifice alienus. 292. conſentit erectioni Dietrami-Cellæ. ibid. male inductus è Bohemia fugere cogitur. 294. Abbati Tegernſeenſi privilegium concedit. 299. an Bulla excommunicationis & Depoſitionis contra Eum emanaverit? ubi de Ejusdem deplorando regimine. 300. abſolutus à Papa nondum conciliatus Archiepiſcopo 309. pro eo literis deprecantur Canonici Friſing. ibid. dividit cum Abbate Benedictoburano dominium propè lacum Vallenſem 312. & ſeq. favet Monaſterio Biburgenſi 313. donat quædam Eccleſiæ Cathedrali, moritur, fundator aræ S. Leonardi Abb. 314. an Ducibus Bojariæ à Conſiliis & Synchroni. ibid.

Henricus Præpoſit. Berchtesgad. intruditur in Sedem Salisburg. 364. fit Epiſcop. Brixinenſis 365.

Henricus Archiepiſcopus Moguntinus è ſede ſua ejicitur. 333.

Henricus Auceps fit Rex Germaniæ. 160. prædia à S. Corbiniano comparata reſtitui jubet. 163. Hungaros cædit, prædamque Eccleſiis diſtribuit. 165. magnus dicitur & obit. ibid.

S. Henricus Imperator dictus claudus Bojariæ Ducatum impetrat. 190. à Divo Wolfgango educatus mortuo quoque curæ fuit. 191. funus Ottonis Imp. excipit, & coronatur Rex Germaniæ. 197. S. Chunegundem Conjugem ducit & varia bona Goteſcalco Ep. Friſing. donat 198. & ſeq. Hezilonem rebellem capit. 200. fit Rex Italiæ ibid. in Bohemiam movet & Heziloni ignoſcit. ibid. & ſeq. ejus Sancta ſtudia 201. munificentia in Friſing. Eccleſiam. 206. fundat Bambergenſem Epiſcopatum. 207. Henricum Bojariæ Ducem & Adalberonem Trevirenſis Sedis invaſorem proſcribit. 207. & ſeq. ejus munificentia in varias Eccleſias. 208. Romæ coronatur 209. pomum aureum Cluniacum mittit, & regiam coronam ſupra aram S. Petri ſuſpendit. ibid. cupit fieri Monachus, ſpondet obedientiam, & reſumere jubetur faſces Imperij. 210. Monaſterio Weihenſtephanenſi donat Inſulam Sahſonganc. 212. in Italia triumphat. 214. Caſini à calculi dolore liberatur à. S. Benedicto, & gratum ſe exhibet Soſpitatori. 215. S. Robertum Galliæ Regem convenit. 215. Moguntiæ Concilio intereſt, & mirè Epiſcopos veneratur 216. Virgo Sanctè moritur injurias ſceptrô compenſans. ibid. Brunonem fratrem de evertendo Epiſcopatu Bambergenſi cogitantem abſterret. 218. colitur ſemper cum S. Chunigunde. 237.

Henricus III. niger dictus fit conſors Imperij & coronatur 222. Egilberto Epiſcopo Friſing. educandus committitur. ibid. Hungaris pacem concedit. 224. rara in parentem pietas 231. Eidem ſuccedit. ibid. Panchartam Friſing. Eccleſ. concedit. 236. confirmat eidem curtem in Alarn. 237. donat Oſtermundingam. 238. conſentit translationi Epiſcopatûs Eiſtettenſis & mox revocat. 239. Hungaros domat & tributarios facit. 240. pauperes reficit. ibid. Hungaris Friſingæ pacem concedit. ibid. Bernulphum & Machtunum fratres Nitkeri Epiſcopi plecti jubet. ibid. non peccavit contra Gregorium VI. 242. Romæ coronatur. ibid. Summos Pontifices deſignat. ibid. Ardaker Nitkero Ep. Friſing. offert. 243. ei naſcitur filius. 244. bona Friſing. confirmat. ibid. pretioſum donum obtinet à Nitkero Ep. Friſing. ibid. & ſeq. filium dat Boijs Ducem. 249. detegitur conjuratio in ipſum. 250. munificus Collegio Cathedrali Friſing. 251. & prædicitur mors. 252. Victorem Papam honorificè excipit & paulò poſt moritur. 253.

Henricus IV. Imper. naſcitur. 244. fit Dux Bojariæ. 249. Rex Germaniæ. 250. Succedit Patri. 253. bona Friſingenſ. confirmat, & ipſe Friſingam venit. ibid. Cadalaum Antipapam renunciat. 254. Eccleſiæ S. Andreæ Friſing. quædam bona donat. 258. àb Adalberto Archiepiſc. Hamburgenſi pervertitur. 259. eundem dimittere cogitur. 260. erga Ellenhardum Ep. Friſing. iterùm munificus. 261. item 268. Friſingæ Chriſti cunas veneratur. 261. Bertham Conjugem repudiare intendit. ibid. fit indies pejor. 262. Imperium perturbat. 263. item 277. electionem Gregorij Papæ VII. ratam habet. 263. item 265. fundationem Monaſterij Rotenſis confirmat. 264. inglorie certat. 269. furit in Pontificem. ibid. diris devovetur. 271. coactus Pontificem exorat, & abſolvitur nulla ſecutâ emendatione. ibid. ab Imperij Proceribus rejicitur. ibid. denuo excommunicatur 277. item 278. 292. ejus turpiſſimæ Sacrorum nundinæ. ibid. Romam tandem capit, ubi coronatur à Pſeudo-Pontifice 278. variis cladibus afficitur 280. & ſeqq. Italiam invadit. 285. ibi cæditur. 286. Judæis benevolus, & alia acta 287. Henricum filium Imperij conſortem facit. 292. expeditionem in orientem ſimulat. 294. Conventum indicit. ibid. deſeritur à ſuis & miſerè moritur. 295.

Henricus VI. Imper. 379. coronatur. 381. obitus. 385. quare dictus aſper? ibid.

Henricus Friderici II. Imper. filius fit Rex Romanorum. 393.

Henricus I. Bojariæ Dux duplici prælio Hungaros cædit. 168. obit. 174.

Henricus II. Bojariæ Dux dictus Rixoſus 174. ſe Regem facit & à quibus inductus? 181. & ſeq. ejus exilium, 183. rurſus Imperium ambit. 184. Caput argenteum S. Corbiniani Eccleſiæ Friſing. offert. 188. monita dat filio & piè moritur. 190.

Henricus minor Dux Bojariæ, hac abdicata Carinthiam ſervat 184. obit. 185.

Henricus Moſellanus Dux Bojariæ. 200. proſcribitur. 207. moritur 221.

Henricus VI. Bojariæ Dux. 221.

Henricus VII. Bojariæ Dux 240. moritur. 242.

Henricus IX. Bojariæ Dux. 302. fit Monachus in Weingarten. 307.

Henricus X. Bojariæ Dux Friſing. agrum vaſtat & muros civitatis dejicit. 325. crucem aſſumit. 329. Uxorem ducit. 331. in Comitiis non comparet. 333. ejurata Bojaria fit Dux Auſtriæ primus 333. cum Ottone I. Ep. Friſing. ſuo fratre conciliatur. 335.

Henricus Leo. 316. eidem Bojaria adjudicatur 333. tandem obtinet: ibid. pontem Veringenſem dejicit. 337. Imperatorem deſerit. 364. Civitatem Monacenſem ædificare orditur ibid. proſcribitur 365. eum Impe-

Digitized by Google

Imperator infeſtatur 307. advocatiam quorumdam bonorum Friſingenſium accipit. 371. obitus 385.
Henricus Marchio Hiſtriæ Ottonis II. Ep. Friſing. conſanguineus damna Friſing. Eccleſ. facta reſarcit. 395.
Henricus Comes Andecenſis proſcribitur. 389.
S. Henricus Anachoreta ad lacum vermium ſepultus ſignis clareſcit. 304.
Henricus Abbas Monſeenſis à Taſſilone cum Arnone ad Carolum Magnum Legatus. 91.
Henricus Abbas Tegernſeenſis obtinet Eccleſiam in Saxenkam 393.
Heribertus Ep. Eiſtettenſis ſpe ſua fruſtratus Friſingæ obit & tumulatur 239.
Herimannus Pſeudo-Epiſcopus Friſing. 284. & ſeq. an ille qui ſimoniacè invaſit Sedem Auguſtanam? 286. & ſeq.
Hermannus Lucelburgicus Imperàtor Vicarium Henrici vincit. 278. obit. 283.
Hermannus Arnolfi mali filius. 166.
Hermannus primus Præpoſitus Neo-Cellæ ex Urſpergenſi Monaſterio accitus. 321.
B. Hermannus contractus auctor Antiphon. *Alma Redemptoris & Salve Regina* obit. 250.
Heroldus Archiepiſcopus Salisburg. 169. exoculatur & exauctoratur 174.
Herolfus Chorepiſcopus Friſingenſis deſcriptus in libro Societatum Augienſium. 132.
Hezilo Comes perduellionis reus à S. Henrico capitur. 200. ab eodem dimittitur. 201.
Hieronymitani Eremitorium inhabitant propè lacum Vallenſem. 313.
Hieroſolyma expugnatur à Chriſtianis 292. capitur à barbaris 378.
Hildebrandus ex Ord. S. Bened. S.R.E. Sub-Diaconus à Cæſare Pontificem petit. 250. Archi-Diaconus præeſt Concilio Lugdunenſi, ubi Archiepiſcopum Simoniacum miraculô convincit 251. fit Summus Pontifex 263. vid. Gregorius VII.
Hildegardis Uxor Caroli Magni Imper. obit. 82.
Hildipoldus Gurcenſis Epiſcopus exul Benedictoburi divertit. 305.
Hiltipaldus fundator & Monachus in Schlierſee. 78.
Hiltrudis filia Caroli Martelli Utiloni nubit. 40.
Hiſtoria Friſingenſis: occaſio & adjumenta hujus operis XXXIII. & ſeqq. partitio XXXIX.
Hiſtoricus quæ obſervet? 341.
Hiſtria provincia: ibi bona donantur Eccleſiæ Collegiatæ S. Andreæ Friſing. 258. Ellenhardo Epiſcopo. 261.
Hitto Epiſcopus Friſing. VI. de familia S. Mariæ Diaconus 100. & p. 2. 108. patria 100. fuit Magiſter Novitiorum. 101. fit Epiſcopus ibid. opes auctas divino cultui amplificando impendit ibid. zelus & liberalitas erga ſuam Eccleſiam 102. & ſeqq. recuperat abſtractas Eccleſiæ ſuæ poſſeſſiones & novis cumulatur donationibus. 104. & ſeq. cauſa cum S. Nitgario Ep. Auguſt. 105. Eidem reſtituitur Monaſterium Inticenſe 106. intereſt Concilio Moguntino & à Carolo Magno inter hæredes deſcribitur. 107. miſericors in pauperes 110. Aquisgranum petit. ibid. ibid. Synodum habet. 111. acceptat donationem pro Inticenſi Monaſterio, cujus Rector & Matricularius vocatur. 113. defendit bona ſuæ Eccleſiæ ibid. Zelus 114. nova merita. 115. fundat Collegium in monte S. Stephani, ibſque corpora SS. Alexandri & Juſtini collocat. 116. obitus, fama Sanctitatis, inſcriptus Martyrologio Bedæ, & Synchroni. 117.
Hitto Clericus Friſingæ Nepos Hittonis Ep. ibi liberalibus artibus imbutus. 123.
Honorius II. fit Sum. Pont. 307. dat Epiſtolam ad Conradum Archiep. Saliſb. 309.
Honorius III. fit Sum. Pont. 391. confirmat Privilegia Cellæ Dietrami. 399. animat Chriſtianos ad bellum Sacrum. ibid.
Hugibertus Bojariæ Dux S. Corbinianum Friſingam revocat 21. obit 33.
Hugo Blancus Ex-Cardinalis turbarum in Gregorium VII. incentor 269.
Humerale Ellenhardi Ep. Friſ. deſcribitur 259.
Hunni, Hungari & Ungari, vocantur in auxilium à Taſſilone Bojariæ Duce. 86. debellati à Carolo Magno. 87. Bojariam ac Italiam invadunt. 149. Bojariam denuò. 150. eorum crudelitas. 157. an eo tempore etiam pervenerint in Bojariam ſuperiorem? 158. profligant Germanos. 159. profligantur à Germanis. 165. ternô prælio proſternuntur. 168. internecione delentur. 170. eorum Reguli ſuſpenduntur. ibid. ad fidem convertuntur. 195. & ſeq. domantur. 240. bello petuntur vario eventu. 244.
Hurſingus Comes Præfectus Tridentinus equum S. Corbin. furatur. 11. punitur & reſipiſcit. 13.
Hyems aſperrima. 86.

I.

Iconoclaſtæ confunduntur. 115.
Jejunium in profeſto S. Laurentij unde oriatur? 170.
Imperium: Occidentis in Carolo Magno renovatur. 92. an à Græcis translatum? 93. turbæ 142. 144. 262. & ſeq. 277. 279. 385.
Impoſtura quædam detegitur. 386.
Incendiarij quomodo puniendi. 379.
Incendium Cathedr. Eccleſ. Friſing. 150. Civitatis Friſing. 170. Monaſterij Weihenſtephanenſis. 280. alterum horribile Civitatis Friſingenſis & Eccleſiarum. 350. & ſeq. Monaſterij Neo-Cellenſis. 351. rurſus Eccleſiarum & Civitatis 391.
Innocentius II. fit Sum. Pont. & Lotharium Imper. cum Conjuge coronat. 310. & ſeq. Concilium Lateranenſe celebrat. 317. confirmat reſtaurationem Monaſterij Scheffilarienſis. 319. item fundationem Monaſterij Neo-Cellenſis 320. Friſingenſ. Eccleſ. ſub B. Petri & ſuam protectionem ſuſcipit. 324. moritur. 326.
Innocentius III. Sum. Pont. favet Ottoni Brunswicenſi 385. S. Chunegundem albo Sanctorum infert. ibid. Ottonem ab omnibus recipi optat. 386. conſtans pro eodem 387. confirmat privilegia Monaſterio Dietram-Cellenſi. 388. Legatos in Germaniam mittit. 388. Ottonem Imperat. coronat, & paulo poſt diris devovet. 389. ejus laudes & mors. 391.
Inſignia Ellenhardi Ep. Friſing. 257.
Inſtitutio Ottonis I. Ep. Friſing. de utilitate ſuæ Eccleſiæ 319.
Inveſtitura per funem campanæ. p. 2. 194. vid. traditio. per annulum & baculum Cæſari permittitur, & mox adimitur. 297. & ſeq.
Joanna Papiſſa: fabula de eadem exploditur. 131.
Joannes VIII. Sum. Pont. 131. organum ſibi Friſingâ Romam mitti petit. 136. moritur. 137.
Joan. IX. Sum. Pont. 148. Epiſcopos in Moraviam mittit. 150. moritur. ibid.
Joannes X. Sum. Pont. 160.
Joannes XI. Sum. Pont. 163. obit in vinculis 166.
Joannes XII. Cathedram D. Petri invadit 174. ex eadem ejicitur, & rursùs occupat. ibid. occiditur 175.
Joannes XIII. Sum. Pont. Pontificatu dejicitur, & brevi reſtituitur. 175.
Joannes XIV. Sum. Pont. fame in carcere conficitur 184. & ſeq.
Joannes XV. Sum. Pont. 185. die incerta mortuus. 192.
Joannes XVIII. conſentit erectioni Epiſcopatus Bambergenſis. 207.
Joannes XX. Sum. Pont. 217. Conradum Imper. coronat. 221. moritur. 226.
Joannes Patriarcha Aquilejenſis Eccleſiam Cathedralem Bambergenſem dedicat. 208.
Joannes Epiſcopus & Abbas Salisburgenſis inſtituitur. 34.
S. Joannes de Matha fundator Ord. SS. Trinitatis. 391.
Joſephus Epiſcop. Friſing. III. an puer ille fluctibus ſubtractus? 24. fit Epiſcopus 47. patria. 48. donationes eidem factæ. 48. & ſeqq. fundator Monaſterij S. Zenonis in Iſen. 47. 50. 51. dedicat Eccleſiam in Tulpach. 52. aliæ donationes. 58. & ſeq. conſecrat Eccleſias in Pach & Abens 59. & ſeq. conſtruit Eccle-
ſiam

Digitized by Google

ſiam in Biberpach. 60. obitus. 61. fama Sanctitatis ibid. appellatur Beatus ibid. inſcriptio lapidis ſepulchralis ibid.
Irmengardis Uxor Ludovici Pij coronatur 107.
Iſara fluvius Friſingæ prætcrfluit. II.
Italia cedit Lothario Ludovici Pij filio. 120. Ludovico Lotharij filio. 130. vexatur à Saracenis. 142. turbæ. 144. ab Hunnis invaditur. 149.
Judices Bojariæ à Carolo Magno conſtituti. 87.
Judicium Magnorum Virorum de Ottone I. Ep. Friſing. 342.
Juditha Arnolfi mali filia. 166. excuſatur à calumnia. 188. & ſeq.
Juditha Welfonis Bojariæ Ducis Conjux fundatrix Monaſterij Raittenbuechenſis. 266.
Juditha nobilis Matrona fundatrix Monaſterij Beyhartingenſis. 311.
S. Juliana V. & M. Iſanæ requieſcit & colitur 134.
Juramentum ſuper reliquias Sanctorum fieri ſolitum. p. 2. 194. ead. part. 259.
Jus Canonicum introducitur, & gradus academici inſtituuntur 332.

K.

Kadinus vid. Gaudentius
Keroldus vid. Geroldus.
Kerpaldus fundator & Monachus in Schlierſee. 78.
Kyrie eleiſon pro teſſera militari datum 165.

L.

Labeslaus è Duce Rex Bohemiæ Ottonem I. Ep. & Henricum Auſtriæ Ducem fratres conciliat. 335.
Lac, quod S. Lampertus Ep. Friſing. adhuc infans ſibi ſubtraxit, cæcos illuminat. 167.
Lacryma Chriſti à Nitkero Ep. Henrico III. Imper. oblata, ab hoc Monaſterio Vindocinenſi donatur 244. & ſeq.
Laici in Germania vitam communem ducunt. 285.
Landfridus Ep. Sabionenſis præſens in Synodo Wormatienſi 135.
Landfridus cum ſuis fratribus fundator & Abbas Monaſterij Benedictoburani. 37. intereſt Synodo Dingolfinganæ 70. teſtis 76. fundator Monaſterij Schlechdorffenſis ibid. & ſeq. undique Monachos accerſit multorum Monaſteriorum fundator. 77.
Lando Sum. Pont. 159.
S. Laurentius: cur ejus feſto jejunium præmittatur? 170. in ejus honorem exſtruitur Eccleſia 202. Patronus Secundarius Eccleſ. Colleg. S. Andreæ Friſing. 257.
Legatus natus Sed. Apoſt. fit Archiep. Salisburg. 178.
Leges: Francorum & Bajoariorum conditæ XV. populares condere an licitum Duci? 72. in favorem Epiſcoporum latæ à Carolo Mag. 94.
Leidradus Scriptor cujusdam donationis fit ArchiEp. Lugdunenſis & poſtea Monachus 81.
S. Leo III. Sum. Pont. erigit Archiepiſcopatum Salisburg. 91. peſſimè impetitur. 92. venit ad Carolum Mag. atque Romam redit cum magnifico comitatu ibid. purgat ſe ab objectis criminibus & abſolvitur 92. & ſeq. Carolum Mag. Imperiali corona decorat renovato Occidentis Imperio. 93. obitus & cultus. 107.
S. Leo IV. Sum. Pont. 121. mors & ingentia merita. 130.
Leo V. Sum. Pont. 150.
Leo VI. Sum. Pont. in carcere obit. 163.
Leo VII. Sum. Pont. 166. utriusque Cleri reformator obit 169.
Leo VIII. Joanni XII. in Pontificatu ſubſtituitur 174. obit. 175.
S. Leo IX. antea Bruno Tullenſis Epiſcop. ſimoniacos & impuros Sacerdotum mores perſequitur. 243. in Germaniam venit, & quæ egerit: 244. obit. 250.
Leo ex Abbate Nonantulano Archiepiſcopus Ravennas. 195.
S. Leopoldus Marchio Auſtriæ teſtis donationis 314. parens Ottonis I. Friſing. Ep. 315. fundator Collegiatæ Eccleſiæ Clauſtro-Neoburgenſis 315. ibi inducit Canonicos Regulares S. Aug. 316.
Leopoldus Bojariæ Dux Otton. I. Ep. Friſing. frater fundos Friſingenſ. diripit, & paulò poſt moritur 325.
S. Leonardus Abbas: eidem erigitur ara in Eccleſia Cathedr. Friſing. 314.
Leupoldus Comes Andecenſis &c. & ejus filij 281.
Liber: an fuerit objectus & confoſſus in Martyrio S. Bonifacij. 57. Evangeliorum Theotiſcus Friſingæ ſuperſtes. 155.. plures ſcripti ſub Abrahamo Ep. Friſing. 189. Evangeliorum & alij ab Ellenhardo Eccleſ. S. Andreæ relicti deſcribuntur 255. & ſeq.
Liber Societatum Augiæ divitis, notatur Erembertus Epiſcop. Herolf Chorep. Atto Ep. Sighant Chorep. Friſing. XXII. Erchanbertus Ep. & Herolfus. 132.
Liber Societatum Monaſterij S. Petri Salisburg. notatur inter vivos Atto Epiſcopus & Congregatio ipſius XXII. inter mortuos Gurbinianus Epiſcop. Ermpertus Epiſcop. Joſeph Epiſcop. Aripo Epiſcop. XXII. Hitto Epiſcop. inter vivos 117.
Libri ſex traditionum Friſingenſium. XXXIV. & ſeq. primus ſeu antiquus flammis ereptus. 152. quartus quando ſcribi cæptus 378.
Ligna ex aëre cadunt. 86.
Literæ vid. Epiſtola.
Lotharingia unde dicta? 120. 130.
Lotharius I. Ludovici Pij filius Imperator: Eidem Bojaria committitur. 102. fit conſors Imperij. 108. factus Imperator à Fratribus bis vincitur: pax & diviſio Provinciarum. 120. fit Monachus & paulò poſt moritur. ibid. item 130.
Lotharius II. alicubi III. fit Rex Germaniæ. 307. cum Conjuge coronatur 310.
Lotharius Imperat. Lotharij filius Lotharingiam ſortitur 130.
Lotharius Abbas Rotenſis tranſigit cum Ottone Witelſpachio 335. teſtis 355.
Lucius II. fit Sum. Pont. 328.
Lucius III. fit Sum. Pont. 367.
S. Lucius Britannorum Rex Norici, Rhætiæ, & Vindeliciæ Apoſtolus. IX. item XIII.
Ludmilla Boroſivoij Bohemiæ Ducis Uxor baptizatur, & à filio Boleslao occiditur 168.
Ludovicus Pius Imperator ſuccedit Patri, & Bojariam filio committit 102. confirmat Hittoni Ep. Friſing. quamdam permutationem bonorum 106. reſtituit eidem Monaſterium Inticenſe. ibid. fit Collega Patris. 107. Stephanum V. Pont. trina genuflexione honorat, a quo coronatur. ibid. Concilium Aquisgrani cogit. 108. Lotharium filium conſortem Imperii facit, Ludovicum itidem filium Bojariæ præficit. 108. Conventus Epiſcoporum convocat. 112. regna infauſtè partitur, unde filij in eum conſpirant, atque è ſolio deturbant, brevi tamen reſtituitur. 114. & ſeq. de ordinandis divinis officijs agit. 115. novæ diſcordiæ Patrem inter & filios. 120. moritur ibid.
Ludovicus Germanicus Bojariæ præficitur & ſe Regem ſcribit. 108. quando in Bojariam venerit 111. Regiam Ratisbonæ collocat 114. in Patrem conſpirat. ibid. dicitur Germanicus 117. denuò cum Patre diſcordat, quem etiam bello petit, móxque à cæptis deſiſtit. 120. Lotharium fratrem grandi ſtrage afficit, quam pax & diviſio provinciarum ſecuta in qua ei obtingit Germania. ibid. res geſtæ. 121. concedit libertatem electionis Monaſterio Altahæ inferioris. 127. ratam habet electionem Annonis Epiſc. Friſing. 129. res geſtæ & variæ viciſſitudines. 131. quadrageſimam Aiblingæ exigit: ubi cauſam inter Annonem Friſing. & Udalſcalcum Trident. Epiſcopos dijudicat. 132. Comitia Ratisbonæ indicit. 133. moritur. 137.
Ludovicus II. Lotharius Imperat. filius Collega Patris fit Imperator & ejus Epocha. 130.
Ludovicus Balbus an Imperator? 137.
Ludovicus Junior Germaniæ Rex. 138.

Ludo-

Ludovicus III. Arnulphi Imperatoris filius naſcitur. 145. Patri ſuccedit. 149. Ejus Educatores & Vicarij. ibid. Eidem Auſtraſiæ regnum accedit. ibid. Moravos ſibi conciliat. 150. beneficus erga Richarium Ep. Pataviens. ibid. Eccleſiæ Friſing. Veringam donat. 151. Eidem libertatem Electionis confirmat. 152. ejus fata. 158. pacem aurô ab Hunnis redimit. 159. moritur & cum eo ſucceſſio Carolingorum in Imperio ibid. tumulus ubi? ibid.

Ludovicus IV. Bojariæ Dux regimen init. 383. graviter cum quibusdam diffidet. 386. cum iisdem in gratiam redit. 387. Landishutum condit. ibid. Eidem Ducatus confirmatur & alia feuda accipit. 389. Straubingam condit. 393. lis inter ipſum & Ottonem II. Epiſc. Friſing. componitur 395.

Luipramus Archi-Ep. Salisburg. Friſingæ præſens. 121.

Luitburga Uxor Taſſilonis Ducis Francis inimica 86. in Monaſterium truditur. 87. Sacras ædes abſtraxit ab Eccleſia Friſing. 96.

Luitfridus Abbas Chiemenſis concordiam init cum Attone Ep. Friſing. 96.

Luithvvardus Vercellenſis Antiſtes de ſtupro ſuſpectus. 143.

Luitpoldus parens modernæ Sereniſſimæ Domus Bavaricæ propinquus Ludovici Regis 151. & ſeq. in prælio cadit. 156.

Luitpoldus ex Monacho Fuldenſi Archi-Epiſcopus Moguntinus 153.

Luitprandus Rex Langobardorum S. Corbinianum honorat. 11. 13.

Lullus Abbas Illmonaſterienſis obit. 83.

S. Lupus Martyr. XIV.

M.

Machtuni Nitkeri Ep. Friſing. frater proditionis reus plectitur. 240.

Magata puella punitur. 23.

S. Magnus: an diſcipulus S. Columbani? & ejus ætas XII.

Manegoldus Abbas Tegernſeenſis, Frater Ottonis II. Ep. Friſing. jurium ſuorum confirmationem ab eodem accipit. 380. fit Epiſcopus Pataavienſis 387. & ſeq. jus præſentandi in Euzersdorff Eccleſiæ Friſing. recognoſcit. 391. moritur. ibid.

Manno Epiſcopus Neoburgenſis ad Danubium 59. intereſt Synodo Dingolfinganæ 70. memoria inter mortuos. 83.

Manuel Imperator Græcorum perfidus. 330.

Manumiſſio ſervi. 209.

Mareſchalcus hæreditarius Friſing. 396.

S. Maria Deigenitrix Virgo colitur à S. Corbiniano. 2. item à gentilibus Gallis. ibid. in ejus honorem prima Eccleſia fuit Friſingæ erecta. 15. extruitur templum in Eberſperg. 140. in Benedictbeurn. 202. vid. etiam Friſingenſis Eccleſia.

S. Marinus Ep. & M. in Bojariam advenit. XIII. Socius S. Virgilij. 83. tractatus concluditur ſuper ejus reliquijs. 336.

S. Marinus ſeu Maurinus itidem Socius S. Virgilij ubi ſepultus? 83. item 323.

Marinus I. Sum. Pont. 137. obit 142.

Marinus II. Sum. Pont. dictus Pacificus. 169.

S. Martini Eccleſia fit parochialis Schyræ. 327.

S. Maternus Henrici Rixoſi Ducis Bojariæ, & Abrahami Ep. Friſing. Evergeta 183.

S. Maximilianus Archiep. & Martyr. Friſingæ colitur VII. ejus Eccleſia in Pongau. X.

S. Maximinus Trevirenſium Archiepiſcopus defenditur. 10.

Mediolanenſes bellô petuntur. 345. eorum impudens reſponſum 352. vincuntur 353. ſubiguntur. 358.

Megilo Abbas Tegernſeenſis vocatur *Nobilis Abbas.* 134. bona quædam permutat cum Arnoldo Ep. Friſing. 139.

Meginhardus Abbas Tegernſeenſis terminat litem cum Attone Epiſcopo 97. intereſt placito Oetingæ ibid. item Synodo Friſingæ p. 2. 114. & 193.

Meginvvardus XX. Epiſcop. Friſing. ex gremio liberè electus. 276. ejus proſapia incerta. ibid. ſub Welfone tutus. 277. an interfuerit Conciliabulo Moguntino? 280. ſe opponit Henrico IV. Imper. 280. & ſeq. Eccleſiam B. M. V. in Tegernſee conſecrat. 281. inter paucos fuit Catholicus in Germania 284. bona permutat & aliam Eccleſiam conſecrat. 281. adeſt conſecrationi S. Thiemonis Archiep. Salisburg. 284. iniqua patitur ab Adverſario ibid. & ſeq. Monaſterium Weihenſtephanenſe conſecrat & Abbatem mutat. 286. Weihenſtephanenſes diſpergit. 287. poſſeſſiones in alpibus trans Iſaram vindicat. 287. liberalitas 289. ejus prædicatio apud Bohemos incerta. 290. fundat Anniverſarium, obit, & Synchroni ibid.

Melodunenſis Regio patria S. Corbiniani, & quæ illa? XVI. & ſeq. item 1.

Mercatus: jus eum inſtituendi conceditur Friſing. Eccleſ. 192.

Metellus Poëta & Monach. Tegernſeenſis defenditur. 166.

S. Methodius Ep. S. Andreæ de Urbe Monachus Bohemiam convertit 146.

S. Michaël fit Patronus Monaſterij Weihenſtephanenſis & quare? 199.

Münſter unde dictum? 28.

Militibus ante conflictum indicitur Jejunium 170.

Mindenſis Epiſcopatûs fundatio 85. ei defenſores dantur ibid.

Miniſteriales dantur Eccleſiis. 85. Friſingenſium liberalitas erga Monaſterium Neo-Cellenſe 323.

Miſſale ab Ellenhardo Ep. Friſing. Eccleſiæ Colleg. S. Andreæ oblatum deſcribitur. 256.

Moguntinus Archiepiſcopus: Ottoni Magno Imper. Regiam Coronam imponit. 166. ejus inſigne Rota 197.

Monachi Benedictini primi Miniſtri Eccleſ. Friſing. XX. qui fuerunt altioris ordinis paſſim omiſerunt nomen Monachi XXIII. 102. 110. p. 2. 173. & alib. vocantur Clerici. 8. 54. 81. 104. Sclavanos convertere meditantur. 64. quomodo licitum habere proprium? 69. non fuit iis prohibita adminiſtratio Sacramentorum in Synodo Dingolfingana 71. primi incolæ Monaſteriorum in Scheffdarn & Schlierſee 78. & ſeq. non opus olim ut ordinarentur Subdiaconi p. 2. 133. vocantur Servi Dei. 101. omnes ad regulam S. Benedicti ablegantur. 108. Benefactores Eccleſ. Friſing. 114. Superſunt in eadem tempore Erchanberti Ep. Friſing. 123. aliquando dicti Canonici. 124. plurimi facti Epiſcopi. 135. coloris nigri Clericis Auctores. ibid. durant adhuc Friſingæ tempore Arnoldi Epiſc. 138. & ſeq. an idem Arnoldus è Benedictinis ultimus Epiſcopus? 139. quo tempore è Cathedrali ad S. Viti Monaſterium migrarint. 140. Sæculô malô multi boni. 154. miſera conditio & malitiæ origo ibid. ab Hunnis plurimi occiſi, aut in captivitatem ducti. 170. Eberſpergam inducuntur. 186. mali è S. Pauli Romæ Monaſterio jubentur non ejici, ſed emendari. 194. ſponde fieri ſed differt Otto III. Imp. 196. Tegernſeenſes non benè conveniunt cum S. Gotthardo. ibid. inducuntur ex Tegernſeenſi in Monaſterium SS. Udalrici & Afræ Auguſtæ. 208. denuò & in Benedictoburanum. 225. domum inde ſe recipiunt 247. mittuntur in Viſchpachau 281. ex Canonico regulari factus Monachus 283. Weihenſtephanenſes diſperguntur 287.

Monaſterium: ea olim Cathedralibus Eccleſiijs adjungi ſolita. 38. Monialium unum Friſingæ. 106. Sic vocatur Eccleſia Cathedralis Friſing. 164. & alibi. ab Arnolfo malo malè habita nec reſtituta. 164. ab Hunnis devaſtata. 169. quædam Monachis Benedictinis reſtituuntur, quædam in alios uſus convertuntur. 170. dant decimam partem redituum pauperibus. 197. erga omnia totius Germaniæ liberalis S. Henricus Imper. 208. 215. Reformantur 196. 231. Sic dicitur Eccleſia Colleg. S. Andreæ Friſing. 258. ab Henrico IV. Imp. varijs donantur 259.

Moneta: jus eam cudendi conceditur Eccleſiæ Friſing. 192.

Moniales: fiunt Auguſtæ, & Reginæ 55. 143. 177. 220.

Earum Monaſterium olim Friſingæ 106. 111. 113. Weihenſtephani. 113. Neocellæ 323. Scheffdlariæ 379. Chiemenſibus beneficus Otto I. Ep. Friſing. 333.
Mons Friſingenſis III.
Moravi Epiſcopos accipiunt. 150. Ludovico Regi conciliantur. ibid.
Mors prædicitur Henrico III. Imper. 252.
Mortui, pro his pactum inter Epiſcopos & Abbates & ejus antiquitas 72.
Moſacus amnis Friſingam alluit II. & IV.
Mulieres tres inſontes à Vettingenſibus comburuntur. 284.
Munitio civitatum Epiſcopis conceditur 396.
Muſica: cœleſtis auditur in Monte S. Stephani. 16. eam diſcendi nova Methodus invenitur, & à quo? 215.

N.

S. Narciſſus Ep. Apoſtolus Auguſtinus IX.
Nativitas B. V. M. cum Dedicatione & feſto S. Corbiniani Friſingæ olim celebrabatur eodem die. 188. 256. & p. 2. 186.
Neophyti ſoliciti pro S. Bonifacio Archiep. & M. & an ab illis occiſus? 56.
Nicolaus I. Sum. Pont. Magnus dictus. 131.
Nicolaus II. Sum. Pont. 253. poſt ejus obitum exoritur Schiſma. 254.
Ninus Secretarius inſtinctu Pilitrudis inſidiatur S. Corbiniano Ep. 18.
S. Nitgarius Ep. Auguſt. Hittoni Ep. Friſing. Eccleſiam in Kienberg reſtituit 105. præſens in Synodo Wormatienſi. 135.
Nitkerus Epiſcop. Friſing. XVIII. Natales & electio 235. panchartam à Cæſare impetrat 236. quo menſe fuerit expedita? 237. impetrat confirmationem curtis in Alarn ibid. eidem donatur Oſtermundinga. 238. Ellingerum Abbatem Tegernſeenſem exautorat, & cryptam ibidem conſecrat. 239. Heribertum Epiſcop. Eiſtettenſem tumulo infert 239. ejus fratrès proditores plectuntur. 240. non exulavit Ravennæ ibid. non obmutuit in Synodo Remenſi, imò nec interfuit 241. jura quædam in Ardaker obtinet. 243. intereſt Conventui Norimbergenſi. 244. cauſa in Italia eidem decidenda committitur ibid. bona confirmantur. ibid. Henrico Imp. pretioſum donum offert. ibid. liberalis ergà Weihenſtephanenſes 245. tranſigit cum Eberhardo Ep. Auguſt. & quædam bona permutat. 246. infelix exitus. ibid. & ſeq. Monaſterio Benedictoburano fuit inſidiatus. 247. An fundator Eccleſiæ Colleg. S. Viti, & utrum corpus S. Nonnoſi Friſingam advexerit? 248. annus obitûs. ibid.
Nobiles: quædam à Meginvvardo Ep. Friſ. liberaliter accipiunt, quædam ipſi ſubtrahunt. 289. & ſeq. Teſtes vid. verb. Teſtes.
Nomina locorum ſæpè fuêre mutata 102.
S. Nonnoſus Abbas, à quo ejus S. Reliquiæ Friſingam allatæ? 117. 248. reperiuntur. 357.
Noricana Provincia tempore Hittonis Ep. Friſing. Bojaria dicta. 111.
Norici Ripenſis Apoſtoli 17. & ſeq.

O.

Oadalgerus & Adalgartus primi conditores Scheffdlarienſis Oratorij. 78.
Oadalhartus Epiſcopus 88.
Oadalpaldus Præpoſitus ſeu Prior Cathedr. Eccleſ. Friſing. aliàs dictus Presbyter & Monachus p. 2. 226.
Oblatio filij facta per manuum apprehenſionem & elevationem. 59.
Occaſio ſcribendæ Hiſtoriæ Friſing. XXXIII.
Octavianus Cardinalis fit Antipapa Victor IV. dictus: & ejus fautores 352. excommunicatur cum ijsdem 359. moritur ibid.
Odo Pariſienſis Comes Galliæ regnum ambit. 144.
S. Odilo Abbas Cluniacenſis commemorationem fidelium Defunctorum inſtituit. 195. pomum aureum vendit, & pretium pauperibus diſtribuit. 209.
Officiatores nobiles, ſeu Officia hæreditaria quo tempore Friſingæ cæperint? 246.
Officium Divinum: Antiquus ordo in Eccleſia Friſingenſi id ante Paſcha celebrandi. p. 2. 23.
Okarius fundator Monaſteriorum Tegernſeenſis & Ilmenſis. 37. 41. item Collegii S. Hyppoliti. 41.
Omnia triſtia ante conflagrationem Friſingenſem 350.
Opportunus Abbas Lunælacenſis intereſt Synodo Dingolfinganæ. 70.
Oppreſſio incauta infantis olim graviter punita. 375.
Oratio ſecreta pro feſto S. Benedicti olim ſpecialis: item pro Octava S. Andreæ 256. ante oculos tuos &c. ejus antiquitas ibid.
Otakirus fundator & Monachus in Schlierſee 73.
Otfridus Monachus Weiſſenburgenſis Evangelia in linguam Theotiſcam vertit. 155.
Otto I. dictus Magnus inter Epiſcop. Friſing. XXII. deſignatus Epiſcopus 308. Natales, educatio, ſtudia. 315. donatur S. Reliquiis, fit Monachus & Abbas ibid. exinde Epiſcopus 316. an aliquando Cancellarius Imperatoris? ibid. Epiſcopus dat Weihenſtephanenſibus Abbatem optimum: & Madronæ aram conſecrat. 317. reſtaurat Monaſterium Scheffdlarienſe, & tradit Præmonſtrat. Canonicis 318. Panchartam impetrat 320. Monaſterium Neocellenſe erigit. 320. dotat. 321. an ſolus? 322. inſtaurat Monaſteria Schlechdorffenſe & Schlierſeenſe eáque Canon. Reg. S. Auguſt. tradit. 323. Archidiaconatum Raittenbuechenſem erigit. 324. bonorum ſuæ Eccleſiæ confirmationem impetrat. ibid. Schyrenſi Monaſterio beneficus. 325. 327. aras conſecrat. 326. Eccleſiam ſuam ab Advocatis liberat ibid. bona permutat. 325. 327. 330. Sum. Pont. Eugenium III. inviſit 328. ſuam hiſtoriam finit, uti temporis improbitatem deplorat. 329. Crucem aſſumit ibid. ſuis Canonicis decimas donat. 330. Cur de iis, quæ in oriente paſſus eſt, nihil recenſeat? ibid. Monaſterium Tegernſeenſe reformare intendit 330. & ſeq. variis actibus præſens 332. & ſeq. beneficus Monialibus in Chiemſee. 333. conſecrat Eccleſiâin Dietram-Cell ibid. finit hiſtoriam de geſtis Friderici I. Imp. ibid. litē componit de terminis Diœceſis. 334. Imperatorem cum Pontifice conciliat. 335. ipſe verò cum fratre ſuo Auſtriæ Duce. ib. componit Ottonem Wittelſpachium cum Lothario Abbate Rotenſi. ibid. confirmat quemdam tractatum, & alteri ſubſcribit. 336. primum locum poſt Cathedrales Canonicis Inſignis Collegiatæ S. Andreæ deſignat. ibid. conqueritur ob dejectum pontem in Vering. 337. Ejus ſolicitudo circa Cathedrale Collegium. 338. ſcripta edita & anecdota. 340. grandis æſtimatio. 341. ejus epiſtola ad Cæſarem & reſponſio. 341. & ſeq. Magnorum Virorum judicia de Ottone 342. ſcripta ſua emendari cupit, & quare circa ætatem S. Corbiniani lapſus ſit? 343. B. Gerhoho donat quaſdam decimas. 344. Morti proximus curam habet ſuæ Eccleſiæ & obit Morimundi. 345. humilem ſepulturam ſibi deſignat. ibid. Epitaphia 346. & ſeq. laudes cumulantur, ſanctus appellatur, & ſignis clareſcit 347. annus obitus ibid.
Otto II. Friſing. Epiſcop. XXIV. Ex Comitibus Bergenſibus Canonicus Magdeburgenſis fit Epiſcopus Friſ. 377. ejus virtutes ibid. uno eodémque die à Pontifice & Imperatore inſtituitur, & quo anno? ibid. feudum concedit. 378. præſens Dedicationi Eccleſiæ SS. Udalrici & Afræ. 378. parochiam Gmundenſem dividit. 379. beneficus erga Scheffdlarienſes. 379. ſubſcribit litteris ibid. varia jura in Auſtria Eccleſiæ ſuæ vindicat. ibid. & ſeq. jura Tegernſeenſia confirmat. 380. Neocellenſi Monaſterio Eccleſiam in Alershauſen concedit. 381. Eidem adjudicat Eccleſiam in Grienling. 382. intereſt coronationi Imperatoris & aliis actibus. 383. Eccleſiam in Forſtenried facit parochialem. ibid. donationes Scheffdlarienſibus factas confirmat. 384. munificus Cathedrali Collegio & alijs. ibid. & ſeq. Conſecrat Eccleſiam in Tatenhauſen. 385. item Eccleſiam Monaſterii Ottenburani. 387. item Majorem Eccleſiam Friſing. & S. Corbinianum transfert. ibid. Monaſterio Rottenbuechenſi Eccleſiam in Greffolving donat 388. litem componit inter Saliſburg. & Berchteſgadenſes Canonicos Regul. 389. pagum Ehing & Manſum in Günzenhauſen comparat. 390. confirmat quemdam tractatum ibid. Urbem

Digitized by Google

bem & Eccleſiam Cathedralem Friſing. poſt incendium renovat. 391. Eccleſiam in Wolfertorff Monaſterio Neocellenſi ſtabilit. 392. inter teſtes ibid. item 393. Eccleſiam in Saxenkam Monaſterio Tegernſeenſi cedit. 393. Scheffilarienſibus beneficus ibid. bona Eccleſiæ ſuæ contra Advocatos aliosque defendit. 394. & ſeq. Caſtrum Ottenburg munit. 395. Caſtrum Warttenberg in Carniola emit & deſtruit 395. & ſeq. varia bona redimit. alia emit, & nonnulla aliis concedit 396. ejus provida diſpoſitio ibid. mors. 397. Epiſtolæ & Inſtrumenta ſub Ottone ſcripta: item Synchroni. ibid.

S. Otto fit Epiſcopus Bambergenſis. 292.

Otto I. Magnus Imperator filius Henrici Aucupis. 166. coronatur Rex Germaniæ. ibid. ejus varia bella. 168. Hunnos internecione delet. 170. Pater Patriæ audit. ibid. confirmat Eccleſiæ Friſingenſi plures donationes. 171. ei ſe ſubjicit Berengarius Italiæ invaſor. 172. ejus geſta & coronatio in Imperatorem. 174. Pontificem reſtituit, Concilio intereſt, favet Eccleſiis. 175. novæ Victoriæ. 176. S. Udalricum lætanter excipit. ibid. obit. 177. ejus Munificentia in Eccleſias. ibid.

Otto II. Imperator fit Rex Germaniæ. 174. coronatur Imperator. 175. deſponſatur. 176. ingens liberalitas erga Abrahamum Ep. Friſing. 179. & ſeqq. contra eum ſe Regem facit Henricus Rixoſus Bojariæ Dux. 181. Monaſterium Tegernſeenſe reſtituit. 184. poſt varias bellorum viciſſitudines obit. ibid.

Otto III. Imperator dictus Mirabilia mundi 184. beneficentia in Abrahamum Epiſcop. & Eccleſ. Friſing. 185. confirmat donationem Avi. 186. cum Goteſcalco Epiſc. Friſing. bona commutat. 191. Romæ coronatur. 192. Regalia jura Eccleſ. Friſing. concedit. ibid. Eidem donat Waidhoven in Auſtria. 193. & ſeq. à S. Paulo jubetur Monachos non ejicere ſed emendare. 194. ſepulchrum S. Adalberti Ep. & M. nudis pedibus adit, & Gneſnæ Archiepiſcopatum erigit. 195. differt fieri Monachus & moritur. 196. funus in Bojaria excipitur & Aquisgrani ſepelitur 197.

Otto IV. Imperator: adhuc Dux Brunſwicenſis à quibusdam Principibus eligitur 385. eidem favet Sum. Pont. ibid. impenſius ab eodem fovetur. 386. fruſtra cum æmulo colloquitur, & in Angliam fugere compellitur, móxque in Germaniam redit. 388. interfecto Philippo coronatur. 389. parùm gratus Pontifici diris devovetur. ibid. debellatur 390. pœnitens moritur 393.

Otto Sueviæ Dux fit Dux Bojariæ & Monaſterium Tegernſeenſe reſtaurat. 184. obit ibid.

Otto Bojariæ Dux Altahenſem Abbatiam obtinet 259: provinciam ſuam deprædatur. 261. Legatione Cæſaris fungitur. ibid. perduellionis falſo accuſatur & tamen exauctoratur. ibid.

Otto Magnus Palatinus Comes de Wittelſpach & Dux Bojariæ: Advocatiam Friſ. Eccleſiæ abnegat. 326. proſcribitur & reconciliatur. 331. tranſigit cum Lothario Abbate Rotenſi. 335. Antipapæ adhæret. 351. teſtis 354. tranſigit ſuper Advocatia Friſing. Eccleſ. 360. fit Dux Bojariæ. 365. reſtitutionem pontis in Vering non exequitur. ibid. & ſeq. plures provinciæ eidem adimuntur. 369. moritur. ibid.

Otto Comes Schyrenſis Advocatus Friſingenſis 275.

Otto Palatinus Comes de Wittelſpach fundator Monaſterii Undenſtorffenſis. 307.

Otto Comes de Orttenburg Caſtrum Warttenberg in Carniola vendit Ottoni II. Ep. Friſing. & mox cedit. 395.

Otto Præpoſitus S. Andreæ teſtis. 355.

Otto Iringenſis Caſtri vulgo Euraſpurg Dominus fundat Monaſterium Beurbergenſe. 303.

Ovo Hungariæ invaſor regno & vita privatur. 240. ejus tyrannis. 241.

P.

Paldricus primus Friſingæ Cancellarius 139.

Pancharta pro Friſing. Eccleſia: Conradi Salici Imperat. 223. dicitur ſtabilitas. 224. Henrici nigri. 236. quò menſe fuerit expedita? 237. Henrici IV. 253. Conradi III. ubi ſe dicit II. 319.

Pantaleon Conſul Romanus erga S. Pauli Romæ Eccleſiam múnificus. 263.

Parochus: primi Eccleſiæ in Firholzen. p. 2. 139.

Paſchalis I. Sum. Pont. 107. obit. 108.

Paſchalis II. fit Sum. Pont. 292. Conciliò habitò in Galliam ſecedit. 296. & ſeq. diſcordat cum Imperatore, à quo captus tandem jus Inveſtiturarum permittit. 297. item revocat. 300.

Paſchalis III. Antipapa vid. Guido Cremenſis.

Patres in Synodo Dingolfingana præſentes. 70. in Reiſpacenſi. 94. in Wormatienſi. 135. in Dingolfingana altera. 164.

Patroni Eccleſiæ Friſing. tempore Nitkeri Ep. 244. & ſeq.

S. Paulus in Suo Romæ Monaſterio jubet Monachos emendari, non ejici. 194. eidem portæ æreæ offeruntur. 263.

Paulus I. Sum. Pont. pauperum amator. 58. obit. 63.

Pauperes foventur à Paulo I. Sum. Pont. 58. ſint ad menſam Epiſcopi: à quibus eisdem tempore neceſſitatis ſubveniatur. 107. Miſericordia Hittonis Ep. Friſing. erga eos. 110. a Monaſteriis accipiunt decimam partem redituum. 197. eorum amator Balduwinus Archiepiſcopus Salisburg. 239. reficiuntur ab Henrico nigro Imper. 240.

Pax inter Regnum & Sacerdotium. 304. item 364.

Pedis planta à Cane ad Reliquias S. Sigismundi defertur. 256.

Pedúles pro cenſu annuo conſtituuntur, & quid? 60.

Perchtkoz Abbas intereſt Synodo Dingolfinganæ. 70.

Perchtkoz primus Abbas Schlierſeenſis. 79.

Perno Presbyter & Monachus Iwanum clericat, id eſt, Monachum efficit. 81. Presbyter & Monachus ſubſcribit traditioni. p. 2. 97.

Peſtis: ab ea miraculò liberatur Carolus Craſſus Imper. 138. novum genus. 140. multi Schiſmatici Epiſcopi eadem pereunt. 361. impetitur Bojaria 390.

S. Petri antiquum Friſingæ Sacellum. p. 1. 22. & ſeq. in eodem ſepelitur Erchanbertus Epiſcopus Friſing. ubi ſignis clareſcit. 127.

S. Petrus Damiani arguit Epiſcopum Eccleſiaſticas poſſeſſiones in profanos uſus convertentem. 251. ex Monacho fit Cardinalis. 253. divortium Henrici IV. Imper. impedit. 261. ſanctè moritur & ejus elogium. 261.

S. Petrus igneus Valliſumbroſæ Monachus per ignem illæſus tranſit. 259.

Petrus Leo Antipapa Anacletus II. dictus diris devovetur. 310.

Petrus Ep. Florentinus Simoniæ convincitur. 259.

Philippus Sueviæ Dux à quibusdam Principibus in Imperatorem eligitur. 385. Regio titulo à Pontifice privatur. ibid. impoſtura pro eodem detegitur. 386. fruſtra cum æmulo colloquitur, & Pontificem ſibi conciliare ſtudet. 388. Papa eidem propitiatur. 389. occiditur. ibid.

Philoſophia ab Ottone I. Ep. Friſing. ad Bajoarios & Auſtrales primò delata. 341. 342.

Pilenſteinenſes Comites bona Friſing. Eccleſ. uſurpant, & puniuntur à Deo. 395.

Piligrinus Ep. Patavienſis: an eidem dignitas Archiepiſcopalis reſtituta? 184.

Pilitrudis inceſta Grimoaldi Ducis Uxor pœnitentiam ſimulat. 15. Grimoaldi iras acuit. 17. furit & inſidiatur S. Corbiniano. 18. punitur. 20.

Pincerna Sæculo XI. Friſingæ adhibitus 246.

Pippinus Heriſtallus Pro-Rex Franciæ ſe commendat orationibus S. Corbin. 4.

Pippinus Caroli Martelli filius Rex Franciæ 40. Griphonem è Bojaria ejicit & Taſſilonem Ducem dicit. 42. quo anno Rex factus? 42. 55. Taſſilonem læſæ fidei reum in gratiam recipit. 63. moritur. 82.

Piſces miraculò S. Corbiniano obveniunt. 11.

Placitum publicum, id eſt Conventus publicus: habetur Friſingæ. 95. Ratisbonæ ibid. Aiblingæ. 96. in Alershauſen p. 2. 195. vid. etiam Conventus.

Digitized by Google

Plebs prævalet in electione Annonis Ep. Friſing. 129.
Pluviæ per triginta dies & noctes. 23. atræ & igneæ. 86.
Pœna Adulterij & Oppreſſionis liberorum gravis. 375.
Pomum aureum S. Henrico Imper. offertur, quod is Cluniacum mittit. 209.
S. Poppo Abbas Stabulenſis Epiſcopatum Argentinenſem reſpuit: Monaſteriorum Reformator. 230. & ſeq.
Poppo Epiſcopus Brixinenſis fit Sum. Pont. Damaſus II. dictus. 242.
Præfectus Urbis Tridentinæ equum S. Corbin. furatur. 11. punitur. 13.
Præmonſtratenſes Canonici Scheftlariam inducuntur. 318. Neocellam. 320. & ſeq.
SS. Primus & Felicianus MM. Patroni in Wert, ſeu Wertſee. 145. ubi illorum reliquiæ? 183.
Princeps S. R. I. an inter Epiſcopos Friſing. primus S. Lantpertus? 172.
Principes in Francia Sæc. VII. dicti Epiſcopi. 89.
Priſcus Romanorum Præfectus in Gallia Virgini parituræ templum erigit, ejúsque imaginem veneratur. 2.
Proprium: an & quomodo Monachis licitum? 69. 123. Canonicis ſtabilitur. 108. habent Friſingenſes. 288.
Pruſſi pagani S. Adalbertum Ep. & M. interficiunt. 195. item SS. Bonifacium Archiepiſcopum Joannem & Benedictum Monachos. 196.
Puella procax punitur. 23.
Puer meritis S. Corbiniani fluctibus liberatur; & quis ille? 24.

Q.

S. Quirini Reliquiæ aſſervantur in Monaſterio Tegernſeenſi: & eorum antiquiſſimus cultus. 97.
Quintius Præfectus Romanus Gregorium VII. Sum. Pont. capit. 269.

R.

Radevicus Canon. Cathedr. Eccleſ. Friſing. illuſtris ſcriptor. 323. ejus judicium de doctrina Ottonis I. Epiſcop. 342. Mortem Ottonis: & quæ eam ſecuta ſunt deſcribit. 345. duo Epitaphia eidem Ottoni compoſuit. 346.
Ramus viridis ſignum traditionis 111.
B. Raſſo ſeu Ratto Comes Andecens. & Dieſſenſis Boici exercitus Dux, binô præliô Hungaros proſternit, Monaſterium condit, & fit Monachus. 169.
Raſſo alius Comes de Dieſſen, ejus varia nomina: fundator Parthenonis in Hochenvvarth. 245.
Raſtices Slavorum Dux Germaniam transdanubianam vaſtat. 131.
Ratbodus Friſiæ Dux bellum gerit cum Carolo Martello. 30. fidem Chriſtianam detrectat. ibid.
Ratchiſius Langobardorum Rex fit Monachus. 54.
Ratoldus Advocatus Friſing. an Comes de Sempta? 172.
Ratoldus Cuſtos & æditus Eccleſ. Cathedr. Friſing. donat bona ſua in Paſing & Runna 188. in Zolling. 201. fuit Rector Clericorum Benedictoburanorum. 202. 203. D. Benedicto devotus. 202.
Razzo ex Canonico Metropolit. Colonienſis fit Can. Reg. Raittenbuechenſis. 167.
Regalia jura Friſing. Eccleſ. conceſſa. 192.
Reginæ & Auguſtæ factæ Moniales. 55. 143. 177. 220.
S. Reginbaldus primus Abbas SS. Udalrici & Afræ Auguſtæ. 208. quando Eberſpergam accitus? 186. Epiſcopus Spirenſis moritur. 231.
Reginbertus I. Rector Clericorum Benedictoburanorum Clericus Conjugatus. 203.
Reginbertus II. Rector Benedictoburanus reſtitutionem hujus Monaſterij Monachis Benedictoburanis impetrat. 225. ipſe fit Monachus & Præpoſitus ibidem. 247.
Regino Abbas Prumienſis Carolum Craſſum laudat. 143.
Ruginotrudis Duciſſa Bojariæ: ejus opera S. Rupertus accerſitur. XIV.
Reginpertus cum aliis fundator Monaſterij in Scarantia, vulgò Scharniz. 60. fit Monachus. ibid. Presbyter inter teſtes. 64. S. Tertulini M. Reliquias Romæ impetrat & in Schlechdorff defert. 75. & ſeq.
Reginpertus Abbas Moſpurgenſis intereſt Synodo Dingolfinganæ. 70. item Reispacenſi. 98. item Friſingæ. p. 2. 114. commutat quædam bona cum Attone Epiſcopo Friſing. 99.
Regula S. Benedicti: obſervatur in Eccleſia Cathedr. Friſing. XX. 110. item p. 2. 173. & alibi. *Non eſt de* ſubſtantialibus abſtinentia à carnibus. 11. omnibus Monachis obſervanda & memoriæ commendanda. 108.
Regula Canonicorum à quo condita: & unde deſumpta? 108. quænam olim Friſingæ obſervata? 203. S. Auguſtini rejectis aliis Bojariæ infertur. 312.
Regula Sanctæ converſationis? quænam illa? XXIV. & 7.
Religio Chriſtiana in Bojariæ ſuperioris confinia, & Friſingam introducta: & per quos? V. & ſeqq.
Reliquiæ Sanctorum: ſuper eis fiunt juramenta. p. 2. 194. 259. Sanctorum Alexandri & Juſtini Romà Friſingam allatæ 116. & ſeq. item S. Nonnoſi. 117. donantur Ottoni I. Ep. Friſing. 315. ſuper SS. Marini & Aniani tractatus concluditur. 336. S. Sigiſmundi Friſingæ aſſervantur 356. contemptus ſeverè punitur ibid. reperiuntur SS. Alexandri, Juſtini, & Nonnoſi. 357. olim ſubtus terram ſepeliri conſueverunt. 358.
Richardis Auguſta fit Monialis. 143.
Richardus Abbas S. Vitoni S. Henricum *Imper.* regni faſces reſumere jubet. 210.
Richarius Ep. Patavienſis ſubſcribit epiſtolæ ad Joann. IX. Pont. 150. erga Eundem beneficus Ludovicus Rex. ibid.
S. Robertus Galliæ Rex S. Henricum Imper. convenit. 215.
Robertus Guiſcardus Apuliæ Dux Gregorium VII. Pont. liberat. 278.
Rochus aliàs Roke Monaſterium Attilenſe diripit. 281.
Rolandus Clericus Nuntius Conciliabuli Papienſis: ejúſque audacia. 270. & ſeq.
Romana Eccleſia defenditur 216. Schiſmate diſcerpitur. 240. item 352.
Romanus I. Sum. Pont. 147. inglorius obit. 148.
S. Romualdus Ottoni III. Imper. Monachatum ſuggerit. 196.
Rota inſigne Willigiſi & Succeſſorum Archiepiſcoporum Moguntinorum. 197. & ſeq.
Rudiger de Radegk primus Chiemenſis Epiſcopus. 390.
Rudolphus Habſpurgicus naſcitur. 393.
Rudolphus Burgundiæ Rex. 144.
Rudolphus Sueviæ Dux Imperium detrectat 263. denuò in Regem eligitur. 271. Henricum IV. vincit. 272. acceptâ corona ex vulnere obit. 277.
Rudolphus Præpoſitus Raittenbuechenſis fit primus Archidiaconus. 324.
Ruothardus ſeu Hrodhardus Abbas fortè Iſanenſis intereſt Concilio Dingolfingano. 70. conſentit donationi. 73. teſtis in fundatione Monaſterij Cremiſanenſis. 80.
S. Rupertus Ep. Saliſburg. Bojariæ Apoſtolus Juvaviæ Sedem figit: Monaſterium & Eccleſias ædificat: fuit Abbas O. S. B. IX. & ſeq. tempus ejus adventûs & obitûs examinatur. XI.
Rupertus Abbas Tegernſeenſis Victor in Cauſa cum Dietram-Cellenſibus. 372. ejus Epiſtolæ Reſponſoriæ ob parochialem Eccleſiam in Wall. 373. item aliæ ſuper aliis Eccleſiis. 374.
Ruſticus ob Contemptum S. Sigiſmundi ſevere punitur. 356.

S.

Sacramentorum Adminiſtratio an in Synodo Dingolfingana Monachis prohibita? 91.
Sæculum Chriſtianum X. deplorandum. 153. ſcriptores XI. defenduntur. 166.
Sal: diploma immunitatis à teloneo Friſing. Eccleſiæ conceſſum. 147.

Digitized by Google

Salaria via Veringâ Monachium transfertur 337. fruſtrà reſtitui jubetur. 365. lis utcunque componitur. 395.
Salomon Ep. Conſtantienſis Germaniæ miſerum ſtatum deplorat. 158.
Salve Regina: Auctor hujus Antiphonæ. 250.
Sancti? quinam Sæculo XI. Singulari ritu culti? 256. varij in Divorum numerum ab Alexandro III. referuntur. 367.
Sanguis: calidus è naribus S. Corbiniani jam mortui bis fluit. 23. & 24. poſt longum tempus rubens ac fluidus invenitur. 67. Eccleſia ſuperſtruitur. & fiunt miracula ibid. flumina in Bojaria eum vehunt. 86.
Schisma in Romana Eccleſia Sæculo XI. 240. tempore Henrici IV. Imper. 254. ſopitur. 259. novum ſub Friderico Ahenobarba 352. continuatur 359. terminatur 364. & ſeq.
Schola: tempore Hittonis Ep. fuit Friſingæ p. 2. 172. ſub Erchanberto Ep. 123. Clericorum Benedictoburi. 178. Friſingenſis Alumnus & decus B. Gerhohus. 308.
Shyrenſes Comites: in Bojaria tumultuantes atteruntur. 249. Advocati Eccleſiæ Friſing. 275. unus Patriarcha alius Epiſcopus. 276. an Meginwardus Ep. Friſing. ex eorum proſapia? ibid. Otto & Eckardus Peronatus Crucem aſſumunt. 286. duo in Syriam profecti. 292.
Sclavanorum Converſio per Attonem Ep. Friſing. & Monachos intenditur. 64.
Scripta Ottonis I. Ep. Friſ. 340. ea emendari cupit. 343.
Scriptores Sæc. XI. defenduntur. 266. Boici quidam circa Abrahamum Ep. Friſing. emendantur. 181.
Sebaſtianus è Monacho S. Martini Archiepiſcopus Strigonienſis 196.
Sempta: vid. Index locor.
Sergius II. Sum. Pont. 121.
Sergius III. Sum. Pont. 152. obit. 159.
B. Servatus Lupus defenditur. 10.
Servi Dei: ſic dicti Monachi. 101. item p. 2. 178.
Servitus: quorumdam examinatur. 245.
Servus: quo ritu manumiſſus? 209.
S. Severinus Abbas Apoſtolus Norici. VIII.
Sigbotho Comes de Neuburg & Valkenſtein fundator Monaſterij Weyarenſis. 311.
Sigebertus Gemblacenſis O. S. B. celebris ſcriptor alicubi lapſus. 299.
Sigefridus ex Abbate Fuldenſi Archiepiſcopus Moguntinus. 253. Cluniaci ſumptô cucullô Archiepiſcopatum reſumere cogitur. 262.
Sigehardus Patriarcha Aquilejenſis convenit cum Ellenhardo Epiſcopo Friſing. 268. fuit Cancellarius Henrici IV. Imp. p. 2. 521.
Sighardus Comes de Sempta Eberſpergæ templum condit. 140.
Sigihardus Presbyter Evangelia Theotiscè deſcripſit. 155.
Sigido Abbas intereſt Synodo Dingolfinganæ. 70.
Sigimarus fit Abbas Weihenſtephanenſis. 317. bona commutat 325. 327. 344.
Sigimot Abbas Moſpurgenſis. p. 2. 193.
S. Sigismundus Rex & M. Patronus Diœceſis Friſing. 356. ejus S. Reliquiæ ibidem aſſervatæ non contemnendæ. ibid. annus Sæcularis. 357. vetuſtus cultus ibid.
Silentium S. Corbiniani prodigiô coronatur. 3. novum præmium. ibid.
Simonia impugnatur. 243. 259. punitur 251. ea labe Moguntina Sedes liberatur. 262.
Sindilo Abbas Monaſterio Schlierſeenſi præficitur. 106.
Smaragdus pretioſus Eccleſiæ Friſing. donatus etiamnum ſuperſtes. 356.
Socij S. Virgilij Ep. Salisburg. 83.
Stella decurrens videtur orto jam ſole & ejus interpretatio 299.
S. Stephani Oratorium: ibi auditur cæleſtis Muſica &c. an à S. Corbiniano conſecratum 17. vid. Weihenſtephanenſe Monaſterium.
S. Stephani Eccleſia ad Filſam fluvium dotatur 82.
S. Stephanus Hungariæ Dux baptizatur. 195. fit Rex coronâ Româ acceptâ cum poteſtate præferendæ Crucis. 195. & ſeq. bellum ab Hungaria avertit & pacem impetrat. 224.
Stephanus II. Sum. Pont. triduô poſt electionem moritur. 56.
Stephanus III. dictus II. Sum. Pont. 56. moritur 58.
Stephanus IV. Sum. Pont. 63.
Stephanus V. Sum. Pont. in Galliam fugit 107. trina genuflexione à Ludovico Pio honoratur, quem coronat. ibid. obit. ibid.
Stephanus VI. Sum. Pont. 143.
Stephanus VI. al. VII. Sum. Pont. in Formoſum Anteceſſorem injurius. 147.
Stephanus VII. al. VIII. Sum. Pont. 163.
Stephanus VIII. al. IX. primus ex Germanis Summus Pontifex ab Italis dira perpeſſus. 169.
Stephanus IX. al. X. Sum. Pon. 253.
Sternutatio Mortifera. 140.
Stipendium Advocatorum. 294.
S. Sturmio Abbas Fuldenſis Taſſilonem Ducem Carolo Magno conciliat. 63.
Styria fit Ducatus. 369.
Subdiaconatus olim per Monaſticam Profeſſionem ſuppletus. p. 2. 133.
Suidgerus Ep. Bambergenſis fit Sum. Pont. Clemens II. dictus. 242.
Suitgarius Comes de Hirsberg fundator Epiſcopatus Eiſtettenſis. 36.
Sylveſter II. antea Gerbertus ex Monacho Floriacenſi Archiepiſcop. Remenſis & Ravennatenſis fit Sum. Pont. 195. S. Stephano Hungariæ Duci Regiam Coronam mittit. ibid.
Symbolum Nicænum quando Romæ cantari cœptum. 209.
Sympertus Ep. Ratisbon. intereſt Synodo Dingolfinganæ. 70. moritur. 83.
Synodus Romana in cauſa S. Corbiniani 12. Friſingenſis. 66. Dingolfingana. 70. Reiſpacenſis 93. in Ehing. 112. Wormatienſis. 135. Dingolfingana altera. 164. Auguſtana. 172. Placentina. 286. Salisburg. 390. vid. etiam Concilium.
S. Syrus Epiſcop. Ticinenſis Apoſtolus Laureaci & Norici. 17.

T.

Tagabertus Scriptor plurimarum traditionum aliquando ſe dicit expreſſè Monachum 89. item p. 2. 168. & alibi.
Tagino nobilis Presbyter Rector Benedictoburanus. 201.
Tagino Canonicus Friſing. Frater Geroldi Epiſcopi. 398.
Taſſilo Bojariæ Dux naſcitur, & quo anno? 40. Dux Bojariæ dicitur & quando? 42. adhuc vivo Utilone parente. 44. item 45. Teſtis donationis 49. 69. quid de venationibus ſentiendum? 50. item 80. in Caſtris Pippini propè puer agit, eidémque Sacramentum dicit. 58. confirmat traditionem Utilonis Ducis. 60. Pippino fidem frangit, nec poteſt bellô peti 63. eidem conciliatur. ibid. tradit Attoni tum Scarantienſium Abbati locum India, id eſt. Innching. 64. Corpus S. Valentini Ep. Patavium Tridentô defert. 65. conſentit reductioni corporis S. Corbiniani. 66. obviam eidem procedit. 67. conventum & Synodum convocat, & ipſe intereſt. 70. Sedi Apoſtolicæ devotiſſimus. ibid. an potuerit leges populares condere? 72. Monaſterium Cremifanenſe fundat: & quare? 79. & ſeq. probat donationem Schwabingæ & Sentlingæ. 81. filium Theodonem Ducatûs ſocium vocat. ibid. Eccleſiam S. Stephani ad Filſam dotat. 82. ab Uxore adversùs Carolum magnum concitatur. ibid. indicit jejunia & preces. 86. in Monaſterium mittitur, quod libens intrat. ibid. ejus Actorum brevis & ſincera ſynopſis rejectis fabulis. 86. & ſeq. cum Attone Ep. Friſing. in fine non benè convenit. 87.
Teloneum conceditur Friſing. Eccleſiæ. 192.
Termini Dominij in Lak in Carniola 180. & ſeq. item in alpibus trans Iſaram. 287.
Terræ motus in Bojaria. 86. 301. 369.
S. Tertulinus Presb. & M. ejus S. Reliquiæ deferuntur in Schlechdorff. 75. & ſeq. adducuntur Benedictobu-

rum

Digitized by Google

rum & reducuntur in Schlechdorff, ubi in argenteo Sarcophago reconduntur. 203. & ſeq.
Teſtamentum Alberti Ep. Friſing. 367.
Teſtes per aures trahi ſoliti. 59. 69. 81. & alibi ſæpiſſimè. nobiliſſimi. 288. 330. 344. 364. & ſeq. 372. 38. & ſeqq. 389. 393. & alibi paſſim.
Theodo Dux Bojariæ honorificè S. Corbinianum excipit. 9.
Theodo Taſſilonis Ducis filius Romæ à Sum. Pont. baptizatur 63. fit Socius Patris & donationem confirmat. 81. obſes datur Carolo Magno. 86. Monachus efficitur. 87.
Theodmarus Archiepiſc. Salisburg. 138. Archi-Cancellarius Regis Ludovici 149. Epiſtolæ ad Joann. IX. Pont. ſubſcribit. 150. in prælio adversùs Hunnos occumbit. 196.
Theodmarus II. Archiep. Salisburg. 221.
Theodoricus Rex Francorum Author Legum. Francorum & Bajoariorum. XV.
Theodorus II. Sum. Pont. 148.
Theodúlus vocatur Gotſcalcus Ep. Friſing. 189.
Theophania Ottonis II. Conjux. 176.
S. Thiemo Archiep. Salisburg. & M. conſecratur, & à quibus. 284. in vincula conjicitur ibid. in Syriam proficiſcitur. 292. Martyrio coronatur. ibid.
Thietdagus Corbejenſis Monachus fit Pragenſis Epiſcopus. 195.
S. Thomas Apoſt. ante ejus altare ſepultus eſt Abraham Epiſcopus Friſing. ad quod etiam deputantur quidam libri. p. 2. 477.
S. Thomas Cantuarienſis Archiep. & M. intereſt Concilio Turonenſi. 358. Martyrio coronatur 363. Sanctorum albo inſeritur 367.
Timo Patavienſis Sedis incubator infeliciter obit, aliosque terret. 281.
Togati qui? fuêre Friſingæ. 123.
Traditio: eæ aliquando fiebant ſine conſenſu Principis terræ 102. factæ per funem campanæ. 112. p. 2. 194. per ceſpitem. 111. per ramum viridem. 111. alius modus per egreſſum donantis & introitum acceptantis 122. Friſing. Eccleſ. factas vid. pars 2. per tot.
Translatio S. Benedicti olim Friſingæ celebrata 256. S. Corbiniani. 387.
Trevirenſis Archiepiſcopus Regem Germaniæ coronare prætendit. 166.
Tuto Ep. Ratisb. ſubſcribit epiſtolæ ad Joann. IX. Pont. 150. fuit Monachus S. Emmerammi. 155.
Tyrolis: an patria S. Corbiniani? XVI. & ſeq. recens & antiqua via per eandem deſcribitur. 14. Sæculô nonô ejus nomen adhuc incognitum 130. ejus inſignia. 257. à Bojaria avellitur. 369.

V.

Vagen: vid. Fagen.
S. Valentinus Epiſcop. Patavienſis. VIII. ad ejus Eccleſiam propè Majas confugit S. Corbinianus. 14. idem Sanctus eandem reſuſcitat. 16. Sacræ ejus Reliquiæ Maijs Tridentum, Tridentô Patavium deferuntur. 65. Eccleſia in ejus honorem in Altenhauſen ædificatur. 74.
Valentinus Sum. Pont. 112.
Vaſa Sacra ab Ellenhardo Ep. Friſing. Eccleſiæ S. Andreæ oblata deſcribuntur. 257. Aquæ benedictæ aliquod donatum pretioſiſſimum 356.
S. Udalricus Ep. Auguſt. precibus Hunnos debellat. 170. tertiò Romà rediens Imperatorem ſalutat. 176. ejus votum de ſubſtituendo nepote diſplicet Deo. ibid. obit. 177. promovit reſtaurationem Monaſterij Benedictoburani. 178.
Udalricus I. Ep. Tridentinus contractum init cum Egilberto Ep. Friſing. 233.
Udalricus II. Ep. Trident. eundem tractatum reſcindit. 233.
Udalſcalcus Trident. Epiſcop. cauſâ cadit in materia vinearum. 132.
Udalſcalcus Ep. Patavienſis conſecratur. 286.
Udalſcalcus Abbas Tegernſeenſis condit Cellam Dietrami 292. ejus Epitaphium 294.
Venatio: quid de Taſſilonis Ducis ſentiendum? 50. & 50.
Venefica depalmatur à S. Corbiniano. 18. tales falsò habitæ innocenter comburuntur 284.
Veſontionenſis Epiſcopus in Synodo Remenſi obmuteſcit. 143.
Veſtes Sacræ: ab Abrahamo Ep. Friſing. Eccleſiæ ſuæ relictæ, & earum obſcura nomina. 188. Ellenhardi Epiſcopi Friſing. deſcribuntur. 257.
Victor II. Sum. Pont. antea Gebhardus Eiſtettenſis Epiſcopus ægrè electioni conſentit. 250. in Germania honorificè excipitur. 253. in Italiam reverſus moritur. ib.
Victor III. anteà Deſiderius Abbas Caſinenſis reluctans fit Sum. Pont. 280. conſecratur. 282. ejus acta & obitus. 283.
Victor IV. Antipapa. vid. Octavianus.
S. Vigilius Epiſcop. Trident. & Martyr. VIII.
Vineæ Friſingenſi Eccleſiæ comparantur 16. controverſæ adjudicantur. 131. & ſeq. aliæ donantur. 232. duæ partes decimarum donantur Monaſterio Weihenſtephanenſi. 214.
S. Virgilius Epiſcop. Salisburg. etiamnum Abbas teſtis traditionis. 60. diſcordat cum Utilone Duce. 62. quando factus Epiſcopus Salisburgenſis? ibid. ut Epiſcopus denuò teſtis. 69. 74. intereſt Synodo Dingolfinganæ. 70. moritur. 83. ejus ſocij ibid.
Virgini pariturae erigitur templum ab Ethnicis. 2.
Viſio mirabilis Marquardi Clerici. 299. cujusdam piæ mulieris. 303. item alterius. 359.
Viſitatio Eccleſiæ tempore Erchanberti Epiſc. Friſing. 126.
Vivilo Epiſcop. Patavienſis inſtituitur. 34. ejus gratitudo erga Fuldenſe Monaſterium. 39.
Volkanhart Abbas intereſt Synodo Dingolfinganæ. 70.
Urbanus II. antea Otto Epiſcop. Oſtienſis fit Sum. Pont. 283. confirmavit fundationem Raittenbuechenſem. 267. communem Laicorum vitam approbat. 285. Synodos celebrat & primus bullam Cruciatam promulgat. 286. obit. 292.
Urbanus VIII. Sum. Pont. an auctor orationis ante oculos tuos &c. 256.
Urolf Abbas intereſt Synodo Reispacenſi. 94.
Urſus devorat equum S. Corbiniani, & depaſti vices ſubire juſſus paret. 10. inſigne Civitatis Friſingenſis. ibid.
Utilo Bojariæ Dux: ejus varia nomina & Epocha. 33. Hiltrudem Conjugem ducit. 40. Regiam dignitatem affectat. ibid. Francorum armis cedere cogitur 41. Taſſilone jam Duce vocato ſuperſtes. 44. 48. præſens donationi. 48. donat octo manſos Eccleſiæ in Iſen. 51. an factus Monachus? 54. diſcordat cum S. Virgilio Ep. Salisburg. 62. quando mortuus. ibid.
Uto Friſing. Ep. XI. non dicendus Otto. 156. genealogia. ibid. & ſeq. Mors pro fide Chriſtiana & tumulus ibid.
Uto Abbas in Illmünſter intereſt Synodo Dingolfinganæ. 70.

W.

Waldekiſus pater S. Corbiniani: & ipſe ſic aliquando dictus. 1.
Waldericus Patavienſ. Epiſcop. conſecrat primum Oratorium Scheffdariæ. 78. intereſt Synodo Reispacenſi. 94.
Waldo Ep. Friſing. X. an ex gremio electus? 141. fuit etiam Abbas Campidonenſis ibid. & 144. utrùm Benedictinus: & cujus proſapiæ? 141. fuit Cancellarius Imper. ibid. quo anno fuerit electus? 142. Augiæ diviti addictiſſimus. 143. Solicitùs de rebus ſuæ Eccleſiæ 144. intereſt Concilio Moguntino. ibid. Arnulphi Regis favores ſibi conciliat. 145. An educator Ludovici Imperatoris filij? ibid. & 149. intereſt Conventui Triburienſi. 145. obtinet Advocatiam Monaſterij Moſpurgenſis. 145. & ſeq. aliqua bona commutat. 146. 147. Laudatur ab Arnulpho Imper. à quo inſigne immunitatis diploma impetrat. 147. ſubſcribit epiſtolæ ad Joann. IX. Pont. 150. ſupplicat pro Richario Epiſcopo Patavienſi. ibid. obtinet à Ludovico Rege Veringam. 151. liberæ electionis confirmationem poſt incendium ſuæ Eccleſiæ impetrat. 152. ſtudia rei domeſti-

Digitized by Google

meſticæ. 154. reſtaurat Eccleſiam Cathedralem. 155. librum Evangeliorum Theotiſcè conſcriptum relinquit ibid. obitus & tumulus. ibid.
Waldramus Fundator & Abbas Monaſterij BBurani. 37. & Schlechdorffenſis 76. & ſeq.
Waltherus Abbas Benedictoburanus ſubſcribit reſtaurationi Monaſterij Schlechdorffenſis: & cur? 319.
Welfo I. Sueviæ Dux Auguſtanum Epiſcopatum invadit. 209. Friſingenſem & Auguſtanum 221. proſcribitur. ibid. in gratiam recipitur 222. utrique Epiſcopatui reſtituit. 224.
Welfo Dux Bojariæ 261. Conciliatur Boijs. 262. fundat Monaſterium Raittenbuechenſe. 266. ejus laus. 267. legitimo Pontifici adhæret & à Pſeudo-Pontifice excommunicatur. 277. Auguſtam expugnat. 279. Henrici IV. Imper. fautores perſequitur, felici ſucceſſu. 280. & ſeq. Auguſtam denuò capit. 283. fœdus adverſus Henricum IV. init. 286. in Syriam profectus ibidem obit. 292.
Welfo II. Dux Bojariæ, 267. Patri ſuccedit 292. Pontifici fidus. 298. Friſingam vaſtat. 301. moritur. 302.
Welfo Carantanorum Marchio in Cæſarem conjurat. 251.
S. Wenceslaus Bohemiæ Dux a fratre Boleslao occiditur. 168.
Wernerus Comes Socius Adalberti Hamburgenſ. Epiſcopi bona eccleſiaſtica uſurpat. 259.
Wichmannus Præpoſitus S. Andreæ fit Monachus 319.
Wido Dux Spoletanus Italiæ Regnum affectat. 144.
Wigoldus Epiſcopus Auguſt. à Welfone Duce defenditur. 277. ab eodem in Sedem ſuam illatus denuò dejicitur, & cuſtodiæ mancipatur. 278. & ſeq.
S. Wilhelmus Abbas Hirſaugienſis Legatus Pontificius. 279. XII. Monachos in Viſchpachau dirigit. 281. fratres Laicos admittit. 285.
S. Wilibaldus è Monaſterio Caſinenſi ad S. Bonifacium ſe conferre jubetur. 36. ordinatur Presbyter & primus Epiſcopus Eiſtettenſis. 37. Monaſterium conſtruit. 38. gratus erga Fuldenſes. 39. moritur 83.
Willigiſus Archiep. Moguntinus conſecrat Thietdagum Ep. Pragenſem. 195. coronat S. Henricum Germaniæ Regem. 197. natales & inſignia. ibid. & ſeq.
Wiſuricus Ep. Pataavienſis teſtis traditionis 69. intereſt Synodo Dingolfinganæ. 70. memoria. 83.
Wolfbertus Abbas ad Quercum inferiorem intereſt Synodo Dingolfinganæ. 70.
S. Wolfgangus ex Monacho Einſidlenſi fit Epiſcopus Ratisbon. 177. ſecedit in ſolitudinem: & quare? 182. mors & merita. 190. Educator S. Henrici Imper. jam mortuus Imperium prædicit. 191. inter Sanctos recenſetur. 244.
Wolfoldus Presbyter reſtaurat Monaſterium Benedictoburanum, & fit Monachus. 178.
Wolfoldus Friſing. Eccleſ. Canonicus, & Præpoſitus fit Monachus & poſtea Abbas in Eiſenhoven 289. demum in Admontenſi Monaſterio, & Archidiaconus Styriæ: ubi de ejus laudibus 302. & ſeq.
Wolframus Friſing. Epiſcop. XIII. electio 162. prædiorum à S. Corbiniano comparatorum reſtitutionem impetrat. 163. quando reſtituta? 164. & ſeq. præſens in ſecunda Synodo Dingolfingana. 164. obit. 166. fundat anniverſarium. 167. commendatio ipſius ibid.

Z.

Zacharias Sum. Pont. 39. moritur 56. in græcum vertit Dialogos S. Gregorij: & fuit Ordinis S. Bened. ibid. an Capellam in Wert conſecraverit? 145.
Zacharias Epiſcopus Brixinenſis ſubſcribit epiſtolæ ad Joan. IX. Pont. 150. in prælio adversùs Hunnos occumbit. 156. an bona commutaverit cum Waldone Ep. Friſing? p. 2. 427.
S. Zeno Ep. Veronenſis colitur à S. Corbiniano 16. à Joſepho Ep. Friſing. 47. Idem Joſephus in Ejus honorem Eccleſiam Iſanenſem fundat. 50.
Zwentibaldus Arnulphi Imperatoris filius in acie cæditur. 149.
Zwentibaldus Moravorum Princeps Bohemiam acquirit 144. fit Monachus. 145.

INDEX LOCORUM,
Quorum notitia adhuc Friſingæ ſupereſt.

Abdingkoven Monaſterium O. S. B. confirmatur fundatio. 226.
Abens: conſecratur Eccleſia 60. tradit. 98. duæ.
Adlzhauſen, Adalhelmeshuſir. 85.
Affaltarpach. 54. 125.
Aiblinga Municipium Bojariæ olim Epininga: ibi lis deciditur in placito publico inter Attonem Epiſcopum Friſing. & Luitfridum Abb. Chiemenſem, 96. Ludovicus Germanicus inibi quadrageſimam exigit, & cauſas dijudicat. 132.
Aichſtadium: ibi Epiſcopatus inſtituitur. 36. Monaſterium adjungitur. 38. translatio Epiſcopatûs impeditur. 239.
Aimbach. 82.
Ainhofen. 113.
Ainling. 229.
Alahumuntinga fortè locus in Suevia. 98. ſæpiùs. item 112.
Alarn: donatur Friſing. Eccleſiæ 227. confirmatur 238. 380.
Albiching. 98. 104.
Allach, Ahaloh. 98. 104. 105. 113.
Allershauſen: habetur placitum. 105. fit donatio. 112. Eccleſia donatur Monaſterio Neocellenſi. 381.
Alling. 98. 112.
Altaha inferior Monaſterium Ord. S. Bened. Abbas Goswaldus Würzburgenſis Epiſcopus impetrat huic loco libertatem electionis 127. ab Hunnis vaſtatur. 169. ibidem exulat Ellingerus Abbas Tegernſeenſ. 289. Ottoni Duci Bojorum donatur. 259.
Altaha ſuperior Monaſterium Ord. S. Bened. ab Hunnis devaſtatur. 169.
Altenhochenau Parthenon Ord. S. Dominici: huc migrârunt Moniales ex Beyharting. 198.
Altenhauſen: an S. Corbinianus conſecraverit Eccleſiam? 21. ibi in honorem S. Valentini aliqua conſtruitur. 74. donatio inibi. 98.
Altheim: 88. 104.
Altonis Monaſterium, vulgò AltoMünſter, tunc Ord. S. Bened. nunc ſub Regula SS. Salvatoris: conſecratur à S. Bonifacio Archiep. & M. 37.
Ambro fluvius: ad locum propè adſitum fit donatio. 74.
Andelacum Parthenon conditur à Richarde Auguſta, quæ ibi fit Monialis. 143.
Andex Caſtrum: hic educatur Henricus niger Imp. 222. Comites vid. in priori Ind.
S. Andreæ Collegiata Eccleſia Friſingæ II. fundatur 254. Eccleſia eſt antiquior quàm Collegium. 255. etiamnum oſtendit inſignia dona Fundatoris. 258. bona accipit ab Imperatore. 258. vocatur Monaſterium. ibid. ſepelitur ibi Ellenhardus Ep. & Fundator. 274. confirmantur bona: & primus poſt Cathedralem locus eidem adjudicatur 336.
Anzing. 102. 104. 113. Parochia conceditur Collegio S. Viti. 396.
Aquisgranum: ibi habetur Concilium. 108. coronatur Otto Magnus 166. ſepelitur Otto III. Imp. 197.

Ardaker donatur Friſing. Eccleſ. 243. Præpoſiti ejusdem loci electio Friſing. Epiſcopo aſſeritur. 400.
Araſchwandt, Archinſchwerti. 99. 123.
Arzbach. 74. 98. 231.
Aſch. 280.
Aſchach, Aske 89. 104.
Aſchaim vicus Bojariæ: ibi conventus celebratur. 70.
Aſchwending. 97.
Aſinhauſen. 231.
Attilenſe Ord. S. Bened. Monaſterium: quis ejus fundator & reſtaurator. 281. quo tempore iſta contigerint? 281. & ſeq.
Aufkirchen 251.
Augia Dives Ord. S. B. Monaſterium: ibi ſepultus Carolus Craſſus Imper. 143. quomodo eidem Waldo Ep. Friſing. addictus? ibid.
Auguſta Vindelicorum: circa eam Hunni funditus delentur. 170. habetur Synodus, 172. devaſtatur 209. capitur. 279. 283.
Aurdorf, Urdorf: 98. 104. 123. 125.
Auwa vocabatur olim Chiemſeenſe Monaſterium p. 2. 133. item p. 1. 104.
Ayſng, Aguſinga. 81. 99.
Azalinga. 74. 98. 105. 106. 110.

B.

Bamberga fit Epiſcopatus 207. cælitùs ſtabilitur 220. dedicantur Eccleſiæ Cathedralis, & S. Stephani. 208. occiditur ibi Philippus Rom. Rex. 389.
Bayerbrunn, Patinbrunnun 81.
Benedictoburum Monaſterium O. S. B. 37. huic ſubjectum Cochelenſe Monaſterium 55. benefica Giſala ex Regina Monialis. ibid. ab Hunnis vaſtatum reſtauratur. 178. duo Monachi ſuperſtites ibid. dat decimam partem redituum pauperibus. 197. Rectores Clericorum. 203. an Clerici illi aliquando addicti regulæ S. Auguſtini? 204. Corpus S. Tertulini adducitur ex Schlechdorff & reducitur. 203. S. Henricus Imper. ablata ab Arnolfo Malo prædia reſtituit. 208. Benedictinis reſtituitur. 225. affectatur à Nitkero Ep. Friſing. 247. Reliquiæ S. Anaſtaſiæ afferuntur. 250. donatur Ellenhardo Ep. Friſing. 259. diſciplina collabitur & quare? 260. priſtinæ libertati reſtituitur. 276. Conradus Archiep. Saliſb. & Hildipoldus Ep. Gurcenſis exules hic divertunt. 305. diploma adverſus Epiſcopum Auguſtanum obtinet. 311. dividit dominium propè lacum Vallenſem cum Schlechdorffenſi. 312. & ſeq. confirmatur hæc diviſio. 316.
Beneventum cum Ducatu Romanæ Eccleſiæ accedit. 244.
Beurberga Monaſterium Canon. Reg. S. Auguſt. conditur. 303. Sacris lipsanis ditatur: & mira viſio. ibid. erronea quædam opinio removetur 304.
Beyhartinga Monaſterium Can. Reg. S. Aug. pro Monialibus conditum traditur Viris 311. celebris Parochia in Tuntenhauſen eidem donatur. 398.
Biberpach: Eccleſia conſecratur ab Erimberto Epiſcopo Friſing. 45. conſtruitur à Joſepho Ep. 60. traditio 81. protegitur ab Attone Epiſcopo. 98.
Biburg: fiunt duæ tradit. 74. alia 95. conſecratur Eccleſia p. 2. 61. fit tradit. p. 2. 528.
Bulſanum, Bauzana, Provinciæ Atheſinæ oppidum: fiunt donat. 112. 231. & ſeq. vindicantur vineæ 131. & ſeq. decimæ donantur Monaſterio Weihenſteph. 214.
Burckhauſen: parochia tradidur Eccleſ. Colleg. S. Viti. 399.

C.

Cælum aureum dicitur Laubienſe Monaſterium 244.
Camina locus prope Majas, vulgò Kains, diligitur à S. Corbiniano. 14. item p. 2. 112.
Campidona Ducale Monaſterium O. S. B. ibi fuit Abbas Erchanbertus Friſing. Epiſcop. 119. Catalogus Abbatum emendatur ibid. fuit etiam Abbas Waldo Ep. Friſing. 141. & 144. Rudolpho Sueviæ Duci donatur. 259.
Carnutum vetuſta Galliæ Celticæ Civitas. 1.
Caſinum primum O. S. B. Monaſterium: S. Henricus Imper. & Benedictus VIII. Sum. Pont. huc venientes idem muneribus cumulant. 214. & ſeq.
Caſtrus, Gallis Chatres oppidum: patria S. Corbiniani XVIII. & ſeq. & 1.
Catubria Germanis Cadoberthall: reſtituitur Eccleſiæ Friſing. 179. eidem vindicatur. 354.
Cella in Alpeſtribus: ibi Eccleſia conſecratur. 272. Monachi, dum augentur, inde migrant in Viſchpachau. 281.
Cella: fit donatio: 98. item 102.
Cella Dietrami: vide Dietrami-Cella.
Chamara: 98. duæ donat. 111. 113.
Chatſa in Carinthia. 206.
Cheverloch: decimæ donantur Monaſterio Scheffilarienſi. 363.
Chiemenſe Monaſterium Virorum olim O.S.B. nunc Canonicorum Reg. S. Aug. 95. dicebatur Auwa. 104. & p. 2. 133. ab Hunnis vaſtatum 169. ibi Epiſcopatus inſtituitur. 390.
Chiemenſe alterum Monialium O. S. B. huic beneficus Otto I. Ep. Friſing. 333.
Chorzes hodie Chortſch: comparatur à S. Corbiniano 16. reſtitui jubetur. 163.
Chreidorf. 74.
Chunratshaim Caſtrum & ditio vindicatur Eccleſ. Friſing. 395.
Cluniacum Monaſterium O. S. B. Religione floret 209. huc aureum pomum mittitur, & venditur, datò pauperibus pretiô. ibid.
Cochel propè lacum cognominem olim Parthenon O. S. B. Giſala Childerici Francorum Regis Uxor hìc reconditur. 55. item Luitburga Taſſilonis Ducis Conjux 87. ab Hunnis vaſtatur. 169. hodie Eccleſia Parochialis. 171.
Confugienſe Monaſterium olim O. S. B. haud procul Caſſallenſi Haſſiæ oppido à S. Chunegunde conditum, ubi etiam fit Monialis. 220.
Corbeja vetus Galliæ Monaſterium O. S. B. huc mittitur Deſiderius Langobardorum Rex. 87.
Corbeja nova Germaniæ Monaſterium O. S. B. illic fuit Monachus S. Gregorius V. Sum. Pont. 192. ejusdem pupilla oculi ibid.
Coſtech villa in Carinthia emitur ab Ottone II. Ep. Friſing. 396.
Creuzn, Krazun. 98. 102. 112.
Crembſa, Cremiſa. 191.
Cremifanenſe Monaſterium O. S. B. conditur 79. devaſtatur. 169. privilegia confirmantur 392.
Curtanpach, Curtana. p. 2. 31. & ſeq.

D.

Dachau, Dachawa: 98. duæ donat. 104.
Damiata Civitas Ægypti capitur à Chriſtianis 393. recipitur à barbaris. 399.
Deütenhofen, Teuinhofa. 99.
Dieſſen Monaſterium Can. Reg. S. Aug. olim etiam Monialium: & primus ejus Præpoſitus. 311.
Dietrami Cella Monaſterium Can. Reg. S. Aug. conditur. 292. fundatio rata habetur ab Henrico Ep. Friſing. 292. à Paſchali II. Sum. Pont. 293. jubetur ſubeſſe Monaſterio Tegernſeenſi. 372. 379. 380. privilegia ab Innocentio III. confirmantur 388. item 399.
Dingolfinga Oppidum Bojariæ: Synodus celebratur. 70. conveniunt ſecundò Epiſcopi Bojariæ. 164.
Dirnhauſen. 78.
Dirnzhauſen. 45. 58.
Dorfaker. 124.
Dorffen: donat. 74. 122. traditur precaria S. Chunegundi Auguſtæ. 220.

E.

Ebersdorf: quædam jura ibi adjudicantur Friſing. Eccleſiæ. 38.
Ebersſpach. 231.

Digitized by Google

Eberſperga olim Monaſterium O. S. B. nunc Soc. Jeſu: primum templum erigitur & conſecratur. 140. Monaſterii initia & primi habitatores. 159. hujus loci Eccleſiæ conſecratio denegatur. 161. conceditur. 183. recedentibus Canonicis datur Monachis. 186.
Eberzhauſen, Eparmunteshuſir. 68. 251.
Ebrach. Eparaha. 60.
Egern fit Eccleſia parochialis. 379.
Eginkirchen, Eginonis Eccleſia. 98.
Egling. 97.
Egmating, Ehamotinga. 98.
Ehinga: ibi frequentes Synodi. 102. 112. donationes: 81. 99. 104. 113. 133. pagus comparatur ab Ottone II. Ep. Friſing. redimitur. 396.
Eibach, Ipach. 98.
Eiſenhoven olim Monaſterium O. S. B. huc migrant Monachi Viſchpacenſes. 189. transferuntur in Schyrenſe Monaſterium. 302.
Eilendorf, 105.
Eitting. Aotinga vel Oatinga. p. 2. 148.
Elnonenſe S. Amandi O. S. B. Monaſterium fæderatum San-Petrenſi Salisburg. 90.
S. Emmerammi Ratisbonæ Monaſterium O. S. B. erigitur. XIV. Embriconi Ep. Ratisbon. conceditur. 143.
Enzersdorf oppidum Auſtriæ Infer. jura inibi adjudicantur Eccleſiæ Friſing. 380. jus præſentandi recuperatur. 391.
Erchinga: paſcua ibidem donantur Eccleſ. Friſing. 49.
Erdinga, antiq. Ardeoinga. p. 2. 119.
Ergoltinga: ibi habetur placitum. p. 2. 130.
Erling. 78.
Erphenprunn. 105.
Eſting, Ehstinga. 98.
Euſtadium vide Aichſtadium.
Exing. 102.

F.

Farchant, fortè Foracheida. 98.
Feching. 104.
Felda. 104.
Feldmochinga. 98. duæ donat. item. 104.
Fiechtkirchen, Feohtkircha. 105.
Filſa, Filuſa. 89. 98. quatuor donat. item. 99. 102. 104. duæ. 113.
Finſing. 97.
Firholzen, Furihulze. 73. 98. primi rectores illius Eccleſiæ enumerantur. p. 2. 139.
Forcheimium: ibi habentur Comitia. 149.
Forſtenried fit Eccleſia parochialis. 383.
Francofurtum: ibi erigitur Epiſcopatus Bambergenſis. 207.
Frieding. 198.
Friſinga Urbs Superioris Bojariæ: ſitus & deſcriptio. II. proſpectus amœniſſimus III. origo IV. Caput Bojariæ Superioris & Sedes Ducum V. & 10. olim Subjecta Metropoli Laureacenſi VII. inſigne. 10. fugit inde S. Corbinianus. 18. Epiſcopatus inſtituitur. 34. fundatur ibi Epiſcopatus Eiſtettenſis. 37. varia lignorum ſpecies & fruſtra ex aëre cadunt. 86. hic bona Eccleſiæ donantur. 99. 104. habentur frequentes Synodi. 102. ibi olim Moniales. 106. ab Hunnis incenditur. 170. Henricus III. Hunnis pacem concedit. 240. Natalitia feſta celebrat Henricus. IV. 253. ſub Ellenhardo Epiſcopo diripitur. 275. capitur. 281. vaſtatur. 301. muri ſolo æquantur. 325. horribilis conflagratio & reſtauratio. 350. & ſeq. cur hæc pœna inflicta? 352. Civium pietas erga Mammingenſes. 356. innocenter turbis implicatur. 386. item. 387. rurſus conflagrat. 391.
Friunaning, Freddamaringun. 102.

G.

Garſch, Karoz. ibi habetur placitum. p. 2. 94.
Gauting, Cotinga. 81. 98. 105.
Geiſelhöring, Kyſalheringa. 123.
Geiſenhauſen, Kyſenhauſen. 113.
Geiſing, Kiſinga. p. 2. 31. & ſeq.
Gerharting. 232.
Gerlhauſen, Kermunteshuſir. 98. 113.
Germanſchwang, Kermaresſchwang. 81. 94. 104.
Germanſperg, Germania in Monte. 64.
Gieſing, Kyeſinga. 98.
Giggenhauſen, Cuginhuſir. 113. 124.
Gintzenhauſen, Cucinhuſir. 123. 125.
Glon, Gelonus, Clana, amnis & vicus. 68. 102. 105. 111. 112. 113.
Gmundenſis parochia dividitur in tres. 379.
Gneſna Urbs Poloniæ: ibi ſepelitur S. Adalbertus Ep. M. & fit Archiepiſcopatus. 195.
Greffolfing. tradit. p. 2. 31. & ſeq. Eccleſia loci donatur Monaſterio Raittenbuechenſi. 388.
Gremerzhauſen, Crimarezhuſir. 98.
Grienling: Eccleſia Monaſterio Neocellenſi adjudicatur. 382.
Gronbach, Croninbach. 104. 105.
Gudaga vindicatur Eccleſiæ Friſing. 353.
Gunterzhauſen: prædium emitur & deputatur ad diverſorium Epiſcoporum. 396.
Gurcenſis Epiſcopatûs initia. 262. Inſtitutio Epiſcopi ad Archiepiſcopum Salisburgenſem pertinere judicatur. 374.

H.

Haching donatur Monaſterio Scheffilarienſi. 98.
Hag. 98.
Haidelfing, Heidolvinga. 98. 115.
Haidhauſen. 98.
Haimbhauſen, Haimbhuſir. 73.
Halla oppidum ad Oenum: an patria Annonis Ep. Friſing. 13. ibi bona donantur eidem Eccleſ. 104. 219. 123. 133.
Harthauſen. 102. 124.
Hartpening. 97.
Haſelbach. 60. 74. 98. 104. 123. 133.
Hauſen, Huſir. 102. 133. prædium ibi donatur Capitulo Cathedr. Friſing. Eccleſiæ. 384.
Hechenberg. 74. 105.
Hechenrain. 104. 112.
Hegling. 96. 102. 112.
Helffendorff: locus Martyrii S. Emmerammi Ep. & M. XIV. donatur Eccleſiæ Friſing. eidémque ſancto Eccleſia erigitur. XV. item. 97. Eccleſia conſecratur. 45. aliæ donat. 73. 98. 110.
Hernhauſen. 104.
Herſching, Horcaningun. 78. Hezinga. 198.
Hieroſolyma: expugnatur à Chriſtianis. 292. capitur à barbaris. 378.
S. Hippolyti Canonicorum Sæcularium Collegium in Auſtriâ fundatur, quod nunc eſt Regularium. 41.
Hittenhauſen, Hittenhuſir. 98.
Hochenpercha. 219.
Hochenſtein. 231.
Hoffhein. p. 2. 31.
Holenburg: jura ibi adjudicantur Friſing. Eccleſ. 381.
Holzen. 64. 74. 88. 98. 102. 104. 110. 113. 123.
Holzhauſen. 64. 78. 81. 97. 98. 99. 102. 104. 106. 124.
Holzkirchen. 153.

I.

Iehdorf. 111.
Ieſewang, Oaſinwanc. 74. 98.
Iezendorf. 147.
Illmenſe Monaſterium vulgo Illmünſter olim Ord. S. B. poſt Collegiata: nunc Parochialis Eccleſia: Conditur. 37. Eccleſia conſecratur. 41. devaſtatur. 169.
Imbſt, Humiſte. p. 2. 31. & ſeq.
Inding, Undeoinga. 98. 102.
Intica, vulgo Innching in hodierna Tyroli antiq. India & Campogelau olim Monaſterium O. S. B. nunc Collegiata Eccleſia fundatur. 64. reſtituitur Eccleſiæ Friſing. 106. Collegiata ibid. augetur donationibus. 113. incorporata Eccleſiæ Cathedr. Friſing. 133. Ottonis Magni Imp. ad eundem locum donatio. 177. confirmatur. 136.
Inzemos. 74. 113. 124.
S. Joannis Eccleſia Collegiata in Monte Friſingenſi: ipſa

Digitized by Google

Eccleſia eſt longè Antiquior quàm Collegium. 255. eidem certæ areæ confirmantur. 385.
Iſana olim Monaſterium O. S. B. nunc Collegiata Eccleſia: fundatur & dotatur à Joſepho Ep. Friſing. 50. vocatur Monaſterium, & Cellula. 51. 111. 121. ibi requieſcit Joſephus fundator. 61. item S. Juliana V. & M. 134. deprædatur à Dracolpho Ep. 160. exſcinditur. 170. fiunt variæ donationes. 88. 89. 98. 108. traditur precaria S. Chunegundi Auguſtæ. 220. augentur proventus. 274.
Iſmaming. 99. 102. 111.
Juvavium vid. Saliſburgum.

K.

Kaiſersheim olim Kaozesheim. p. 2. 85. & ſeq.
Kazpach. 121.
Kekinga. 105.
Kiehna. 231.
Kienperg. 104. 105. 123.
Kümbsdorf, Chumizdorf, recent. Königsdorf. 98.
Kiſalbach, Kiſenbach. 73. 74. 104. 121.
Kiſſing. p. 2. 32.
Krainaker: Eccleſia S. Valentini conſecratur. 64.
Kynhauſen: parochia traditur Eccleſiæ Colleg. S. Viti. 399.

L.

Laber, Lapara. 102.
Lak, Biſchofs-Lak, Lacopolis & Lonke Civitas & amplum dominium in Carniola: donatur Eccleſiæ Friſingenſi: ubi etiam deſcribuntur termini. 180. & ſeq. impetitur à Bernardo Duce Carinthiæ. 394.
Landishutum Bojariæ Civitas conditur. 387.
Lapach, Lauppack. 98. 105. 111.
Lavantinus Epiſcopatus inſtituitur.
Laubienſe Monaſterium cœlum aureum dicitur. 244.
Laufzorn. 98.
Laureacum vetuſta Norici Ripenſis Civitas: & ejus Converſio ad fidem. 17.
Lauterpach, Hlutrinpach. 98.
Legian, Lejan. 133. 251.
Lengenfeld. 132.
Lern. 99. 125.
Linta in Carinthia. 206.
Lintach. 81. 104. 105.
Lirmfeld in Carniola olim Liburna. 145.
Luges. 104.
Lutewang. 104.

M.

Madronenſe S. Petri olim Monaſterium O. S. B. nunc Præpoſitura: quando & à quibus fundatum & deſtructum? 298. ibi conſecratur ara 317. ab Alberto Ep. Friſing. in protectionem ſuſcipitur. 359.
Magdeburgum fit ſedes Metropolitana. 175.
Majæ vulgò Mais: An patria S. Corbiniani? XVI. ibi ſubſiſtere jubetur. 14. hic & in vicinia prædia comparat. 16. Friſingâ diſcedens denuò petit. 18. poſt mortem Ejus Sacrum corpus advebitur. 23. ibi parvulus meritis S. Corbiniani fluctibus ſubtrahitur. 24. inde incorruptum ejusdem Sancti corpus Friſingam reducitur, & ingens fragor auditur. 66. prædia ablata reſtitui jubentur. 163. quando reſtituta? 164. & ſeq.
Mainpach. p. 2. 58.
Maiſach, Meiſacha. 98.
Malching, Mahaleihhi. 81. 104.
Mammendorff. 60. 98. 105. 113. 288.
Mamminga vicus Bojariæ inferioris: ejus Incolæ cultores S. Sigismundi. 356. foventur à Friſingenſibus. ibid & ſeq.
Marzling, Marzilinga. 98. 104. 112. 113. 123.
Mauterndorf: redimitur ab Ottone II. Ep. Friſingenſi. 396.
Maxlrein, Mahsminreine. 102. 104.
Mediolanum Inſubriæ Caput: bellô petitur. 345. Civium impudens reſponſum. 352. iidem vincuntur. 353. Civitas ſubigitur & pulſis incolis vaſtatur. 358.
Melodunum vetuſta Galliæ Civitas. 1.
Meſchenfeld. 104.
Michau Caſtrum: circa ide
Eccleſ. 396.
Moching. 98. 104. tres donati
Moffurt, Moresfurtin. 98.
Moguntia fit Metropolis. 39.
cui intereſt Arno Archiep. S
neis. 107.
Monachium primaria Bojaria
Muihinga ſeu Niwihinga? 81
conſtruitur, & forum inſtitu
dia. 364.
Monacho-Monaſterium vulgo
Ord. S. B. nunc Soc. Jeſu exſc
Moſach, Moſahun. 98. 104. 11
Moſpurg Bojariæ Civitas olim
Abbatia Waldoni Ep. Friſing.
Arnulphi Imper. liberalitas.
mutationem Dracolpho Ep.
minuta. 158. deprædatur ab e
confirmatur donatio ab Otton
perto Ep. Friſing. 171. vindi
Friſing. 221. cujus temporibu

N.

Naninhofa. 105.
Nansheimb. 245.
Neoburgum Civitas ad Danubium
Neo-Cella, ſive Nova Cella M
monſtrat. propè Friſingam. IV.
facta fuerint. 321. dotatur ab
ibid. an à Solo? 322. Miniſtro
beralitas. 323. olim ibi Monia
pora SS. Marini & Teclani i
Eidem donatur Eccleſia in Ale
catur Eccleſia in Grienling. 38
Wolferſtorff. 392.
Nerting. 88. 111.
Neufarn, Niwivara, Nivarun. 98.
105. 113. 125.
Neyberg Caſtrum in hodierna Ty
Niuvanhova hodie Waidhov
Waydhofen Civitas & Præfect
tur Eccleſiæ Friſing. 193. & ſe
Niuvenberg in Hiſtria donatur
dreæ. 258.

O.

Oberndorf. 230. 331.
Odlzhauſen. 102.
Oetinga Oppidum Bojariæ olim
nunc Eccleſ. Collegiata: ibid
97. conditur Monaſterium. 128.
ſervata æde miraculoſæ Deipara
Olling. 97. 99. 113.
Oſterhovienſe olim O. S. B. nunc
nis exſcinditur. 169. & ſeq.
Oſtermunding. 219. 238.
Ottenburg Caſtrum: an Ottoni II.
munitur. 395.
Ottershauſen Oathareshuſir. 89.
Ottmarswang. 104.
Ottoburum O. S. B. Monaſterium
tur. 387.

P.

Pach, Pohe: conſecratur Eccleſi
81. 104. 105. 111.
Pachern, Pachara: 74. 106. 125.
Paderborn, Phadarprunnon, urbs
ventus habitus. 105. item Nupti
S. Chunegundis. 205. locupleta
Imper. 309. à Conrado II. Imp. 2
Palzing, Polaſinga. 74. 98.
Pang, Paingas. 50. 98. 104. 123.
Papia olim Regia Langobardorum.
Paſing. 133. 188. item p. 2. 31.
Paſenpach. 105. 112. 113.
Patavium Civitas: Epiſcopatus

Digitized by Google

ſubjectus Moguntinæ Metropoli. 39. huc defertur Corpus S. Valentini Ep. 65.
Paumgarten villa in Carinthia : emitur ab Ottone II. Friſing. Ep. 396.
Pelheim. 98.
Percha, Perahah. 64. 81. duæ. 98. 123. 133.
Perchanger, Perahanga. 81.
Percheim. 112.
Perg. 96. 102. tres. 104. duæ. 105. 111. 113. duæ 122.
Perghofen. 104. 112. 123. 167.
Pergkirchen fit donat. 122. viſitatur Eccleſia. 116.
Perlach, Peraloh. 98. 113.
S. Petri Salisburgi O. S. B. Monaſterium : fœderatum Elnonenſi S. Amandi. 90. Monachi cedunt Cathedram Metropoliticam reſervato ſibi loco digniore. 318.
Pfeter. 74.
Pfetrah. 74. 98. 101. 104. tres. 105. 112. 113. 124.
Pframering, Phrumare. 98. duæ. 102. 124.
Pietenpach. 58. 64. 73. 102. 112. 123.
Pipinhausen. 98.
Pleimanſchwang. 81. 85.
Pliening, Pleoninga. 102.
Pogenhausen, Pubenhenhausen. p. 2. 534.
Pokern, Pohſcorron. 105.
Pollinga Monaſterium hodie Can. Reg. S. Aug. exſcinditur ab Hunnis. 170. ibi excipitur funus Ottonis III. Imp. 197. bonis augetur à S. Henrico Imp. 208. ab Alberto Ep. Friſing. 364. fit quædam donat. p. 2. 31.
Pram. 74.
Preiſing. conſecratur Oratorium 80. fiunt donationes. 64. 80. 98. 104. 105. 113.
Premareim. 74. 99.
Pritlpach. 98.
Prumia Monaſterium Ord. S. B. ibi fit Monachus Lotharius Imperator. 110. item 130.
Prunn. 98. duæ. 104. 124.
Puech, Poche & Poach. 68. 98. duæ. 112. 123.
Puelach, Poaloch. conſecratur Eccleſia. p. 2. 61. fiunt donat. 64. 74. 97. 98.
Pupping, Puppininga. 104. duæ.
Purkrain : Caſtrum & Dominium Friſing. Eccleſ. propemodùm totum acquiritur ab Attone Ep. 99. confirmatur eidem Eccleſiæ. 106. fit ibi donatio. 111. traditur precaria S. Chunegundi Auguſtæ. 220.
Purfing. 102.
Pyrian in Hiſtria donatur Eccleſ. Colleg. S. Andreæ Friſing. 258.

Q.

Quercus inferior & Superior, vid. Altaha inferior & Superior.

R.

Raiſting. 78.
Raittenbuech Monaſterium Canon. Reg. S. Aug. fundatur. 266. ejus celebritas & inſignes Viri. 267. fit Archidiaconatus. 324. eidem donatur Eccleſia in Greffolving. 318.
Ramsperg Caſtrum vindicatur Eccleſiæ Friſing. 395.
Ratinweg. 105.
Ratisbona olim Sedes Ducum Bojariæ nunc Imperialis : ibi Epiſcopatus inſtituitur. 34. gratitudo hujus erga Fuldenſe Monaſterium. 39. habetur placitum. 95. tres Hunnorum Reguli ibi ſuſpenduntur. 170. ædes in ea Friſingenſi Eccleſiæ confirmantur. 216. eximitur à Juriſdictione Ducum Bojariæ & fit libera. 369.
Raubling, Rupilinga. 81. 104. 122.
Reichenbach. 231.
Reichersdorf, Richozesdorf. 98.
Reicherzhauſen Richareshuſir. 74. 102. 104. duæ. 111. 112.
Reispacum Municipium Bojariæ : ibi celebratur Synodus. 93.
Ried, Reod. 112. 121. 122. 280.
Riming. 230.
Rindbach. 102. 105. 121.
Rörmoſen, Roraga muſſea. 73. 98.
Roma. primum S. Corbiniani iter 4. ſecundum 9. S. Bonifacii itinera. 30. 31. 32.
Romagnan fortè Rumaniana locus infra Tridentum in ripa Atheſis fluvij. 21.
Rota Monaſterium O. S. B. fundatur. 264. tranſigit cum Ottone Wittelspachio. 335.
Rota amnis & vicus. 74. 81. 85. 98. tres. 102.
Rotenbach. 88. 98. tres.
Ruedelfing, Hroadolfing. 60.
Ruedelzhauſen Hroadolfeshuſir. 74. 104. 230.
Runna. 188.
Ruperts kirch Hroadperhtes Eccleſia. 98.

S.

Sabiona, Seben : olim Epiſcopatus, nunc Parthenon O. S. B. VIII.
Sahsonganc Inſula Danubij ; donatur Monaſterio Weihenſtephanenſi 212. permutatur. 213.
Salisburgum hodie Sedes Metropolitana : fit Epiſcopatus & ſedes S. Ruperti Ep. X. conditur Monaſterium S. Petri ibid. gratitudo erga Fuldenſe Monaſterium. 39. fit Archiepiſcopatus. 91. Conventus Principum habetur. 95. Archiepiſcopi fiunt Legati Nati Sed. Apoſt. 178. Canonici Metropolitanæ Eccleſiæ aſſumunt Regulam S. Auguſt. 301. ibidem confirmantur 305. Monachi San-Petrenſes cedunt Canonicis Regul. jus Cathedræ Metropoliticæ reſervato tamen ſibi loco digniore. 318. ijdem Canonici componuntur cum Berchtesgadenſibus. 389. habetur Synodus. 390.
Sandavienſe Monaſterium O. S. B. exſcinditur. 170. hodie Eccleſia parochialis. 171.
Saxenkam Eccleſia obvenit Monaſterio Tegernſeenſi. 393.
Scarantia vulgò Scharniz olim Monaſterium O. S. B. nunc fortalitium : fundatio 60. primi Abbates. 74. & ſeq. Monachi inde in Schlechdorf migrant. 75.
Schalkdorf. 104.
Schaumburg Caſtrum olim Scoynburg : ſuperſunt rudera 312. & ſeq.
Scheffilarienſe Monaſterium olim O. S. B. nunc Præmonſtrat. conditur ab, & pro quibus? 78. 80. in Haching & Puelach fit traditio eidem loco. 98. item in Perg. 113. deprædatur à Dracolfo Ep. 160. vaſtatur. 170. reſtauratur, dotatur, & traditur Præmonſtratenſibus Canon. 318. ei donantur decimæ. 363. item aliæ ex vineis 379. olim ibi Moniales 379. donationes confirmantur 384. functiones parochiales Wakersperg permittuntur. 393.
Scheffilarn vicus, vulgò Hochen Scheffilarn. 102. 112. 231.
Schlechdorffenſe olim Benedictinorum nunc Can. Reg. S. Aug. Monaſterium. huc migrant Monachi ex Scarantia. 75. eidem loco fit donatio, ubi de primis Patronis. ibid. Reliquiæ S. Tertulini Presb. & M. afferuntur ibid. quinam fuerint primi conditores? 78 & ſeq. aliquot donationes. 78. nomina primorum Monachorum. 89. cauſæ quædam pro eodem loco deciduntur. 95. vaſtatur 170. corpus S. Tertulini furto ſubducitur, & pars reducitur. 203. quinam ejus incolæ initio Sæculi XI? 204. dividit cum Benedictoburano Monaſterio dominium propè lacum Vallenſem. 313. & ſeq. inſtauratur & Canon. Regul. S. Aug. traditur. 323. confirmatur diviſio in Wahlnſee 336.
Schleishaim, Sliweshaim. 74.
Schlierſee olim Monaſterium O. S. B. tum Can. Regul. S. Aug. demum Collegiata Sæcularis & incorporata Collegio ad D. V. Monachij. Conditur ab, & pro quibus? 79. 104. ejus Incolæ Friſingæ Abbatem poſtulant 106. vaſtatur. 170. inſtauratur & Can. Reg. S. Aug. traditur. 324.
Schmiechen, Smeoha. 98.
Schrobenhauſen hodie oppidum Bojariæ, antiq. Scropinhuſun. 98. 105. 133.
Schwabing. 80.
Schweinpach. 74. 104. 105. 111.
Schwindau, Schwindaha. 64. 74. 102. 104. 105.
Schwindkirchen. 98.

Schyrenſe Monaſterium O.S.B. ejus prima initia 272. primi incolæ migrant in Viſchpachau. Eiſenhoven. 302. Caſtrum Schyrenſe mutatur Monaſterium. 302. erga ipſum beneficus Otto Friſing. 325. functiones parochiales ex prim... Eccleſiam S. Martini transferuntur. 327. Eccle... ſecratur. 391.
Seccovienſis Epiſcopatus inſtituitur. 391.
Sempta, Comites de Sempta: Sighardus prim... ſiæ Eberſpergenſis conditor. 140. Sepulti 157. 176. an ex eorum proſapia S. tus Epiſcop. Friſing. 167. Udalricus. 183. Advocatus Benedictoburanus urget inductio... nedictinorum. 225. bona commutat cum Ep. Friſing. 230.
Sentling, Sentilinga. 80. 99. 112.
Senzau, Senatasawa. 99.
Seun. 104. duæ.
Sinching. 74.
Sindelsdorf, Sindolfesdorf. p. 2. 31. & ſeq.
Sindelzhauſen. 74.
Singepach, olim Muninpach. 81. 85.
Sinzhauſen. fit donat. 99. parochia tradit... Colleg. S. Viti Friſing. 399.
Staffelſeenſe Monaſterium O. S. B. exſcin... hodie Eccleſia parochialis. 171.
Staindorf. 74. 104.
Stavanes. 112.
Steinhardt. 97. 104.
Steinheringa. 105. duæ.
Straſiſta. 198.
Straslach. 104. 105.
Straubinga Civitas Bojariæ conditur. 393.
Strogn. 81. 98. 102. 104. 105. duæ. 121.
Suczano. 112.
Sulzemos. 104.
Sylurnus lacus vulgo Schlierſee. 79. Schlierſee.

T.

Tagelfing. Tagaleihhinga. 98. duæ. 128.
Tallhauſen. Tellinhuſen. 111.
Tann. 98. 105.
Tannern. 123.
Tannkirchen. 97. 99. 132.
Tanſtetten. 113.
Tatenhauſen. Eccleſia conſecratur. 385.
Tegernbach olim Monaſterium O.S.B. 102. 135. p. 1. 189. exſcinditur ab Hunnis. 170. hodie Eccleſia parochialis. 171. traditur precaria S. Chunegundi Auguſtæ. 220. variæ donationes. 74. 81. 89. 99. duæ. 101. 112. 123. 230.
Tegerndorf. 102. 105.
Tegernſeenſe Monaſterium O. S. B. conditur 37. conſecratur Eccleſia 41. terminatur lis de parochiis cum Attone Ep. Friſing. 97. malè habitum ab Arnolfo malo, nec reſtitutum. 165. vaſtatur 170. reſtauratur 134. dat decimam partem redituum pauperibus. 197. intruditur Abbas ibid. augetur bonis à S. Henrico Imperat. 208. mittit Coloniam in Monaſterium SS. Udalrici & Afræ. 208. item Benedictoburum. 225. conflagrat & deprædatur. 239. Colonia Benedictoburana domum ſe recipit. 247. Reliquiæ SS. MM. Chryſogoni & Caſtorij afferuntur. 250. reformatio intenditur. 330. & ſeq. ſubjectio Monaſterij Dietram-Cellenſis. 371. confirmatio Pontificia ſuper hac cauſa 379. item Ottonis II. Ep. Friſing. 380. parochialis Eccleſia inſtituitur. 379.
Teines. 111.
Teining, Dahininga. 68.
Teitenhauſen. 74. 102.
Telves. 112.
Temons, ſive Teutonis Mons: unde dictus? II. olim Sedes Pro-Regum Franciæ. III. à S. Corbiniano ædificatur in eodem Oratorium S. Stephani. XXVI. ejus celebritas. 210.
Thalmaſſinga. 98.

Ulmerveld, Zudamaresveld... donatur Eccleſiæ Friſing. 1...
Undenſtorffenſe Monaſterium ... tur. 307.

W.

Wahlnſee, Lacus Vallenſis ibi fit ... ter Benedictoburanos & Schl... confirmatur. 336. extat ibi Erem... tanorum. 313.
Waidhoven vulgò Bayriſch Waidho... vanbova.
Wakkersperg: ibidem functiones paro... tuntur Scheffilarienſibus. 393.
Walde, Waldiu: Wall an Wald? 88. 89. 95...
Waldekk hodie Comitatus: olim ferè ex... Friſing. Eccleſ. pertinebat: ubi determinis...
Walkershofen. 81. 85. 98.
Wall, lis ſuper parochia ejuſdem loci. 374.

Digitized by Google

Wampach, Wanichinbach. 105.
Wangen, Wagon, Wangom. 98. 104. duæ.
Warngau. 97.
Wartenberg Caſtrum in Carniola emitur & deſtruitur. 395. & ſeq.
Weichs. ibi prædia emuntur ab Ottone II. Ep. Friſing. 396. donat, 64. 98. 112.
Weihenſtephanenſe Monaſterium O. S. B. ſitus II. olim Sedes Pro-Regum Franciæ. III. auditur cæleſtis Muſica. 16. excitatur fons 17. fundatur Collegium Sacerdotum Sæcularium & Sacræ Reliquiæ SS. Alexandri & Juſtini huc afferuntur. 116. & ſeq. item 122. 133. p. 2. 353. eidem fit donatio à S. Henrico Imper. 199. Monachi inducuntur translatô Clericorum Collegiô. 210. & ſeq. dotatur. 211. fuêre ibi etiam Moniales, quarum Parthenon interit. 213. & ſeq. in ipſum liberalis Nitkerus Ep. Friſing. 245. item Ellenhardus Ep. Friſing. 272. conflagrat. 280. reſtauratum conſecratur. 286. ibi apparet mira viſio. 299. fulmine ictum. 317. conſecratur ſacellum B. V. 326. bona confirmantur. 328. in cineres redactum reſtauratur, & Eccleſia conſecratur 385.
Weilpach, Wilpach. 98. 105. 113. 124.
Wels, Weliza in Carinthia. 206.
Weltenburgenſe O. S. B. Monaſterium ab Hunnis vaſtatur. 170.
Wembding hodie civitas: donatur Eccleſiæ Friſing. p. 2. 85. & ſeq.
Werd juxta Ambram olim Monaſterium O. S. B. conditur. 169.
Wert, ſeu Wertſee in Carinthia: Antiqua SS. Primi & Feliciani Eccleſia & ipſe locus Romanis cognitus. 145. fit Collegiata. 183. lis ſuper decimis componitur. 272. & ſeq.
Weſſofontanum Monaſterium O. S. B. vaſtatur. 170. inde colonia ducta in Madronenſe S. Petri. 298. ibi conſecratur ab Ottone II. Ep. Friſing. Sacellum S. Nicolai Ep. 326.
Weyarenſe Monaſterium Can. Reg. S. Aug. fundatur. 311.
Weyern, Wiware. 111.
Widnzhauſen, Winimunteshuſir. 98. duæ. 102.
Wipperting, Wippitina. 112.
Wirma fluvius: ad eum fiunt donat. 74. 81.
Wolferſtorf: Eccleſia Monaſterio Neocellenſi ſtabilitur. 392.
Wolfertshauſen. Wolſperhteshuſir. 48. 98.
Wolnzach, Welamoteſaha. 102. duæ.

Z.

Zeidlpach. 74. 101.
Zenburg, Zenonberg & Zennenberg Caſtrum in Tyroli. XVI. & ſeq.
Zirl, Cyreola. 99.
Zollinga. 44. 98. 133. 201. p. 2. 113. & 225.
Zorneting, Zorngeltinga. 104. 113. 332.
Zueſtorff, Zuoltesdorff. 123.

INDEX ONOMASTICUS.

A.

ABſacitum fecit, id eſt, poſſeſſione exuit.
Aldiones, Altones, aliàs Aldii, ſpecies ſunt ſervorum, qui adhuc ſerviunt Patrono, & certas ei operas debent. p. 2. 43.
Allodem nempe allodium, id eſt proprium liberi hominis patrimonium. p. 2. 63.
Analatus, anhelitus. 68.
Ancilla Dei, Monialis. 73.
Ancilla: fæmina in ſtatu ſervitutis conſtituta. p. 2. 419. item 453.
Apſus manſus, incultus manſus. 51.
Aramiatores ſive Adramiatores qui? p. 2. 207.
Arno, aquila. 90.

B.

Bacho quid? p. 2. 110.
Bannus conſuetus, Edictum publicum. 222.
Bannus Epiſcopalis, Excommunicatio 287.
Bannus mulcta 295.
Baptiſmalis Eccleſia, Parochialis. 97.
Barſcalci, Parſcalci. qui? p. 2. 91.
Beneficium, feudum 335.
Biberes, potus. p. 2. 23.
Biſunticus: moneta Biſuntina, ſeu Veſontione cuſa. p. 2. 536.
Burchwerch, jus condendi arces 380.

C.

Caldarius, pro Caldarium. 126.
Cammiedibus. opera ſervilia ædium. niſi fortè legendum cunctis diebus. p. 2. 26.
Campio, cambium 125.
Cappa: hodie Pluviale ex parte poſteriori caputium habens 158. 234.
Capſa, in capſam tradere idem ac in proprietatem 122. & alib.
Carra pro carrus 126.
Carrada quid? p. 2. 115. item p. 2. 126.
Cellula: parvum Monaſterium.
Centenarius, centurio ſeu Præfectus ſuper centum milites, ſeu etiam agricolas, item Judex inferior. 103.
Chorepiſcopus ſeu Coëpiſcopus Vicarius Epiſcopi in villis 88.
Clericare, Monachum facere. 8. 54. 81. 88. & alib.
Comes, liber ex quo in Miſſa ſolenni Epiſtola legitur. p. 2. 288.
Confeſſio, locus Eccleſiæ ubi SS. Reliquiæ reponuntur. p. 2. 20.
Corona, ornamentum ante altare pendens 234.
Cuba; quoddam vaſis genus 126.
Curtis, prædium ruſticum, ein Baurnhof. p. 2. 124.
Cyborium tegimen & umbraculum altaris. 234.

D.

Diſpenſator panum, Præfectus granarij. 396.
Duplago Doblach vicus in hodierna Tyroli propè Inticam.

E.

Empticum, emptione acquiſitum. p. 2. 123.
Epiſcopus vocatus, pro-Epiſcopus. p. 2. 108.

F.

Familia, Conventus. 84.
Fiſcalini qui? p. 2. 91.
Foreſtarius, qui ſilvas curat. 219.
Fortia: Italis Forza, vis.
Freda, mulcta. 175.
Friskinga. porculus, germanis friſchling. p. 2. 129.

G.

Germania in monte, Germansperg vicus 64.
Gravio, à germanico Graf, Comes p. 25.

H.

Hæreditare, hæredem inſtituere ſeu dotare. p. 2. 206.
Hemina quid: p. 2. 542.
Hengiſtfuotri, quibus cura equorum impoſita. 151.
Hoba vel Huba legalis conſtat in tribus plagis XV. jugeribus. L. II. Trad. 154. a.

I.

Iud. inferiùs, ut Suſo. ſuperiùs p. 2. 23.

L.

Lantgericht / jus exercendi poteſtatem judic…
380.
Letania, quandoque Litaniæ dicuntur omnes or…
& pſalmi, qui dicuntur in proceſſionibus p. 2.
Liberey / Bibliotheca 116.
Lizzus germanicè Lyß / & cultiùs Loß latinè
112.
Lonca, Lack, vulgò Biſchoffslak civitas & do…
in Carniola 355.

M.

Madius, menſis Majus. p. 2. 27.
Manice beverino, manica fibrina ſeu caſt…
203.
Manſio, Statio. 175.
Manſus apſus, manſus incultus. 51.
Manſus, certa menſura agri. 51.
Manſus veſtitus, manſus cultus. 51.
Marchfuoter certa quantitas avenæ. ex Rubr…
Marchrecht, jus inſtituendi mercatum. 380.
Maſſaritia quid? p. 2. 521.
Matricularius quis? 113.
Menne: pro menſe ſæpè.
Miles: militum ſuorum, nempe nobilium…
& alib. ſæpiſſimè
Miniſter legalis. Miniſter ingenuus à manc… ex
ctus. item 529.
Miniſterialis, German. ein Dienſtman. 57. 138. & alib.
Miſſus, legatus. p. 2. 57. 138. & alib.

N.

Nedfratres, Incendium ſuperſtitioſum Ruſti…
: feſto S. Joannis Baptiſtæ p. 2. 25.

O.

Obedientialis: Chori Diſtributor. p. 2. 53…
Obnoxiare, obligare. 233.
Octabe. octava p. 2. 24.
Offerſio, oblatio p. 2. 197.
Officialis; liber, quem hodie Breviarium dicimus p. 2.
181.
Oratorium, hodie Chorus. p. 2. 521.

P.

Pacho, ſeu Bacho quid? p. 2. 110.
Pagania, Idololatria. p. 2. 25.
Pallium inſigne Patriarcharum, metropolitanorum,
Archiepiſcoporum. p. 2. 20.
Parada, ſumptus ad vias reficiendas 175.
Parentes, Cognati. p. 2. 32. & alib. ſæp.
Parochia, Diœceſis Epiſcopi. p. 2. 25.
Parſcalis qui? p. 2. 91.
Parſchalcheshoba, Houba cenſualis. p. 2. 92.
Patres CCCXVIII. congregati ſcilicet in Concil: Nicæ-
noll. p. 2. 77.
Pedúles indumentum pedum. 60.
Pediſſequa famula libera nulla ſervitutis lege adſtricta.
p. 2. 521.

V…
Ve…
Ver…
Vice…
Voc…
Wadi…
Wergel…
Zidalwei…
Boijs…

Errata Partis II. Inſtrument…

Pag. 3. cap. 1. lin. 2. Vico, leg. in vico.
Pag. 4. cap. 3. lin. 9. Solennis. leg. Solempnie.
ibid. lin. 33. irrationabili leg. inrationabili
Pag. 12. cap. 17. lin. 17. emendatione. leg. pro emendatione.
Pag. 13 lin. 1. revertebantur. adde. cum ſumma eum veneratione
rogantes, ut ad eum venire non dedignaretur.
Pag. 14. lin. 1. Friſingenſe. lege. Frigiſingenſe.

Pag. 16. lin. 9. …
Pag. 17. cap. 31. …
Pag. 18 cap. 38. …
ibid. lin. 11. præter…
Pag. 21. lin. 36. Se…
Reliqu…

Google

Digitized by Google

Digitized by Google

pfr 30f

Digitized by Google

Digitized by Google